JC.17.PL'

37
26 6
1

BEATI

ALBERTI MAGNI,

RATISBONENSIS EPISCOPI,
ORDINIS PRÆDICATORVM,

Commentarij in D. Dionyſium. }} *Compendij Theolog. veritatis.* Lib. VII.

Recogniti per R. A. P. F. PETRVM IAMMY ſacræ Theologiæ Doctorem, Conuentus Gratianopolitani, eiuſdem Ordinis.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODEVNT.

Hic Liber est Conventus S. Nicolai Tolent: de Votto Ord: Erem: Discalc: S. Aug:

Operum Tomus Decimus-tertius.



LVGDVNI,

Sumptibus { CLAVDII PROST. PETRI & CLAVDII RIGAVD, Frat. HIERONYMI DELAGARDE. IOAN. ANT. HVGVETAN. } *Via Mercería.*

M. DC. LI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

D. ALBERTI MAGNI, RATISBONENSIS EPISCOPI, ORDINIS PRÆDICATORVM,

COMMENTARII

IN

LIBRVM B. DIONYSII AREOPAGITÆ Epiſcopi Athenarum, ad Timotheum Epiſcopum,

DE CÆLESTI HIERARCHIA.

PROLOGVS.

AD locum vnde oriuntur flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Ecclæ. 1. *Quatuor notantur in verbis iſtis, de quibus habetur materia & modus cæleſtis hierarchiæ, ſcilicet locus, ortus theophaniarum, reditus earum, & refluxus earundem. Omnis enim hierarchia (vt infra dicet. cap. 3.) deiforme ſimilat, & in Deum proportionaliter aſcendit. Locus autem eſt Deus, ſecundum quod ipſe eſt lux inacceſſibilis.* 1. Timo. vlti. *Qui habitat lucem inacceſſibilem. Dicitur autem locus propter tria, propter immobilitatem, & continentiam, & quia eſt motus ad ipſum. De quo dicit* Boëtius in lib. de conſolatione. *Stabiliſque manens das cuncta moueri.* Exo. 33. *Ecce, inquit, eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram. Et ſic eſt principium theophaniarum: quia principium primum eſt immotum in omni genere motus. Continet autem vt locus: quia in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus.* Act. 17. *Et ideo dicit* Grego. *quod locus Angelorum Deus eſt, intra quem currunt quocunque mittantur.* Et Auguſtinus in 10. lib. confeſſionum. *Non inuenio tutum locum animæ extra te, in quo colliguntur omnia ſparſa mea. Ad ipſum etiam mouetur omnis intellectus & deſiderium: quia, vt dicit* Dionyſius in 3. cap. de diuinis nominibus, *omnia appetunt bonum, & propter illud agunt quæcunque agunt. Oportet enim vnum primum eſſe mouens appetitum, gratia cuius mouet omne ſecundum mouens. Et ſic primum bonum exemplariter appetitur in quolibet bono, licet error quandoque fiat in ſuppoſitis. Vnde* Auguſtinus in 1. confeſſionum *dicit: Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec perueniat ad te. Et in* Pſal. *Quid enim mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram?*

Ortus autem fluminum eſt ab hoc loco. Fluminum autem, inquam, naturalium, & gratiarum, & gloriarum, ſiue gaudiorum. Naturalia autem fluunt quadruplici riuo, ſcilicet exiſtentium, viuentium, ſenſibilium, & intellectualium ſiue rationalium. Et iſte eſt fluuius, qui in ortu mundi fluxit de loco voluptatis, & diuiditur in quatuor capita, ita quod entia in minus, entia autem & ſentientia in plus, &c. ſecundum quod fluuius magis & magis dilatatur, ſecundum quod diſtat à fonte. Et ideò vltima creaturarum fuit homo, conueniens cum Deo & Angelis in omnibus quatuor dictis. Ecci. 24. *Ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio. Flumina autem gratiarum ſunt etiam quadruplicia, virtutum, donorum, beatitudinum, & fructuum: quia ſacramenta peccatum induxit: & ideò Angelis non conueniunt. De iſtis dicitur* Ecci 24. *Ego quaſi fluuius Dorix, & ſicut aquæductus exiui de paradiſo. Dorix enim generans medicamentum interpretatur.* Ioan. 7. *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* 4. Reg. 5. *Vade & lauare ſepties in Iordane, &c. De fluminibus gaudiorum dicit* Eſther. 10. *Fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit.* Pſal. *Fluminis impetus lætificat.* Ezech. 47. & Apoc. 22. *dicitur, quòd aquæ egrediebantur de templo.*

Oriuntur autem iſta flumina per proceſſus diuinæ bonitatis in nos & in Angelos, ſicut Iſa. 27. *Egredietur Dominus de loco ſancto ſuo. Et* Ezech. 3. *Benedicta gloria Domini de loco ſuo. Reuertuntur autem per aſcenſum illuminatorum & irrigatorum in Deum. Vnde* Iac. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. Et addit* Dionyſius, *quòd iterum, vt vnifica virtus conuertit nos & reſtituit in ſuum ſimplum radium, & conuertit ad congregantis Patris vnitatem. Sic enim competit illud* Apoc. vlti. *Ego ſum α & ω, principium & finis.* Ecci. 1. *Omnia flumina intrant in mare, id eſt, in immenſitatem diuinæ ſapientiæ & bonitatis, & mare non redundat: quia ſicut emanando non deficit, ita nec in recurſu ſuperabundat: quia dicit* Auguſtinus, *quòd non habet quo creſcat illa perfectio. Vt iterum fluant: quia ſic per gratiarum actionem alueus fortiori quam prius fluxu redundare videtur in ſubdita. Hæc enim eſt lex diuinitatis, vt per prima media, & vltima per media reducantur. Sic etiam luſtrans vniuerſa per circuitum pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Sic etiam* Iud. 5. *Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo contra Siſaram pugnauerunt. Hoc autem eſt totum quod eſt in hierarchia, ſcilicet illuminationis receptio, illuminati in Deum aſcenſio, & aſcendentis ad inferiora reſpectus, vt iterum in Deum aſcendat.*

CAPVT PRIMVM.

SYMPRÆSBITERO TIMOTHEO DIONYSIVS PRÆSBYTER.

QVONIAM OMNIS DIVINA ILLVMINATIO ſecundum bonitatem variè in præuiſa proueniens, manet ſimpla, & non hoc ſolum, ſed & viuificat illuminata.

1. Iac. 1. OMnE datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum. Sed & omnis Patre moto, manifeſtationis luminum proceſſio in nos optimè ac largè proueniens, iterum vt vnifica virtus reſtituens nos replet & conuertit ad congregantis Patris vnitatem & deificam Rom. 11. ſimplicitatem. Etenim ex ipſo omnia & in ipſum, vt diuinum ait ver- Ioan. 1. bum. Ergo Ieſum inuocantes paternum lumen quod eſt quod verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, per quem ad principale lumen Patrem acceſſum habuimus, in ſacratiſſimorum eloquiorum Patre traditas illuminationes (quantum poſſibile eſt) reſpiciemus. Et ab ipſis ſymbolicè nobis & anagogicè manifeſtatas cæleſtium animorum hierarchias, quantum potentes ſumus, conſiderabimus. Et principalem & ſuperprincipalem diuini Patris claritatem, quæ Angelorum nobis in figuratis ſymbolis manifeſtat beatiſſimas hierarchias immaterialibus & non trementibus mentis oculis reſpicientes, iterum ex ipſa in ſimplum ſuum reſtituimur radium.

* *
*

D V B I A.

Omne datum optimum & omne donum perfectum, &c.

B *Dubium 1.* AD euidentiam totius operis & diuiſionem eius habendam, oportet quædam præinquirere quæ in principiis librorum inquiri ſolent, ſcilicet quæ cauſa efficiens, quæ materialis ſiue ſubiectum, quis modus agendi, quis finis, quis habitus quo regitur in acquiſitione finis. Indiget enim omnis artifex aliquo habitu, ne erret in deueniendo ad finem. Cauſa igitur efficiens principalis in hoc libro, ſicut in omnibus libris theologicis, Spiritus ſanctus, quo inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines, vt dicitur 2. Pet. 1. Efficiens ergo cauſa huius libri non eſt ad hominem referenda, ſed ad Spiritum ſanctum. Inſtrumentalis tamen cauſa eius eſt beatus Dionyſius. Dicitur enim in Pſal. in perſona eius & omnium ſcribentium ſecundum fidem de diuinis: Lingua mea calamus ſcribæ, &c. Scriba autem, vt dicit beatus Hieronymus, eſt in lege doctiſſimus. Spiritus autem ſanctus in lege doctiſſimus eſt. Ipſe enim infinitos ſenſus in lege condidit, quos vnuſquiſque attingit ſecundum ſuam capacitatem. Sic igitur beatus Dionyſius in traditione ſui operis inſtrumentum fuit Spiritus ſancti: quod ex libri titulo patet, qui talis eſt: Incipit liber beati Dionyſij Areopagitæ Epiſcopi Athenarum ad Timotheum Epiſcopum, de cæleſti hierarchia. In hoc enim quod dicitur beati, tangitur eius meritum. Dionyſius verò eius nomen proprium fuit, in quo deſignatur eius perſona. Sed eius dignitas ante conuerſionem tangitur in hoc quod dicitur Areopagitæ. Areos enim Græcè dicitur bellum, pagus verò dicitur vicus. Vnde Areopagus quidam vicus erat Athenis, in quo colebatur mars Deus belli, vt dicit quædam Gloſſa in Actibus. Vnde dictus eſt Areopagita: quia prædictum vicum regebat aut per per commiſſionem reipublicæ, aut per propriam dignitatem. In hoc verò quod ſequitur, Epiſcopi Athenarum, tangitur cuius dignitatis fuerit in Chriſti Eccleſia. Per id verò quod ſequitur, ad Timotheum, tangitur modus tradendi: quia per modum epiſtolæ ſcripſit.

C *Dubium 2.* SED CIRCA ſubiectum huius operis eſt dubitatio. Dicitur enim à quibuſdam, quòd Angelus eſt hic ſubiectum. Sed contra: In nulla ſcientia debent prætermitti primæ differentiæ ſubiecti: quia paruus error in eis, facit magnum errorem in ſequentibus, vt dicitur primo cæli & mundi, ſed prima accidentia Angelorum naturalia eorum ſunt quatuor, ſcilicet ſimplicitas eſſentiæ, perſpicacitas intelligentiæ, perſonalis diſcretio, & liberum arbitrium, quæ tangunt ſecundum quod dicitur materiam, de quibus nulla fit mentio hîc: ergo eſſet valdè inſufficienter traditum.

2 Præterea, in ſcientiis communibus & primis ſi ſit dubitatio de ſubiecto, oportet quòd ſubiectum ſuum probent eſſe, non enim habent aliquam priorem & communiorem, à qua ſupponatur illud ſicut particulares ſcientiæ: ſed in hac ſcientia communi & prima non traditur notitia de ſubſtantiis ſeparatis à materia ſecundum eſſe & diffinitionẽ, non enim probantur hîc Angeli eſſe: ergo Angelus non eſt hic ſubiectum. Nec poteſt dici, quòd hæc non ſint de conſideratione Theologi, cum hæc determinentur ab Auguſt. & aliis Theologis.

3 Si dicatur, quòd gratiæ Angelorum ſunt hic ſubiectum. Contra: Oppoſitorum eadem eſt diſciplina: ſed vitia dæmonum gratiis Angelorum opponuntur: ergo de illis hic debet determinari: cum ergo hoc non fiat, patet quòd gratiæ non ſunt ſubiectum. Præterea, multę ſunt quæſtiones dubiæ de gratiis Angelorum, de quibus hîc nulla fit mentio, vt vtrum Angeli ſint creati in gratuitis & naturalibus, & ſimilia: ergo hæc doctrina eſſet valdè inſufficiens.

Solutio. Concedimus, quòd neque Angeli neque gratiæ Angelorum ſunt hîc ſubiectum: quia, vt probant obiectiones, eſſet valdè inſufficiens: ſed diſpoſitio Angelorum in principatu & ordine eſt ſubiectum huius libri: & hæc ſufficienter in eo traditur, ſicut patebit per diuiſionem libri. Vnde etiam in titulo dicitur, de cæleſti hierarchia, quaſi de diſpoſitione cæleſtium eſſentiarum in ſacro principatu. Dicitur enim hierarchia à hieros quod eſt ſacer, & archos quod eſt princeps, quaſi ſacer vel ſacrorum principatus: quia in ſacris officiis principantur, & per ſacras emanationes donorum.

MODVS agendi reductorius eſt, vt dicit Commentator. Vnumquodque enim tradi debet ſecundum illud quod eſt optimum in ipſo: optimum autem emanationis donorum ſpiritualium in ſacris principatibus non eſt in egreſſione eorum à primo, debilitatur enim radius ſpiritualis illuminationis exiens in receptione ignobilioris naturæ: ſed optimum huius emanationis conſiſtit in reductione recipientis ad primum, quantum poſſibile eſt, in quo conſiſtit reſolutio à compoſitione principiatorum in ſuum principium, quod eſt ſimpliciſſimum: & ideo hanc doctrinam reſolutorius modus docet. D *Dubium 2.*

FINIS autem cuiuſlibet rectè tradentis duplex eſt. Vnus in ſe, & alius in altero. Finis in ſe huius eſt contemplatio intellectualium ſubſtantiarum, quod eſt pars felicitatis humanæ monaſticæ ſecundum Philoſophum. Proprium enim eſt hominis inquantum homo, id eſt, ſecundum partem intellectiuam, contemplatio huiuſmodi ſubſtantiarum, & erit tota felicitas ſi ei adiungatur delectatio, quæ aliis delectationibus præponatur. Finis autem in altero eſt inſtruere nos in cognitione huiuſmodi ſubſtantiarum vt eas contemplemur. E *Dubium 3.*

SED DVBITATIO eſt de habitu regente in hac ſcientia. Videtur enim, quòd ſit habitus rationis. Dicit enim Auguſt. in lib. 83. quæſtio. Quod intelligimus, rationis eſt: ſed cognitio de Angelis per intellectum eſt: ergo ad rationem pertinet: ſed intellectus non poteſt in intellectualia ſine aliquo lumine rationis, ſicut nec viſus in viſibilia ſine lumine viſibili: ergo oportet illuminari rationem noſtram rationali habitu in hac doctrina. Sed hoc falſum videtur: quoniam non poteſt inueniri aliquis habitus rationis, quo dirigatur ſcientia in ſuum finem niſi F *Dubium 4.*

niſi prima philoſophia, quantum ad illam partem quæ eſt de ſubſtantiis ſeparatis, ſicut tradit eam Philoſophus in 11. primæ philoſophiæ: illa autem determinatio non conuenit iſti quæ conſiderat qualiter in ſpiritualibus miniſteriis Angeli obſequuntur Deo: nihil autem ibi traditur, ſed diſtinguuntur intellectuales ſubſtantiæ ſecundum motus orbium: ergo videtur, quòd nullo habitu rationis dirigatur hæc ſcientia ad ſuum finem.

2 Item videtur, quòd nec per habitum fidei. Ea enim quæ traduntur in hoc opere, non reducuntur ad aliquem articulum, articulo enim ſemper ſubiicitur res diuina: hic autem agitur de creatis ſpiritibus: ergo nec regitur habitu fidei.

Solutio. Dicimus, quòd vniuerſalis habitus regens in omnibus Theologicis eſt fides: quoniam in ea non poſſumus per principia rationis, ſed per ea quæ ſunt ſupra rationem & naturam. Sed notandum, quòd fides hîc largè ſumitur, prout complectitur articulos qui ſunt de eſſentia fidei, & antecedentia & conſequentia fidem. Antecedens autem fidem dicitur, ſicut credere diuinam ſcripturam veram eſſe: hoc enim non ſuppoſito, non remanet fides articulorum qui per ſcripturam traduntur ſine principiis rationis. Hoc autem credendo, non habetur diſtinctè fides, ſed ſub quadam communitate & confusè: diſtinguitur autem per articulos: & ideò antecedens dicitur. Conſequens verò articulos dicitur, ſicut fornicationem eſſe peccatum mortale, & huiuſmodi quæ habentur ſuppoſitis articulis ratione ſequentis fidem, quia conſonans rationi. Habitus autem regens in vniuerſali ſcientia ſecundum aliquid ſpeciale eſt regens in parte ſcientię: vnde in hac doctrina quę pars Theologiæ eſt, fides eſt habitus regens, fides, dico, indiſtincta, quæ eſt in credendo veritatem ſacræ Scripturæ, quantum ad ea quæ in pleriſque ſacræ Scripturæ locis de Angelis ſub corporalibus ſimilitudinibus traduntur conformiter nobis. Vnde etiam in tradendo hanc doctrinam, habitu ſcripturarum regitur, ordinando cæleſtes eſſentias in hierarchia & ordine ſecundum conuenientiam ſimilitudinum in ſcripturis poſitarum.

Ad primum ergo dicimus, quòd rationis eſſe dicitur, quòd intelligimus, ita quod per principia rationis illud attingamus. Sic autem non dicuntur ea quæ de Angelis hic traduntur, intelligi, ſed ſecundum quod intellectus diuiditur contra intelligentiam, quæ eſt de rebus diuinis, intellectus verò de creatis ſpiritibus.

Ad aliud dicendum, quòd in ratione illa fides ſtrictè ſumitur, prout complectitur tantum articulos.

DIVISIO TEXTVS.

C His habitis ſecundum aſſignatum ſubiectum diuiſionem libri proſequamur. Diuiditur autem in tres partes. Diſpoſitio enim Angelorum poteſt tradi in hierarchia & ordine dupliciter, aut per communia, aut per propria. Et per propria, aut in ſe, aut in comparatione ad nos. In prima ergo parte determinat de hierarchia per communia, vſque ad 11. c. ibi, *Quanti quidem & quales*. In ſecunda determinat propria eorum in ſe vſque ad 15. c. ibi, *Fer age quod reſtat*. In tertia propria eorum comparatione ad nos. Prima in duas. In prima determinat communia hierarchiæ quantum ad principia earum. In ſecunda quantum ad ea quæ ſunt de eſſentia hierarchiæ, & incipit ibi. 3. c. *Eſt quidem igitur hierarchia*. Prima in tres. In prima determinat principium à quo eſt emanatio donorum quibus perficitur hierarchia. In ſecunda tradit modum manifeſtationis eius, & incipit in ſecundo c. *Oportet ergo vt æſtimo*. Primum capitulum diuiditur in duas partes. In prima proponit in quadam auctoritate principium emanationis donorum ſpiritualium & omnium aliorum. In ſecunda probat propoſitum, ibi, *Etenim neque ipſe vſquam*. Prima in tres. In prima proponit auctoritatem ſumptam de Canonica Iacobi. 1. c. In ſeconda manifeſtat eam, ibi, *Sed & omnis patre moto*. In tertia concludit recurrendum eſſe ad Chriſtum in proſecutione huius operis, ibi, *Ieſum ergo inuocantes*.

DVBIA.

D AD EVIDENTIAM autem primæ partis quærimus, Cum locus ab auctoritate ſit infirmiſſimus, vt dicit Boëtius, quare ab auctoritate incipit? *Dubium 1.*

Item, quare potius ab hac quam ab alia? *Dubium 2.*

Item, in quo differt donum & datum? *Dubium 3.* Et videtur, quòd datum non poſſit referri ad naturalia, vt dicit Gloſſa ſuper locum iſtum in Canonica Iacobi. Datum enim ſuperadditur alicui præexiſtenti: ſed naturalibus nihil præexiſtit: ergo, &c.

Item quare dicitur datum optimum & donum perfectum? *Dubium 4.* Optimum enim eſt quo nihil melius: quod non eſt verum de datis naturalibus, cum gratuita eis meliora ſint, tanquam eorum perfectiua. Item perficiens non eſt perfectum, ſicut nec finiens finitum: & ita gratuita ad quæ refertur donum, non debent dici perfecta, cum ſint perfectiones mentium.

Item, quid eſt donum deſurſum eſſe? *Dubium 5.*

Item, quid eſt eius deſcendere? *Dubium 6.*

Item quæritur, vtrum hoc nomen, Patre, *Dubium 7.* teneatur perſonaliter, vel eſſentialiter? Et videtur, quòd non perſonaliter, quoniam indiuiſa ſunt opera Trinitatis: & ita effundere dona non eſt tantum perſonæ Patris, ſed communiter trium perſonarum: ergo hoc nomen, Patre, tenebitur eſſentialiter. Contra: In eadem ſerie locutionis ipſe dicit: Ieſum paternum lumen, id eſt à Patre: quod oportet perſonaliter ſumi: & ita hic etiam perſonaliter ſumetur, cum non ſumetur æquiuocè in concluſione & præmiſſis.

Solutio. Ad primum dicendum, quòd in aliis ſcientiis auctoritas innititur rationi humanæ, quæ infirma eſt: in Theologicis verò veritati diuinæ, quæ firmiſſima eſt. Eſt enim locus non tantum ab auctoritate, ſed ab inſpiratione diuina: & ideo ab auctoritate incepit, vt quaſi ſupra firmum fundamentum opus ſuum ſtabiliret.

Ad ſecundum dicendum, quòd tota diſpoſitio,

tio hierarchiarum & ordinum ex donis lumino-ſis perficitur, quorum proceſſio in hac auctoritate proponitur: & ideo ab ea incipit.

Ad tertium dicendum, quòd ſicut dicit Glo. datum refertur ad naturalia, donum ad gratuita. Dicuntur autem dona: quia, vt dicit Philoſophus, donum eſt datio irreddibilis, & hæc propter ſui excellentiam retributione carent. Ad id quod obiicitur contra, dicendum quòd communicare eſt duplex. Per neceſſitatem naturæ, ſicut ignis communicat lumen & calorem: & quod ſic communicatur, non dicitur dari. Eſt etiam communicare per libertatem voluntatis, quomodo Deus communicat creaturæ & eſſe & poſſe & agere, & gratias ſuperadditas: & ideo omnia data dicuntur, non quod naturalia ſuperaddantur aliis præexiſtentibus in rerum natura, ſed in Dei prouidentia. Ad aliud dicendum, quòd naturalia poſſunt conſiderari tripliciter, aut ſecundum egreſſionem, aut ſecundum participationem, aut ſecundum reductionem. Et licet ſecundũ egreſſionem non ſint optima, quia iam diſtare incipiunt à ſumma bonitate, nec ſecundum participationem, ſecundum reductionem tamen optima ſunt: quia reducta non diſtant à principali bonitate. Et ſecundum hoc gratuita non ſunt meliora, ſed habent eandem rationem bonitatis reducta ad idem principium. Ad aliud dicendum, quòd ſicut dicit Beatus Greg. propter defectum humani ſermonis in rebus diuinis vtimur verbis quandoque impropriè, ſicut dicitur perfecta Filij generatio quæ non terminatur. Et ita dicũtur hîc gratuita perfecta: quia ſunt perfectiua mentium, licet impropriè.

Ad aliud dicendum, quòd quia huiuſmodi data & dona procedunt à principio quod omnibus ſupereminet, vt ſimilitudines aliqualiter repræſentantes ipſum, dicuntur eſſe deſurſum: quia ſupernæ naturæ.

Ad aliud dicendum, quòd natura ignobilior non recipit aliquid à natura nobiliori in ea virtute qua eſt in ipſo: & ideò data & dona dicuntur quaſi ignobilitata: recipiuntur enim ſecundum capacitatem recipientium.

Ad aliud dicendum, quòd à Patre eſt eſſentialiter perſonaliter ſumptum: nomen enim quod ſignat eſſentiam, connotat perſonam propter modum ſignificandi, ſcilicet à quo alius per generationem, qu conuenit Patri: aut qui eſt principium non à principio, cui attribuitur effuſio donorum, licet ſit communiter trium: & ſic omnia dona dicuntur eſſe à Patre, ratione eius quod eſſentiam ſignificat. Et Ieſus dicitur lumen à Patre propter attributum perſonæ filij: quia lumen ſignificat vt ab alio, ſcilicet à lucente: & Filius eſt perſona quæ ab alio, quæ attributum habet ſapientiæ quæ in ſpiritualibus dicitur lumen.

EXPOSITIO TEXTVS.

E Litera ſic legatur. *Omne datum optimum*, id eſt naturalia optima reducta ad primum principium, *& omne donum perfectum*, id eſt, omnia gratuita perficientia mentes, *deſurſum*, id eſt, à ſuperiori natura, *deſcendens*, non in æquali nobilitate ſuſceptum, *à Patre luminum*, id eſt, datorum luminoſorum donorum. *Sed & omnis.* Hic quod dixerat de omnibus donis, manifeſtat in intellectualibus: quia in his magis videtur egreſſio eorum à primo, & reductio in ipſum. Dicit ergo: dictum eſt donum & datum procedere à Patre luminum. *Sed & omnis proceſſio manifeſtationis luminum*, id eſt, luminoſorum donorum, quibus fit intellectualis manifeſtatio, *Patre moto*, id eſt, à Patre ſic moto: & eſt v..a dictio. Oportuit enim propter elegantiam ſermonis Græci & inopiam Latini ſermonis fieri inuſitatas compoſitiones in transferendo. Ipſe dicit moto. Contra: Boëtius in de conſolatione philoſophiæ dicit, Stabiliſque manens, &c. Dicendum, quòd non dicitur motus variatione, ſed repræſentatione, ſicut dicitur exemplar moueri in exemplata. Vnde ipſam rem motam eſſe, eſt primam ideam proceſſiſſe in ideatorum formationem ſe repræſentantium. *Prouenienſ in nos optimè*, quoad reductionem in ipſum, *ac largè*, quantum ad egreſſionem ab ipſo: licet enim nos ſtrictè pro noſtra capacitate recipiamus, ipſe tamen largiſſimè effundit. Iſta dico proceſſio ſicut prouenienſ, *iterum replet nos reſtituens vt vnifica virtus*: non enim ſufficit, quòd proueniat in nos niſi prouenienſ reparet nos, faciens participes diuinæ bonitatis, & reparatos conſummaret vt participes diuinæ poteſtatis effecti, alios reducamus. Et dicitur virtus vnifica, quaſi vnum faciens: quia participatione ſpiritualis emanationis magis ſummo vni appropinquantes, in maiorem vnitatem redigimur. Vnde dicitur in libro de cauſis, quòd quantò intelligentia plures bonitates participat, non tamen magis plures, ſed magis vna efficitur. Et dicta proceſſio *conuertit nos ad vnitatem & deificam ſimplicitatem congregantis Patris*, reducens in ipſum vt in finem & exemplar. Et dicitur congregantis Patris: quia in ipſo congregamur ſecundum intellectum & affectum: recedendo enim ab ipſo, diſpergimur: & quia per ſpiritualia dona quibus in diuinam ſimplicitatem, prout poſſibile eſt, reducimur, dij & participes deorum efficimur, vt idem poſtmodum dicet. Deinde probat vtrumque per auctoritatem. *Etenim, vt ait diuinum verbum.* Roma. 11. *ex ipſo*, ſcilicet Patre luminum, *omnia* egrediuntur, *& in ipſum*, omnia reducuntur. Poſteà concludit recurrendum eſſe ad Chriſtum in proſecutione huius operis, dicens: *Ergo*, ex quo proceſſio manifeſtationis venit in nos à Patre luminum, nos *inuocantes Ieſum paternum lumen*, id eſt, à Patre. Ioan. 1. Erat lux, &c. *Quod eſt quod verum eſt*. Et hoc dicitur propter immobilem ipſius veritatem. 11. Corinth. 1. Non fuit in illo eſt & non, ſed eſt in illo fuit. Vel poteſt referri ad diuerſa, vt per ly quod eſt in illo, manifeſtetur in propria natura. Exo. 3. Qui eſt, miſit me, &c. per quod verũ, in comparatione ad nos. Ex hoc eſt quod ſequitur, *quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, Ioan. 1. quantum ad effectum quem operatur in nobis. Et hoc poteſt intelligi vniuerſaliter de illuminatione naturali, vel particulariter de illuminatione per gratiam: & tunc ſecundum expoſitionem Auguſt. eſt accommoda diſtributio, vt ſit ſenſus, omnem hominem qui illuminatur. Ieſum dico, *per quem acceſſum habuimus ad Patrem*. Ro. 5. Patrem dico *principale lumen*, id eſt, qui eſt

principale

lumen principale lumen. Sed ſi Pater eſt principale lumen, tunc Filius eſt ſecundarium, quod eſt Arrianæ perfidiæ. Et dicendum, quòd ſicut Pater dicitur maior principali auctoritate, nec tamen Filius dicitur minor, cui ab eo eſſe donatur: ſic Pater dicitur principale lumen, nec tamen filius ſecundarium. Non enim diſtinguitur Pater à Filio niſi in relationibus originis, quæ ſuperpoſitionem in naturalibus non admittunt. Non enim in humanis dicitur filius ſecundarius homo, & tamen totam naturam humanam à Patre, vt in ipſo eſt, participat. Nos dico inuocantes Ieſum, *reſpiciemus, quantum poſſibile eſt nobis, in illuminationes*, id eſt, reuelationes, *ſacratiſſimorum eloquiorum*, id eſt, quæ in ſacris ſcripturis continentur. Illuminationes dico *Patre traditas*, id eſt, immiſſas à Deo Patre per Prophetas, vel à Patribus Prophetis, id eſt, Theologis, qui genuerunt nos in hac ſcientia. Et ponitur ſingulare pro plurali. *Et conſiderabimus, quantum potentes ſumus, hierarchias*, id eſt, principatus, *cæleſtium animorum*, id eſt, ſpirituum, Angelorum ſcilicet. Hierarchias dico *manifeſtatas nobis ab ipſis*, ſcilicet eloquiis, vel Patribus *ſymbolicè*, id eſt, ſimilitudinibus corporalibus. Symbolum enim dicitur hîc ſimilitudo corporalis ſpiritualia repræſentans, licet quælibet ſimilitudo ſymbolum poſſit dici. Et hoc refertur ad acceptionem illuminationis. *Et anagogice*, id eſt, ſurſum ductiuè, id eſt, ducendo nos in ſuperiora per ſymbola. Et hoc refertur ad reductionem luminis. Ana enim Græcè dicitur ſurſum, gogns ductio. Et nos inuocantes Ieſum *reſpicientes immaterialibus & non trementibus oculis mentis*. Sicut enim quorundam viſus corporalis omninò obtunditur lumine ſolis, vt veſpertilionis, & quorundam viſus erigitur aliqualiter ad inſpiciendum ſolem, ſed propter debilitatem tremunt oculi, vt viſus hominis, quorundam verò viſus confortatur vt videat ſolem in rota, vt viſus herodij: ita etiam viſus mentis materialis eorum qui terrenis affectibus & corporeis imaginibus detinentur, omnino retunditur à diuina claritate, ſed ab his recedens, in intellectualem ſpeculationem immaterialis efficitur, ſed adhuc tremens, quia rationis principiis velut de longinquo diuina conſpicit, ſed non tremens efficitur lumine fidei confortatus. Dicit ergo immmaterialibus quantum ad intellectum, non trementibus autē quantum ad confortationem intellectus per fidem. Reſpicientes dico in ipſis hierarchiis *claritatem diuini Patris principalem*: quia principium omnis hierarchiæ, prout participata in ipſis conſideratur: *& ſuperprincipalem*, prout in ſe conſideratur propter ſui eminentiam, *quæ claritas manifeſtat nobis beatiſſimas hierarchias in ſymbolis figuratis*, id eſt figuris corporalibus expreſſis. Nos dico reſpicientes *iterum ex ipſa*, ſcilicet claritate, id eſt, per ipſam *reſtituimur in ſimplum*, id eſt, ſimplicem *ſuum radium*, vt prius expoſitum eſt.

* *
*

Etenim neque ipſe vſquam vnquam radius propria ſingulari vnitate deſeritur. Ad anagogicam verò & vnificam eorum quæ prouiſa ſunt contemperantiam, optimè & pulchiè multiplicatur & prouenit, & manet intra ſe munitè in incommutabili ſimilitudine vniformiter fixus, & in ſe (quantum fas eſt) reſpicientes, proportionaliter ſe eis extendit, & vnificat ſecundum ſimplicem ſui vnitatem. 2.

Etenim neque poſſibile eſt aliter lucere nobis diuinum radium, niſi varietate ſacrorum velaminum anagogicé circumuelatum, & his quæ ſecundum nos ſunt prouidentia paterna connaturaliter & propriè præparatum. Propter quod & ſanctiſſimá noſtram hierarchiam, perfectiſſima ſacrorum diſpoſitio cæleſtiú hierarchiarum ſupermundana imitatione dignam iudicans, & dictas immateriales hierarchias materialibus figuris & formalibus compoſitionibus varificans, tradidit, vt proportionaliter nobis ipſis à ſacratiſſimis formationibus in ſimplas & non figuratas aſcendamus altitudines & ſimilitudines. Quoniam neque eſt poſſibile noſtro animo ad non materialem illam aſcendere cæleſtium hierarchiarum imitationem & contemplationem, niſi ea quæ ſecundum ipſum eſt materiali manuductione vtatur.

DIVISIO TEXTVS.

Etenim neque ipſe vſquam, &c.

Dixerat in præcedentibus, quòd radius procedens nos reducit in ſimplicem vnitatem, à qua progreditur, & quòd hoc fit proportionaliter & connaturaliter nobis. Quæ duo manifeſtat in parte iſta. Vnde diuiditur in partes duas. In prima manifeſtat primum. In ſecunda ſecundum. Secunda ibi, *Etenim neque poſſibile*. Prima in tres. In prima dicit, quòd radius procedens in ſua ſimplicitate in ſe permanet. Se- A

cundo, quòd in recipientibus multiplicatur, ibi, *Ad anagogicam vero*. Tertio, quòd recipientia in vnitatem, quantum poſſibile eſt, reducit, ibi. *Et in ſe quantum fas eſt.*

DVBIA.

B Hic qvinqve quæruntur. Primo de veritate eorum quæ in litera dicuntur. Secundo, vtrum radius de quo loquitur, propria vnitate deſeratur. Tertio, vtrum in recipientibus multiplicari poſſit. Quarto qualiter radius iſte percipiatur à rebus. Quintò de contemperantia quam radius facere dicitur in litera.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd in litera falſum dicat: quod enim nunquam & nuſquam deſeritur propria vnitate, nullò modo multiplicatur: ſed ipſe dicit eundem radium multiplicari, & tamen non deſeri propria vnitate: ergo dicit duo contraria & incompoſſibilia.

2 Preterea, Aut hoc intelligit de radio creato, aut increato. Non increato: quia ille nullo modo multiplicatur, nec in ſe, nec in aliis. Nec iterum de creato: nullum enim creatum in ſe manens vnum, in omnibus aut pluribus eſſe poteſt. Ergo nullo modo eſt verum quod dicit.

3 Si dicatur, quòd radius diuinus licet ſit vnus, tamen multiplicatur prout in diuerſa procedit, ſicut radius ſolis multiplicatur in diuerſis recipientibus, quod eſt exemplum Auicennæ. Contra: Quicquid manat ab eſſentia diuina aliquando ens de eſſentia eius, ſemper eſt de eſſentia eius, ſecundum quod manat ab ipſa, ſicut radius à ſole, cum radius in puncto quo attingit ſolem, ſit vnum cum ſole, ſequitur quòd eſſentia ſolis eſt de eſſentia diuinæ naturæ. Si igitur radius emanans à primo quo vnum. quodque in ſuà virtute perficitur formaliter, ita quod ſit eiuſdem formæ, manat ab ipſo vt lumen à ſole, tunc omnia formaliter ſunt eſſentia diuina: quod eſt error abſurdus.

4 Præterea, Quæcunque vni & eidem ſunt eadem, ipſa inter ſe ſunt eadem: ergo ſi eidem formaliter ſunt eadem, ipſa inter ſe formaliter ſunt eadem. Si ergo omnia primo formaliter eſſent, eadem omnia ſibi eſſent: & ita ſequeretur, quòd homo eſſet aſinus ſecundum formam, & è conuerſo.

Solutio Dicimus, quòd vnitas iſtius radij eſt vnitas analogiæ. Quæ autem ſic vnum ſunt, perfecta ratio inuenitur in vno, in aliis autem inuenitur aliquid rationis ad illud tertium ſecundum comparationem ad aliquem actum vel finem, ſicut in medico eſt perfecta ratio medicinæ, in inſtrumentis autem & vetula eſt aliquid rationis, ſecundum quod ordinantur ad actum medici. Similiter dicimus, quòd radius iſte eſt idea diuina repræſentans ſe in ideatis. Vnde ideata ſimpliciter quidem plura ſunt re, ſed vniuntur in quadam ratione analogiæ ad ideam quæ ſimpliciter vna eſt ſubiecto & re, licet ſit ibi aliqua pluralitas rationis reſpectu diuerſorum ideatorum, quorum quodlibet habet rationem illi propriam, quæ tamen non ſimpliciter pluralitas eſt in idea prima.

Ad primum ergo dicendum, quòd aliquod vnum multiplicari ſimpliciter ſecundum rem & permanere in vnitate rationis analogiæ non ſunt contraria: eſſent tamen contraria ſi vtrumque realiter acciperetur.

Ad ſecundum, quòd radius ille eſt increata ideæ exerens ſe in ideata, habens quidem ſimpliciter multitudinem in ideatis, ſed ſecundum quid vnitatem, manente ſimplici vnitate in idea.

Ad tertium dicendum, quòd non dicitur aliquid manare à Deo formaliter vt ens de eſſentia eius, ſed tantum exemplariter. Vnde exemplum de lumine ſolis non eſt ſimile quoad hoc: eò quod lux diffuſa formaliter exit ab ipſo ſole: quod non eſt hic. Quantum autem ad hoc eſt ſimile, quod ſicut ibi ſit multiplicatio, & hic. Alij tamen dicunt, quòd lux manat de eſſentia ſolis, incipiens diſtare ab eſſentia ſecundum quod exit ab ipſo.

Ad quartum dicendum, quòd ea quæ ſunt à Deo, non ſunt vnum cum ipſo ſecundum formam dantem eſſe, ſed ſunt vnum ſicut exemplar cum exemplato: exemplar autem licet ſit vnum in ſubſtantia, eſt tamen plurium exemplar ſecundum rationes plures.

Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd radius iſte non ſit vnus: vnum enim dicitur tripliciter, genere, ſpecie, numero: ſed ea quæ ſunt in modo, quorum eſſe iſto radio conſtituitur, nullo iſtorum modorum ſunt vnum: ergo nec radius eſt vnus. C Dubium 2.

2 Præterea, Philoſophus reducens cauſata in ſua principia, non reducit in vnum aliquid, ſed in quatuor cauſas: ergo videtur, quòd nec etiam reſpectu principij vnius quod ſit cauſa, radius vniatur.

3 Præterea, Non poteſt dici, quòd vniatur in primo efficiente: quæ enim non exeunt ab efficiente ſecundum formam propriam, non vniuntur in ipſo, ſicut ædificium & ſanitas non vniuntur in muſico, à quo non exeunt ſecundum formam muſicæ, ſed reducuntur in diuerſa principia efficientia: à primo efficiente non exeunt creaturæ ſecundum formam propriam, quæ eſt deitas: ergo, &c.

4 Præterea, Non poteſt dici, quòd vniuntur in idea: quia ſecundum Anguſt. in lib. 83. quæſtio ſingula creata ſunt in propriis rationibus, & non vna omnia: ergo radius nullo modo eſt vnus.

Solutio. Per ea quæ dicta ſunt, patet quomodo radius ſit vnus. Vnde ad primum dicendum, quòd ea quæ ſunt in mundo, nullo illorum trium modorum ſunt vnum, ſed ſunt vnum proportione ad vnum principium quod diuerſimodè ab eis participatur.

Ad ſecundum dicendum, quòd Philoſophus non intendit reſoluere in principia eſſendi proportionata rebus: reducuntur tamen omnia in vnum principium non proportionatum, ſcilicet primum principium.

Ad tertium dicendum, quòd licet creaturæ non procedant à primo ſecundum formam quæ eſt quo eſt res id quod eſt, ſicut ignis ab igne, & ſicut eſt proceſſio Filij & Spiritus ſancti naturaliter procedentium à Patre, exeunt tamen ab ipſo ſecundum vnam formam idealem.

Ad quartum dicendum, quòd licet in primo ſint propriæ rationes rerum diſtinctæ ſecundum

rationem,

rationem, hoc tamen non facit multitudinem ſimpliciter, ſed quandam pluralitatem rationis ex reſpectu ad diuerſa ideata: ſobſtantialiter autem idea manet ſimpliciter vna.

D Dubium 3. Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd radius nullo modo poſſit multiplicari in diuerſas res: ſicut enim vult Philoſophus, ab vno inquantum huiuſmodi non eſt niſi vnum: ſed primum à quo eſt exitus radij, eſt vnum ſimpliciter: ergo radius nullo modo poteſt multiplicari, nec poteſt eſſe aliqua multitudo in creaturis.

2 Præterea, Ante creaturã non ſunt niſi duo: alterum ratione tantum, ſcilicet non eſſe: alterum re & ratione, ſcilicet Deus: ſed ex non eſſe cum nihil ſit niſi ratione, non poteſt prouenire realis pluralitas, quia non ens nullius eſt cauſa: nec iterum à Deo, quia ſimpliciter vnum eſt: nec ex comparatione vnius ad alterum, quia alterum in re nihil eſt: ergo nullo modo erit multiplex radius, nec pluralitas erit aliquo modo in rebus.

3 Ad idem, Forma non multiplicatur niſi numero per materiam, & ſpecie per differentiam: ſed in Deo non eſt materia, nec iterum differentiæ oppoſitæ per quas diuerſificentur formæ: ergo in eo non eſt diuerſitas formarum: & ita nec radius ab ipſo procedẽs multiplicari poteſt.

Solutio. De hac multiplicatione malè ſentiebat Ariſtoteles & ſequaces eius: dixit enim, quòd à primo propter ſimplicem ſui vnitatem non procedit niſi vnum, quod eſt intelligentia prima: & in illa incidit compoſitio aliqua per receſſum à primo vno: & ex illa & primo cauſantur duo, vnum formaliter, ſcilicet intelligentia inferior, & alterum ſecundum id quod habet de potentia, ſcilicet cælum quod mouetur ab ipſa, & ſic donec deueniatur ad vltimam intelligentiam & vltimum orbem: & ſic cauſant varietatem generabilium & corruptibilium ex diuerſo ſitu orbium. Sed hoc infidele eſt. Vnde & Rabi Moyſes hanc viam reprobat: eò quod non eſt neceſſarium vnum ab vno eſſe, niſi exeat per neceſſitatem naturæ ab ipſo. Res autem exeunt à primo non per neceſſitatem naturæ, ſed libertate voluntatis. Vnde ſicut artifex producit diuerſa in forma propter diuerſas rationes figurarum quas habet apud ſe: ita etiam cum apud Deum ſint diuerſæ ſpecies rerum, producuntur ab ipſo ex ordine ſapientiæ diuerſa in forma: & non ſolum producit formam ſicut artifex, ſed totam rem. Vnde ipſum immediatè eſt agens multitudinem in materia & forma ex ordine ſuæ ſapientiæ.

Ad primum ergo eſt dicendum, quòd ab vno non eſt niſi vnum, ſecundum neceſſitatem naturæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd non ens non eſt cauſa pluralitatis, ſed Deus per ordinem ſuæ ſapientiæ.

Ad tertium dicendum, quòd formæ multiplicantur materia & differentiis exiſtentes multa in actu: ſed in Deo non eſt multitudo formarum in proprio actu exiſtentium, ſic enim eſſet multitudo eſſentialis in Deo: ſed ſunt in ipſo in potentia non materiali, ſed efficientis.

E Dubium 4. Circa quartum ſic proceditur. Videtur enim, quòd radius diuinus percipitur nullo alio agente, ſcilicet natura vel propoſito: facere enim per ſeipſum perfectionis eſt: cum igitur omnis perfectio in Deo ſit, non producet res aliquo alio medio agente, ſed per ſeipſum.

2 Ad idem, Agere per alterum indigentiæ eſt, quæ in Deum cadere non poteſt.

3 Præterea, Illud alterum agens, aut agit cauſando, aut diſponendo. Non cauſando: quia ſic duæ cauſæ eſſent eiuſdem in eodem genere cauſalitatis, quod eſt contra Philoſophum & rationem. Nec diſponendo agere poteſt: nihil enim diſponit ad infinitè diſtans: & ita non poteſt diſponere ad participationem diuinæ bonitatis, quæ infinitè diſtat à rebus. Agit ergo nullo alio agente emittendo radium naturalium vel gratuitorum donorum.

Ad oppoſitum. Per emiſſionem iſtius radij acquiruntur perfectiones naturales & ſuperadditæ rebus. Si igitur participarentur à Deo nullo alio agente, ceſſaret omnis actio naturæ & propoſiti: quod eſt falſum, cum videamus vnamquamque rem propriam perfectionem determinata actione & virtute propriæ naturæ acquirere.

Solutio. Dicimus, quòd ſicut habetur ex prima propoſitione libri de cauſis, cauſæ primæ operantur cum ſecundis. Sic itaque enim eſt operatio vna: alioquin non terminarentur ad effectum vnum, ita tamen quod cauſa prima dat eſſe & operari, & principalius operatur in cauſatum quam cauſa ſecunda. Sic ergo concedimus, quòd prædictus radius participatur agentibus cauſis ſecundis, ſcilicet natura & propoſito, in quibus Deus agit eandem actionem quam agunt natura & propoſitum.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet de perfectione Dei ſit poſſe agere non agente alio, tamen de perfectione cauſati eſt vt propria virtute & actione non deſtituatur: ipſe autem nulli negat perfectionem cuius eſt capax.

Ad ſecundum dicendum, quòd agere per alium, ita quod eius vicem exerceat ipſo non operante, indigentiæ eſt: ſed operari in alio operante immediatius & ſufficientius dando illi eſſe & operari, perfectionis eſt.

Ad tertium dicendum, quòd quædam agunt cauſando, & quædam diſponendo, & hoc eſt ſecundum diuerſitatem formæ qua producuntur: forma enim quæ ordinatur ad actum naturæ, poteſt produci virtute naturæ cauſantis, ſicut ſunt formæ naturales. Et eadem ratio eſt de formis artificialibus. Sed forma quæ ordinatur ad aliquid infinitum, ſicut gratia gratum faciens quæ promeretur ipſum Deum, non poteſt cauſari aliqua virtute creata, ſed per ſeipſum Deus eam infundit, altero non cauſante diſponente: in talibus enim ſola præparatio in nobis eſt. Et quod obiicitur, quòd duæ cauſæ non ſunt eiuſdem, verum eſt in eodem ordine, ſcilicet quarum vtraque eſſentialis in vna ratione cauſalitatis: nihil tamen prohibet ſæpè eſſe plures, vt dictum eſt.

Et quod iterum obiicit, quòd nihil diſponit ad infinitum, verum eſt vt adæquetur ei: diſponere tamen poteſt vt appropinquet ſecundum quod poteſt.

F Dubium 5. Qvinto quæritur, verum omnia contemperantiam habeant ad inuicem, ſicut dicit in litera?

litera? Et videtur, quod non. Quæcunque enim ſunt diuerſi ordinis, non contemperantur: ſed res ſunt diuerſi ordinis: quædam enim loco, quædam tempore, quædam aliis modis ordinantur: ergo omnia contemperantur ad inuicem.

2 Præterea, Contraria ad inuicem non contemperantur: cùm igitur in cauſatis multæ ſint contrarietates, videtur idem quod prius.

3 Ad idem, Temperantia in rebus tranſſumitur à temperatoria in ſonis: non autem omnes ſoni contemperantur: ergo nec inter omnia cauſata eſt contemperantia.

Solutio. Dicimus, quòd iſta contemperantia eſt in ordinatione vniuerſi, quam comparat Philoſophus in 12. primæ philoſophiæ ordini exercitus: ſicut enim totus exercitus ordinatur ad bonum ducis, quod eſt victoria, exiſtente quodam ordine in partibus exercitus, quo quidem ſubſeruiendo aliis, conſequuntur communem finem proportionaliter ſibi: ita etiam in vniuerſo omnia communiter ſunt ordinata ad communicandam diuinam bonitatem, proportionaliter tamen: quædam enim immediatè conſequuntur diuinum eſſe, ſcilicet perpetuitatem ſine motu, vt Angeli: quædam verò cum motu vt corpora ſuperiora: quia totum quod debetur de eſſe, actu ſimul habere non poſſunt: vnde adipiſcuntur quandam perpetuitatem ex conditione ſuæ naturæ, renouando ſe in diuerſis ſituationibus per motum, quas ſimul habere non poſſunt: quædam verò vna, & quædam pluribus operationibus vel motibus, ſecundum quod ſunt remota vel propinqua fini: quædam verò, vt generabilia & corruptibilia, quia non poſſunt manere perpetuo eadem numero, nituntur per narionem vel generationem, ſaltem in ſpecie perpetuum eſſe participare, licet in poteſtate Dei ſit imponere finem quando vult. Talis igitur ordinatio earum ad vnum finem & adinuicem, ſecundum quod iuuant ſe in conſequendo finem, dicitur hîc contemperantia.

1 Ad primum ergo dicendum, quòd licet ſint res in diuerſis ordinibus ſpecialibus, proportionaliter tamen ſibi conueniunt in ordine ad vnum finem.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet contraria non contemperentur ſibi ſpeciali contemperantia, iuuant tamen ſe in adipiſcendo communem finem, cum contrarium non poſſit ſpeciem conſeruare, niſi agendo in alterum contrarium: & ita contemperantur.

3 Ad tertium dicendum, quòd quilibet ſonus contemperatur alicui de vniuerſitate ſonorum, licet alicui ſonorum non contemperetur: & ita in vniuerſi partibus eſt, adeò etiam quod nec malum incontemperatum omninò remanet.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Litera ſic legatur. Diximus, quòd ex diuina reuelatione reſtituimur in ſuum ſimplum radium. *Etenim*, id eſt, quia, *neque ipſe radius*, id eſt, diuina idea exerens ſe in ideata *vſquam*, id eſt, in vlla creatura, *vnquam*, id eſt, in vllo tempore, *deſeritur propria ſingulari vnitate*, id eſt, per excellentiam ſibi ſoli conuenientem, manente ſimplici vnitate in idea, proportionis verò vnitate in ideatis, quæ eſt propria vnitas radij: *& multiplicatur* quantum ad eductionem ideatorum, *& prouenit* reſpectu egreſſionis à principio, *optimè*, id eſt, ordine ad finem, *& pulchrè* per aſſimilationem ad ideam. Multiplicatur dico *ad contemperantiam*, id eſt, ordinem rerum ad vnum finem conſtituendum, *eorum quæ prouiſa ſunt*, id eſt, rerum omnium quæ diuina cura prouidentur & reguntur. Contemperantiam dico *anagogicam*, quia per eam res referuntur in primum principium vt in vltimum finem, *& vnificam*, quia in ea vniuntur res proportionis vnitate: *& manet fixus vniformiter*, id eſt, incommutabiliter. Fixus dico *in incommutabili ſimilitudine*: quia incommutabiliter vnitur in aſſimilando ideam, *munitè intra ſe*, id eſt, munitus: quia rerum multitudo eius vnitatem non propellit: & ipſe radius *extendit & vnificat proportionaliter eis*, id eſt, in ſuperna tendere facit, dans vnitatem ſecundum eorum capacitatem. Vnificat dico *res in ſe*, id eſt, in radium, ſcilicet in quos prouenit, *quantum fas eſt*, id eſt, poſſibile, *reſpicientes*. Vnificat dico *ſecundum ſimplicem ſui vnitatem*, quam ſeruat: alioquin vnificare non poſſet.

3. Viſibiles quidem formas inuiſibilis pulchritudinis imagines arbitrans, & ſenſibiles ſuauitates figuratas inuiſibilis diſtributionis, & immaterialis luculentiæ imaginẽ materialia lumina, & ſecundum intellectum contemplatiuæ plenitudinis diſcurſis ſacras diſciplinas, & & adunari ad diuina & ordinati habitus earum quæ hîc ſunt diſpoſitionum ordines, & Ieſu participationis ipſam diuiniſſimæ Euchariſtiæ aſſumptionem, & quæcunque alia cæleſtibus quidem eſſentiis ſupermundanè, nobis verò ſymbolicè tradita ſunt. Propter hanc ergo noſtram conrationabilẽ theoſim miſericors perfectionis principium, & cæleſtes hierarchias nobis manifeſtans, & comminiſtram earum perficiẽs noſtram hierarchiam ad virtutem noſtram, ſimilitudine deiformis earum ſanctificationis, ſenſibilibus imaginibus ſupercæleſtes deſcripſit intellectus in ſacroſcriptis eloquiorum compoſitionibus, vt nos perduceret per ſenſibilia in intellectualia, & ex ſacris figuratis ſymbolis in ſimplas cæleſtium hierarchiarum ſummitates.

DVBIA.

Viſibiles quidem, &c.

A Hic manifeſtat quod dixerat in ſacramentis, & ponit exemplum in cultu & ſacramentis. De pertinentibus ad cultum quatuor ponit exempla, ſcilicet de imaginibus, de thurificatione, de luminaribus, de lectionibus quæ leguntur in Eccleſia. In duobus autem ſacramentis ponit exempla, ſcilicet in ordine & Euchariſtia. Sed quæritur, quare non ponit exemplum in aliis pertinentibus ad cultum, ſcilicet in genuflexione, & proſtratione, & in aliis ſacramentis? Item quæritur de numero eorum quæ hic ponuntur.

Ad primum dicendum, quòd proſtratio repræſentat defectum noſtrum, ex eo quod ex nihilo ſumus: vnde ex toto proſternimur, & ſurgendo oſtendimus nos ab alio ad eſſe erectos: vnde debetur creatori ſecundum Damaſcenum. Genuflexio autem repræſentat defectum peccati: vnde non ex toto proſternimur, quia per peccatum non cecidimus à naturalibus, ſed à gratuitis: vnde debetur redemptori. Similiter omnia alia ſacramenta præter hæc duo ſunt principia bene ordinantia contra defectum ex peccato. Hæc autem eſt intentio de repræſentantibus participationem beatitudinis: & ideò numerus eorum poteſt ſic accipi. Aut enim manifeſtantur cæleſtia inſtructione, & ſic manifeſtantur per lectiones: aut repræſentatione, & hoc dupliciter, quia vel repræſentatur nobis ſpiritualis ſuauitas, & hoc per thurificationem: vel ipſa dona ſpiritualia ex quibus eſt illa ſuauitas, & hoc dupliciter, vel prout participata, & ſic in imaginibus, vt aurum ſignificat ſplendorem ſapientiæ, & ſic de aliis quæ ponuntur in templo: vel ſecundum emanationem luminoſam horum donorum, & ſic per luminaria: & ſic habes quatuor in cultu. Sacramenta autem aut repræſentant participationem beatitudinis, & ſic Euchariſtia: vel diſpoſitionem participantium, & ſic eſt ordo.

EXPOSITIO TEXTVS.

B Redeamus ad literam. Perfectiſſima diſpoſitio tradidit, dico, *arbitrans viſibiles formas*, id eſt, figuras poſitas in templis, *imagines*, id eſt, repræſentationes *inuiſibilis pulchritudinis & arbitrans ſenſibiles ſuauitates* per odorem in thurificatione, *figuras*, id eſt, ſimilitudines *inuiſibilis diſtributionis*, id eſt, ſuauitatis in diſtributione inuiſibilium donorum: & arbitrans *materialia luminis imaginem*, id eſt, ſimilitudinem *immaterialis lucalentiæ*, id eſt, illuminationis: & arbitrans *ſacras decurſas diſciplinas*, id eſt, lectiones quæ leguntur, quibus ſacras diſcimus ſimilitudines, *contemplatiuæ plenitudinis ſecundum intellectum*, id eſt, contemplatiuæ ſapientiæ, qua intellectus Angelorum repletur à Deo. Et dicuntur omnes diſciplinæ decurſæ ſiue diſcurſæ generaliter, propter diſcurſum principiorum in concluſiones. Specialiter autem Theologia: quia diſcurrit per multa exempla imperfectè diuina repræſentantia, & quia diſcurrit ab exterioribus diſpoſitionibus comparando eas interioribus, ſicut dicitur fuiſſe frigus ad repræſentandum frigus in corde Petri. Et arbitrans *ordines earum diſpoſitionum quæ ſunt hic*, id eſt, in Eccleſia, quia alij ſuper alios diſponuntur, ſimilitudines, *habitus*, id eſt, habitudines ſpiritualium, *ordinati & adunati ad diuina*, id eſt, quo ordinantur ad inuicem, & vniuntur in ordinatione ad Deum. Et arbitrans *aſſumptionem diuiniſſima Euchariſtia*, ſimilitudinem *participationis Ieſu*, qua participatur in patria, *& quæcunque alia ſunt tradita cæleſtibus eſſentiis ſupermundanè*, id eſt, modo qui ſupra nos eſt, *verò*, id eſt, ſed *nobis ſunt tradita ſymbolicè* id eſt, corporalibus figuris. *Ergo miſericors*, Deus, *principium omnis perfectionis propter hanc theoſim*, id eſt, propoſitionem noſtram, *corrationalem*, id eſt, propter hanc diſpoſitionem manifeſtandi ſpiritualia corrationabiliter nobis. Miſericors, dico, *deſcripſit in ſacroſcriptis eloquiorum compoſitionibus*, id eſt, compoſitionibus corporalibus ſcriptis in ſacra ſcriptura, *cæleſtes intellectus*, id eſt, Angelos. Deſcripſit, dico, *ad virtutem noſtram*, id eſt, proportionaliter nobis, *ſimilitudinem ſanctificationis eorum deiformis*, ſcilicet ſenſibilibus imaginibus, id eſt, deſcripſit Angelos figuris ſenſibilibus, quæ ſunt ſimilitudo Angelorum deiformium, hoc eſt, Deo ſimilium ſanctificatorum à Deo. Deſcripſit, dico, *& manifeſtans nobis cæleſtes*, id eſt, angelicas *hierarchias, & perficiens*, hac manifeſtatione, *noſtram hierarchiam*, id eſt, eccleſiaſticam *comminiſtram earum*, ſcilicet cæleſtium hierarchiarum. Et dicitur comminiſtra, non quod occupetur circa eadem miniſteria numero, ſed propter ordinem ad eundem finem, cui tamen quia illa propinquius inhæret, ideò noſtra dicitur comminiſtrare ſibi. Deſcripſit, dico, *quatenus reduceret nos in intellectualia per ſenſibilia & ex ſymbolis*, id eſt, ſimilitudinibus *ſacrè figuratis*, id eſt, ſacrorum figuris expreſſis, *in ſimplas*, id eſt, ſimplices *ſummitates cæleſtium hierarchiarum*. Summitas eſt id quod excellit in re: vnde ſummitates hic dicit ſuperiores Angelos in quolibet ordine, & ſuperiorem ordinem in vna hierarchia, & ſuperiorem hierarchiam inter omnes. Et ad vltimum ipſum principium omnium hierarchiarum.

CAPVT II.

Quoniam pulchrè diuina & cæleſtia etiam per diſſimilia ſymbola manifeſtantur.

Oportet ergo (vt æſtimo) primum exponere quam quidem eſſe ſpeculationem omnis hierarchiæ æſtimemus, & quid ipſius vnaquæque diuinis profuit laudatoribus. Deinde cæleſtes hierarchias laudare ſecundum ipſarum in eloquiis 1. *Diſtributio operis.*

quiis manifeſtationem. Cõſequentibuſque his dicere qualibus diuinis formationibus cæleſtes figurant ordines eloquiorum ſacræ deſcriptiones, & ad qualem oportet aſcendere per formas veritatem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Oportet ergo, vt æſtimo, &c.

A IN præcedenti capitulo determinauit de principio à quo eſt hierarchia, in iſto verò determinat de principio quo nobis traditur, ſcilicet ſacra ſcriptura, oſtendens qualiter ipſam congruè manifeſtet, ſcilicet corporalibus figuris ducentibus in ſpiritualia: & hoc patet per titulum, qui talis eſt: *Quoniam pulchre*, id eſt, decenter, *nobis diuina & cæleſtia etiam per ſymbola* corporalia diſſimilia eis *manifeſtantur*. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes. In prima ponit diuiſionem totius operis, vt oſtendat quid de hierarchia determinandum ſit. In ſecunda oſtendit qualiter ſcriptura deſcribens hierarchiam per corporalia ducat in ſpiritualia, ibi, *Vt non & nos*. In tertia epilogat, ibi, *Tanta quidem a nobis*. Litera ſic legatur. Ergo ex quo cæleſtes hierarchiæ manifeſtantur nobis per ſymbola in ſcripturis ad noſtram perfectionem, *oportet, vt æſtimo*, id eſt, ſicut certè ſcio. Et eſt modus loquendi ſacræ Scripturæ, vt Roma. 8. Exiſtimo, quòd non ſunt condignæ, &c. Oportet, dico, *primum exponere quam æſtimamus*, id eſt, ſcimus eſſe *ſpeculationem*, id eſt, diffinitionem, *omnis hierarchiæ*, id eſt, communem omni hierarchiæ, angelicæ & humanæ. Et dicit diffinitionem ſpeculationem: quia complectitur terminos rei per quos neceſſe eſt rem ſpeculari: & hoc in 3. 4. & 5. capitulis. Et eſt illa pars in qua agit de communibus hierarchiæ, & quæ ſunt in eius eſſentia. Et oportet exponere *quid ipſius*, id eſt, de numero earum, *vnaquæque pro ſuis diuinis laudationibus*, id eſt, illuminationibus hierarchicis Deum laudantibus, id eſt, quam vtilitatem conſequatur quis ex eo quod eſt in quocunque ordine hierarchiæ. *Et deinde oportet laudare*, id eſt, laudando exponere. Finis enim huius operis eſt non ſolum vt ſciamus, ſed etiam deuotè contemplemur: & ideò cum laude diuina debent exponi & admiratione. Laudare, dico, *cæleſtes hierarchias*, id eſt, angelicas per propria earum, ſecundum manifeſtationes earum in eloquiis, id eſt, ſicut manifeſtantur in ſacra ſcriptura: & hoc à ſexto capitulo vſque ad decimumquintum: & eſt illa pars in qua traduntur propria earum in ſe, *que*, id eſt, & oportet *dicere conſequentibus his*, id eſt, in parte libri quæ conſequitur dictas, ſcilicet in 15. capitulo, vbi determinantur propria earum in comparatione ad nos, *qualibus diuinis formationibus*, id eſt, figuris diuinitus traditis, *ſacræ deſcriptiones eloquiorum*, id eſt, ſacræ Scripturæ, *figurant cæleſtes ordines*, ſcilicet Angelorum, id eſt, in figuris tradunt. Et oportet dicere *ad qualem veritatem oportet aſcendere per formas*, id eſt, figuras traditas: non enim traduntur vt in eis ſiſtamus, ſicut conſequenter oſtenditur, ſed vt per hæc in ſpiritualia proportionaliter nobis manuducamur.

2. Vt non & nos eodem modo multis immundè æſtimemus cæleſtes & deiformes animos, multipedes eſſe quoſdam, & multorum vultuum, & ad boum pecualitatem, aut leonum beſtialem imaginationem formatos, & ad aquilarum curuo roſtro ſpeciem, aut ad volatiliũ tripartitam alarum commotioñe effiguratos, & rotas quaſdam igneas ſuper cælum imaginemur, & thronos materiales diuinitati ad recubitum neceſſarios, & equos quoſdam multicolores, & armiferos archiſtrategos, & quæcunque alia ex eloquiis nobis ſacrè & formabiliter in varietate manifeſtatiuorum ſymbolorum tradita ſunt. Etenim valdè artificialiter Theologia ſacris poëticis formationibus in non figuratis intellectibus vſa eſt, noſtrum (vt dictum eſt) animum reuelans, & ipſi propria & connaturali reductione prouidens, & ad ipſum reformans anagogicas ſanctas Scripturas.

Ezech. 1. Pecualitatem. Dan. 7. Zach. 1. 2. Machab. 5. Ioſue 5.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Vt non & nos, &c.

A HIc incipit oſtendere modum quo ſacra Scriptura vtitur in traditione cæleſtium hierarchiarum. In prima dicit, quòd ſacra Scriptura vtitur in deſcriptione cæleſtium hierarchiarum ſymbolis, non vt in eis ſiſtamus. In ſecunda ponit obiectiones quorundam in contrarium, ibi, *Si enim*. In 3. determinat, ibi, *Sed veritatis*. Litera ſic legatur. Diximus, quòd dicendum eſt ad qualem veritatem oportet nos aſcendere per formas: & hoc ideò, *vt non & nos eodem modo immundè*, id eſt, erroneè: ſumitur enim hic pro immunditia intellectus, ſcilicet erroribus & ignorantiis, ſcilicet quando ſe viſionibus occupat quam finit ſua perfectio. Eodem modo dico *multis*, id eſt, ſicut multi errant, vt hæretici & Philoſophi, ſicut Platonici, qui ponebant calodæmones & cacodæmones

eſſe

PRIVILEGE DV ROY.

LOVYS par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre, à Nos Amez & feaux Conſeillers, les Gens tenans nos Cours de Parlemens, Maiſtres des Requeſtes ordinaires de noſtre Hoſtel, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, leurs Lieutenans, & à tous autres de nos Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut: Noſtre cher & bien Amé IEAN ANTOINE HVGVETAN, le fils, Marchand Libraire à Lyon, Nous a fait remonſtrer qu'il deſireroit imprimer les *Oeuures d'Albert le Grand*, ce qu'il ne peut faire ſans grand frais, deſquels il craindroit d'eſtre fruſtré s'il n'auoit Nos lettres ſur ce neceſſaires, leſquelles il nous a tres humblement ſuppliés de luy accorder. A CES CAVSES, Nous auons permis & permettons par ces preſentes, à l'Expoſant d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter en tous les lieux de noſtre obeiſſance ledit liure, en vn ou pluſieurs Volumes, en telles marques, en tel Caractaire, & autant de fois qu'il voudra, durant vingt ans entiers & accomplis, à compter du iour que chaque Volume ſera acheué d'imprimer pour la premiere fois : & faiſons tres expreſſes deffences à toutes perſonnes de quelle qualité & condition qu'elles ſoyent de l'imprimer, faire imprimer, vendre ny debiter en aucun lieu de noſtre obeyſſance ſoubs pretexte d'augmentation, correction, changement de tiltre, fauſſes marques ou autrement, en quelque ſorte & maniere que ce ſoit, ſans le conſentement de l'Expoſant ou de ceux qui auront droit de luy, à peine de quinze mille liures d'amande, payables par chacun des Contreuenans, & applicables vn tiers à Nous, vn tiers à l'Hoſtel Dieu de Paris, & l'autre tiers audit Expoſant, de confiſcation des Exemplaires contrefaict, & de tous depens dommages & intereſts, à condition qu'il ſera mis deux Exemplaires dudit Liure en noſtre Bibliotheque publique, & vn à celle de noſtre tres-cher & Feal le Sieur Seguier Cheualier, Chancelier de France, auant que l'expoſer en vente à peine de nullités des preſentes. Du contenu deſquelles Nous voulons que vous faſſiez ioüir plainement & paiſiblement l'Expoſant, ou ceux qui auront ſon droit, empeſchant qu'il ne leur ſoit donné aucun empeſchement, Voulons auſſi qu'en mettant au commencement ou à la fin de chaſque Volume dudit Liure, vn Extraict des preſentes, elles ſoient tenuës pour duëment ſignifiées, & que foy y ſoit adiouſtée & aux coppies, collationnées par l'vn de nos Amez & feaux Conſeillers & Secretaires, comme à l'Original. Mandons au premier Noſtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, de faire pour l'execution d'icelles tous exploits

neceſſaires

neceſſaires ſans demander autre permiſſion. CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR, nonobſtant Clameur de Haro, Chartre Normande, & autres lettres à ce contraires Donné à Paris le neufiéme iour de Nouembre, l'an de grace mil ſix cens quarante-quatre, & de noſtre Regne le ſecond.

Signé par le Roy en ſon Conſeil.

CONRART.

Ledit Huguetan a aſſocié au ſuſdit Priuilege Claude Proſt, Pierre & Claude Rigaud, Freres, & Hieroſme de la Garde, pour en iouyr auec luy durant le temps porté par iceluy, conformément à leur Scrit du 7. Feurier 1644.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 16. Ianvier 1651.

D. ALBERTI

eſſe animalia aërea. Et inde Apoleius dixit: Angeli ſiue dæmones ſunt natura animalia, corpore aërea, loco cæleſtia, tempore perpetua, *Æſtimemus caleſtes & deiformes animos*, id eſt, intellectus Deo ſimiles, ſcilicet Angelos. Et dicuntur Angeli animi ſiue intellectus: quia intellectus eſt eorum eſſentia. Æſtimemus dico *quoſdam eorum eſſe multipedes & multorum vultuum*: quod oporteret ſi per figuras traditas in ſpiritualem intelligentiam non aſcenderemus, cum in Scripturis Angeli ſic deſcribantur. Ezech. 1. dicitur: Quatuor pedes vni, & quatuor facies vni. Et ne æſtimemus eos formatos *ad pecualitatem boum*, ſicut dicitur Ezechiel. 1. & 10. quòd ſimilitudo quarti, ſcilicet bouis eſt ſimilitudo Cherub. *Et ad beſtialem imaginationem*, id eſt, ſimilitudinem *leonum*, *& ad ſpeciem aquilarum curua roſtro*. Ezechiel. 1. Et ponit huiuſmodi deſcriptiones, vt deriſibilior videatur error ſic ponentium. Aut ne æſtimemus *effiguratos ad tripartitam commotionem alarum volatilium*, ſicut Iſa. 6. dicitur: Seraphin ſtabant, &c. Et ne *imaginemur quaſdam rotas igneas ſuper cælum*, Daniel. 7. Et ne imaginemur *thronos materiales*, id eſt, ligneos vel ſimiles, *neceſſarios diuinitati ad recubitum*. Dan. 7. Throni poſiti ſunt, &c. Et ne imaginemur *quoſdam equos multicolores*, id eſt, multorum colorum. Zacha. 1. Poſt eum equi varij & albi. Et ne imaginemur Angelos eſſe *archiſtrateges*, id eſt, principes equitum, *armigeros*, id eſt, arma portantes. Ioſue. 5. Vidit virum ſtantem contra ſe, & euaginatum tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noſter es, an aduerſariorum? Qui ait: Nequaquam, ſed princeps ſum exercitus Domini. 2. Machabæorum. 10. Et ne accipiamus *quæcunque alia tradita ſunt nobis ex eloquiis*, id eſt, ſacra ſcriptura, ſacrè & formabiliter, id eſt, figuris, *in varietate*, id eſt, diuerſitate, *ſymbolorum manifeſtatiuorum*, id eſt, manifeſtantium ſpiritualia. *Etenim valde*. Oſtenſo, quòd inconueniens eſſet ſiſtere in ſymbolis ſacræ Scripturæ, oſtendit quòd Scriptura vtitur eis conformando ſe nobis: & ſic poteſt diuidi contra primam. Conſtrue. Non eſt imaginandum ſic eſſe vt Scriptura figuris deſcribit. *Etenim*, id eſt, quia Theologia, id eſt, ſermo de diuinis, id eſt, ſacra Scriptura *valde artificialiter*, id eſt, congruè *vſa eſt in intellectualibus non figuratis*, id eſt, Angelis carentibus figuris, *ſacris formationibus*, id eſt, figurationibus *poeticis*. Poëta enim, vt dicit Alpharabius in diuiſione ſcientiarum, præuenit intellectum & rationem quibuſdam figmentis. Sed talibus vtitur ſacra Scriptura, *ſacrè*, id eſt, vt per hæc in ſacra deducat. Vſa eſt dico *reuelans noſtrum animum*, id eſt, aperiens velamen auferendo noſtro intellectui *reductione* in ſpiritualia quæ eſt per ſenſibilia, *propria*, ipſi reſpectu Angeli, *& connaturali & reformans ad ipſum*, id eſt, capacitati ſuæ, *ſanctas Scripturas anagogicas*, id eſt, ſurſum ductiuas ex ſenſibilibus formis.

DVBIA.

B Circa partem iſtam occurrunt tria dubia. Primò, vtrum ſit neceſſarium nobis deſcribi ſpiritualia per ſenſibilia. Secundò, vtrum ſint deſcribenda per corporalia nobiliora vel ignobiliora. Tertiò, vtrum cognitio ſpiritualium per corporalia valdè optimè & artificialiter fiat.

Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non oporteat nos duci in cognitionem Angelorum per corporalem ſimilitudinem. Intellectus enim noſter intelligit abſtrahendo: quæ igitur abſtracta ſunt, ſecundum ſe poſſunt optimè intelligi: Angeli ſunt tales: ergo ad eos intelligendos non indigemus corporalibus figuris. Dubium 14

2 Ad idem, Omnis cognitio fit per aſſimilationem cognoſcentis ad cognitum: intellectus autem noſter magis aſſimilatur ſpiritualibus eſſentiis quam corporalibus, cum ſit ſpiritualis & intellectualis: ergo magis ea cognoſcit per ſe quam per corporalia.

3 Ad idē, Lumen corporale alteri poteſt vniri ſine medio: lumen autem ſpirituale fortius eſt: cum igitur intellectus noſter & Angeli ſint quędam ſpiritualia lumina, poſſunt coniungi ſine medio.

Contra: Secundum Philoſophum intellectus noſter nihil eſt habens eorum quæ intelligit ante intelligere: ſed non poteſt ſpecies eorum quæ intelligit accipere niſi à phantaſmate: ergo oportet, quòd per phantaſma quod eſt rerum corporalium, ducatur in intellectum quorumcunque.

2 Ad idem, Secundum Philoſophum in libro poſteriorum, omnis noſtra cognitio ortum habet à ſenſibili: ergo de Angelis cognitionem accipere non poterimus niſi per ſenſibilia.

Solutio. Dicimus, quòd ad hoc quod intellectus noſter intelligat, oportet quòd informetur ſpecie rei quæ debet intelligi. Vnde & apud Philoſophos dicitur informatio intellectus in cognoſcendo incomplexa. A ſubſtantiis autem ſpiritualibus non poteſt accipere aliquam ſpeciem qua informetur, quæ faciat phantaſiam ſubſtantiæ eius. Vnde cum non poſſit ſine phantaſmate ſecundum conditionem huius vitæ intelligere niſi ea quæ ſunt per eſſentiam in ipſo, vt Deum, & ſe, oportet in eius cognitionem deuenire per effectum, vt per motum, & per ſymbola quæ ſibi faciant phantaſiam: & concedimus rationes ad hoc.

Ad primum autem dicendum, quòd eſt quædam abſtractio ſecundum diſtinctiuam rationem, ſecundum quod mathematica ſunt abſtracta ratione tantum, ſpirituales autem ſubſtantiæ ſecundum eſſe & rationem. Et eſt alia abſtractio qua indiget intellectus in cognitione cuiuſcunque, & hæc eſt vniuerſalis à particulari, abſtrahit enim vniuerſalem lineam ab hac linea, & angulum ab hoc angulo.

Ad ſecundum dicendum eſt, quòd cognitio non fit per aſſimilationem quæ eſt in participando eaſdem qualitates, qualis eſt inter intellectum noſtrum & Angelos, ſed per illam quæ conſiſtit in informatione per ſpeciem acceptam à re.

Ad tertium dicendum, quòd licet lumen ſpirituale corporali ſimpliciter ſit potentius, lumen tamen corporale ſimpliciter actiuum eſt, & ideo poteſt ſe multiplicare vſque ad aliud lumen. Intellectus autem noſter, quo diſtinctam cognitionem de re accipimus, receptiuus tan-

ctum, eſt & ideò indiget recipere per aliquas ſpecies: & ſic patet ſolutio.

C Dubium 2. Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd per nobiliora, ſiue ſpiritualia, ſine corporalia, melius cognoſcuntur, ex quo ſine medio non poſſunt cognoſci. Omnis enim res magis cognoſcitur per id quod ipſam magis repræſentat. Cum igitur nobiliora magis repræſentent ipſum Angelum, magis per illa cognoſcetur.

2 Item, Sicut dicit Auiceona, intelligentiam eſſe in nobis eſt impreſſionem eius eſſe in nobis. Et Auguſt. idem dicit, quòd miris modis operantur in intellectu noſtro. Impreſſiones autem illæ ſpirituales ſunt. Cum igitur intelligentiam eſſe in nobis, ſit ipſam cognoſci à nobis, videtur quòd per nobiliora & ſpiritualiora magis cognoſcatur.

3 Ad idem, Vnumquodque melius cognoſcitur per effectum proprium quam per alienum. Cum igitur effectus Angeli in nobis ſit ſpiritualis, videtur quòd per ſpiritualia optimè cognoſcatur.

Ad oppoſitum: Intellectus noſter nihil intelligit ſine continuo & tempore, vt dicit Philoſophus. Vnde ſi ſimplicitatem alicuius ſpiritualis ſubſtantiæ debeat accipere, aſſimilat puncto quod in continuo accipit, cum tamen ſimplicitas ſpiritualis ſubſtantiæ non ſit ſimplicitas puncti. Huiuſmodi autem ſunt corporalia. Ergo per ea optimè intelligit.

Solutio. Dicimus, quòd Angeli ſecundum ſuam ſubſtantiam magis repræſentantur & melius cognoſcuntur in re nobiliori, quam in re ignobiliori: quantum verò ad eorum officia, qualiter maximè traditur eorum cognitio in ſacra Scriptura, melius cognoſcitur per viliora materialia ſecundum proportionem ad actus proprios. Vel dicendum, quòd licet ſecundum repræſentationem melius cognoſcantur per nobiliora, tamen ſecundum vtilitatem cognoſcentium melius cognoſcuntur per ignobiliora, de quibus non poſſumus æſtimare, quòd ſint Angeli in rei veritate, ſicut poſſemus de nobilioribus: & ideò in hoc occaſio errandi tollitur. Prima tamen ſolutio melior. Per hoc patet ſolutio ad obiecta.

D Dubium 3. Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd non ſit congruiſſima cognitio nobis per ſenſibilia. Sicut enim dicit Auguſt. Ea quæ per ſuam eſſentiam ſunt in anima, optimè cognoſcuntur à nobis. Huiuſmodi autem non ſunt ſenſibilia. Ergo cognitio per ea non eſt maximè congrua nobis.

2 Præterea, Cognitio concluſionum certiſſima nobis eſt, quarum tamen acceptio non eſt per ſenſum: ergo huiuſmodi cognitio non eſt nobis maximè congrua.

3 Ad idem, Philoſophus in principio de anima dicit, quòd ſcientia de anima, quia eſt certior & melior, debet eſſe ante ſcientiam de corpore: anima autem non eſt ſenſibilis ſicut corpus: ergo cognitio ſenſibilium non eſt certiſſima.

4 Ad idem, Idem non poteſt eſſe principium occultationis & manifeſtationis: diſſimilitudo autem principium eſt occultationis: ergo Angeli non congruiſſimè manifeſtantur nobis per corporalia diſſimilia.

Solutio. Dicimus, quòd cognitio poteſt dici magis congrua aut certa dupliciter, aut ſecundum conditionem cogniti, vel cognoſcentis. Cognitio ergo per intellectualia eſt magis congrua ſecundum naturam ipſorum cognoſcibilium. Secundum autem noſtram naturam, qui ſumus cognoſcentes, minus: magis enim nobis eſt cognata cognitio ſenſibilium. Vnde dicit Philoſophus, quòd intellectus noſter ſe habet ad manifeſtiſſima naturæ, id eſt, ſecundum naturam, ſicut oculus veſpertilionis ad lumen ſolis. Si tamen ſenſibilium perfectam cognitionem habere velimus, oportet accipere per intelligibilia, reſoluendo ſubſtantias ſenſibiles in principia prima ſubſtantiæ, quæ ſecundum quod huiuſmodi non ſenſibilia ſunt.

Ad primum ergo dicimus, quòd ea quæ ſecundum ſuam eſſentiam ſunt in anima, optimè cognoſcuntur per ſe ſecundum eorum naturam, ſed non ſecundum quod competit nobis.

Ad ſecundum dicendum, quòd ipſe loquitur de cognitione incomplexorum, quæ accipitur per ſpecies ſenſibiles, ex quibus etiam accipiuntur prima principia quæ per terminos cognoſcuntur, per quæ etiam concluſiones ſiunt notæ.

Ad tertium dicendum eſt, quòd cognitio animæ dicitur certior & prior inquantum eſt principium corporis talis: vnde & ibi ſubinfertur: videtur enim eſſe principium quoddam animalium: ſed tamen ipſe intellectus ſe intelligit ſicut & alia, vt dicit Philoſophus, id eſt, per ſpeciem ſuam quam accipit in ſpeciebus rerum, quæ ſunt apud ipſum, participantibus ſpeciem eius prout intelligibiles factæ ſunt. Vnde ſecundum nos eius cognitio eſt minus certa ſenſibilibus, licet in ſe magis.

Ad quartum dicendum, quòd inquantum diſſimilia ſunt, non manifeſtantur, ſed inquantum habent ſimilitudinem proportionaliter ad ſpiritualia in reſpectu ad proprios actus. Et ideò Dionyſius dicit, quòd cognoſcuntur in diſſimilitudine ſimili.

Si autem cui videtur ſacras quidem recipi compoſitiones tanquã ſimplicium in ſeipſis, ignotorumque nobis & incontemplabilium ſubſiſtentium, inconuenientes verò æſtimat ſanctorum intellectuum in eloquiis ſacras deſcriptiones, & omne ſic dicere durum, hoc angelicorum nominum theatrum, & debuiſſe ait Theologos ad corpoream facturam vniuerſaliter incorporabilium venientes propriis ea & quantum poſſibile cognatis & formare & manifeſtare figurationibus ex apud nos pretioſiſſimis & immaterialibus quoquo modo & ſupereminentibus eſſentiis, & non cæleſtibus & deiformibus ſimplicitati- 3.

bus

bus terrenas & nouiſſimas circumpoſitas multiformitates. Hoc quidem & noſtrum ſublimius futurum eſſet, & ſupermundanas manifeſtationes non deduceret in inconuenientes diſſimilitudines. Hoc etiam in diuinas ſimul iniuſtè non iniuriam faceret virtutes, & æquè noſtrum non ſeduceret animum, in immundas ſe inſerentem compoſitiones. Et fortaſſis etiam æſtimabuntur ſupercæleſtia leoninis quibuſdam & equinis multitudinibus repleri, & mugitiua laudum oratione, & volatili Angelorum principatu, & animalibus aliis & materiis ignobilioribus, tanquam ad inconſequens & ignobile & paſſibile recluſa, dum deſcribuntur per omnia deformes claræ manifeſtatiuorum eloquiorum ſimilitudines.

EXPOSITIO TEXTVS.

Si cui autem videtur ſacras, &c.

A IN parte iſta ponit obiectiones quorundam contra determinatum modum ſacræ Scripturæ in manifeſtando ſpiritualia, & ſuppoſito, quòd ſpiritualia corporalibus ſint deſcribenda. Circa quod etiam primo in quæſtione ponit quinque rationes, quòd non debent figuris vilium tradi. Et prima eſt: quia nobiliora ſimiliora ſunt eis: eò quod per huiuſmodi res melius traditur. Secunda eſt: quia nobiliora nobiliores proprietates habent: vnde ſi talibus repræſentarentur etiam nobis eſſet vtilius acquirentibus nobiliorem cognitionem de ipſis. Tertia eſt: quia videtur eſſe iniuria diuinis, ſimilare ea vilibus rebus: & ſic incurrimus quandam blaſphemiam. Quarta eſt: quia per hoc in maiorem errorem deducimur, ſi credamus ſecundum veritatem eſſe ſicut ſymbolicè dicitur. Quinta eſt: quia cum intellectui ſacræ Scripturæ non ſubſit falſum, & literalis ſenſus eſt quem verba faciunt, videbitur literalis ſenſus ſacræ Scripturæ falſus cum non ita ſit vt verba ſignificatur. Et ad hoc vltimum quia beatus Dionyſius non ſoluit, dicendum quòd non ſemper eſt literalis ſenſus quem verba faciunt, ſed quem ſcribens intendit per verba, ſiue expreſsè id dicentia, ſiue per ſimilitudinem.

B Litera ſic legatur. *Autem*, id eſt, ſed, aduertendo his quæ dicta ſunt, *ſicut*, id eſt, alicui *videtur*, debere *recipi quidem*, id eſt, certè *ſacras compoſitiones*, id eſt, figurationes quas ſcriptura de ſacris confingit, *tanquam ſubſiſtentium*, id eſt, in ſe exiſtentium *ſimplicium in ſeipſis*, id eſt, in ſua natura, *que*, id eſt, & ob hoc *ignotorum & incontemplabilium* per ſe ipſa, tanquam cauſam notat conceſſionis. Si quis hoc, dico, concedat, *verò*, id eſt, ſed *æſtimat ſacras deſcriptiones in eloquiis*, id eſt, in ſacris ſcripturis, deſcriptiones, dico, *ſanctorum intellectuum*, id eſt, Angelorum eſſe *inconuenientes*, vt dicetur. Nos ita ſoluemus. Et æſtimat dico *durum*, id eſt, ineptum eſſe *ſic dicere*, id eſt, omnem talem modum dicendi eſſe *theatrum angelicorum nominum*, id eſt, faboloſam inuentionem de nominibus quibus Angeli nominantur in ſacra ſcriptura. Theatrum enim locus erat in quo recitabantur quædam fabuloſa geſta quibuſdam laruis. *Et ait*, id eſt, dicit *Theologos venientes*, id eſt, deuenientes *ad corpoream facturam vniuerſaliter incorporalium*, id eſt, ad faciendum corpora Angelis, qui omninò incorporei ſunt, deſcribendo eos, debuiſſe, ſcilicet Theologos *& formare*, id eſt, figurare, *& manifeſtare ea*, ſcilicet incorporalia figurationibus *propriis*, eis ſcilicet *& cognatis*, id eſt, ſimilibus, *quantum poſſibile eſt*, ſcilicet formare *ex eſſentiis pretioſiſſimis*, id eſt, nobiliſſimis *apud nos*, id eſt, eorum quæ apud nos, ſcilicet ſenſibilium, id eſt, cæleſtibus ex corporibus. Et eſſentiis dico *immaterialibus quoquo modo*: non enim ſimpliciter immaterialibus, cum omne corpus ex materia & forma compoſitum ſit: ſed non habent materiam quæ ſit in potentia ad eſſe, ſicut eſt materia generabilium & corruptibilium, ſed tantum ad vbi, vel ſitum, vt dicit Philoſophus, *Et ſupereminentibus*, ſcilicet aliis corporibus & in natura & in ſitu. Ait dico ſic debuiſſe facere, *& non aptare ſimplicitatibus cæleſtibus & deiformibus*, id eſt, ſimplicibus ſubſtantiis Deo ſimillimis, ſcilicet Angelis, *multiformitates*, id eſt, figuras multarum formarum, *terrenas nouiſſimas*, id eſt, viles, *circumpoſitas*, id eſt, circondantes vel circumuelantes ſacros ſpiritus. Et in hoc tacta eſt prima ratio. *Hoc quidem*, ſcilicet ſi traderetur per nobiliora corpora, *& eſſet futurum ſublimius noſtrum*, id eſt, ex hoc noſter intellectus in ſublimiora duceretur propter nobiliores proprietates in eis repertas, *& non deduceret manifeſtationes ſupermundanas*, id eſt, in mundanarum rerum, ſcilicet Angelorum, qui ſupra mundum noſtrum ſunt, *in diſſimilitudines*, id eſt, figuras diſſimiles, *inconuenientes*, id eſt, non congruentes eis: & ſic nobis vtilius & illis eſſet decentius. Et in hoc facta eſt ſecunda ratio. *Etiam hoc*, ſcilicet per nobiliora figurare, *non faceret iniuſte*, id eſt, indecenter, *iniuriam in virtutes diuinas*, id eſt, in Angelos, qui dicuntur diuinæ virtutes. Videtur autem eis fieri iniuria, dum ignobilioribus comparantur. Et hæc eſt tertia ratio. Et hoc ſcilicet per nobiliora figurare, *non ſeduceret æque animum noſtrum*, id eſt, intellectum, *inſerentem ſe*, id eſt, præparatum ſe inſerere propter admixtionem phantaſiæ, *in immundas compoſitiones*, id eſt, erroneas figurationes, credendo eſſe in rei veritate quæ per ſimilitudinem dicuntur: quantò autem magis eis diſſimilia ineſſe crederet, tantò magis erraret. Hæc eſt quarta ratio. *Et fortaſſis*, quia ſic traduntur, *etiam ſupercæleſtia æſtimabantur repleri quibuſdam multitudinibus leoninis & equinis*. Primum Ezech. 1. ſecundum 4. Regum 6. de multitudine equitum, qui circun-

;abant Eliſeum, & Zachariæ. 1. & repleri *magiſtrina laudum oratione*, ad modum boum, propter hoc quod dicuntur ibi eſſe boues. Ezech. 1. & repleri *volatili Angelorum principatu*. Dan. 7. volauit ad eum Angelus, qui faciebat eum intelligere viſionem. Et repleri *aliis animalibus & materiis ignobilioribus*, ſicut thronis ligneis. Hæc dico æſtimabuntur, *dum ſimilitudines manifeſtationum eloquiorum*, id eſt, ſimilitudines traditæ in ſacra Scriptura manifeſtante ſupercæleſtia, *clare*, id eſt, apertè, *deformes*, id eſt, indecentes *per omnia*, id eſt, ex toto *deſcribuntur*, id eſt, deſcribunt ſupercæleſtia, *tanquam recluſa*, id eſt, redacta per circumpoſitionem formarum *ad inconſequens*, id eſt, non conueniens eorum naturæ, *& ignobile*, id eſt, vile, *& paſſibile*, id eſt, ad res tales. Hæc autem ideò æſtimabuntur, quia Scripturæ ſacræ non poteſt ſubeſſe falſum.

4. Sed veritatis, vt æſtimo, inquiſitio oſtendit eloquiorum ſanctiſſimam ſapientiam in animorum cœleſtium formationibus vtrumque valdè prouidiſſe, ita vt neque in diuinas (ſi ſic forſitan diceret quis) iniuriam faceret virtutes, neque nos in viles paſſibiliter infigeret imaginum humilitates. Quia quidem enim pulchrè procuratæ ſunt informium formæ & figuræ carentium figuris, non vnam cauſam dicet quis eſſe noſtram analogiam non valentem immediatè in inuiſibiles extendi contemplationes, & deſiderantem proprias & connaturales reductiones, quæ poſſibiles nobis formationes prætendunt informium ſupernaturaliumque ſpeculationum. Sed quia & hoc myſticis eloquiis eſt decentiſſimum per incomprehenſibilia diuina ænigmata occultare, & inuiam multis ponere ſacram abditamque ſupermundanorum intellectuum veritatem. Eſt enim non omnis ſacer, neque om-
1. Cor. 18. nium, vt eloquia aiunt, ſcientia.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sed veritatis, vt æſtimo, inquiſitio, &c.

A Hic incipit ſoluere poſitas obiectiones. Et diuiditur in partes duas. In prima ſoluit. In ſecunda ſolutionem probat, ibi, *Et hoc myſticos Theologos*. Prima adhuc in duas. Primo ſoluit reddendo vel ponendo cauſam quare ſacra Scriptura vtitur ignobilioribus figuris in deſcribendo ſpiritualia. In ſecunda ſoluit obiectiones, ibi, *Sed itaque & hoc intelligere*. Prima pars eſt de præſenti lectione. Et diuiditur in tres. In prima aſſignat cauſam ex parte ſacræ Scripturæ. In ſecunda ex parte ipſorum Angelorum, ibi, *Si autem deformes*. In tertia ex parte noſtri intellectus, ibi, *Quia verò & noſtrum animam*. Prima ergo cauſa: quia ſacra Scriptura docet occultare ſpiritualia propter eos qui capere non poſſunt, & ſic in eis materiam erroris ſumerent. Circa hoc autem tria facit. Primò dicit præconcluſa inconuenientia non ſequi, quæ ad duo reducuntur, ſcilicet ad iniuriam cæleſtium, & defectum qui accidit nobis. Secundò quod non eſt tantum talis deſcriptionis cauſa, noſtra impotentia, ibi, *Quia quidem enim*. Tertiò ponit prædictam cauſam.

Cur Scriptura figuris ignobilioribus ſpiritualia repræſentet.

Litera ſic legatur. *Sed* aduertando obiectionibus ſupra poſitis, *inquiſitio*, id eſt, ſubtilis indagatio *veritatis oſtendit, vt æſtimo*, id eſt, ſicut certè ſcio, *ſacratiſſimam ſapientiam eloquiorum*, id eſt, ſacræ Scripturæ, *valde prouidiſſe vtrumque in formationibus*, id eſt, figurationibus *cæleſtium animorum*, id eſt, intellectuum, ſcilicet Angelorum. Animus enim ſecundum Anſelmum tripliciter dicitur, ſcilicet animoſitas, ſicut dicitur in 3. de anima, in appetitu eſt deſiderium & animus. Secundo modo ipſa concupiſcentia, & ita dicitur etiam ipſa mens, ſicut dicitur in Iob: Loquar quicquid animus mihi ſuggeſſerit. Tertiò dicitur motor animæ, vt cum dicitur, Facio hoc ex anim. Motor autem animæ eſt id quod in ea nobilius eſt, & hoc eſt intellectus, qui colligatur cum cæleſtibus eſſentiis: & ideò animi dicuntur. Prouidiſſe dico vtrumque, *ita*, ſcilicet *vt neque faceret*, ſcilicet Scriptura, *iniuriam in diuinas virtutes*, id eſt, Angelos: quia *forſitan quis*, id eſt, aliquis *diceret ſic*, Scripturam iniuriam eis facere, & ita vt *neque infigeret nos*, ibi ſcilicet relinquens, *in viles humilitates imaginum*, id eſt, viles & infimas imagines, *paſſibiliter*, id eſt, ſenſibiliter tantum. Paſſibiliter enim dupliciter dicitur, id eſt, cum paſſione animæ, vt cum gaudio & huiuſmodi: vel paſſibiliter, id eſt, ſecundum diſpoſitionem partis animæ cuius eſt propriè pati in accipiendo obiectum, & hæc eſt ſenſitiua potentia circa eius obiecta, vt probatur 7. phyſicorum. *Quia quidem*. Hic dicit, quòd non eſt vna cauſa tantum huius deſcriptionis, dicens. Ideò non ſequentur dicta inconuenientia: *enim*, id eſt, quia *diceret quis*, id eſt, aliquis, id eſt, poſſet ſic dicere *noſtram analogiam*, id eſt, noſtram virtutem proportionaliter, *non valentem extendi immediate*, id eſt, ſine figuris mediis, *in inuiſibiles contemplationes*, id eſt, in contemplationes inuiſibilium & noſtram analogiam, *deſiderantē*, id eſt, exigentem, *reductiones*, in ſpiritualia, *proprias ſibi & connaturales* ſcilicet per corporalia, *quæ* ſcilicet reductiones prætendunt, id eſt, extendunt ad nos condeſcendendo nobis, *in formationes*, id eſt, figurationes *poſſibiles nobis*, id eſt, iuxta virtutem noſtram. Formationes dico *informium*, id eſt, quæ ſine forma, id eſt, figura ſunt, *que*, id eſt, & *ſupernaturalium ſpeculationum*, id eſt, ſupernaturalium ſubſtantiarum exiſtentium, ſcilicet Angelorum. Hoc dico, ſcilicet analogiam, *non eſſe vnam*, id eſt, vnicam & ſolam *cauſam*: *quia quidem*, id eſt, quod *pulchre*, id eſt, decenter

decenter *ſunt procurata* à ſacra Scriptura *formæ informium*, id eſt, carentium formis. Forma & & figura pro eodem hîc in ſubiecto ſumuntur, ſed ſub diuerſa ratione. Figura enim dicitur in reſpectu ad exterius, ſcilicet prout terminat quantitatem: ſed forma in reſpectu ad interius, ſcilicet prout dat aliquod eſſe figurato.

DVBIA.

C Hic sunt duo dubia. Primum quid ſit extendi intellectum noſtrum ad ſpiritualia, & quare ſic dicitur, & non ſimpliciter ea accipere. Secundum eſt, cum ad accipiendum ſpiritualia per iſtam extenſionem intellectus noſter ſit in potentia, quo agente reducatur in actum. Nulla enim potentia educit in actum: quia cum ſibi ſemper eſſet præſens, ſemper educeret in actum. Vnde quæritur, vtrum ſufficiat ad hoc lumen intellectus agentis?

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. In tertio de anima intellectus extenditur de ſpeculatione in praxim, tranſeundo de vero in bonum: talis autem tranſitus non eſt hîc: ergo non debet dici intellectus extendi ad illa.

2 Præterea, Non poteſt dici, quòd dicatur extenſio: in extenſione enim intellectus oportet eſſe duos terminos, vt in extenſione quantitatis aſſignat Euclides, vnde hoc tranſſumitur; ſed ſicut dicitur primo de anima, intelligentiarum duo ſunt, ſcilicet practicæ, & ratio ſpeculatiuæ. Nec iterum poteſt dici, quòd dicatur extenſio de corporalibus ſymbolis ad ſpiritualia: quia ſic ſemper intellectus extenderetur, cum ſemper ex phantaſmatibus intelligat ſpiritualia.

Solutio. Dicimus, quòd intellectus dicitur ſimpliciter accipere illud quod accipit in actu ab eo in quo eſt in potentia, ſicut à phantaſmate quod eſt vniuerſale in potentia, eſt vniuerſale in actu: & hæc acceptio dicitur à Philoſophis informatio: fides autem acceptio incomplexorum. Sed aliquando accipit aliquid in aliquo in quo non eſt in potentia, ſed oportet vt illud protendatur, vt poſſit accipi aliquo modo in illo, ſicut in figuris corporeis non ſunt potentia ſpiritualia, vt ſimplici intuitu in eis poſſint accipi. Rota enim inquantum eſt quoddam ſenſibile, nunquam ducet in cognitionem alicuius Angeli ſine proprietatis eius. Sed oportet vt ſpiritualia ad hæc deducantur & accipiantur per ea per ſimilitudinem proportionis ad actus proprios: & ideò dicitur intellectus ſe extendi ad illa, per hæc ea cognoſcens, & accipere ea ſimpliciter in iſtis ſymbolis.

Ad primum ergo dicendum, quòd non ſumitur hîc extenſio pro ea de qua loquitur hîc Philoſophus, ſed de illa quæ dicta eſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd in iſta extenſione ſunt termini, ſcilicet ſymbola ipſa, & ſpiritualia per ſymbola cognita. Philoſophus autem ibi non ponit niſi terminos in quos procedit intellectus ſimpliciter accipiendo: quia hic eſt aut ſpecies rei per ſe quæ eſt terminus ſpeculatiuæ, aut ſpecies cum intentione ſecundum quam mouemur ad fugiendum vel ſequendum, & ſic eſt terminus practicæ.

Ad tertium dicendum, quòd intellectus accipiendo vniuerſale in phantaſmate, accipit in actu quod eſt in eo, licet in potentia: ſi enim non eſſet vniuerſale aliquo modo in ipſo, non poſſet ab eo exire: ſic autem non ſunt ſpiritualia ſymbola: & ideò non eſt ſimilis ratio.

Circa autem ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd lumen intellectus agentis ſufficiat ad hanc extenſionem: diuinatio enim quæ fit de ſomniis, fit per lumen intellectus agentis, vt dicit Philoſophus, vbi videtur ſimilis acceptio ſpiritualium per huiuſmodi ſymbola: quia res ſignificata non videtur eſſe in ſpecie quæ oſtenditur in ſomnio in potentia, vt ſimplici intuitu poſſit accipi, ſicut quòd piſcia ſignificat pluuiam: ſed eadem virtus eſt potens in ſimilia: ergo etiam ad dictam extenſionem ſufficit lumen intellectus agentis. D Dubium 2.

2 Ad idem, Sicut dicitur in 9. primæ philoſophiæ, omnis potentia completur per aliquem actum, alioquin fruſtra eſſet: agens autem intellectus proportionatus actus eſt reſpectu potentiæ poſſibilis intellectus: cum igitur intellectus poſſibilis ſit in potentia ad accipiendum hæc ſpiritualia per ſymbola, videtur quòd ſufficiat intellectus agens ad reducendum illam potentiam in actum.

3 Ad idem, Sicut dicitur in tertio de anima, intellectus agens eſt quo eſt omnia facere. Si ergo ſpiritualia fiant in intellectu poſſibili, per agentem in eo poſſunt fieri.

Contra: Intellectus noſter non poteſt niſi in ea quorum principia ſiue inſtrumenta habet penes ſe, cum omnis cognitio fiat ex aliquo primo noto: ſed diſpoſitiones ſpiritualium quæ traduntur in ſacra Scriptura per ſymbola, non poſſunt reduci in principia quæ habet intellectus noſter penes ſe, ſed magis fortè in contraria: ergo non poteſt deuenire in illa niſi iuuetur per aliquod extrinſecum.

2 Ad idem, Per lumen intellectus agentis non accipiuntur niſi ea per quæ deuenire poſſumus per complexionem ſyllogiſticam probabilem, vel neceſſariam: ſed ſic non poſſumus deuenire in acceptionem ſpiritualium per ſymbola: ergo lumen intellectus agentis, &c.

Solutio. Dicimus, quòd cognitio ſpiritualium ſecundum quod traduntur in ſacra Scriptura per ſymbola, non poteſt reduci in principia rationis: & ideò intellectus agens non poteſt in illa. Non enim coniungitur primum vltimo niſi per medium: medium autem inter intellectum agentem & id in quod deducit, ſunt principia: & ideò non poteſt in ea quibus ſua principia non applicantur: ſed oportet aduenire lumen diuinum & principia fidei, vt in ſpiritualia hoc modo deueniat, ſicut etiam oportet irradiare prophetæ lumen diuinum ad cognoſcendum futura, in quæ non poteſt intellectus agens: & concedo rationes ad hoc.

Ad primum ergo dicendum, quòd diuinatio ſomniorum ſecundum quod reducitur in cauſas, ſigna, & effectus, habet ordinem ad principia intellectus agentis. In effectus quidem reducitur: in ſomniis enim apparent ſpecies rerum quas vidimus vigilando. Ad ſigna, ſicut quando videmur nobis guſtare dulcia, tenui phlegmate decurrente ad linguam: ſunt enim hæc

ſomnia, ſigna diſpoſitionis corporis. Ad cauſas quidem tertias ſiue proprias, quando quis non eſt ſolicitus de propriis, magis percipit alienos motus, qui magis percipiuntur de nocte propter quietem animi & corporis, in quem imprimuntur huiuſmodi motus ex effectu ſtellarum cauſantium aliquid in inferioribus, licet quandoque non eueniat, quia cauſa immediata aliter diſponitur, superuenientibus aliis motibus: & ſic aliquo modo reducuntur in principia rationis, ſed non eſt ſimiliter de acceptione ſpiritualium per ſymbola.

Ad ſecundum dicendum, quòd poſſibilis intellectus non eſt in potentia ad dictam acceptionem ſecundum ſe, ſed tantum ad illa quæ ſunt in potentia in phantaſmatibus, ſed extenditur eius potentia per aliquod lumen ſuperadditum ad ea, ſicut terra non eſt potentia idolum, ad nihil enim eſt res in potentia, niſi quod poteſt educi de ea vno motore, vt dicitur in libro primæ philoſophiæ: erat tamen potentia idolum cum receperat formam cupri: & propter hoc non ſequitur, quòd intellectus agens debeat educere talem acceptionem.

Ad tertium quod obiicitur, quòd intellectus agens eſt quo eſt omnia facere, & poſſibilis quo eſt omnia fieri, intelligendum eſt de his quæ per principia rationis accipi poſſunt, & non de omnibus ſimpliciter.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sed quia & hoc, &c.

E Hic ponit cauſam quæ accipitur ex parte ipſius Scripturæ ſacræ. Et eſt: quia ſacra Scriptura intendit celare ſpiritualia à rudibus per diſſimilia ſymbola: quia non poſſunt ea capere: & ſic in eis errarent. Litera ſic legatur. Ita poteſt quis dicere non ſolum prædictam cauſam eſſe talis deſcriptionis: *ſed quia & hoc eſt decentiſſimum myſticis eloquiis*, id eſt, Scripturæ ſacræ ſecreta continenti: myſtio enim ſecretum dicitur: *occultare diuina*, id eſt, quæcunque ſpiritualia quæ participationes diuinorum ſunt, *per ænigmata*, id eſt, obſcuras figuras. Ænigma enim à Donato dicitur ſententia obſcuritate verborum inuoluta, vt mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. Quandoque dicitur obſcura allegoria. 1. Cor. 13. Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate. Hîc ergo ponitur pro qualibet obſcuritate verborum. Ænigmata dico *incomprehenſibilia*, à vulgo, *& decentiſſimum eſt ponere veritatem ſupermundanorũ intellectuum*, id eſt, Angelorum, qui ſunt ſuper mundum noſtrum, *inuiam multis*, id eſt, rudibus, vt ad conſiderandam eam viam non habeant, *que*, id eſt, *& abditam*, id eſt, abſconditam, ne in ea errent. Et hoc probat. *Etenim*, id eſt, quia *non omnis*, homo eſt, *ſacer*, id eſt, ſanctus cui talia debeant tradi. Math. 7. dicitur: Nolite ſanctum dare canibus. *Neque omnium eſt ſcientia*, de ſpiritualibus, *vt aiunt eloquia*, id eſt, ſacra Scriptura. 1. Corinth. 8.

DVBIVM.

Sed hic eſt dubitatio. Videtur enim contradicere Hieronymus, qui dicit in prologo Bibliæ, quod ſacra Scriptura ideò per plana verba traditur, vt à ſimplicibus capi poſſit. Hîc autem dicitur, quòd apponuntur ænigmata ad occultandum eis veritatem ſpiritualium. F

2 Præterea, Gregorius dicit, quòd ſacra Scriptura eſt fluuius, in quo agnus peditat, & elephas natat: & per agnum intelligit ſimplicem: ergo non eſt eis inuia, vt hic dicitur.

3 Præterea, Si ænigmata ſunt incomprehenſibilia, nec ipſe potuit comprehendere: fruſtra ergo hîc tradidit eorum notitiam.

Solutio. Dicimus, quòd Dionyſius intendit hîc dicere de ſimplicibus infidelibus, qui non habent fidem, quæ dirigit in cognitionem ſpiritualium: & ideò non potentes capere derident, ſicut Montanus hæreticus dixit Prophetas fuiſſe arreptitios: quia eorum verba continuare neſciuit: & ideò occultatur ab eis. Sed ſimplices fideles diriguntur per fidem: & ideò per hoc non occultatur ab eis: & de his intelligit Gregorius & Hieronymus. Et ſic patet ſolutio ad primum & ſecundum.

Ad tertium dicimus, quòd non intellexit ea incomprehenſibilia habentibus fidem: Vel ſi volumus facere vim in verbis, dicendum quòd non dixit ea intelligibilia, ſed incomprehenſibilia: quia non poſſumus attingere ſpiritualia per terminos quibus eorum eſſentia concluditur, quod eſt propriè comprehendi ſecundum Auguſtinum, licet intellectualia aliquo modo attingi poſſint.

Si autem deformes imaginum deſcriptionis cauſas æſtimauerit quis inhoneſtum, dicens referri ſic turpes formationes deiformibus ac ſanctiſſimis diſpoſitionibus, ſufficit ad hunc dicere, quomodo duplex eſt ſanctæ manifeſtationis modus. Vnus quidem quaſi conſequens propter ſimiles prouenientium ſacrarum figurarum imagines. Alteri verò propter diſſimiles formarum facturas in omninò inconſequens & indecorum formatus.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Si autem deformes, &c.

Hic ponit ſecundam cauſam ex parte ipſorum ſpiritualium. Et eſt talis: Verius dicitur de aliquo quod conuenit ſibi vt ſignificatur per verba, quam quod per ſimilitudinem ſibi conuenit: ſed ea quæ affirmantur de ipſis A

Angelis,

Angelis, conueniunt eis per ſimilitudinem, negationes verò vt per verba dicitur: ergo negationes magis verè conueniuot & dicuotur de eis: ſed diſſimilia magis relinqoont negationes, cum negationes à diſſimilitudine cauſentur: & ita congruentius deſcribuntur per diſſimilia. Circa hoc tria facit. Primò dicit duos eſſe modos tradendi ſpiritualia. In ſecundo aſtruit hoc ita eſſe per hoc qood ita eſt in diuinis, & quis modus verior ſit, ibi, *Itaque & colendam, &c.* Tertiò concludit propoſitum, ibi, *Si igitur negationes.* Circa primum iterum duo facit. Primo reſumit inconueniens. Secundo incipit ponere modos, ibi, Sufficit ad hunc.

B Litera ſic legatur. *Autem*, id eſt, ſed adoerſatur cauſæ poſitæ, *ſi quis*, id eſt, aliquis *æſtimauerit deformes*, id eſt, indecentes eſſe *cauſas* aſſignatas *deſcriptionis imaginum*, id eſt, quare deſcribantur Angeli per imagines corporales, *dicens dehoneſtum*, id eſt, inhoneſtum eſſe, hoc eſt, indignum, *referri ſic*, id eſt, taliter vt ſcriptura facit, *turpes*, id eſt, indecentes *formationes diſpoſitionibus deiformibus ac ſanctiſſimis*, id eſt, Angelis diſpoſitis in diuina ſanctitate. Si, inquam, ſic æſtimauerit quis, *ſufficit ad hunc dicere*, id eſt, ſufficienter ſibi ſic reſpondetur, *quomodo duplex eſt modus ſanctæ manifeſtationis*, quo manifeſtantur ſcilicet Angeli. *Vnus quidem quaſi conſequens*, id eſt, conueniens naturæ eorum, *propter imagines ſacrarum figurarum prouenientium ſimiles*, non ſimpliciter, ſed ſecundum proportionalitatem, quæ eſt ſimilitudo proportionum, & eſt ad minus in quatuor, vel tribus, vno in ratione duorum accepto. Et talis conuenientia eſt corporalium ad ſpiritualia, ſicut cum dicimus: ſicut ſe habet rota ad motum in omnem partem, ſic ſe habet Angelus ad obediendum Deo in omnibus. Non autem communicant in participando eaodem qualitatem, in quo eſt ſimilitudo. Conſequens etiam quandoque dicitur aliquid, quod ineſt per prius vni, & per poſterius alteri: & ſic non accipitur hic, ſed dicitur conſequens quando deſcribuntur Angeli per figuras prouenientes ex rebus in genere corporeo magis eis propinquis. Inconſequens verò quando deſcribuntur per figuras rerum magis ab eis diſtantium. *Alter vero*, modus magis eſt formatus à ſcriptura, *in omnino inconſequens*, id eſt, remotum ſecundum naturam, licet ſecundum proportionem ad actum conueniant, *& indecorum*, id eſt, indecens propter eius vilitatem. Inconſeqoens dico *propter facturas*, id eſt, fictiones, *formarum*, id eſt, figurarum, *diſſimiles*, id eſt, ſecundum naturam à rebus acceptas.

C. Itaque & colendam ſupereſſentialis diuinitatis beatitudinem, ma-
Ioan. 1. nifeſtatiuorum eloquiorum myſticæ traditiones, aliquando quidem vt rationem & intellectum & eſſentiam laudant, diuinam rationali-
Pſal. 135. tatem & ſapientiam eius declarantes & verè exiſtentem ſubſiſtentiam & eorum quæ ſunt ſubſiſtentiæ cauſam veram, & quaſi lumen eam formant, & vitam vocant tantis mirabilibus formationibus caſtioribus manentibus, & materiales formationes excellere quoquo modo probatis, deficientibus & ſic diuina ad veritatem ſimilitudine. Eſt enim ſuper omnem eſſentiam & vitam, nullo quidem lumine ipſam characterizante, omnique ratione & intellectu ſimilitudine ipſius incomparabiliter derelictis. Aliquandò verò diſſimilibus manifeſtationibus ab ipſis eloquiis ſupermundanè laudatur, eam inui- 1.Tim.6.
ſibilem & infinitam & incompre- Pſal 144.
henſam vocantibus: & quæ ex quibus, non quid eſt, ſed quid non eſt, ſignificatur. Rom.11.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Itaque & colendam, &c.

HIc probat ita eſſe in Angelis per hoc quod ita eſt in deſcribendo Deum, de quo minus videtur propter ſui dignitatem, quòd per inconſequentia deſcribi debeant. Et circa hoc tria facit. Primò ponit in Deo modum qui eſt per conſequens. Secundò eum qui eſt per inconſequens, ibi, *Aliquando verò.* Tertiò dicit quis ſit conuenientior, ibi, *Hoc enim vt æſtimo.* Et vult dicere, quod quando dicuntur de Deo ea quæ magis ſibi videntur conuenire: non tamen ſimpliciter ſunt concedenda de ipſo, ſed ſupereminenter. A

Litera ſic legatur. Ex quo duplex eſt modus in ſpiritualibus, *itaque & myſtica traditiones manifeſtatiuorum eloquiorum*, id eſt, ſacra Scriptura tradita à Deo ad manifeſtandum diuina, abſcoodendo tamen illod qood ſopereminet ei, per qood ſignatur quia reſerari non poteſt. Traditiones dico *laudant*, id eſt, laudando deſcribunt *beatitudinem diuinitatis ſupereſſentialis*, id eſt, quæ eſt ſuper omnem eſſentiam. Laudant dico *quidem*, id eſt, certè *aliquando vt rationem*, noo ſecundum qood conſtituit ſpeciem hominis, quia ſic per eam Deus non laudatur, ſed prout dicitur cauſa rei, vt cum dicitur, qua ratione factum eſt hoc, *& vt intellectum & eſſentiam declarantes*, tamen traditiones, ſcilicet *rationabilitatem diuinam*, id eſt, quæ propria eſt ſibi, *& ſapientiam eius*, ita quod non alterius docens quod ſopereminenter ei conoeniunt, *& declarantes eam ſubſiſtentiam verè exiſtentem*, ſuper alia verios, *& veram cauſam ſubſiſtentia eorum quæ ſunt*, id eſt, rerum omnium, *& formant eam*, ſcilicet beatitudinem *quaſi lumen &* B.

vitam vocant eam tantis, id eſt, tam altis *mirabilibus formationibus*, id eſt, figurationibus diuinæ beatitudinis, quarum cauſas ſemper inquirere debeamus: Mirum enim eſt, cuius cauſa ignoratur, & tamen ad eam anhelatur. Formationibus dico *manentibus cælioribus*, id eſt, immaterialioribus corporalibus figuris, id eſt, formationibus *probatis* per rationis iudicium, *excellere materiales formationes*, id eſt, quæ fiunt per corporea materialia, *quoquo modo*, non enim ſimpliciter eas excedunt: quia neutra ſufficienter repræſentant: propter quod & figuræ dicuntur. Formationibus dico talibus *deficientibus*; *& ſic*: id eſt, quamuis ſic alta ſint, *à diuina ſimilitudine* quia non omninò ſimiles ſunt, *ad veritatem* eius ſufficienter repræſentandam. Et hoc probat. *Etenim*, id eſt, quia *eſt ſuper omnem eſſentiam & vitam, nullo lumine characterizante*, id eſt, diſtinguente, *ipſamque*, id eſt, & *omni ratione & intellectu incomparabiliter* quia in infinitum *derelicta* à ſimilitudine ipſius: non enim pertingunt ad ſignificandum ipſum vt eſt. *Aliquando*. Hic ponitur modus qui eſt per inconſequens; non per corporales figuras, ſed per priuationes, quæ ab eo diſtant, Eſſe enim priuatum imperfectum eſt. Aliquando, inquam, ſic laudant, vt dictum eſt, *vero*, id eſt, ſed aliquando beatitudo diuina laudatur *ſupermundane*, id eſt, eminenter *ab ipſis eloquiis* ſacræ Scripturæ *manifeſtationibus diſſimilibus*, id eſt, per manifeſtationes diſſimiles ſibi: quia per priuationes. Eloquiis dico *vocantibus eam inuiſibilem & infinitam & incomprehenſam*, & vocant eam per ea *ex quibus non ſignificatur quid eſt, ſed quid non eſt*. id eſt, per priuata. Et dico hoc ad differentiam poſitiuorum nominum, quæ dicunt quid eſt de ipſo. Non enim ſumitur hic quid eſt pro diffinitione, ſed pro ſubſtantiali prædicato, ſecundum quod prædicatum in Deo poteſt eſſe: quia propter eius ſimplicem vnitatem de ipſo formari propoſitio non poteſt, vt probat Commentator in 11. primæ philoſophiæ. Omnia autem talia nomina ſubſtantiam de ipſo ſignificant, præter relatiua, quæ tamen non ſecundum accidens dicuntur.

7. Hoc enim, vt æſtimo, potentius
7 eſt in ipſa Quoniam quidem, vt occulta & ſacerdotalis traditio ſubintroduxit, hoc quidem non eſſe ſecundum quid eorum quæ ſunt, eam verè dicimus. Ignoramus autem ſupereſſentialem ipſius & inuiſibilem & ineffabilem infinalitatem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Hoc enim, vt æſtimo, &c.

A HIc oſtendit quis modus conuenientior ſit ſibi, quia ille qui eſt per priuationes, propter vicinitatem ad negationes, quæ veriſſimè dicuntur de ipſo. Litera ſic legatur. *Enim*, id eſt, quia, *vt æſtimo*, id eſt, certè ſcio, *hoc*, id eſt, manifeſtare ipſum per priuationes, *potentius eſt*, id eſt, magis proprium *in ipſa*, ſcilicet beatitudine, *quoniam quidem* id eſt, certè, nos *dicimus eam verè non eſſe* aliquid de numero eorum *quæ ſunt*: *non eſſe ſecundum quid* id eſt, quantum ad rationem impoſitionis nominum quæ ſibi conueniunt; & quantum ad id in quo excellenter ſe habet; *vt traditio occulta & ſacerdotalis ſubintroduxit*, id eſt, verè nos negamus de ipſa res, ſicut ſacra Scriptura occultata figuris, tradita nobis à Deo, qui eſt ſummè ſacra dans, occultè in nobis induxit. *Autem* id eſt, ſed nos *ignoramus ſupereſſentialem & inuiſibilem & ineffabilem infinalitatem ipſius*. Quaſi diceret inquantum non finit, excedit omnem eſſentiam ſecundum quod non conuenit ſibi quod de eo dicitur, & remanet nobis ignorantes quid ſit, ſcientes tantum quia eſt.

DVBIA,

B HIC SVNT tria dubitabilia, Primò de eo quod dicit, quòd ea quæ maximè videntur ſibi conuenire, non ſunt vera de Deo. Secundo, verum per negationes magis certificatur. Tertiò de quibuſdam verbis quæ dicuntur in Gloſſa Maximi.

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd dicta nomina, ſcilicet vita, eſſentia, ſint vera de ipſo. Sicut enim dicit Anſelmus in proſologio, quibuſcunque ſimpliciter & omninò melius eſt eſſe quam non eſſe, ex his nominatur Deus: quia talia perfectionis, & eſſe perfectiſſimum eſt ſibi reponendum: ſed dicta nomina ſunt huiuſmodi, vt per ſe patet: ergo Deo verè conueniunt. Dubium 1.

2 Ad idem, Vnumquodque veriſſimè dicitur de eo cui primò ineſt: ſed ſupra dicta primò inſunt Deo quam creaturis: ergo verius dicuntur de Deo quam de illis.

3 Ad idem, Id quod ineſt alicui ſoli, propriſſimè dicitur de eo: ſed qui eſt, ſolius Dei nomen eſt: ergo veriſſimè dicitur de eo: & tamen hoc dicitur ſimiliter de eſſentia vt de aliis:

4 Præterea, Sapientia, vita, & huiuſmodi figuris carent: ergo incongruè nominantur formationes diuinitatis, cum formatio pro figuratione ponatur.

Solutio. Dicimus, quòd in iſtis nominibus quæ de Deo dicuntur, eſt duo conſiderare, ſcilicet id cui imponuntur, & rationem impoſitionis, quæ eſt principium deueniendi in id quod ſignificatur. Quantum igitur ad id quod ſignificatur per nomen, per prius conueniunt Deo, in quo illud primò inuenitur. Ratio tamen impoſitionis ſamiliarior eſt nobis. Imponentes enim hæc nomina reſpiciebant ad ea quæ apud nos ſunt, ſicut paternitas per prius eſt in Deo quam in inferioribus, modus tamen quo ſignificatur, magis congruit inferioribus: & ſecundum hoc huiuſmodi nomina non ſunt vera de Deo; cum non ſint in eo per modum quo ſignificat natura, ſed eminenter: vnde vt totum dicatur, oportet dici, Deus eſt eſſentia, propter id cui nomen imponitur, & non eſt eſſentia, propter modum ſignificandi, ſed eſt ſuper omnem eſſentiam, propter eminentem modum ipſius

Ad

Ad primum ergo dicendum, quòd Anſelmus intelligit ita dici de Deo quantum ad id quod ſignificatur, & non quantum ad modum ſignificandi.

Et ſimiliter dicendum ad ſecundum, quòd id cui imponitur nomen, per prius eſt in Deo, & non modus nominis.

Ad tertium dicendum, quòd etiam hoc nomen, Qui eſt, quantum ad rationem impoſitionis non conuenit ſibi, licet quantum ad id cui imponitur, propriiſſimè ſibi ſoli conueniat.

Ad quartum dicendum, quòd huiuſmodi nomina dicuntur formationes: quia conueniunt in hoc cum figuris, quòd non totam rem exprimunt, ſed ſecundum aliquid & incompletè.

C Dubium 2. CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Deus per negationes non magis certificetur: quod enim nihil ponit, nihil certificat: negatio eſt huiuſmodi: ergo, &c.

2 Præterea, Sicut dicit Philoſophus, affirmatio præcedit negationem, vnde oportet, quòd negatio affirmatione certificetur: ſed per quod alterum certificatur, certius eſt illo: ergo oportet aliquam affirmationem præcognitam eſſe nobis ad certificationem negationis in diuinis.

Solutio. Dicimus, quòd per rationem ſignificandi, quæ eſt qualitas nominis, oportet nos deuenire in cognitionem ſignificationis. Vnde cum ratio talis remoueatur à Deo, non reſtat aliquid per quod deueniamus in ſignificationem rei prout ei conuenit: & ita remanet nobis ignotum quid ſit, ſed ſcimus, quòd non eſt huiuſmodi vt ſignificatur: ſcimus tamen quia eſt, quod non comprehendimus, ſed confusè attingimus, intelligentes quòd in infinitum ſupereminet iſtis quæ apud nos ſunt. Et iden dicitur in libro de cauſis, quòd cauſa prima eſt ſuper intellectum & rationem, propter eius eſſe ſupremum. Et propter hoc dicit Damaſcenus, quòd qui eſt, non ſignificat quid eſt, ſed pelagus ſubſtantiæ infinitum: quia ſignificat de illo ſupereminenti infinito, quia eſt, nihil determinans circa ipſum noſtro intellectui, ſicut nec viſus aſpicientium mare ad aliquid certum determinatur. Et per hoc patet, quòd negationes de Deo certæ ſunt nobis, quia ſimpliciter de ipſo verificantur: affirmationes autem incertæ ſunt.

Ad primum ergo dicendum, quòd negatio quæ eſt extra genus, nihil certificat: ſed negatio in genere certificat: etſi enim non ponat aliquid, relinquit tamen aliquid eſſe, licet non dicat quid illud ſit.

Ad ſecundum dicendum, quòd de re alicuius eſſe totum comprehenditur, aut quia habet terminos, aut quia eſt terminus, ſicut punctus, qui propter ſimplicitatem non poteſt diffiniri niſi negatiuè. Negatio ſcitur per hoc quod comprehenditur id quod per negationem relinquitur, ſiue ſit vnum, vt in ſimplicibus, ſiue plura, vt in compoſitis: ſed id quod relinquitur per negationes in Deo, non poſſumus comprehendere: & ideò negationes in ipſo non ſunt certæ per aliquam affirmationem. Vel ſicut dicit Rabi Moyſes, per negationem acceptam in genere magis ac magis appropinquatur ad cognitionem Dei, ſeparando ipſum ab aliis: vnde vtimur eis loco differentiarum diuiſiuarum, cum poſitiuas habere non poſſumus, propter eius ſimplicitatem: & ideò dicuntur negationes magis certificare, ſed hoc non eſt ad propoſitum.

D Dubium 3. CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd inſufficienter loquatur Maximus in verbis iſtis: Infinitus eſt Deus, quia non ſuccumbit diffinitioni. Damaſcenus enim aſſignat plures modos quare infinitus dicitur: quia non finitur, neque comprehenſione, neque diffinitione, neque tempore, neque loco. Ergo inſufficienter aſſignat cauſam infinitatis ſolum ex diffinitione.

Obiicitur etiam de eo quod ſequitur, Diffinitioni verò non ſuccumbit: eò quod diffinitiones ex affirmatione contexuntur: affirmationes verò de Deo incompactæ ſunt, tanquam mentientes: ſecundum hoc enim videtur, quòd poſſit Deus habere diffinitionem in ſe, licet non quoad nos, cum affirmationes apud ipſum de ipſo veræ ſint, licet non ſint à nobis comprehenſæ.

Ad primum dicendum, quòd non finiri diffinitione, eſt cauſa quare non finiatur aliis modis: quia enim non habet terminos eſſentiæ, non habet terminos in tempore, nec in loco: vnde per primum intellige conſequentia.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet affirmatio ſimpliciter ſit incompacta de ipſo quoad nos tantum, complexio tamen diffinitionum quæ exigitur ad diffinitionem, eſt incompacta ſimpliciter & quoad nos. Et eſt duplex cauſa quare non diffinitur Deus. Vna: quia ſimplex eſt, & diffinitio exigit plures partes eſſentiæ: vnde ſimplicia, vt punctus, negatione deſcribuntur. Alia cauſa eſt: quia eſt finis omnium, & finis ſecundum Philoſophum non eſt finitus: vnde non eſt finitus terminis infra quos eius eſſentia concludatur, quod exigitur in diffinitione.

Si igitur negationes in diuinis veræ ſunt, affirmationes verò incompactæ, obſcuritati arcanorum magis apta eſt per diſſimiles formationes manifeſtatio. Et nunc itaque non turpes replent cæleſtes ornatus eloquiorum ſacræ deſcriptiones, diſſimilibus eos formarum facturis manifeſtantes, & per has oſtendẽtes materialibus ſimul omnibus ſupermundalium excellentias. Quia verò & noſtrum animum reducunt magis diſſimiles ſimilitudines, non æſtimo quemquam bene ſapientium contradicere. Per quidem enim pretioſiores ſacras formationes conſequens eſt ſeduci, 8.

auriformes

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

auriformes quaſdam æſtimantes cæleſtes eſſentias, & quoſdam viros fulgureos, decora indutos veſtimenta, candidum & igneum innocuè reſpergentes: & quibuſcunque alijs ſimilibus imaginariis formis Theologia cæleſtes figurauit intellectus. Quod quidem ne paterentur qui nihil viſibilibus bonis altius intelligunt, ſanctorum Theologorum reſtitutiua ſapientia, ad indecoras diſſimilitudines mirabiliter deſcendit, non concedens materiale noſtrum in turpibus imaginibus remanens quieſcere: purgans verò ſurſum ferens animæ, & ſuggerens deformitate compoſitionum, tanquam neque iuſto, neque vero probante eſſe, neque valde materialibus, quia ſic turpibus ſimilia ſecundum veritatem ſunt ſupercæleſtia & diuina ſpectacula. Sed itaque & hoc intelligere oportet, nihil eorum quæ ſunt, eſſe vniuerſaliter boni participatione priuatum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Si igitur negationes, &c.

A HIc concludit propoſitum in Angelis per ea quæ dicta ſunt de Deo. Litera ſic legatur. *Si igitur*, vt oſtenſum eſt, *negationes in diuinis ſunt veræ, ſimpliciter vero*, id eſt, ſed *affirmationes incompactæ* id eſt, non ſimpliciter veræ. Nota, quod compactè eſt verum quod ſic eſt verum vt ſignificant verba, & incompactè, quod ſic non eſt verum, ſed fortè alio modo. Et ideo negationes in Deo dicuntur compactæ, affirmationes vero incompactæ. *Manifeſtatio per formationes diſſimiles*, his quæ deſcribuntur per eas, *eſt apta*, id eſt, congrua *magis*, quia magis relinqnunt negationes, *obſcuritati arcanorum* id eſt, ſublimium, ſecretorum, ſcilicet cæleſtium. *Itaque & nunc*, id eſt, in propoſito *ſacræ deſcriptiones eloquiorum*. id eſt, ſacræ Scripturæ, *non replens ornatus cæleſtes*, id eſt, angelicos, *turpes*, id eſt, turpibus figuris, ex quo turpes efficiantur. Deſcriptiones dico *manifeſtantes eos*, ſcilicet ornatus, *factu is*, id eſt, fictionibus *formarum*, id eſt, figurarum diſſimilibus eis. Et deſcriptiones dico *oſtendentes* per has *facturas excellentias ſupermundalium*, id eſt, Angelorum, *omnibus materialibus ſimul*, acceptis. in hoc enim quod per diſſimilia deſcribuntur, certum eſt eos ſuperponi omni animali.

Quia verò. Hîc ponit tertiam cauſam ex parte animi noſtri acceptam, & eſt talis. Sic aufertur à nobis occaſio erroris, quo poſſemus æſtimare Angelos eſſe nobilia corpora ſi per ea deſcriberentur. Litera ſic legatur. Poſuimus duas cauſas. *Vero*, id eſt, ſed *non æſtimo quemquam bene ſapientem contradicere*, hoc ſcilicet quod *diſſimiles ſimilitudines magis reducunt animum noſtrum*, id eſt, intellectum in ſpiritualia, non ſinentes nos ſtare in ipſis propter maximam diſſimilitudinem. Et hoc pro cauſa ſubiungit. *Enim* id eſt, quia *conſequens*, id eſt, vicinum eſt, *eſt quidem*, id eſt, certe *ſeduci*, id eſt, decipi *per ſacras formationes*, id eſt, figuras *pretioſiores*, id eſt, à nobilioribus ſumptas. Seduci dico *æſtimantes ſupercæleſtes eſſentias* id eſt, Angelos, *quoſdam eſſe auriformes*, id eſt, ſimiles auro, quia aurum pretioſum, *& quoſdam viros fulgureos*, id eſt, lucentes, *indutos decora veſtimenta*, *& reſpergentes candidum & igneum innocuè* id eſt habentes ſplendorem ignis ſine nocumento aduſtionis. Hæc enim videntur ſatis decentia eis apud illos qui non intelligunt niſi corporalia, cum iſta ſint in genere corporalium. *Quod quidem* ſcilicet ſic ſeduci, *ne paterentur* rudes *qui nihil intelligunt altius viſibilibus bonis* quia talibus occaſio eſſet errandi, *ſapientia ſanctorum Theologorum*, id eſt, tradita à ſanctis Patribus Theologis, ſcilicet ſacra Scriptura, *reſtitutiua*, id eſt, reſtituens vnumquenque intellectum in veritatem, prout poſſibile eſt ei, *deſcendit* ab altitudine ſpiritualium, *ad diſſimilitudines indecoras*, id eſt, turpes, *mirabiliter* ſic vt eius cauſam ſemper miremur. Sapientia dico *non concedens materiale noſtrum*, id eſt, intellectum noſtrum, qui materialis dicitur propter admixtionem phantaſmatum, *quieſcere remanens in turpibus imaginibus*, id eſt, ex turpibus rebus ſumptis, credendo ſimpliciter eſſe vera, nihil vltra quærendo. *Vero*, id eſt, ſed ſapientia *purgans* ab erroribus, *ſurſum ferens animæ*, id eſt, intellectum qui animam in ſpiritualia ducit, *& ſuggerens* id eſt, oſtendens ei *deformitate* talium *compoſitionum*. id eſt, figurarum, *tanquam neque probante*, ſapientia, *iuſto*. id eſt digné Angelis, *neque vero* in ſe, ſcilicet Angelos *eſſe* huiuſmodi, *neque probante*, ſapientia ſcilicet, id eſt, approbante, *quia ſupercæleſtia & diuina ſpectacula*, id eſt, Angeli ſupercæleſtes & Deum ſpectantes, *ſecundum veritatem ſunt ſimilia valde materialibus ſic turpibus*, quibus ſymbolicè comparantur.

Sed videtur, quòd magis ſit conſequens ſeduci per diſſimilia: quia ſicut dicit Philoſophus, maior eſt error æſtimantis tria eſſe mille, quam ea eſſe quatuor: ergo quantò magis diſtantia creduntur eadem, tantò magis erratur. Et dicendum, quòd Dionyſius loquitur ſuppoſita identitate, quæ valdè diſſimilia non ſinit dicere eadem: cauſa enim apparentiæ identitatis eſt ſimilitudo.

*

DIVISIO

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sed itaque & hoc intelligere oportet, &c.

B SVperius poſuerat inſtantiam ad obiectiones ſupra poſitas, aſſignans cauſas propter quas inconuenientia non ſequuntur, in parte iſta incipit ſoluere obiectiones. Et eſt ſolutio ſua hæc: quia cum nihil ſit expers participatinne boni, vnumquodqne quantumcunque vile videatur, habet nobiles proprietates quibus ſpiritualia poteſt repræſentare. Et diuiditur iſta pars in tres. In prima ponit dictam ſolutionem. In ſecunda manifeſtat exemplis, ibi, *Etenim furor, &c.* In tertia redit ad ſolutionem, concludendo eam vt manifeſtam ex dictis, ibi, *Eſt itaque, &c.* In prima parte tria dicit. In prima dicit, quòd nihil eſt priuatum vniuerſaliter participatione boni. Secundò probat per auctoritatem, ibi, *Siquidem eloquia.* In tertia concludit propoſitum, ibi, *Cum ergo.* Litera ſic legatur. Poſuimus cauſas propter quas prædicta inconuenientia non ſequuntur, *ſed* quia reſtat ſoluere ad obiectiones, *itaque &*, id eſt, etiam *oportet intelligere hoc*, *nihil* de numero *eorum quæ ſunt, eſſe priuatum vniuerſaliter*, id eſt, in toto *participatione boni.*

DVBIA.

C CIRCA hoc duo ſunt dubia. Primo, vtrum verum ſit quod dicit. Secundò quid ſit participatiuè bonum.

Dubium 1. CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd aliquid ſit priuatum vniuerſaliter participatione boni: malum enim concretè accipiendo aliqnid eſt, ſed inquantum huiuſmodi non participat bonum, cum ex hoc ſit malum quod recedit à bono: ergo aliquid vniuerſaliter eſt priuatum participatiune boni.

2 Ad idem, Quæcunque carent perfectione quæ eſt ex fine, carent omninò participatione boni. Vnde dicit Philoſophus, quia in mathematicis non eſt bonum, quia non eſt ibi finis: ſed materia caret omni perfectione quæ eſt ad finem, alioqnin non eſſet receptiua omnium formarum: ergo omninò caret participatione boni.

3 Ad idem, Qnicquid præcedit aliquid, poteſt intelligi ſine illo: ſed ens eſt ante bonum, quia informatur per illud, quia vt dicitur in lib. de cauſis, ens eſt per creationem, bonum vero per informationem: ergo poteſt intelligi inquantum huiuſmodi ſine bono. Quod etiam patet per Boërium in lib. de hebdomadibus, vbi dicit, quòd ſi per intellectum ſeparetur paulisper bonum à prima cauſa, erunt quidem entia, ſed non erunt bona: ergo ad minus ſecundum intellectum erit aliquid priuatum omninò participatione boni.

4 Ad idem, Bonum (vt dicit Auicenna) eſt eductiuum actus à potentia: potentia igitur ſine actu nullo modo participabit bonum: & hoc etiam videtur per Ariſto. in 9. vbi dicit, quòd potentia neque eſt bona, neque mala: & ſecundum eam neque ſumus boni, nec mali.

5 Si dicatur, quòd ſicut dicit Auguſtinus, malum coaleſcit in bono, & ita non vniuerſaliter priuatur boni participatione. Contra: Aut illud bonum in quo coaleſcit malum, eſt ſibi oppoſitum, aut non. Si non, ergo non eſt bonum ſimpliciter, cum non ſit oppoſitum omni malo. Si eſt ſibi oppoſitum, tunc non poteſt ſaluari in illo: quia oppoſitum non ſaluat, ſed deſtruit ſuum oppoſitum.

6 Præterea, Sicut beati carent omni malo, ita videtur, quòd damnati careant omni bonn: & ita videtur falſum dicere.

Solutio. Non vniuerſaliter priuari participatione boni, non ſolum dicitur quod non caret omnibus particularibus bonis, ſed etiam quod non caret omni modo participandi bonum, qui duplex eſt: quædam enim participant bonum ſimpliciter, quæ habent perfectionem ex fine, prout quietat motum agentis: quædam verò participant bonum ſecundum quid, quæ ſunt in potentia ad bonum cum ordine ad aliud. In tali enim potentia eſt aliquo modo bonum, ſicut forma aliquo modo eſt in materia, & educitur ab ea, cum non ſit ſimpliciter ab extrinſeco ab illa, ſcilicet materia, quæ non eſt tantum vt recipiens potentiam ad ipſam formam, ſed habet ordinem ad illam, & educitur ad actum vno motore. Et ſimiliter differentia eſt in genere. Et huiuſmodi habent vel participant illud bonum ſecundum quid, ad quod ſunt in potentia ſimpliciter. Nihil autem eſt quod altero dictorum modorum non participet bonum.

Ad primum ergo dicimus, quòd malum etiam ſecundum quid participat bonum, illud ſcilicet quod ſimpliciter priuat relinquendo ordinem in ſubiecto ad illud, & non ſoluit ſubiectum, aliter enim non eſſet malum ſibi: ſed priuaretur eo quod non eſt natum habere, ſicut per malum culpæ priuatur bonum gratiæ, relinquitur tamen capacitas gratiæ, quæ eſt bonum naturæ, quæ licet per quodlibet peccatum minuatur, quia ſemper eſt minus habilis ad gratiam, non tamen poteſt tota tolli, cum ſit infinita ex parte ſubiecti, ſicut & quælibet alia potentia paſſiua, ſicut etiam in natura, quantumcunque elongetur materia à forma, auferendo diſpoſitiones etiam in infinitum, manet tamen ordo ad formam. In damnatis etiam non tollitur ordo ad gratiam, quòd enim dicuntur non capaces gratiæ, hoc eſt propter confirmationem in malitia ex immobilitate diuinæ ſententiæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd materia prima etiam participat bonum ſecundum quid ad quod habet ordinem: vnde dicit Auguſtinus, quòd eſt bona, quia capax boni.

Ad tertium dicendum, quòd finis prout quietat deſiderium agentis, dat omnibus diſpoſitionem cauſandi, & ideò efficiens agit habens neceſſariò bonum ex reſpectu finis. Et ideò dicit Auguſtinus, quòd inquantum Deus bonus eſt, ſumus: & inquantum ſumus, boni ſumus. Oportet enim in cauſato relinqui diſpoſitionem cauſæ inquantum eius cauſa eſt: & ideò bonum neceſſariò conſequitur res. Si autem ſeparetur per intellectum à cauſa, cum non

ſit

ſit aliqnidi nducens bonom, ſeparabitur à rebus per intellectum: hoc aotem impoſſibile eſt ita eſſe, licet poſſet intelligi. Dionyſius autem loquitur prout res ſunt in ſua natura, non in intellectu.

Ad quartum dicendum eſt de poteutia vt de materia prædictum eſt.

Ad quintum dicendum, quòd bonum illud in quo coaleſcit malum, ſcilicet ordo ad bonum, non opponitur ſibi ſecundum id quod eſt, ſed ſolum ſecundum actum, vel finem, id eſt, ſi reducatur ad actum, erit ſibi contrarium & ordinatom ad contrarium finem: hæc autem oppoſitio nón eſt ſecundum rem, ſed ſecundum rationem tantum: vnde nihil prohibet in tali oppoſito aliquid coaleſcere.

Ad ſextum dicendum, quòd Deus pronior eſt ad piis miſerendum quam ad malos puniendum: vnde ſemper punit citra condignum, & præmiat vltra condignum: vnde non tenet ſimilitudo. Vel dicendum, quòd ſi priuarentur omni bono, priuarentur etiam ſenſu & cognitione & ordine ad bonom, & ſic non punirentur pœnis niſi priuatione boni ad quod eſſent ordinati: & hoc melius eis eſſet, ſicut dicitur in

Matth. 6. Euangelio: Bonum illi eſſet ſi natus, &c. & ideò in hoc miſericorditer cum eis agitur & non iuſtè.

Dubium 2. CIRCA ſecundum ſic proceditur. Philoſophus in quarto topicorum dicit, quòd participare eſt participati rationem ſuſcipere, ſuſcipiendo illud vt partem ſubſtantiæ ſuæ: ſic autem non participatur bonum, cum Boëtius in lib. de hebdomadibus diuidat bonum per participationem contra bonum per ſubſtantiam: ergo bonum non participatur ab his quæ non per ſubſtantiam ſunt bona.

Solutio. Dicimus, quòd non dicitur hîc participatio boni quia recipiatur in ſubſtantia vt pars eſſentiæ, ſed quia habet ſecundum participationem rationem boni, bonum enim ſecundum vniuerſalem rationem quietat omne deſiderium, ſiue proueniat ex appetitu naturæ, vel ſenſus, vel rationis, vel intelligentiæ: & ſic eſt ſolum in Deo in quo eſt omnis deſiderabilis perfectio eminenter. Secundum participationem verò rationem quietat alicuius deſiderantis, & hoc dicitur participare bonum.

9. Siquidem, vt eloquiorum veritas ait, omnia bona valdè. Eſt

Gen. 1. ergo ex omnibus intelligere bonas ſpeculationes, & inuiſibilibus & intellectualibus ex materialibuſque formare dictas diſſimiles ſimilitudines, altero modo intellectualibus habentibus, quæ ſenſibilibus aliter diſtributa ſunt. Etenim furor in irrationabilibus quidem ex paſſibili motu ineſt, & omnis irrationabilitatis eſt repletus furibundus eorum motus.

EXPOSITIO TEXTVS.

Siquidem, &c.

A HIc probat per auctoritatem dicẽs: *Siquidem*, id eſt, certè, *vt ait veritas eloquiorum*, id eſt, ſacræ Scripturæ: Gen. 1. *Omnia ſunt bona valde*, Super quo dicit Auguſtinus: Bona ſunt quæ condidit Deus etiam ſingula: ſimul verò valdè bona, quia ex eis conſiſtit admirabilis pulchritudo vniuerſitatis. Et dicitur hîc vniuerſitas ordo, qui eſt ad vnum in partibus vniuerſi, vt in exercitu ad ducem. *Ergo ex omnibus* rebus, ſiue nobilibus, ſiue vilibus, *eſt*, id eſt, contingit *intelligere ſpeculationes bonas*, id eſt, nobiles & congruas ſpiritualibus propter bonum repertum in eis, congruas ſcilicet *& inuiſibilibus & intellectualibus*, ſcilicet Angelis, qui non videntur corporali viſu, ſed intellectuali, *que*, id eſt, & contingit decenter *ex materialibus*, ſcilicet corporibus *formare* ſpiritualibus *ſimilitudines dictas diſſimiles*. Dicitur enim ſimilitudo diſſimilis quandoque materialiter à diſſimili re ſumpta, & ſic ſumpſit ſupra. Quandoque verò dicitur formaliter, vt hic ſumitur, quando ſcilicet eſt eadem qualitas: & ſic eſt ſimilitudo: habet tamen diſſimilem modum in diuerſis, vt quando accipitur idem modus in oppoſitis qualitatibus, vt in Euangelio: Fili recordare, quia recepiſti bona, &c. quia vterque intensè recepit, licet oppoſita. Et ſic ſe exponit, ſubdens: formare dico diſſimiles ſimilitudines *intellectualibus habentibus altero modo ea quæ aliter ſunt diſtributa*, id eſt, attributa *ſenſibilibus*, quia diuerſimodè habent quod eis attribuitur. Et hoc manifeſtat exemplis ſubdens: *Etenim furor*. Et diuiditur in tres ſecundum tria exempla quæ ponit. Secunda, ibi, *Eodem modo concupiſcentiam*. Tertia, ibi, *Sed & ipſam*. Circa primum vbi ponit exemplum de furore, duo facit. Primò oſtendit qualiter ineſt irrationabilibus, vnde tranſſumitur. Secundò qualiter attribuitur Angelis, ibi, *ſed in intellectualibus*.

B Litera ſic legatur. Dicimus, quòd formare ſimilitudines aliter ineſt vtriſque. *Etenim*, id eſt, quia *furor*, qui ſecundum Gregorium, eſt ira accenſa, vnde eſt actus iraſcibilis, *ineſt irrationabilibus* ſecundum naturam licet participent ſecundum quid rationem, *ex motu*, extra agentis *paſſibili*, id eſt, paſſionem inferente, ſiue verè, ſiue ſecundum æſtimationem. Vnde dicit Philoſophus quòd ira eſt appetitus contrarij doloris propter apparentem æſtimationem. Et ſic tangitur eius origo. *Et*, id eſt, etiam *motus eorum furibundus*, ſcilicet rationabilium. Hic motus dicitur interior motus iraſcentis. Et dicitur furibundus quaſi impetuosè ductus, tales enim potius aguntur, ſiue ex natura, vt in brutis, ſiue ex paſſione illata, vt in hominibus, quam agant, vt dicit Damaſcenus. Agere enim rationis eſt, & eorum qui ex ipſa ſunt, cum ſit libera & domina ſuorum actuum. Motus dico *repletus omnis irrationabilitatis*, id eſt, in toto priuatus ratione, quia non ſequitur eam, licet quandoque audiat.

DVBIVM.

DVBIVM.

C Sed videtvr, quòd malè diffiniat furorem. Furor enim non ſolum ineſt irrationabilibus, ſed etiam hominibus: ergo videtur inſufficienter loqui diffiniens ipſum prout eſt in hominibus tantum, maximè cum dicat, omnis irrationabilitatis repletus.

2 Ad idem, Conſueuit diſtingui duplex iraſcibilitas, ſcilicet brutalis & humana. Humana autem eſt in ratione vt ratio eſt. Dictus furor autem actus iraſcibilis eſt. Ergo eſt in rationabilibus inquantum huiuſmodi: & ſic idem quod prius.

3. Ad idem, Sicut dicit Damaſcenus, malum dæmonis eſt furor irrationabilis: dæmon autem ſubſtantia intellectualis eſt: ergo furor non tantum in irrationabilibus eſt.

4 Ad idem, Virtus cum ſit bona qualitas, non eſt niſi rationis perfectio, ſed ſicut dicit Philoſophus in ethi. furor quandoque fortitudinis eſt, inducens illud, Virtutem immitte furori, furorem in virtutem erige. Ergo furor non ſemper eſt in irrationabili.

Solutio. Dicimus, quòd huiuſmodi vires, iraſcibilis & concupiſcibilis, non poſſunt eſſe de eſſentia rationis: quia omnia quæ ſic ſunt in ratione, ſunt ſeparata à materia & organo corporali. Paſſio autem non eſt niſi circa materiam, nec alteratio: vnde non poteſt eſſe in his quæ ſunt de eſſentia rationis, ſicut dicitur in 7. Phyſicorum, quòd addiſcens non alteratur, ſed perficitur, In diffinitione autem iræ ſi diffinitur materialiter, accipitur organum, quia dicitur accenſio ſanguinis circa cor: ſi formaliter, paſſio, Ira eſt appetitus, &c. Et ideò non poſſunt eſſe partes rationis, ſed ſunt partes ſenſitiuæ potentiæ quantum ad appetitum. Et hoc dicit Philoſophus & Damaſcenus. Participant tamen aliqualiter rationem vt audientiam ipſam, & propter hoc dicit furorem qui eſt actus iraſcibilis, eſſe irrationabilium. Et eadem ratio eſt de concupiſcibili.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet ſit in hominibus, non tamen inquantum rationem habent, ſed ſecundum vires irrationabiles, ſecundum eſſentiam.

Ad ſecundum dicendum, concedendo quòd diſtinctio illa falſa eſt: vnde & à nullo Auctore inuenitur.

Ad tertium dicendum, quòd furor non propriè ineſt dæmonibus, ſed ſecundum ſimilitudinem diſſimilem.

Ad quartum dicendum, quòd Philoſophus non intelligit, quòd furor ſit fortitudo quæ eſt virtus: ſed quia furioſus quandoque propter collectionem ſpirituum facit actus fortis, ſcilicet inuadere hoſtes quos primò timebat, non tamen virtuoſè. Vnde Philoſophus ibidem ponit quinque modos fortitudinis non veræ.

*

Sed in intellectualibus altero modo oportet iraſcibile intelligere, declarans, vt æſtimo, eorum virilem rationabilitatem, & * immanem quietem in diuinis & immutabilibus fundamentis. Eodem modo concupiſcẽtiam quidem eſſe dicimus in irrationabilibus inconſultam quandam & materialem ex naturali motu aut conſuetudine in mutabilibus incontinenter ingenitam paſſibilitatem, & irrationabilem corporalis voluptatis cõtinuitatem, ſimul omne animal compellentis in ſecundum ſenſum concupiſcibile. 10.

* *Immanitem, vel inconſolabilem, vel immitem.*

EXPOSITIO TEXTVS.

Sed in intellectualibus, &c.

Hic oſtendit quomodo furor in ſpiritualibus aliter accipitur, dicens: *Sed oportet intelligere iraſcibilem*, id eſt, furorem: ſumitur enim hic pro actu, vt reſpondeat prædictis: *altero modo*, id eſt, oppoſito, *in intellectualibus*, id eſt, Angelis, *declarans*, id eſt, ſignificans, *vt æſtimo*, id eſt, certè ſcio, *eorum*, ſcilicet Angelorum, *rationabilitatem*, non ſecundum quod eſt differentia hominis, ſed ſecundum quod dicit potentiam cognoſcendi rationabilia, *virilem*, id eſt, non emollitam. Et declarans *quietem*, id eſt, conſtantiam eorum, *immanem*, id eſt, non manantem ab executione vindictæ, ſicut dicitur immanis perſecutio. Vel inconſolabilem, alia tranſlatio, id eſt, non expectantem conſolationem, quia vindicet diuinas iniurias. Vel immitem, alia litera, ita tamen quòd non priuetur virtus manſuetudinis, quæ ſemper eſt in eis, ſecundum quendam habitum vitioſum quo quis ex quadam mollitie puſillanimitatis ceſſat à propulſandis iniuriis. Quietem dico *in fundamentis diuinis & immutabilibus* id eſt, quieſcentes fundati in diuinis ſententiis immutabilibus. Quaſi diceret, quòd furor in eis ſignificat quandam fortitudinem ad vindictam non præcipitem, ſed regulatam à diuina ſententia: & ſic in vtriſque furor ſignificat non quieſcentem motum ad vindictam, ſed in iſtis præcipitem, in illis cum ratione. *Eodem modo.* Hic ponit ſecundum exemplum de concupiſcentia. Et primò oſtendit qualiter eſt in irrationabilibus. Secundò qualiter eſt in Angelis, ibi, *Cum verò diſſimiles* A

Litera ſic legatur. Sicut furor aliter eſt in vtriſque, vt dictum eſt, *eodem modo quidem*, id eſt, certè nos *dicimus concupiſcentiam in irrationabilibus eſſe quandam paſſibilitatem*, id eſt, paſſionem ad quam habiles ſumus, *inconſultam*, id eſt, non ſequentem conſilium rationis, *&* *materialem*,

& quantum ad obiectum & quantum ad ſubiectum, *ingenitam*, id eſt, ortam intra nos, *incontinenter*, id eſt, per incontinentiam. Ingenitam dico ex naturali motu tendentem in venereas delectationes, non regulatam ratione. Aut ingenitam ex mala cõſuetudine ſimilium actuum. Et declarantes eam eſſe *continuitatem voluptatis corporalis*, id eſt, confirmationem quandam in talibus, *irrationabilem*, id eſt, non ſequentem rationem. Voluptatis dico *compellentis*, id eſt, quadam vehementis trahentis *omne*, id eſt, totum, *animal in concupiſcibile ſecundum ſenſum*: quia corporalis delectatio eſt circa ſenſibilem animam, vt dicit Philoſophus: & ſimiliter delectatio non eſt niſi circa guſtum & tactum, vt dicit Auicenna. Vnde alia animalia in his ſolum delectationem quærunt.

DVBIA.

B Sed circa hoc eſt dubitatio. Sicut concupiſcentia eſt inconſulta, ita & furor, cum omnis malus ſit ignorans, ſicut dicit Philoſophus. Cum igitur de furore non dixerit eſſe inconſultum, nec de concupiſcentia dicere debuit.

2 Præterea, Quod ex natura eſt, non eſt vituperabile, ſicut dicit Philoſophus in ethicis: ſed concupiſcentia eſt vituperabilis: ergo non eſt ex natura.

3 Præterea, Continuitas non exigitur ad concupiſcentis incontinentiam: vno enim vel duobus actibus efficitur quis incontinens: ergo male poſuit in eius diffinitione continuitatem: quia incontinens ſecundum Philoſophum melior eſt luxurioſo. Incontinens enim vult quidem continenter agere. Hoc non manet in eo quod vult tractatus concupiſcentia: vnde & incontinens dicitur non parens menti. Luxurioſus autem vltrò ſe offert voluptati. Ergo non eſt vniuerſaliter verum, quòd voluptas compellat totum animal: quia in incontinente ratio & voluntas contradicit.

Solutio. Dicendum ad primum, quòd ſecundum Philoſophum, iracundus ſimulatur ei qui audit legem, malè autem vtitur legibus: ex hoc enim quod iniuriam recogitat, dicit ſibi ratio, quòd vindictam non per ſe, ſed per iudicem debet habere & moderatè: ſed hoc non ſequitur, imò ipſe per ſe vindictam quærit & vltra debitum, & ideò non penitus inconſultus eſt: talis enim audit conſilium rationis, ſed non ſequitur illud. Incontinens verò ſimilis eſt ei qui non audit legem: ex quo enim afficitur concupiſcentia, non cogitat de aliqua lege, cum nulla lex ſit ad concupiſcendum: & ideò ſpeciali ratione inconſultam eam dixit.

Ad ſecundum dicendum, quòd concupiſcentia dicitur eſſe in nobis ex naturali motu prout natura in nobis eſt corrupta magis ad delectabile venereum & gulæ quam ad alia: quia coniunguntur his per quæ ſaluatur natura ſecundum ſpeciem vel ſecundum indiuiduum: & ideò natura magis prona eſt ad iſta: huiuſmodi enim paſſiones connaſcuntur nobis: & oportet nos habere ad ipſas, ſecundum Philoſophum, ſicut ſapientes plebis ad Helenam, fugiendo ſcilicet. Quod etiam Apoſtolus dicit 1. Cor. 6. Fugite fornicationem.

Ad tertium dicendum, quòd non ſumitur continuitas pro continuitate temporis, ſed pro quadam continuitate ſoliditatis: propter enim facile mobilem diſpoſitionem ad voluptates, non dicitur quis incontinens.

Ad quartum dicendum, quòd licet in incontinente & quolibet alio concupiſcente ſit quandoque aliquid remurmurans, tamen ex quo concupiſcentia ſubintrauit, non ſinit remurmurare actu: & ideò dicitur à Dionyſio, totum animal impellens.

Cum vero diſſimiles ſimilitudi- 14.
nes intellectualibus circumponentes concupiſcentiam eis circumformamus, amorem diuinum ipſam intelligere oportet, ſuper rationem & intellectum immaterialitatis, & inflexibile & non indigens deſiderium, ſupereſſentialiter caſtæ & impaſſibilis contemplationis, & ad illam puram & ſublimiſſimam claritatem, & inuiſibilem & formificam pulchritudinem æternæ, veræ & inuiſibilis ſocietatis. Et veluti potentiam excipit quidem in ſufficientia & in conuerſibilitate, & à nulla affligitur virtute, per inconfuſum & immutabilem diuinæ pulchritudinis amorem, & vniuerſalem reuocationem in id quod verè eſt appetendum. Sed & ipſam irrationabilitatem & inſenſualitatem quidem in irrationabilibus animalibus, aut in animatis materiis defectum rationis & ſenſus propriè vocamus. In immaterialibus autem & intellectualibus eſſentiis ſanctè & decenter ſupereminentias earum, vt ſupermundalium confitemur noſtram tranſitoriam & corporalem rationem, & materialem, & alienatum in corporalibus animi ſenſum excellentes.

EXPOSITIO TEXTVS.

Cum verò diſſimiles, &c.

A Hic oſtendit qualiter concupiſcentia dicitur de Angelis diſſimilitudine, dicens. Ita dicitur concupiſcentia in irrationabilibus, *verò*, id eſt, ſed, *cum*, id eſt, quando nos *circumponentes*

intellectua

intellectualibus, ſcilicet Angelis *diſſimiles ſimilitudines*, id eſt, diſſimiliter acceptas, *circumformamus eis*, ſcilicet Angelis *concupiſcentiam*, id eſt, circa eos figurationem ponimus per modum diſſimilis ſimilitudinis, oportet vt verè intelligamus nos *intelligere ipſam*, ſcilicet concupiſcentiam, *amorem diuinum*, qui eſt *deſiderium ſuper rationem & intellectum*, id eſt, excedens ea. Deſiderium dico *immaterialitatis ſumma*, ſcilicet diuinæ, reſpectu cuius omnia materialia ſunt: vel immaterialitatis diuinæ, quæ eſt ſuper rationem rationalium, & intellectum intellectualium, *& inflexibile* ab eo quod deſiderat, *& non indigens* propter carentiam eius quod deſiderat, *contemplationis ſupereſſentialiter caſta*, id eſt, ſupereſſentialis diuina virtute caſtigante animum ab immundis deſideriis, *& impaſſibilis*, id eſt, impaſſibiles reddentis: ſicut enim contemplatio diuinitatis voit nos, ita & permanentes facit reducendo io vnum & immobile: & deſiderium tendens *ad illam claritatem*, ſcilicet diuioitatis, *puram*, quia tenebræ in ea non ſunt: *& ſublimiſſimam*, quia rationem, naturam, & cognitiooem excedit: & ducens ad *pulchritudinem formificam*, id eſt, formantem ſe in oobis, *& inuiſibilem* corporali viſu. Pulchritudinem dico *ſocietatis*, id eſt, vnionis ad Deum, *æterna*, id eſt, indeficientis: quia æternitatis participes facit: *& vere*, quia in hoc eſt delectatio & perfectio intellectualis ſubſtantiæ. Sed quia huioſmodi, vel quia aliæ pulchritudines non ſunt veræ in ſe, oiſi inquantum veritatem ſortiuntur, ab iſta etiam prædictum deſiderium *excipit*, id eſt, accipit, id eſt, accipere facit à deſiderato, *eluti potentiam quandam* id eſt, virtutem quandam amoris, quæ retineri poteſt. Vnde Chryſoſtomus: Magnum amor igne feruentis, nec eius impetum aliquis ſuſtinere poteſt. Excipit dico *in ſufficientia & inconuerſibilitate*, id eſt, ſufficienter ſibi & inconuerſibiliter ab amato: & iſta potentia *a nulla virtute affligitur*, id eſt, perturbatur. Vnde Cant. vltimo: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Excipit dico *et amorem diuinæ pulchritudinis inconfuſum*, id eſt, terminatum propria ratione amati, & non mixtum alieno inordinato amore. Confuſum enim dicitur non terminatum, vel inordinatè mixtum. Et hæc duo faciunt ad magnitudinem & puritatem amoris: quod enim non ſub terminata ratione boni amatur, minus amatur. Et amorem dico immutabilem propter firmam adhæſionem. Et excipit per *vniuerſalem reuocationem* colligendo ſparſim *in id quod vere eſt appetendum*, ſcilicet in Deum, vt maximè ametur, nihil præter ipſum amando. Auguſtinus in libro confeſſionum: Minus te amat, qui aliquid tecum amat. Eſt igitur hoc commune vtriſque, quòd feruntur quodam impetu in amatum: ſed in hoc differunt, quòd Aogeli caſtè feruntur in diuinam pulchritudinem, & firma adhæſione: irrationabilia verò iocontinenter in materiales & ſeoſibiles voluptates.

DVBIVM.

B Hic dvbitatvr. Nihil (vt dicit Auguſtinus) deſideratur niſi cognitum: ergo non videtur deſiderium eſſe ſupra rationem.

2 Præterea, Cum deſideriom ſit rei non habitæ, per quod differt ab amore, ſemper eſt ex indigentia: ergo videtur eſſe oppoſitum in adiecto quod dicit, oon indigens deſiderium.

Ad primum dicendum, quòd dicitur eſſe ſupra rationem & intellectum, non quia non cognoſcat deſideratum, ſed quia non ſequitur rationem extendendo ſe ſupra id quod rationis eſt: deſiderat enim ſe diuinus amator vnire Deo, non attendens reuerentiam quam ratio dictat. Vnde Bernardus ſuper illud, Oſculetur me, &c. dicit: Habe reuerentiam ó ſancta anima ad adorandum forſitan, non oſculandum. Turpe verò deſiderium deficit ab eo quod rationis, vilioribus ſe ſubdendo.

Ad ſecundum dicendom, qoòd deſiderant continoitatem eius quod habent: non enim totum ſimul habent: & ideo deſiderant quod habeant alio modo quam habent: & hoc eſt deſiderium non anxium, tollens verò faſtidium: & ideò dicitur non indigens.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sed & ipſam irrationabilitatem. Hîc ponit tertium exemplum de irrationabilitate & inſenſualitate. Et primò oſtendit qualiter eſt in aliis. Secundò qualiter in Angelis, ibi, *In autem immaterialibus*. Litera ſic legatur. Dictum eſt furorem & concupiſcentiam diuerſimodè eſſe in Angelis & animalibus: *ed & nos proprie vocamus inſenſualitatem & irrationabilitatem quidem*, id eſt, certè *in irrationabilibus* quaotum ad irrationabilia, *& in materiis inanimatis*, quantum ad inſenſibilia, *defectum rationis*, quoad vnum, *& ſenſus* qooad alterum. *Autem*, id eſt, ſed nos dicendo prædicta, *in eſſentiis immaterialibus & intellectualibus*, id eſt, Angelis, *confitemur ſancte* non erroneè, *& decenter eis ſupereminentias earum*, id eſt, eſſentiarum ſuper rationem & ſenſum *et ſupermundalium*, id eſt, tanquam ſuper mundum noſtrum exiſtentium. Nos dico *excellentes noſtram rationem tranſitoriam*, id eſt, quæ tranſit de vi rationali non prolato ſermone, vel de principiis in concluſionem per inquiſitionem, *& corporalem*, ſupple ſpiritum ad ſe trahentem, vt in aliud per ſermonem tranſeat *& materialem*, id eſt, materialibus organis vtentem ad formandum ſe in alium, *& ſenſum alienatum*, id eſt, tranſitum in alium, *in corporalibus animis*, id eſt, exiſtentem propter corporalia organa, vt dictum: vel *ſenſum* quantum ad inſenſualia, *materialem*, quia noo ſeparatur á materia vt ratio: *alienatum*, id eſt, diſtributum *in animis corporalibus*, id eſt, ſpiritibus corporeis per qoos defertur ſenſus & motus à corde. Vel animi corporales ſunt animæ ſenſibiles quæ ſunt actus corporis, in quibus ſunt diſtributi ſenſus. Dicuntur ergo materialia irrationabilia & inſenſibilia, vt deficientes à ſenſu & ratione, immaterialia autem excedentes vtrumque.

DVBIA.

Hic svnt duo dobia. Primò, verum Angeli ſint excedentes rationem & ſenſum. Secundo de quibuſdam verbis in Gloſſa Maximi. D

Circa primum videtur, quòd non ſint excedentes rationem & ſenſum. Sicut dicit Boe- Dubium 1.

rius, quicquid poteſt virtus inferior, poteſt & ſuperior: cum igitur anima noſtra quæ infra Angelum eſt natura, habeat ſenſum & rationem, videtur quòd Angeli non excedant, ſed etiam habeant.

2 Præterea, Gregorius in homilia de epiphania vocat Angelum rationale animal: omne autem animal rationale habet rationem & ſenſum.

3 Præterea, Ratio aut dicit naturam, aut potentiam conſequentem naturam. Si naturam, videtur non excedi ab Angelo, cum perfectio naturæ inferioris ſit etiam in ſuperiori, licet non ſit in ea vt vltimus actus. Propter hoc non poteſt dici quod excedat, ſicut nec nos excedimus bruta. Si verò dicit potentiam, ſic iterum dupliciter dicitur, aut ſecundum quod ſe habet ad cognoſcendum contingentia, & ſic non deeſt Angelo, cum melius nobis habeat contingentium cognitionem: aut prout ſe habet ad ordinandum principia in concluſiones probabiliter vel neceſſariò, vt dicit Iſaac, quòd ratio eſt faciens decurrere cauſam in cauſatum, ſic etiam non deeſt Angelis, imò melius nobis huiuſmodi ordinationes perficere poſſunt: ergo non debent dici excedere rationem.

Solutio. Dicimus, quòd dupliciter poteſt accipi cognitio fluxibilitatis materiæ, aut ex accommodatis materiæ, aut ex accommodatis ab ipſa, ſecundum id quod in pluribus inuenitur, & nullius eſt proprium: & ſic cauſatur cognitio probabilis. Item cum omne per accidens reducatur ad per ſe, & rarò ad frequenter, & frequenter ad ſemper, non per eſſentiam, cum vnum non poſſit fieri aliud, ſed ſicut ad cauſam: quia vbi deficit ſemper, incidit frequenter: & vbi deficit frequenter, incidit rarò: & vbi deficit per ſe, incidit per accidens, vt docet Philoſophus in ſexto primæ philoſophiæ, ſi cognoſcatur varietas materiæ reducendo ad primum per ſe neceſſarium, ſicut ad motum cæli, erit cognitio certa & neceſſaria: quia ſcietur in quo deficit neceſſarium, & incidit frequenter & probabile: & vbi iterum deficit frequenter, incidit per accidens ſiue rarò. Et iſta cognitio cum ſit ſuperior, eſt in Angelis. Alia verò quæ eſt inferior, eſt in nobis ipſis. Et ſic eminentius cognoſcentes contingentia quorum eſt potentia rationis, excedunt rationem prout eſt potentia in nobis. Similiter etiam excedunt rationem, prout eſt natura: ſecundum enim quod aliqua participant aliquid vnum, reducuntur in cauſam vnam, ſicut omnes homines habent vnam cauſam in eo quod homines, & animalia inquantum huiuſmodi, & vlterius omnia entia, ſecundum quod huiuſmodi: veruntamen à ſuperiori natura eminentius participatur, ſicut in vita communicant Angeli, homines, bruta, & plantæ. In Angelis dico eſt cauſa vitæ & lux perfecta in intelligente, id eſt, quidditate ſimplici: ſed intellectus noſter non poteſt in hoc, ſed accipit cum continuo & tempore: & ſic oritur ratio in vmbra intelligentiæ, & ſenſus in vmbra rationis, inquantum retinet cognitionem, ſed non abſtrahendo ab appenditiis materiæ: & in eius vmbra oritur anima vegetabilis, quæ nullam cognitionem retinet. Et ſic Angeli excedunt rationem & ſenſum.

Ad primum ergo dicendum, quòd virtus ſuperior habet quod habet inferior, ſed eminenter.

Ad ſecundum dicendum, quòd dicitur Angelus animal, non vt participans naturam animalis, ſed prout virtutes eius ſunt in ipſo eminenter.

Ad tertium dicendum, quòd Angelus habet rationem eminenter, & ſecundum quod eſt potentia, & ſecundum quod eſt natura. Secundùm quidem quod eſt natura: quia non conſiſtit perfectio vltima naturæ eius in ratione prout eſt in nobis in quibus oritur ex defectu ab ipſo, & propter hoc excedit naturam rationis, ſicut & ratio ſenſum, licet non excedamus nos participantes eum ſecundum quod perfecta ratio eſt, qualiter non habent Angeli. Potentiam etiam excedunt: quia & contingentia ſciunt, & primam eorum cauſam, & deducere poſſunt cauſam in cauſatum, ſed ſine tranſitu inquiſitionis deueniendo de notis ad ignota.

Circa ſecundum. Videtur, quòd modus locutionis Angelorum qui ponitur in Gloſſa Maximi, ſit falſus. Dicit enim ſic: Nos quod rationabile eſt repræſentamus per organum linguæ, & vocis affectum, verberantes aërem cum eo quod eſt diſcretibile: & ſermo transfertur in audientium aures, ex corpore nimirum ad corpus, quemadmodum & ſacer ait Baſilius in ſermone, qui eſt de *Attende tibi*. Illic autem, ſcilicet in Angelis, non ſic, ſed in incorporalitate conſiſte*n*tes in alterutros accedentes & diſcedentes, omni ſermone expreſſis alterutrorum ſenſus ſpeculantes nutu diſputant quodammodo per ſilentium verbi communicantes alterutris. Acceſſus autem & receſſus corporum eſt. Ergo non videtur Angelis conuenire. Dubium 2.

2 Præterea, Si dicatur acceſſus & receſſus per appropriationem ſubſtantiaro ſecundum ſitum, tunc impotentiores erunt nobis, qui diſtantibus loqui poſſumus: illi verò non niſi propinquantes.

3 Præterea, Non comprehenditur niſi quod ſub comprehendere eſt. Vnus igitur non comprehendit quod eſt à libero arbitrio alterius, cum non ſit ſibi cognitum liberum arbitrium illius, ſed ſoli Deo. Ergo non poterit illud cognoſcere niſi per aliquod medium deducatur ad ipſum ab eo cuius eſt conceptus: & ſic videtur falſum dicere, quòd per ſilentium ſibi communicant.

4 Si dicatur, quòd per præſentiam intuetur illud, vt dicere videtur, tunc cum ſemper ſibi ſit præſens, ſemper intuetur illud & cognoſcit: & ſic prius non cognitum, nec poſtea cognoſcet.

5 Præterea, Si non innoteſceret vni conceptus alterius per aliquid emiſſum ad accipientem, ſed intuendo per præſentiam tantum, magis diceretur viſio quam locutio: oportet enim transferentes ſimilitudinem ſeruare.

6 Item hoc eſſet contra Gloſſam 1. Corinthiorum 13. quæ dicit, quòd loquuntur ſibi nutibus & ſignis. Et ſic non ſolum intuendo per præſentiam. Baſilius etiam ſic dicit, quòd nutibus ſibi innoteſcunt, licet non nutibus corporis. Item Damaſcenus dicit, quòd tradunt ſibi mutuò ſuas intelligentias nutibus ſine voce prolato ſermone. Ergo non ſolum per præſentiam ex acceſſu & receſſu.

Solutio. Dicimus, quòd ad locutionem in nobis tria concurrunt, ſimplex conceptio, ordo

ad

ad proferendum quod concepimus, applicatio ad inſtrumenta corporis quibus formetur vox, vt deferatur per aures audientis. Auferentes igitur ab Angelis vltimum, quod ignobilitatis eſt, dabimus eis duo prima. Quandiu igitur id quod eſt ſub libero arbitrio eorum, manet in ſimplici conceptione, non percipitur ab alio: ſed quando ordinatur ad alterum, tunc incipit eſſe notum. Sed ſi quæratur, quomodo deuenit ad alterum, cum nihil emittatur de vno in alium? Dicendum ſecundum Auicennam, quòd ſicut in intellectu poſſibili noſtro fluunt formæ ab intellectu agente, de quo conuertuntur ad ipſum à quo fluunt omnes formæ etiam ſecundum ipſum, & non habent formas à phantaſmatibus. Sed quicquid ſit de hoc quantum ad cognitionem viæ, hoc certum eſt, quòd in futuro anima non intelliget accipieodo à phantaſmate, ſed conuertendo ſe ad Deum, per influxum luminis eius ad ipſam fient formæ intelligibiles in ea. Et ſic eſt in Angelis modo. Vnde lumen diuinum irradians omnes, ſine quo nullus poſſet aliquid concipere, eſt medium in quo vnus percipit conceptionem alterius, ordinatam ad ipſum, conuertendo ſe ad prædictum lumen.

Ad primum ergo dicendum, quòd ordo conceptionis vnius ad alterum, & conuerſio eorum ad vnum lumen, dicitur hîc acceſſus & receſſus: nec etiam dicitur ſitualis propinquitas ſubſtantiarum. Per quod patet ſolutio ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd non poteſt comprehendere quod eſt ſub libero arbitrio alterius, niſi per conuerſionem ad vnum lumen, poſtquam iam ordinatum eſt ad ipſum.

Ad quartum dicendum, quòd non eſt ſibi ſola præſentia, ſed ordo & conuerſio quæ dicta ſunt: & in hoc habet ſimilitudinem cum auditu & locutione, & non ſolum cum viſu. Per quod patet ſolutio ad quintum.

Ad aliud dicendum, quòd ordo & conuerſio quæ diximus, ſunt nutus & prolatus ſermo: ſignum verò eſt ſpecies intelligibilis ordinata ad innoteſcendum alteri.

12. Eſt itaque non diſſonas formare cæleſtibus formas & ex vilibus materiæ partibus. Quoniam & ipſa ex verè bono ſubſiſtentiam poſſidens, per omnem ſui materialem diſpoſitionem imagines quaſdam intellectualis pulchritudinis habet: & poſſibile eſt per eas reduci ad immateriales primas formas diſsimiliter (vt dictum eſt) ſimilitudinibus acceptis, & eiſdem non ſimiliter, compactè autem & pulchrè in intellectualibuſque & ſéſibilibus proprietatibus diffinitis.

EXPOSITIO TEXTVS.

Eſt itaque non diſſonas, &c.

HIc concludit ſolutionem, & manifeſtat eam per exempla dicens: *Itaque* ex dictis *non eſt diſſonum*, id eſt, incongruum *formare formas*, id eſt, figuras *cæleſtibus*, id eſt, Angelis, *&*, id eſt etiam *ex vilibus partibus materiæ*, id eſt, ex rebus vilibus materiam ſortientibus: *quoniam & ipſa*, ſcilicet materia *poſſidens ſubſiſtentiam*, id eſt, eſſe *ex vere bono*, id eſt, Deo, *habet quaſdam imagines*, id eſt, figuras *pulchritudinis intellectuales*, ſcilicet Angelicæ *per omnem materialem diſpoſitionem ſui*, id eſt, quacunque forma diſponatur: *& per eas*, ſcilicet materiæ figuras *poſſibile eſt reduci ad primas formas immateriales*, ſcilicet Angelos. Et dicuntur formæ non quaſi foris manentes diſponendo materiam vel ſubiectum, ſed actiuè, quia animos informant: vel quia multum habent de actu, & parum de potentia, propinquantes ei qui eſt purus actus ſine potentia. Reduci dico *ſimilitudinibus diſſimiliter acceptis, vt dictum eſt*, & in exemplis manifeſtatum: & reduci dico *eiſdem proprietatibus non ſimiliter diffinitis intellectualibus & ſenſibilibus*: quia non ſecundum vnam rationem diffinitam inſunt vtriſque. *Autem*, id eſt, ſed *compactè*, id eſt, ordinatè, *& pulchre*, id eſt decenter diffinitis, ſcilicet in vtriſque. A

Hæc myſticos Theologos inueniemus, non ſolum cęleſtium diſpoſitionum declarationibus mirabiliter circumformantes, ſed ipſis aliquandò diuinis manifeſtationibus. Et aliquandò quidem ipſam ex luminibus pretioſis laudant, vt ſolem iuſtitiæ, vt ſtellam matutinam, in animum ſanctè orientem, & vt lumen incircumuolutè & inuiſibiliter reſplendens. 13.

Malach. 4.

Apoc. 22.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Hæc myſticos Theologos, &c.

IN parte iſta probat poſitam ſolutionem per locum à maiori, per hoc ſcilicet quod in deſcribendo diuinam maieſtatem ſcriptura vtitur ſimilitudinibus diſſimilibus, quòd multò magis hoc poteſt fieri in Angelis. Et diuiditur in tres partes. In prima manifeſtat, quòd talibus ſimilitudinibus vtitur Scriptura in deſcriptione deitatis. In ſecunda reperit colligendo quod dixerat, ibi, *Sic omnes Theoſophi*. In tertia concludit propoſitum, ibi, *Nihil ergo inconſequens*. Circa primum tria facit. Primò oſtendit, quòd deſcribitur Deus ex nobilibus corporibus. Secundò oſtendit, quòd ex mediis, ibi, *Aliquando verò*

ex mediis. In tertia, quòd ex infimis, ibi, *Aliquandò autem ex nouiſſimis.* Litera ſic legatur, Dixit, quòd Angelis adaptat Scriptura formas ſimilitudinibus diſſimiliter acceptis, nec eſt mirum: quia etiam nos *inuenimus Theologos*, id eſt, tradentes diuina, *myſticos*, id eſt, veritatem figuris occultantes, eſſe *circumformantes*, id eſt, adaptantes figuraliter, *hæc*, ſcilicet ſimilitudines diſſimiles *declarationibus cæleſtium diſpoſitionum*, id eſt, ordinum. Et dicuntur Angeli cæleſtes, vel quia cæleſtibus præficiuntur à Deo, & ſecundum Philoſophos qui ponunt eos mouere orbes, & ſecundum Auguſtinum qui dicit, quòd quidam eorum obſequuntur Deo adminiſtrando nubis, quidam verò in mouendo nubes & cæli orbes: vel quia locus ille inter alia corpora magis eis competit. Vnde dicit Damaſcenus, quòd Angeli ſunt loco cæleſtes. Et Philoſophus dicit in libro de cælo & mundo, quòd Philoſophi & omnes qui confitentur Deum & virtutem eius, poſuerunt cælum locum ſpirituum. Vel etiam quia eorum miniſteria in cælo diſtinguuntur: licet enim Deus vbique ſit, tamen in cælis magis apparet eius bonitas, vbi communicat eam per gloriam, hîc verò per gratiam. Non ſolum dico circumformantes Angelis, *ſed aliquando &*, id eſt, etiam *ipſis manifeſtationibus diuinis*, vel *de thearchicis*, id eſt, de diuino principatu. Theos enim Deus, archos princeps Græcè dicitur, *& quidem*, id eſt, certè *aliquando Theologi laudant ipſam*, ſcilicet deitatem, id eſt, laudando deſcribuntur *ex luminibus pretioſis*, id eſt, nobilis naturæ, ſcilicet ſupercæleſtium corporum. Laudant dico *vt ſolem iuſtitiæ*. Malachiæ vltimo: Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Et hoc ideo: quia ad amorem iuſtitiæ incaleſcere facit, & ad eius vias illuminat. Et aliquando laudant, *vt ſtellam matutinam orientem in animam ſanctè*, id eſt, ſanctificando ipſum. Et in hoc tangitur ratio dicti. quia cum aliquis auferre nititur tenebras culpæ, incipit ipſum illuminare inhabitando per gratiam. Apoca. 2. Dabo illi ſtellam matutinam. Et laudant illum aliquando *vt lumen reſplendens incircumuolute*, id eſt, non motu circulari vt ſol, ſed immobilis manens cuncta lumine ſuo replet, *&* *inuiſibiliter*, ſcilicet viſu corporali, in quo dat intelligi lucem ſymbolicè dici de Deo, licet Auguſt. contrarium dicere videatur, dicens quòd non ſimiliter dicitur Deus lux vt lapis, ſed vnum propriè, alterum per ſimilitudinem: æquiuocè enim accipit lucem pro ſpirituali, non corporali. Ioan. 1. Erat lux vera. Et 8. Ego ſum lux mundi.

14. Aliquandò verò ex mediis, vt
Exod. 3. ignem innocuè ſplendentem, vt
aquam vitalis plenitudinis datricem, & ſymbolicè dicendum, in
Ioan. 7. ventrem ſubeuntem, fluminaque
redundantem immenſurabiliter refluentia. Aliquandò autem ex no-
Cant. 1. uiſsimis, vt vnguentum ſuaue, vt
Ephes. 2. lapidem angularem. Sed & beſtialem formam ipſi circumponunt, & leonis & pantheræ ſpecialitatem
coaptant, & pardalineam veſtiunt, Osee. 13.
& vrſam ſæuientem. Addam verò & quod omnium vilius eſſe & ma-
gis ſingulare viſum eſt, quia & ver- Psal. 21.
mis ſpecie ipſam ſeipſam circumformantem diuina ſapientes tradiderunt.

EXPOSITIO TEXTVS.

Aliquandò verò, &c.

Hic oſtendit, quòd ſignificatur Deus ex mediis corporibus, ſcilicet igne & aqua, A
quæ recedunt à nouiſſimis participando proprietates cæli, ſcilicet lucem, quantum ad ignem, & diaphanum quantum ad aquam. Dicitur enim in ſecundo de anima, quòd participant iſtas proprietates ſecundum quod eſt eis quædam natura communis cum ſuperiori corpore: ſed ignis magis accedit ad naturam eius: & ideò habet lumen in actu: eſt enim ſpecies & actus aliorum. Dicit ergo: Non ſolum ex prædictis laudant eum: *verò*, id eſt, ſed *aliquando ex mediis*, *vt* dicentes eum *ignem ſplendentem innocue* Deute. 4. Deus noſter ignis conſumens eſt. Et laudant aliquando eum *vt aquam datricem vitalis plenitudinis*, id eſt, plenariè influentem vitam. Alludit ei quod dicitur Ieremiæ 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, id eſt, vitam dantis. Et laudant ipſum *ſymbolice dicendum ſubeuntem in ventrem*, id eſt, qui ſymbolicè dicitur ſubire in ventrem, id eſt, in affectum per amorem, vt ſpiritualis refectio, *quam*, id eſt, & *redundantem*, id eſt, diffundentem *flumina*, id eſt, gratiarum dona, *refluentia*, id eſt, prodeuntia in ſuos actus *immenſurabiliter*. Ioan. 7. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent.

DVBIVM.

Sed videtur hoc falſum: quia Ioan. 4. B
dicitur de Chriſto, quòd non ad menſuram dat ſibi Deus ſpiritum, vbi dicit Gloſſa, quòd cæteris datus eſt ad menſuram: non ergo immenſurabiliter refluunt. Ad quod dicendum, quòd actus exeuntes à gratia, quia de talibus loquitur hîc, dupliciter poſſunt conſiderari, aut ſecundum ſubſtantiam actus, aut ſecundum formam gratiæ. Secundum ſubſtantiam actus in ſolo Chriſto infiniti ſunt: quia actus eius non ſolum eſt humanitatis, ſed perſonæ diuinæ: & ita ſemper remanet infinitus: quia ab infinita potentia procedens. In aliis verò non poſſunt eſſe infiniti ſecundum ſubſtantiam, cum procedant à virtute finita, ſed ſecundum formam gratiæ, infiniti quodammodo dicuntur. Dicitur enim gratia infinita: quia coniungit infinitè diſtantia: & quia meretur infinitum bonum, ipſum ſcilicet Deum, licet ipſe habitus gratiæ in eſſentia finitus ſit, habet enim hoc inquantum eſt ſimilitudo bonitatis diuinæ.

EXPOSITIO TEXTVS.

Aliquandò autem, &c.

HIc oſtendit quomodo figuratur Deus ex infimis, ſcilicet terreſtribus corporibus dicens: *Autem*, id eſt, ſed *aliquando* Theologi laudant Deum *ex nouiſſimis*, id eſt, vilibus corporibus, laudantes eum *vt vnguentum ſuaue*. Cant. 1. Meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Et laudant eum *vt lapidem angularem*. Iſaiæ. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, &c. *&*, id eſt, etiam *circumponentes ei*, ſcilicet Deo beſtialem formam. Oſeæ. 13. Beſtia agri ſcindet eos. *Et coaptant ei*, ſcilicet Deo ſpecialitatem, id eſt, ſpeciem *leonis & panthera*. Oſeæ. 5. Ego quaſi leæna Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Iuda. Et ſecundum ſeptuaginta tranſlationem qua vtuntur Græci, habetur, ſicut dicit Hieronymus in Gloſſa: Ego quaſi panthera Ephraim. Et iterum, *veſtiunt eum*, ſcilicet Deum *pardalineam & vrſam ſæuientem*, id eſt, has imagines ei circumponunt. Oſeæ. 13. Sicut pardus in via Aſſyriorum, occurram eis quaſi vrſa raptis catulis. *Addam verò quod viſum eſt eſſe vilius omnium* id eſt, omnibus, *& magis ſingulare, quia ſapientes diuina tradiderunt ipſam*, ſcilicet deitatem *circumformantem ſeipſam ſpecie vermis*. In Pſal. Ego ſum vermis & non homo. Et ideò dicitur ſingulare: quia inducitur in perſona Dei hoc de ſe dicentis: vel quia ſingulariter ſacra Scriptura tam vilibus eum deſcribit.

15\. Sic omnes theoſophi, & occulta inſpiratione prophetæ, ſanctis in contaminatis diſtinguunt ſancta ſanctorum, & diſſimilem ſanctam figurationem honorant, vt neque diuina immundis rectè accepta ſint, neque mirabilium imaginum ſtudioſi contemplationis tanquam veris remaneant figuris. Diuina itaque honorificant veris negationibus, & ad nouiſſima compactarum imaginationum diuerſis ſimilitudinibus. Nihil ergo inconſequens ſi & cæleſtes eſſentias ex inconuenientibus diſſimilibus ſimilitudinibus formant ſecundum dictas cauſas. Non enim forraſſis vtique nos in quæſtionem quidem ex indigentia in anagogen per diligentem diuinorum ſcrutationem veniremus, niſi deformitas nos extorqueret manifeſtatoriæ Angelorum formationis, non ſinens noſtrum animum in diſſimilibus remanere formarum factutis, ſed luctantem negare materiales paſſibilitates, & aſſueſcentem purè extendere per viſibilia in ſupermundanas altitudines.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sic omnes, &c.

HIc colligit quæ dixerat, dicens: *Sic vt* dictum eſt, *Theoſophi*, id eſt, diuina ſapientes. Theos enim Deus, ſophos ſapiens dicitur Græcè, *& Propheta occulta inſpiratione*, id eſt, diuinitus occultè inſpirati. Et ſumitur hic largè prophetia pro quacunque inſpiratione de occultis facta, ſiue ſint præterita, ſiue præſentia, ſiue futura. Moyſes de præteritis, dicens: In principio creauit Deus, &c. Iſaias de futuris: Ecce Virgo concipiet. De præſenti, vt Ahias. 3. Reg. 14. cognouit vxorem Ieroboam, cum eſſet caligans oculis præ ſenectute. Et hoc dicit Gregor. in proœmio ſuper Ezechielem. Theoſophi dico *diſtinguunt ſancta ſanctorum*, id eſt, à quo eſt omnis ſanctorum ſanctitas, *figuris ſanctis*, id eſt, ſancta ſignificantibus, *in contaminatis*, quia id quod vile eſt, ab eis amouetur cum Deo adaptantur: *& honorant* Theoſophi *figurationem ſanctam* propter figurata, *diſſimilem* ei quod ſignificat: & hoc ideò *vt neque diuina ſint rectè accepta immundis*, id eſt, infidelibus. Hoc, vt diuinorum veritatem ab eis occultent figuris, quam lacerare quærunt: vnde alia tranſlatio habet tractabilia. *Neque ſtudioſi contemplatores mirabilium imaginum*, id eſt, quærentes pio ſtudio imagines Deo aptatas ad inquiſitionem cauſæ prouocantes eos, *ne remaneant in figuris tanquam veris*, æſtimantes ſecundum veritatem dici quod figuraliter dicitur. Vnde & in hoc cauetur & impiis, ne ſacra dilacerent blaſphemiis, & bonis, ne in eis errent: quod poſſet contingere niſi vilitas figuræ errorem excluderet. Alia litera habet, Agalmatum loco imaginum: & dicitur multipliciter in Græco. Aliquando enim dicit expreſſam imaginem, quæ intuentibus lætitiam efficit. Quandoque verò dicitur imago ſimillima, ſiue lætitiam inferat, ſiue non. Itaque Theoſophi *honorificant diuina negationibus veris*, ſimpliciter dicentes Deum non eſſe talia ſecundum veritatem, *&*, id eſt, etiam honorificant *ſimilitudinibus diuerſis*, id eſt, diſſimilibus, vt ſupra dictum eſt, *imaginationum*, id eſt, figurarum *compactarum*, id eſt, decenter dictarum *ad nouiſſima*, id eſt, iuxta vilia, id eſt, vilibus rebus accepta. Alia litera loco imaginationum habet apothematum, id eſt, abſurditatum: quia abſurdum eſſet talia æſtimare de Deo ſecundum veritatem. *Nihil ergo*. Hic concludit propoſitum, ſcilicet nihil eſſe inconueniens ſi Angeli deſcribantur vilibus figuris, cum in Deo etiam non ſit indecens. *Ergo* ex quo ſic eſt in diuinis, *nihil eſt inconſequens*, id eſt, inconueniens ſi Theoſophi *formant*, id eſt, figurant *cæleſtes eſſentias*, id eſt, Angelos *ex ſimilitudinibus diſſimilibus*, id eſt, diſſimiliter acceptis, *inconuenientibus eis* ſecundum veritatem, *ſecundum*, id eſt, propter *dictas cauſas*. *Enim*, id eſt, quia *forraſſis* nos *non vtique*, A

id eſt, certè *non veniremus*, duæ negatinnes loco vnius: vel æquè ſecundum aliam literam *per diligentem ſcrutationem diuinorum*, id eſt, diuinatum Scripturarum, *in anagogen* id eſt, in ſuperiora ducti, *ex indigentia ducente nos in quaſtionem*. Ipſa enim vilitas figuræ facit nos quærere veritatem, vt ſic in ſuperiora ducamur, *Non* veniremus dicn *niſi deformitas*, id eſt, indecentia *formationis*, id eſt, figurationis, *Angelorum manifeſtatoria*, id eſt, qua manifeſtantur, *nos extorqueret*, id eſt, compelleret nos ad hoc. Deformitas dico *non ſinens animum noſtrum remanere in diſſimilibus factoris*, id eſt, fictionibus *formarum*, id eſt, figurarum: *ſed* cogens noſtrum animum *luctantem*, id eſt, reſiſtentem talibus figuris, *negare paſſibilitates materiales*, quæ eis figuraliter attribuuntur, negare ab Angelis. Et cogens eundem *extendere*, vt ſupra expoſitum eſt, *purè*, id eſt, nan admiſcendo ſpiritualibus materialia, *per viſibilia*, quibus ſcilicet figurantur, *in altitudines ſupermundanas* id eſt, Angelarum ſuprà naſtrum mundum exiſtentium. Animum dico *aſſueſcentem* ad hoc.

16. Tanta quidem à nobis dicta ſunt propter materiales & inconuenientes diuinorum eloquiorum angelicas imaginum deſcriptiones. Deinde autem ſegregare oportet, quid ipſam quidem eſſe hierarchiam æſtimamus, quidque ab ipſa hierarchia proſunt hierarchiam ſortientes. Dux verò ſit ſermonis Chriſtus (ſi quidem mihi fas dicere) meus, totius hierarchicæ manifeſtationis inſpiratio. Tu verò ô puer ſecundum ſanctam noſtræ ſacerdotalis traditionis leg ſl tionem, ipſe ſanctè & decenter auſculta mirabiliter dictorum diuinus diuina in doctrina factus, & ſecreto animi quæ ſancta ſunt circumtegens, ex immunda multitudine tanquam vniformia cuſtodi. Non enim fas, vt eloquia aiunt, in porcos proiicere inuiſibilium margaritarum inconfuſum & luciformem beneficumque ornatum.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Tanta quidem, &c.

A Hic epilogat quæ dixerat in toto capitulo. Et circa hoc quatuor facit. Primo enim epilogat. Secundò continuat ſe ad ſequentia, ibi, *Deinde autem*, &c. Tertiò inuocat Chriſtum ad executionem operis, ibi, *Dux verò*. Quartò inſtruit eum cui ſcribit, & in eo alios qualiter ſe habere debent in hac doctrina. Litera ſic legatur. *Quidem*, id eſt, certè *tanta*, id eſt, tot vel tam magna *dicta ſunt a nobis propter deſcriptiones diuinorum eloquiorum*, id eſt, ſacræ ſcripturæ, *imaginum angelicas*, quibus eas deſcribunt. Deſcriptiones dico *materiales*, id eſt, à materialibus ſumptas, *& inconuenientes*, id eſt, non veras de eis ſecundum naturam, vel indecentes, vt quidam dicunt. *Autem*, id eſt, ſed *deinde*, id eſt, in ſequentibus operis immediatè *oportet ſegregare*, id eſt, perfectè diffinire. In diffinitione enim diuiſim ponitur quod implicitè continet diffinitum. Segregare dico *quid æſtimamus*, id eſt, certè ſcimus *eſſe hierarchiam*, *que*, id eſt, & nportet dicere *quid proſint*, id eſt, quem profectum capiant, *ſortientes hierarchiam*, id eſt, participantes eam, quocunque modo, Quid dico proſint *ab ipſa hierarchia* quam ſortiuntur. *Verò*, id eſt, ſed *Chriſtus meus*, *ſiquidem* hoc eſt *fas*, id eſt, licitum *mihi dicere*. Hoc dicit propter reuerentiam, *ſit dux ſermonis*. Chriſtus dico *inſpiratio* actiuè, id eſt, inſpirator *totius manifeſtationis* hierarchiæ. *Verò*, id eſt, ſed *tu puer*, id eſt, Timothee. Puerum eum vocat propter puritatem vitæ, quod erat conſuetum apud eos: vel quia inferior eo erat in ſcientia, licet prior conuerſus ad fidem, *ipſe auſculta ſanctè*, id eſt, non immundè, *& decenter* his quæ dicũtur. Auſculta dico *ſecundum ſanctam legiſlationem noſtra ſacerdotalis traditionis*, id eſt, quæ à ſummo ſacra dante tradita eſt. Et dicit noſtræ, quia ambo Epiſcopi erant. Quaſi diceret: Sicut decet ſanctam legem. Tu dico puer *factus diuinus*, id eſt, diuinis conformem intellectum habens, *in diuina doctrina dictorum mirabiliter*, id eſt, quæ requirunt inquiſitiua cauſæ, alias non deceret te audire. *Et* tu puer *cuſtodi in ſecreto tui animi ea quæ ſancta ſunt*, id eſt, de ſanctis tibi tradita *circumtegens*, id eſt, occultana cuſtodi *ab immunda*, id eſt, infideli *multitudine tanquam vniformia*, id eſt, in vnam formam ducentia, ſcilicet Deum: quia ergo ſancta ab immundis, quia vniformia à multitudine ſunt occultanda, quæ nan niſi compoſita capit. Et hoc probat per auctoritatem Euangelij. *Enim*, id eſt, quia *vt aiunt eloquia*, id eſt, ſacra Scriptura, *non eſt fas*, id eſt, licitum *proiicere*, id eſt, conculcanda exponere, *ornatum inuiſibilium* viſu corporali, *margaritarum*, id eſt, pretioſorum Angelorum, *in porcos*, id eſt, in infideles, brutis immundis ſimiles, ornatum dico *inconfuſum*, id eſt, non mixtum materialibus deturpantibus, *& luciformem*, id eſt, luci diuinæ ſimilem, *que*, id eſt, & *beneficum*, id eſt, nobis bona facientem. Sic ergo dixit qualem oportet eſſe auditorem, quia purum & diuinum, & qualiter audire, & qualiter cuſtodire.

*

CAPVT

CAPVT III.

Quid eſt hierarchia, & quæ per hierarchiam vtilitas.

1. Eſt quidem hierarchia ſecundum me, ordo diuinus & ſcientia & actio deiforme, quantum poſſibile, ſimilans, & ad inditas ei diuinitus illuminationes proportionaliter in Dei ſimilitudinem aſcendens. Diuina pulchritudo vt ſimpla, vt optima, vt conſummatiua. Pura quidem eſt vniuerſaliter omni diſſimilitudine, diſtributiua verò ſecundum dignitatem vniuſcuiuſque proprij luminis, & perfectiua in ſacrificio diuiniſſimo, ſecundum ad ſeipſam perfectorum compactè immutabilem formationem.

DIVISIO TEXTVS.

Eſt quidem hierarchia, &c.

A Determinato in præcedentibus de natura hierarchiæ in communi, quantum ad naturarum principium, ſiue ſit principium à quo eſt emanatio totius illuminationis in ipſo, vt in primo capitulo, ſiue ſit principium quo manifeſtatur nobis, vt ſacra Scriptura, vt in ſecundo capitulo, hîc incipit determinare communia hierarchiæ, quæ ſunt de eſſentia ipſius. Et diuiditur in duas partes. In prima parte diffinit hierarchiam communiter ad angelicam & humanam. In ſecunda oſtendit diſpoſitionem angelicæ, vt oſtendatur eius excellentia ad humanam, & quod de angelica prius eſt agendum. Secunda incipit in quarto capitulo, ibi, *Igitur hierarchia quidem.* Præſens autem capitulum diuiditur in duas partes. In prima diffinit hierarchiam. In ſecunda oſtendit vtilitatem hierarchiæ in ipſam participantibus, ibi, *Eſt enim vnicuique.* Et hæc diuiſio ſumitur iuxta titulum capituli, qui talis eſt, *Quid eſt hierarchia*, quantum ad primam partem. *Et quæ per eam vtilitas*, quantum ad ſecundam. Prima iterum in duas. In prima diffinitur hierarchia. In ſecunda probat diffinitionem, inueſtigans partes eius, ibi, *Diuina pulchritudo, &c.*

DVBIVM.

B Circa primam partem eſt dubitatio de diffinitione hierarchiæ. Videtur enim, quòd incompetenter aſſignet eam 1 pars enim non debet poni in diffinitione totius, ſicut homo in diffinitione animalis: ſed ordo eſt pars hierarchiæ, cum quælibet hierarchia habeat tres ordines, vt ipſe dicit: ergo non debuit diffiniri per ordinem.

2 Ad idem, Aut ordo ſumitur generaliter, aut ſpecialiter. Si ſpecialiter, cum ſic dicatur à ratione ſpecialis doni, diffiniret commune per proprium. Si generaliter, tunc dicitur duobus modis. Aut enim dicit rationem ordinis, aut ordinata ipſa. Et quocunque modo inuenitur in omnibus entibus: quæ enim à Deo ſunt, ordinata ſunt, vt dicit Apoſtolus, & rationem ordinis habent, in quibus tamen non eſt ordo hierarchiæ: malè ergo diffinitur per ordinem generaliter dictum.

3 Ad idem, In diffinitione debent eſſe explicitè ſolum ea quæ nomen implicitè continet, alias non eſſet idem: in nomine autem hierarchiæ non eſt ordo, ſed principatus: ergo nec in diffinitione eſſe debuit.

4 Item videtur, quòd malè dicatur diuinus: diffinitio enim debet dari per ea quæ communiter inſunt: non autem omnis ordo hierarchiæ eſt diuinus, ſed quidam humanus: ergo malè dicitur diuinus.

5 Ad idem, Ordo diuinus aut dicitur qui eſt à Deo, & ſic eſt in tota vniuerſitate rerum, & non ſolum in hierarchiis: aut dicitur ordo qui eſt ad Deum, & ſic deberet dici angelicus, vel humanus, quia reductio ad reducentem hominem vel Angelum ordinatur: aut dicitur quo diuinæ perſonæ ordinantur, & talis ordo naturæ non eſt hierarchicus, quia vnam habent ſcientiam & actionem numero: ergo nullo modo poteſt dici ordo diuinus.

6 Ad idem, Hierarchia dicitur ſacer principatus, non diuinus: vnde & alia tranſlatio habet ſacer ordo: ergo hoc ſic debuit dici.

7 Item videtur, quòd non debuit dicere, & ſcientia: inter eſſentialia enim non debet cadere copulatio propter vnitatem diffinitionis, in qua ponitur vna pars vt actus alterius: male ergo ponitur coniunctio.

8 Ad idem, Ordo, ſicut dicit Iſidorus, pars eſt poteſtatis, & eſt verum de quolibet ordine, ſicut dicitur ordo regius, vel ſacerdotalis: ſed habitudo poteſtatis denotatur per præpoſitionem ad: ergo debuit dicere ordo diuinus ad ſcientiam & actionem.

9 Item, Scientia eſt perfectio ſpecialis ordinis, ſcilicet Cherubin, quod interpretatur plenitudo ſcientiæ: ergo non debuit poni in diffinitione hierarchiæ.

10 Ad idem, Diffinitio debet dari per optimum: ſed ſcientia non eſt optimum inter dona hierarchica, imò charitas quæ eſt perfectio ſupremi ordinis: ergo per hoc diffiniri debuit hierarchia, ſi per aliquod ſpeciale diffiniri debuiſſet.

11 Ad idem, Non omnes hierarchæ, ſcilicet prælati Eccleſiaſtici habent ſcientiam: ergo videtur ſcientia non eſſe commune omni hierarchiæ.

12 Item videtur, quòd male dixerit actio: actio enim eſt miniſtrantium: non autem omnes tales miniſtrant: ergo malè ponitur actio in diffinitione communi.

13 Ad idem, Actio viæ eſt tantum, contemplatio.

templatio verò viæ & patriæ eſt. Cum ergo hic diffiniat hierarchiam prout eſt communis ad viam & ad patriam, potius debuit ponere contemplationem quam actionem.

14 Ad idem, Contemplatio altior eſt quam actio: cum ergo diffinitio detur per nobiliſſimum, dari debuit per contemplationem.

15 Item videtur, quòd malè dicatur deiforme: purgans enim conformat ſibi purgatum: purgans autē eſt homo vel Angelus, non ſolum Deus: ergo debuit dicere angeliforme vel hominiſforme.

16 Item, Quantumcunque reducens influat illuminationes, recipiens non facit totum quod poteſt ad ſuſcipiendum: ergo non efficitur deiformis quantum poſſibile.

17 Item, Similitudo non attingit vnitatem: ſed per reductionem hierarchicam efficitur quis vnum cum Deo, non tantum ſimilis vt dicitur. 1. Corinth. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Et in Ioan. 17. vt ipſi in nobis vnum ſint. Ergo potius debuit dicere vniens quam ſimilans.

18 Item, Effectus hierarchiæ non tantum eſt illuminatio, ſed purgatio & perfectio: ergo non debuit dicere illuminationes tantum, ſed purgationes & perfectiones, aut ſolum perfectiones, ſi per optimum in quo ſtatur, diffinire voluit.

19 Item, Quod aſcendit, mutat gradum: ſi igitur aſcendunt Angeli per reductionem hierarchicam, tunc qui eſt in inferiori ordine, fiet in ſuperiori: quod non poteſt eſſe, quia eſſet confuſio ordinum.

20 Si dicatur, quòd ſuperiores & inferiores æqualiter creſcant, & ſic nunquam attingunt eos. Contra: Si inferiores ſemper aſcendant, aſcendentibus ſuperioribus, aliquando peruenient ad gradus in quibos nunc ſunt ſuperiores: ſi igitur ſuperiores nunc ſunt alterius ordinis quam ſint ipſi, & ipſi erunt aliquando in altero ordine quam ſint modo.

21 Item, Facere aſcendere non eſt propriè illuminationis: quia, vt dicit Apoſtolus, ſcientia inflat, ſed magis charitatis, quæ aliis ſupereminet: non ergo per illuminationes aſcenditur, ſed per charitatem.

22 Item, Ad illud aſcenditur in quo vltimò ſtat aſcenſus ſpiritualis: ſed aſcenſus ſpiritualis non vltimò ſtat in illuminatione, ſed in perfectione: ergo debuit dicere ad indias perfectiones, non illuminationes.

Solutio. Dicimus, quòd hierarchia dicit altitudinem quandam per quam quis ſortitur diuinum gradum. Et perficitur iſte diuinus gradus in tribus, ſcilicet in participatione doni diuini, in conſortio diuinæ poteſtatis, & ſimilitudine eiuſdem effectus. Sicut enim dicimus ſolem fontem eſſe corporalis luminis omnibus quidem ab ipſo lumine prouenient, ſed inæqualiter: ignis enim efficitur ſibi ſimile, ſcilicet luminoſum per lumen receptum ab ipſo: & habebit poteſtatem eius in transfundendo lumen in alterum, & potent in effectum eius, faciendo alterum lucère ſicut ipſe lucere habet à ſole: ſed in carbunculo ex commixtione & dominio ignis erit quidem lumen in quo ſimilatur ſoli, & poterit transfundere lumen in alterum, non tamen habebit eundem effectum in ipſo, vt faciat illud ſimile primo. Aliquid verò recipiet lumen tantum, non potens transfundere in alterum, ſicut terreſtria corpora. Et ſic etiam in receptione ſpiritualis luminis ſunt quidam gradus ex diuerſitate recipientium. Quidam enim recipiunt donum ſpirituale à Deo per quod efficiuntur ſicut Deus, non per æquiparantiam, ſed per imitationem. Participant etiam poteſtatem diuinam, percipientes lumen doni in virtute transfundendi in alterum, & habent ſimilem effectum Deo, reducendo alterum in ſimilitudinem Dei, vt luceat, & poſſit ſimiliter lumen in alterum transfundere, ſicut & hoc Deus in eis operatus eſt. Sed hoc tertium non eſt eſſentiale hierarchiæ: ſic enim non eſſet ſtatus in aliquo, ſed quodlibet faceret alterum iterum transfuſiuum luminis in alterum: ſtat autem transfuſio luminis in plebe, ſuperioribus Angelis diuinum lumen in inferiores transfundentibus, & inferioribus in nos: ſic tamen quod à ſummis prælatis per medios perueniens vſque in plebem, ibi ſiſtat. Iſta igitur eminentia graduum qua lumen diuinum percipientes, in alterum transfundunt, dicitur hîc hierarchia. Quod patet etiam ex nomine. Cum enim hierarchia dicatur ſacer principatus, principes autem dicantur primum capientes, modo illo dicetur hierarchia gradus eorum qui primò capientes diuina dona, in alios tranfundunt. Et ſecundum hoc diffinit eam Dionyſius, ponens non ſolum eſſentialia ipſius, ſed quæcunque faciunt ad cognitionem eius. ſicut docet Philoſophus, quòd accidentia per ſe maximam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt. Per hoc igitur quod dicit, ordo diuinus, ponit formalia eius. Per hoc autem quod dicit, ſcientia & actio, ponit materialia, non ex quibus, ſed circa quæ. Vel quia cum ordo ſit poteſtatis ſiue potentiæ, & potentiæ cognoſcantur per actus, actus autem per obiecta, requirebat ordo vt poneretur, circa quæ eſſet, cum diuerſi ordines ſint circa diuerſa, vt regalis & ſacerdotalis. Sed ſecundum hoc cum materia non cadat in diffinitione niſi obliquè, videtur quod non debuit ponere ſcientiam & actionem in recto. Et dicendum, quòd hierarchia poteſt conſiderari ſecundum quod eſt in habitu, & ſic eſt diuinus ordo: quia per gradum diuinum eſt habilis ad actum hierarchiæ. Secundum vero quod eſt in actu, eſſentia eius materialiter eſt ſcientia & actio: & ſic prædicatur de ipſa in recto: ſcientia enim eſt quantum ad perfectionem partis ſpeculatiuæ: actio autem quantum ad perfectionem partis practicæ. Per hoc autem quod dicitur aſcendens, tangitur proprius actus eius quod eſt aſcendere per reductionem. Per hoc autem quod dicitur in Dei ſimilitudinem, tangitur eius finis.

His habitis dicendum ad primum, quòd ordo non dicitur hîc à ratione ſpecialis doni, ſecundum quod eſt pars hierarchiæ, ſed ab eminentia poteſtatis transfundendi quodcunque diuinum donum in alium.

Ad ſecundum dicendum, quòd non dicitur ordo ſpecialiter, vt dictum eſt, neque ita generaliter, vt ordo vniuerſitatis ad vnum, ſed quadam communitate generalis hierarchiæ prout ſcilicet communicant in poteſtate transfunden-

dini

di in alterum diuina dona ſpiritualia.

Ad tertium dicendum, quòd non ſemper debet eſſe in diffinitione illud quod eſt in compoſitione vel in etymologia nominis: quia per compoſitionem relinquitur quandoque quoddam tertium, alterum ſecundum rationem à componentibus, quod diffinitio debet notificare, ſicut quod ſignificatur per hoc nomen, lapis, eſt alterius rationis quam lædens pedem. Vnde licet hierarchia interpretetur ſacer principatus, debet tamen diffiniri per id quod magis competit ei, quod ſignificatur per nomen: magis autem competit hierarchiæ ordo, cum dicat gradum poteſtatis in alterum quam principatus, quod dicitur in comparatione ad receptionem tantum, non ad transfuſionem: ordo enim dicit communiter vtrumque.

Ad quartum dicendum, quòd licèt ſit ordo angelicus & humanus, non tamen poteſtas transfundendi in alterum eſt niſi à virtute diuina, nec reducit in Angelum, ſed in Deum: & ideò debet dici ordo diuinus, non angelicus.

Ad quintum dicendum, quòd non dicitur ordo diuinus quo diuinæ perſonæ ordinantur: non enim in eis eſt hierarchia, ſicut quidam fingunt, dicentes triplicem hierarchiam, ſupercæleſtem in diuinis perſonis, cæleſtem in Angelis, ſubcæleſtem in hominibus. Non enim poteſt dici ſine errore Arrij, quòd vnus alterum purget & illuminet, & quod habeant ordinatam ſcientiam & actionem, cum in omnibus vnus alteri æquetur. Vnde & illam ſupercæleſtem quam dicunt, nullus Auctor ponit. Dicitur autem diuinus ordo propter receptionem ſpiritualium donorum à Deo, & conſortium poteſtatis ad reducendum in ipſum: & ſic neque ordo eſt vniuerſitatis, qui eſt per exitum donorum naturalium à Deo, non gratuitorum, neque iterum eſt angelicus, ſed diuinus, cum reductio per Angelum fiat in Deum, non in ipſum.

Ad ſextum dicendum, quòd ſacer eſt commune valdè: & ideò conuenientius fuit dicere diuinus quam ſacer, vt determinaretur qua ſanctitate eſt ſacer.

Ad ſeptimum dicendum, quòd eſſentialia formalia copulari non debent: actio autem & ſcientia ſunt materialia hierarchiæ, non ex quibus, ſed circa quæ: & talia non ſunt intra eſſentiam virtutis cuius actum terminant, vt ſenſibile non eſt de eſſentia ſenſus, & talia nihil prohibet copulari. Quare autem ponantur in diffinitione, cum ſint extra eſſentiam, & quare in recto, cum ſint materialia, dictum eſt.

Ad octauum dicendum, ſicut dicit Philoſophus in ethicis, quòd quædam poteſtates ſiue ordines habent pro fine actiones ipſas, ſicut cytharizare eſt finis cythariſtæ. Quorundam verò finis eſt id quod per actionem acquiritur, ſicut ædificatoriæ domus id quod ædificando facit. Finis autem hierarchiæ non eſt actio in alterum, vt perfectio vel illuminatio, ſed perfectum eſſe per reductionem ad Deum: & ideò non potuit propriè dici ad ſcientiam & actionem.

Ad nonum dicendum, quòd ſcientia non dicitur donum quo perficitur ſpecialis ordo, ſed lumen quoddam commune perficiens ſpeculatiuum intellectum, dirigens in qualibet hierarchia actionem cuiuſlibet ſpecialis ordinis.

Ad decimum dicendum, quòd non debuit in communi diffinitione hierarchiæ nobiliſſimum donum poni, ſed magis id quod commune eſt omnibus.

Ad vndecimum dicendum, quòd ſcientia hîc accipitur ſicut cum dicitur, quòd ſcientia eſt clauis, quæ eſt magis auctoritas diſcernendi inter lepram & lepram, quam cognitio ipſa. Multi enim habent cognitionem diſcernendi, qui tamen non habent auctoritatem: & ideò non habent clauem. Et huiuſmodi ſcientiam habere eſt commune cuilibet hierarchæ, licet damnabiliter accipiatur ab his qui ſcientiam cognitionis non habent.

Ad duodecimum dicendum, quòd actio qua agunt in nos, eſt miniſtrantium Angelorum: ſed non ſic accipitur hîc, ſed pro accedere, qua ſuperiorem inferior reducit, purgando, illuminando, perficiendo, & talis actio conuenit omnibus.

Ad decimumtertium dicendum, quòd dicta actio non eſt tantum viæ, ſed etiam patriæ, & eſt eſſentialis hierarchiæ, cum ad eam ordinetur poteſtas qua conſtituuntur in tali gradu: contemplatio autem non ſic competit omni hierarchiæ, quia contemplando non reducit quis alterum, ſed tantum conuertitur in primum. Et per hoc patet ſolutio ad ſequens.

Ad decimumquintum dicendum, quòd non potuit dicit angeliforme: quia in actione hierarchica non intenditur ſimilitudo ad Angelum, ſed ad Deum. In hoc enim gaudent, & ad hoc nituntur hierarchæ ſuperiores. Et ſimiliter debet eſſe in inferioribus, vt Deus in omnibus ſplendeat per gratiam, & omnes in ipſo.

Ad decimumſextum dicendum, quòd hoc quod dicit, quantum poſſibile, non eſt accipiendum ſecundum potentiam liberi arbitrij ſimpliciter, ſed quaſi formaliter ſecundum proportionem gratiæ receptæ, & virtutem liberi arbitrij: poteſt enim deficere ab aſſimilatione quæ poſſibilis eſt ſibi: aut quia gratia non eſt tantæ virtutis, quod rarò vel nunquam contingit: vel quia inſufficienter ſe præparat ſecundum gratiam quam accepit in vanum ſecundum quid recipiens gratiam: vnde poteſt timere ſibi vt perdat: & ſecundum hanc proportionem ſumendo, ſemper accipit quantum poſſibile eſt.

Ad decimumſeptimum dicendum, quòd vnitas ſimpliciter non eſt niſi eorum quæ habent ſubſtantiam vnam. Eorum verò quæ vniuntur ſecundum quid, hîc eſt ſimilitudo eorum ſimpliciter: vnitas verò ſecundum quid: & quia hoc modo ſe habent ad Deum, quæ reducta ſunt per hierarchicam actionem, ideò potius dixit ſimilitudinem quam vnitatem.

Ad decimumoctauum dicendum, quòd ſicut viſio dicitur tota merces ab Auguſt. & dicitur vita æterna in Euangelio, licet ibi ſit comprehenſio & fruitio: quia hæc ſe habent per modum diſpoſitionum, inquantum ſcilicet viſio dicitur habiti & amati, ſubſtantia verò beatitudinis eſt ipſa viſio: ita etiam ſubſtantialiter reductio hierarchica non eſt niſi per illuminationem, cum nihil aliud transfundatur ab vna

in

in aliam, niſi lumen quoddam: purgatio verò & perfectio ſunt conſequentia illuminationem, per illuminationem enim purgatio & perfectio: alterum vt à quo incipit ſecundum rationem, alterum vt in quod tendit.

Ad decimumnonum dicendum, quòd Angeli quantum ad naturalia eorum habent infirmitatem incidentem ex eo quod ex nihilo ſunt: vnde aſcenſus iſte ſaluatur in eis in ſuſceptione gratuitorum ſuper naturalia, quibus naturalia perficiuntur: non tamen oportet, quòd ſuſcipiat ſemper æqualiter transfundenti, ſicut Epiſcopus non ſemper facit Epiſcopos, ſed diacones & confirmat chriſmate, neque transfundens ſemper facit transfuſorem: & ideò non oportet, quòd inferior attingat ordinem ſuperioris. Et per hoc patet ſolutio ad vigeſimum. Concedimus enim, quòd illa ſolutio non valet.

Ad vigeſimumprimum dicendum, quòd Angelus non poteſt cauſare gratiam vel charitatem in altero, hoc enim ſolius Dei eſt, ſicut habitum eſt: ſed poteſt illuminare per modum perſuadentis ad charitatem, & per conſenſum illius diſponitur ad percipiendam gratiam à Deo: & ſic illuminatio ſequente gratia aſcendere facit.

Ad vigeſimumſecundum dicendum, quòd licet perfectio ſit vltimum ad quod peruenit actio hierarchica, tamen illuminatio eſt tota ſubſtantia hierarchicæ actionis, vt dictum eſt, & alia duo conſequuntur ipſam: & ideò in illuminationes aſcenſum eſſe dixit, vt in hoc vno totum comprehenderet.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Litera ſic legatur. *Quidem*, id eſt, certè *ſecundum me*, id eſt, ſecundum quod ſentio, *hierarchia eſt ordo diuinus*, id eſt, quidam gradus ſimilitudinis diuinæ & conſortij poteſtatis eius. In quo tangitur id quod eſt formale in ipſa, & ſecundum quod eſt in habitu. Et eſt *ſcientia*, id eſt, lumen perficiens ſpecularinam partem, dirigens in propria actione cuiuſlibet ordinis, & actio quantum ad perfectionem practicæ partis. Et hæc duo ſunt materia circa quam exercetur poteſtas, quæ importatur in ordine, & ſunt ſubſtantia hierarchiæ ſecundum quod eſt in actu. Actio dico *ſimilans*, id eſt, ſigillans in altero, *quantum poſſibile*, eſt ſibi ſecundum proportionem ſuſcepti & motus liberi arbitrij. Similans dico *deiforme*, id eſt, deiformitatem, hoc eſt, Deo ſimilem faciens proficiendo in ipſum. Vnde hæc tria poſſunt referri ad tres perſonas, ordo propter poteſtatem quam dicit, referatur ad Patrem, cui attribuitur potentia: ſcientia ad Filium, cui attribuitur ſapientia: actio inquantum ducit ad Dei ſimilitudinem, ad Spiritum ſanctum, propter attributum honitatis. Hierarchia dico *aſcendens ad illuminationes*, id eſt, luminoſa dona, *inditas ei diuinitus*, id eſt, à Deo, ſimilando ſibi alterum in hoc in quo ipſe Deo ſimilatur: & per hoc *aſcendens*, id eſt, aſcendere faciens, *in ſimilitudinem Dei*, faciendo eum conſortem diuinæ poteſtatis ſicut ipſe eſt. Et in hoc tangitur finis hierarchiæ. *Proportionaliter*, id eſt, ſecundum poſſibilitatem recipientis; non enim oportet vt recipiat donum in poteſtate vt eſt in transfundente. Vel aliter, *aſcendens in Dei ſimilitudinem ad*, id eſt, iuxta *illuminationes inditas ei*, ſcilicet reducto *diuinitus*, id eſt, à diuino fonte emanantes. Vel eodem ordine ſeruato hoc vltimum referatur ad ſimilitudinem qua ipſe Deo ſimilatur, quæ eſt in ſuſceptione doni: & primum ad conſortium poteſtatis, quo alterum ſimile facit. Et quia hæc diffinitio materialis eſt, & huiuſmodi diffinitiones, ſecundum Philoſophum, demonſtrabiles ſunt: ideò nititur concludere poſitam diffinitionem per conditiones repertas in Deo, ſine quibus ordo hierarchicus ab ipſo non procederet: alia enim principia accipere non poteſt. Sed cum dicta diffinitio duo contineat, ſcilicet aſcenſum in Dei ſimilitudinem, & actionem transfuſiuam doni in alterum, propter conſortium diuinæ poteſtatis ſecundum conditiones diuinas, non poteſt concludi quantum ad partem quæ continet habitudinem ad inferius: & ideò oportet, quòd per alia concludatur. Et ideò hæc pars *diuina pulchritudo*, in qua diffinitionem probare nititur, diuiditur in tres partes. In prima ponit conditiones diuinas, ſine quibus non exiret ab eo ordo hierarchicus. In ſecunda concludit diffinitionem ex his, quantum ad vnam partem, ibi, *Interpretatio igitur, &c.* In tertia ponit reſiduam partem & concludendam per alia quædam, ibi, *Et ſuos laudatores, &c.* Litera ſic legatur. *Pulchritudo diuina*. In Græco habetur Deo docibilis, id eſt, quæ à Deo docetur communicando eam rebus: vnde ſignificat pulchritudinem quæ procedit ab ipſo in res manens exemplariter in ipſo. Hæc, inquam, pulchritudo eſt *vt ſimpla*: aliter enim per eam non eſſet reductio hierarchię in vnum. *Et optima*, alias hierarchia non procederet ab ipſo, quia bonum eſt diffuſiuum ſui: *& conſummatiua*, alias non perficeret hierarchiam in lumine fluente ab ipſo: *quidem*, id eſt, certè diuina pulchritudo *eſt vniuerſaliter*, id eſt, ex toto *pura* ab *omni diſſimilitudine*, id eſt, nihil permiſcetur in ſua ſubſtantia diſſimile pulcherrimo quo inquinari poſſit: alioquin ab ipſo nec purum lumen acciperet hierarchia, ſed tenebris admixtum. *Vero*, id eſt, ſed diuina pulchritudo eſt *diſtributiua proprij luminis*, ſcilicet rebus *ſecundum dignitatem*, non tantum naturæ, ſed ornatus vniuſcuiuſque cui lumen communicat: diuidit enim dona ſecundum capacitatem ſuſcipientium: aliter enim non poſſent ſuſcipere ab ea: & ſic non eſſet in hierarchia ſimilitudo ex participatione diuini doni. Et hæc eſt quinta conditio, *&* diuina pulchritudo eſt *perfectiua* eorum quibus influit *in ſacrificio diuiniſſimo*, id eſt, ſacrificando eos ſibi reducendo ad ſe, *ſecundum formationem*, id eſt, conformationem *immutabilem perfectorum ad ſeipſam*, id eſt, perficit conformando ſibi perfectos immutabiliter, *compacte*, id eſt, ſecundum quod congruit eis: quia non omnes in eandem diuinæ ſimilitudinis altitudinem aſcendunt: & hoc facit in ſacrificio diuiniſſimo, vt ſupra. In ſacrificio enim res offeruntur Deo, vt creatura ad creatorem redeat: & hæc reditio maximè & propinquiſſimè eſt in tali ſacrificio: & ideò diuiniſſimum. Et hæc eſt ſexta conditio, ſine qua non conſummaretur hierarchia in diuina ſimilitudine.

Interpreta

2. Interpretatio igitur hierarchiæ
Intentio. eſt ad Deum, quantum poſſibile, ſimilitudo & vnitas, ipſum habens omnis ſanctæ ſcientiæ & actionis ducem, & ad ſuum diuiniſſimum decorem immutabiliter quidem diffiniens: quantum verò eſt poſſibile, reformat, & ſuos laudatores agalmata diuina perficit, ſpecula clariſſima & munda receptiua principalis luminis, & diuini radij, & inditæ quidem claritatis ſacræ repleta, eamque iterum copioſè in ea quæ ſequuntur declarantia, ſecundum diuinas leges. Non enim fas eſt ſanctorum perfectoribus aut ſanctè perfectis operari quidem omninò præter propria hoſtiarum
** Miniſteria,* * myſteria, aut ſacras ordinationes: ſed neque ſubſiſtere aliter, ſi diuinam ipſius claritatem appetunt, & ad ipſam ſacrè & decenter reſpiciunt. & reformantur, ſecundum vniuſcuiuſque ſanctorum intellectuum analogiam. Non ergo hierarchiam qui dicit ſacram quandam vniuerſaliter declarat diſpoſitionem, imaginem diuinæ ſpecioſitatis in ordinibus & ſcientiis hierarchicis propriè illuminationis ſactificantem myſteria, & ad proprium principium, vt licet, aſſimilatam?

EXPOSITIO TEXTVS.

Interpretatio igitur, &c.

A Hic ex dictis conditionibus concludit vnam partem diffinitionis, dicens: *Igitur* ex quo iſtæ conditiones in Deo ſunt, *interpretatio*, id eſt, diffinitio: in Græco enim habetur *σκοπὸς*, quod eſt intentio, vel intuitus, *hierarchia eſt ſimilitudo & vnitas ad Deum, quantum poſſibile eſt* vnicuique. Similitudo refertur ad habitum gloriæ creatæ, qui eſt lumen reſplendens in beato ex coniunctione ad claritatem diuinam: & eſt terminus operationum, non tamen finis vltimus, & eſt expreſſa ſimilitudo diuinæ bonitatis. Vnitas verò refertur ad ipſam beatitudinem increatam, ad quam eſt vnitas, non per ſubſtantiam, ſed ſicut ad ſubiectum & finem. Similitudo dico *habens*, id eſt, habere faciens *ipſum ducem omnis ſanctæ actionis & ſcientiæ*, per quæ lumen in alterum transfundit ducatu Dei, tanquam cuius poteſtatis conſortio efficere poteſt hoc. Et vnitas dico *diffiniens*, id eſt, terminans & adunans *quidem*, id eſt, certè *immutabiliter ad ſuum*, Dei ſcilicet *diuiniſſimum decorem*, participem ſcilicet eius faciendo, *verò*, id eſt, ſed vnitas ſic ſe habens *reformat* eum, ſcilicet cui ineſt, in Dei ſimilitudinem, *quantum poſſibile erit ſibi*.

DVBIVM.

Sed videtur non immutabiliter diffinire, cum ſit ibi mutabilitas ex parte liberi arbitrij. B
Et dicendum, quòd dicitur immobiliter diffinire: quia ad immobilem decorem diffinit. Vel melius dicendum, quòd ſicut ars dicitur habitus factiuus cum ratione certa, quæ tamen eſt contingentium vt dicitur in ſexto ethico uum, propter hoc quod eſt certitudo ex parte artis, licet incertitudo ſit ex parte materiæ quæ poteſt deficere ab arte: ita hic eſt immobilitas ex parte ipſius diffinientis, licet liberum arbitrium poſſit deficere ab ipſo.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Et ſuos laudatores, &c.

Hic ponit aliam partem diffinitionis quæ ex prædictis conditionibus concludi non potuit. Et diuiditur in tres partes. In prima proponit. In ſecunda probat propoſitum, ibi, *Non enim fas eſt*. In tertia concludit probatum, ibi, *Non ergo hierarchiam*. Litera ſic probatur. Probatum eſt ex conditionibus diuinis, quòd hierarchia vnit & aſſimilat Deo, & hoc eſt verum de ipſa: quia *perficit ſuos laudatores*, id eſt, ſe inferiores: in Græco enim habetur *ὑπηκόους*, id eſt, ſobditas, ſed tamen laudatores tranſtulit, quia laudant, & placet eis in donis quæ à ſuperioribus recipiunt. Perficit dico *agalmata diuina*, id eſt, expreſſas Dei imagines per ſimilitudinem ex receptis donis, quibus lætitia eis oritur. Perficit dico *ſpecula clariſſima & munda receptiua luminis principalis*, id eſt, diuini, quod eſt principium omnis luminis. Specula dico *repleta ſacra diuini radij & inditæ claritatis*, à Deo, quibus ſacra perficiuntur. C

Et notandum, quòd ponit tres proprietates in ſpiritualibus ſpeculis, quas oportet eſſe in materialibus: oportet enim eſſe clara, ita quod ſint plana & polita in ſuperficie, ita vt ſpeciem ſuſceptam oſtendant. Oportet etiam eſſe munda, ne aliqua macula ſerpat in profundum, ſicut contingit in aſpectu menſtruatæ: & per hoc non purè repræſentent. Oportet etiam eſſe perlucida vſque ad aliquid, vt ſpecies in eis aliquo modo profundetur. Sic & perfectæ hierarchiæ ſunt ſpecula ſpiritualia, in quibus diuina ſimilitudo repræſentatur. Clara quidem & polita per ſtudium quo à ſe, quaſi poliendo ſe, omne impedimentum amouent: ſed munda per meritum: perlucida ſiue receptiua per feruens deſiderium, quo profundatur in eis diuina ſimilitudo. Similiter diſtinguendum eſt inter lumen,

radium, claritatem in ſpiritualibus ad domum corporalium. Eſt enim radius corporalis linea ſiue lux procedens in directum à corpore luminoſo. Lumen verò dicitur lux diffuſa, non in directum: alias enim non viderentur corporalia oppoſita ſoli. Claritas verò dicitur diuaricatio ipſius radij per reuerberationem ad aliquod corpus in ſuperficie ſplendens: frangitur enim radius in multos radios, ita quod viſum obtenebret. Radius igitur in ſpiritualibus eſt perſona diuina procedens ad illuminandum mentem, Filius quidem ſecundum intellectum, & Spiritus ſanctus ſecundum affectum. Lumen verò ſunt dona emanantia ab ipſa in mentem. Claritas verò exit per diuiſionem donorum ad perficiendum omnia naturalia.

Sic dico ipſi reformari in Dei ſimilitudinem alios faciunt ſpecula diuini luminis receptiua, *que*, id eſt, &, faciunt prædicta ſpecula non ſolum receptiua luminis, ſed *declarantia*, id eſt, cum quadam glo ia refluentia, ſicut dicit Auguſtinus, quòd gloria eſt clara cum laude notitia, *eam*, ſcilicet diuinam claritatem, *copioſè* in eis clareſcentem, non tantum ad ſufficientiam ſibi, ſed vt in alterum redundare poſſit, *iterum*, ſcilicet declarantia *in ea quæ ſequuntur*, id eſt, in ſibi ſubditos: faciunt enim ſuperiores inferiores non ſolum ſimiles per receptionem diuini luminis, ſed etiam per conſortium poteſtatis ſicut & ipſi ſunt. Declarantia dico *ſecundum diuinas leges*, quæ ſunt vt per ſumma media, & per media ima reducantur, ſicut ipſe poſteà dicet. *Non enim fas eſt*. Hic probat hanc partem quæ vltimò propoſita eſt, ſcilicet quod faciunt inferiores ſibi ſimiles. Et eſt probatio talis. Oportet participantes diuina dona operari ſecundum exigentiam donorum quia operantur per modum virtutis: virtus autem per modum naturæ, vt ait Tullius: natura autem operatur ſecundum exigentiam formæ, ſicut calidum ſecundum calorem: ſed dona quæ recipiunt ſuperiores, faciunt eos Deo ſimiles, vt ſupra concluſum eſt: ergo & operatio eorum erit ſecundum illa dona reducere inferiores in Dei ſimilitudinem.

Litera ſic legatur. Dictum eſt, quòd faciunt ſubditos receptiuos diuini luminis: *enim*, id eſt, quia *non eſt fas*, id eſt, licitum *perfectoribus ſanctorum*, id eſt, eis qui alios in ſanctitate perficiunt, *aut* ipſis *perfectis ſanctè* ab aliis vel à Deo *omninò operari quid*, id eſt, aliquid *præter propria myſteria hoſtiarum*, id eſt, præter eis conceſſa dona, quibus fiunt oblationes Deo, non ducti in ipſum, vt ſupra expoſitum eſt. Alia tranſlatio, thelearchias, id eſt, principatus in ritibus conſiſtentes. Thelete enim erat ritus apud Græcos, quo conſecrabantur Philoſophi, & ponitur hîc pro eminentia donorum per quæ competit ritus dictæ oblationis. *Aut præter ſacras ordinationes*, vt hoc referatur ad poteſtatem, cum ordo ſit pars poteſtatis, & primum ad participationem donorum. Non ſolum non eſt fas eis operari præter poteſtatem & dona à Deo accepta, *ſed neque fas eſt aliter ſubſiſtere* in proprio gradu, niſi ſic operando: *ſi tamen appetunt* ipſam *diuinam claritatem* conſequi operando, *& reſpiciunt ad ipſam ſacrè*, id eſt, ſancta intentione, & decenter, id eſt, vt decet, vt dirigantur ſecundum ipſam:

& ſic reformantur ſecundum analogiam, *id eſt*, proportionem *vniuſcuiuſque ſanctorum intellectuum*, id eſt, diuinorum ſanctorum, vel angelicorum, vel humanorum: ſi enim ſic ſe habent, non poſſunt operari ſecundum dona & poteſtatem receptam, ſicut dicit Apoſtolus, ſecundum poteſtatem traditam mihi, &c. *Non ergo hierarchiam. &c.* Hic concludit quod prius poſuerat, dicens: *Non ergo*, id eſt, nonne ergo, interrogatiuè legatur vſque in finem: *qui dicit hierarchiam*, per hoc *declarat vniuerſaliter*, id eſt, in vniuerſali, *quandam ſacram diſpoſitionem*, id eſt, ordinem, vel gradum. Diſpoſitionem dico *imaginem*, id eſt, ſimilitudinem *diuinæ ſpecioſitatis*, id eſt, pulchritudinis *in ordinibus*, id eſt, poteſtatibus *& ſcientiis hierarchicis* quibus operantur ad reducendum alios vt ipſi reducti ſunt. Diſpoſitionem dico *ſacrificantem myſteria*, id eſt, occulta dona propriæ illuminationis qua illuminantur à Deo, id eſt, per hoc reducti ſe offerentes Deo. Et diſpoſitionem dico *aſſimilatam ad proprium principium*, id eſt, Deum, *vt licet*, id eſt, inquantum poſſibile eſt ſibi.

DVBIA.

Sed hîc dubitatur, quid dicatur hîc diſpoſitio. D

2 Item quare non reſumpſit actiones ſicut ſcientias.

3 Item videtur, quòd malè dicat myſteria: quia Angeli reuelata facie gloriam Dei contemplantur, & nihil myſticè fit in eorum hierarchia.

4 Item, Deus eſt commune principium omnium: ergo malè dixit aſſimilatam ad proprium principium.

Ad primum dicendum, quòd diſpoſitio hîc dicitur hoc quod ſupra ordinem dixerat.

Ad ſecundum dicendum, quòd per ordinem & ſcientiam quæ ponit, dat intelligere actionem, quæ eſt ab ordine vt à poteſtate producente actionem, & à ſcientia vt à dirigente in illam.

Ad tertium dicendum, quòd licet Deus exhibeat ſe Angelis ſine velamine, non tamen poſſunt eum capere in infinita virtute vt ipſe ſe capit: & ideò remanet ſemper aliquid eis occultum, propter quod dicit myſterium.

Ad quartum dicendum, quòd reſpectu principiatorum Deus commune principium eſt, cum ſit omnium principium: ſed quantum ad actum principij Deus eſt proprium principium: ipſe enim ſolus eſt primum principium.

Eſt enim vnicuique hierarchiam ſortientium perfectio, hoc eſt, ſecundum propriam analogiam in Dei imitationem aſcendere, & omnium diuinius, vt eloquia aiunt, Dei cooperatorem fieri, & oſtendere diuinam in ſeipſo actionem, ſecundum quod poſſibile eſt, relucentem. Vtpote quoniam ordo 3.

hierarchiæ

hierarchiæ eſt, quoſdam quidem purgari, quoſdam verò purgare: & quoſdam quidem illuminari, quoſdam verò illuminare: & quoſdam quidem perfici, quoſdam verò perficere: vnicuique deiforme adunationi qualicunque modo. Diuina beatitudo, quantum in hominibus dicendum, pura quidem eſt ab omni ſimul diſſimilitudine, plena veri luminis æterni, perfecta & non indigens ſimul omnis perfectionis, purgans & illuminans & perficiens. Magis autem purgatio ſancta, illuminatio, & perfectio, ſuper purgationem, ſuper lumen, ante perfecta, per ſeipſam perfecta, per ſeipſam perfectionis principium, & omnis quidem hierarchiæ cauſa, omniſque ſacri ſecundum ſupereminentem excelſitudinem.

DIVISIO TEXTVS.

Eſt enim vnicuique hierarchiam ſortientium, &c.

A OStenſum eſt ſupra quid ſit hierarchia re & diffinitione, hîc oſtendit quæ ſit vtilitas eius. Et diuiditur in tres partes. In prima oſtendit communiter in omnibus exiſtentibus in hierarchia quam vtilitatem ex hoc conſequantur. In ſecunda oſtendit ſpecialiter vtilitatem hierarchiæ in inferioribus, in quos ſuperiores lumen diuinum transfundunt, ibi, *Oportet itaque, vt æſtimo.* In tertia oſtendit in ſuperioribus, ibi, *Purgatores vero.* Prima iterum in tres. In prima ponit communem vtilitatem, ſcilicet eſſe cooperatorem Dei. In ſeconda diſtinguit hanc communem cooperationem in tria, ſcilicet purgationem, illuminationem, & perfectionem, ibi, *Vtpote quoniam ordo.* In tertia reducit hæc in Deum vt in primum horum principium, ibi, *Vnicuique deiforme.*

DVBIA.

B HIC OCCVRRVNT ſeptem dubia. Primò, Vtrum communis vtilitas omnium hierarchiam ſortientium ſit Dei cooperatorem fieri. Secundò, Quæ ſit iſta purgatio. Tertiò, Quæ ſit hæc illuminatio. Quartò, Quæ perfectio. Quintò, De numero earum. Sextò, De ordine. Septimò, Vtrum eiuſdem ſit purgare, illuminare, perficere, an diuerſorum.

Dubium 1. CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non omnes exiſtentes in hierarchia ſint cooperatores Dei. Hæc enim cooperatio conſiſtit in reducendo ad Deum: vltimi autem exiſtentes in hierarchia non alios reducunt, quia hoc eſt ſuperiorum reſpectu inferiorum: ergo non omnium eſt dicta vtilitas.

2 Ad idem, Si quilibet cooperaretur Deo ad reducendum alium, contingeret aut ire in infinitum, aut fieri circulum: quorum primum refugit omnis intellectus, ſecundum eſt impoſſibile, inferiores enim non reducunt ſuperiores per quos ſunt reducti: non ergo eſt communis vtilitas cooperatorem fieri.

3 Ad idem, In ordine rerum naturalium non quodlibet motum eſt mouens, ſed eſt ſtare ad vnum motum non mouens: ergo in ordine hierarchico erit ſtatus ad aliquod reductum non reducens.

Solutio. Dicendum, quòd duplex eſt cooperatio, ſcilicet gratiæ & miniſtri. Eſt enim gratia operans ratione differens: dicitur enim operans prout informat liberum arbitrium, faciendo ipſum ineſſe gratiæ, ad quod non ſibi cooperatur liberum arbitrium. Dicitur verò cooperans prout informat actiuè liberum arbitrium, & ad hoc cooperatur liberum arbitrium miniſtrando ſubſtantiam actus. Cooperatio verò miniſtri eſt de qua loquitur Apoſtolus 1. Corinth. 3. Dei coadiutores ſumus, &c. hæc cooperatio eſt ad reductionem alterius: vnde non ſaluatur in omnibus æqualiter, ſed in quibuſdam actiuè, in quibuſdam paſſiuè: omnes tamen ſunt in tali cooperatione proportionaliter ſibi: ſed cooperatio eſt ad reductionem ſuipſius, vt in hac cooperatione quilibet eſt etiam actiuè. Vnde argumenta concedimus: non enim oportet, quòd alium reducat quicunque eſt in tali cooperatione, ſed ſufficit ſi ipſe cooperatur ad reductionem ſuam, vel alius ad reductionem eius, ita vt ſit in cooperatione paſſiuè.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non in omni hierarchia ſit purgatio: omnis enim purgatio eſt ab aliqua impuritate: in Angelis nulla eſt impuritas: ergo nulla purgatio. Si dicatur, quòd intelligit hoc eſſe in humana hierarchia. Contra: In hac parte intendit de hierarchia in communi: ſi igitur ponit ea quæ non conueniunt omni hierarchiæ, inſufficienter determinat. Si dicatur, quòd etiam in Angelis eſt purgatio ab ignorantia. Contra: Sicut dicit Auguſtinus, ignorantia eſt neſcientia agendorum quæ quis debet ſcire: ſed hæc eſt pœna, & contrariatur beatitudini quæ eſt in Angelis: non igitur in eis eſt purgatio ab ignorantia. Si dicatur, quòd purgantur ab hebetudine intellectus. Contra: Aut illa hebetudo eſt à peccato, aut à natura. A peccato non: quia in eis peccatum non præceſſit: ſic enim pœna præcederet culpam, quod iniuſtum eſſet. Si à natura, aut à principiis naturæ, aut à conſequentibus naturam. Si ab aliquo principio naturæ, tunc ab ea non poteſt purgari: quia naturalia manent in omni ſtatu: & ſimiliter eſt ſi eſt conſequens naturam, quia manente natura manet conſequens ipſam: ergo nullo modo videtur in eis eſſe purgatio. Dubium 2.

Solutio. Dicimus, quòd omnis potentia paſſiua quantum eſt de ſe, concluſionem habet,

indeterminatè ſe habens ad multa : & ſic intellectus omnis cui aliquid admiſcetur de potentia, ex ipſa potentialitate confuſionem habet, & motus eius vagus eſt quouſque determinetur per aliquid vnum : & per hunc modum eſt in eo dubitatio, ſicut de hoc quod eſt triangulum habere tres angulos, antequam demonſtratione probetur, intellectus fertur ad vtramque partem : ſed cum acceperit medium probabile, inclinabitur magis in alteram partem, nec tamen quieſcet in illo, ſed formidabit oppoſitum propter debilitatem medij, & ſic eſt in ipſo opinio: ſed quando habet demonſtrationem, confirmabitur in vno, & erit ſcientia certa. Similiter eſt in diuinis : intellectus enim Angeli ex potentialitate ſua habet quandam confuſionem quandiu remanet in ipſo potentia ad alterum : ſemper enim motus eius eſt indeterminatus reſpectu illius diſſimilis ei quod ſiſtit in vno : & ſecundum hoc poteſt eſſe in eis diſcordia, ſicut dicit beatus Gregorius ſuper illud Iob 25. Qui facit concordiam in ſublimibus : ſed per acceptionem alicuius luminis increati inclinatur quaſi quadam opinione intellectus eorum in alterum, ſine certitudine tamen, ſicut legitur in Zacharia, quòd Angelus clamauit: Ecce iam ſexageſimus annus eſt, quouſque non reducis filios Iſraël. Acceperat enim ex quibuſdam coniecturis, quòd liberandi eſſent, quia tempus aduenerat : ſed non certus erat de hoc, quia non acceperat in lumine diuino : illi enim adauxerant peccatum in captiuitate, propter quod protractum fuit tempus. Sed quando accipiunt aliquid in lumine diuino, firmatur iam intellectus in vno, propter firmitatem luminis. Hæc ergo reductio à confuſione intellectus ad firmiter perſiſtendum in vno, dicitur purgatio hîc.

Ad primum dicendum, quòd licet in Angelis non ſit impuritas peccati. Eſt tamen impuritas ex conſideratione vnius oppoſiti ad alterum. Non determinate accepti ex potentialitate naturali. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd illa ſolutio non eſt ſecundum intentionem Auctoris : ſi tamen ſuſtineatur, dicendum quòd ignorantia illa dicitur neſcientia, quæ eſt in confuſione prædicta intellectus.

Ad vltimum dicendum, quòd nec illa ſolutio eſt ad propoſitum : reſponderi tamen poteſt, quòd non eſt illa hebetudo ex peccato, nec ex groſſitie naturæ, ſed ex defectu exercitij.

D *Dubium 3.* CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd non in omni hierarchia ſit illuminatio qua vnus alium illuminat. Sicut enim dicit beatus Auguſtinus, inter mentem noſtram & Deum nihil eſt medium : & ſimiliter eſt de mente Angeli : ſed quod transfunderet diuinum lumen in ipſum, eſſet medium inter Deum & ipſum : ergo non eſt ibi talis illuminatio.

2 Ad idem, Sicut dicitur in Canonica Ioannis. Videbimus eum ſicuti eſt, id eſt, ſicut ipſe ſe videt : ſed ſicut nos videbimus tunc, ita Angeli vident modo: ipſe autem ſe videt ſine medio: ergo & Angeli eum : ſed videndo ipſum, accipiunt lumen ipſius : ergo non eſt ibi illuminatio per aliquod medium.

3 Ad idem, In Euangelio Matth. 18. Angeli eorum ſemper vident faciem Patris, &c. ſed Angeli qui deputantur ad cuſtodiam, ſunt inferiores: cum igitur per ſe videndo faciem Patris, recipiunt lumen ipſius, non illuminantur inferiores per ſuperiores.

SOLVTIO. Dicendum, quòd circa hoc contrariè erratum eſt à non intelligentibus mentem auctoris in parte iſta. Quidam enim, vt magiſter Hugo de ſancto Victore, propter rationes iſtas & ſimiles, auſi ſunt præſumptuosè damnare librum iſtum, dicentes nullam eſſe illuminationem inferiorum per ſuperiores. Quidam è contrario pertinaciter defendentes, dixerunt inferiores Angelos nunquam vidiſſe faciem Patris, tanquam non ſuſtinentes claritatem, ſed videntes eam prout ſplendet in ſuperioribus, ſicut nos videmus lumen ſolis in pariete quod in ipſo videre non poſſumus : & hoc eſt contra Euangelium. Nos autem dicimus, quòd Deus offert ſe beatis immediatè quantum pertinet ad obiectum beatitudinis : quia nihil poteſt beatificare niſi ipſe, in quo eſt perfectio bonitatis : & iterum habet vnuſquiſque proportionem ad ipſum & ſecundum naturam & meritum. Secundum naturam: quia quælibet res capax eſt eius, ſecundum aliquid, multò fortius beati. Secundum meritum : quia per inditam gratiam merentur infinitum bonum quod eſt Deus. Quantum verò pertinet ad reuelationem occultorum diuinorum quæ ſunt in natura eius, & quæ pertinent ad diſpoſitionem vniuerſi & myſteria Eccleſiæ, non vident eum niſi mediante, ſecundum quod dicit Iſidorus, quòd Trinitas ſibi ſoli nota eſt, & homini aſſumpto, quantum ad numerum ſcitorum, quantum verò ad numerum & ad modum ſcitorum ſimul, ſoli Deo. Et Auguſtinus dicit, quòd multi Angeli etiam ignorauerunt myſterium Incarnationis, & per Eccleſiam eis innotuit, ſicut dicit Apoſtolus ad Ephe. 3. Vt innoteſcat principibus & poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei. Superiores autem plura de talibus vident in ipſo, licet eum omnes videant, ſicut in eadem ſententia aliter videt doctus, aliter indoctus, & quantum ad talia ſuperiores illuminant inferiores : & hoc dicitur illuminatio hierarchica. Quod ſic patet : ſicut enim dicitur 1. Cor. 15. cum tradiderit regnum Deo & Patri, ceſſabit omnis prælatio. Ergo & illuminatio hierarchica & omnis ordo hierarchiæ : ergo cum viſio beatitudinis nunquam ceſſet, non erit quantum ad illuminationem hierarchicam.

Ad primum ergo dicendum, quod quantum ad beatificandum nihil medium eſt illuminans inter mentem noſtram & Deum, ſed quantum ad alias illuminationes videmus eſſe falſum : quia diſcipulus illuminatur à magiſtro. Et ſimiliter dicendum ad ſecundum, quòd intelligitur de viſione beatitudinis.

Ad tertium dicendum, quòd Dominus ibi loquitur de cura Angelorum, quæ pertinet ad ordinem hierarchicum : vnde etiam oportet exponere de viſione eorum quæ pertinent ad illuminationem hierarchicam. Et ideo dicendum, quòd illuminationes illæ quæ procedunt à ſuperioribus in inferiores, ſunt vt perſuaſiones quæ

non

non cogunt aſſentire: ſed oportet vt perſuaſus referat illas ad aliquod lumen per quod iudicet de eis & præbeat aſſenſum: lumen autem intelligentis inſufficiens eſt ad hoc, niſi adiungatur lumen diuinum quod cogat aſſenſum: & ideò perfectio illuminationis eſt à Deo, ſed diſpoſitio ad illuminationem à ſuperiori illuminante, ſicut ruſticus diſponit ad pullulationem apponendo fimum, ſed perfectio eſt à virtute forma ſua quæ eſt in ſemine. Et ideo dicitur in Euangelio. Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Et Greg. Fruſtrà laborat lingua prædicatoris, niſi adſit interius gratia redemptoris. Et nominat gratiam prædictum lumen.

E Dubium 4. Circa quartum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non in omni hierarchia ſit perfectio qua vnus alium perficiat. Fieri enim perfectum congruit viæ in qua eſt ſtatus meriti: perfectio autem termino, qui eſt ſtatus præmij: Angeli ergo omnes cum ſint in ſtatu præmij, non habent in ſe perfici, ſed ſolum perfectum eſſe.

2 Præterea, Si dicatur, quòd merentur vſque ad diem iudicij, ſicut dicit Magiſter in ſententiis, tunc per meritum inferior adipiſcetur gradum ſuperioris, cum in Eccleſiaſtica hierarchia quæ eſt exemplata ab illa, ita fiat: & ſic fiet confuſio ordinum.

3 Ad idem, Sicut dicit Auguſtinus, charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici: & cum perfecta fuerit, dicit, Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & non creſcit plus. Similiter vltra perfectionem naturæ nihil vltra adijcitur, ſed terminatur motus naturæ ad ipſam: ergo ſimiliter vltra perfectionem gloriæ nihil erit addendum, ſed ceſſabit perficere & perfici: & ſic idem quod prius.

Solutio. Dicimus, quòd motus reductionis in Deum aſſimilatur alterationi potius quam motui ſecundum locum: vnde dicit, ſicut videmus in illuminatione corporali quando tenebroſitas eſt in aëre ex nebula, purgatur illa tenebra per lumen immiſſum à ſole, & quando iam immiſſum perfectum eſt lumen, dicitur ſerenitas: ita etiam videtur Deus quaſi in tenebris in ſpeculo creaturæ, confusè ipſum repræſentante, ita quod difficile eſt diſtinguere quid ſit ex defectu naturæ, & quid ex ordine ſapientiæ & ænigmate Scripturæ, quæ diſſimilibus ſimilitudinibus eum deſcribit, poſtmodum videtur in diuino lumine, & diuinum perficitur in illo dum per illud lumen trahitur in id à quo lumen progreditur, & in intuitu eius fit quædam ſuperfloritio gaudij & delectationis, ſicut Philoſophus in ethicis dicit, quòd in ſpeculatione ſubſtantiarum abſtractarum ſuperfloret natura gaudio, & conſurgit quædam delectatio, eò quod delectatio eſt operatio potentiæ ſecundum naturam non impeditæ, & hoc eſt illud quod maximè eſt proprium nobis in eo quod homines ſumus: perfectio enim noſtri intellectus eſt in ſpeculatione talium ſubſtantiarum: & ideò talis delectatio cum ſpeculatione præcedente ponitur ab ipſo humana felicitas monaſtica. Talis igitur ſuperfloritio gaudij ex intuitu diuinorum per lumen diuinum dicitur hîc perfectio.

Ad primum dicendum, quòd licet in ſtatu præmij ſint Angeli, tamen ſemper noui ſunt ad percipiendas nouas illuminationes: & in illis noua gaudia, quod dicitur præmium accidentale: & ſecundum hoc continuè perficiuntur, licet in præmio ſubſtantiali ſemper ſint perfecti.

Ad ſecundum dicendum, quòd non ſolum vſque in diem iudicij, ſed in æternum ſic perficientur: meritum enim non ordinatur immediatè ad huiuſmodi perfectiones, ſed ſuperadduntur ex diuina liberalitate: & inquantum quis meretur beatitudinem, per conſequens meretur illuminationes quas Deus ſuperaddit beatis.

Ad tertium dicendum, quòd quantum ad præmium ſubſtantiale non additur vltra perfectio ſuper perfectionem gloriæ, ſed ſicut dictum eſt.

F Dubium 5. Circa quintum ſic proceditur. Videtur enim, quòd debeant eſſe plura quibus reductio fiat in Deum quam iſta tria. Videmus enim, quòd apud nos in iuſtificatione impij per quam reductio fit in Deum, requiruntur quatuor, ſcilicet infuſio gratiæ, motus liberi arbitrij in peccatum, & motus in Deum, & dimiſſio peccati: ergo videtur, quòd & ibi requirantur plura quam tria.

2 Ad idem, Inter extrema multum diſtantia oportet eſſe plura media, vt inter album & nigrum: ſed purgatio & perfectio ſunt multum diſtantia: cum vnum incipiat à tenebris, & aliud terminetur in perfecto lumine: non ergo ſufficit ſola illuminatio pro medio.

3 Præterea, In libro de diuinis nominibus cap. de pulchro ipſe dicit, quòd feruntur in diuinam pulchritudinem & ab ipſa mouentur. Motus autem medium eſt: cum igitur illa tria in motu dicantur, tria erunt media & non vnum ſolum.

Solutio. Dicimus, quòd forma habet duplicem operationem in materia. Vnam ex parte ſubiecti, remouendo contrarium. Alteram ex parte eius ad quod ordinatur perficiendo in illo. Dicendum igitur, quòd in operatione hierarchica eſt per modum formæ acquiſitæ ipſa illuminatio, & oportet purgationem concurrere liberando ſubiectum à confuſione diſſimilitudinis, & perficiet in diuino lumine faciens gaudere intuitu diuinorum: & ſic patet, quòd illa tria ſufficiunt.

Ad primum dicendum, quòd in hominibus propter multitudinem impuritatis & indiſpoſitionis oportet plura concurrere ad purgationem ad quam illa quatuor reducuntur, quam in Angelis in quibus eſt priuatio ſola perfectionis prædictæ, & nullum impediens.

Ad ſecundum dicendum, quòd oportet multa media eſſe inter extrema, quando ſunt multæ diſpoſitiones contrariæ, quæ pluribus remouentur à propinquante ad terminum: & hæc non ſunt in Angelis: & ideò ſufficit vnum medium.

Ad tertium dicendum, quòd illa tria reducuntur ad contemplationem, quæ non pertinet ad ordinem hierarchicum, vt ſupra dictum eſt.

G Dublum 6. Circa ſextum ſic proceditur. Videtur enim, quòd purgatio ſit prior: quia prius eam enumerat.

2 Præterea, Boëtius dicit, quòd prius extirpanda

extirpanda ſunt vitia quam inſerendæ virtutes. Primum autem horum pertinet ad purgationem, ſecundum ad alia duo. Ergo purgatio prior eſt.

3 Præterea, Videtur, quòd illuminatio ſit prior: quia facit alia duo, vt dictum eſt: faciens autem eſt ante factum.

4 Item videtur, quòd perfectio: quia eſt nobilior tanquam finis aliorum: nobilius autem eſt prius, ſecundum Philoſophum in libro de anima: ergo perfectio.

Solutio. Dicendum, quòd iſta poſſunt tripliciter conſiderari. Aut ſecundum vicinitatem materiæ, & ſic eſt purgatio prior, quia prius remouetur contrarium à materia, & poſt illuminatio, & poſt perfectio: quia prius percipitur lumen, & poſt perficitur in illo: & hic idem ordo dicitur prius tempore vel in fieri: quia iſti tres ordines ſe conſequuntur. Si autem conſiderentur ſecundum vicinitatem agentis, aut formæ, ſic erit primò illuminatio, deinde purgatio, & poſt perfectio. Agens enim primò infundit lumen, & per illud expellit tenebras, & ſic perficit in lumine: & ſecundum hunc ordinem eſt ſimpliciter prius. Si autem conſideratur ſecundum vicinitatem finis, ſic eſt prior perfectio, deinde illuminatio, vltimò purgatio. Et ſic patet ſolutio ad obiecta.

H Circa ſeptimum ſic proceditur. Videtur

Dubium. enim, quòd non ſint eiuſdem iſta tria: Eccleſiaſtica enim hierarchia eſt exemplata à cæleſti, vt dicitur Apocalypſis 21. Vidi ciuitaté ſanctam Ieruſalem nouam deſcendentem de cælo. Sed in iſta non eſt idem illuminans, purgans & perficiens, ſed prælatorum eſt perficere, diaconorum illuminare, exorciſtarum purgare. Ergo nec in ſuperiori erunt eiuſdem.

2 Præterea, Commentator expreſsè dicit, quòd non ſunt eiuſdem.

3 Præterea, In natura non reducuntur iſta tria ad vnum: ſed ignis purgat per calorem, illuminat per lumen, perficit per igneitatem: cum ergo ordo repræſentet ordines ſuperiorum ſicut procedens ab illis, videtur quòd nec illa tria in ſuperioribus ſint eiuſdem.

4 Ad idem, Ordines ſuperiores diſtinguuntur ſecundum dona gratiarum: ſed non ad eandem gratiam reducuntur illa tria, ſed gratia ſacramentalis quæ ordinatur contra defectum peccati, purgat, gratia verò virtutum illuminat, gratia verò donorum (quæ ſuperior eſt) perficit: ergo nec in Angelica hierarchia erunt idem.

Solutio. Dicimus, quòd iſta tria in Angelis ſunt eiuſdem, cum efficiantur ab vna operatione, vt dictum eſt, licet diuerſa ratione.

Ad primum ergo dicendum, quòd Eccleſiaſtica hierarchia imitatur cæleſtem inquantum poteſt. Sed propter difficultatem operationis ex multis impedimentis & multitudinem reducendorum diſtantium ſecundum loca, oportuit in Eccleſiaſtica diuidi iſtorum operationes per plures miniſtros, quæ in Angelis ſunt in vno, in quibus non eſt difficilis operatio, ſed complentur iſta tria per immiſſionem luminis: vnde in hoc inferior imitatur ſuperiorem, quòd habet hæc tria, ſed non in eodem: quia eſſet potius identitas quam ſimilitudo, licet etiam in inferiori ſuperior poſſit facere omnes tres operationes.

Ad ſecundum dicendum, quòd Commentator exemplificat in Eccleſiaſtica hierarchia, in qua magis eſt notum nobis.

Ad tertium dicendum, quòd in ſpirituali natura ſemper eſt magis vnitum, quod eſt diuiſum in corporali: vnde quod natura inferior habet in vno ſubiecto & diuerſa virtute, ſuperior habet in vno ſubiecto & vna virtute, ſed diuerſa ratione.

Ad quartum dicendum, quòd prædictæ gratiæ dantur ad perfectionem Eccleſiaſticæ hierarchiæ: & ideo propter multa impedimenta & difficultatem operandi ſunt multæ gratiæ in vno ſubiecto ad illa tria ordinata.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. Dictum eſt, quòd hierarchia declarans dicit diſpoſitionem ſacram: *enim*, id eſt, quia *vnicuique* de numero *ſortientium hierarchiam*, ſiue vt reducens, ſiue vt reductus, *eſt*, id eſt, competit ex propria hierarchia talis *perfectio, hoc eſt*, ſcilicet iſta perfectio *aſcendere in Dei imitationem ſecundum propriam analogiam*, id eſt, prout poſſibile eſt ſibi: quædam enim imitantur Deum per conſortium poteſtatis in alterum, quædam in recipiendo diuinum donum ex operatione alterius, *& eſt* perfectio, ſcilicet, *fieri cooperatorem Dei*, id eſt, eſſe in cooperatione Dei actiuè vel paſſiuè: *omnium diuinius*, id eſt, magis ſimilatur Deus omnibus quæ ſecundum analogiam eius ſunt, *vt aiunt eloquia*. 1. Cor. 3. Dei adiutores ſumus. *Et* perfectio eſt *oſtendere diuinam actionem*, id eſt, diuinum factum, vt ſit generale, *relucentem in ſeipſo quantum poſſibile eſt*, ſibi, in quibuſdam enim relucet, vt in agentibus, in quibuſdam autem vt per actionem aliorum ipſum diuinum actum ſiue donum ſuſcipientibus. *Vt pote, &c.* Hîc dictam actionem diſtinguit in tria, dicens. *Potè*, id eſt, ſicut, *quoniam ordo hierarchiæ eſt quoſdam quidem purgare*, vt ſuperiores: *quoſdam verò purgari*, vt inferiores: *& quoſdam quidem illuminare, & quoſdam illuminari: & quoſdam perfici, quoſdam verò perficere. Vnicuique, &c.* Hîc oſtendit, quòd illa tria reducuntur in Deum vt in primum principium. Et diſtinguit hæc in Deo quinque modis, ſcilicet eſſentialiter, effectiuè, formaliter, eminenter. Et ponit modum cauſandi. Dicit ergo, quoniam, inquam, ſic eſt (litera enim vſque huc dependet) *diuina beatitudo* quæ eſt *deiforme vnicuique adunationi qualicunque modo*, id eſt, quæ facit ſibi deiformes adunando ad ſe quantum poſſibile eſt vnicuique, *quantum* eſt *dicendum in hominibus*, id eſt, ab eis ſecundum quod capere poſſunt, *quidem*, id eſt, certè, *ſimul*, id eſt, vnica virtute, *eſt pura ab omni diſſimilitudine* confuſionis ſcilicet: quia in ipſa non eſt aliqua potentialitas. *Verò*, id eſt, ſed eſt *plena æterni luminis, & eſt perfecta & non indigens omnis perfectionis*, id eſt, nullius: & in hoc perfecta: & ſecundum hoc deſcripſit eſſentialiter Deum per dicta tria: *& eſt purgans & illuminans & perficiens*, & in hoc per eadem deſcribit eum effectiuè, *autem*, id eſt, ſed *magis & purgatio* qua aliquis purgatur exemplariter & effectiuè

I

ſancta,

ſancta, id eſt, ſanctificans, *& illuminatio & perfectio*. Et ſic deſcribit eum per eadem formaliter: purgatione enim formaliter quis purgatur. Et dicitur magis hîc propter modum: quia abſtractè ſignificat. *Et eſt ſuper purgationem, ſuper lumen autem perfecta*, id eſt, eminenter hoc habens: & hoc eſt quartum. Et eſt *per ſeipſam perfecta, & per ſeipſam perfectionis principium*, id eſt, non habens ab alio quod perficiat, ſicut perfectiua ſecunda, quæ non ſunt perfecta, neque perficientia niſi ab ipſo. *Et eſt quidem*, id eſt, certè *cauſa omnis hierarchiæ, quam*, id eſt, &, *omnis ſacri*, id eſt, omnis ſanctitatis, *ſecundum ſupereminentem excelſitudinem*, quia ſcilicet tanquam primum agens non habet ab alio quod agat, ſed omnia ab ipſo: & in hoc tangitur modus ſupereminens cauſandi.

Oportet itaque (vt æſtimo) purgandos quidem puros perfici omninò, & omni liberari diſſimilitudinis confuſione. Illuminandos verò repleri diuino lumine ad contemplatiuam habitudinem & virtutem, caſtiſſimis mentis oculis reducendos. Et imperfectos reſtaurandos participes fieri exploratorum ſacrorum perfectiuæ ſcientiæ. Purgatores verò magnitudine purgationis aliis tradere propria caſtitate. Illuminatores autem vt luculentiores animos, & ad participationem luminis & diſtributionem propriè habentes, & ditiſſimè ſanctè repleti claritatis, omninò ſuum ſuperexcellens lumen in eos qui digni ſunt lumine ſuperuehere. Perfectores verò tanquam præceptores perfectiuę traditionis, perficere perficiendos ſacratiſsima doctrina per inſpectorum ſacrorum ſcientiam. Non ergo vnuſquiſque hierarchiæ diſpoſitionis ordo ſecundum propriam analogiam reducitur ad diuinam cooperationem, illa perficiens gratia & Deo data virtute, quæ diuinitati naturaliter & ſupernaturaliter inſunt, & ab ea ſupereſſentialiter acta, & ad poſsibilem Deum diligentium animorum imitationem hierarchiæ manifeſtata?

DIVISIO ET expoſitio textus.

Oportet itaque, &c.

Hic oſtendit vtilitatem hierarchiæ ſpecialiter in reducendis. Et diuiditur in tria ſecundum prædicta tria, vt patet per ſe. Dicit ergo, ex quo ita eſt in diuina beatitudine, *itaque vt æſtimo*, id eſt, certè ſcio, colligendo ex dictis *oportet quidem*, id eſt, certè, *purgandos omninò*, id eſt, ex toto *perfici puros*, non accipiendo oppoſita mixtim, *& oportet liberari ab omni confuſionis diſſimilitudine*, id eſt, vagatione ad multa, quæ ineſt ex potentialitate intellectus, per quam diſſimilis eſt ei cuius intellectus firmiter ſtat in vno. *Verò*, id eſt, ſed oportet *illuminandos repleri diuino lumine*, id eſt, ad copiam accipere *ad contemplatiuam habitudinem*, id eſt, habitum per quem Deum & diuina contemplari poſſunt, *& virtutem* percipiendam, ſcilicet *in caſtiſſimis oculis mentis*, per quos mens eorum in vnum colligitur & firmatur. Et dicuntur caſti oculi, liberati à diffuſione intellectus ad multa, ſicut caſtitas moralis caſtigat à fluxibus concupiſcentiæ: ſed oportet *reducendos & imperfectos reſtaurandos*, id eſt, perficiendos per reductionem in Deum *fieri participes perfectiuæ ſcientiæ*: quia ea perficiuntur, *ſacrorum*, ſcilicet diuinorum *exploratorum* per lumen diuinum ſuſceptum per quandam ſuperfloritionem gaudij, vt ſupra expoſitum eſt. *Purgatores verò*. Hîc oſtendit vtilitatem hierarchiæ ſpecialiter in ſuperioribus reducentibus. Et diuiditur in tres, ſicut præcedens. Dicit ergo: Tales oportet eſſe purgandos, *verò* id eſt, ſed *purgatores ex magnitudine purgationis ſuæ* propter hoc quod confirmatum habent intellectum in vno, oportet *tradere* purgationem ſcilicet *aliis* quos purgant, & hoc *propria caſtitate*, id eſt, virtute propriæ caſtitatis, vt ſupra dictum eſt. *Autem*, id eſt, ſed oportet illuminatores *vt habentes propriè*, id eſt, congruè ſibi *luculentiores animos*, id eſt, lucidiores intellectus *& ad participationem luminis* diuini ab alio quocunque *& diſtributionem* ſuſcepti luminis aliis, & vt *repleti ditiſſimè*, id eſt, copioſiſſimè *claritatis* diuinæ *ſancta*, id eſt, ſanctificantis. Oportet dico, vel *debent ſuperuehere lumen ſuum omninò ſuperexcellens in eos qui digni ſunt lumine tali*, id eſt, eis immittere per modum diſponentis. *Vero*, id eſt, ſed *perfectores tanquam præceptores*, id eſt, magiſtri *traditionis*, id eſt, cognitionis cuiuſdam *perfectiuæ* debent *perficere perficiendos per ſcientiam*, id eſt, intuitum *inſpectorum ſacrorum*, id eſt, diuinorum, quorum inſpectio oritur in corde gaudium. Perficere dico *doctrina* eorum, vel per reuelationem in ſuperioribus, vel inſtruendo in inferioribus, *ſacratiſsima*, id eſt, ſanctum faciente. *Non ergo*. Hîc concludit primò propoſitum, dicens, *Ergo* ex dictis, *non*, interrogatiuè, id eſt, nonnè *vnuſquiſque ordo hierarchiæ diſpoſitionis*, ſiue ſuperiorum, ſiue inferiorum, *reducitur ad diuinam cooperationem*, vt ſit in ea ſecundum *propriam analogiam*, id eſt, prout cuique poſſibile eſt, ſiue operando in aliis, ſiue recipiendo operationem aliorum. A

Ordo dico *perficiens gratia & virtute Deo*, id eſt, à Deo data ſibi, id eſt, per dicta recepta à Deo, quæ dicuntur gratia prout gratum faciunt, & virtus prout ponunt in vltimo operationis. Perficiunt dico in aliis illa *qua inſunt diuinitati naturaliter*, id eſt, per propriam naturam, *& ſupernaturaliter*, id eſt, eminenter, & quæ ſunt *ab ea* ſcilicet deitate *acta*, id eſt, cauſata *ſuperessentialiter*, id eſt, ſuper modum cauſandi cuiuſlibet creatæ eſſentiæ, quæ omnes habent ab alio quod cauſent, & quæ ſunt *manifeſtata hierarchica* vel hierarchicè, id eſt, ordine & actione hierarchiæ *ad imitationem animorum diligentium Deum poſsibilem* eis, id eſt, vt ſimilentur Deo ſecundum quod poſſunt, vel tantum per ſimilitudinem doni, vel etiam per conſortium poteſtatis, & ſimilitudinem effectus.

CAPVT IV.

Quid ſignificat Angelorum cognominatio.

1. IGitur hierarchia quid eſt, vt æſtimo, benè à nobis diffinita, angelica hierarchia, deinde laudanda, mirabileſque eius in eloquiis formarum facturæ ſupermundanis oculis intuendæ, vt aſcendamus in deiformiſſimam eorum ſimplicitatem, per myſticas formationes. Et ſimul omnis ſcientiæ hierarchiæ principium laudabimus in diuina religioſitate & perfectiſſimis gratiarum actionibus. Primum ſimul omnium illud dicere verum, vt bonitate vniuerſali ſupereſſentialis diuinitas eorum quæ ſunt, eſſentias ſubſtituens, ad eſſe adduxit. Eſt enim hoc omnium cauſæ, & ſuper omnia bonitatis proprium, ad communionem ſuam ea quæ ſunt vocare, vt vnicuique eorum quæ ſunt, ex propria diffinitur analogia. Omnia igitur quæ ſunt, participant prouidentiam ex ſupereſſentiali & cauſaliſſima diuinitate manantem.

Deus per bonitatem ſe communicat creaturis.

* *

*

DIVISIO ET expoſitio textus.

Igitur hierarchia quid eſt (vt æſtimo) &c.

A IN præcedenti capitulo diffiniuit hierarchiam in communi, & eius vtilitatem oſtendit, in parte iſta accedit ad determinandum in communi de angelica hierarchia, de qua eſt huius operis intentio. Et diuiditur hæc pars in duas. In prima determinat in communi de angelica hierarchia, oſtendens eius eminentiam ex propinquitate ad primum. In ſecunda oſtendit, quare communiter denominatur angelica potius quam ab alio ordine. in cap. 5. ibi, *Hæc quidem quantum ad nos*. Iſtud autem capitulum diuiditur in tres partes. In prima vtitur tranſitu, continuans dicta dicendis. In ſecunda oſtendit, quòd angelica hierarchia primò & affluenter recipiens diuina dona, defert ea ad nos, ibi, *Primum ſimul omnium*. In tertia oſtendit per ſcripturam, quòd ab ipſa angelica hierarchia in noſtram deferuntur diuinæ illuminationes, ibi, *Si quidem vt Theologia ait*. Circa primum tria dicit, ſcilicet quid dictum ſit, quid dicendum ſit, & ad quam vtilitatem. Litera ſic legatur. Poſuimus materialia & formalia & actum proprium ipſius hierarchiæ, & vtilitatem eius, & hæc ſufficiunt ad diffinitionem eius. *Igitur diffinita a nobis hierarchia*, in communi, ablatiui caſus: vnde quia ſufficienter propter dicta innoteſcit, *vt æſtimo*, id eſt, certè ſcio, ex natura diffinitionis, *deinde*, id eſt, in ſequentibus vſque ad vltimum capitulum *laudanda* eſt ſpecialiter *angelica hierarchia*, id eſt, cum laude eſt notitia eius tradenda per propria & per communia ipſius, *quæ*, id eſt, & *intuenda* ſunt *ſupermundanis oculis*, mentis ſcilicet, id eſt, diuino lumine perfectis, quia ad hoc naturale non ſufficit, vel in ſuperna dona tendentibus, non remanendo in figuris, *factura formarum in eloquiis*, id eſt, compoſitiones in Scriptura ſacra traditæ, *eius* ſcilicet angelicæ hierarchiæ, *mirabiles*, id eſt, inquiſitionem cauſæ talis formationis expoſcentes, & hoc in. 15. cap. Hac vtilitate dico intuendæ, *vt aſcendamus* mente *per formationes*, id eſt, figuras *myſticas*, id eſt, aliud in ſe occultantes, *in ſimplicitatem eorum*, ſcilicet Angelorum, *deiformiſſimam*, id eſt, Deo inter creaturas ſimillimam. Et hæc vtilitas eſt quantum ad intellectum, *& ſimul*, id eſt, cum hoc ex dicto intuitu, *laudabimus principium omnis ſcientiæ hierarchiæ*, id eſt, Deum à quo manifeſtatur nobis ſcientia hierarchiæ, *in diuina religioſitate*, id eſt, religando intellectum noſtrum per principia fidei in obſequium Chriſti: & laudabimus in *perfectiſſimis gratiarum actionibus*, de hoc ſcilicet quod tam mirifica dona Angelis communicat & nobis manifeſtat. Et dicuntur perfectiſſimæ, non quantum ad agentem gratias, cum nullus ad hoc ſufficiat, ſed quantum ad dona: quia de perfectiſſimis donis aguntur gratiæ: & hæc vtilitas eſt ſecundum effectum. *Primum ſimul omnium*. Hic oſtendit eminentiam angelicæ hierarchiæ in propinquitate ad Deum, & in eo

quod,

quod eius dona deferunt nobis. Et eſt vis ſnæ rationis hæc. Quæcunque producuntur in eſſe, producuntur à Dei voluntate, prout participant ipſam: ſed quantò plura participant ab ipſo, magis appropinquant ſibi: cum igitur Angeli plura participent de attributis, magis erunt propinqui inter alia: & ſic primò accipiunt, & per eos deferuntur ad alios. Diuiditur autem hæc pars in tres. In prima oſtendit, quòd omnia quæ ſunt, participant diuinam bonitatem. In ſecunda concludit, quòd Angeli qui plura participant, propinquiores ſunt ei, ibi, *Clarumque.* In tertia concludit vlterius, quòd primò recipiunt à Deo, & per eos ad nos deferuntur, ibi, *Ipſa ergo ſunt primò.* Prima autem diuiditur in tres. In prima proponit quod intendit. In ſecunda probat, ibi, *Eſt enim.* In tertia manifeſtat hoc in diuerſis gradibus entium, ibi, *Non enim fortaſſis.*

Litera ſic legatur. *Primum omnium ſimul*, id eſt, inter omnia ſimul quæ docentur, *illud* eſt primum, *verum dicere*, id eſt, primò quod *diuinitas ſupereſſentialis*, id eſt, ens ſuper omnes eſſentias, *adduxit ad eſſe eſſentias* omnium *eorum quæ ſunt ſubſtituens*, id eſt, ſtatuens eas ſub aliis bonitatibus inditis eis: quia prima rerum creatarum eſt eſſe, vt dicitur in libro de cauſis. Adduxit dico *vt bonitate vniuerſali*, id eſt, vt ſint per bonitatem eius ſuper omnia ſe extendentem. *Eſt enim.* Probat propoſitum per hoc quod communicare ſe eſt proprium bonitatis Dei, dicens: Adduxit omnia ad eſſe ſua bonitate: *enim*, id eſt, quia *hoc eſt proprium cauſæ omnium* ſcilicet Deo, *& etiam bonitatis* diuinæ quæ eſt *ſuper omnia*, vt excedens & prouidens eis, hoc ſcilicet *vocare ea quæ ſunt*, id eſt, eſt cauſa vt ſint: & poſtquam ſunt, *ad communionem ſuam*, id eſt, vt ſe eis communicet, *vt*, id eſt, ſicut *vnicuique eorum quæ ſunt, diffinitur*, id eſt, determinatur, *ex propria analogia*, id eſt, poſſibilitate. *Igitur* ſi hoc eſt proprium eius, *manantem ex diuinitate ſupereſſentiali*, vt ſupra, *& cauſaliſſima*, id eſt, quæ omnia cauſat & omnibus cauſis dat cauſare. Et nota, quòd hoc quod dicit vocare, alludit Græco vocabulo: apud Græcos enim bgo, as, idem eſt quod clamo, as: & ideò proprium eſt bonitatis vocare. Et ſimiliter prouidentia congruit Deo. Theos enim quod eſt Deus, apud Græcos dicitur à theoro, quod eſt video: quia omnia videt: vel à theo, quod eſt curo, quia omnia circuit per curam: & hæc duo includit prouidentia, ſcilicet intuitum & curam.

D V B I A.

B. Hic svnt quatuor dubia. Primò, Vtrum vocare ad ſe ſit proprium bonitatis. Secundò, Vtrum ſit proprium diuinæ bonitatis. Tertiò, Vtrum omnia producantur à Deo ad communionem ſuæ bonitatis. Quartò, quare omnia ex eo quòd ſunt à Deo, participant eius bonitatem, & non alia eius attributa.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non ſit proprium bonitatis vocare res ad eſſe. In primo enim ſententiarum diſt. 25. determinantur tria neceſſaria ad productionem creaturæ à Deo, ſcilicet potentia, ſcientia, & voluntas. Ergo non videtur eſſe proprium bonitatis.

2 Præterea, Cum bonum ſecundum intellectum ſeparabile ſit à cauſa prima, vt dicit Boëtius, ſeparetur & remaneat cauſalitas in ipſo: poſita autem cauſa ponitur effectus: ergo educeretur creatura etiam non intellecta bonitate cauſæ: non ergo eſt eius proprium.

3 Præterea, Cum bonum ſit quod omnia appetunt, ſicut dicitur in ethicis, tanquam finem: magis videtur ſe habere in reductionem rerum in vltimum finem, quam ad exitum earum à primo principio.

4 Præterea, Sicut dicit Philoſophus in. 5. primæ philoſophiæ. Quod ſimplicius eſt, in pluribus inuenitur, & ad plura eo indigetur: ergo communicare ſe in multitudine effectuum magis videtur proprium ſimplicitatis quam bonitatis.

Solutio. Dicimus, quòd Dionyſius loquitur hîc de productione in eſſe quæ eſt per creationem, ſicut dicitur Roman. 4. Qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Vnde oportet ſcire quid ſit producere res per creationem, & quomodo hoc proprium ſit bonitatis. Dicimus ergo, quòd natura & ars non producunt totam ſubſtantiam rei, ſed tantum educunt formam de materia præexiſtente, licet actio eorum terminetur in compoſitum: ſed primum agens eo quod non præſupponit actum alterius agentis, ſuper cuius effectum fundetur eius effectus, producit totam ſubſtantiam nullo præexiſtente: & hoc eſt educere per creationem. Quando autem aliquid producitur non per neceſſitatem naturæ, ſed per liberalitatem voluntatis, non ſufficit ad productionem ſcientia & potentia agentis, ſicut etiam dicit Philoſophus in. 9. primæ philoſophiæ: ſed oportet vt appetitus voluntatis inclinetur ad productionem rei: & ſic ſuppoſitis primis duobus neceſſariò producit effectum, ſicut immediatum operi: id autem quo inclinatur voluntas ad agendum, eſt bonitas primi agentis: & ideò proprium eſt bonitatis eius educere res per creationem.

Ad primum dicendum, quòd licet ſint tria, tamen immediatum eſt voluntas diſpoſita per bonitatem, & ideò ſibi totum attribuitur.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet remota bonitate cauſæ per intellectum remaneat cauſalitas quæ eſt per neceſſitatem naturæ (ſed hoc non eſt ad propoſitum) non autem poteſt remanere cauſalitas quæ eſt per liberalitatem voluntatis, de qua hic eſt mentio: & ideò poſitio implicat duo oppoſita.

Ad tertium dicendum, quòd bonum dicitur in duplici ratione: aut prout terminat motum & deſiderium agentis, & ſic competit reductioni in finem: aut prout agentem inclinat ad agendum, & ſic competit proceſſui rerum à principio.

Ad quartum dicendum, quòd Philoſophus loquitur ibi de ſimplici ſecundum rationem, quæ eſt per reſolutionem intellectus in intentionem vniuerſalem generis, vel ſpeciei: & hæc ſimplicitas non eſt ſimplicitas Dei.

Circa ſecundum ſic proceditur: & videtur, quòd ſit proprium diuinæ bonitatis, quæ eſt æterna, res vocare ad ſe quod res ſint æternæ: poſita enim cauſa ſufficienti neceſſariò ponitur effectus: cum igitur ſumma bonitas, quæ eſt *Dubium 2.*

æterna,

æterna, ſit cauſa ſufficiens productionis rerum, res fuerunt ab æterno.

2 Ad idem, Agens eodem modo ſe habens, aut ſemper agit, aut nunquam. Cum ergo Deus ſemper eodem modo ſe habeat, & aliquando fecerit res, ſemper & ab æterno fecit res.

3 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus in ſecundo de anima, duplex eſt mutatio, ex potentia in actum, vt quando ex ignorante fit ſciens: & ex habitu in actum, vt quandò ex ſciente habitu fit actu conſiderans. Cum igitur nulla mutatio ſit in Deo, nunquam factus eſt de non agente agens, ſed ab æterno fuerunt res.

4 Præterea, Hoc poſito non ſequetur aliquod inconueniens: adhuc enim remanent res creatæ, cum ſit poſſibile eas ab æterno fuiſſe productas à primo ſecundum totam ſubſtantiam, nullo præſuppoſito, ſicut dicit Auicenna, res ab æterno fuiſſe, & tamen creatas eſſe: ſicut ſol ſi ſemper fuiſſet, ſemper emiſiſſet radium: nec tamen ſequeretur, quod radius eſſet increatus: & ita non ſequetur hic res æquari, cum diſtent nobilitate naturæ, licet careant durationis principio: ergo bene poteſt poni.

5 Si dicatur ad primum, quòd Deus agit per voluntatem, quæ eſt cauſa dilatoria. Contra: Nullus ſapiens differt facere quod vult, ſine cauſa: & ſi hoc, poneretur aliquid retardans diuinam voluntatem, & quod varietur per diuerſas conceptiones ad minus vnius temporis poſt aliud: hoc autem eſt falſum: ergo dicta ſolutio non poteſt ſtare.

Solutio. Dicimus, quòd ſicut dicit Auguſt. Deus ab æterno creauit res, ſed res ab æterno non ſunt creatæ. Et ſi tu obiicis, quòd actiua conuertitur in paſſiuam. Dico, quòd hoc ſolum non eſt verum in illis in quibus patiens non recipit totum actum agentis, ſicut ſol viuificat illuminata: non tamen lapides viuificantur, cum non habeant proportionem ad ſuſcipiendum vitam, quæ per actum ſolis infertur. Actus autem diuinus infinitus eſt. Vnde nulla res eſt ei proportionata ad ſuſcipiendum ipſum in toto: ſed quæ ipſe æterna actione efficit, quædam ſuſcipiunt in æuo, quædam in tempore: & ideò non eſt neceſſarium vt quod ipſe æterna actione fecit, ab æterno ſit factum. Actio enim agentis per voluntatem eſt duplex, ſcilicet interior & exterior, ſicut excogitatio operis & voluntas eſt interior actio artificis: exterior autem eſt ſecare vel dolare. Cum autem exterior actio ſemper ſit ex defectu interioris, ſi enim cogitatio & voluntas eſſet efficax cauſa operis, nunquam artifex moueret manum. In Deo autem eſt tantum actio interior, exterior autem actio ipſius non eſt niſi reſpectus quidam creaturæ ad ipſum: ſuum enim intelligere & velle efficax eſt ad cauſandum rem, intelligit autem & vult ab æterno aliquid in tempore fieri: & in hoc immobiliter ſtat: vnde ipſo cauſante immobiliter ab æterno, res ſecundum præfinitum tempus ex ordine ſapientiæ diuinæ exit in eſſe, mutatione facta circa ipſam tantum.

Ad primum igitur dicendum, quòd ſicut ponitur cauſa, ita ponitur eius effectus: diſpenſans tamen ex ordine diuinæ ſapientiæ, non ab æterno, ſed in tempore rem futuram: & ſub illo ordine ſapientiæ ponitur res futura eſſe in præfinito tempore. Si autem velit abſolutè intelligi, tunc non eſt verum, niſi in his quæ agunt ex neceſſitate naturæ: & ſic non habet locum in propoſito.

Ad ſecundum dicendum, quòd Deus ſemper agit actione intrinſeca, quæ eſt ſubſtantia ſua: actio autem exterior tenet ſe ex parte cauſati ſecundum reſpectum ad cauſam & non eſt ſemper. Similiter dicendum ad tertium.

Ad quartum dicendum, quòd ſecundum naturam nullum ſequitur inconueniens poſitis rebus ab æterno fuiſſe: quia ſicut dicit Boëtius in libro de conſolat. etiamſi mundus ſemper fuerit, adhuc non erit æternus, ſed temporalis: vnde non non æquabitur Deo, ſed nec increatus remanebit: vnde ad principium mundi non potuit mens humana attingere niſi prophetica inſpiratione: aliter enim non decepti fuiſſent in hoc omnes fere Philoſophi.

Ad quintum, concedimus quòd ſolutio illa erronea eſt: ponit enim Deum aliquid velle, & tamen differre illud: & ſic eſſet mutatio in ipſo.

Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd non omnia producuntur à Deo ad communicationem ſuæ bonitatis: dicit enim Auguſtinus, Nihil eſt capax Dei niſi intellectus & mens: quod autem communicat Deo, eſt capax eius: non igitur omnia ad communionem diuinæ bonitatis facta ſunt. D *Dubium 3.*

2 Ad idem, Communicatum, quod eſt diuina bonitas, perpetuum eſt: non autem omnia perpetua ſunt: non igitur omnia communicant ipſam.

3 Præterea, Dicitur in Geneſi. 1. quòd animalia & herbæ creata ſunt vt ſint ad vſum hominis: non igitur ad communionem diuinæ bonitatis.

4 Præterea, Quædam etiam facta ſunt in pœnam peccati, vt ſpinæ: vnde dicitur in Gen. Spinas & tribulos germinabit tibi. Non ergo ad coniunctionem diuinæ bonitatis.

Solutio. Dicimus, quòd diuinæ bonitatis eſt non ſolum ducere res in eſſe, ſed participes eas facere ſuæ diuinæ bonitatis, vt poſſibile eſt vnicuique: ſicut enim dicit Philoſophus in libro cæ. & mun. quædam maximè propinquando participant bonitatem eius ſine motu, ſicut Angeli, habentes ſimul in actu quod nati ſunt habere: quædam verò per vnum motum, ſicut primus orbis per motum vnum efficitur cauſa rerum, in qua ſimulatur Deo: alij verò orbes participant pluribus motibus. Alia verò per ſe valdè diſtantia commiſcentur aliis, vt remotis contrariis accedentia ad æqualitatem ſortiantur formam magis ſimilem cælo, donec perueniatur ad formam hominis, in qua ſuper alia eſt ſimilitudo Dei: & omnia hæc agunt vt ſimilentur Deo ſicut poſſunt: & ad hoc creantur principaliter, licet ſecundariò ſint ordinata ad alia: quia ſic per iuuamentum vnius ab alio perficitur ordo vniuerſi.

Ad primum ergo dicendum, quòd Auguſt. loquitur de gratuita capacitate beatitudinis: ratione naturali autem omnia capacia ſunt eius ſecundum proportionem.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet quædam

res

res non ſint perpetuæ ſimpliciter, actiones tamen venereorum ordinantur ad perpetuitatem per ſucceſſionem, licet voluntate diuina ſtet generatio.

Ad tertium dicendum, quòd herbæ & huiuſmodi ſecundariò ſunt ordinata ad vſum hominis, ſed principaliter ad ſimilitudinem Dei participandam, prout eis eſt poſſibile, in perpetuitate: vnde etiam defendunt ſemen in folliculis: quia eſt in eo virtus propagatiua.

Ad quartum dicendum, quòd ſpinæ creatæ fuerunt ante peccatum, licet poſt peccatum factæ ſint nociuæ homini: vnde non ordinantur ad pœnam peccati niſi ſecundariò.

E Dubium 4. CIRCA quartum ſic proceditur. Videtur enim, quòd omnia quæ ſunt à Deo, participent omnia attributa eius, & non ſolum bonitatem: ſicut enim boni eſt bona adducere, vt dicit Dionyſius, ita optimi eſt optima adducere: optima autem ſunt, vt dicere videtur in litera, quæ innumerabiliter à Deo receperunt de attributis eius: ergo omnia hoc modo ab ipſo recipiunt, cum ipſe ſit optimus.

2 Præterea, Dato quòd non participent omnia attributa eius, arguam ſicut Auguſt. de Filio arguit. Aut enim meliora facere non potuit, & ſic impotens: aut neſciuit, & ſic ignorans: aut noluit, & ſic inuidus: hæc autem omnia remota ſunt ab ipſo: ergo vnumquodque fecit optimum, communicando ſibi omnia attributa. Si dicatur, quòd laudabile eſt artifici vt quædam meliora aliis faciat. Contra: Magis eſſet laudabile ſi omnia optima faceret: cum igitur laudabile Deo conueniat, omnia optima debuit facere. Si dicatur, quòd non eſſent res meliores ſi omnia æqualia fierent. Contra: Auguſt. dicit, quòd melior fuiſſet natura hominis ſi talem feciſſet eam Deus, quòd nec peccare nec mori potuiſſet: & eodem modo de aliis: ergo melius eſſet ſi omnia facta fuiſſent facta optima.

Solutio. Dicimus, quòd res poteſt dupliciter conſiderari: aut ſecundum quod eſt in ſua natura, & ſic quidem quia eſt à bono, bona eſt, poſſet tamen melior eſſe. Si autem conſideretur per comparationem ad finem vniuerſi, quod eſt bonum (vt in exercitu) non æqualiter ab omnibus participatum, non potuit melius fieri, ſicut ſonus dulcis melior eſt quam grauis, optimam tamen harmoniam faciunt ſi coniunguntur, in qua ſi vnus grauior vel acutior efficeretur, fieret diſſonantia. Similiter ſi res inferior in vniuerſo fieret æqualis ſuperiori, licet ipſa in ſe melior eſſet, fieret tamen diſſonantia in toto vniuerſo: & quia, vt dicitur in ethicis, bonum vniuerſitatis vel gentis melius eſt bono vnius hominis, vt vniuerſum eſſet optimum ſecundum menſuram ſui finis, fecit Deus res quaſdam ſub aliis in bonitate. Vnde Auguſtinus: Bona ſunt quæ condidit Deus etiam ſingula, ſimul autem vniuerſa valdè bona.

Ad primum ergo dicendum, quòd optimi non eſt optima facere ſingula, ſed vniuerſa ſimul meliora, cum bonum omnium ſit melius quam vnius: vnumquodque tamen facit bonum vt poteſt fieri ſecundum capacitatem materiæ vel potentiæ quæ iniacet in opere Dei, licet non præiaceat, ſicut dicit Philoſophus, optimum coriarium eſſe qui facit ex quolibet dato corio meliorem calceum qui poteſt fieri: ſed diuerſa diſpoſitio materiæ eſt ab ipſo vt ab agente omne bonum vniuerſi.

Ad ſecundum dicendum, quòd Filius Dei eſt in eadem eſſentia cum ipſo natus, & habet quicquid eſt cum ipſo: vnde ſi diminuiſſet ſibi aliquid, eſſet inuidiæ: ſed non eſt inuidiæ ſi non dat rebus ea quorum potentia eorum non eſt capax.

Ad tertium dicendum, quòd bonitas artificis eſt vt faciat vnamquanque partem proportionatam valori totius, & non vt faciat vnumquodque quantò melius poteſt.

Ad quartum dicendum, quòd Auguſtinus intellexit meliorem fore naturam hominis in ſe, non quantum ad finem vniuerſi.

Non enim fortaſsis eſſet niſi eorum quæ ſunt eſſentiæ & principij aſſumptione. Exiſtentia igitur omnia eſſe eius participant. Eſſe enim omnium eſt ſuper eſſe diuinitatis. Viuentia autem eandem ſuper omnem vitam viuificam virtutem. Rationalia autem & intellectualia, eandem ſuper omnem & rationem & intellectum per ſe perfectam & ante perfectam ſapientiam. 2.

DVBIVM.

Non enim, &c.

HIc oſtendit communionem diuinæ bonitatis in diuerſis gradibus entium vel creaturarum, quæ ſunt exiſtentia, viuentia, rationalia, intellectualia. A

SED AST hîc dubium ad intellectum literæ, vtrum Deus verè dicatur de omnibus tanquam ens de ſubſtantia eorum. Et videtur, quod ſic. Quodcunque aſſumit aliquid vt ſit, verè prædicatur de illo: ſed omnia ſunt aſſumptione diuinæ eſſentiæ, vt dicit in litera: ergo quælibet res eſt Deus vel eſſentia diuina.

2 Ad idem, Id quod eſt eidem rei ſecundum ſuum eſſe, verè prædicatur de illo: eſſe autem diuinum, vt dicit in litera, eſt eſſe omnium: ergo verè prædicatur de omnibus.

3 Et hoc idem videtur per verba Commentatoris, quæ talia ſunt: Eſt igitur participatio diuinæ eſſentiæ aſſumptio: aſſumptio autem eius ſapientiæ diuinæ fuſio eſt, quæ eſt omnium ſubſtantia & eſſentia, & quæcunque in eis naturaliter intelliguntur.

4 Hoc idem videtur per rationem. Omne illud in quo ſtat reſolutio omnium, veriſſimè eſt de ſubſtantia cuiuſlibet rei: ſed in eodem primo, quod eſt Deus, ſtat reſolutio omnium: ergo veriſſimè eſt de ſubſtantia cuiuſlibet, & prædicatur de omnibus. Probatio. Si id in quo ſtat reſolutio, non eſt Deus: ergo determinatur aliqua differentia ſuperaddita ei, in qua ſtat

reſolutio,

reſolutio, & ſic non eſt primum, ſed ſecundum.

5 Ad idem, Aut aliquid verè negatur de Deo, aut nihil. Si nihil, ergo ipſe verè eſt omnia. Si verò aliquid negatur ab ipſo, cum omnis negatio fundetur ſuper aliquam differentiam, vt homo non eſt aſinus, quia eſt rationalis, oportebit quod determinetur aliqua differentia: & ſic erit compoſitum & non primum: cum ergo hoc ſit falſum, omnia verè dicentur de ipſo.

6 Ad idem, Quæcunque ſunt, & nullo modo differunt, ſunt eadem: Deus & materia prima ſunt, & nullo modo differunt: ergo ſunt eadem: & ſic Deus erit de ſubſtantia cuiuſlibet rei, ſicut prima materia. Probatio medij. Quæcunque nulla differentia differunt, non differunt: ſed quæ nullam differentiam habent, nulla differentia differunt: cum igitur Deus & materia prima, quæ ſunt ſimplicia, nullam differentiam habeant: & ſic videtur, quòd non differant, & ita ſunt idem.

Ad oppoſitum: Sicut dicit Philoſophus. 3. phyſicorum, tres cauſæ coincidunt in vnam, materia autem non coincidit cum aliis: & intelligit ſecundum ſubſtantiam & non ſecundum rationem: quia ſic nulla coincidit cum alia. Cum igitur Deus ſit primum agens, non erit in ſubſtantia cum materia: nec etiam eſt forma rerum, cum in formalibus res differant. Cum igitur nihil ſit de ſubſtantia rei niſi materia & forma, Deus non erit de ſubſtantia rerum.

2 Ad idem, Quicquid cauſat & regit res præter quam quod commiſceatur cum eis, non eſt de ſubſtantia rei: Deus eſt huiuſmodi: ergo non eſt de ſubſtantia rerum. Media ſcripta eſt in libro de cauſis.

3 Item, Quod miſcetur alij, aut eſt potentia, ſicut materia: aut eſt in potentia, ſicut forma quæ educitur de potentia materiæ: ſed Deus non eſt potentia, quia potentia non incidit in idem cum agente: nec etiam eſt in potentia, quia cum nihil educat ſe de potentia in actum, vt ſupra probauimus, oporteret eſſe aliquod agens prius eo quo educeretur in actum: ſed hoc eſt falſum: ergo nulli rei commiſcetur.

4 Ad idem, Mouens & motum differunt per eſſentiam: ergo vniuerſaliter mouens, & vniuerſaliter motum: ſed Deus eſt vniuerſaliter mouens, quia non mouente primo, nihil mouebit ſecundariò, vt probat Philoſophus: materia autem eſt vniuerſaliter motum, quia omne motum inquantum huiuſmodi eſt in potentia quam participat à materia: ergo Deus & materia differunt per eſſentiam. Similiter non eſt forma cuiuſlibet rei: quia ſic omnia eſſent idem, quod eſt error Parmenidis reprobatus in 1. phyſicorum. Et probatur ſic per rationem. Mouens inquantum huiuſmodi, eſt in actu: motum inquantum huiuſmodi, eſt in potentia: cum ergo idem non ſit in actu & potentia, quia idem eſſet ens & non ens, mouens & motum non erunt idem. Nec poteſt dici, quòd ſint diuerſa ſolum ratione: quia realiter ſibi ponitur actus & potentia.

Solutio. Dicimus, quòd Deus quidem eſt eſſe omnium, vt dicit Bernardus, non eſſentiale, ſed cauſale, vt efficiens formale. Hoc autem poteſt eſſe duobus modis, aut ſecundum actionem vniuocam, ſicut homo generat hominem: aut ſicut efficiens per formam ordinis, ſicut domus eſſe in mente artificis eſt eſſe efficiens formale exterioris domus: & hoc modo cum omnia ſint in Deo vt vnum per formam exemplarem per quam agit, dicitur eſſe ſuum eſſe cuiuſlibet rei efficienter formale, maximè cum forma rei in ipſo ſit ſua ſubſtantia.

Ad primum ergo dicendum, quòd res non dicuntur aſſumere eſſentiam diuinam vt ſint ſecundum ſubſtantiam, ſed exemplariter: & ſecundum illum ſenſum dicitur eſſe omnia & ſubſtantia & eſſentia omnium. Et hoc patet per hoc quod dicit Commentator, aſſumptio eſſentiæ fuſio diuinæ ſapientiæ: funditur enim ſapientia manifeſtando ſe in cauſatis. Et ſic patet ſolutio ad duo ſequentia.

Ad quartum dicendum, quòd Deus non eſt illud ens in quo ſtat reſolutio, cum vſque ad ipſum non perueniat: propter quod Deus cum dicimus, credo in vnum Deum, non eſt illud vnum in quo ſtat ratio reſoluens, ſed eſt vnum quod ratio non attingit: aliter enim non eſſet articulus, cum articulus ſit de eo quod fides arguit, & ratio contradicit: illud enim ens in quo ſtat reſolutio generum, eſt quædam intentio ſimplex ſecundum rationem, & deuenitur in ipſum reſoluendo particulare in intentionem vniuerſalem, quæ dicitur de ipſo. Deus autem eſt ſimplex ſecundum eſſe, & deuenitur ad ipſum non reſoluendo, ſed accipiendo entia ſecundum ordinem propinquitatis & remotionis ab ipſo. Quare vnum non reſoluitur in aliud, nec dicitur de alio: & tunc dicimus, quòd determinatum eſt, non quidem per differentiam additam, ſed per ſeipſum.

Ad quintum dicendum, quòd negationes omnium veriſſimæ ſunt in eo; & negatur ab omnibus ſecundum ſua omnia, vt à ſapientibus per exceſſum ſuæ ſapientiæ, & ſic de aliis, & non per differentiam facientem compoſitionem in ipſo.

Ad ſextum dicendum, quòd Deus & materia prima differunt, non per differentiam quam habeant, ſed ſeipſis: hoc enim modo differunt ſimplicia, ſicut homo & aſinus rationali & irrationali, & hoc ſeipſis: aliter enim iretur in infinitum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. Diximus, quòd omnia B
vocantur ad communionem ſuæ bonitatis, & hoc patet in quolibet gradu entium: *enim*, id eſt, quia exiſtentia *fortaſſis non eſſent niſi aſſumptione eſſentiæ & principij eorum quæ ſunt*, id eſt, niſi aſſumerent in ſe vt exemplata ab ipſa diuinam eſſentiam, quæ eſt principium & cauſa exemplaris omnium rerum. *Igitur omnia exiſtentia participant eſſe eius*, ſcilicet Dei: *enim*, id eſt, quia *eſſe omnium* cauſale exemplariter & effectiuè *eſt diuinitatis* quæ eſt *ſuper eſſe* creatum. Et in hoc apparet, quod non intellexit ſubſtantialiter eſſe Dei fore eſſe omnium rerum, ſed per ſuum exceſſum differre ab omnibus. Et poteſt ſic formari ratio. Nihil eſt niſi participet eſſe: diuinum eſſe eſt eſſe omnium: ergo nihil eſt niſi participet diuinum eſſe. Et non ſolum

exiſtentia

exiſtentia participant eſſe eius, *autem*, id eſt, ſed *viuentia omnia* participant *eandem*, ſcilicet diuinitatem *virtutem viuificam*, id eſt, in omnibus facientem vitam *ſuper omnem vitam*, id eſt, habens vitam eminenter, *rationalia*, vt homines, *& intellectualia*, vt Angeli participant, *eandem* diuinitatem, quæ eſt *ſuper omnem & rationem & intellectum*, id eſt, habens illa eminenter: & eandem dico ſapientiam *per ſe perfectam & ante perfectam*, id eſt, non ab alio habens perfectionem, ſed præbens perfectionem omnibus.

3. Clarumque quia circa eam illæ eſſentiarum ſunt, quæcunque innumerabiliter ab ea acceperunt. Sanctæ ergo cæleſtium eſſentiarum diſpoſitiones ſuper ea quæ tantum ſunt & irrationabiliter viuentia, ſecundumque nos rationalia in hierarchiæ traditionis participatione factæ ſunt. Inuiſibiliter enim in diuinam imitationem ſeipſas conformantes, & ad diuinam ſimilitudinem ſupermundanè aſpicientes, & formare appetentes intellectualem ſuam ſpeciem, copioſiores pulchrè habent ad eam communiones. Attendentes quidem ſunt omnem vitam. Ipſæ ergo ſunt primò & multipliciter, & ſemper ad ſummum, quantum fas eſt, in conformatione diuini & inflexibilis amoris intentæ, & principales illuminationes immaterialiter & purè recipiẽtes, & ad ipſas ordinatæ, & intellectualem habentes omnem vitam.

EXPOSITIO TEXTVS.

Clarumque quia circa, &c.

A Hic concludit, quòd Angeli propinquiores ſunt Deo qui plus ab eò participant, dicens: Omnia participant diuinam bonitatem, *que*, id eſt, &, hoc eſt *clarum*, id eſt manifeſtum: *quia illa* de numero *eſſentiarum ſunt circa eam* ſcilicet diuinitatem vt propinquæ ſibi, *quæcunque acceperunt innumerabiliter*, id eſt, ſuper numerum aliorum *ab ea*, id eſt, de attributis eius.

DVBIVM.

B Sed videtvr hoc eſſe falſum: quia quantò eſt maior numerus, plus recedit ab vnitate: & ita quantò plura recipiunt dona, tantò magis diſtant à primo ſimplici vno.

Et dicendum, quòd iſta dona vnitiua ſunt per aſſimilationem ad Deum: & ideò quantò plura percipit quis, pluribus virtutibus eſt vniens per ſimilitudinem ad vnum primum. Oportet enim, quòd pluribus virtutibus ſimiletur primo vni ſimplici.

EXPOSITIO TEXTVS.

Ergo ſanctæ diſpoſitiones, id eſt ordines *cæleſtium eſſentiarum*, id eſt, Angelorum, *ſunt factæ in participatione traditionis hierarchiæ*, id eſt, per hoc quod participant dona hierarchica tradita eis à Deo, ſunt dico factæ *ſuper ea quæ tantũ ſunt*, id eſt, inanimata, nullam nobilem conditionem ſuper eſſe habentia, vt lapides: *& ſuper viuentia irrationabiliter*, ſicut plantæ & bruta: *que*, id eſt, & *ſuper rationalia ſecundum nos*, id eſt, ſuper ea quæ habent rationem per modum noſtrum: *enim*, id eſt, quia ipſæ cæleſtes eſſentiæ *formantes*, id eſt, conformantes *ſeipſas*: & hoc referatur ad connatum, quia aliter idem eſſet agens & actum: *in imitationem diuinam inuiſibiliter*, ita quod priuetur corporalis, & ponatur viſus ſpiritualis: *& aſpicientes ſupermundanè*, id eſt, ſuper modum quo nos aſpicimus in hoc mundo, *ad diuinam ſimilitudinem*, ſicut ad deſideratum, *& appetentes formare*, id eſt, illi conformare *ſuam ſpeciem intellectualem*, id eſt, ſpecioſitatem intellectualis naturæ: non enim poteſt exponi ſicut dicitur, quod intellectus eſt ſpecies intelligibilium, vt à quo habent tale eſſe, ſic intellectus non eſt ſpecies eorum quæ ſunt ſupra virtutem ſui luminis, id eſt, diuinorum de quibus hic loquitur. Sic dico appetentes, aſpicientes, & formantes *habent pulchrè*, id eſt, decenter ſibi *copioſiores*, id eſt, plures *communiones ad eam*, ſcilicet diuinam ſimilitudinem, id eſt, plura ab ea communicant. Et ipſæ *quidem* ſunt *attendentes*, id eſt, attingentes *omnem vitam*, quia intellectualem: ſicut enim dicit Philoſophus, Plantæ non habent animam, ſed partem partis animæ deficiendo à rationali, in qua eſt perfecta ratio animæ: eò quod habet operationem naturæ in motu corporis & intellectiuam vim ex natura ſua, & dominium in regimine naturæ: & ideò in Angelis dicitur tota ratio vitæ: quia aliorum vita eſt per defectum à ſua: & ipſi eminenter habent quæ ſunt aliorum, vt ſupra oſtenſum eſt. *Ergo* ex quo ſuper alia ſunt, *ipſa* ſcilicet cæleſtes eſſentiæ *primò*, quia ſuper alia, *& multipliciter* propter copiam recipientium, *& ſemper*, propter perfectionem in ipſis, *ſunt intenta*, per aſpectum *ad ſummum*, ſcilicet Deum, *quantum fas eſt*, id eſt, quantum poſſibile eſt ipſis. Intentæ dico *in conformatione amoris diuini* quantum ad obiectum, *& inflexibilis* propter firmam adhæſionem: eſt enim illa viſio amati paſcens: & ſunt *recipientes illuminationes principales*, id eſt, diuinas in mentem *immaterialiter*, id eſt, ſine materia & conditionibus eius, vt ſenſitiuæ virtutes accipiunt, *& pure*, id eſt, ſine continuo & tempore vt intellectus noſter accipit, *&* ſunt *ordinatæ ad ipſas*, ſcilicet illuminationes, id eſt, per ordinem hierarchicum recipientes: *&* ſunt *habentes intellectualem omnem vitam*, id eſt, quæ eſt tota & perfecta vita. C

DVBIVM.

D Sed videtvr, quòd hoc ſit falſum: vita enim eſt continuus actus animæ in corpus: ergo non conuenit Angelis.

2 Præterea, Non habent vitam vegetabilem: ergo non habent omnem vitam.

Et dicendum ad primum, quòd hæc eſt diffinitio vitæ prout eſt in nobis: in Angelis autem eſt vita per actum intelligendi, ex virtute eius quo eſt ipſorum.

Ad aliud dicendum, vt dictum eſt, quòd vegetabilia non habent perfectam vitam. Vnde dicit Gregorius: Quædam viuunt non per animam, ſed per vitorem: id autem quod participant de vita imperfectè, eſt in Angelis eminenter.

4. Ipſæ ergo ſunt primò & multipliciter in participatione Dei factę, & primò & multipliciter manifeſtatrices diuinæ occultationis. Propterea & vltra omnia cognominatione angelica ſelectim dignæ dictæ ſunt: eò quod primò in ſeipſas edunt diuinam illuminationem, & in nos per ſe deferunt quæ ſupra nos ſunt manifeſtationes. Sic quidem, vt Theologia ait, per Angelos nobis donatæ ſunt, & glorioſos quoſque ante legem & poſt legem patres noſtros Angeli ad diuinum reducebant, quod agendum introducentes, & ad rectam veritatis viam ex errore & vita immunda reducentes, aut ordines ſacros myſteriorum ſupermundalium, aut occultas viſiones, aut diuinas quaſdam * anteprædicationes prophetice reuelantes.

Matth.1. Act.11. Dan.7. Iſa.10.

* Prædictiones.

EXPOSITIO TEXTVS.

Ipſa ergo ſunt, &c.

A Hic concludit vlterius, quòd cum prius recipiant, nobis manifeſtant, dicens: *Ergo* ex dictis *ipſa* cæleſtes eſſentiæ *ſunt factæ primò & multipliciter*, vt dictum eſt, *in participatione Dei, & per* hoc etiam ſunt *primò & multipliciter manifeſtatrices diuinæ occultationis*, id eſt, diuini occulti, *& propterea ſunt facta digna* à Scriptura *ſelectim*, id eſt, diuiſim vel ſingulariter cognominatione angelica vltra omnia alia: *eò quod edunt*, id eſt, recipiunt quodam conatu diuinam illuminationem in ſeipſas vt manifeſtantes, *& per ſe deferunt in nos manifeſtationes quæ ſupra nos ſunt*, & quantum ad manifeſtata, & quantum ad modum accipiendi. Angelus enim nuntius dicitur propter officium nuntiandi nobis. *Sic quidem vt Theologia ait, &c.* Oſtenſo quæ ſit angelica hierarchia per eius eminentiam, oſtendit per ſcripturam, quòd per ipſam in nos deueniunt diuinæ illuminationes: quod etiam ſupra ſuppoſuit. Et diuiditur hæc pars in tres partes. In prima oſtendit, quòd per Angelos ad nos deueniunt illuminationes diuinæ. In ſecunda obiicit in contrarium, ibi, *Diſcat & hoc.* In prima duo facit. In prima dicit propoſitum ſuum in generali. In ſecunda diſtinguit per quæ ſpecialiter per Angelos illuminamur, ibi, *Et glorioſos quoque, &c.* Litera ſic legatur. *Sic quidem*, vt dictum eſt, manifeſtationes quæ ſunt ſupra nos, *donatæ ſunt nobis* à Deo vt à primo fonte, *per Angelos*, id eſt, miniſterio eorum, *vt*, id eſt, ſicut *Theologia*, id eſt, ſacra Scriptura quæ eſt de Deo, *ait*, id eſt, dicit: & in quibus locis poſteà dicet.

DVBIVM.

Hæc est dubitatio, Quomodo Angeli illuminent nos. Et videtur, quòd nullo modo poſſint. Sicut enim dicit Philoſophus in primo de generatione, ea quorum vnum agit in alterum, communionem habent in potentia: ſed Angelus & anima noſtra non conueniunt in potentia vna, cum non ſint tranſmutabilia adinuicem: ergo Angelus non poteſt illuminare animas noſtras. B

2 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus. 16. de animalibus, quod non tangit, non agit: ſed ſi non agit, non ſequitur alteratio: ſed Angelus non tangit animam tactu metaphorico, ſicut dicitur, quòd contriſtans tangit animam, qui videtur magis eſſe propinquos, quia talis tactus exigit aliquam continuitatem, Angelus autem non habet continuitatem cum anima: neque per ſe, cum careat quantitate: neque per ſubiectum, cum Angelus non ſit vnitus alicui ſubiecto: ergo illuminatio cum ſit quædam alteratio, videtur quòd non poſſit illuminare animam.

3 Si dicatur, quòd illuminat per influentiam. Contra: Aut enim eſt influentia per emanationem alicuius ab Angelo in animam: & tunc oportet eſſe aliquam continuitatem per quam deferatur, quia vt dicitur in ſecundo de anima, ſi formica eſſet in cælo, & medium eſſet vacuum, non poſſemus eam videre: & ſic redit prima difficultas. Aut eſt influentia, quia per imperium Angeli fiunt ſpecies in anima: & ſic eſſent creatores illarum formarum, quod eſt contra Damaſcenum, maledicens omnes qui dicunt Angelos aliquid creare. Ergo videtur, quòd nullo modo poſſint illuminare animas noſtras.

4 Si dicatur, quòd non illuminant per influentiam ſpecierum intelligibilium, ſed per immiſſionem luminis, tunc omninò eadem difficultas oritur de lumine ſicut de ſpeciebus: quia vel oportet continuitatem ponere, vel lumen quod fit in nobis, creari imperio Angeli.

5 Ad idem, Ad hoc quod intellectus intelligat, oportet eſſe & agens vniuerſaliter & aliquid

qui ſ determinans intellectum, ſcilicet ſpeciem rei determinatæ, ſicut ad hoc quod terminetur motus naturæ, non ſufficit agens, ſed oportet eſſe ſpeciem qua informetur materia: ſi igitur Angelus illuminet animam, oportet aliquid reſpondere illis duobus: & ita effluere ab ipſo ſpecies, & non ſolum lumen. Et ſi dicatur, quòd ſpecies ſuſcipit à phantaſmatibus, quæratur de illis in quibus non ſunt aliqua phantaſmata, ſicut Ioannes Baptiſta fuit illuminatus in vtero matris ad cognoſcendum Saluatorem quando nondum aliquid acceperat.

Solutio. Dicimus, quòd ſecundum opinionem Philoſophorum facile eſſet reſpondere huic quæſtioni. Ipſi enim ponunt intelligentias motores orbium & applicatas ad motum: vnde habent ad animas noſtras duplicem continuitatem, ſcilicet vniuerſalis virtutis mouentis continuitatem motus: ſicut enim in corpore animalis vniuerſalis virtus mouens eſt imaginatio, quæ licet habeat determinatum organum in corpore, totum tamen corpus diſponitur ſecundum motum eius, ſicut patet in ſomnis, quando repræſentatur forma mulieris in imaginatione, totum corpus mouetur ſecundum hoc, & de illo qui imaginando ſe leproſum, factus eſt leproſus: ita etiam intelligentia eſt vniuerſalis virtus mouens, ad quam reducitur omnis motus naturæ: & ex conceptione eius ſequuntur aliæ res in natura præter ordinem motus cæli etiam, vt ea quorum cauſæ nos latent, & ex ipſa ſequitur impreſſio in animabus noſtris. Et hoc eſt ſecundum opinionem Auicennæ, licet alij contradicant. Eſt etiam alia continuitas per medium: motus enim cæli compoſitus eſt ex virtute ſpirituali, quæ eſt dirigens ad finem quem ſortitur à motore, ſcilicet intelligentia, & iterum ex virtute corporali quam habet ab ipſo mobili, ſicut etiam in actione animæ: vnde ſecundum quod motus attingit corpus, quod eſt inſtrumentum animæ, anima accipit illuminationem ſpiritualem ex motu propter virtutem ſpiritualem quæ eſt in ipſo, cum vnumquodque accipiat ex motu ſecundum ſuam proportionem. Et huiuſmodi dicunt eſſe influentiam intelligibilem in animas noſtras. Tali autem continuitate non poſſumus nos ſic dicere, eò quod non ponimus Angelos coniunctos motui, nec omnes mouere orbem. Et ideò oportet aliter dicere, ſcilicet quod Angeli non illuminant animas noſtras niſi miſſi ad nos: quia ſicut dicit Damaſcenus, Ibi ſunt, vbi operantur, oportet quòd applicent ſe in inſtrumento animæ, ita quod illud quod eſt inſtrumentum animæ, ſit locus ſpiritualis Angeli: & ſic per iſtam continuitatem agit in anima. Et iſti poſſunt eſſe miti modi quibus imprimunt in animam ſecundum Auguſtinum, & hoc per contrarium: dicit enim ipſe, quòd dæmones immiſcent ſe ſanguini & phantaſiæ, vt perturbent intellectum.

Ad primum ergo dicendum, quòd Angelus & animal licet non communicent in potentia materiæ, communicant tamen in potentia generis: & hoc ſufficit ad hanc actionem, per quam non accipitur forma quæ ſit aliquid ſimpliciter, ſed quæ eſt vt ens in anima, licet ſecundũ quoſdã nihil omninò fiat in animam actione autẽ naturali per quã acquiritur forma quę eſt ens ſimpliciter, oportet eſſe communionẽ in materia.

Ad ſecundum dicendum, quòd eſt ibi tactus metaphoricus: licet enim Angelus non habeat ſubiectum cui vniatur, habet tamen ſpiritualem locum per quem poteſt continuari animæ per ſubiectum ſuum.

Ad tertium dicendum, quòd ponentibus influentiam, neceſſarium eſt ponere modum continuitatis: quia ſic poſuerunt Philoſophi influentiam: vnde oportet redire ad id quod dictum eſt, niſi velint eſſe contenti nomine influentiæ ſine intellectu eius. Et ſimiliter dicendum ad quartum de lumine.

Ad quintum dicendum, quòd illud quod ſe habet ad modum determinantis in hac illuminatione, ſunt ſpecies acceptæ à phantaſmatibus, quarum diuerſæ compoſitiones & diuiſiones fiunt, & per lumen intellectus agentis: ſed ad formandas compoſitiones & concluſiones ad quas non eſt proportionatum lumen intellectus agentis, exigitur ſuperius lumen, vt angelicum: & ſic lumen eius ſe habet in ratione agentis vniuerſaliter. Si autem non eſſent formę in phantaſmatibus, oporteret eas creari à Deo, licet poſſemus dicere, quòd Ioanni Baptiſtæ fuit datus motus ſine cognitione.

EXPOSITIO TEXTVS.

Et glorioſos, &c.

HIc ſpecificat quod ad manifeſtanda mittatur Angelus, & ponit quinque dicens. *Et* C
quoque, id eſt, etiam Angeli *reducebant ad diuinum*, ſcilicet lumen *glorioſos Patres noſtros ante legem*, vt Abraham, & Loth, *& poſt legem*, vt Dauid & alios Prophetas. Reducebant dico *introducentes*, id eſt, oſtendentes illud *quod erat agendum*, ſicut dictum eſt Abrahæ, quòd exiret de terra ſua. Geneſ. 12. & Loth, quòd exiret de Sodomis. Geneſ. 19. & reducebant *ad rectam viam veritatis ex errore*, quantum ad intellectum, *& vita immunda*, quantum ad affectum, ſicut in datione legis. Exodi. 19. & de Cornelio conuerſo ad fidem. Actuum. 10. Aut reducebant dico *reuelantes ſacros ordines myſteriorum*, id eſt, occultorum *ſupermundalium*, id eſt, ſuper mundum noſtrum exiſtentium, ſcilicet ordines Angelorum, vt Ezechie. 1. & Iſaiæ. 6. cap. Seraphim ſtabant: *aut* & reducebant reuelantes *viſiones occultas*, & quia ſunt de occultis quæ non licet homini loqui, & quia occultè accipiuntur, vt per raptum. 2. Cor. 12. *Aut* etiam reuelantes *prophetice quaſdam antepredicationes*, id eſt, antepredictiones *diuinas*, id eſt, de diuinis, vt Iſaiæ. 7. Ecce virgo concipiet, &c. Et poteſt accipi numerus iſtorum hoc modo: quia aut reuelatio fit de operandis, aut de credendis. Si de operandis, aut extra, & ſic introducunt quid agendum eſt: aut intra, & ſic reducunt ex immunda vita. Si eſt de credendis, aut ſecundum viam, & ſic ſunt propheticæ prædicationes: aut ſecundum patriam, & ſic vel diſpoſitiones beatorum, vt ordines ſacri: aut beatitudo ipſa, & ſic ſunt viſiones occultæ. Vel aliter, vel eſt illuminatio de agendis, vel de appetendis, vel credendis. Si de agendis, vel intus, vel extra, vt ſupra.

Si de appetendis, aut pertinent ad beatitudinem, aut ad diſpoſitionem beatorum, vt ſupra. Si de credendis, ſic eſt vltima.

5. Si autem quis dixerit, & inde immediatè fuiſſe quibuſdam ſanctorum theophanias, diſcat & hoc ſapienter ex ſacratiſſimis eloquiis, quomodo hoc quidem quod eſt
1. Ioan 4. Dei occultum, nemo vidit neque videbit. Theophaniæ autem ſanctis
* Sed. Gen. 3. & 18. factæ ſunt * ſecundum decentes Deum perque quaſdam ſacras videntibus proportionalium viſionum manifeſtationes.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Si autem quis dixerit, &c.

A Hîc obiicit in contrarium ei quod dixerat, illuminationes deferri ad nos per Angelos, dicens: *Autem*, id eſt, ſed aduerſatiuè prædictis, *ſi quis*, id eſt, aliquis *dixerit quibuſdam* de numero *ſanctorum fuiſſe* factas *theophanias*, id eſt, diuinas apparitiones *inde*, id eſt, à Deo *&*, id eſt, etiam *immediatè*: hîc reſpondebimus, *diſcat & hoc*. Hic ſoluit. Et diuiditur in partes duas. In prima ſoluit. In ſecunda ſolutionem probat, ibi, *Aut non & ſacram*. In prima tria facit. Primò enim ſoluit per interemptionem. Secundò manifeſtat quoddam quod dixerat, ibi, *Ipſa igitur ſapientiſſima*. In tertia reſumit propoſitum ſoluta dubitatione, ibi *Has autem diuinas*. Litera ſic legatur. Si, inquam, ita quis dixerit, *diſcat & hoc* quod dicam *ex ſacris eloquiis* Ioan. 1. ſcilicet *quomodo hoc Dei occultum*, quod eſt eius eſſentia, *nemo quidem*, id eſt, certè *vidit*, quid eſt, id eſt, comprehendendo terminos eſſentiæ eius, *neque* ſic vnquam *videbit*. Hoc ipſe addit, & Chryſoſtomus vlterius, quòd nec etiam cæleſtes eſſentiæ. *Autem*, id eſt, ſed *ſanctis facta ſunt theophania*, vt ſuprà, *ſecundum manifeſtationes Deum decentes*: quia per ſimilitudines diſſimiles, *quæ*, id eſt, & *per quaſdam manifeſtationes ſacras*: quia ſunt de ſacris, viſionum proportionalium *videntibus Deum*, quia vnuſquiſque ab eo percipit ſecundum ſuam capacitatem.

DVBIVM.

B Hæc est dubitatio, Vtrum aliquibus ſanctis ſit facta diuina illuminatio, non per Angelos. Et videtur, quòd ſic. Dicit enim Dauid in Pſalmo: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: ergo percipiebat illuminationem à Deo ſine medio.

2 Item Geneſ. 32. dicit Iacob: Vidi Dominum facie ad faciem.

3 Item de Moyſe dicitur Exodi. 33. & Nume. 12. quod ei ore ad os loquebatur Dominus, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum. Ergo huiuſmodi illuminati ſunt ſine medio.

4 Item. 2. Corinth. 12. dicit quædam Gloſſa, quòd Paulus vidit ſicut illi qui ſunt de tertia hierarchia: illi autem vident ſine medio Deum: ergo & ipſe ſic vidit.

5 Præterea, Maius eſt incarnatio quam illuminatio: ſed incarnatus fuit Filius Dei ſine Angelis mediis: ergo multò magis illuminat ſine medio.

6 Ad idem, Nihil intelligitur ſine medio lumine, ſicut geometricalia per principia geometriæ, & omnia naturaliter cognita per lumen intellectus agentis, & ad diuina non illuminat niſi lumen diuinum: ergo non poſſunt accipi ab Angelis, ſed ſolum à lumine diuino.

7 Præterea, Theophania dicitur diuina apparitio, & non angelica: ergo videtur, quòd illi quibus ſunt factæ, Deum viderunt & non Angelos.

Ad oppoſitum. Sicut dicitur Ioan. primo, Deum nemo vidit vnquam. Si igitur aliquis ab ipſo fuit illuminatus, non fuit illuminatus immediatè, ſed mediantibus Angelis.

2 Præterea, Sicut dicit Damaſcenus, cæleſtes eſſentiæ de quibus magis videtur, Deum vt eſt nunquam viderunt. Ergo multò minus homines immediatè viderunt.

3 Præterea, Diuinum lumen non eſt proportionatum humano intellectui: omne autem accipiens eſt proportionatum accepto: ergo non poteſt immediatè diuinum lumen accipere, ſed oportet hoc fieri mediantibus Angelis.

Solutio. Dicimus, quòd de ſanctis dupliciter poſſumus loqui, aut ſecundum ſtatum viæ, aut ſecundum ſtatum patriæ. Secundum ſtatum patriæ, cum aſſumantur homines ſecundum gradus Angelorum (ſicut dicitur in cantico Deuter. ſecundum aliam tranſlationem, Statuit terminos Gentium iuxta numerum Angelorum Dei), quidam ſunt ſuperiores, quidam medij, quidam inferiores: & ſuperiores quidem recipiunt illuminationes à Deo immediatè, medij verò & inferiores (cum lex diuinitatis ſit per prima media, & per media vltima reducere) recipiunt mediantibus ſuperioribus, licet quantum pertinet ad obiectum beatitudinis, omnes videant eum immediatè. Secundum verò ſtatum viæ nullus recipit illuminationes à Deo immediatè, ſed mediantibus Angelis. Vnde dicitur Exodi. 33. Non videbit me homo, & viuet, hac ſcilicet vita. Angeli verò illuminant virtute diuini luminis quod à Deo participant: quæcunque enim communicant in vna natura generis vel ſpeciei, oportet quòd habeant ab eo & virtute eius in quo eſt, ſicut in fonte, ſicut omnia mixta participant calorem altiorem ab igne, & quod caleſiunt, eſt virtute caloris ignis. Similiter in diffinitionibus diffinitum manifeſtatur per media genera prout continent in ſe ſuperiora: & ſi ſit dubitatio de mediis, oportet reſoluere vſque ad vltima. Ita etiam eſt in demonſtrationibus: vltimæ enim concluſiones probantur per primò probata ſiue demonſtrata virtute primorum principiorum per quæ demonſtrata ſunt: & vt ſint certa, oportet ea probari per prima: & in illis eſt ſtatus. Similiter dicimus, quòd Deus eſt fons totius intellectua-

lis

lis luminis : vnde ſi homines qui ſont vltimi in hoc genere, debent illuminari, hoc erit agentibus Angelis, qui ſunt medij virtute luminis diuini, quo & ipſi illuminati ſunt, ſiue quo nihil iotelligi poteſt.

Ad primum ergo dicendum, quòd Dauid illuminatus erat per Angelos, ſed propter diuinum lumen cuius virtute fit illuminatio, dicit Deum in ſe loqui. Et propter hoc etiam omnes prophetæ alij dicunt Deum dicere quæ per Angelos eis reuelantur.

Ad ſecundum dicendum, quòd ille quem vidit Iacob, Angelus fuit. Vnde dicitur Oſeæ. 11. Directus eſt cum Angelo, &c. ſed dicitur vidiſſe Deum, ratione prædicta.

Ad tertium diceodum, quòd ille qui loquebatur ad Moyſem, Angelus fuit, per quem etiam lex data fuit, ſicut dicitur Gala. 3. Lex in manu mediatoris per Angelos ordinata, &c. Et Actuum. 7. dicit Stephanus : Recepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum, & non ſeruaſtis. Sed attribuitur Deo : quia virtute luminis illius factum eſt. Vnde Greg. in Gloſſ. Exodi. 3. Angelus qui Moyſi apparuiſſe deſcribitur, modò Angelus, modò Dominus memoratur. Angelus quia exterius loquens deſeruit. Dominus : quia interius præſidens loquendi efficaciam tribuit : dum enim loquens ab interiore regitur & per obſequium Angelus, & per inſpirationem Dominus memoratur.

Ad quartum dicendum, quòd Paulus quando raptus fuit, erat in ſtatu patriæ, ſicut ibidem dicit Gloſſa : & ideo immediatè videre potuit, ſicut & illi qui ſont io patria.

Ad quintum diceudum, quòd incarnatio eſt præter ordinem hominis & Angeli : eò quod homo aſſumptibilis, & non Angelus : & in homine erat neceſſitas & reparabilitas, & non in Angelo : & ideò prætermiſſo Angelo aſſumpſit hominem : ſed in illuminationibus ſuut ordinati, & ideò non eſt ſimilis ratio : hoc tamen non faceret neceſſitatem, ſed probabilitatem.

Ad ſextum dicendum, quòd ſine diuino lumine non poſſunt accipi diuina : hoc tamen lumen immediatè accipit Angelus, & virtute eius illuminat nos.

Ad ſeptimum dicendum, quòd ratione prædicti luminis cuius virtute illuminatio fit, dicitur diuina apparitio, & non quia Deus immediatè videatur.

Ad octauum dicendom, quòd Deus à nullo poteſt videri quid eſt, ita quod comprehendantur termini eſſentiæ eius, nec ab homine, nec ab Angelo : poteſt tamen mens noſtra & Angeli videre ſine medio & velamine, eſſentiam eius attingendo, non comprehendendo prout eſt obiectum beatitudinis, licet prout in hac vita ſumus, videri immediatè à nobis non poſſit. Et per hoc patet ſolutio ad nonum.

Ad decimum dicendum, quòd licet intellectus noſter de ſe non ſit proportionatus ad videndum Deum, tamen per aliquas diſpoſitiones ſibi à Deo inditas, vt gloriæ vel gratiæ, efficitur proportionatus ad videndum ipſum, vel per fidem, vel per ſpeciem.

Ipſa igitur ſapientiſſima Theologia viſionem illam quæ in ipſa eſt deſcripta, reuelauit diuinam, quaſi in forma informium ſimilitudinem, ex videntium in diuinum reductione pulchrè vocari theophaniam, quaſi per ipſam videntibus diuina facta illuminatione : & quidem diuinis ipſis ſanctè perficientibus. Has autem diuinas viſiones glorioſi patres noſtri perfecerunt per medias cæleſtes virtutes. 6.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Ipſa igitur ſapientiſſima, &c.

Hic manifeſtat quod dixerat, ſcilicet quid ſit theophania, dicens : *Igitur* ex quo theophaniæ factæ ſunt patribus per manifeſtationes proportionales videntibus, *ipſa ſapientiſſima Theologia*, id eſt, ſacra Scriptura à diuina ſapientia tradita, *reuelauit*, id eſt, apertè oſtendit *viſionem illam diuinam*, id eſt, diuinorum *pulchrè*, id eſt, congruè & decenter *vocari theophaniam*, *quæ* ſcilicet viſio *eſt ſcripta*, id eſt, ſcripto tradita, *in ipſa*, ſcilicet Theologia. Viſionem dico *quaſi ſimilitudinem*, id eſt, aſſimilationem ad diuina viſa *ex reductione videntium in diuinum lumen* : & hoc *in forma*, id eſt, figura *informium*, id eſt, carentium formis. Theophaniam dico vocari *quaſi facta diuina illuminatione videntibus* dicta viſione : & in hoc reddit rationem nominis : *&* *quidem* hoc fit *diuinis ipſis* ſcilicet viſis *ſanctè perficientibus* videntes, ſanctitatem ei præbendo. Sic igitur tetigit modum viſionis, quia per figuras, & finem, qui eſt reductio in diuinum, & effectum, qui eſt ſancta perfectio, & virtutem efficientem, quia diuina illuminatio, vt dictum eſt : in quo etiam tangitur nominis ratio. *Has autem diuinas, &c.* Hic repetit propoſitum quaſi manifeſtum ſoluta dubitatione, dicens : *Autem*, id eſt, ſed *glorioſi patres noſtri*, id eſt, ſancti *perfecerunt has diuinas viſiones*, id eſt, perfecti ſunt *per* eas, ſcilicet per cæleſtes virtutes *medias*, id eſt, Angelos, quorum miniſterio perfecti fuerunt virtute diuini luminis. A

DVBIVM.

Hic est dubitatio, quid ſit theophania : in quo & videbitur, vtrum Deus in patria in theophaniis videatur. Et videtur, quòd ſit apparitio ſenſibilis : figuræ enim informium per quas dicit eam fieri, formæ viſibiles ſunt : ergo theophania eſt ſenſibilis viſio. B

2 Præterea, Caſſiodorus dicit : Apparet illud quod ſubitò ſenſibus præſto eſt : huiuſmodi autem formæ quas dicit, ſubitò ſenſibus præſto ſiunt : ergo theophania eſt corporalis apparitio.

 E 3 Ad oppo.

Ad oppoſitum : Huiuſmodi corporales viſiones non omnibus ſanctis factæ ſunt, quibus tamen factæ ſunt theophaniæ : ergo theophania non eſt corporalis viſio.

2 Præterea, Huiuſmodi apparitiones multis ſunt factæ, quibus non eſt facta diuina illuminatio, vt Balthaſar & Pharaoni. Cum igitur dicatur theophania fieri diuina illuminatione, non erit viſio corporalis.

Solutio. Dicimus, quòd theophania quatuor modis dicitur. Primo modo viſio quæ eſt per corporales formas ſimilitudine diſſimili ducentes in Deum, in qua non neceſſarium eſt lumen diuinum eſſe, ſed tantum eſt ductio in Deum. Secundo modo dicitur, quando lumine diuino quod non eſt Deus, videtur aliquid quod non eſt Deus, ſicut Ieremias vidit ollam ſuccenſam lumine diuino, per hoc intelligens deſtructionem Ieruſalem. Tertio modo vt eſt in vſu loquentium, quando in lumine diuino quod non eſt Deus, videtur obiectum quod verè eſt Deus, non in lumine ſicut in medio, ſicut videtur res in ſua imagine, ſed ſub lumine confortante intellectum videtur immediatè Deus. Quarto modo, quando in lumine quod eſt Deus, videtur obiectum quod eſt Deus, ſicut dicit Hugo de ſancto Victore, ſic Deus ipſe eſt in quolibet beato vt lumen quoddam, participatione ſui faciens eum ſui ſimilitudinem, & in tali ſimilitudine Dei viſio dicitur theophania: ſic enim idem Deus erit lumen & obiectum, ſed obiectum prout eſt in ſe, lumen verò prout eſt participatus à beatis. Primis ergo duobus modis non videbitur Deus in patria, & de iſtis tenet obiectio magiſtri Hugonis : dicit enim, Quid eſt in theophaniis videri, & præter illas non videri, niſi nunquam verè videri, & verum nunquam videri? Sed aliis duobus modis erit in patria viſio per theophanias, licet Hugo non ponat ibi niſi quartum: quia non attendit tertium, & ideò reprehendit alios aliter ponentes, qui tamen vera dicunt, intelligentes ſecundum tertium modum. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta. Hæc enim accipiuntur ſecundum duos primos modos.

Aut non & ſacram legiſlationem eloquiorum traditio velut per ſe quidem dicit ex Deo Moyſi donatam, vt etiam verè nos doceat diuinos eam eſſe & ſacros characteres? Docet autem ſapiẽter & hoc Theologia per Angelos eam in nos prouenire, tanquam diuino legali ordine illud legaliter ponente, hoc eſt, per prima ſecunda in diuinum reduci. Etenim non ſolum & in ſuperpoſitis & in ſubiectis animis, ſed & in æquè potentibus ipſa lex diffinitur ex ſupereſſẽtiali omnium ordinationis principio, hoc eſt, per vnamquanque hierarchiam primas & medias & vltimas eſſe & ordinationes & virtutes, & minorum eſſe diuiniores doctores & manuductores, in diuinam adductionem & illuminationem & communicationem.

DIVISIO ET expoſitio textus,

Vt non & ſacram legiſlationem, &c.

POſita ſolutione, hîc confirmat eam oſtendens, quòd illuminationes tantum deſcendunt ad nos per miniſterium Angelorum. Et diuiditur in tres partes, ſecundum quod per tria probat. Secunda ibi, *Video autem quia & duabus*. Tertia, ibi, *Aut quia & ipſe Ieſus per noſtram.* Prima ergo probatio ſumitur ex veteris legis latione, hoc modo. Magis videtur, quòd legiſlatio quæ deſcribitur vt in perſona Dei facta à ſcriptura, perueniret ad nos immediatè à Deo ſine miniſterio Angelorum, quam aliæ illuminationes. Cum igitur illa fuerit tradita miniſterio Angelorum, vt alibi ſcriptura teſtatur, multò magis hoc erit verum in aliis illuminationibus. Litera ſic legatur. Dicimus, quòd diuinas illuminationes ſancti patres noſtri perfecerunt per medias cæleſtes virtutes. *An non*, vel *aut non*, id eſt, omnino, interrogatiuè, non propter dubitationem, ſed vt ex dictis ab aduerſario habeat firmius propoſitum, *traditio eloquiorum*, id eſt, ſacra Scriptura nobis tradita, *&*, id eſt, etiam *dicit lationem legis* veteris *ſacram*, quia de ſacris & à ſacris & ſanctos facit, *eſſe donatam Moyſi velut per ſe*, id eſt, in perſona ſua. Exod. 19. vbi dicitur deſcendiſſe Dominus in montem. Et 20. cap. vbi dicit : Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te, &c. Sic dico dicit, *vt etiam doceat nos eam*, ſcilicet legem *eſſe diuinos*, id eſt, à Deo datos, *& ſacros characteres*, id eſt, literas vel ſcripturam. Character enim dicitur figura. Vel *characteres*, id eſt, figuras nouæ legis, ſecundum Commentatorem. Quaſi diceret, ſic: & in hoc excludit obiectionem, ponens rationem ſic addita, non ſolum dicit hoc, *autem*, id eſt, ſed *Theologia &*, id eſt, etiam *docet hoc ſapienter*, *eam* ſcilicet legem *prouenire ad nos per Angelos*, vt miniſtros, *tanquam*, notat cauſam, *diuino ordine*, id eſt, ordinatione *legali*, id eſt, ligante ſub legibus omnia, *ponente*, id eſt, diſponente ipſo *legaliter*, id eſt, ligandi firmiter ad hoc. Ponente dico *illud*, hoc eſt, *ſecunda reduci in diuinum*, ſcilicet lumen, *per prima*: & in hoc ponitur ratio doctrinæ talis, vt auctoritati ratio coniungatur ad probationem. Et hoc patet à minori: *enim*, id eſt, quia *ipſa lex* ſcilicet reducendi in diuinum per aliud non ſolum ſententialiter, *diffinitur ex*, id eſt, à *principio ſupereſſentiali ordinationis omnium* rerum, *in animis*, id eſt, in ſpiritibus *ſuperpoſitis & ſubiectis* ad inuicem ſecundum diuerſas hierarchias, vt angelicam & humanam, vel diuerſas angelicas: *ſed &*, id eſt, etiam diffinitur *in æquè potentibus* animis. Hæc

eſt

eſt expoſitio dicti, id eſt, hæc eſt lex diffinita in æquè potentibus, *eſſe per vnamquanque hierarchiam primas & medias & vltimas ordinationes*, id eſt, ordines. Vnaquæque enim hierarchia diſtinguitur tribus ordinibus. *Et virtutes.* Non ſumitur prout eſt nomen ſpecialis ordinis, ſed ſecundum quod omnes dicuntur virtutes, propter ſublimitatem potentiæ in agendo. *Et iterum* hæc eſt illa lex, *diuiniores*, id eſt, magis perfectos in diuinis inter tres gradus vnius hierarchiæ *eſſe doctores minorum*, id eſt, inferiorum, quantum ad reuelationes, *& manuductores* quantum ad reductionem. Et hoc dico *in diuinam adductionem*, id eſt, in Deum quantum ad purgationem, à qua incipit adductio, *& illuminationem & communicationem*, quantum ad perfectionem per quam communicantur diuina.

D V B I A.

B Hic ſvnt duo dubia. Primo, Vtrum æquè potentium vnus alium reducat. Secundo, Vtrum inter Angelos ſint aliqui æquipotentes.

Dubium 1. Circa primum proceditur ſic. Videtur enim, quòd æquipotentium vnus alium non reducat. Æquipotentes enim ſunt, qui æqualiter habent de donis diuinis: ſed æquè habentium vnus nihil poteſt accipere ab alio, quia in ſpiritualibus non poteſt idem bis fieri in aliquo, ſicut nec in corporalibus: ergo vnus non poteſt reducere alium.

2 Ad idem, Si vnus æquipotentium à reduceret alium, cum de ſimilibus idem ſit iudicium, eadem ratione poſſet fieri reductio è conuerſo: & ſic eſſet ibi circulatio & confuſio ordinis, quod non poteſt eſſe: ergo nec primum.

3 Præterea, Hoc videtur eſſe contra ordinem naturæ, in quo minus potens reducitur à magis potente ſemper, ſicut quod eſt in potentia, ab eo quod eſt in actu: ergo non videtur eſſe verum.

4 Ad idem, Sicut dicit Magiſter in ſententiis, quæ ſunt in eodem ordine, accipiunt vnum donum in munere: ſed habentium idem munus, vnus non accipit ab alio: ergo eorum qui ſunt æquipotentes ſecundum vnum ordinem, vnus non reducit alium.

5 Præterea, Duo lumina corporalia æquipotentia non illuminant ſe inuicem, ſed medium magis: ergo ſimiliter erit in Angelis, qui ſunt ſpiritualia lumina.

6 Præterea, In Eccleſiaſtica hierarchia æqualis non recipit ab æquali, vt Epiſcopus ab Epiſcopo, ſed ſuper à ſuperiori: ergo & ita erit in angelica à qua exemplatur.

Solutio. Dicimus, quòd poſſunt intelligi æquipotentes tripliciter, aut ſecundum gradum eiuſdem hierarchiæ, aut ſecundum participationem eiuſdem doni quo collocantur in eodem ſpirituali ordine, aut iterum participando idem donum æqualiter, id eſt, in eadem capacitate: & hæc ſola æqualitas eſſet æqualitas ſimpliciter, ſi aliqui eſſent tales, Primæ verò duæ ſunt ſecundum quid, licet etiam ſecunda magis accedat ad æqualitatem ſimpliciter quam prima. Hic autem non loquitur de vltima æqualitate, ſed de prima, quæ eſt æqualitas in hierarchia vna, ſicut patet per literam, & eorum qui ſic ſunt æquipotentes, vnus reducit alium: & ſimiliter in ſecundo modo, quia in eadem hierarchia quidam ſunt primi, qui reducunt medios & vltimos ordines eiuſdem: & ſimiliter in eodem ordine, ſecundum quod vnus eſt maioris capacitatis ad participationem doni quam alter: ſi autem eſſent eiuſdem capacitatis, hoc non poſſet eſſe. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd in Angelis nullus ſit æquipotens alterius: vbi enim æqualitas, non ſaluatur ordo hierarchiæ, qui ponit ſuperpoſitionem vnius ad alterum: ſed omnes Angeli ſunt in ordine hierarchiæ: ergo nullus eſt æquipotens alterius. C Dubium 1.

2 Ad idem, Sicut dicit Magiſter in ſententiis, ſecundum quòd Angeli differunt in naturalibus, ſic differunt etiam in donis gratiarum, cum non poſſit eſſe differentia ſecundum conatum, cum meritum in eis non præcedat præmium: ſed nullus eſt eiuſdem naturæ vel ſpeciei cum altero: ergo nullus eſt æquipotens ſecundum dona accepta. Probatio mediæ: id enim cuius potentia tota eſt in ipſo, non communicat in potentia cum aliquo quod eſt extra ipſum: tam enim aliquid extra ipſum eſſet in potentia, ad ipſum, & ſic non tota ſua potentia eſſet intra ipſum: ſed Angeli potentia tota eſt intra ipſum: non enim quod eſt in alio Angelo vel in aliquo corpore, eſt in potentia ad actum Angeli: quia ſic tran mutarentur ad inuicem: ergo Angelus non communicat in potentia cum alio Angelo: & ſic eorum non erit potentia vna, cum idem actus non poſſit eſſe diuerſarum potentiarum.

3 Ad idem, Natura non multiplicatur in pluribus indiuiduis quæ ſufficienter & perfectè poteſt ſaluari in vno, eſſet enim ſuperfluum: ſed natura Angeli perfectè eſt in vno, cum nihil plus de ſubſtantialibus ſit in duobus indiuiduis, quam in vno, & poteſt ſaluari in illo, cum non timeatur defectus naturæ in eis per corruptionem, propter quod multiplicatur natura in corruptibilibus per plura indiuidua: ergo in eis vna natura inuenitur in pluribus: & ſic idem quod prius.

4 Ad idem, Quorumcunque eſt natura vna, eſt idem quo communicatur natura illa, ſicut generatiua in equis & hominibus: ſed ſic non eſt in Angelis: ergo vna natura communis non multiplicatur in pluribus: & ſic idem quod prius.

5 Ad idem, Incorruptio in incorruptibilibus facit non eſſe plura eiuſdem naturæ in ſpecie, ſicut omnes ſtellæ differunt, vt dicunt Philoſophi, & vt patet ex diuerſis eorum effectibus: ergo eadem ratione in ſpiritualibus, cum Angeli ſint incorruptibiles, non participabunt plures vnam naturam in ſpecie: ergo idem quod prius.

6 Ad idem, Philoſophi ponentes intelligentias, non poſuerunt plures in ordine vno & natura vna, cum pluralitas non poſſit eſſe ex parte ſuperiori, cum lumen deſuper irradians ſit ſimplex & vnum: nec iterum ex parte mobilis, cum ſit vnum: cum igitur Angeli ſint

intellectualis naturæ, videtur quòd plures non ſint eiuſdem ſpeciei: & ſic nec æquipotentes ſecundum dona gratiarum.

Ad oppoſitum, Quorum eſt perfectio vna ſecundum ſpeciem, ſunt vnius ſpeciei: ſed contemplari Deum per ſpeciem ſecundum vnam rationem ſpeciei eſt perfectio plurium, imò omnium Angelorum: ergo ſunt eiuſdem ſpeciei.

2 Ad idem, Quorum ſimile eſt vnum in ſpecie, & ipſa ſunt vnum in ſpecie: ſed homo eſt ſimilis Angelo in perceptione beatitudinis, quia eadem eſt menſura hominis & Angeli. Apoc. 21. cum igitur omnes homines ſint vnius ſpeciei, ita etiam erit in Angelo.

3 Ad idem, Sicut ſupradictum eſt, bonitatis proprium eſt rerum productio: cum igitur in Deo ſit ſumma abundantia bonitatis, videtur quòd multiplicando eandem naturam in pluribus producat nobiliſſimas ſubſtantias, ſcilicet Angelos.

4 Ad idem, Sicut dicit Boëtius. Omne donum in commune deductum iocundius poſſidetur: ſed quantò communicantium eſt maior inconformitas in natura, maior eſt iocunditas: ſed nihil iocunditatis eſt ſubtrahendum communioni qua Angeli communicant Deum: ergo ſunt plures in eadem natura ſecundum ſpeciem.

Solutio. Dicimus, quòd ex ſuperiori quæſtione eſt expeditum, quòd Dionyſius intendit hic æquipotentes dicere non ſimpliciter ſecundum quod ſunt in vna hierarchia: aliter enim eſſet contrarius ſibi, cum inferius dicat, nullum æquipotentem alterius. Sed de hoc, verum poſſint eſſe eiuſdem ſpeciei, multiplex eſt opinio. Quidam enim dixerunt, quòd omnes Angeli & etiam rationales animæ ſunt eiuſdem ſpeciei: ſed hoc ridiculum eſt, cum de eſſe animæ ſit, quod ſit actus corporis, licet communicat in genere ſpiritualis naturæ. Quidam verò dicunt Angelos qui ſunt in eadem hierarchia, eſſe vnius ſpeciei. Alij verò adhuc probabilius eos qui ſunt eiuſdem ordinis, eſſe eiuſdem ſpeciei: eos verò qui ſunt in eadem hierarchia, eſſe in eodem genere propinquo: omnes autem eſſe in vno genere remoto, ſcilicet ſpiritualis naturæ. Quidam verò dicunt, quòd omnes differunt ad inuicem ſecundum ſpeciem: & hoc eſt neceſſarium, ſi ſequimur rationes Philoſophorum, cum tamen nullum inconueniens ſecundum fidem contineat, vnde ſuſtinendo hanc, cui etiam Dionyſius conſentire videtur, & conceſſis primis, ſoluendum eſt ad quatuor vltima.

Ad primum dicendum, quòd viſio Dei non eſt perfectio quæ ſit de eſſentia naturæ angelicæ, ſed eſt conſequens ſpeciem: & à tali perfectione non eſt identitas in ſpecie.

Ad ſecundum dicendum, quòd homo non eſt ſimilis Angelo in eſſentialibus naturæ, ſed in his quæ conſequuntur ſpeciem, vt eſt gratia & gloria: & propter hoc non ſequitur.

Ad tertium dicendum, quòd bonitatis diuinæ non eſt producere aliquid præter ordinem ſapientiæ, quod eſſet ſi produceret vnam naturam communem ſpiritualem multiplicatam in pluribus indiuiduis: eſſet enim hoc ſuperfluum, cum natura ſufficienter & perfectè ſaluetur in vno.

Ad quartum dicendum, quòd conformitas naturæ facit communiorem iocunditatem in donis, quando eſt periculum ſalutis ſpeciei, propter corruptionem ſi eſſet tantum in vno: vnde iocundatur ex hoc quod ſaluetur in pluribus, ſicut etiam in actu propagationis eſt admixta delectatio propter ſalutem ſpeciei: in Angelis autem propter incorruptionem ſufficienter ſaluatur in vno: & ideò non diminuitur ex hoc ad iocunditates, maximè cum habeat conformes in genere participes eiuſdem gaudij.

Si tamen velimus ſuſtinere, quòd omnes eiuſdem ordinis ſint eiuſdem ſpeciei, tunc dicendum ad primum, quòd non requirit ordo hierarchicus inæqualitatem in his quæ ſunt eiuſdem ordinis, ſed in diuerſis ordinibus vel hierarchiis. Sed hoc videtur eſſe contra Dionyſium qui dicit infra, nullum alteri æqualem eſſe. Ad hoc dicunt, quòd non eſt inæqualitas ſpeciei capacitatis: in eadem enim ſpecie poteſt eſſe maior & minor capacitas eſſentiæ, perſpicacitatis & intelligentiæ, ſicut etiam eſt in animabus: ſed quod & iſta diuerſitas non cauſetur ad corpus diuerſimodè diſpoſitum vel ex diuerſitate naturæ proueniente ex diuerſitate eſſentialis principij, quæ facit diuerſitatem in ſpecie, difficile vel impoſſibile eſt fingere.

Ad ſecundum dicendum, quòd verum eſt in corporalibus quod quæ non communicant in potentia, non ſunt eiuſdem ſpeciei, in quibus diuerſificantur ex diuerſa diſpoſitione materiæ: ſed in ſpiritualibus eſt eadem ſpecies in pluribus, non propter diſpoſitionem materiæ, ſed propter multiplicationem officij: decet enim curiam cæleſtem, vt multi Deo ſeruiant in eodem officio.

Ad tertium dicendum, quòd non multiplicatur ſpecies in Angelis propter conſeruationem, ſed propter multiplicationem officij. Et ſimiliter dicendum ad quartum.

Ad quintum dicendum, quòd ſtellæ non multiplicantur in vna ſpecie: quia eſſet ſuperfluum, cum per diuerſos ſitus in propinquitate vel remotione ab alia ſtella faciat diuerſam figuram in cælo: & ex hoc procedant diuerſi effectus in generabilibus & corruptibilibus, ſed decens eſt vt plures in vno officio obſequantur Deo.

Ad ſextum dicendum, quòd falsò ponebant intelligentias coniunctas motui: & ideò cum per motum vnius mobilis vnus motor ſufficiat ad plures effectus propter diuerſos ſitus, non oportet eſſe plures motores in vno ordine: ſed nos ponimus Angelos non coniunctos motui, ſed ſeruire Deo in ſpiritualibus officiis: & ideò ratione prædicta debent eſſe plures.

Video autem, quia & diuinum 8.
Chriſti humanitatis myſteriũ Angeli primum docuere, deinde per ipſos in nos ſcientiæ gratia deſcendit. Sic igitur diuiniſſimus Gabriel Luc. 1.
Zachariam quidem ſummum ſacerdotem edocuit myſteria, hoc eſt,

eſt, Prophetam fore ex ipſo contra ſpem, gratia diuina naſciturum puerũ diuinitus & ſalutariter mundo manifeſtandæ virilis Ieſu diuinę
Ibidem. operationis. Mariam quoque quomodo in ipſa foret diuinum ineffabilis diuinæ formationis myſterium. At alius Angelorum Ioſeph erudiebat, quomodo verè implerentur diuinitus promiſſa progenitori Dauid. Alius verò paſtores tanquam multorum reditu & ſilentio purgatos euangelizauit: & cum eo multitudo exercitus cæleſtis, illam valdè laudabilem tradebant his qui in terra ſunt, doxologiam. Reſpiciamque ad excellentiſſimas eloquiorum luminis apparitiones. Video enim, quòd & ipſe Ieſus ſupercæleſtium eſſentiarum ſupereſſentialis eſſentia, ad id quod ſecundum nos eſt immutabiliter veniens, non reſilit à ſe ordinata & aſſumpta humana ordinatione, ſed obediens
Matth. 2. ſubditur Patris & Dei per Angelos diſpoſitionibus, & per medios ipſos annuntiatur Ioſeph, à Patre diſpoſita filij ad Ægyptum receſſio, & iterum ad Iudæam ex Ægypto tranſductio. Et per Angelos ipſum videmus ſub Patris legiſlationibus ordinatum. Inſto enim dicere (vt ſcienti noſtris ſacerdotalibus traditionibus expreſſa) & de Angelo
Luc. 22. ipſum Ieſum confortante. Aut quia & ipſe Ieſus per noſtram ſalutarem, beneficam, & manifeſtatoriam veniens ordinationem, Angelus magni conſilij appellatur. Etenim vt
Iſa. 9. vt ipſe Angelus dixit, quæcunque audiuit à Patre, annuntiauit nobis.
Ioan. 15.

* *
*

DIVISIO ET expoſitio textus.

Ideò autem, &c.

A Hic ſecundo probat, quòd per Angelos deſcendant illuminationes in nos per primordia nouæ legis hoc modo. Illuminationes de myſterio incarnationis quæ ſunt nobiliſſimæ & nobiliſſimis factæ, factæ ſunt miniſterio Angelorum: ergo multò magis aliæ. Et circa hæc duo facit. Primo ponit rationem. Secundo monſtrat per ſex exempla, ibi, *Sic ergo diuiniſſimus.* Litera ſic legatur. Diximus lationem veteris legis veniſſe ad nos miniſterio Angelorum: *autem*, id eſt, ſed *video* per Scripturas, quòd *Angeli primum docuere*, id eſt, ſunt edocti à Deo: ſic enim eſt in Græco, vt dicit Commentator: vel imbuti, vel inſtructi: *&*, id eſt, etiam *diuinum myſterium*, id eſt, occultum *humanitatis Chriſti, deinde per ipſos*, ſcilicet Angelos, *gratia* huius *ſcientiæ deſcendit in nos* per miniſterium eorum.

DVBIVM.

B Hic eſt dubitatio, Vtrum Angeli primò ſint edocti de myſterio incarnationis. Et videtur, quod non, ſed acceperunt ab hominibus. Dicit enim Apoſtolus Epheſ. 3. Mihi enim omnium ſanctorum minimo. Et infra, vt innoteſcat principibus & poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam. Et loquitur de ſacramento incarnationis. Non ergo Angeli primò de hoc ſunt edocti.

2 Præterea, Gloſſa Hieronymi ſuper hoc dicit: Videte quantum eſt hoc, quia per hoc aliquid accreuit Angelis, qui multa ſecreta in his didicerunt. Et ſic idem quod prius.

3 Præterea, In Pſalmo dicitur: Quis eſt iſte rex gloriæ? Et eſt vox Angelorum quærentium de deſcenſu ad inferos, vt dicit Hieronymus. Item Iſaiæ. 63. quærunt de aſcenſu eius, dicentes: Quis eſt iſte qui venit de Edom, &c Ergo videtur, quòd non prius de his fuerunt edocti.

4 Præterea, Maior poteſt illuminare minorem: ſed quidam ſancti fuerunt maiores quibuſdam Angelis, vt dicitur 1. Corinth. 6. Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus. Et dicit ibi quædam Gloſſa, comparatione. Ergo videtur, quòd aliqui ſancti potuerunt illuminare Angelos.

Ad oppoſitum eſt quod dicit Auguſtinus, ſuper eodem loco, his verbis: Non latuit eos myſterium regni cælorum, quod opportuno tempore reuelatum eſt. Et videtur ibi dicere, quòd Filio Dei innotuit ante ſecula, Angelis à ſeculis, Eccleſiæ in ſeculo. Ergo ipſi primò ſunt edocti.

2 Præterea, Intellectus deiformis eſt lux reſpectu intellectus inquirentis per imaginem & veſtigium: omnes autem Angeli habent intellectum deiformem, quilibet autem homo in hac vita (excepto Chriſto, qui fuit viator & comprehenſor) habet intellectum inquiſitiuum

per

per veſtigium & imaginem: ergo inferior Angelus poteſt illuminare hominem quantumcunque magnum.

Solutio. Dicimus, quòd Angeli à ſeculis ſunt edocti de myſterio incarnationis quantum ad ſubſtantiam facti, & non quantum ad modum ſecundum omnes particulares conditiones, & has per accidens ſciuerunt ab Eccleſia, non tanquam ab ea illuminati, ſed Apoſtolis prædicantibus acceperunt cognitionem eorum ſicut cognitionem omnium ſenſibilium. Et ſic etiam differt Propheta ab Euangeliſta: quia Propheta ſcit ſubſtantiam facti, ſicut paſſionem & incarnationem, ſed neſcit totum modum quo complетur: Euangeliſta vtrumque. Vnde duo vltima concedo, & per hoc patet ſolutio ad auctoritatem Apoſtoli, & Gloſſam Hieronymi: non enim dicunt, quòd ab hominibus ſint illuminati, ſicut dictum eſt. Ad alia duo dicendum, quòd non faciebant Angeli illas quæſtiones hominibus: ſed ſicut dicit Dionyſius, quærebant ab inuicem, vt edocerentur à Chriſto de modo facti, more diſcipulorum qui à Magiſtro ob reuerentiam non quærunt, ſed coram ipſo ab inuicem. Vnde etiam Dominus in perſona ſua reſpondit: Ego qui loquor iuſtitiam, &c.

Ad vltimum dicendum, quòd nullus ſanctorum fuit in hac vita maior Angelo quantum ad ſtatum, ſed fortè quantum ad cauſam, quia tantam gratiam quæ meretur maiorem locum quam Angelus aliquis habeat.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sic igitur, &c.

C HIc incipit ponere exempla, & primum de annuntiatione Zachariæ facta de filio naſcituro. Litera ſic legatur. Diximus, quòd Angeli ſunt edocti de myſterio incarnationis, & per eos nos: *ſic igitur Gabriel diuiniſſimus*, id eſt, in diuinis perfectiſſimus, *edocuit quidem*, id eſt, verè *Zachariam ſummum ſacerdotem myſteria*, id eſt, ſecreta Luc. 1. *hoc eſt*, id eſt, iſta myſteria, ſcilicet *puerum fore naſciturum ex ipſo*, ſcilicet Zacharia, *gratia diuina*, id eſt, virtute Dei, *contra ſpem*, ſcilicet naturæ, quia ea vtero ſenis & & ſterilis. Puerum dico *Prophetam operationis Ieſu virilis diuinæ*. Vna dictio compoſita: vnde & vitioſa eſt translatio: & in Græco habetur θεανδρικῆς: & dicitur ob hoc, quod operatio Chriſti ſimul oſtendit virtutem diuinam & humanam: quòd enim mundauit leproſum, naturæ diuinæ fuit: quod verò tetigit, naturæ humanæ. Operationis dico *manifeſtanda mundo diuinitus*, id eſt, à Deo, *& ſalutariter*, liberando à periculis. *Mariam quoque*. Hic ponit ſecundum exemplum de annuntiatione beatæ Virginis, dicens: *Quoque*, id eſt, & Gabriel edocuit *Mariam quomodo foret futurum in ipſa diuinum myſterium*, id eſt, occultum *diuinæ formationis*, qua ſcilicet Deus formam hominis ſibi aſſumpſit. Formationis dico *ineffabilis*: quia ſupra rationem noſtram. Luc. 1. *At alius*. Hic ponit tertium exemplum de Ioſeph, dicens: *At*, id eſt, ſed *alius* de numero *Angelorum erudiebat*, id eſt, docebat Ioſeph, *quomodo promiſſa Dauid progenitori ſunt*, ſcilicet de fructu ventris tui, &c. *verè complerentur diuinitus*, id eſt, à Deo. Math. 2. *Alius verò*. Hic ponit quartum exemplum de paſtoribus, dicens: *Verò*, id eſt, ſed *alius* Angelus *euangelizauit*, id eſt, euangelizando docuit *paſtores tanquam purgatos receſſu multorum*, id eſt, ex multis, *& ſilentio*, id eſt, præparatos propter hoc quod erant ſecreti à ſocietate hominum & tumultu. Et in hoc tangitur eorum idoneitas: *& multitudo cæleſtis exercitus*, id eſt, angelici *tradebant his qui in terra ſunt*, id eſt, hominibus, *cum eo*, ſcilicet Angelo *illam doxologiam*, id eſt, ſermonem de gloria: doxa enim gloria dicitur, id eſt, gloria in excelſis Deo. Doxologiam dico valdè laudabilem. Luc. 2. *Reſpiciamque*. Hic ponit quintum exemplum de itinere Chriſti in Ægyptum & reditu eius, dicens: *Que*, id eſt, & *reſpiciam ad apparitiones luminis* ſcilicet diuini *eloquiorum*, id eſt, in ſacra Scriptura traditas, *excellentiſſimas*, quia circa ipſum Chriſtum factas. *Video enim* in ſcripturis *quòd &*, id eſt, etiam *ipſe Ieſus eſſentia* cauſaliter, vt ſupra expoſitum eſt, *ſupereſſentialis*, id eſt, ſuper omnem eſſentiam, & ita non eſſentialiter eſſentia *ſupercæleſtium eſſentiarum*, id eſt, Angelorum. Ipſe dico *veniens ad id quod eſt ſecundum nos immutabiliter*: quia quod non erat, aſſumpſit: & quod erat, permanſit. Sic dico *veniens non reſilit*, id eſt, non refugit ordinari *ordinatione humana*, in qua homines ordinantur, *ordinata à ſe*, id eſt, inſtituta & aſſumpta per aſſumptionem naturæ. Vel non refugit ſubire *a ſe ordinata*, id eſt, quæ ſunt ordinata ab ipſo *humana ordinatione*, id eſt, ſecundum ordinationem hominis. *Et* hoc dico *aſſumpta à ſe*, per aſſumptionem humanæ naturæ, *ſed ſubditur diſpoſitionibus Dei & Patris*, id eſt, Dei Patris. Copula enim notat diuerſitatem rationis, & non ſuppoſiti. Subditur dico *obediens factus*, & hoc vſque ad mortem. Philip. 2. & hoc *per Angelos*, id eſt, miniſterio eorum, *&*, id eſt, etiam *receſſio filij*, id eſt, Chriſti, *ad Ægyptum diſpoſita à Patre annuntiatur Ioſeph per medios ipſos*, id eſt, Angelos miniſtros, *& iterum* ſimiliter annuntiatur *transductio*, id eſt, reductio eiuſdem *ad Iudæam ex Ægypto*. Matthæi 1. & *vidimus ipſum*, ſcilicet Chriſtum *ordinatum per Angelos* miniſtros *ſub lationibus legis paternis*, id eſt, Dei Patris: quia non venit ſoluere legem, ſed adimplere. Math. 5. vel *paternis*, id eſt, Ioſeph & Mariæ: quia erat ſubditus illis. Luc. 2. *Intelo enim*. Hic ponit ſextum exemplum de Angelo confortante Dominum, dicens: *Enim*, id eſt, quia *inſto* adhuc exemplis *dicere* tibi *et ſcienti* ea quæ ſunt *expreſſa noſtris ſacerdotalibus traditionibus*, id eſt, in Scripturis ſacris noſtro ſacerdotio traditis, quia vterque Epiſcopus erat: *&*, id eſt, etiam *de Angelo confortante ipſum Ieſum*. Luc. 22.

DVBIA.

D Hic ſunt duo dubia. Primum, Vtrum circa Chriſtum fuerit cura angelica. Secundo, Vtrum receperit illuminationem ab Angelis.

Circa primum ſic proceditur. Maioris eſt habere curam de minore: ipſe autem ſemper fuit maior quolibet Angelo: ergo de ipſo non fuit cura angelica. Dubium 1.

2 Præterea,

2 Præterea, Fortior non confortatur à minus forti: Chriſtus autem fortior fuit quolibet Angelo: ergo non fuit confortatus per Angelum.

3 Præterea, Cura habetur de aliquo ab Angelo, vt caueatur ſibi à peccato: Chriſtus autem impeccabilis fuit: ergo de ipſo non fuit cura angelica.

4 Ad idem, Math. 4. ſuper illud, Angelis ſuis Deus mandauit de te, dicit Gloſſa, quòd diabolus peruersè intellexit de capite quod dictum eſt de membris: ergo videtur, quòd peruerſum ſit dicere, quòd Angeli habeant curam de ipſo.

Solutio. Dicimus, quòd eſt cura eſſentialis & ſimplex, quam Angelus habet de aliquo vt caueat ſibi à peccato & de periculis: & ſic non habuerunt curam Angeli de Chriſto, ſed per accideos tantum, inſtruendo illos quorum curæ ſecundum carnem ſubditus erat. Ipſe enim per ſe nolebat eos inſtruere, volens in infantili ætate infantilia opera oſtendere, ne putarent phantaſma eſſe, & non verus homo. Angelus autem dicitur confortaſſe eum: vel quia ad modum confortantis ſe habuit, vel quia miniſterium confortationis ei exhibuit, miniſtrabant enim ei, licet de ipſo curam non haberent, vt dicitur Math. 4. Et acceſſerunt Angeli & miniſtrabant ei. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

E CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur,
Dubium 2. quòd ab Angelis Chriſtus potuit illuminari: quicunque enim poteſt creſcere in ſcientia, poteſt illuminari ab alio: Chriſtus potuit creſcere in ſcientia, vt dicitur Luc. 2. ergo potuit illuminari ab Angelo.

2 Præterea, Diſpoſitiones quibus ſubdebatur, videntur eſſe illuminationes.

3 Item Hebræn. 2. dicitur, quòd minoratus eſt ab Angelis. Ergo potuit ab eis illuminari, cum minor à maiore illuminetur.

Solutio. Dicimus, quòd Chriſtus nullo modo fuit illuminatus ab Angelis, ſed omnes illuminationes immediatè recipiens à deitate ſibi vnita.

Ad primum ergo dicendum, quòd Chriſtus non potuit creſcere in habitu alicuius ſcientiæ, ſed tantum in ſcientia experimentali conuertendo ſe ad quædam ſcibilia quæ prius non viderat, & ad huiuſmodi crementum ſcientiæ non eſt illuminatio, cum experimentum ſit circa ſcibilia, vt dicit Philoſophus.

Ad ſecundum dicendum, quòd illæ diſpoſitiones non fuerunt factæ per Angelos immediatè ad ipſum, ſed mediantibus his quorum curæ infantia regebatur.

Ad tertium dicendum, quòd non eſt minoratus ab Angelis ſecundum intellectum, ſed ſecundum paſſibilitatem aſſumptam, ſicut ibidem dicitur.

EXPOSITIO TEXTVS.

Aut quia & ipſe, &c.

F HIc ponit tertiam probationem, quæ talis eſt. Ex quocunque actu ſortitur quis nomen alterius, ille eſt proprius actus Angelorum. Litera ſic legatur. Patet ex dictis, quòd Angeli nos illuminant, *aut* etiam ex hoc, *quia & ipſe Ieſus veniens* in mundum *per noſtram ordinationem*, id eſt, ordinatus vt homo, *ſalutarem*, prout per eam à periculis æternę mortis liberati ſumus, *beneficam*, prout per hoc dona gratiarum accepimus, *& manifeſtatoriam* prout per ipſam manifeſtata ſunt nobis quæ occulta erant in lege & Prophetis: ſic dico veniens *appellatur Angelus magni conſilij*. Iſaiæ 9. loco cuius noſtra litera habet conſiliarius: & hoc ideò, *etenim*, id eſt, quia *vt*, id eſt, ſicut *ipſe* ſcilicet Ieſus, *angelicus*, id eſt, habens nomen Angeli *dixit* Ioan. 15. *Quæcunque* pertinentia ad ſalutem *audiui a Patre*, id eſt, naſcendo accepi, *annuntiaui vobis*: aliqua enim non omnia annuntiauit, vt de die iudicij. Actuum. 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora, &c.

CAPVT V.

Quare omnes cæleſtes eſſentiæ communiter Angeli dicuntur.

HÆc quidem eſt (quantum ad nos) cauſa angelicæ in eloquiis cognominationis. Scrutari autem (vt æſtimo) oportet, ob quam cauſam Theologi omnes quidem ſimul cæleſtes eſſentias Angelos vocant. Ad manifeſtationem autem venientes ſupermundalium ipſarum diſpoſitionum, ordinem angelicum ſpecialiter nominant, completiuè terminantem diuinas & cæleſtes res. Ante ipſum verò ſuperpoſitè archangelicos ordinant ornatus, principeſque & poteſtates & virtutes, & quaſcunque his ſuperfirmatas eſſentias eloquiorum cognoſcunt manifeſtatoriæ traditionis. Dicimus autem, quia per omnem ſanctam diſpoſitionem, excellentes quidem ordines habent inferiorum diſpoſitionum illuminationes & virtutes, non autem participantes excellentium ſe ſunt vltimi. Igitur ſanctiſſimos excellentiſſimarum eſſentiarum ordines Angelos vocát Theologi. Etenim ſunt manifeſtatores 1.

Pſal. 102. & Match. 25.

& ipſi

& ipſi diuinę illuminationis. Ordinem verò extremum animorum cæleſtium, non habent rationem archas aut Thronos aut Seraphin nominandi. Neque enim eſt in participatione excellentiſſimarum virtutum. Sed ſicut ipſe noſtros diuinos ſummos ſacerdotes reducit ad cognitos ei diuinitatis fulgores, ſic & ante ſe eſſentiarum adhuc * immundæ virtutes reducunt, & ad diuinum ſunt conſummantis angelicas hierarchias diſpoſitionis. Niſi quidem quis & hoc dixerit communes eſſe omnes angelicas nominationes, ſecundum omnium cæleſtium virtutum in deiforme, & ex Deo datum lumen ſubiectionem & ſupereminentem communicationem. Sed vt magis à nobis ratio dijudicata ſit, conſiderabimus ſacrè in eloquiis expreſſas ſanctas & decoras proprietates vniuſcuiuſque cæleſtis diſpoſitionis.

* Omninò ſacræ.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Hæc quidem eſt quantum ad nos cauſa, &c.

A IN præcedenti capitulo oſtendit quæ ſit angelica hierarchia, quoniam illa quæ primò recipit illuminationes à Deo, & defert eas ad nos, ediſſerens per hoc nominis rationem. In iſto vero capitulo oſtendit, quare hoc nomen, Angelus, communiter omnibus attribuatur à Scripturis. Diuiditur autem in tres partes. In prima continuat ſe ad præcedentia. In ſecunda oſtendit propoſitum, ibi, *Scrutari autem, vt æſtimo, &c.* In tertia prælibat quædam quæ dicenda ſunt in ſequentibus, oſtendens neceſſitatem ſequentis partis, ibi, *Sed vt magis a nobis ratio.* Litera ſic legatur. Diximus, quòd Angeli eò quod primò accipiunt illuminationes à Deo & eas ad nos deferunt, Angeli dicuntur: & propter hoc etiam Ieſus eſt Angelus dictus: *& hæc quidem*, id eſt, certè, *quantum ad nos*, id eſt, ſecundum opinionem noſtram *eſt cauſa cognominationis angelicæ in eloquiis*, id eſt, quare à ſacra Scriptura ſic vocantur. *Scrutari autem.* Hic oſtendit propoſitum. Et diuiditur in tres partes. Primò enim ponit quæſtionem. Secundò vnam ſolutionem, ibi, *Dicimus autem.* Tertiò ponit aliam, ibi, *Niſi quidem quis, &c.* Litera ſic legatur. Hæc eſt ratio angelica nominis: *autem*, id eſt, ſed *vt æſtimo*, id eſt, ex diſpoſitione ſcripturæ coniicio, *oportet ſcrutari ob quam cauſam Theologi* ſacra dicentes *quidem*, id eſt, certè, *ſimul*, id eſt, pariter *omnes cæleſtes eſſentias vocant Angelos. Ad manifeſtationem autem.* Incipit ponere rationem dubitationis. Theologi *venientes ad manifeſtationem ipſarum diſpoſitionum*, id eſt, ordinationum *ſupermundalium*, id eſt, ſuper mundum noſtrum exiſtentium, *ſpecialiter nominant ordinem angelicum terminantem completiuè res*, ſcilicet hierarchicas, *diuinas* quantum ad lumen diuinum, *& cæleſtes* quantum ad locum congruentem, id eſt, illum ordinem in quo ſtant completæ, & vltra inferius non procedunt, ſcilicet vltimum ordinem & infimum. *Verò*, id eſt, ſed ipſi *ordinant ante* ipſum ordinem angelicum *ſuperpoſiti*, id eſt, ex parte ſuperiori, *angelicos ornatus*, id eſt, illos ordines qui ſecundum diſpoſitionem hierarchicam ornantur nobiliſſimis donis, vel ornatus *archangelicos*, id eſt, ordinem Archangelorum qui ſupra eum immediatè ordinatur: *que*, id eſt, &, *principes*, id eſt, ordines principatuum, *& poteſtates & virtutes*, & ordinant *eſſentias ſuperfirmatas his*, id eſt, firmiter ordinatas ſuper prædictos ordines, *quaſcunque*, ſcilicet, eſſentias *traditiones eloquiorum*, ſcilicet, ſacræ Scripturæ *manifeſtatoria*, id eſt, manifeſtantes nobis diuina, *cognoſcunt*, id eſt, cognoſcere faciunt: & hoc ideò dicit, quia non omnia traduntur in ſcripturis pertinentia ad ordines eorum, multa enim etiam ipſos latent ſoli Deo cognita, nec dum tradente ſacra Scriptura. Eſt ergo ratio dubitationis, cum ſit nomen vnius ordinis, quare omnes ſic dicuntur. *Dicimus autem, &c.* Hic ponit primam ſolutionem, dicens: *Autem*, id eſt, ſed aduerſatiuè prædictis, nos *dicimus*, ſoluendo, *quia per omnem ſanctam diſpoſitionem*, id eſt, in qualibet ſancta ordinatione eſt hoc quod *ordines excellentes*, id eſt, ſuperiores *quidem*, id eſt, certè *habent illuminationes* quantum ad cognitiuam, *& virtutes* quantum ad actiuam, *inferiorum diſpoſitionum*, id eſt, ordinum: *autem*, id eſt, ſed *vltimi ordines non ſunt participantes excellentiorum ſe*, id eſt, eorum qui excedunt eos, & hoc participando dona eorum: *igitur* propter hoc *Theologi ſanctiſſimos ordines excellentiſſimarum eſſentiarum*, id eſt, ſuperiorum, *vocant* Angelos. *Etenim*, id eſt, quia *etiam ipſi*, ſcilicet ſuperiores *ſunt manifeſtatores diuinæ illuminationis* inferioribus, cum habeant quod eſt inferiorum: *verò*, id eſt, ſed Theologi *non habent rationem nominandi*, id eſt, qua nominare deceat *extremum*, id eſt, infimum *ordinem cæleſtium animorum*, id eſt, intellectuum, *archas*, id eſt, principes, *aut Thronos, aut Seraphin: neque enim* ſcilicet extremus ordo *eſt in participatione excellentiſſimarum virtutum*, id eſt, donorum quæ ſunt in ſuperioribus: *ſed ſicut ipſe* ordo infimus *reducit ad diuinos fulgores*, id eſt, illuminationes *cognitos ei* ordini *noſtros*, id eſt, noſtræ hierarchiæ *ſummos ſacerdotes*, ſcilicet qui ſuper alios ſunt aliis ſacra dantes, *diuinos*, id eſt, diuina ſapientes: *ſic & ad huc* procedentes vltra *immunda*, id eſt, valdè munda. In Græco enim [illegible] quod eſt valdè ſacrum vel omninò, quod tranſlator edidit [illegible] quod eſt non ſacrum. Vnde tranſlatio vitioſa eſt. *Virtutes eſſentiarum ante ſe*, id eſt, quæ ſunt ſupra ipſum, *reducunt*, eum, & illos ſuperiores

ſuperiores virtutes *ſunt diſpoſitionis*, id eſt, ordinis *conſummantis*, id eſt, perficientis *angelicas hierarchicas*, id eſt, ordinem angelicum *ad diuinum* lumen: quia in ipſo perficiunt inferiores. *Niſi quidem, &c.* Hic ponit ſecundam ſolutionem, dicens: Ita quidem ſoluendum eſt, *niſi quidem quis*, id eſt, aliquis *&*, id eſt, etiam *dixerit & hoc*, *omnes angelicas nominationes eſſe communes*, id eſt, omnibus communiter conuenire, *ſecundum ſubiectionem & communicationem ſupereminentem omnium cæleſtium virtutum in deiforme*, id eſt, Deo conformans quantum ad reductionem, *& datum ex Deo lumen*, quaſi exemplarum, id eſt, propter hoc omnes dicuntur Angeli, quia omnes communicant diuinum lumen ſecundum ordinem ſubiectionis & ſupereminentiæ ad inuicem, ita quod ſubiectis ab eminentibus nuntiatur.

D V B I A.

HIC SVNT duo dubia. Primò de cauſa huius communis nominationis. Secundò de hoc quod dicit, quòd inferiores non participant dona ſuperiorum.

Dubium 1. CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quod non propter hoc omnes dici debent Angeli: quia cum ſint inferiores, ſuperiores habent id quod in eis eſt: ſicut enim dicit Grego. vnuſquiſque ordo denominatur à dono quod plenius accepit in munere inter alios: ſed non omnes poſſunt pleniſſimè habere vnum donum in munere: ergo non omnes poſſunt dici vno nomine.

. Præterea, Sicut omnes ſe habent ad Angelos in habendo donum eorum, propter hoc quod ſuperiores ſunt eis: ita etiam ad Archangelos, principatus, & virtutes, & omnes ſuperiores eis, & ſic de aliis: ergo eadem ratione deberent vocari nomine omnium inferiorum.

3 Præterea, Quod eſt in inferioribus, eſt etiam in ſuperioribus eminenter: ſi igitur ſuperiores dicuntur Angeli propter donum inferiorum quod habent, deberent magis Angeli propriè dici, cum plenius donum à quo imponitur nomen, poſſideant.

4 Præterea, Supremi ordines nunquam ad exterius mittuntur, vt ipſe dicit: cum igitur Angelus dicatur nuntius, nuntius autem ſemper mittitur ad diſtans, videtur quòd ſuperiores non debent dici Angeli.

5 Præterea, Primi tres ordines accipiuntur ex eo quod eſt motus in Deum, qui perficitur tribus, amore, iuxta quod accipiuntur Seraphin: ſcientia, iuxta quod accipiuntur Cherubin: & comprehenſione qua habent in ſe ipſum Deum, iuxta quod ſumuntur Throni, ſecundum quod etiam ſumuntur tres dotes animæ. Angelus autem dicit motum ad inferius. Ergo non videtur hoc nomen conuenire primis ordinibus.

6 Præterea, Nomina eorum imponuntur ſecundum immediatè à Deo aſſiſtere. Seraphin enim dicuntur ab ardore amoris. Cherubin à plenitudine ſcientiæ. Throni à quiete Dei in ipſis. Quæ omnia dicunt relationem ad Deum, & non ad inferiora. Cum igitur Angelus dicatur ſecundum relationem ad inferiora, videtur quòd non debeant dici Angeli.

7 Præterea, Nomen quod communiter conuenit multis, debet dicere naturam in qua vniuntur, vel donum naturæ communis perfectiuum: ſed Angelus non dicit naturam omnium ordinum in communi, neque perfectionis naturæ: ergo non debent eſſe nomen omnium.

Solutio. Dicimus, quòd iſtæ cauſæ quas ponit, ſic ordinantur, quòd prima dicit rationem conuenientiæ tantum, ſecunda verò dicit, propter quid: vnde ſecunda complet primam. Ratio autem conuenientiæ eſt, quod Angelus dicit diſpoſitionem hierarchicam, vt ſupponit ex præcedenti capitulo: & hæc non tantum eſt in inferioribus, ſed communiter in omnibus: vnde ſi deberent communiter nominari, hoc erit commune eorum nomen, dicens communem perfectionem communis naturæ eorum, quæ eſt diſpoſitio hierarchica. Imponitur tamen ſpeciali ordini vt proprium nomen, licet dicat donum commune: quia vltimus ordo non addit aliquod donum nobilitatis ſuper communem diſpoſitionem, cum omnes alij addant ſpecialia dona nobilia: & ideò nomen commune retinent ſibi propter priuationem ſuperiorum donorum, ſuperioribus ordinibus denominatis à nobilioribus donis, ſicut diffinitio & proprium, quia conuerſim prædicantur, vtrumque dicitur proprium, quia verò diffinitio ſuper hoc addit conuerti per eſſentialia, quod eſt nobilis conditio, commune nomen factum eſt alterius proprium, ſecundum priuationem nobilioris conditionis, quia nullam addit, & hoc eſt ſibi proprium.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnes dicuntur Angeli, non tanquam à dono excellentiori, cum ſecundum hoc ſingulari habeant propria nomina, ſed tanquam ab eo quod communiter ineſt: propriè tamen dicitur de vno ordine cui proprium eſt ſuper commune nihil addere nobilitatis.

Ad ſecundum dicendum, quòd medij ordines habent ſpecialia dona ſuperaddita communi à quibus denominantur: & ideò non eodem modo ſe habent ſuperiores ad eos, ſicut omnes ad inferiores: quia ſuper commune nihil ſuperaddunt.

Ad tertium dicendum, quòd ſuperiores non magis propriè habent diſpoſitionem hierarchicam quam inferiores, & communiter omnes, licet ſuperius collocentur in ea per nobilius donum à quo habent nomen.

Ad quartum dicendum, ſicut dicit Auguſtinus in quarto de Trinitate, Mittitur nuntius ad eum qui diſtat: mittitur autem Filius & Spiritus ſanctus ad reuocandum rationalem creaturam & ſanctificandum, & non ſolum ad ſaluandum homines, ſed & Angelos. Sic igitur miſſio eſt ad exterius & diſtans, non tamen per ſimilitudinem culpæ, ſed confuſionis intellectus ex potentialitate eius. Alias Filius non mitteretur ad Angelos. Similiter quando mittitur à Deo nuntius in diuerſitate eſſentiæ, non oportet, quòd exeat exterius per miniſterium ad nos, quod negatur de ſuperioribus, ſed ſufficit ad rationem miſſionis ad purgandum inferiores à confuſionis diſſimilitudine, vt in 3. c. exponitur.

Ad quintum dicendum, quòd diſtinguuntur per ordines primos motum in Deum tanquam ab

eo quod nobilius habent. Per hoc tamen non excluditur, quin ſe habeant in ordine hierarchico ad inferiores. Et ſimiliter dicendum ad ſextum.

Ad ſeptimum dicendum, quòd hoc nomen, Angelus, dicit donum quo perficitur natura in communi ſecundum diſpoſitionem hierarchicam: & ideo conuenit communiter.

C Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur

Dubium 2. enim, quòd inferiores habeant dona quibus nominantur ſuperiores: & ita erit ratio qua poterunt nominari nominibus ſuperiorum. Primus enim ordo, ſcilicet ſeraphin denominatur à charitate quam omnes quidem communiter habēt, vt dicit Grego & ipſe dixit ſupra 4. c. quòd ſunt intenti in conformatione diuini & inflexibilis amoris: ergo omnes poſſunt nominari Seraphin.

2 Præterea, Cum nullus nuntiet niſi quæ ſcit, omnes autem nuntiant inferioribus Angelis, vel hominibus: ergo omnes habent donum ſcientiæ à quo dicuntur Cherubin.

3 Præterea, Felicitas eſt per quietem alicuius in Deo & Dei in ipſo: cum igitur omnes ſint felices, omnes habent huiuſmodi quietem, & ab illo dicuntur throni: omnes ergo dici poſſunt throni: & ſic inferiores nominibus ſuperiorum nominari poſſunt.

4 Præterea, Vnumquodque denominatur à nobiliori: cum igitur inferiores habeant charitatem & ſcientiam, quæ ſunt dona nobiliora, denominari debent ab illis.

Solutio. Dicimus, quòd circa nomina ordinum Angelorum tria ſunt attendenda. Primò, quòd quicquid habent inferiores, habent ſuperiores eminenter, ſicut eſt in quolibet ordine tam Eccleſiaſtico quam naturali, vt patet in potentiis animæ. Secundò, quòd illud quod eſt in ſuperioribus, eſt in inferioribus, ſecundum quandam obſcuram reſonantiam, & non participant ea in ea nobilitate ſecundum quam ſunt in ſuperioribus, & propter hoc dicit non habere inferiores, quæ ſuperiorum ſunt: & propter hoc etiam non poſſunt nominari ab eis: ſicut aqua licet participet per calefactionem aliquid de calore ignis, non tamen poteſt dici ignis, ſi hoc nomen ſit impoſitum ab excellentia caloris. Et propter hoc etiam ratio non dicitur ſimpliciter intellectiua, quia participat lumen intellectualem, obumbratum continuo & tempore. Tertiò quia nomina ordinum ſumuntur ſecundum gradus donorum, & ideo licet ſuperiores habeant omnia dona inferiorum eminenter, tamen denominantur à primo & procedunt ſecundum ordinem in ſecundo dono, & ſic deinceps. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sed vt magis, &c.

Hic prælibat quæ dicenda ſunt in ſequentibus, oſtendens neceſſitatem ſequentis partis, & dicens: Poſuimus communia angelicæ hierarchiæ, *ſi[illegible] ſiderebimus ſanctas & nec[illegible]as*, id eſt, dicentes eos, *proprietates vniuſcuiuſque diſpoſitionis*, id eſt, ordinis *cæleſtis*, *expreſſas* dico proprietates *ſacrè in eloquiis* ſacræ Scripturæ, & hoc *vt ratio* cognitionis eorum *magis ſit diiudicata*, id eſt, certificata *à nobis*: quod enim ſcitur tantum in communi, ſcitur imperfectè & in potentia: perfecta autem eſt cognitio Dei, quæ habetur per propria eius.

CAPVT VI.

Quæ prima cæleſtium eſſentiarum diſpoſitio, quæ media, quæ vltima.

Qvanti quidem ſunt & quales ſupercæleſtium eſſentiarum ornatus, & quomodo ſecundum eos hierarchiæ perficiuntur, ſolam diligenter ſcire dico contemplatiuam eorũ perfectionis principem. Adhuc & eos ignorare proprias virtutes & illuminationes, & ſuam ſacram & ſuperornatam ordinationem. 4.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Quanti quidem ſunt & quales, &c.

Determinatis in ſuperioribus communibus hierarchiæ, incipit hîc tradere eorum propria. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat propria hierarchiæ. In ſecunda determinat dubia quæ ex determinatis oriri poſſent, & incipit in. 11. c. ibi. *His autem diffinitis.* Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ordinat ſingulas hierarchias per propria eorum. In ſecunda oſtendit ordinem totius angelicæ ſynagogæ, ſimul colligendo quæ dixerat, ibi, in 10. c. *Connexa eſt itaque, &c.* Prima iterum diuiditur in duas. In prima diuidit hierarchias. In ſecunda de vnaquaque per ſe determinat diuidendo per ordines ſecundum propria ſingulorũ, & incipit in 7. c. ibi, *Hunc nos recepturi, &c.* Præſens autem. c. diuiditur in duas partes. In prima oſtēdit difficultatem materiæ. In ſecunda diuidit hierarchias, ibi, *Omnes Theologia cæleſtes.* Circa primum duo facit. Primò oſtendens difficultatem materiæ dicit ſoli Deo omne perfectum eſſe cognitum. Secundò oſtendit ex quibus procedendum eſt in iſto opere, ibi, *Impoſſibile eſt, &c.* Litera ſic legatur. Ita determinandæ ſunt proprietates cæleſtium diſpoſitionum, *quidem*, id eſt, certè ego *dico ſolam contemplatiuam principem perfectionis earum*, ſcilicet eſſentiarum, id eſt, ſolam diuinam contemplationem quæ eſt principium perfectionis earum, *ſcire diligenter*, id eſt, perfectè *quanti ſunt & quales ornatus ſupercæleſtium*, ſcilicet angelicarum *eſſentiarum*, id eſt, dona quibus ornantur, *& quomodo hierarchiæ perficiuntur* A

tur

cur ſecundum eos ornatus. Hoc autem quod dicit, quomodo, referendum eſt ad diſtinctionem hierarchiarum & ordinum per iſtos ornatus. Quod verò dicit, & quales, referendum eſt ad fulgores gratiæ & gloriæ in ipſis. Et ne videatur per hoc tantum homines excluſiſſe à certitudine cognitionis eorum, remouet etiam Angelos dicens: *Adhuc dico &*, id eſt, etiam *eos*, ſcilicet Angelos *ignorare proprias virtutes* quantum ad actiones, *& illuminationes* quantum ad cognitiones, *& ſuam ordinationem ſacram*, quia circa ſacra miniſteria, *& ſuperornatam*, ſcilicet ſpiritualibus donis præ aliis qui ſub eis collocantur, & hoc quantum ad diſpoſitionem hierarchicam.

DVBIVM.

B Sed hic eſt dubitatio. Videtur enim eſſe falſum quod dicit: ſicut enim dicitur in libro de cauſis, omnis ſubſtantia cognoſcens eſſentiam ſuam, redit ſupra ſe reditione completa: huiuſmodi autem reditio eſt ſecundum perfectam cognitionem; cum igitur cognoſcant ſubſtantiam ſuam, videtur quòd perfectè cognoſcant ſe.

2 Ad idem, Diuinæ magnificentiæ eſt communicare creaturæ quicquid communicabile eſt ſibi: cognitio Angelorum eſt de communicabilibus creaturæ, aliter ipſi ſe non cognoſcerent: ergo Angeli perfectè cognoſcunt ſe diuina largitate hoc eis communicante vt nobiliſſimis creaturis.

3 Ad idem, Sicut dicit Auguſtinus in libro de Trini. ſcientia eſt fructus pietatis. Et loquitur de beatis cognoſcentibus ſuam beatitudinem: quia aliter non eſſent beati, ſicut nec lapis amatus. Angeli autem omnes ſunt beati. Ergo cognoſcunt ſe & ſuum ornatum.

4 Præterea, Videtur relinquere ſub dubio, vtrum ſint plures ordines quam nouem, quos nos ſcimus, ſi nos neſcimus quanti ſunt: hoc autem videtur præſumptuoſa inductio nouitatis.

5 Præterea, Virtus fluit ab eſſentia. Cum igitur non ignorent eſſentiam ſuam, videtur quòd ſciant etiam virtutem.

6 Præterea, Ipſi omnia cognoſcunt per illuminationes. Horum autem per quæ omnia cognoſcunt, eſt certiſſima cognitio vt principiorum à nobis. Ergo illuminationes perfectè cognoſcunt.

7 Præterea, Quilibet ſcit ſe purgare vel purgari, & ſic de aliis: hæc autem eſt cauſa ordinationis eorum ſuper alios & ſub aliis: ergo ordinationem ſuam omnes ſciunt.

Solutio. Dicimus, quòd ſubſtantia, virtus, illuminatio, & ordinatio Angelorum poſſunt dupliciter conſiderari, aut ſecundum exitum ab altitudine diuinæ ſapientiæ quæ infinita eſt in creatione cuiuſcunque etiam minimi, & ſic à ſolo Deo perfectè ſciuntur. Alia verò vt homines vel Angeli, cum non capiant infinitatem eius, ſciunt proportionaliter ſibi & non perfectè. Vnde dicitur Iſa. 40. & Roman. 11. Quis cognouit ſenſum Domini? Poſſunt etiam conſiderari prout proceſſus eorum ſtat in natura determinata eorum, & ſic ſciuntur ab Angelis ita quod nihil eorum eos latet: pro tanto tamen imperfectè, quia deficiunt in cognitione prima quæ eſt perfecta, & ſimpliciter facit nos cognoſcere.

Ad primum ergo dicendum, quòd completus reditus eorum ſuper ſe eſt in cognoſcendo ſeipſos in ſe, & non ſecundum quod exeunt à prima cauſa, & talis cognitio propter infinitatem ſapientiæ incommunicabilis eſt eis. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum, & tertium, & quartum: quia ſciuntur ſine dubitatione quot ordines ſunt in ſe, licet non perfectè ſecundum exitum à primo.

Ad quintum dicendum, quòd virtus quæ fluit ab eſſentia eorum, eſt nota eis: ſed hic loquitur de virtute quæ eſt ex dono quod eſt conſequens naturam quam ex illa parte imperfectè ſciunt, qua ponit in vltimo quod eſt infinitum, ſcilicet Deum. Vnde dicitur in Luca, Menſuram ſupereffluentem, &c.

Ad ſextum dicendum, quòd illuminationes ipſas nobiliori habitu ſecundum ſe cognoſcunt quam illa quæ per eas cognoſcunt, ſicut & nos principia, ſed ſecundum reductionem ad lucem primam, virtute cuius illuminant, imperfectè cognoſcunt, cum de illa luce dicatur ad Timotheum, Qui habitat lumen inacceſſibilem.

Ad ſeptimum dicendum, quòd licet quilibet ſcit in quo ordine ſit, tamen imperfectè ſciunt ordinationem, quantum ad principium totius ordinis effectiuum.

Impoſſibile enim eſt nos ſcire ſupercæleſtium animorum myſteria & ſanctiſſimas eorum perfectiones, niſi ibi dixerit quis quæcunque per eos nos tanquam propria bene ſcientes diuinitas myſteria docuit. 2.

EXPOSITIO TEXTVS.

Impoſſibile enim eſt, &c.

Hic ne videretur quod nihil deberet ſcribi de his, cum ſint etiam in Angelis non perfectè nota, quod enim non intelligitur, non poteſt dici neque ſcribi, oſtendit ex quibus cognitionem horum accepit, dicens: Hoc ideò dico: *enim*, id eſt, quia *impoſſibile eſt nos ſcire myſteria*, id eſt, occulta *ſupercæleſtium animorum*, id eſt, intellectuum, ſcilicet Angelorum, *& perfectiones eorum ſanctiſſimas*, quibus ſcilicet in diuinis perficiuntur, *niſi quis*, id eſt, aliquis *dixerit ibi*, id eſt, in hac materia illa *myſteria quæcunque diuinitas nos docuit per eos*, ſcilicet Angelos, quibus mediantibus veniunt illuminationes diuinæ in nos *tanquam per ſcientes benè propria*, id eſt, proprias diſpoſitiones prout in ſe conſiderantur: & in hoc tangitur idoneitas eorum ad docendum. A

D V B I V M.

Hic est dubitatio. Videtur enim, quòd poſſibile ſit, nobis ſine reuelatione cognoſcere diſpoſitiooes angelicas. Philoſophi enim per principia naturaliter cognita ſcripſerunt de ſubſtantiis ſeparatis ſiue reuelatione, tam Plato qui poſuit calodæmones & cacodæmones, quam Ariſtoteles qui in 11. primæ philoſophiæ poſuit numerum eorum ſecondum numerum motuum: ergo videtur, quòd ſine reuelatiooe poſſibile ſit ſcire.

2 Præterea, Si alterum eorum ex qoibus componitur aliquid, inoenitur per ſe, & reliquum poteſt per ſe inueniri, ſicut ſi medo componitur ex aqua & melle, & mel inuenitur per ſe, & aqua ſimiliter: ſed corpus ex quo & ſpirituali ſubſtantia homo componitur, inoenitur per ſe, vt in inanimatis: ergo & ſpiritualis ſubſtantia ſeparata inuenitur: & ſic ad cognitionem Angelorum per rationem deuenire poterimus.

3 Præterea, Sicut dicit Philoſophus, intellectus noſter eſt io potentia ad vnumquodque intelligibile, dummodo non ſit ſibi improportionatum propter infinitatem: Angelus aotem eſt intelligibile proportionatum noſtro intellectui, cum non ſit infinitum: ergo poterit per ſe illud cognoſcere: etſi non cognoſcat, cum ſint multa ſcibilia quorum ſcientiam oon habemos, vt dicit Philoſophus.

Solutio. Dicimus, quòd impoſſibile eſt nobis ſine reuelatione venire in cognitionem Angelorum, ſecondum quod ponimus eos non determinatos ad motum, ſeruientes Deo in ſpiritualibus obſequiis beatitodinis: omnis enim noſtra cognitio ortum habet à ſenſo ſecundom Philoſophum: vnde cognitio ooſtra non extendit ſe vltra ſenſibilia propria, ſicut ſunt paſſibiles qualitates, aut communia, ſicut motus, numerus, magnitudo, & huiuſmodi, aot ſenſibilia ſecundum accidens, quæ aliquo modo coniunguntur ſenſibilibus, cuiuſmodi ſuot formæ ſubſtaotiales & relationes, & ſimilia.

Ad primum ergo dicendum, quòd Plato poſuit illos calodæmones corporeos, & in horum etiam cognitionem per philoſophiam non venit, ſed per dæmones, per necromantiam. Vnde etiam ipſe dicit, quòd cognitio eorum non poteſt accipi ſine reuelatione ſactorum delubrorum. Ariſtoteles verò venit in cognitionem eorum per motum, ſecundum quod determinantur ad motum & coniunguntur ſibi, & ita habent aliquem ordinem ad ſenſibilia: ſed ita nos non ponimus Angelos.

Ad ſecundum dicendum, quòd per hoc quod corpus inuenitur per ſe, non neceſſariò venitur niſi in ſpiritualem ſubſtantiam, quæ componibilis eſt corpori: & huiuſmodi non eſt Angelus: ſicut etiam per mel non veniretur in compoſitionem aquæ niſi aqua eſſet componibilis melli.

Ad tertium dicendum, quòd intellectus noſter eſt in potentia tantum ad ea quæ per ſenſibilia accipi poſſunt, ſed ad ſpiritualia proportionaliter per aliquod lumen ſuperadditum naturæ, ſcilicet gratiæ, vel gloriæ.

Non ergo nos quidem nihil proprio motu dicimus. Quæcunque autem angelicarum ſpeculationum à ſanctis Theologis contemplata ſunt, hæc docentes nos, quantum potentes ſumus, exponemus. 3.

EXPOSITIO TEXTVS.

Non ergo nos, &c.

A Hic concludit ex dictis ex quibus procedendum eſt, dicens: Ex quo oullus poteſt dicere de Angelis niſi quæ diuinitas docuit, *ergo nos quidem*, id eſt, certè, *non nihil*, abundat altera negatio, id eſt, nihil, *dicimus* in materia iſta *ex proprio motu* rationis: *autem*, id eſt, ſed *nos inquantum potentes ſumus*, ex quo perfectè non poſſumus, *docentes exponemus*. Quaſi diceret: Hæc doctrina erit magis expoſitio aliorum. *Vel docentes*, id eſt, edocti ab aliis: paſſiuè enim habetur in Græco. Exponemos dico *hic quæcunque* de numero *angelicarum ſpeculationum contemplata ſunt à ſanctis Theologis*, qui ea quæ eis reuelata ſunt de diuinis, tradiderunt.

D V B I V M.

B Sed videtvr falſum dicere: talem enim diſpoſitionem angelicæ hierarchiæ nuſquam in ſacra Scriptura reperimus: ergo noo tradit exponendo ſolum ea quæ à Theologis dicta ſunt.

2 Præterea, Proprio motu videtur dicere quis quod nullus ante eum dixit: ſed nollus ante eum talem ordinationem docuit: ergo hoc videtur proprio motu dicere.

Solutio. Dicendum, quòd ea quæ hîc ſcripſit de angelica ordinatione, edoctus eſt ab Apoſtolo Paulo: & hæc ſunt illa arcana quæ vidit raptus ad tertium cælum, quæ non licet homini, id eſt, humanè viuenti loqui. Vnde & ipſe in 2. c. dixit, cuſtodienda hæc fore à multitudine quaſi vniformia: ſeorſom autem diſcipulos docuit, inter quos Dionyſius fuit. Vel etiam edoctus fuit à Ierotheo, quem ſuum magiſtrum dicit in libro de diuinis nominibus, qui didicit diuina patiendo diuina: & ideò certius ſciuit. Sed quia non conſueuit vocare Theologos niſi ſcriptores ſcripturæ quæ eſt io canone, ideò poteſt aliter dici, quòd in ſacra Scriptura implicitè continentur omnia quæ hîc explicitè traduntur, dum deſcribuntur per figuras ex quibus ordines eorum & proprietates licet accipere: & ideò expoſiturum ſe dicit ſacram Scripturam, cuius veritas, ſecundum Anſelmum eſt, quicquid ſecundum fidem ex ea elicitur, imò quicquid ſibi non contradicit. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Omnes Theologia cæleſtes eſſentias nouem vocauit manifeſtatiuis cognominationibus. 4.

EXPOSITIO TEXTVS.

Omnes Theologia, &c,

A HIc diuidit angelicam hierarchiam. Et primò per nouem ordines, Secundò per tres hierarchias, ibi, *Has diuinus, &c.* Litera ſic legatur. *Theologia*, id eſt, ſacra Scriptura ex qua accepimus quod dicimus, *omnes cæleſtes eſſentias nouem vocauit ordines* quantum ad nouem ordines *cognominationibus manifeſtatiuis*, id eſt, manifeſtantibus eorum proprietates, ſecundum quas accipi poteſt etiam omnis proprietas.

D V B I V M.

B HEC EST dubitatio de numero ordinum, Videtur enim, quòd debeant eſſe tantum tres. In Deo enim qui eſt exemplar & principium totius ordinationis, diſtinguuntur tantum tres perſonæ: exemplatum autem debet concordare exemplari; ergo & in Angelis debent eſſe tantum tres ordines. Si dicatur, quòd ea quæ ſunt in principio vt vnum, multiplicius ſunt in principiatis. Contra: In corporali creatura, quæ magis diſtat à prima vnitate, non exemplatur Trinitas increata, niſi ſecundum partes veſtigij: ergo nec in Angelis debet relucere niſi in tribus ordinibus.

2 Ad idem, Non eſt ſapientis artificis magis multiplicare quæ minus diuiſibilia ſunt: corporalia autem magis ſunt diuiſibilia ſpiritualibus, diuiduntur enim forma & materia & quantitate: cum igitur corporalium non ſint nouem ordines, ſunt enim corpora incorruptibilia & corruptibilia, ſimplicia & mixta, inanimata, & animata, ſecundum tres gradus: ergo ſpiritualium ſubſtantiarum non erunt nouem ordines.

3 Ad idem, Sicut dicit Gregorius, Ordines Angelorum diſtinguuntur ſecundum dona gratiarum: ſed gratuita dona non extenduntur vſque ad nouem, ſiue accipiantur virtutes quæ perficiunt potentias ad agendum quæ non ſunt niſi ſeptem, quatuor cardinales, & tres theologicæ. Similiter dona quæ dantur in adiutorium potentiarum in opera excellentia, ſunt ſolum ſeptem. Similiter beatitudines quantum ad præmium ſunt ſeptem, quantum ad meritum ſunt octo. Ergo videtur, quòd non ſunt nouem ordines.

4 Ad idem, Homines aſſumuntur ad beatitudinem ſecundum ſortes Angelorum, ſicut dicitur in Cantico Deutero. Statuit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei, ſecundum aliam tranſlationem: ſed cum charitas quæ diuerſificat manſiones in genere, diſtinguatur per tres gradus, vt dicit Auguſtinus, ſcilicet incipiens, perficiens, & perfecta, non aſſumuntur homines niſi ſecundum tres gradus: ergo tres tantum ſunt ordines.

Sed contra. Videtur, quòd plures ſint quam nouem: Philoſophi enim poſuerunt ad minus decem ordinibus ſubſtantias ſeparatas: huiuſmodi autē ſūt Angeli: ergo deberent eſſe decem ad minus, maximè cum numerus nouenarius ſit imperfectus & denarius perfectus: quod patet, quia ſoluens decimam retinendo nouem, deſignat ſe indigere propter ſuam imperfectionem ab alio perfici, vt dicit Auguſtinus, & Hugo de ſancto Victore.

2 Præterea, Motua cæleſtium corporum ſunt plures quam nouem, & ſimiliter mobilia plura quæ non reducuntur in vnum: ergo etiam ex hac parte debent eſſe ordines plures.

3 Præterea, Si ordines Angelorum diſtinguuntur ſecundum ſpiritualia miniſteria, cum inconueniens ſit dicere ſolum nouem miniſteriis ſeruiri in cælis, cui etiam in terris multò plura exhibentur obſequia, videtur quòd non ſint tantum nouem ordines Angelorum.

4 Præterea, Illi qui numerantur, videntur diſtingui per plura, ſicut ſi virtutes obuiant legibus naturæ, multum diſtantis virtutis eſt indicium in operibus ſupra leges naturæ, quorum tamen ſemina ſunt in natura, & in his ad quæ nullo modo extendi poteſt virtus naturæ, vt in reſuſcitatione mortui: & ſimiliter poteſtas qua reſiſtitur malignitati dæmonis, multum diſtat ab ea qua reſiſtitur malignitati hominis: & ſimiliter de aliis: ergo videtur, quòd ſint multò plures quam nouem.

Solutio. Dicimus, quòd ſunt tantum nouem ordines Angelorum, cum diſtinguantur tantum per tres hierarchias, quarum quælibet diuiditur in tres ordines, vt ſuo loco de ſingulis patebit.

Ad primum ergo dicendum, quòd propria & appropriata perſonis circumſtant primum artificem in vnoquoque opere, cum vna ſit operatio trium perſonarum ex potentia, ſapientia, & bonitate diuina procedens: & ideò illa tria non diſtinguunt vnam creaturam ab alia, ſed repræſentantur ſuo modo in qualibet creatura vna. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd diuiſio ordinum non eſt per diuiſionem naturæ, ſed per diſtinctionem officiorum quibus ſeruiuntur Deo, quę quia in generali ſunt nouem, ideò nouem ſunt ordines Angelorum.

Ad quartum dicendum, quòd dona ſecundum quæ diſtinguuntur ordines, ſunt quibus conſtituuntur in diuinis officiis, quæ in genere ſunt nouem: dona autem Spiritus ſancti quæ perficiunt in vita actiua & contemplatiua, propter quod ſunt ſeptem, quia ſi in contemplatiua, aut aperit oculos, & ſic eſt intellectus: aut ſimul cum hoc ſaporare facit, & ſic eſt ſapientia. Si verò in actiua, aut quantum ad receſſum à malo, & ſic eſt timor: aut quantum ad operationem boni vel in præceptis, & ſic vt dirigens eſt ſcientia, vt exequens pietas: aut in conſiliis, & ſic vt dirigens eſt conſilium, vt exequens eſt fortitudo.

Ad quintum dicendum, quòd ſecundum tres gradus charitatis aſſumentur ad infimos, vel medios, vel ſupremos: tamen quia charitas diſtinguit in omnibus virtutibus, diſtinguuntur in vnoquoque gradu in diuerſis manſionibus etiam ſecundum alias.

Ad ſextum dicendum, quòd Philoſophi venerunt ad numerum ſubſtantiarum ſeparatarum per numerum mobilium. Cum enim ſint ſeptem orbes planetarum, & vnus ſtellarum fixarum, in quo conſiderauerunt duos motus, ſcilicet orbis

& ſtellarum, quorum vtrumque reduxerunt ad alterum. Qui verò nonum, orbem priorem, ſcilicet motum orbis ad orbem motus diurni & motus ſtellarum ad cælum ſignorum, poſuerunt decem motores, cum vnus iſtorum motuum non reducatur ad alterum. Qui verò nouem orbes, poſuerunt decimam mouere ſphæram actiuorum & paſſiuorum. Alij etiam poſuerunt eos ſecundum numerum ſtellarum. Alij verò ſecundum plures motus iſtorum orbium poſuerunt plures etiam motores, vt quadraginta octo, & alij aliter tanquam coniecturis loquentes. Nos autem diſtinguimus ordines ſecundum officia quibus obſequuntur Deo: vnde ſi poneremus aliquos Angelos in motu orbium ſeruire Deo, ſicut dicit Cancellarius Pariſienſis, & ſicut dicit Hieronymus ſuper principium Eccleſiaſtes, omnes eſſent de inferiori ordine, licet non poſſimus ponere ſicut Philoſophi, qui poſuerunt eos coniunctos mobilibus vt formas, ex quarum coniunctione ſortiuntur animas & virtutes eorum determinatas ad motum, adeò quod ſi eſſet maius corpus vel plures ſtellæ in vno corpore, non poſſent mouere, vt dicit Philoſophus in ſecundo cæli & mundi. Et per hoc patet ſolutio ad ſeptimum.

Ad octauum dicendum, quòd ſunt plura officia in ſpeciali quibus ſeruitur Deo, ſed non ſunt plura in genere.

Ad nonum dicendum, quòd propter illam diſtantiam virtutis vel poteſtatis non ponuntur in diuerſis ordinibus, cum illa virtus vel poteſtas ſit ad vnum in genere, ſed propter hoc in eodem ordine quidam ſunt ſuperiores alijs, & ita illuminant alios, vt ſuprà dictum eſt.

5. Has diuinus noſter ſanctus perfector in tres ſegregat ternas diſpoſitiones.

EXPOSITIO TEXTVS.

Has diuinus noſter ſanctus, &c.

A Hic diſtinguit cæleſtes eſſentias per tres hierarchias, & primò diſtinguit tres hierarchias. Secundò oſtendit quid ſit vnaquæque, ibi, *Et primam quidem*, &c. Litera ſic legitur. *Sanctus perfector*, id eſt, magiſter noſter *diuinus*, id eſt, diuina ſapiens, ſcilicet Paulus vel Ierotheus, *ſegregat*, id eſt, diuidit *has* ſcilicet cæleſtes eſſentias *in tres diſpoſitiones*, id eſt, hierarchias *ternas*, id eſt, quarum quælibet diſtinguitur tribus ordinibus.

D V B I A.

B Hic dubitantur duo. Primo, cuiuſmodi diuiſio ſit iſta. Secundo, de numero hierarchiarum.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Cum in omni diuiſione ſit diuidendum aliquod commune, quæratur cuiuſmodi commune hîc diuidatur. Si dicatur, quòd eſt diuiſio generis in ſpecies, contra eſt: quia cum in omni tali diuiſione exeant primò duo membra, non deberet diuidi in tres hierarchias.

2 Præterea, Species diuidentes genus non habent ordinem in illo: cum igitur iſtæ hierarchiæ ſint acceptæ ſecundum ordinem, non erit diuiſio generis in ſpecies.

Si dicatur, quòd eſt diuiſio totius in partes integrales. Contra: Nulla pars participat rationē totius: ſed de qualibet hierarchia eſt vna diffinitio communis quam ſuprà poſuit: ergo non videtur eſſe diuiſio totius in partes integrales.

Solutio. Dicimus, quòd iſta diuiſio eſt totius in partes, non totius integralis, ſed totius potentialis: & hoc totum quaſi medio modo ſe habet inter totum vniuerſale & totum integrale. Totum enim vniuerſale eſt in qualibet parte ſecundum totam eſſentiam & perfectam virtutem: eſſentia verò totius integralis non eſt in qualibet partium, ſed in omnibus ſimul: ſed eſſentia totius potentialis eſt in qualibet parte, non tamen ſecundum virtutem perfectam, ſed in vna tantum, ſicut patet in anima: quoniam virtus eius perfecta non eſt niſi in intellectiua, cum tamen eſſentia eius ſit etiam in ſenſitiua & nutritiua. Sed videndum qualiter poſſit hoc eſſe, cum virtus fluat ab eſſentia, & aliquid habet totam eſſentiam quod non habeat totam virtutem. Sciendum eſt, quòd eſſentia totius potentialis medio ſe modo habet ad partes reſpectu totius vniuerſalis & integralis: eſſentia enim vniuerſalis eſt ſecundum eſſe eſſentia particularis, vt probat Philoſophus in ſeptimo primæ philoſophiæ: quicquid enim eſt in particulari ſupra eſſentiam vniuerſalis, non eſt verè eſſentiale, ſed eſt de indiuiduantibus: eſſentia verò totius potentialis adeſt parti ſicut ſubiectum, & cauſa proprietati, vel ei quæ denominatur à proprietate: pars enim eius conſtituitur à potentia, quæ eſt proprietas cauſæ ſuperaddita, ſicut intellectiua conſtituitur ab intellectu quæ eſt proprietas addita animæ: & ideò ratione illius potentiæ ſuperadditæ in vno eſt virtus imperfecta, & in alio perfecta: in toto vero integrali eſſentia totius eſt per congregationem, partis per ſeparationem: vnde eſſentia totius non eſt eſſentia partis vnius, neque adeſt vni, ſed omnibus: & ideò vniuerſale propriè prædicatur de partibus, totum verò integrale impropriiſſimè: ſed potentiale medio modo, ſecundum quod Auguſtinus dicit, quod tres potentiæ imaginis ſunt vna mens, vna anima. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Circa ſecundum ſic proceditur. Per id quod eſt commune omnibus, non debet vnum ſeparari ab altero: ſed conuerti in Deum commune eſt omnibus tam ſupremis quam infimis, & ſimiliter conuerti ad alterum in effundendo lumē acceptum à Deo: ergo per hoc non debent diſtingui hierarchiæ, ſicut ipſe facere videtur, dicens primam eſſe circa Deum exiſtentem. C *Dubium 2.*

2 Præterea, Per materialia non differunt aliqua ſecundum ſpeciem: cum igitur in diſtinctione hierarchiæ vtatur materialibus conditionibus, dicens eos oculoſos & pennoſos, videtur inconuenienter diuidere. Si dicatur, quòd diuiſio hierarchiæ ſumitur ſecundum diuerſam proportionem capacitatis ad lumen diuinum. Contra: Diuerſitas proportionis ſecundum quantitatem non diuerſificat ſpeciem, ſicut duo ad vnum & quatuor ad duo ſic habent in

dupla proportiooe, quamuis diuerſa ſit quantitas: ergo nec hierarchiæ diſtinguentur ſecundum proportiooem mainris & minoris capacitatis ad lumen diuinum.

3 Præterea, Hierarchiæ diſtinguuntur ſecundum officia quibus Angeli ſeruiunt Deo, cum illa ſint dun tantum in genere, vt dicitur Danielis 7. Millia millium miniſtrabant ei, &c. non debuit diſtinguere niſi duas hierarchias.

Solutio. Dicendum, quòd tres hierarchiæ diſtinguuntur ab iouicem ſecundum diuerſam proportionem capacitatis luminis diuini: ſed proportin poteſt ſumi diuerſa, aut ſecundum ſpeciem, aut ſecundum quantitatem in eadem ſpecie proportioois, ſicut ſex ad quatuor ſe habent in ſeſquialtera proportione, octo verò ad ſex, in ſeſquitertia, licet æqualiter fiat ſeparatio ſecundnm quantitatem: & hæc eſt medietas arithmetica, ſed octo ad quatuor ſe habent in dupla proportione, & ſimiliter ſedecim ad octo, licet non ſit eadem quantitas: & hoc vocatur medietas geometrica. Similiter etiam inuenimus in naturalibus proportionem aliquorum ad vnum, diuerſam ſecuodum quantitatem, noo ſecundum ſpeciem, ſicut aliquis eſt proportionatus ad inueniendum geometricalia per ſe, quidam verò ad capiendum ea ab altero, quidam etiam ad hoc non poſſunt niſi difficulter, vt dicit Philoſophus in ethicis. In his eſt maior & minor capacitas, ſed tamen ab omnibus vnius rationis, quia à ratione io omnibus, ſed non ab eadem forma ſecundnm ſpeciem. Eſt enim capax oculus aqoilæ luminis ſolis io fulgore ſuo, & oculus veſpertilionis, eiuſdem obtenebrati, & oculus hominis vt medio modo ſe habet, & non habent diuerſam ſpeciem proportionis ad capiendum lumen ſolis. Similiter quidam Angelorum ſunt capaces diuini luminis, prout eſt in ſuo fulgore: quidam verò nnn, oiſi obtenebretur vicioando immediatè ad continuum & tempus, quomodn nbnmbratum nns recipimus: & ita efficitur proportionatum nobis: quidam verò medin modo ſe habent, cum inter duo extrema diſtantia ſit medium, & ſufficit accipere vnum in genere. Et ſecundnm hoc accipiuntur tres hierarchiæ ex diuerſa proportionis ſpecie io capiendo diuinum lumen ſecundum diuerſam rationem capacitatis, ſed ſecundum diuerſam quantitatem capacitatis, quæ eſt eiuſdem rationis, differunt ordines in hierarchia, & diuerſi in eodem nrdine.

Ad primnm ergo dicendum, quòd illa duo non diuerſificant hierarchiam, ſed conſequuntur diuerſas rationes capacitatis: ex hoc enim quod recipiunt lumen diuinum in fulgore ſuo ſuperiores, connectuntur immediatè ad ipſum: & ex hoc quod infimi accipiunt lumen proportionatũ capacitati noſtræ, conuertuntur ad nos.

Ad ſecundum dicendum, quòd materiales illæ conditiones oſtendunt proportionem capacitatis diuini luminis, ſicut pennati altè feruntur in contemplationem diuinam, & oculoſi clarè inſpiciunt: & ideò competunt diſtinctioni hierarchiarum.

Ad tertium patet ſolutio per prædicta.

Ad quartum dicendum, quòd illa officia non diſtinguunt hierarchias, ſed conſequuntur hierarchiam in communi.

Et primam quidem eſſe dicit circa Deum exiſtentem ſemper & Iſa 6. Ezech. 1.
attentè ipſi & ante alias immediatè vniri traditam. Sanctiſſimos enim Thronos, & oculoſos & pennoſos ordines Cherubin Hebræorum voce & Seraphin nominatos, ſecundum omnibus ſuperpoſitam propinquitatem circa Deum immediatè collocari, diuinotum ait tradere eloquiorum manifeſtationem. Trinum ergo hunc ornatum quaſi vnam & æquè ordinatam, & verè primam hierarchiam communis noſter Magiſter ait, qua non alia deiformior & per ſe præoperantibus diuinitatis illuminationibus immediatè intenrior. Secundam verò, eſſe ait ex Poteſtatibus & Dominationibus & Virtutibus completam. Et ternarum nouiſſimè cæleſtium hierarchiarum, Angelorum, & Archangelorum, & Principatuum diſpoſitionem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Et primam quidem, &c.

A
HIc incipit manifeſtare tres poſitas hierarchias, & primò primam, ſecundò ſecundam, ibi, *Secundam verò, &c.* tertiò tertiam, ibi, *Et ternarum, &c.* Litera ſic legatur. Et ſanctus perfector *quidem*, id eſt, certè *dicit primam*, ſcilicet, hierarchiam *eſſe traditam à ſcriptura exiſtentem ſemper circa Deum*, non habens miniſterium in nos, per ſe autem *vniri ipſi*, ſcilicet Deo *attentè* quia tota fertur in ipſum, *& immediatè ante alias*, ſcilicet hierarchias inferiores: *enim*, id eſt, quia ipſe perfector *ait manifeſtationem diuinorum eloquiorum*, id eſt, ſacram Scripturam manifeſtantem eas, *tradere ſanctiſſimos Thronos, & ordines oculoſos & pennoſos*, vt deſcribuntur in prima viſione. Ezech. & Iſa. 6. ordines dico aſpectu, *nominatos voce Hebræorum Cherubin*, quantum ad oculoſos, propter limpidum aſpectum diuinæ claritatis, *& Seraphin* quantum ad pennoſos, propter ſublimitatem contemplationis. Hos dico, ait *immediatè collocari circa Deum ſecundum propinquitatem ſuperpoſitam*, id eſt, per quam ſuperponuntur omnibus, ſcilicet ordinibus. *Ergo*, id eſt, ex quo iſti tres ordines ſunt ſupremi, *communis Magiſter noſter*, id eſt, Paulus vel Ierotheus *ait hunc trinum ornatum*, ſcilicet trium dictorum ordinum eſſe quaſi vnam hierarchiam, *& æquè ordinatam*, ſcilicet in ſummo

propinquitatis ad Deum, *& verè primam*, qua ſcilicet hierarchia prima, *non eſt alia deiformior*, id eſt, deiſimilior: nec eſt alia *intentior*, id eſt, magis intenta *immediatè*, id eſt, ſine medio à quo illuminetur. Intentior dico *illuminationibus diuinitatis præoperantibus*, id eſt, ante operantibus, quia niſi ipſa prius illuminet, nihil illuminare poteſt per ſe, id eſt, ſine medio operantibus in prima hierarchia.

DVBIA.

B Hic ſunt duo dubia. Primò de ordine quo enumerat iſtos tres ordines. Secundò de hoc quod dicit æque ordinatam.

Dubium 1. Circa primum proceditur ſic. Inter hos enim tres ordines vltimus eſt Thronorum, quem ipſe primò enumerat: ergo malè.

2 Præterea, Viſus primò dirigitur in aliquid amandum, vel in ſe recipiendum: cum igitur Cherubin dicatur à dono quo videtur Deus, ſcilicet ſcientia, vnde & oculoſus nominatur, debuit primò nominari.

3 Præterea, Seraphin dignior eſt inter alios: ſi igitur penes dignitatem ordinare voluit, eum primò debuit numerare.

Solutio. Dicimus, quòd enumerat iſtos tres ordines ſecundum progreſſum eorum. In quolibet autem toto potentiali eſt progreſſus ab eo quod eſt minoris virtutis: & ideò hunc ordinem ſeruat in numerando: quia accipere cognitionem per ea quæ magis vicina nobis ſunt, eſt nobis connatum: ſed accepta cognitione eorum ordinabit eos ſecundum dignitatem eorum. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

C Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur

Dubium 2. enim, quod iſti tres ordines non ſint æque ordinati: hierarchia enim non compatitur ſecum æqualitatem, ſed vnum ſub alio requirit in quod exerceat operationes hierarchicas: cum igitur iſti tres ordines ſint in vna hierarchia, non videntur eſſe æque ordinati.

2 Præterea, Vbi eſt æqua ordinatio, non ſaluatur diuerſa proportio, neque ſecundum quantitatem, neque ſecundum ſpeciem: his tamen diſtinguuntur ordines æque ordinati.

3 Præterea, Hoc eſſet contra naturam totius poteſtatiui, vbi vna pars eſt maioris virtutis quam altera: eius autem natura ſaluatur in ordinibus & hierarchia: ergo non ſunt æque ordinati.

Solutio. Dicimus, quòd non intelligit eos æque ordinari ſimpliciter, ſcilicet ſecundum eandem quantitatem capacitatis, & ſecundum eandem ſpeciem proportionis, ſed ſecundum quid, ſcilicet ſecundum æqualitatem eorum quæ ſunt in hierarchia vna habentium vnam rationem capacitatis reſpectu diuini luminis. Et per hoc pat ſolutio ad obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

Secundam verò.

D Hic oſtendit quæ ſit ſecunda hierarchia, dicens: *Verò*, id eſt, ſed Magiſter *ait ſecundam* hierarchiam *eſſe completam ex Poteſtatibus & Dominationibus & Virtutibus*, id eſt, ex altis tribus ordinibus, *& nouiſſimè*, id eſt, vltimò, *trinarum*, id eſt, inter tres cæleſtium hierarchiarum dixit eſſe *diſpoſitionem*, id eſt, ordinationem hierarchicam *Angelorum & Archangelorum & Principatuum*.

DVBIA.

Hic ſunt duo dubia. Primò, Verum ſit ſecunda quam ponit ſecundam. Secundò de hoc quod ordinat Virtutes in ſecunda, & Principatus in tertia. E

Dubium 1.

Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd illi ordines quos ponit in ſecunda, ſint de prima: altiores enim gradus dicunt Dominationes & Poteſtates (cum dicant ſuperpoſitionem) quam Seraphin & Cherubin, quæ dicunt habitus communes, ſcilicet ſcientiæ & charitatis. Cum igitur hierarchia ſit gradus quidam, vt ſupra dictum eſt, videntur de ſuperiori hierarchia eſſe Dominationes & Poteſtates quam Seraphin & Cherubin.

2 Præterea, Cum hierarchia ſit quoddam totum potentiale, ſuperius ordinari debet in eo quod altiorem gradum potentiæ nominat: Dominationes autem & Poteſtates nominant ſummum gradum potentiæ: ergo in prima hierarchia debent ordinari.

3 Præterea, In Eccleſiaſtica hierarchia quæ exemplatur à cæleſti, ſuperiores ſunt habentes poteſtatem & dominium quam habentes ſcientiam & charitatem: ergo & in cæleſti ita debet eſſe.

4 Præterea, Poteſtates, Dominationes, & Virtutes ſumuntur penes attributum Patris, quod eſt potentia: Seraphin, Cherubin, & Throni penes attributum Spiritus ſancti, cuius eſt dare charitatem, & ſcientiam quæ eſt ſecundum pietatem, vt dicit Dominus in Euangelio, Ille vos docebit omnem veritatem, & facere etiam Deum eſſe in nobis, & nos in ipſo. Cum igitur Pater ſit principium non de principio, Spiritus ſanctus autẽ ſecũdum ordinem naturæ principium ab vtroque principio, videtur quod ordines qui ſumuntur penes attributa eius, ſint infra illos qui ſumuntur penes attributa Patris.

Solutio. Dicendum, quòd Seraphin & Cherubin & Throni ſunt ſuperiores ordines.

Ad primum dicendum eſt per interemptionem.

Ad ſecundum dicendum, quòd nulla potentia exercet actum ſuum niſi perfecta aliquo habitu, vel innato, vel acquiſito, vel infuſo: vnde quia Seraphin & Cherubin dicunt nobiliſſimos habitus quibus potentiæ perficiuntur, nominant altiores gradus potentiæ quam Dominationes & Poteſtates.

Ad tertium dicendum, quòd hoc contingit Eccleſiaſticæ hierarchiæ inquantum deficit à propria dignitate. Illi enim deberent præfici, qui ſuperiores eſſent in merito, ſicut fuit in Apoſtolis: hoc autem dimittitur, vel ex malitia, vel ex ignorantia, quæ in cæleſti hierarchia eſſe non poteſt.

Ad quartum dicendum, quòd illa quæ vltima ſunt in exitu, collocantur altius coniun-

gendo immediatius fini : & ideò per attributa Spiritus ſancti in ſuperiori hierarchia collocantur.

Dubium 1. Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Principatus ſint in media, & Virtutes in vltima. Per hoc quod Gregorius & Bernardus ſic ordinant.

2 Præterea, id quod eſt circa gentem, maius eſt quam quod eſt circa vnum tantum, ſicut patet per Philoſophum in principio ethicorum: ſed Principatus conſtituuntur ſuper vnam gentem, operatio autem Virtutum eſt circa vnum tantum, qui ſanatur, vel ſuſcitatur: ergo Principatus eſt ſupra Virtutem.

3 Præterea, In Eccleſiaſtica hierarchia principantes ſunt ſuper illos qui virtutes operantur, cum tamen neutrum ſit gratum faciens, ſicut patet per id quod Dominus in Euangelio dicit, Multi dicent mihi in illa die, &c. ergo ita etiam debet eſſe in cæleſti, à qua iſta exemplatur.

4 Præterea, Principatus ſuo nomine dicit eminentiam, Virtutes autem non: ergo ſunt inferiores hierarchiæ.

Solutio. Dicimus, quòd Gregorius & Bern. conſiderauerunt ordines ſecundum conformitatem Eccleſiaſticæ hierarchiæ, in qua principes & prælati ſuperiores ſunt illis qui virtutes operantur. Dionyſius autem melius ordinauit ſecundum proprietates ipſorum ordinum: quia Virtutes habent potentiam non limitatam, cum ſupra leges naturæ operantur, eis non aſtricti in operando: Principatus autem potentiam limitatam circa vnam gentem, & ideò inferiores ſunt, cum omnis limitata potentia ſit infra non limitatam. Non autem dicimus, vt quidam dicunt, quòd Gregorius eoſdem nominet Principatus quos iſte Virtutes, & è conuerſo, cum pro eodem modo accipiantur apud vtrumque, ſicut ex dictis eorum patet. Et per hoc patet ſolutio ad primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet operatio Virtutis ordinetur circa vnum, non tamen limitatur aliquo modo circa ipſum, ſicut limitatur potentia principis circa vnam gentem.

Ad tertium dicendum, quòd ſecundum viam illam conſiſtit ordinatio Greg & Bern. quæ tamen non accipitur per proprietates eorum.

Ad quartum dicendum, quòd Virtutes dicuntur ab vltimo potentiæ quaſi non limitatæ aliquo reſiſtente: & ideò maiorem eminentiam dicunt quam Principatus, cuius potentia limitatur.

CAPVT VII.

De Seraphin & Cherubin & Thronis, & de prima eorum hierarchia.

1. HVnc ergo nos recepturi ſanctarum hierarchiarum ordinem, dicimus quia omnes cæleſtium intellectuum cognomina tiones, declarationem habent vniuſcuiuſque deiformis proprietatis. Et quidem ſanctam Seraphin nominationem, quæ Hebræorum ſunt ſcientes, aut incendentes manifeſtare, aut calefacientes: eam verò Cherubin multitudinẽ ſcientiæ, aut fuſionem ſapientiæ.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Hunc ergo nos recepturi, &c.

IN præcedenti, cap. diuiſit cæleſtem hierarchiam in tres. In parte verò iſta de vnaquaque earum per ſe determinat. Et diuiditur in partes tres, ſecundum quod de tribus hierarchiis determinat. Seconda incipit in 8. cap. ibi, *Transeundum autem, &c.* Tertia in 9. ibi, *Reliquum nobis in, &c.* Præſens autem cap. in quo primo de prima hierarchia determinat, diuiditur in partes duas. In prima enim determinat de primis tribus ordinibus. In ſecunda de hierarchia eorum, ibi, *Dicendum verò, &c.* Prima iterum in duas. In prima ponit modum quo accipienda eſt cognitio iſtorum ordinum: quia accipitur ſecundum declarationem nominum quibus in ſacra Scriptura denominantur. In ſecunda ſecundum hunc modum proprietates eorum accipit, ibi, *Mobile, &c.* Circa primum tria facit. Primo ponit modum quo procedendum eſt in determinatione iſtorum ordinum: quia per eorum nomina. Secundo ex eorum nominibus concludit eos eſſe in prima hierarchia, ibi, *Pulchrè igitur, &c.* Tertiò ponit eorum nomina per quæ proprietates accipiet, ibi, *Calefacientes ergo.* A

Litera ſic legatur. Diximus, quòd nihil proprio motu dicendũ eſſet, ſed exponendo quæ in Scripturis ſunt tradita: & ideò *nos recepturi hunc ordinem ſanctarum hierarchiarum*, id eſt, angelicarum, id eſt, hanc diſpoſitionem tractandi, *dicimus quòd omnes cognominationes cæleſtium intellectuum*, id eſt, Angelorum, *habent declarationem proprietatis deiformis vniuſcuiuſque* eorum, id eſt, continent in ſe vnde declarari poſſint. Et nota, quòd dixit cognominationes & non nomina: quia cognominatio ſumitur ab eo quod eſt additum naturæ, ſicut etiam in hominibus, vnde nomina iſta ordinum imponuntur à donis ſuperadditis naturæ, quibus gradum hierarchicum ſortiuntur, & non à natura ipſorum: & ideò etiam non dixit, quòd declarent proprietates naturales eorum, ſed deiformes, quibus ſcilicet Deo ſimiles in participatione doni & conſortio poteſtatis efficiuntur. Naturales enim proprietates eorum non ſunt notæ nobis.

DVBIVM.

Sed videtur hoc eſſe falſum: quia Aug. determinat naturales proprietates eorum, quæ ſunt B

ſunt perſonalis diſcretio, & ſimplicitas eſſentiæ, & ſimilia : ergo & iſte ea determinare debuit propriis nominibus.

2 Præterea, Res perfectius cognoſcitur per eſſentialia quam per proprietates : ergo & illa deberent declarari per nomina eorum potius quam proprietates, maximè cum dicat Philoſophus in 4. metaphy. Ratio quam ſignificat nomen, eſt diffinitio.

Ad primum dicendum, quòd proprietates naturales quæ conſequuntur naturam eorum, in communi poſſunt determinari ratione quam ſignificat nomen, ſed non illæ quibus ſeparantur ab inuicem : hîc autem intenditur de eis ſecundum quod ſeparantur ab inuicem in diuerſis ordinibus : & ideò non potuit fieri per nomina ſignificantia proprietates naturales eorum.

Ad ſecundum dicendum, quòd eſſentialia eorum propter elongationem ipſorum à nobis ſunt ignorata in ſpeciali, & ideò oportet nos eorum qualemcunque cognitionem accipere per proprietates deiformes traditas nobis in ſcripturis.

EXPOSITIO TEXTVS.

Et quidem ſanctam, &c.

C HIc exemplificat quod dixerat dicens : *Et quidem*, id eſt, certè, *ſcientes quæ Hebræorum ſunt* id eſt, linguam Hebræam, dicunt *ſanctam nominationem Seraphin*, id eſt, illius ordinis *manifeſtare aut incendentes aut calefacientes*, igne ſcilicet diuini amoris, vel perfectè quantum ad primum, vel communiter quantum ad ſecundum. *Vero*, id eſt, ſed dicunt *eam* ſcilicet nominationem *Cherubin multitudinem ſcientiæ* quantum ad acceptionem, *aut fuſionem ſapientiæ* quantum ad communicationem. Et nota, quòd Cherub & Seraph ſignificant vnam hypoſtaſim illius ordinis. Cherubim & Seraphim per m. ſecundum declinationem Hebraicam ſunt pluralis numeri, generis maſculini, & ſignificant plures illius ordinis. Per n. vero ſignificant totam collectionem illius ordinis, & eſt neutri generis, pluralis numeri, vt dicit Hieronymus. Vnde hic per n. ſcribi debet.

D V B I A.

D HIC SVNT duo dubia. Primò de ordine iſtorum duorum ordinum, ſcilicet Cherubin & Seraphin quis ſit ſuperior. Secundò de verbis quæ dicuntur in litera.

Dubium 1. CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Cherubin ſit ſuperior quam Seraphin : ſicut enim dicit Philoſophus in ethicis, ſpeculatio eſt dignior praxi, cum operatio ſit propter indigentiam : ergo nobiliſſima ſpeculatio (à qua dicitur Cherubin) eſt ſupra nobiliſſimam operationem a qua dicitur Seraphin : & ita ordo ſupra ordinem

2 Præterea, Sicut dicit Dominus Ioan 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te, &c. & Auguſtinus dicat, quòd viſio eſt tota merces. Philoſophus etiam dicat, quòd contemplatio eſt opus Deo & homini gratiſſimum. Ergo videtur, quòd viſio (à qua dicitur Cherubin) ſit potior in beatitudine, amore, à quo dicitur Seraphin : & ſic idem quod prius.

3 Ad idem, Habitus qui eſt perfectio rei ſecundum propriam naturam, dignior eſt eo qui perficit naturam in communi : ſed viſio Dei per ſcientiam perficit naturam ſpiritualem ſecundum id quod proprium eſt ſibi, ſcilicet intellectum : amor autem ſecundum naturam quæ conuenit cum aliis, cum affectio etiam ſit in brutis : ergo ſcientia dignior eſt amore : & ſic ordo ordine.

3 Præterea, Potentia motiua ignobilior eſt potentia intellectiua, quæ eſt propriè nobilioris naturæ : ergo ſcientia (quæ perficit intellectum) eſt nobilior amore, qui perficit motiuam : & ſic ordo ordine.

Ad oppoſitum. Ad Eph. 3. dicitur. Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti. Ergo eadem ratione cuiuſlibet charitas ſupereminet ſuæ ſcientiæ : & ſic Seraphin (qui accipitur penes charitatem) ſuperior erit Cherubin, qui accipitur penes ſcientiam.

2 Idem videtur per id quod de charitate dicitur. 1. Corin. 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.

Solutio. Dicimus, quòd amor communis eſt rationabilibus & irrationabilibus, ſicut patet per diffinitionem eius poſitam in libro de diuinis nominibus. Dilectio verò addit ſuper amorem electionem & diſcretionem amati : & ſic eſt ſolum in habentibus intellectum ; & ſibi nihil eſt contrarium, ſicut nulli habitui qui conſequitur partem intellectiuam, vt dicit Philoſophus. Charitas autem addit ſupra dilectionem vim amoris qua ponitur amatum ſub inæſtimabili pretio : vnde etiam dicitur res chara quæ multi pretij eſt. Dicimus igitur, quòd ſcientia dignior eſt amore communiter ſumpto, ſed minus digna charitate : & propter hoc ordo Seraphin ſuperior.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet ſpeculatio dignior ſit praxi exteriori quæ habet difficultatem, eſt tamen minus digna affectione in qua perficitur motus intellectus affectiui, vt in eo quod immediatius coniungit fini.

Ad ſecundum dicendum, quòd cum virtutes (quæ ſunt per modum paſſiuarum) non poſſint agere niſi recipiendo ſpeciem obiecti quod eſt agens, oportet quòd viſio (quæ dicitur à tali potentia) determinetur ſecundum rationem obiecti : obiectum autem viſionis (quæ eſt vita æterna) mouet non ſolum in ratione veri, ſed in ratione ſummi boni, quod eſt Deus : & ideò viſio illa non eſt purè ſpeculatiua, ſed affectiua : & in hoc conſummatur beatitudo : & propter hoc etiam dicitur tota merces. Philoſophus autem loquitur de contemplatione, quòd triangulus habet tres angulos, quæ videtur purè ſpeculatiua, cum non inducat delectationem niſi inquantum aſſumitur vt affectata à voluntate præcedenti : & ſecundum hoc efficitur ſecundum ipſum felicitas viæ, propter maximam delectationem, ex eo quod maximè conuenit homini ſecundum id quod proprium eſt ſibi. Delectatio enim eſt operatio ſecundum naturalem habitum non impedita, & imperturbabilem.

lem, propter firmitatem ſui & quia caret contrario.

Ad tertium dicendum, quòd amor prout communiter ſumitur, indignior eſt ſcientia, dignior tamen eſt ſecundum id quod perficit affectionem intellectiuam, in cuius delectatione perficitur felicitas humana, ſiue viæ, ſiue patriæ. Et ſimiliter dicendum eſt ad quartum de potentia affectiua ſiue motiua.

Dubium 1. 1 Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd malè deſcribat iſtos duos ordines: hic enim propria eorum tradere debet: calefacere autem & incendere metaphoricè dicuntur: ergo non debuit manifeſtare Seraphin, per hoc quod eſt calefaciens vel incendens.

3 Præterea, Cum non effundant niſi conſtituti in gradu ſui ordinis per donum receptum à Deo, prius ſecundum naturam eſt eis accipere quam effundere: ergo per acceptionem potius quam per effuſionem in calefaciendo manifeſtari debuit Seraphin.

4 Item videtur, quòd peccat etiam in notificatione Cherubin: multitudo enim ſcientiæ conſiſtit in multitudine ſcitorum, magnitudo verò in firmitate medij: ſed cum iſte ordo ſit de ſupremis, intellectus eorum non ſpargitur ad multa, ſed magis colligitur ad vnum: ergo non competit eis multitudo ſcientiæ, ſed potius magnitudo.

5 Præterea, Scientia eſt per propriam cauſam rei, & in hoc differt à ſapientia, quæ eſt per altiſſimam cauſam: hæc autem differentia non videtur eſſe in cognitione iſtius ordinis, cum cognitionem rerum accipiant per cauſam altiſſimam immediatè: ergo inconuenienter vtrumque ponitur.

Solutio. Dicimus, quòd conuenienter nominauit hos ordines per habitus nobiliores, ſcilicet charitatis, quæ deſignatur in calore propter vnitiuam virtutem & attractiuam ad amatum quantum ad Seraphin, & ſcientiæ quantum ad Cherubin.

Ad primum ergo dicendum, quòd proprium dupliciter dicitur, aut in comparatione ad ſubiectum, quod conuenit omni & ſoli & ſemper: & ſic propria ordinum non intendit hîc ponere: & hoc diuiditur contra commune. Dicitur etiam proprium, quod conuenit alicui ſecundum quod ſignificatur per verba: & hoc diuiditur contra improprium vel metaphoricum, & ſic propria intendit ponere, cum oporteat determinare de ipſis ſecundum figuras quibus traduntur in Scripturis.

Ad ſecundum dicendum, quòd in effundendo notatur copia & perfectio habendi, & non in capiendo: ideò vt hoc exprimeret, per effuſionem eos deſcripſit: vel quia per actum effuſionis magis nobis innoteſcunt, & eſſentialior eſt hierarchiæ.

Ad tertium dicendum, quòd licet intellectus eorum adunetur in vno, illud tamen vnum eſt ratio certa cognoſcendi multa ſcita, imò omnia: & ideò inquantum per illud vnum intellectus eorum accipit multa, dicitur multitudo ſcientiæ.

Ad quartum dicendum, quòd ad perfectionem cognitionis exigitur obiectum offerens ſe ad cognoſcendum, & medium firmum quo accipiatur, & perſpicacitas intelligentiæ in cognoſcente. Hæc autem manifeſtum eſt non deeſſe eis, cum in eis nullum ſit impedimentum ex hebetudine: & ideò oportuit, quòd deſcriberentur quantum ad perfectam cognitionem, & quantum ad efficaciam medij: & ſic dicitur fuſio ſapientiæ, quia rerum cognitionem per primam accipiunt cauſam, quam plenè in fulgore ſuo proſpiciunt, vt alijs fundere poſſint. Ex parte verò obiectorum dicitur multitudo ſcientiæ, propter multa ſcita, quæ ſe eis apertè offerunt ex intuitu primi luminis, per quod & res cognoſcunt & propria eorum principia, & ſic habent de eis & ſapientiam & ſcientiam: & hoc non eſt inconueniens ſecundum Philoſophum.

Pulchrè igitur prima cæleſtium hierarchiarum ab excellentiſſimis eſſentiis ſanctificatur, ordinem habens omnibus altiorem, hoc eſt, circa Deum immediatè collocatur: & primò operantes theophaniæ & perfectiones in eam tanquam proximam principalius deferuntur. 2.

EXPOSITIO TEXTVS.

Pulchrè igitur prima, &c.

A HIc ex nominibus eorum poſitis concludit eos eſſe decenter in prima hierarchia, dicens: *Igitur* ex quo nobiliſſimas eorum proprietates nomina declarant, *pulchrè*, id eſt, decenter *primam cæleſtium hierarchiarum*, id eſt, inter cæleſtes hierarchias *ſanctificatur*, id eſt, ſancta oſtenditur, vel in ſanctitate à Deo conſtituitur, non vt de non ſancta fiat ſancta, *ab eſſentiis excellentiſſimis* inter alios Angelos. Prima dico *habens ordinem*, id eſt, gradum *omnibus altiorem*, ſcilicet hierarchiis, *hoc eſt*, id eſt, hic ordo altus eſt in hoc quod *collocatur immediatè circa Deum*, quoad gradum in quo conſtituuntur *& theophaniæ*, id eſt, diuinæ illuminationes ſub quibus vident, *& perfectiones* quantum ad obiectum viſionis, quod eſt Deus, *operantes primò*, id eſt, quæ ſunt principium totius perfectionis & illuminationis, cum in ipſo ſoûtu accipiant, *deferuntur principalius*, id eſt, primò & plenius *in eam* ſcilicet primam hierarchiam *tanquam proximam* Deo.

DVBIVM.

B SEcundo eſt dubitatio de hoc quod dicit eos immediatè circa Deum collocari: videtur enim hoc eſſe falſum. Inter immediata enim non eſt diſtantia: ſed inter Deum & eos qui ſunt de prima hierarchia eſt infinita diſtantia: ergo non immediatè ſibi coniunguntur.

2 Præterea Virgo (vt dicit Hieronymus) & cantatur de ipſa, eſt exaltata ſuper choros Angelorum: ergo ipſa eſt media inter Deum & primam hierarchiam.

3 Præterea,

3 Præterea, Infinitè diſtans non poteſt accipi ab intellectu niſi per medium: cum igitur in infinitum diſtet ab his qui ſunt de prima hierarchia, videtur quòd non immediatè accipiunt viſionem eius.

4 Item videtur, quòd hoc non ſit eis proprium. Sicut enim dicitur in prima Canonica Ioannis, Videbimus eum ſicuti eſt. Glo. Sine medio. Ergo non ſoli ipſi vident ſine medio.

5 Præterea, Homo etiam ante peccatum (vt dicit Auguſtinus) videbat Deum ſine medio, qui tamen erat in via: ergo videtur non ſolum conuenire ſuperiori hierarchiæ.

Solutio. Dicimus, quòd dicuntur immediatè collocati circa Deum, eò quod non ſit aliquid primò reſpiciens à Deo & transfundens in eos: ſed habent virtutem ad inſpiciendum in ſuo fulgore lumen diuinum. Et ſi inter eos aliqui ſunt magis capaces & illuminent inferiores eiuſdem ordinis vel eiuſdem hierarchiæ, per hoc non tollitur ab eis facultas immediatè accipiendi in ipſo fonte luminis, ſicut aliquis diſcit ab alio, qui tamen per ſe inuenire poſſet: & etiam recipiunt à ſuperioribus lumen nulla ex parte obtenebratum, ſed in ſimili fulgore in quo ſuperiores accipiunt: & ideò immediatè collocantur omnes, licet vnus ab alio accipere poſſit: ſed inferior hierarchia recipit à ſuperioribus in minori ſplendore, ſicut etiam dicitur in libro de cauſis, quòd intelligentiæ inferiores continent formas minus vniuerſales quam ſcilicet ſuperiores: cum enim formæ omnium (quæ hîc producuntur ſecundum Philoſophos) ſint apud ipſas ſicut formæ artificialium apud artificem, quantò magis appropinquant multitudini generabilium & corruptibilium, quæ reducuntur ad motum cæli, tantò formæ earum fiunt compoſitiores & multipliciores, & ſic minus vniuerſales. Et ſimiliter quantò magis diſtant à prima luce, tantò recipiunt in minori ſplendore.

Ad primum ergo dicendum, quòd per hoc quod eſt infinita diſtantia, non ponitur actu aliquid medium quod eſt propinquius primo, quia ſic nunquam eſſet ſtatus, ſed ſecundum poſſibilem capacitatem maiorem iſtis, tamen infra Deum.

Ad ſecundum dicendum, quòd quantum ad hoc quod beata Virgo eſt media quoad meritum, non tamen eſt media quoad effuſionem illuminationum, cum per ſe accipiant: & ſi etiam ab ipſa accipiant, non tollitur ab eis proprius modus, ſcilicet per ſe accipiendi.

Ad tertium dicendum, quòd diſtantia intelligibilis ab intellectu poteſt eſſe vel ex defectu intelligibilis, quod non eſt de ſe aptum & connaturale intellectui, ſicut ſunt prima principia, & tunc indigent medio per quod accipiantur: vel etiam ex defectu intelligentis qui propter debilitatem intellectus non pertingit ad conſpiciendam tantam claritatem, & ideò indiget medio confortante intellectum ſub quo videatur: & talis eſt diſtantia intellectus creati ad Deum: & ideò non oportet eſſe medium in quo videatur, ſed ſub quo, & hoc eſt theophania.

Ad quartum dicendum, quòd inquantum pertinet ad obiectum beatitudinis, immediatè videtur ab omnibus, ſed non quantum ad illuminationes, quæ ſunt de his quæ pertinent ad gubernationem mundi, & Eccleſiæ tam militantis quam triumphantis.

Ad quintum dicendum, quòd homo ante peccatum videbat ſine medio Deum, quod eſt velamen peccati, videbat tamen per imaginem & veſtigium, licet clarius.

Calefacientes ergo nominantur, & Throni, & fuſio ſapientiæ, manifeſtatiuo deiformium ſuarum habitudinum nomine. 3

EXPOSITIO TEXTVS.

Calefacientes, &c.

Hic ponit nomina trium ordinum, ex quibus proprietates eorum colligit, cum ſuperius poſuerit tantum duorum, dicens: *Ergo*, vt patet ex dictis, tres primi ordines *nominantur calefacientes*, quantum ad Seraphin, *& Throni*, *& fuſio*, id eſt, effuſio *ſapientiæ*, id eſt, cognitionis quæ in prima luce accipitur, quantum ad Cherubin. Sic dico nominantur *nomine manifeſtatiuo ſuarum habitudinum*, id eſt, habituum perficientium ad actus hierarchicos, *deiformium*, id eſt, ducentium in Dei ſimilitudinem. A

DVBIA.

Hic est dubium de quibuſdam verbis Commentatoris, quæ ſunt hæc. Non contingit arbitrari magnum Dionyſium virtutes intelligibiles, id eſt, ſpirituales more accidentium quemadmodum & in nobiſipſis fuerint, dixiſſe, vt aliud in alio ſubiecto, & ac ſi qualitatem quandam eſſe dixerit: accidentis enim illic eſſe depreſſum eſt: ſi enim hoc eſſet, non vtique viueret in ſemetipſa harum eſſentia, neque deificari per ſe, quantum foret poſſibile, valuiſſet. Habitudines ergo earum atque virtutes quæ in eis ſunt, eſſentiales ſunt propter immaterialitatem. Videtur ergo dicere, quòd non ſint in eis habitus accidentales, ſed eſſentiales. Et ideò primò quæritur de veritate huius. Secundò ſi ſint in eis habitus, vtrum ſint in eis aliquando vt diſpoſitiones. B

Circa primum proceditur ſic. Videtur enim, quòd verum dicat, ſicut dicit Boëtius in libro de Trinitate, Subſtantia ſimplex nulli poteſt eſſe ſubiectum: ſed Angeli ſunt ſubſtantiæ ſimplices & immateriales: ergo non poſſunt eſſe ſubiectum alicuius accidentis. *Dubium* 1.

2 Præterea, De forma accidentali dicitur in 6. principiis, quòd eſt compoſitioni contingens. Cum igitur Angeli non ſint compoſiti, non erunt in eis accidentia.

3 Præterea, Sicut dicit Philoſophus. Compoſitio accidentalis reducitur ad compoſitionem ſubiecti vt ad cauſam, ſicut etiam vnitas & entitas accidentis cauſantur à ſubſtantia. Cum igitur in Angelis non ſit compoſitio ſubſtantiæ, videtur quòd in eis etiam non ſit compoſitio ex accidente & ſubiecto.

Ad oppoſitum, Sicut dicit Philoſophus in 2. de generatione, Idem ſecundum idem non facit

diuerſa:

diuerſa: ſed Angeli habent diuerſas operationes: ergo oportet, quòd reducantur ad multitudinem accidentium, cum ſubſtantia vniuſcuiuſque ſit vna.

2 Ad idem, Sicut dicit Boëtius in libro de Trini. In omnibus quæ ſunt citra primum, quod verè eſt vnum in quo nullus eſt numerus, eſt hic & hoc: ergo cum Angeli ſint citra primum, erit in eis aliqua compoſitio: & ſic poterunt ſubiici accidentibus.

Solutio. Dicimus, quòd compoſitio eſſentialis eſt duplex, ſcilicet ex actu & potentia, id eſt, ex materia & forma: vel ex potentiali & actuali, in quibus propriè non eſt materia in qua acquiratur forma per motum: hæc autem quæ eſt ex potentiali & actuali, eſt duobus modis, aut ita quod potentiale & actuale ſint altera natura, aut ita quod vtrumque ſit natura vna habens potentialitatem, inquantum admiſcetur alteri, & actualitatem ſecundum id quod de ipſa remanet non immixtum, ſicut lux corporalis quæ ſecundum aliquid commiſcetur combuſtiuo in igne, & ſecundum aliquid remanet non immixta: vnde etiam actio eius extenditur vltra actionem combuſtiui. Similiter qui dicunt animam eſſe ſimplicem, diſtinguunt hoc modo potentiale in ipſa ſecundum quod commiſcetur corpori, & ex illa parte conſequitur eam poſſibilis intellectus: actuale verò ſecundum id quod de ipſa remanet non admixtum, & ex hac parte ineſt ei agens intellectus. In Angelis autem non poteſt ſic dici, cum ſint omnino ſeparati, non coniuncti mobilibus, vt ponunt Philoſophi: & ideò oportet dicere, quòd id quod eſt in eis potentiale & actuale, non eſt natura vna: vbicumque enim eſt verè ſignificare vniuerſale & particulare, eſt aliquid principium communicabilitatis, quod eſt actuale in ipſo, & aliquid principium incommunicabilitatis, per quod indiuiduatur, eſt potentiale in ipſo, ſicut dicitur in primo cæli & mundi, quòd cum dico cælum, dico formam: cum dico hoc cælum, dico materiam: & ſic in Angelis eſt compoſitio ex potentiali & actuali, cum verè ſignificentur in eis vniuerſale & particulare. In accidentibus autem non eſt aliquod verum indiuiduum, ſed indiuiduantur in indiuiduo ſubſtantiæ: & fit hæc albedo per hoc quia eſt huius albedo. Similiter ſi anima ſit ſimplex ſicut pura forma, erit hæc anima non per ſe, ſed quia eſt huius: ſed Angelus per ſe & verè hic Angelus: & ideo poteſt per ſe eſſe ſubiectum accidentis. Sed accidens eſt duplex, ſcilicet ſpeciei, vt propria paſſio, & indiuidui, & hoc eſt duplex, quoddam quod acquiritur per motum & alterationem, & hoc verè eſt accidens in natura, & tale excluditur ab Angelis propter immaterialitatem, vt dicit Commentator, eò quod vbi non eſt materia, non eſt paſſio neque alteratio: quoddam verò accidens eſt quod acquirendo non alteratur aliquis, ſed perficitur & ſubitò accipit, propter quod ſine motu acquiritur, ſicut generatio & illuminatio non ſunt motus, ſed termini motus, quia ſubitò inducitur forma & lumen, & huiuſmodi accidentia ſunt habitus perficientes animam ſecundum intellectum, vt dicitur in 7. Phyſicorum. Non tamen in Angelis ſunt termini motus, licet in nobis ſint termini motus: & hæc accidentia non ſunt verè entia, ſed ſicut ens in anima, & ſicut intentiones quædam, & ſic non remouentur à natura ſicut compoſita, vt eſt Angelus. Commentator autem intelligit de accidentibus quæ ſunt per motum acquiſita. Quod autem dicit, quòd ſunt habitudines eſſentiales, intelligendum eſt ob hoc quod perficiunt ad finem eſſentiæ, ſicut etiam virtutes dicuntur naturales, non quia ſint de perficientibus eſſentiam.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſubſtantia omnino ſimplex (ſicut eſt Deus) nulli omninò ſubiectum eſt: ſed ea quæ deficiunt à ſimplicitate eius, ſubiiciuntur accidentibus ſpeciei, ſicut etiam vnitas ſubiicitur ſuis proprietatibus & accidentibus quæ ſunt perfectiones ſine motu acquiſitæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd forma accidentalis (quæ ſimpliciter eſt ens in natura) exigit compoſitionem formæ & materiæ: ſed ei quæ eſt vt intentio in anima, ſufficit compoſitio ex potentiali & actuali. Et per hoc patet ſolutio ad tertium. Alia duo concedimus.

Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd in Angelis ſint habitus aliquando vt diſpoſitiones: habitus enim relinquitur ex diſpoſitionibus: ſi igitur in Angelis ſint aliqui habitus, oportet vt prius fuerint diſpoſitiones. C *Dubium 2.*

2 Præterea, Ex vna actione non efficitur habitus, ſed ex multis, quarum vna reſpectu præcedentium tollit totam difficultatem potentiæ: & ante illam non eſt habitus, ſed diſpoſitio: ergo in Angelis ſunt diſpoſitiones.

3 Præterea, Ex potentia pura in actum purum oportet eſſe viam mediam: ſed via inter potentiam & habitum perficientem ipſam eſt diſpoſitio: ergo videtur, quòd in Angelis ſint diſpoſitiones quibus medijs veniatur de potentia ad habitum.

Ad oppoſitum, Nihil eſt medium inter potentiam & actum, niſi motus qui eſt actus imperfectus, aliquid habens de potentia, & aliquid de actu: ſed habitus Angelorum non acquiruntur per motum, vt ſupra dictum eſt: ergo non ſunt in eis diſpoſitiones mediæ.

Solutio. Dicimus, quòd diſpoſitiones non præcedunt habitus innatos & infuſos propter perfectionem agentis quod vno actu inducit habitum, ſed ſolum habitus acquiſitos præcedunt diſpoſitiones propter difficultatem operationis qua acquiritur virtus, & propter debilitationem medij quo accipitur ſcientia. In Angelis autem omnes habitus ſunt naturales vel infuſi: & ideo in eis nullæ ſunt diſpoſitiones. Et per hoc patet ſolutio ad primum: quoniam non omnes habitus conſequuntur diſpoſitiones. Et ſimiliter etiam dicendum ad ſecundum, quòd verum eſt de habitibus acquiſitis, quòd non acquiruntur vno actu, quamuis in his etiam, ſi agens ſit forte, vno actu inducit habitum, ſicut per vnam demonſtrationem propter firmitatem medij acquiritur ſcientia.

Ad tertium dicendum, quòd via dicit continuitatem medij: vnde etiam in hominibus non eſt media via de potentia ad habitum, cum intelligibilia non continuentur, ſed ſunt ibi vices in accipiendo vnum poſt aliud quouſque

perficiſtur habitus. Si autem eſſet contiouitas medij, oporteret eſſe motum, cuius continuitate tranſirentur infinita in potentia quæ eſſent in medio continuo. In Angelis autem neque ſunt vices mediæ, neque via continua, cum vno actu educantur ad habitum. Et per hoc patet ſolutio ad vltimum quod falsò concludit: quia ſic etiam in hominibus non eſſent diſpoſitiones ad habitus acquiſitos ſine motu.

4. Mobile enim ſemper eorum circa diuina, & inceſſabile, & calidum, & acutum, & ſuperferuidum intentæ, & forſitan intimæ & inflexibilis ſemper motionis, & ſuperpoſitorum reductiuè, & actiuè exemplatiuum tanquam recaleficans illa & reſuſcitans in ſimilem caliditatem, & igneum cælitus, & holocauſtè purgatiuum, & incircumuelatum & inextinguibile, habentemque ſe ſic ſemper luciformem, & illuminatiuam proprietatem, omnis tenebroſæ obſcurationis perſecutricem & manifeſtatricem, Seraphin nominatio aut manifeſtatio docet.

Seraphin quid.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Mobile enim ſemper, &c.

A Hic ponit proprietates iſtorum ordinum, quas declarant eorum nomina, & primò proprietates Seraphin, ſecundò Cherubin, ibi, *Ipſa vero Cherubin, &c.* Tertiò Thronorom, ibi, *Ipſa autem altiſſimarum, &c.* Circa primum duo ponit. Primò proprietates Seraphin in accipiendo. Secundò in effundendo, ibi, *Et ſuperpoſitorum, &c* Litera ſic legatur. Ita nominantur oomina manifeſtatiuo deiformis proprietatis. *Etenim*, id eſt, qoia *nominatio aut manifeſtatio*, id eſt, expoſitio nominis *Seraphin docet ſemper mobile eorum circa diuina*, id eſt, mobilitatem eorum qua ſemper mouentur in Deum, ex eo quod caloris eſt mouere: & docet *inceſſabile eorum*, id eſt, inceſſum quo velociter incedunt in diuina, & tunc cum in omni deſiderio, vt dicit Philoſophus, ſit quidam circulus, dum deſideratum mouet deſideraotem, & deſiderans mouetur vt coniungatur deſiderato quantum poteſt, quo mobile refertur ad diſpoſitionem deſiderantis ex apprehenſione & affectione deſiderati ad mouendum in ipſum: & inceſſabile dicit alteram partem qua completur circulus, ſcilicet motum io amatum ex tali diſpoſitione vel aptitudine, & docet non tantum motum, ſed etiam formam mouentem, ſcilicet *calidum* amoris eorum, ioquantum mouet ad coniungendum amato: & docet *acutum*, quia non ſufficit amori coniunctio, ſed quærit ſubintrare amatum & vnire ſe ſibi ſecundum quod poteſt, etiam ſi poſſet effici ſubiecto vno: & docet etiam *ſuperferuidum* eius: quia amor non ſolum mouet ad ſubintrandum amatum, ſed facit circuire omnes partes & differentiss amando, delectando circa ſingula, ſicut ignis intrat combuſtibile, & profundat ſe in partibos eius: propter quod Pythagoras dixit, quòd erat acutorum angulorum. Docet dico calidom *motionis intenta* in Deum quantom ad motum intellectus, qui ex amore totus trahitur ad intendendum Deo, quaſi ſui oblitus, *& mot onis intimæ* quantum ad motum affectus cuius eſt profundari in amatum. Forſitan hic non dicit dubitationem, ſed dicit defectum ex parte affectus qui non ſufficit profundari in amorem diuinum quantum decet. Et motionis ſemper *inflexibilis*: nunquam enim deflectitur ab amore, propter confirmationem in illo: & quia non habet contrarium talis amoris. Et etiam docet *reductiue & actiuè ſuperpoſitorum*, id eſt, quantum ad actionem in ioferiores ex immiſſione luminis & reductione eorum ex virtute primæ lucis per quam conuincitur ad conſentiendum immiſſo lumini. Docet dico *exemplatiuum eorum*, id eſt, quod agendo efficiunt aliud exemplar ſui propter factam reductionem: & hoc *tanquam recaliſicans illa*, ſcilicet ſuperpoſita calore amoris, ſicut & ipſum eſt calidum, *& tanquam reſuſcitans in caliditatem ſimilem* ſuæ, & propter perfectam diſpoſitiooem in amore, quam ſtatim ſequitur fieri exemplum eius, ſicot ignis exemplar per introductionem formæ ſubſtantialis, & caliſicat, dum incipit diſponere per calorem ad formam, & ſuſcitat in ſimilem caliditatem, quando habet calorem ſimilem igni: & tunc ſtatim ſequitur forma ignis. Et etiam docet, qoòd immittit quantum ad ſobſtantiam doni *igneum cælitus*, id eſt, calorem amoris ſimilem calori cæli, qui conſeruat & mouet ad ſpeciem, *& purgatiuum holocauſtè*, id eſt, quod purgat ſubditos non ab immunditia peccati quod non eſt in eis, ſed à diſſimilitudinis confuſione, ex toto incendendo per amorem. Holon enim totum dicitur, & cauma incendium. Et hoc quantum ad effectum ignei. Et igneum dico *incircumuelatum* quantum ad lumen eius quod non obtenebratur continuo & tempore, nec occultatur ſymbolis. Et igoeum dico *inextinguibile* propter vim caloris, *que*, id eſt, & docet eum, ſcilicet Seraphin eſſe *habentem ſe ſic ſemper* propter diſpoſitionem luminis & caloris *proprietatem luciformem*, id eſt, primæ luci ſimilem, quantum ad acceptionem vel reductionem in ipſam, *& illuminatiuam* quantum ad effuſionem luminis in ſubditos. Proprietatem dico *perſecutricem* quantum ad eſpulſionem tenebræ, *& manifeſtatricem* quantum ad immiſſionem luminis, *omnis obſcuritatis tenebroſæ*, id eſt, confuſionis quæ eſt ex intellectus potentialitate & ſplendore diuinæ lucis aperta omnia faciens.

DVBIVM.

B Sed videtvr, quòd non debuit facere mentionem de proprietatibus lucis, quæ magis pertinent ad ſecundum ordinem propter ſcientiam.

tiam. Et dicendum, quòd non tangit hic proprietates ſumptas à luce, niſi inquantum exigitur cognitio ad charitatem: quia nihil amatur niſi cognitum. Sunt igitur 16. proprietates. 8. in accipiendo, & 8. in communicando. Si enim conſiderentur ſecundum quod accipiuntur à Deo, aut erit proprietas accepta ex parte formæ mouentis in Deum, aut ex parte mobilis. Si ex parte formæ mouentis, aut ſecundum quod mouet ad amatum vt coniungatur ſibi, & ſic eſt calidum: aut ſecundum quod mouet in amatum vt ſubintret illud, & hoc dupliciter, quia aut ſimpliciter mouet in ipſum, & ſic eſt acutum, aut penetrando partes, & ſic eſt ſuperferuidum. Si ex parte mobilis, aut ſecundum mota, aut ſecundum motum ipſum. Si ſecundum mota ipſa, aut ex parte intellectus, & ſic eſt intentæ: aut ex parte affectus, & ſic eſt totimæ. Amor enim non mouet intellectum tantum. Si ſecundum motum ipſum, aut in aptitudine ad motum, & ſic eſt mobile: aut in motu ipſo ſecundum actum, & hoc aut ſecundum ſe, & ſic eſt inceſſabile, vel ſecundum continuitatem, & ſic eſt inflexibilis, &c. Si autem conſideretur ſecundum quod communicat alteri, aut ex parte eſſentiæ doni quod datur, aut ex parte effectus quod in eo communicat ex dono conſequentis. Si ex parte ipſius doni, aut ſecundum ſubſtantiam, & ſic eſt igneum cælitus, aut ſecundum proprietatem doni, & hoc aut ex parte luminis, & ſic eſt incircumuelatum: vel ex parte caloris, & ſic eſt inextinguibile. Si ex parte effectus doni, aut prout eſt in complemento, & ſic eſt exemplatiuum: aut prout eſt in diſpoſitione ad complementum, & hoc aut ſecundum lucem, & ſic eſt luciforme: aut ſecundum calorem, & hoc aut ſecundum terminum à quo, & ſic eſt holocauſtè purgatiuum: aut ſecundum terminum ad quem, & hoc vel ſecundum diſpoſitionem ſimplicem, & ſic recaleficans, vel ſecundum diſpoſitionem vltimatam quæ eſt neceſſitans, & ſic eſt reſuſcitans in ſimilem caliditatem.

5. *Cherubin quid.* Ipſa verò Cherubin cognoſcibile eorum & deiuidum, & altiſſimę luminum dationis acceptiuum, & contemplatiuum in prima operatrice virtute, diuinæ pulchritudinis & ſapientificæ traditionis repletum, & communicatiuum copioſæ ad ſecunda fuſioni donatæ ſapientiæ.

D V B I A.

Ipſa autem Cherubin, &c.

A POſitis proprietatibus primi ordinis, ſcilicet Seraphin, hîc ponit proprietates ſecundi, ſcilicet Cherubin, quas eius nomen declarat.

Hic svnt duo dubia. Primò quid ſit Cherubin. Secundò de proprietatibus eius quas ponit.

Circa primum ſic proceditur. Gregorius dicit in homilia de centum ouibus deſcribens Cherubin, Cherubin plenitudo ſcientiæ dicitur. Et ſublimiora illa agmina idcirco Cherubin vocata ſunt, quia tanto perfectiori ſcientia pleni ſunt, quantò Deum vicinius contemplantur, vt ſecundum creaturæ modum eò plenè omnia ſciunt, quo viſioni conditoris ſui per meritum dignitatis appropinquant. Sed Seraphin vicinius Deum vident, & plenius omnia ſciunt, & ſublimiores ſunt. Ergo ipſi debent dici Cherubin, & non illi de ſecundo ordine. *Dubium 1. Homil. 34. in Euang.*

2 Præterea, Cognitio Angeli qua ſciunt omnia in Deo, vocatur ab Auguſtino cognitio matutina, quæ eſt cognitio eorum in verbo: ſed hæc communis eſt omnibus Angelis ſecundum Auguſtinum: ergo penes eam non debet ſumi ordo ſpecialis.

3 Præterea, Sicut dicit Auguſtinus, viſio eſt tota merces beatitudinis. Cum igitur omnes Angeli ſint beati, omnib. communis erit viſio Dei: ergo non debet appropriari alicui ordini.

4 Præterea, Apocalyp. 21. ſuper illud, Latera ciuitatis ſunt æqualia, dicit Gloſſa, quòd fides, ſpes, & charitas ſunt æqualia: in beatis autem viſio tenet locum fidei: cum igitur Seraphin habeant maiorem charitatem, habebunt etiam maiorem & leniorem viſionem quam Cherubin: & ſic idem quod prius.

6 Præterea, Videtur, quòd malè denominet eos. Omnis enim denominatio debet fieri à digniori: ſapientia autem dignior habitus eſt quam ſcientia: ergo vterque ſic in eis debuit à ſapientia denominari, non à ſcientia.

7 Præterea, Vt dicit Philoſophus, ſapientia eſt cognitio per altiſſimam cauſam rei: ipſi autem cognoſcunt omnia in Deo qui eſt prima cauſa: ergo debent dici plenitudo ſapientiæ.

8 Præterea, Scientia eſt cognitio accepta de rebus per propria principia rei: talis autem acceptio cognitionis non eſt in patria, ſed in cauſa prima accipiunt cognitionem rerum: ergo non debent dici plenitudo ſcientiæ.

Solutio. Dicimus, quòd hæc tria quibus hic ordo nominatur, ſcilicet fuſio ſapientiæ, multitudo ſcientiæ à Dionyſio, & plenitudo ſcientiæ à Gregorio, pro eadem re accipiuntur, ſed differunt ſecundum rationem: cum enim cognoſcant omnia in prima luce, poteſt conſiderari ipſa lux prout in ſe manens eſt prima cauſa rerum, & ex hoc quòd per ipſam lucem immediatè copioſè illuminantur, vt poſſint aliis communicare, dicuntur fuſio ſapientiæ: ſed ſecundum quod lux illa tranſit ſuper omnia irradians ea, faciens cognoſcere res in propria natura, & propria principia earum, ſic dicuntur multitudo ſcientiæ: ſed ſecundum efficaciam lucis ad plenè innoteſcendas res dicuntur plenitudo ſcientiæ.

Ad primum dicendum, quòd licet Seraphin plenius videant, non tamen ab hoc denominantur, ſed à digniori dono quod eſt charitas, cedentes ſecundo ordini à denominatione ſecundi doni, ſcilicet ſcientiæ: ſed Gregorius loquitur reſpectu inferiorum.

Ad ſecundum dicendum, quòd eſt quædam viſio pertinens ad ſubſtantiam beatitudinis,

quæ eſt viſio ſummi boni amati & habiti, & ab hac non denominatur hic ordo, cum omnes beati ea immediatè gaudeant. Eſt etiam quædam viſio rerum in arte diuina actu producente res, & hæc dicitur cognitio matutina ab Auguſtino: quia eſt de rebus in primordio earum, & hæc etiam communis eſt omnibus, etiam vt quidam dicunt, ante beatitudinem: vnde ab ea non ſumitur hic ordo. Eſt tertia viſio eorum quæ pertinent ad diſpenſationem graduum Eccleſiæ tam militantis quam triumphantis, de qua dicitur in Pſal. ſecundum aliam tranſlationem, Diſtribuite gradus eius vt enarretis, &c. Ab hac dicitur hic ordo: quia poſt Seraphin immediatè accipit, & inferiores ab ipſo. Et per hoc patet ſolutio ad tertium.

Ad quartum dicendum ſicut ad primum.

Ad quintum dicendum, quòd denominatur etiam à ſapientia: quia dicitur fuſio ſapientiæ: & fortè in nomine ſuo ſcientia magis exprimitur, quia ſecundum acceptionem & effuſionem multorum ſcitorum magis ſe habet ad actionem hierarchiæ quam ſecundum quod accipit à luce prima, & manifeſtior etiam fit nobis. Et per hoc patet ſolutio ad ſextum.

Ad ſeptimum dicendum, quòd Angeli & beati cognoſcunt prima principia rerum & habitudinem eorum ad principiata, licet ab eis non incipiat acceptio rerum, ſed à prima luce deueniat in cognitionem vtrorumque: & ideò ſaluatur in eis ratio ſcientiæ.

C Dubium 2. CIRCA ſecundum ſic proceditur. Potentia de ſe imperfecta eſt: vnde nec bona, nec mala eſt, ſecundum Philoſophum: ſed cognoſcibile dicit potentiam: ergo non debuit poni inter proprietates nobilitatis iſtius ordinis.

2 Præterea, Omnes beati Deum vident: ergo non eſt proprietas eorum deiuidum.

3 Præterea, Seraphin eſt altiſſimus ordo: ergo eius proprietas eſt accipere altiſſimas luminum dationes, & non iſtius ordinis.

4 Præterea, Cognoſcere in virtute operante actu eſt cognitio matutina, quæ eſt communis omnibus, vt dictum eſt: ergo non eſt proprietas huius ordinis contemplari in prima operatrice virtute.

5 Præterea, Pulchritudo diuina eſt reſpectu idearum quæ ſunt in ipſa vita & lux, vt dicit Boëtius, Mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus ipſe. Secundum hoc autem omnes vident eum, vt dictum eſt. Ergo non eſt proprium huius ordinis contemplatio diuinæ pulchritudinis.

6 Sapientifica aut eſt in traditione mundi, aut in traditione ſcripturarum: & vtraque cognoſcitur ab aliis: ergo non eſt proprium iſtius eſſe repletum ea.

7 Vltimò quæritur, penes quid ſumantur iſtæ proprietates?

Ad primum dicendum, quòd quia Angeli recipiunt in munere gratias ſecundum gradum naturalium, per hoc enim quod dicitur cognoſcibile, tangitur naturalis eorum perſpicacitas prout ordinantur ad perfectionem gratiæ, & ſic dicit naturalem perfectionem eius quæ eſt potentia reſpectu gratiæ ſuperadditæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd non dicitur à viſione communi omnibus deiuidum, ſed à cognitione in Deo pertinentium ad diſpoſitionem ſacram, vt dictum eſt.

Ad tertium dicendum, quòd altiſſimæ dicitur reſpectu inferiorum, non reſpectu ſuperiorum, ſcilicet Seraphin: quia cedit ſibi in hac eminentia dominatus ab eminentia ſuperioris doni.

Ad quartum dicendum, quòd operatrix virtus dicitur hic habitualiter, ſcilicet à qua omnia fluunt: ab hac & in hac accipere immediatè pertinentia ad ordines Eccleſiæ, proprium huius ordinis eſt.

Ad quintum dicendum, quòd ſicut pulchritudo naturalis eſt ex victoria formæ ſuper materiam, propter quod ſeruat ipſam in decenti figura & colore, ita pulchritudo diuina dicitur ex eo quod formæ ideali (quæ eſt in mente eius) ſubditur materia vt diſponatur ſecundum quod decet, & talem pulchritudinem accipere in fulgore diuinæ lucis (ſecundum ea quæ pertinent ad ordines) proprium eſt huius ordinis.

Ad ſextum dicendum, quod dicitur repletum ſapientificæ traditionis: eò quod non tantum ſciunt res ipſas, ſed ordinem ipſarum ſecundum quod exeunt à primo: & hoc eſt proprium eis quantum ad ea quæ diximus.

Ad vltimum dicendum, quòd proprietates iſtæ accipiuntur ſecundum ea quæ faciunt ad plenitudinem ſcientiæ, & hoc vel in accipiendo, vel in communicando. Si in accipiendo, vel ex parte perſpicacitatis naturalis intelligentiæ, prout ordinatur ad gratiam, & ſic eſt cognoſcibile: vel ex parte obiecti alti, & hoc vel in ſe, & ſic deiuidum: vel in ordine ſcitorum, & ſic ſapientificæ, &c. vel ex parte medij quod eſt efficax, & hoc medium eſt vel ſub quo videtur, & ſic eſt altiſſimæ luminum dationis: vel in quo res videntur, quia in Deo, & ſic vel ſecundum efficientem cauſam, & ſic eſt contemplatiuum in prima, &c. vel ſecundum formam idealem, & ſic diuinæ pulchritudinis repletum. Si in communicando, ſic eſt copioſè ad ſecunda. Si autem communicatum, quare tantum vnam proprietatem poſuerit in communicando, cum de Seraphin poſuerit plures? Dicendum, quòd proprietates Seraphin ſumuntur penes ignem charitatis, quæ eſt donum gratum faciens, habens calorem & lucem: & ideò plura conſiderantur in communicatione eius quam in communicatione ſcientiæ quæ eſt donum gratis datum, habens luminis tantum proprietates.

EXPOSITIO TEXTVS.

D Litera ſic legatur. Prædictas proprietates docet nominatio Seraphin. *Vero*, id eſt, ſed *ipſa* nominatio *Cherubin* docet *cognoſcibile eorum*, id eſt, perſpicacitatem naturalem ad cognoſcendum ordinata ad munus gratiæ: & docet eum eſſe *deiuidum*, id eſt, limpidè videntem Deum per munus gratiæ ſuperadditum, & hoc quantum ad obiectum: & docet ipſum eſſe *acceptiuum altiſſimæ donationis luminum*, id eſt, ad copiam accipientem immediatè in ipſo fonte luminum quo intellectus eius confortatur ad capienda diuina: & docet eum eſſe *contemplatiuum rerum in propria virtute operatrice*, id eſt, in Deo cuius eſt omnia operari: & docet eum

eſſe

eſſe *repletum diuina pulchritudinis* inquantum accipit in fulgore luminis ideas quæ ſunt in mente diuina, quibus omninò obedit materia, & inde reſultat pulchritudo: & docet eum eſſe repletum *ſapientifica traditionis*, cognoſcendo ordinem quem tradit Deus res producendo ſapienter: & docet eum eſſe *communicatum ſapientia ſibi donata* à Deo *copioſa fuſioni*, id eſt, effuſioni *ad ſecunda*, id eſt, ad inferiora. Et dicuntur communicare fuſioni per modum quo fons communicat riuo vt creſcat lacua: vel poſſunt omnia legi neutraliter ſicut agnoſcibile.

6 Ipſa autem altiſſimarum & compactarum ſedium omni diligenter exaltari ignominia ſubiectionis, & ad ſummum ſupermundanè ſurſum ferens, & omni extremitate ineffabiliter in ſublimiſſimum & circa verè excelſum totis virtutibus incommutabiliter & ſtabiliter collocatum, & diuini ſuperaduentus in omni impaſſibilitate & immateria litate acceptiuum, & deiferum, & famulariter in diuinas ſusceptiones apertum. Hæc quidem nominum ipſorum quantum ad nos declaratio.

Throni quid.

DVBIA.

Ipſa autem altiſſimarum, &c.

A Hic ponit proprietates Thronorum quas eius nomen declarat. Et hîc dubitantur tria. Primò quis ſit proprius actus Thronorum. Secundò de proprietatibus eorum quas ponit. Tertiò de numero ordinum primæ hierarchiæ.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd iudicare ſit proprius actus eorum. Dicit enim Gregorius in prædicta homilia. Throni illa agmina ſunt vocata, quibus ad exercenda iudicia ſemper Deus omnipotens præſidet. Quia enim enim Thronos Latino eloquio ſedes dicimus, Throni dicti ſunt hi qui tanta deitatis gratia replentur, vt in eis Dominus ſedeat, & per eos ſua iudicia decernat. Vnde dicitur in Pſal. Qui ſedes ſuper thronum, & iudicas æquitatem. Sed ſecundum hoc videtur, quòd ſint de media hierarchia: quia iudicare pertinet ad Dominationes, quæ ſunt de media: vel ad Principatus, qui ſunt de tertia. Et quod ſit Dominationum, videtur per hoc quod ibidem oſtendit in quibus effectus Dominationum appareat. Sunt nonnulli qui dum ſibimetipſis vigilanti cura dominantur, dumque ſe ſollicita intentione diſcutiunt, diuino timori ſemper inhærentes, hoc in munere virtutis accipiunt vt iudicare rectè & alios poſſint. Quorum profectò mentibus cum diuina contemplatio præſto eſt, in his velut in throno ſuo Dominus præſidens, aliorum facta examinat, & cuncta mirabiliter de ſua ſede diſpenſat. Et ita ex eo quod dominantur ſibi, ſe & alios diiudicant.

Homil. 34 ſuper Euang.

Pſal. 9.

2 Præterea, Cum ſedes ſit regis, magiſtri & iudicis, & throni dicantur ſedes, quæratur ab actu cuius ſedis dicantur? Et videtur, quòd à ſede magiſtri per hoc quod de his dicit Bernar. in quodam ſermone ſuper Cantica. In his ſpeciali quodam ſtupendæ dignationis munere reſidere eligit diuina maieſtas. Quod ſi ſeſſio ſignificat magiſterium, puto illum qui vnus nobis eſt magiſter in cælo & in terra, Dei ſapientiam Chriſtum. *Serm. 19. ſuper Cant.*

3 Item dicit, quòd ibi diſcunt Angeli, quod ad magiſterium pertinet, ſubdens: Cum alias quidem vbique attingat propter munditiam ſuam, ſpecialius tamen iſtos atque principalius tanquam propriam ſedem ſua illuſtrare præſentia, & inde tanquam de ſolemni auditorio docere Angelum, docere hominem ſcientiam. Inde Angelis diuinorum notitia iudiciorum, inde conſiliorum diſcretio Archangelis, inde Virtutes audiunt quando & vbi & qualia proferant ſigna. Ibi denique vniuerſi, ſiue ſint Principatus, ſiue Poteſtates, ſiue Dominationes, diſcunt profectò quid ex officio debeant, quid pro dignitate præſumant, & (quod præcipuè cautum eſt omnibus) accepta poteſtate ad propriam voluntatem vel gloriam non abuti.

4 Item, Proprietates eorum quæ hîc ponuntur, ſcilicet exaltari ex ignominia ſubiectionis, videtur quod præſumantur à ſede regali, cui conuenit altitudo. Hoc idem videtur per Bernardum in eodem loco. In thronis, inquit, ſedet Deus. Et poſtea: Etenim ſi intres hominis regia cuiuſcunque palatium, nonne cum plenum ſit cellis, ſcamnis, cathedriſque regia ſedes in eminenti poſita cernitur? Et non eſt neceſſe quærere, vbi rex ſedere ſolitus ſit, nimirum mox occurrit manifeſta ſedes eius, cæteris altior ornatiorque ſedilibus. Sic quoque omni decore ornatu cunctis aliis præeminere ſpiritibus iſtos intellige.

5 Item, Quod ſumatur ab actu ſedis iudicis, videtur per verba Gregorij prius inducta.

6 Item, Cum cuiuſlibet ſit ſedere in ſua ſede, & Throni ſint ſedes Dei, quæratur circa hoc, quare dicitur in Pſal. Qui ſedes ſuper Cherubin, &c. Si dicatur, quod propter hoc quia ſint ſuperiores Thronis, tunc debuit dici, Qui ſedes ſuper Seraphin, qui eſt ordo ſupremus.

Solutio. Dicimus, quòd actus proprius Thronorum eſt quieſcere in Deo, quaſi ſedendo in ipſo: & propter hoc dicitur Deus ſedere in ipſis: ſicut enim corpus ſeruatur in loco proprio, & intellectus conſeruat ſpecies, propter quod dicitur à Philoſopho locus ſpecierum, per hunc modum dicitur Deus eſſe in Thronis, vt continens eos in quiete & veritate, & eſſe eos intimus omni ſpirituali vel corporali, vt continens ipſum ſicut anima in corpore. Vnde per hoc quod in eis eſt, dicuntur ſedes eius. Per hoc verò quod ab ipſo continentur, dicitur locus eorum, ad quem mouentur ex omnibus, & in quo quieſcunt, & ſecundum intellectum, vt in prima luce, quæ eſt ratio omnium cognoſcibilium, & ſecundum affectum, vt in ſummo

bono terminante omne deſiderium: & ideo dicit Auguſtinus, Nuſquam inuenio tutum animæ meæ locum niſi in te, in quo colliguntur omnia ſparſa mea. Et hunc eſſe actum eorum ponit Bernard. in libro de conſideratione. Thronos, inquit, dicunt & ex eo quod ſedent in Deo, & ex eo quod ſedet in eis Deus. Neque enim ſedere in eis qui non ſederent, poſſet. Quæris quid illam ſentiam ſeſſionem? Summam tranquillitatem, placidiſſimam ſerenitatem, pacem quæ exuperat omnem intellectum. Talis eſt qui ſedet in Thronis Dominus ſabaoth, iudicans omnia cum tranquillitate, placidiſſimus, ſereniſſimus, pacatiſſimus. Et tales ſibi conſtituit Thronos ſimillimos ſibi. Iudicare tamen poteſt eſſe actus eorum conſequens, inquantum ex quiete eorum in Deo, & Dei in ipſis, diuinorum iudiciorum conſortes efficiuntur. Vnde non oportet vt ſint de media vel vltima hierarchia, cum non ſit principalis actus eorum. Et per hoc patet ſolutio ad primum.

Lib. 5. de conſideratione. cap. 4.

Ad id quod poſteà quæritur, dicendum, quòd ab actu ſedis regalis dicuntur propriè Throni: Thronus enim dicitur ſedes regis, cathedra ſedes magiſtri, tribunal ſedes iudicis: ſed ſedes regia cum ornatu regalis eminentiæ habet annexam iuriſdictionem iudicij. Vnde etiam conſequenter dicuntur ab actu ſedis iudicis, vt dicit Gregorius. Sed quod dicit Bernardus de magiſterio, referendum eſt ad doctrinam, quæ eſt ex promulgatione iuris, ſicut Imperatores docent ſubditos iura edendo.

Ad aliud quod quæritur, dicendum ſecundum Gregorium, quòd vt ſignificetur Deus ſedere in Thronis vt ſuperior eis, dicitur ſedere ſuper Cherubin, qui eſt ordo propinquus Thronis ex ſuperiori parte.

Ad aliud dicendum, quòd Deus ſedet ſuper Thronos quantum ad iuriſdictionem fundendi illuminationes propter regiam & iudiciariam poteſtatem, ſed in Cherubin propter facultatem fundendi plenitudinem ſcientiæ: & quia ex facultate fundendi procedunt illuminationes, & non ex iuriſdictione, cum plerumque habentes iuriſdictionem vt prælati, non habeant facultatem ſicut magiſtri, magis dicitur ſedere ſuper Cherubin quam ſuper Thronos. Seraphin autem ex nomine ſuo neutrum habet: & ideò non dicitur ſedere ſuper eos. Et ſi dicatur quòd dicitur, 1. Canon. Ioan. Vnctio, quæ eſt charitas, docet vos de omnibus. Dicendum, quòd charitas non docet informando ſicut ſcientia, ſed merendo doctrinam.

B Dubium 1.

Circa ſecundum ſic proceditur. Compactio eſt in ſedibus materialibus ex pluribus colligatis: tales autem non ſunt Throni: ergo non debent dici compacti.

2 Præterea, Ignominia ſubiectionis eſt in ſcabello, quod conculcatur vt perueniatur ad ſolium regis: nihil autem ibi ſic conculcatur: ergo non debuit dicere eos exaltari ex ignominia ſubiectionis.

3 Præterea, Seraphin altius feruntur in Deum: ergo ipſi non feruntur in ſublimiſſimum.

4 Præterea, Ipſe locutus eſt de diſpoſitione Thronorum: ergo non eſt ineffabile.

5 Præterea, Incommunicabiliter & ſtabiliter idem ſignificant: ergo nugatoriè vtrumque ponitur.

6 Præterea, Omnes Angeli recipiunt impaſſibiliter & immaterialiter: ergo hoc non eſt proprium horum.

7 Præterea, Cum hic intendat ponere conditiones nobilitatis ipſorum, non debuit ponere famulatum: quia non pertinet ad dignitatem.

8 Vltimò quæritur, penes quid ſumantur iſtæ proprietates?

Solutio.

Ad primum dicendum, quòd in ſedibus materialibus compactio eſt coniunctio plurium partium per clauos, vel per aliquod ligamen: vnde in ſuperioribus per ſimilitudinem ſignificat adunationem illius totius agminis in vno affectu quieſcendi in Deo.

Ad ſecundum dicendum, quòd dicuntur exaltari ab ignominia ſubiectionis, dum prætermiſſis omnibus quaſi quibuſdam ſcabellis quibus adhærendo tanquam inferioribus ſe deprimerent & ſubiicerent ſeruiliter vſque ad regem ipſum qui ſedet in ſolio, ſcilicet Deum perueniunt per deſiderium: & ſe ei ſubijciunt, ſicut & materia quantò magis ſubditur formæ. Et ideò dicit Gregorius, quòd ſeruire Deo regnare eſt: vnde exponit Commentator, id eſt, à progreſſu tendente ad infirmum.

Ad tertium dicendum, quòd dicuntur in ſublimiſſimum ferri reſpectu inferiorum: quia in hoc ceditur ſibi à ſuperioribus omnibus.

Ad quartum dicendum, quòd eſt ineffabile ſimpliciter: ſed ipſe ſecundum quid locutus eſt de eis, quantum attingere intellectu potuit.

Ad quintum dicendum, quòd ſtabiliter dicitur quantum ad permanentiam in eodem, incommutabiliter quantum ad firmitatem virtutis non mutantis in illo.

Ad ſextum dicendum, quòd immaterialiter recipere non appropriatur iſti ordini ſimpliciter, ſed quantum pertinet ad iuriſdictionem iudiciorum ſummi regis in diſpenſatione ordinum.

Ad ſeptimum dicendum, quòd famulatus Dei pertinet ad maximam dignitatem, vt dictum eſt: & de hoc ipſe loquitur.

Ad vltimum dicendum, quòd proprietates Thronorum ſumuntur aut quoad collocationem, aut quoad vſum ipſius. Si quoad collocationem, aut penes terminum à quo, & ſic eſt exaltari omni ignominia ſubiectionis: aut penes terminum ad quem, & ſic eſt quod dicit, & omni extremitate, &c. Si quoad vſũ, aut ad vſum ſuſceptionis, aut lationis. Si ſuſceptionis, aut in aptitudine, & ſic eſt famulariter in diuinas, &c. aut in actu, & ſic eſt diuini ſuperaduentus, &c. Si quoad vſum lationis, ſic dicitur in canticis, quòd ferculum ſibi fecit rex Salomon, id eſt, ſedem in qua ferebatur. Aut penes dignitatem loci ad quem fertur, & ſic eſt ad ſummum ſupermundanè, &c. Aut penes dignitatem ſedentis, & ſic eſt deiferum.

C Dubium 3.

Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd ordines primæ hierarchiæ debeant eſſe plures tribus: primæ enim hierarchiæ ordines debent ſumi ſecundum dona quibus immediatè conuertuntur in Deum: ſed hæc ſunt

ad

ad minus quatuor, ſcilicet fides, ſpes, intellectus, & ſapientia: & ita ad minus debent eſſe quatuor primæ hierarchiæ ordines.

2 Si dicatur, quòd fides & ſpes non ſunt in Angelis iam beatis. Contra: Licet non remaneant hæc in ſe, manent tamen in ſuccedentibus ſibi: fides enim ſuccedit viſio, & ſpei comprehenſio.

3 Præterea, Duo ordines ſumuntur penes attributa Spiritus ſancti, Seraphin penes amorem, & Throni penes quietem in Deo: vnus autem penes attributum Filij, quod eſt ſcientia, ſcilicet Cherubin: ergo debuit aliquis ſumi penes attributum Patris: & ita debuerunt eſſe plures.

4 Præterea, Licet Deus vno modo ſe habeat ad res, res tamen vno modo non ſe habent ad ipſum per reductionem in ipſum: quædam enim reducuntur in ipſum tantum per eſſe, quædam per ſenſum, quædam per rationem, quædam per intellectum, & vlterius per gratiam & gloriam: cum igitur primæ hierarchiæ ſumantur penes reductionem in Deum, videtur quòd plures deberent eſſe ordines eius.

5 Præterea, Deus dicitur eſſe quinque modis in rebus, per eſſentiam, per præſentiam, & potentiam, gratiam, & vnionem: & ita videtur, quòd penes hoc quod eſt recipere Deum, debeant ſumi plures ordines in prima hierarchia.

Solutio. Dicimus, quòd numerus iſtorum ordinum poteſt ſumi penes motum in Deum, & tunc penes charitatem (quæ eſt vt natura mouens) accipitur Seraphin. Penes id quod eſt dirigens in motu, ſcilicet ſcientia, ſumitur Cherubin: ſecundum motum vel terminum motus qui eſt in ſuſcipiendo Deum, ſumitur ordo Thronorum. Vel melius ſecundum perfectionem intellectualis naturæ à Deo: quia aut ſumetur penes modum perficiendi, qui eſt in quietando & continendo, & ſic erit ordo Thronorum: aut penes rationem perficiendi, & ſic inquantum perficit intellectum in ratione veri, ſumetur ordo Cherubin: vel inquantum perficit affectum in ratione boni, & ſic ſumitur ordo Seraphin. Vel adhuc melius, vt oſtendatur ſimul & ordo & numerus ſecundum quod res ſuſcipiunt Deum. In quibuſdam enim eſt per præſentiam, eſſentiam, & potentiam, in quibuſdam verò ſic, & etiam per cognitionem: in quibuſdam verò per eſſentiam, cognitionem, & amorem: & id quod habet vltimum, habet duo præcedentia: vnde conuenit naturæ totius poteſtatiuæ: ſic enim per id quod eſt ſimpliciter Deum eſſe in omnibus, ſumetur ordo Thronorum qui eſt inferior inter eos: ſecundum verò id quod eſt habere eum in ſe per eſſentiam & per cognitionem & affectionem, ſumetur ordo Seraphin: pluribus autem modis non habet res Deum: & ideò non poſſunt eſſe plures, & ſunt in tali ordine.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſecundum fidem ſiue viſionem quæ ſuccedit ei, & ſapientiam & intellectum, ſumitur tantum vnus ordo, ſcilicet Cherubin, & Throni penes apprehenſionem, quæ ſuccedit ſpei: & ideò non debent eſſe niſi tres ordines. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd attributum Patris eſt penes exitum rerum à Deo, ſcilicet potentiam: & ideò penes ipſum non potuit ſumi aliquis ordo in prima hierarchia, quæ accipitur ſecundum proximam reductionem in Deum: ſed attributum Filij competit reductioni prout eſt forma exemplaris qua conditi ſumus, & ad quam reformamur, ſicut dicit Auguſtinus, vt ad primum exemplar: & ſimiliter attributum Spiritus ſancti, amor enim coniungit amato, & quieſcere facit in ipſo.

Ad quartum dicendum, quòd omnes illi modi reducuntur ad tres dictos in genere: quia in exiſtentibus & ſentientibus eſt per eſſentiam, in rationabilibus & intellectualibus eſt per cognitionem, vlterius & in habentibus gratiam & gloriam eſt per affectionem amoris.

Ad quintum dicendum, quòd tres illi modi, ſcilicet per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, ſe conſequuntur, & non faciunt gradus in rebus. Eſt enim per eſſentiam in rebus omnibus, inquantum nulli deeſt, per præſentiam inquantum omnia cognoſcit, & per potentiam inquantum in omnibus operatur. Et ideò penes iſta ſumitur vnus tantum ordo. Penes autem id quod eſt eſſe per vnionem, cum ſit ſingulare & totum gratiæ, non debet ſumi aliquis ordo.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. Tales proprietates declarat D
nomen Cherubin. *Autem*, id eſt, *ipſa denominatio ſedium*, id eſt, Thronorum, *altiſſimarum*, quantum ad receptum & modum recipiendi, *&* *compactarum*, id eſt, vnitarum vno affectu inhærendi ſe Deo, docet eas *exaltari diligenter*, id eſt, perfectè, *omni ignominia ſubiectionis*, id eſt, quæ facit ſubiici, id eſt, à progreſſu tendente ad infima, ſecundum Commentatorem, id eſt, non procedunt per affectum ad res viles vt eis ſubiiciantur, ſed tantum Deo, in quo natura eorum exaltatur. Et docet *ſurſum ferens* eorum, id eſt, proprietatem qua Deum in ſe habentes & quieſcentes in ipſo, feruntur *ad ſummum*, ſcilicet Deum immediatè, *ſupermundanè*, id eſt, ſuper modum corporalis lationis & intellectus noſtri qui per imaginem & veſtigium venit in Deum. Et docet *collocatum* eorum, id eſt, collocationem qua collocantur, *ineffabiliter*, quia ſuper rationem noſtram eſt ſimpliciter ratione eius in quo collocantur, *in ſublimiſſimum*, quia non reſiſtitur vſque ad Deum omnibus ſublimiorem. Et collocatum dico *circa verè excelſum*, ſcilicet circa Deum, ad differentiam aliorum quæ non verè, ſed fortè apparenter ſunt excelſa, & non niſi ſecundum quid ſibi appropinquant. Collocatum dico circa Deum *totis virtutibus* quantum ad congregationem virtutum circa ipſum, *incommutabiliter*, inquantum virtutes non mutant, *& ſtabiliter*, quantum ad permanentiam in ipſo. Collocatum dico *omni extremitate*, id eſt, per receſſum ab omni infirmitate & per hoc ſuperponuntur his quæ habent aliquid nobilitatis, & tamen in infimo gradu: extremitas enim eſt aliquid rei. Per hoc autem quod dixit ab ignominia, ſeparauit ab his quæ nihil habent dignitatis. Et docet *acceptiuum* eorum, id eſt, proprietatem qua receptiuæ ſunt, *diuini ſuperaduentus*, in quo notatur eminentia veniendi in eas re-

ſpectu inferiorum, & hoc *in omni impaſſibilitate*, inquantum non eſt receptio contrarij, ſed perfectionis, *& immaterialitate*, inquantum non recipit per motum ſicut materia. Et docet *deiferum* eorum, id eſt, diſpoſitionem qua Deum ferunt, ſe in ipſum ferendo, qui tamen in eis eſt. Et docet *apertum* eorum, id eſt, præparationem eorum per amotionem cuiuſlibet obſtaculi quod poſſet claudere eorum intellectum vel affectum in ſuſceptiones diuinas ſecundum multitudinem illuminationum: & quia quotidie renouantur in receptionem Dei: & hoc *famulariter*, id eſt, ſubiiciendo ſe ſibi, *quidem*, id eſt, certè *hac eſt declaratio nominum ipſorum*, id eſt, trium ordinum, id eſt, hæc declarant, *quantum ad nos*, id eſt, ſecundum æſtimationem noſtram.

7. Dicendum verò quam hierarchiam eorum æſtimamus. Omnis enim quidem hierarchiæ ſpeculationem Deum imitanti deiformitate dependentem ineffabiliter eſſe, & diuidi omnem hierarchicam actionem in participationem ſacram & traditionem purgationis puræ & diuini luminis & perfectiuæ ſcientiæ, ſufficienter iam à nobis eſſe dictum arbitror. Nunc autem dicere dignè proſequamur excellentiſſimos intellectus, quomodo iam ſecundum eos hierarchia ab eloquiis manifeſtatur. In primis eſſentiis, quæ poſt ſubſtantificam eorum diuinitatem collocatæ ſunt, & veluti in veſtibulis ipſius ordinatæ, omnem ſunt inuiſibilem & viſibilem ſuperexcellentes factam virtutem propriam eſt mandum eſt eſſe & omninò æquiformem hierarchiam.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Dicendum verò quam hierarchiam, &c.

A Poſitis proprietatibus horum trium ordinum, hîc determinat de eis communiter quantum ad hierarchiam eorum. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid competat eis ſecundum hierarchiam eorum. In ſecunda manifeſtat quod dixerat per ſcripturas, ibi, *Hoc ergo Theologi*. Prima in duas. In prima dicit de quo eſt intentio. In ſecunda exequitur ſuum propoſitum, ibi, *In primis eſſentiis*. Circa primum duo facit. Primò dicit quid dictum eſt. Secundò quid reſtat dicendum, ibi, *Nunc autem dicere, &c.*

Litera ſic legatur. Diximus proprietates trium ordinum. *Vero*, id eſt, *dicendum quam æſtimamus eſſe hierarchiam eorum*, id eſt, trium ordinum in Deum, id eſt, qualiter competat eis actus hierarchicus: & in hoc dicitur quæ eſt hierarchia eorum, cum hierarchia ſit ordo poteſtatis, quidditas autem potentiæ eſt in comparatione ad actum. *Quidem*, id eſt, certè ego *arbitror ſufficienter iam dictum eſſe a nobis*, in tertio capitulo, *ſpeculationem*, id eſt, diffinitionem *omnis hierarchiæ* in communi *eſſe dependentem ineffabiliter*, inquantum humana ratio non ſufficit loqui de diuinis à *deiformitate*, id eſt, Dei ſimilitudine *imitanti Deum*, id eſt, faciente imitari in participatione doni & conſortio poteſtatis circa ſcientiam & actionem deiformem, *&* arbitror dictum eſſe in eodem capitulo *omnem hierarchicam actionem diuidi in participationem ſacram*, id eſt, ſacrorum donorum à Deo vel ab aliis ſuperioribus, & in *traditionem purgationis puræ*, id eſt, purum facientis, liberando à diſſimilitudinis confuſione, & traditione, *diuini luminis*, ſub quo videtur quantum ad illuminationem & traditionem, *ſcientiæ perfectiuæ*, quantum ad obiectum perficiens cognitionem, quod eſt Deus, in quo omnia videntur, & propria eorum principia, & hoc quantum ad perfectionem. *Autem*, id eſt, ſed *nunc proſequamur dicere dignè*, id eſt, recto ordine. Dicere dico ſpecialiter, non contenti communi dictione, in qua ſcitur res imperfectè & in potentia, *intellectus angelicos excellentiſſimos*, id eſt, in ſuprema hierarchia conſtitutos, dicendo *quomodo hierarchia iam*, id eſt, viſo qualiter manifeſtetur in communi, *manifeſtatur ſecundum eos*, id eſt, ſupremos ordines, id eſt, ſecundum quòd eis conuenit eſſe in hierarchia & habere operationes hierarchiæ *ab eloquiis*, id eſt, ſacra Scriptura.

In primis eſſentiis, Hic oſtendit qualiter hierarchia ſit in primis ordinibus, quantum ad actiones hierarchicas. Et diuiditur in partes tres. In prima oſtendit, quòd excellenter eſt in eis. In ſecunda oſtendit qualiter ſit in eis purgatio & illuminatio, ibi, *Puras igitur eas, &c.* In tertia qualiter in eis ſit perfectio, ibi, *Perfectas autem, &c.* Et ſi quæratur quare ſimul de purgatione & illuminatione, & per ſe de perfectione determinat? Dicendum, quòd purgatio conſequitur ſemper illuminationem vt effectus eius, perfectio autem eſt vltimum ad quod ducit illuminatio, & ideò non ponitur cum aliis.

Litera ſic legatur. *Aeſtimandum eſt eſſe hierarchiam proprium*, id eſt, ſecundum modum excellentem proprium eis, *& omninò æquiformem*, id eſt, æqualem ad inuicem, *in primis eſſentiis*, id eſt, in Angelis trium primorum ordinum, *quæ*, ſupple, eſſentiæ *ſunt collocatæ*, id eſt, ordinatæ immediatè *poſt diuinitatem ſubſtantificam earum*, id eſt, facientem ſubſtantias earum & ſubſiſtentes eas in eſſe, *& ſunt ſuperexcellentes omnem factam virtutem*, id eſt creatam virtutem *inuiſibilem* quantum ad inferiores ſpiritus, *& viſibilem* quantum ad corporalia, *veluti*, notat cauſam, *ordinatæ in veſtibulis ipſius deitatis*. De veſtibulis dicitur Ezech. 40. Et ſunt loca vicina altari in templo, in quibus reponebantur ſacræ veſtes, & ſimiliter in iſtis Deo propinquis reſeruantur ſacri actus donorum.

DVBIA.

DVBIA.

B Sed hic primò dubitatur de hoc quod dicit, quod ſunt ſuperexcellentes omnem factam virtutem. Videtur enim hoc eſſe falſum. Virtus enim eorum etiam facta eſt, & ita excederent ſeipſas : quod videtur impoſſibile.

Dubium 1.

2 Præterea, Accidens non excedit ſubiectum: ſed ea quibus conſtituuntur in tali eminentia, accidentia eorum ſunt : & ita non excedunt ſua ſubiecta, & ita non omnem factam virtutem.

Solutio. Dici poteſt, quòd eſt hîc accommodata diſtributio, quæ diſtribuit pro omni virtute facta inferiori ipſis. Vel aliter dicendum, quòd ipſi ſecundum virtutem gratuitorum donorum excedunt ſemetipſos ſecundum virtutem naturæ ipſorum, quæ ineſt eis ex creatione, ſicut Sortes ſenex eſt alter à ſeipſo puero, cum per dona gratuita ponantur in vltimo & ſecundum intellectum & ſecundum affectum, ad quod non attingunt naturalia eorum, ſcilicet ad videndum Deum immediatè & inhærendum ſibi feruentiſſimo amore, ad quod etiam inferiores ordines ſecundum eorum gratuita non attingunt.

Ad ſecundum dicendum, quòd accidentia non excedunt ſubiectum in eſſe, ita quod poſſint eſſe extra ipſum, in hoc tamen poſſunt excedere, quòd producunt altiores actus quam ſubiectum per ſe facere potuiſſet, ſicut patet de charitate quæ elicit de ſe actum meritorium, in quem de ſe natura non potuiſſet.

C Deinde dubitatur de hoc quod dicit, Æſtimandum eſt hierarchiam eorum eſſe æquiformem. Omnimoda enim æqualitas eſt contra naturam totius poteſtatiui, quod requirit ordinem in partibus. Cum igitur hierarchia omnis ſit totum poteſtatiuum, non erit in eis omninò æquiformis.

Dubium 2.

2 Præterea, Dona quibus collocantur in hierarchia, non ſunt æqualia : ſed charitas maior eſt ſcientia : ergo nec hierarchia omninò æquiformis.

3 Præterea, Hoc videtur contra id quod ſupra dixit 4. capitulo, quòd in æquè potentibus lex ipſa diffinitur, hoc eſt, ſecundum vnamquanque hierarchiam eſſe primas, medias, & vltimas : ſic enim non eſſet omninò æquiformis eorum hierarchia.

Solutio. Dicimus, quòd dicitur eſſe omninò æquiformis, quantum ad modum accipiendi illuminationes : quia æquè immediatè recipiunt à Deo illuminationes. Et iterum ad vltimum in quo ponuntur : quia ipſi Deo immediatè adhærent, in quo nullus eſt inæqualitatis ordo. Quantum autẽ ad virtutes tam recipientes, ſcilicet naturales, quam receptas, ſcilicet gratuitas, non ſunt æquales : & ſic ſaluatur in eis natura totius poteſtatiui & æqualitas donorum: & hoc eſt quod ſupra dixit quaſdam eſſe primas, medias & vltimas.
Vnde patet ſolutio
ad obiecta
* *
*

Putas igitur eas eſſe æſtimandum, non vt immundis maculis & inquinationibus liberatas, neque vt materialium receptiuas phantaſiarum, ſed vt omni diminutione mundas & altiores, & omni ſuperfirmato templo ſecundum excelſiſſimam caſtitatem, omnibus deiformiſſimis virtutibus ſupercollocatas, & proprio per ſe motu, & eodem motu, ſecundum diligentis Deum inconuerſibile ordinis ineffabiliter receptas : & in ſubiectis contumeliam omninò neſcientes, ſed incaſualem & intranſmutabilem habentes propriæ deiformis ſpecialitatis puriſſimam collocationem. 8.

DIVISIO ET
expoſitio textus.

Putas igitur eas, &c.

A Hic oſtendit qualiter ſit in eis purgatio & illuminatio. Et diuiditur in tres partes. In prima oſtendit qualiter illuminantur & purgantur quantum ad ſpeculationem intellectualem. In ſecunda quantum ad ſpeculationem ſymbolicam, ibi, *Contemplatiuaſque iterum.* In tertia qualiter recipiunt illuminationes à Domino Ieſu Chriſto ſecundum humanam naturam, ibi, *In communicatione autem Ieſu. &c.* Litera ſic legatur. Ex quo hierarchia eſt in eis altiſſima, *æſtimandum eſt eas*, ſcilicet primas eſſentias, *eſſe puras*, id eſt, depuratas ſiue purgatas, *non vt liberatas ab immundis maculis*, ſcilicet culpæ, à qua non purgantur, quia non eſt in eis, & non vt liberatas *ab inquinationibus*, quas ſcilicet contrahit natura ſpiritualis, vel ex reliquiis culpæ, vel ex vnione inferioris naturæ, ſicut anima vnitur corpori : & hæc non eſt inquinatio ſimpliciter, ſed ſic inquinatum aliquid naturalis puritatis ſpiritualis amittit ex vnione corporis, etiamſi non eſſet peccatum : hæc autem non ſunt in Angelis maximè ſuperioris, & hoc quantum ad affectum : *neque* æſtimamus eas purgari *vt receptiuas materialium phantaſiarum* quantum ad intellectum earum quem oporteat ab his purgari.

DVBIVM.

B Sed hic eſt dubium, Quid intellexit per phantaſias materiales : ſi enim intellexit hoc referri ad naturam intellectus eorum qui non accipit à phantaſmate ſicut noſter, tunc ſuperfluè poni intelliguntur ea quæ ſequuntur naturam.

2 Præterea, Hoc non videtur naturale eis,

com

cum in dæmonibus in quibus naturalia ſaluantur, ſicut dicitur in libro de diu. nom. malum ſit furor irrationabilis, amens concupiſcentia, phantaſia proterua.

Solutio. Poteſt dici, quòd hoc ideò dicit: quia intellectus eorum accipit ſimplices quidditates rerum, non accipiendo cum continuo & tempore à phantaſmatibus: & ad maiorem euidentiam explicat quod in eorum natura intelligitur. Vel poteſt dici, quòd per receſſum à prima luce qua dirigitur in cognitionem vniuſcuiuſque intellectus creatus obtenebratur, & in componendo cum alio incidit in eum falſitas, quæ eſt ſemper circa compoſitionem, ſecundum Philoſophum; & in hoc habet proprietatem phantaſiæ, cuius eſt decipi per falſas compoſitiones, ſicut dicitur in quarto philoſophiæ primæ, quòd falſitas non eſt propriis ſenſui, ſed phantaſiæ: & etiam per proprietatem materiæ quæ ſemper admiſcetur priuationi in defectu luminis, & ab hac proprietate dicitur intellectus dæmonum phantaſia: & poſſet dici materialis, non quod hæc ſint in ipſo per eſſentiam, & huiuſmodi obtenebratio remouetur ab Angelis in hoc quod dicitur, non receptiuas materialium phantaſiarum. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sed vt omni, &c.

C Dicto qualiter non eſt in eis purgatio & illuminatio, hîc dicit qualiter eſt in eis. Et primò in Cherubin. Secundò in Seraphin, ibi, *Et proprio per ſe motu*. Tertiò qualiter in Thronis, ibi, *Et in ſubiectu*. Litera ſic legatur. Prædicto modo non eſt in eis æſtimandum purgationem eſſe, *ſed* eſt æſtimandum purgari eas, ſcilicet primas eſſentias, quantum ad Cherubin, *vt mundas*, id eſt, purgatione mundatas *omni diminutione* luminis, quæ intelligitur in eis ante purgationem ex confuſione intellectus propter potentialitatem eius: aliter enim non reciperent aliquid ſi nulla in eis eſſet diminutio: & vt *altiores* ſeipſis ſecundum conditiones naturalium factas per illuminationem receptam: & vt *ſupercollocatas omnibus deiformiſſimis virtutibus*, id eſt, eminenter conſtitutas ſuper omnes virtutes angelicas, quæ ſunt inter creatas Deo ſimillimæ, ita quod ſit accommoda diſtributio pro inferioribus: vel quod ſint ſuperiores ſeipſis, vt primò dictum eſt: & in hoc tangitur quibus emineant. Collocatas dico *omni*, id eſt, toto *templo*, id eſt, contemplatione, *ſuperfirmato*, id eſt, in quo ſuperfirmantur, Deum propinquius contemplantes: & in hoc tangitur effectiuum collocationis. Supercollocatas dico *ſecundum caſtitatem excelſiſſimam*, id eſt, ſecundum virtutem diuini luminis, quæ caſtigat & refrænat intellectum eorum vagantem circa diuerſa continuens firmiter in vno, ſicut virtus caſtitatis caſtigat à fluxibus concupiſcentiæ, ponens in vno medio virtutis: & hoc in eis excellenter fit: & in hoc tangitur id quo formaliter in alto collocantur. Et æſtimandum eſt eas purgari, quantum ad Seraphin, vt *receptas* in vnionem ſimilitudinis Dei *ineffabiliter*: quia exuperat omnem ſenſum pax illa in qua recipiunt. Receptas dico *proprio per ſe motu*, id eſt, ſimiliter ſe habente, ſecundum Commentatorem, & hoc *ſecundum inconuerſibile ordinis diligentis Deum*, id eſt, ſecundum quod inconuertibiliter ordinatur Deum amando ipſum, ita quod auelli non poſſunt.

DVBIVM.

Sed videtur eſſe falſum quod dicit, quia ſicut Philoſophus dicit in octauo Phyſicorum, nihil mouet ſe: ergo non recipiuntur per ſe motu. D

1 Præterea, Motus ſemper diſſimiliter ſe habet, & quod continuò exit de potentia in nouum modum actus: ergo non recipiuntur modo eodem ſiue ſimiliter ſe habente.

Ad primum dicendum, quòd licet nihil poſſit per ſe moueri, ita vt idem ſit mouens & motum, poteſt tamen ex ſe moueri, ita vt in ipſo ſit vna natura mouens & altera mota, ſicut animal quod habet ſufficiens principium ſui motus in ſeipſo, ſcilicet animam, & ſimiliter amans mouetur in amatum per amorem qui eſt in ipſo vt principium talis motus: vnde gloſſandum eſt, per ſe motu, id eſt, ex ſe. Vel dicendum, quia dicitur per ſe moueri quod mouetur ſecundum quod exigit ſua natura, ſicut ignis ſurſum, licet principium mouens ſit extra, ſcilicet generans vel remouens prohibens. Et ſimiliter charitas eſt vt natura inclinans ad amandum.

Ad ſecundum dicendum, quòd motus qui eſt de potentia ad actum, ſemper eſt diſſimilis, qui propriè dicitur motus: ſed motus iſte eſt de actu in actum, quia de amore in perfectionem amantis per amati vnionem: & ideò ſimiliter ſe habet, quia non efficitur ibi forma aliqua quæ prius non fuerat, ſed tantum quod fuit perficitur: ſicut etiam motus de præmiſſis in concluſionem, de actu in actum, non de potentia in actum, cum idem ſit quod eſt poſtea in actu & in potentia prius, concluſio autem non eſt idem principiis.

EXPOSITIO TEXTVS.

Et in ſubiectu, &c.

Hic oſtendit qualiter fit purgatio quantum ad Thronos, dicens: *Et* æſtimandum eſt eas purgari quantum ad Thronos vt *omnino neſcientes*, id eſt, nullo modo experientes in ſeipſis *contumeliam*, id eſt, ignobilitatem quæ eſt *in ſubiectu*, id eſt, quæ facit ſubiici, quia Deo ſe ſubiiciunt, & in hoc magis exaltantur: ſed ſi ſe ſubiicerent rebus infimis per amorem, ſub ſeipſis deprimerentur: *ſed vt habentes puriſſimam*, id eſt, depuratam à diſſimilitudinis confuſione *collocationem* in ſeipſis *propria deiformis ſpecialitatis*, id eſt, doni per quod deiformes conſtituuntur, quod eſt proprium eis prout ſunt in ſpeciali gradu. Collocationem dico *incaſualem*, inquantum non cadunt ab ipſa, *& intranſmutabilem*, inquantum non mutant in ipſa. E

DV

D V B I V M.

F Sed videtur, quòd malè ordinet, cum prius primò poſuerit Seraphin, hic Cherubin. Et dicendum, quòd ſuperius ordinauit ſecundum dignitatem eorum: & ideò primò poſuit Seraphin: hic verò ordinat ſecundum progreſſum motus in Deum, qui eſt per purgationem & illuminationem: & ideò quia ſcientia eſt vt dirigens in motu, charitas autem vt natura inclinans in id, Thronorum autem eſt recipere vel habere, & ideò hoc modo ordinauit.

9. Contemplatiuaſque iterum ſenſibilium ſymbolorum, aut intellectualium ſpeculatiuas, neque vt varietate ſacrè ſcribentis theoriæ in diuinas reductas, ſed vt omnis immaterialis ſcientiæ altiori lumine repletas, & formificæ & principalis pulchritudinis, & ſupereſſentialis, & ter lucentis contemplatione, quantum fas eſt, refertas. Communicatione autem Ieſu ſimiliter dignè factas, non in imaginibus ſacię fictis formatiuè figurant deificam ſimilitudinem, ſed vt verè ipſi approximantes in prima participatione ſcientiæ, deificum eius lumen. Et quia Deo ſimile, ipſis ſubſtantialiter donatum eſt, communicāt huiuſmodi, vt poſsibile eſt, in prçoperatrice virtute deificis ipſius & humanis virtutibus.

D V B I V M.

Contemplatiuaſque iterum, &c.

A Hic oſtendit quomodo purgantur & illuminantur quantum ad contemplationem ſymbolorum in quibus apparent, cum non eos ignorare poſſint. Et ad intelligentiam eorum quæ dicuntur in litera, quæritur hic quæſtio difficilis, quomodo Angeli cognoſcant ſenſibilia ſymbola. Et videtur, quòd non poſſunt cognoſcere. Vnumquodque enim reducitur in Deum propria actione: ſed reductio quæ eſt per ſymbola, eſt propria intellectus accipientis per ſenſibilia: talis autem non eſt intellectus Angeli: ergo non reducitur per ſymbola.

2 Præterea, Vnumquodque cognoſcitur per ſpeciem ſuam, quæ eſt apud cognoſcentem: ſed ſpecies ſingularis ſenſibilium non poteſt eſſe in Angelo: ergo non cognoſcunt huiuſmodi ſenſibilia. Probatio mediæ. Si forma ſingularis ſit in eis, aut illud ſingulare ordinatur ad cauſam neceſſariam, aut ad cauſam contingentem. Si ad cauſam neceſſariam: ergo neceſſarium eſt ipſum generari, quod eſt contra Philoſophum in ſexto primæ philoſophiæ, & in primo cæli & mundi, vbi dicit, quòd non generatur neceſſariò, ſed corrumpitur neceſſariò. Si ad cauſam contingentem: ergo poſſibile fuit ipſum non eſſe. Species igitur non ſemper fuit in Angelo. Nec iterum accipere potuit eam à ſenſibilibus, cum non habeat organa quibus talis perficitur. Ergo videtur, quòd nullo modo poteſt eſſe apud ipſum.

Solutio. Quidam dixerunt, quòd Angelus cognoſcit iſta ſingularia ſub ſpeciebus totius ordinis vniuerſi, quas habet apud ſe creatione: & huiuſmodi ſpecies dicuntur eſſe cauſæ vniuerſi, quæ habent ordinem per reductionem inferiorum in ſuperiores, ſicut cauſæ particulares mixtorum reducuntur in ſimplicia, & cauſæ horum omnium iterum in motum cæli, & ſic vſque in primam cauſam: & hanc connexionem cauſarum dicunt Græci imarmenen. Dicunt igitur ſpecies omnium cauſarum vniuerſi ſic ordinatarum eſſe in Angelis, vt formas componentes, ſicut eſt forma artificiati apud artificem ordinata ad compoſitionem materiæ, & non ſicut formæ abſtractionis apud eum: quia abſtrahens ſpecies à rebus, ordinat eas tantum ad accipiendum cognitionem de re: vnde cum huiuſmodi formæ ſint actiuæ, cognoſcunt per eas Angeli, & id in quod determinatur operatio naturæ per ſe, ſcilicet ſingulare, & id quod eſt per conſequens, ſicut eſt vniuerſale in quo natura occultè operatur, & id quod eſt operatum per accidens, ſicut ſunt accidentia. Sed hoc non videtur ſufficere, cum nihil cognoſcatur in aliquo niſi prout eſt in illo: ſingularia autem non ſunt in natura propria in cauſis illis, ſed in potentia ſicut in cauſis vniuerſalibus & particularibus: & ita non cognoſcerent Angeli ſingularia in propria natura, ſed valdè deficienter.

Propter hoc alij dixerunt, quòd ad hoc quod Angeli habeant propriam cognitionem de ſingularibus, oportet quòd recipiant aliquid ab eis: recipiunt autem per præſentiam ſenſibilium, ſicut intellectus noſter accipit ſpecies à phantaſmatibus ſibi præſentibus. Sed non poteſt eſſe verum: quia oportet receptiuum eſſe proportionatum agenti, ſicut dicit Philoſophus: quia actus actiuorum ſunt in patiente prædiſpoſito: intellectus autem angelicus non eſt proportionatus ſpeciebus ſenſibilium, cum non habeat organa quibus huiuſmodi ſpecies abſtrahantur: nec iterum habet determinationem aliquam ad materiam, cum tamen dicit Philoſophus in primo cæli & mundi, quòd omne ſenſibile eſt per materiam: vnde non poteſt recipere ſpecies ſenſibilium. Et ideò Auicenna in 11. ſuæ meta. inuenit alium modum: dixit enim, quòd intelligentiæ quas ponit motrices orbium, habent in ſe cognitionem orbis quem mouent, & motus eſt vt immediatè effectus eius ſicut eſt cognitio artificiati in artifice per formam artis, & cognoſcit quicquid efficitur per motum cæli, vt procedens a forma quam habet in ſe: & ſic cognoſcit omnia ſingularia, cum omnia quæ ſunt hîc, reducantur ad motum cæli ſicut ad cauſam.

cauſam. Sed hanc viam impugnat Commentator ſuper octauo phyſicorum inſolubili ratione: dicit enim, quòd ſi aliquid cognoſcatur per cauſas vniuerſales, non habetur propria cognitio rei illius niſi per aliquid acceptum ab ipſa, cum de neceſſitate addat aliquid ſupra vniuerſale per quod ſit proprium quod non eſt in vniuerſali niſi in potentia: ſicut ſi cognoſcerem totam diſpoſitionem motus cæli, ſcirem eclipſes quæ poſſent eſſe in illo anno in vniuerſali, & diſpoſitiones earum, non tamen eclipſim quæ nunc eſt, niſi acciperem aliquid ab ipſa. Similiter virtus intelligentiæ eſt quaſi quædam communis cauſa omnium quæ producuntur per motum cæli, ſimiliter diffundens ſe ſuper diuerſa: ſed diſtinguitur in eas per proprias diſpoſitiones recipientium quæ non cauſantur à virtute illa: vnde intelligentia non poterit ea cognoſcere ſecundum illa propria, ſed tantum ſecundum illam communem virtutem, ſicut ſi ſol eſſet intelligens, non cognoſceret diuerſitates colorum, quæ ſunt ex diuerſa diſpoſitione recipientium quibus diuerſificatur lux quam ſimiliter emittit in omnibus coloribus, ſed cognoſceret colores tantum vt communicant in luce ſua. Et ideo opinio ſua eſt, quòd nec cognitio intelligentiarum neque cognitio Dei prouenit vſque ad ſingularia, ſed ſtat in vniuerſalibus, id eſt in cauſis communibus. Rabbi Moyſes etiam dicit. quòd Deus & Angeli non cognoſcunt alia ſingularia niſi homines, & hoc propter conformitatem quam habent ad animam rationalem, quæ continuatur eis per lumen intellectuale receptum ab eis.

Sed quia hæ opiniones ſunt hæreticæ & valdè inſufficientes, oportet aliter dicere. Dicimus igitur, quòd Angeli recipiunt cognitionem propriam de ſingularibus à prima idea. Cum enim Deus producat in eſſe non ſolum formam, ſed & materiam, & quicquid eſt proprium vel commune, oportet quòd apud ipſum ſint rationes propriæ & communes omnium rerum, cum nihil agat ſine ratione operis. Huiuſmodi autem rationes producuntur ab ipſo & in natura & in intelligentia, ſed in natura ſecundum quod ſunt in potentia operatiua vt quibus conſtituuntur res in eſſe: in intelligentia autem vel Angelo ſecundum quod ſunt rationes cognoſcendi in virtute cognoſcitiua. Vnde ſicut ſi tota natura eſſet vnum ens continuum, & intelligeret illud, cognoſceret omnia particularia, propter hoc quod omnia habet apud ſe: & ita cum Angelus recipiat rationes rerum à primo, prout ſunt rationes cognoſcendi, cognoſcere poterit per eas omnia ſingularia. Si autem quæratur, quid excitat eum ad ſciendum rem illam nunc ſimpliciter, cuius propriam rationem ſemper habuit apud ſe? Dicimus, quòd Deus operatur vnica actione in qualibet operatione naturæ principalius & immediatius quam natura: & ideò ſicut nos cognoſcimus aliquid nunc fieri per id quod accipimus à natura propria rei, ita etiam Angeli ſecundum quod ſuſcipiunt diuinum lumen, quod eſt etiam proprium operatiuum rei, cognoſcunt nunc rem fieri. Et ideò dicitur in litera, quòd cognoſcunt altiori lumine: & in libro de diuinis nominibus, quòd cognoſcunt ſingularia deiformiter, id eſt, per ſimiles ideas quibus Deus cognoſcit.

Ad primum ergo dicendum, quòd non reducuntur in Deum per ſymbola, ſed reducti in Deum, de ipſo veniunt in cognitionem ſymbolorum, ſicut nos de ſymbolis in cognitionem Dei, reſoluendo rem in proprietates, & accipiendo proprietates ipſius ad proprietatem rei ſpiritualis.

Ad aliud patet ſolutio per ea quæ dicta ſunt: quoniam habent ſpecies ſingularium non recipiendo à ſingularibus, ſed à prima idea.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. *Quæ*, id eſt, & *iterum* æſtimandum eſt eas, ſcilicet primas eſſentias *contemplatiuas ſymbolorum*, id eſt, ſignorum ſenſibilium quibus nobis manifeſtantur, cum non ignorent nobis ſic manifeſtari, *aut ſpeculatiuas intellectualium* rerum æſtimandum eſt eas eſſe, *neque*, id eſt, & non *vt reductas in diuinam*, id eſt, in diuinitatem *varietate theoria*, id eſt, conſiderationis *ſcribentis ſacre*, id eſt, de ſacris, id eſt, non reducuntur in Deum per ſymbola varia quibus ſcriptura ſacra deſcribit diuina, vt propter hoc contemplentur ſymbola: *ſed* æſtimandum eſt eas contemplatiuas ſymbolorum intellectualium, *vt repletas omnis*, id eſt, totius vel perfectæ *ſcientia immaterialis* per ſeparationem à conditionibus materiæ cognoſcendo ſimplices quidditates rerum: & hoc *altiori lumine*, id eſt, per lumen diuinum, quod eſt altius lumine Scripturæ, quia non obumbratum ſymbolis, *& vt refertas*, id eſt, plenas, *quantum fas*, id eſt, ſecundum quod poſſibile eſt eis, *contemplatione* diuinæ *pulchritudinis formifica*, id eſt, quæ figuras facit quibus innoteſcat, vel quæ facit formas in intellectu angelico, *& pulchritudinis principalis*, id eſt, ipſius diuinæ eſſentiæ immediatè in ſuo fonte, *& ſupereſſentialis*, id eſt, quæ eſt ſuper omnem eſſentiam creatam, *& lucentis ter*, propter trinitatem perſonarum, vel propter triplex lumen, videlicet obumbratum, vt eſt in hominibus, & vt eſt in ipſo fonte luminis, & vt eſt medio modo in Angelis: *autem*, id eſt, ſed, *ſimiliter* æſtimandum eſt primas eſſentias eſſe *factas digne*, id eſt, digno modo, id eſt, dignas *communicatione Ieſu* in recipiendo illuminationes ab ipſo, ita quod *non figurant ſimilitudinem deificam* ipſius *formatiue*, id eſt, ſymbolicè *imaginibus ſacre fictis*, id eſt, ad ſacrorum repræſentationem, id eſt, non accipiunt ſpeciem eius quæ Dei participes facit ſymbolis, *ſed* accipiunt *vt vere approximantes ipſi* ſcilicet Ieſu *in prima participatione ſcientiæ*, id eſt, quæ eſt immediatè à Deo, licet inferiori capacitate, *& lumen eius*, ſcilicet Ieſu *deificum*, quia diuinos participatione facit, & quia eſt Deo ſimile, ſecundum humanitatem etiam in maiori fulgore recipiat diuinum lumen eo ſupra omnes creaturas. Hoc dico, *donatum eſt ipſis*, ſcilicet primis eſſentiis ſubſtantialiter immediatè ab eius ſubſtantia, & etiam *huiuſmodi*, ſcilicet primę eſſētiæ *communicant virtutibus eius*, ſcilicet Ieſu, *deificis & humanis*, id eſt, ſecundū vtramque naturam, *in præoperatrice virtute*, id eſt, in ipſo Deo qui eſt primum operans & proprium cuiuſlibet, *vt poſſibile eſt eis*.

10. Perfectas autem ſimiliter, non vt ſacra varietate analyticam ſcientiam illuminatas, ſed vt prima & ſupereminenti deificatione repletas, ſecũdum excelſiſsimam (quantum in Angelis) diuinorum operum ſcientiam. Non enim per alias ſanctas eſſentias, ſed ab ipſa diuinitate ſanctificatæ, in ipſam immediatè extenduntur omnibus ſupereminenti virtute & ordine, & ad caſtiſsimam omninò fortitudinem collocantur, & ad immaterialem & inuiſibilem pulchritudinem, quantum fas, in contemplationem adducuntur, & diuinorum operum ſcibiles rationes, vt primæ & circa Deum eſſentiæ flectuntur, & ab ipſo perfectionis principe * excelſiſſimè ſanctificatæ ſunt.

* Excellen. tiſſimè.

EXPOSITIO TEXTVS.

Perfectas autem, &c.

A Hic oſtendit qualiter ſit in eis perfectio, dicens: *Autem*, id eſt, ſed *ſimiliter* eſt æſtimandum primas eſſentias eſſe *perfectas, non vt illuminatas ſcientiam analyticam*, id eſt, reſolutoriam, hoc eſt, ſecundum ipſam *ſacra varietate*, id eſt, ex variis rebus ducentibus in ſacra, *ſed* æſtimandum eſt eas eſſe perfectas *vt repletas deificatione*, id eſt, diſpoſitione qua in Deum perfectè reductæ ſunt, *prima*, quia in ipſo fonte accepta. *& ſupereminenti*, quia ſuper alios recipiunt, & hoc *ſecundum ſcientiam diuinorum operum*, quo operatur in illuminationibus. Hanc dico *excelſiſſimam*, quia pleniſſimè ſciunt, *quantum in Angelis* eſt poſſibile: neque enim ipſi attingunt ad modum quo de omnibus eminenter Deus ſcit. *Enim*, id eſt, quia *non extenduntur*, id eſt, reducuntur *in ipſam*, id eſt, ſcientiam *ſanctificata*, id eſt, per dona ſanctitatis accepta, *per alias eſſentias* prius ſanctas: *ſed collocantur*, id eſt, in ſuo gradu ſtatuuntur *virtute* quantum ad donum quod ſuſcipiunt, *& ordine* quantum ad poteſtatem, *ſupereminenti omnibus* Angelis, & collocantur, *ad fortitudinem*, id eſt, immutabilem virtutem *omninò caſtiſſimam*, id eſt, maximè caſtigantem in vnum, *& adducuntur* in contemplationem ad diuinam pulchritudinem contemplandam & imitandam, *immaterialem*, quia non admiſcetur ſibi aliquid priuationis vel potentiæ deturpantis, *& inuiſibilem*, quia non corporalem, ſed ſpiritualem viſum delectat, *quantum fas*, id eſt, poſſibile eſt ſibi: & adducuntur *ad rationes diuinorum operum ſcibiles*, id eſt, prout ſunt principia cognoſcendi, *& flectuntur circa* *Deum* per continuum motum in ipſum, *vt primæ eſſentiæ*, & circa ipſum exiſtentes immediatè, *& ſunt ſanctificata*, id eſt, ſacris donis repletæ, *excelſiſſimè* inter omnes, *immediatè ab ipſo principe*, id eſt, primo principio omnis *perfectionis*, ſcilicet Deo.

DVBIVM.

Sed videtur eſſe falſum quod dicit, quòd non illuminantur per analyticam ſcientiam: B reſolutio enim eſt poſterioris in prius, ſiue compoſiti in ſimplex, vel particularis in vniuerſale, vel cauſati in cauſam: ſed ſcientia eorum prior eſt diuina: ergo in illam poteſt reſolui: & ſic habent analyticam ſcientiam.

2 Præterea, Si dicuntur non habere eam, quia habent ſimplices intellectus non accipientes in continuo & tempore, hoc conuenit omnibus: & ſic non debet iſtis vt proprium aſſignari.

Solutio. Dicimus, quòd lumen intellectuale quantò magis recedit à fonte luminis, ſemper eſt reſolubile in præcedens vt in cauſam, & cujus virtute agit: ſed quando peruenerit ad vltimum, iam non eſt vltra reſoluere: & quia ſuperiores Angeli accipiunt in ipſo fonte luminis, non eſt reſolutoria eorum ſcientia. Vltimum autem in quo ponuntur inferiores, eſt ſub hoc: & ideò reſolutoria eſt eorum ſcientia in prima. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta, non enim propter illam cauſam quam tangit obiectio, dicitur non reſolutoria.

Hoc ergo Theologi apertè declarant ſuperpoſitas quidem cæleſtium eſſentiarum diſpoſitiones ſuperfirmatis ornatè erudiri deificas ſcientias: omnium verò altiores ab ipſa diuinitate, quantum fas, doctrina illuminari. Quaſdam enim illarum introducunt à prioribus ſacrè eruditas, Dominum eſſe cæleſtium virtutum & regem gloriæ in cælos humanitus receptum. Quaſdam verò apud ipſum Ieſum quærentes, & pro nobis ſuæ diuinæ actionis ſcientiam diſcentes, & eas ipſum Ieſum immediatè docentem, & prælargiens eis manifeſtantem ſuam humanam benignitatem. Ego enim (inquit) diſputo iuſtitiam & iudicium ſalutaris. Miror autem quia & cæleſtium eſſentiarum primæ, & tantum ſimul omnes ſupereminentes diuinis illuminationibus, vt mediatæ quæſtiones reuerenter appetunt. Er- 11.

Iſa. 63.

enim non inde interrogant, quare * tui rubra veſtimenta? Apud ſeipſas verò deliberant antè interrogare, oſtendentes quidem quia diſcunt, & deificam ſcientiam appetunt. Non autem præſilientes per diuinam proceſſionem inditam illuminationem.

* *Tibi.*

DIVISIO ET expoſitio textus.

Hoc ergo Theologi apertè declarant, &c.

A HIc intendit probare per auctoritatem ſacræ Scripturæ duo quæ prædixit, ſcilicet ſuperiores ordines immediatè accipere à Deo, & immediatè collocari circa ipſum. Et diuiditur in partes duas. In prima probat primum. In ſecunda ſecundum, ibi, *Ipſa ergo eſt quantum ad noſtram, &c.* Prima autem diuiditur in tres. In prima proponit quod intendit probare. In ſecunda probat, ibi, *Quaſdam enim, &c.* In tertia concludit propoſitum, ibi, *Non ergo, &c.*

Litera ſic legatur. Diximus, quòd primæ eſſentiæ immediatè ab ipſo perfectionis principe ſunt ſanctificatæ: *ergo Theologi*, id eſt, diuina docentes, *apertè declarant* hoc in Scripturis, ſcilicet *ſuperpoſitas*, id eſt, inferiores *diſpoſitiones*, id eſt, ordines *eſſentiarum cœleſtium*, id eſt, Angelorum *quidem*, id eſt, certè *erudiri ſcientias*, id eſt, illuminari in eis *deificas*, quia diuinos per reductionem facientes, *ornatè*, id eſt, inquantum per eas ornatum ſpecialem conſequuntur, *a ſuperfirmatis*, id eſt, ab illis quæ ſuper eas firmiter diſpoſitæ ſunt. *Verò*, id eſt, ſed declarant diſpoſitiones *altiores* id eſt, primas *illuminari doctrina*, id eſt, doctrina omnium *ab ipſa diuinitate* immediatè, *quantum fas*, id eſt, poſſibile eſt eis.

B *Quaſdam enim &c.* Hic probat propoſitum. Et circa hoc tria facit. Primo probat per auctoritatem, quòd inferiores illuminantur à primis quod primò dixit. Secundò quod primæ immediatè à Deo, ibi, *Quaſdam verò.* Tertiò ponit quoddam mirabile quod videtur repugnare prædictis, & eius rationem ponit, ibi, *Miror autem.*

Litera ſic legatur. Hoc quod nunc diximus, per Scripturam Theologi ſic declarant: *enim*, id eſt, quia *introducunt* in Scripturis *quaſdam illarum*, ſcilicet cæleſtium eſſentiarum *eſſe eruditas ſacre*, id eſt, accipiendo ſacrum lumen *a prioribus*, id eſt, à ſuperioribus eſſentiis *receptum humanitus in cælos*, id eſt, Chriſtum qui ſecundum naturam humanam aſcendit in cælos. Naturæ enim humanæ eſt, quod deſcendit, carnem aſſumendo, & quod aſcendit, carnem ſurſum ferendo, qui ſecundum diuinitatis naturam ſemper eſt apud Patrem. *Hunc dico eſſe Dominum cæleſtium virtutum*, id eſt, Angelorum, *& regem datorem gloriæ.* Introducuntur enim in Pſalmo quidam quærentes: Quis eſt iſte rex gloriæ? Et alij reſpondentes: Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. *Verò*, id eſt, ſed introducunt *quaſdam* earum quæ ſunt ſuperiores eſſentiæ *quærentes apud ipſum Ieſum*, non tanquam per medium erudiri volentes, *&* introducunt *eas diſcentes*, id eſt, diſcere volentes ab ipſo *ſcientiam ſuæ diuinæ actionis*, id eſt, redemptionis, quam diuina virtute pro noſtra ſalute compleuit: & cum ſit paſſio, dicitur actio: & quia volens paſſus eſt: & quia per hoc mortem & diabolum vicit. Et introducunt *ipſum Ieſum immediatè docentem eas*, ſcilicet cæleſtes eſſentias. *Etenim*, id eſt, quia, ipſe Ieſus *prælargiens*, id eſt, antèquam ab ipſo quæratur, dans eis ſcientiam *manifeſtantem ſuam humanam benignitatem*, id eſt, beneficium quod in humana natura compleuit, *inquit* eis: *Ego diſputo iuſtitiam*, id eſt, doceo iuſtitiam fidei, certando cum aduerſariis veritatis, *&* diſputo *iudicium ſalutaris*, quod eſt iudicium pro mundo vt ſaluetur contra diabolum, ſicut dicit Ioan. 12. Nunc iudicium eſt mundi, &c. Hæc autem auctoritas ſecundum ſeptuaginta eſt Iſaiæ 63. vbi nos habemus: Ego qui loquor iuſtitiam, &c. *Autem*, id eſt, ſed *miror*, id eſt, mirandum eſt, *quia &*, id eſt, etiam *prima eſſentiarum cæleſtium*, id eſt, primæ inter eas *& tantum*, ſicut dictum eſt, *ſupereminentes*, id eſt, excedentes omnes alias ſimul acceptas in *diuinis illuminationibus* quas immediatè à Deo accipiunt, *appetunt quæſtiones*, id eſt, mouent appetentes ſolutionem, *reuerenter*, propter reuerentiam eius à quo addiſcere volunt, *vt mediatæ*, id eſt, per modum mediæ non immediatè illuminantur, ſed per primas. In Græco enim habetur, μεσαιτατῶς, quod eſt mediè volantes, ſcilicet in diuinam contemplationem. Primò enim quærunt ab aliis: Quis eſt iſte qui venit de Edom, non immediatè à Chriſto. *Etenim*, id eſt, quia *non inde*, id eſt, à principio *interrogant quare veſtimenta tui*, id eſt, tua *ſunt rubra?* quamuis poſtea quæſiuerunt, audaciam ſumentes ex reſponſione: *verò*, id eſt, ſed *deliberant*, id eſt, ad modum deliberantium ſe habent *ante interrogare apud ſe ipſas*, id eſt, ab inuicem quam quærant à Chriſto: *quidem*, id eſt, certè *oſtendentes* per hoc quod ab inuicem quærunt coram Magiſtro, *quia diſcunt*, id eſt, diſcere volunt, *&* quia *appetunt ſcientiam deificam*, id eſt, ab ipſo Deo. *Autem*, id eſt, ſed *non ſunt præſilientes*, id eſt, præinfluentes aliis ante Chriſtum ſoluendæ *illuminationem* quæſtionis quæſitæ *inditam* primò de eis, *per diuinam proceſſionem*, id eſt, immediatè à Chriſto. Quod ergo primò ab inuicem quærunt, reuerentiæ eſt: quod verò reſponſionem Chriſti expectant, oſtendunt ſe immediatè ab ipſo illuminari.

Non ergo prima cæleſtium intellectuum hierarchia ab ipſa perfectionis principe ſanctificata, quo in eam immediatè extenditur, ſanctiſſima purgatione, multo lumine, ante perfecta conſummatione, proportionaliter eam implens, purgatur, 12.

gatur, & illuminatur, & perficitur. Omnique minoratione pura, primi verò luminis plena, & primo data cognitione & ſcientia participans perfecta. Comprehendens autem & hoc dixerim fortaſſis non immeritò: quia & purgatio eſt & illuminatio, & perfectio, diuinæ ſcientiæ aſſumptio. Ignorantiam quidem vtpotè purgans ſecundum ordinem indita ſcientia perfectiorum doctrinarum. Illuminans autem ipſa diuina cognitione, per quam & purgat, non prius contemplantem, quam manifeſtat per altiorem illuminationem. Et perficiens iterum ipſo lumine ſecundum habitum ſcientia lucidiſſimarum doctrinarum.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Non ergo prima, &c.

A Hic concludit propoſitum. Et circa hoc tria facit. Primò concludit, quòd immediatè à Deo purgaotur, illuminantur, & perficiuntur. Secundò compendiosè manifeſtat quodlibet eorum per ſe, ibi, *Omnium quidem, &c.* Tertiò reducit ea in vnum, ibi, *Comprehendens autem.*

Litera ſic legatur. *Ergo non*, id eſt, nonne *prima hierarchia cæleſtium intellectuum* id eſt, Angelorum *purgatur & illuminatur & perficitur ſanctificata*, id eſt, ſacris donis repleta *ab ipſo principe perfectionis*, ſcilicet Deo ſine medio, *quo*, id eſt, inquantum princeps perfectionis *extenditur in eam*, ſcilicet hierarchiam, porrigens ei, *immediatè implens eam ſanctiſſima purgatione & multo lumine*, ſub quo vident quantum ad illuminationem, *& conſummatione*, id eſt, perfectione quantum ad obiectum ſcientiæ *ante perfecta*: quia à primo ipſi perficiuntur, & poſteà perficiunt alios, & hoc *proportionaliter*. Sic dico prima hierarchia purgatur, &c. *quidem*, id eſt, certè *pura*, id eſt, depurata *ab omni mineratione*, id eſt, defectu luminis, ita quod nulla hierarchia minus habet. Et in hoc manifeſtat purgationem eorum. *Verò*, id eſt, ſed *plena*, id eſt, repleta *primi luminis*: itaque immediatè in ipſo fonte accipit. Et in hoc manifeſtat illuminationem. *Et perficitur participans*, id eſt, participando *cognitione primò data*: quia immediatè à Deo, & poſtmodum datur per eam aliis: & hoc quantum ad medium cognoſcendi: & participans *perfecta ſcientia*, id eſt, perficiente per acceptionem ſcitorum in quibus ſuperfloret natura delectatione: & in hoc manifeſtat perfectionem. *Autem*, id eſt, ſed ego *comprehendens* hæc tria in vnum, *&*, id eſt, etiam *dixerim hoc non immeritò*, id eſt, ſine ratione *fortaſſis* propter defectum humanæ rationis in talibus: quia *&*, id eſt, etiam *purgatio eſt aſſumptio diuina ſcientia* in ſe quæ eſt à Deo & in Deum reducens, *& ſimiliter illuminatio & perfectio*, eſt diuinæ ſcientiæ aſſumptio. *Vtpote*, id eſt, ſicut *purgans* formaliter *ignorantiam*, id eſt, neſcientiam *ſcientia indita*, id eſt, per ſcientiam à Deo intus datam, & hoc *ſecundum ordinem perfectiorum doctrinarum*, id eſt, illuminationum reſpecto inferiorum. *Autem*, id eſt, ſed illuminatio eſt huiuſmodi *illuminans ipſa diuina cognitione*, id eſt, per ipſam per quam & purgatio *purgat*. Illuminationem dico non *contemplantem prius* diuina *quam* illuminatio *manifeſtat per illuminationem* diuinam *altiorem* virtute naturæ, quæ non eſt potens inſpicere diuinam claritatem antequam altiori lumine confortetur: & perfectio eſt aſſumptio diuinæ ſcientiæ, *perficiens iterum*, non ſolum purgans & illuminans, *ipſo lumine*, id eſt, per ipſum ſub quo videtur in *ſcientia doctrinarum lucidiſſimarum*. id eſt, acceptarum in ipſo fulgore diuini luminis. Scientia dico *ſecundum habitum*, id eſt, difficile mobilem, & producentem actum ad nutum.

DVBIVM.

Sed hic eſt dubitatio de hoc quod ponit hæc tria eſſe vnum. Supra enim dixerat hierarchiam perfici triplici actione, & non vna ſola: ergo videtur ſibi contradicere. B

2 Præterea, Finis motus non eſt motus, vt probat Philoſophus in. 6. phyſicorum: ſed perfectio eſt terminus motus illuminationis: ergo non eſt vnum cum ipſo.

3 Præterea, Cum natura ſpiritualis non perficiatur vltimo lumine, ſed perfectione gratiæ vel gloriæ, videtur illuminatio imperfecta eſſe: perfectum autem & imperfectum non ſunt vnum: ergo nec perfectio & illuminatio.

4 Præterea, Non videtur, quòd per illuminationem purgatio fit in Angelis: vt enim dicit Auguſtinus, ignorantia cum ſit perfecta priuatio, eſt neſcientia eius quod debitum eſt ſciri: hæc autem culpa eſt & non pœna, quæ non ſunt in Angelis: ergo non eſt purgatio ab ignorantia.

5 Præterea, Gregorius dicit in dialogo: Quid eſt quod non videant, qui videntem omnia vident? Angeli vero cum ſint beati vident Deum videntem omnia: ergo omnia vident: & ita non eſt in eis ignorantia à qua purgentur. Lib. 4 dial. cap. 33. in fine, & li. 2. moral. c. 3.

6 Præterea, Auguſtinus dicit, quòd beatus eſt, qui habet quod vult, & nihil male vult. Cum igitur Angeli ſint beati, & velint percipere ſcientiam illuminationum, vt hic dicitur, videtur quòd habeant: & ſic idem quod prius.

7 Præterea, Sicut dicit Bernardus in libro de conſideratione: Vbi eſt felicitas, miſeria eſſe non poteſt. Cum igitur ignorantia ſit miſeria, quia eſt pœna, non poteſt eſſe in Angelis, cum ſint felices: & ſic ab ea non purgantur per aſſumptionem ſcientiæ.

Solutio. Iſta tria poſſunt dupliciter conſiderari, aut ſecundum effectum, & ſic tria & non vnum ſunt: aut ſecundum formam & agentem, & ex parte huius dicuntur vnum, quia per

lumen immiſſum & eſt purgatio ex parte ſubiecti, & illuminatio per aſſimilationem ad agens, & perfectio per reductionem in finem.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſupra dixit ea eſſe tria: quia tres effectus ſunt, & non ex parte formæ agentis.

Ad ſecundum dicendum, quòd motus qui eſt de potentia in actum, non eſt vnum cum ſuo termino, ſicut non eſt idem eſſe in actu & eſſe in potentia, & illuminatio eſt motus de actu in perfectionem einſdem actus: vnde non propriè eſt motus: & ſic eſt aliquo modo vnum cum ſuo termino.

Ad tertium dicendum, quòd lumen ſimpliciter non eſt perfectiuum ſpiritualis naturæ, ſed prout determinatur ad naturam ſpiritualem, ſcilicet prout lumen diuinum, ſicut & verum prout eſt determinatum ad bonum.

Ad quartum dicendum, quòd ignorantia non dicitur hîc priuatio, ſed neſcientia ſimplex, quæ eſt diſſimilitudinis confuſio, vt ſupra dictum eſt.

Ad quintum dicendum, quòd videndo Deum omnia vident quæ pertinent ad beatitudinem. De his verò quæ pertinent ad gradus Eccleſiæ, poſſunt illuminari prius neſcientes.

Ad ſextum dicendum, quòd beatus habet omnia quæ vult pertinentia ad beatitudinem: ſic enim etiam Anſelmus dicit, quòd voluntas beati impletur de his quæ ad commodum eius pertinent: & hæc ſunt ea per quæ fit beatus. Vel dicendum, quòd hoc intelligitur de voluntate prout eſt regulata iuſtitia diuina, qua ſcilicet volunt quod Deus vult eos habere: & talis voluntas eorum quâ ſolum ſimpliciter aliquid volunt, ſemper eſt de eo quod habent, licet dicantur aliquid velle ſecundum progreſſum naturæ ad perfectionem ſuam, quod non habent niſi poſtquam ab alio accipiunt.

Ad ſeptimum dicendum, quòd cum pœna ſemper infligatur pro culpa, talis neſcientia non eſt pœna in Angelis, cum nulla præceſſerit culpa, nec etiam culpa, ſed defectus naturam conſequens, ex eo quod habet potentiam admixtam cum actu.

13. Ipſa ergo eſt quantum ad noſtram ſcientiam, prima cæleſtium eſſentiarum diſpoſitio, in circumitu Dei & circa Deum immediatè ſtans, & ſimpliciter & inceſſanter circumiens æternam eius ſcientiam ſecundum excelſiſſimá (quantum in Angelis) ſemper mobilem collocationem. Multas quidem & beatas videns, purè contemplationes, ſimploſque & immediatè fulgores, illuminata, & diuino alimento repleta. Multa quidem primò data fuſione, ſolaque domeſtica & vnifica diuinæ refectionis vnitate. Multaque communione Dei & cooperatione digna effecta, ad eam, vt poſſibile, ſimilitudine bonarum habitudinum & actionum, multaque diuinorum ſuperpoſitè cognoſcens, & diuinæ ſcientiæ & cognitionis in participatione, ſecundum quod fas eſt, facta.

DIVISIO TEXTVS.

Ipſa ergo, &c.

A Hic probat ſecundum, quod primi ordines immediatè collocantur circa Deum. Et primò proponit. Secundò inducit auctoritates, ibi, *Propterea & laudes*. Circa primum duo facit. Primò dicit, quod immediatè collocantur circa Deum. Secundò in quibus circa ipſum collocantur, ibi, *Multa quidem, &c.*

DVBIA.

Hic svnt quatuor dubia. Primò, Vtrum moueantur circa Deum. Secundò quid ſit eorum circulariter moueri. Tertiò, Vtrum talis circuitus poſſit eſſe circa aliud quam circa Deum. Quartò, Vtrum omnia communicent in illo circuitu.

Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non mouentur circa Deum: nihil enim naturaliter mouetur in loco ſuo naturali, cum motus ad locum ſit motus ad formam: & quando conſequitur res perfectionem naturæ ex toto, non recipit vltra actionem generantis, quod eſt mouens ſecundum locum: & de motu cæli non eſt inſtantia, quod ſecundum Philoſophum mouetur ab anima: ergo & ſimiliter nihil mouetur in loco ſuo ſpirituali: Angeli ſunt in loco ſuo ſpirituali, aliter eſſent imperfecti, ſicut omne quod eſt extra ſuum locum: ergo non mouentur circa Deum. Dubium 1.

2 Præterea, Sicut dicit Philoſophus in ethicis, omnis tranſmutatio eſt propter malitiam, vel propter indigentiam. Quod etiam eſt verum in motu cæli, quod per motum acquirit aliquid quod ſine illo non haberet, ſcilicet aſſimilari primo. Sed in Angelis non eſt malitia: ergo non mouentur circa Deum.

3 Præterea, Omnis motus aut eſt per tempus, aut per vices: ſed in contemplatione Dei non ſunt vices, quia non eſt in Deo obumbratio viciſſitudo, vt dicitur Iacobi primo: nec iterum eſt ibi tempus: ergo non mouentur per hoc circa Deum.

4 Præterea, Circulus eſt peccatum in motu intellectus, vt vult Philoſophus: cum enim ſumat idem vt magis & minus notum, eſt intellectus neſcientis quo vadat: hoc autem non eſt in intellectu angelico: ergo non mouentur circa Deum.

Solutio. Dicimus, quòd motus non propriè dicitur Angelorum circa Deum, ſed operatio, & fortè eſt vitium tranſlationis: vt enim docet Philoſophus in ethicis, omnis operatio ſiue naturalis

naturalis, ſiue acquiſiti, ſiue ægritudinalis habitus, delectabilis eſt, quantum eſt de ſe, cum ſit in quo vltimo perficitur res propria perfectione, ſicut vltima perfectio intellectus non eſt eſſe ſcientem habitu, ſed conſiderare actu, cum per operationem non intendatur aliquod operatum: incidit tamen pœna in operatione propter motum ſine quo exerceri non poteſt, quia facit diſſolutionem in principiis naturæ, ſicut motus phantaſmatum & ſpirituum qui ſubtiliantur in capite, pœnam in operatione contemplatiua, quamuis etiam poſt fatigationem maneat operatio ipſa delectabilis. Vnde cum in Angelis non ſit aliquid pœnoſum, præcipuè penes hoc quod conuertuntur in Deum, non eſt operatio cum motu: ſed hoc quod propriè eorum perfectionem intendunt, moueri eorum dicitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet res in proprio loco non moueatur de potentia ad actum, cum ſit in vltimo actu ſuo, non tamen deeſt propria actio qua ſuæ perfectioni innititur.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet motus ſit propter malitiam ratione priuationis permixtæ potentiæ de qua mouetur in actum, operatio tamen non dicit defectum, ſed conuerſionem in ſuam perfectionem.

Ad tertium dicendum, quòd operatio intellectus quæ eſt in diſcurſu à primis ad vltimum, eſt per vices propter multitudinem intelligibilium quibus deuenit ad vltima: ſed quando iam ſtat in vltimo, non eſt vltra viciſſitudo, ſed firmiter ſtat in illo.

Ad quartum dicendum, quòd in curſu de præmiſſis ad concluſionem peccatum eſt circulus, ſed in perſiſtendo inſeparabiliter circa ſuum vltimum perficiens eſt circulus quidam ſine peccato.

Dubium 2. CIRCA ſecundum ſic proceditur. Sicut dicit Dionyſius in lib. de diui. nomin. Circulariter moueri mentium eſt, vnitè, & ſine principio, & interminabilibus illuminationibus pulchri & boni illuminari. Sed per nihil eorum quæ dicit, tangitur ratio motus circularis. Ergo videtur, quòd in Angelis non ſit circulariter moueri circa Deum.

2 Præterea, In omni circulatione eſt aliquid à quo incipit motus, & aliquid per quod eſt regyratio: hæc autem non eſt aſſignare in motu Angelorum circa Deum: ergo non eſt ibi circulatio.

3 Præterea, Sicut dicit Philoſophus in 7. phyſicorum, in motu circulari manet quod mouetur ſecundum ſubſtantiam, ſed quod mouetur per diuerſas formas facit circulationem: Angeli autem contemplantur Deum, conuertuntur tamen ſuper vnam formam ſimplicem, quæ Deus eſt: ergo non eſt ibi circulatio.

Solutio. Dicimus, quòd in contemplatione Angelorum ſaluatur ratio circulationis in hoc prout conuertunt ſe in ipſum prout eſt principium illuminationum & ratio cognoſcendi ſeipſum & alia ſine medio, & in idem vltimum per illuminationem reducuntur æquè diſtantia à centro, id eſt, à diuina ſubſtantia indiuiſibili, quæ æqualiter ſe habet ad illas tres rationes, ſcilicet principij, medij, & finis.

Ad primum ergo dicendum, quòd Dionyſius perfectè dicit rationem huius circulationis. Per hoc enim quod dicit vnitè, tangitur vnitas centri. Per hoc verò quod dicit ſine principio & interminabilibus illuminationibus, tangitur ratio circunferentiæ quæ non habet principium & finem in actu, ſicut linea recta. Per hoc verò quod dicit, pulchri, tangitur proceſſus illuminationum à primo in id quod mouetur, & conſummatio illius per reductionem in vltimum, & in hoc quod dicit, boni.

Ad ſecundum dicendum, quòd Deus ſecundum rationem principij eſt loco eius à quo incipit motus, & prout eſt medium cognoſcendi eſt id per quod fit regyratio, & inquantum eſt vltimum complens, eſt id in quo ſtat circulatio completa.

Ad tertium dicendum, quòd diuerſitas formarum eſt loco diuerſarum formarum circulationis in motu circulari, & ſecundum quod per eas quodam modo diſcernunt, ſemper manet in diuina ſubſtantia contemplatio, ſicut ibi circulariter motum manet in eodem loco ſecundum ſubſtantiam.

CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd circa alia quam circa Deum poteſt eſſe huiuſmodi circulatio: eiuſdem enim rei plures conſiderationes ſunt: ergo per illas poteſt circuire rem conſiderando, ſicut dictum eſt in Deo. *Dubium 3.*

2 Præterea, Pulchrum & bonum per quod diffinit Dionyſius circulariter moueri mentium, eſt omnis rei: ergo videtur, quòd circa quamlibet rem poſſit eſſe circuitus intellectus.

Solutio. Dicimus, quòd talis circulatio non poteſt eſſe niſi circa Deum. Cum enim omnis circulationis ſit centrum vnum indiuiſibile, in Deo eſt ſubſtantia indiuiſibilis quam circonſtant rationes principij, medij, & finis loco centri: in aliis verò rebus incidit compoſitio, & pluralitas in ſubſtantia per receſſum ab vno ſimplici: vnde diuerſæ rationes & conſiderationes eius reducuntur ad diuerſa in ſubſtantia eius, ſicut non eſt idem in ipſa bonum & pulchrum: ſed pulchrum prout recipit formam concordem ideæ, bonum ſecundum quod perficitur in finem: vnde non eſt ibi ratio circulationis. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

CIRCA quartum ſic proceditur. Videtur enim, quòd omnia participent iſtam circulationem, per hoc quod dicit Commentator: Etenim vnumquodque eorum quæ ſunt circa Deum, choros ducit. *Dubium 4.*

2 Præterea, Cum Angeli mouentur circulariter in Deum inquantum tendunt in ipſum vt ſuam perfectionem (vt dicit Philoſophus) bonum appetunt, videtur quòd in omnibus ſit iſte circulus.

Ad oppoſitum. Motus iſte circulationis Angelorum eſt per cognitionem intellectuam. Cum ergo non omnia cognitionem participent, videtur, quòd iſte circulus non ſit in omnibus.

2 Præterea, Motum cæli non attingunt inferiora, qui magis propinquus eſt & cognatus eis: ergo multò minus attingere poſſunt ad circuitum ſpiritualium ſubſtantiarum.

Solutio. Dicimus, quòd ſicut omnia infe-

rioꝛa, vt dicit Alpetragius, participant motum cæli ſecundum quod poſſunt, qui eſt vt vita quædam natura exiſtentibus omnibus, ſecundum Philoſophum, non tamen completè habent circulationem cæli, ſed extendunt ſe in illam quantum poſſunt, quædam ſecundum ſe in circulum, ſicut aqua & aër & ignis, quæ mouentur ſecundum naturam motu recto, tamen habent aliquid regyrationis ex motu cæli, ſicut patet in refluxu maris. terra verò non per ſe mouetur, ſed commiſcetur aliis, vt aſſimilet ſe per formam ſimilem formæ cæli, ſecundum quod poteſt, & participet aliquo modo motus eius in generatione & corruptione mixtorum: ita etiam circuitum Angelorum circa Deum participant omnia, ſecundum quod quælibet extendunt ſe in ſuam perfectionem per quam aſſimilantur Deo, ſecundum quod Angeli circuire Deum dicuntur. In primis tamen ſubſtantiis eſt talis circuitus completus ſecundum perfectam conuerſionem in ipſum, in aliis verò deficienter, ſecundum quod in gradibus entium elongantur à primo: quædam enim habent tantum eſſe, quædam etiam vitam. Et ſic patet ſolutio ad obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

Ipſa ergo eſt quantum, &c.

F IN parte iſta duo facit. Primò concludit ex dictis hierarchiam trium ordinum eſſe primam. Secundò adiungit propoſitum, ibi, *In circuitu Dei, &c.* Litera ſic legatur. Ex quo immediatè recipit à Deo ipſa ſcilicet hierarchia trium ordinum, *eſt prima diſpoſitio*, id eſt, gradus primus *cæleſtium eſſentiarum*, id eſt, Angelorum, *quantum ad noſtram ſcientiam*, id eſt, ſecundum quod de talibus teouiter comprehendere poſſumus. Ipſa dico *ſtans* inquantum inflexibiliter manet in ſubſtantia Dei, *in circuitu Dei*, inquantum conuertitur in ipſum, ſecundum quod eſt principium, medium, & terminus, *& immediate circa Deum*, inquantum habet circuitum perfectius aliis & prima habet, & ipſa dico *circuiens æternam ſcientiam eius*, ſcilicet Dei, in qua non eſt viciſſitudo: & hoc exponit dictum circuitur, *ſimpliciter*, inquantum ſimplificatur per conuerſionem in vnum ſimplex, & hoc refertur ad vnitatem centri, *& inceſſanter*, quantum ad hoc quod dixit ſtans. Et hoc dico *ſecunter* quantum ad hoc quod dixit ſtans. Et hoc dico *ſecundum excellentiſſimam collocationem*, id eſt, ordinationem circa Deum. Et ponit octo, quorum numerus ſic ſumi poteſt. Cum enim collocentur circa Deum ſecundum quod perficiuntur ab ipſo, aut erit penes perfectionem in actu, & ſic eſt ſextum: vel in habitu. Si in habitu, aut ſecundum intellectum, aut ſecundum affectum. Si ſecundum intellectum, aut quantum ad ſubſtantiam perfectionis, aut quantum ad modum. Si quantum ad ſubſtantiam, aut quantum ad ſcita, & ſic eſt primum: aut quantum ad modum cognoſcendi, ſic eſt ſecundum. Si quantum ad modum, aut ſecundum operationem ad inferius, ſic eſt ſeptimum: vel ſuperius, ſic eſt octauum. Si ſecundum affectum, aut quantum ad naturam delectantis, ſic tertium: aut quantum ad modum, vel prioritatis, ſic eſt quartum: vel ſingularitatis, ſic eſt quintum. Litera ſic legatur. Ipſa dico eſt prima *quidem*, id eſt, certè *videns pure* ſine continuo & tempore in Deo *multas contemplationes*, quantum ad numerum ſcitorum, *& beatas* quantum ad ſtatum videntis: & hoc eſt primum quantum ad ſcita, *que*, id eſt, & *illuminata* à Deo *fulgores ſimplos & immediate* per diuinum lumen ſub quo videtur receptum in ſuo fulgore & ſimplicitate immediatè à Deo: & hoc eſt quantum ad medium ſciendi. Et ipſa dico *repleta diuino alimento*, non in quo ſit neceſſaria ſeparatio puri ab impuro, ſed ſecundum vltimam aſſimilationem qua firmatur in Deo & hoc eſt tertium ſecundum perfectionem affectus quantum ad naturam delectantis. Repleta dico *quidem*, id eſt, certè *multa fuſione primo data* ſibi à Deo, & hoc quantum ad modum prioritatis, *que*, id eſt, & repleta *ſola vnitate diuinæ refectionis*: quia non reficitur aliquo ab aliis quam à Deo accepto. Et vnitate dico *domeſtica*: quia Deus eam ipſis ſine medio offert ſicut & ſibi, aliis autem per medium, ſicut domeſtici homines reficiuntur eodem quo ipſe: *& vnifica*, inquantum per ipſam reducuntur in vnum, & hoc eſt quantum ad modum ſingularitatis, *que*, id eſt, & ipſa *effecta digna multa communione Dei*, quantum ad multa dona, quæ ab ipſo participant plenè, *& cooperatione*, ſecundum quod in multis efficiuntur conſortes poteſtatis eius etiam reductione inferiorum. Et hoc dico *ſimilitudine*, id eſt, per aſſimilationem *ad eam*, ſcilicet Dei operationem, *bonarum habitudinum*, id eſt, ſecundum dona quibus collocantur in ſuo gradu perficientia eos in fine, & hoc quantum ad communionem, *& actionum* quibus reducunt alios, quantum ad cooperationem, & hoc eſt ſextum quantum ad perfectionem ſecundum actum intellectus & affectus, *que*, id eſt, & ipſa *cognoſcens multa diuinorum*, id eſt, de diuinis: eò quod non plenè cognoſcit vt Deus, nec omnia, *ſuperpoſitè*, id eſt, eminentius inferioribus: & hoc eſt ſeptimum quantum ad modum perfectionis intellectus reſpectu inferiorum: *& facta in participatione*, id eſt, participans diuinæ ſcientiæ, quantum ad ſcita, *& cognitionis* quantum ad lumen ſub quo videt, *ſecundum quod fas eſt*, id eſt, poſſibile ſibi: & hoc eſt octauum quantum ad modum reſpectu ſuperioris quem ſecundum proportionem ſuam ab eo recipit.

Propterea & laudes ipſius Theo- 14.
logia his qui in terra ſunt, tradidit,
in quibus mirabiliter manifeſta-
tur excelſiſſimæ ipſius illuminatio-
nis eminentia. Alij quidem enim
eam ſenſibiliter dicendo tanquam
vox aquarum reboant, Benedicta Ezech. 3.
gloria Domini ex loco ſuo. Alij ve-
rò illam valdè laudabilem & piiſſi-
mam reclamant Theologiam, San- Isa. 6.
ctus,

ctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus ſabaoth : plena omnis terra gloria ipſius. Has autem excelſiſſimas cæleſtium animorum hymnologias, iam quidem in his quæ ſunt de diuinis laudibus, quantum poſſibile, aperuimus, & dictum eſt de his in illis, quantum ad nos, ſufficienter, ex quibus in recordationem ſufficit dicere tantum ſecundum præſens tempus, quia Theologicam ſcientiam ipſa prima diſpoſitio, quantum fas, illuminata eſt à diuina bonitate, per quam tanquam deiformem hierarchiam, & aliis ſeipſam deinde tradidit, illud per breuitatem dicendo ſubintroducens, ipſam piiſſimam & ſummè benedictam, & omninò benedictam diuinitatem fas eſt benedictam eſſe ex Deum recipientibus quantum poſſibile cognoſci & laudari intellectibus. Ipſi enim ſunt tanquam deiformes diuini loci, diuinæ (vt eloquia aiunt) quietis. Et quia monas eſt & vnitas tres ſubſtantialiter & ſupercæleſtibus eſſentiis vſque ad nouiſſima terræ extendens bonitatem ſuam in omnia quæ ſunt, prouidentiam, tanquam omniseſſentię ſuper principale principium, & cauſa, & omnium ſupereſſentialiter immenſurabili continentia circumligans.

EXPOSITIO TEXTVS.

Propterea & laudes, &c.

Hic ioducit auctoritates ad propoſitum. Et primò inducit. Secundò adaptat ibi, *Has autem excelſimas, &c.* Litera ſic legatur. Diximus, qoòd immediatè collocantur circa Deum, *propterea &*, id eſt, etiam *Theologia*, id eſt, ſacra Scriptora *tradidit his qui in terra ſunt*, id eſt, hominibus, *laudes ipſius*, ſcilicet primæ hierarchiæ, quibus laudat Deum, *in quibus*, ſcilicet laudibus *mirabiliter manifeſtatur*, id eſt, excitando ad inquiſitionem cauſæ *eminentia excelſiſſima* reſpectu inferiorum *illuminationis ipſius*, ſcilicet ſupremæ hierarchiæ, qua illuminatur à Deo. *Enim*, id eſt, quia, *quidem*, id eſt, certè *alij*, ſcilicet Angeli *reboant eam*, ſcilicet diuinam laudem, *tanquam vox aquarum* multarum, propter manifeſtam cognitionem de Deo dicendo *ſenſibiliter*, id eſt, ſenſibilibus figuris ſibi adaptatis, hoc ſcilicet, *Benedicta gloria Domini de loco ſuo.* Ezech. 3. *Verò*, id eſt, ſed *alij* Angeli primæ hierarchiæ *reclamant*, id eſt, alter ad alterum clamant, *illam Theologiam*, id eſt, ſermonem laudis de Deo, *valdè laudabilem*, propter eminentiam, *& piiſſimam* per conuenientiam fidei, hanc ſcilicet, *Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus ſabaoth, plena eſt omnis terra gloria ipſius.* Iſaiæ 6. *Has autem.* Hîc adaptat dictas laudes ad propoſitum. Et circa hoc duo facit. Primò dicit, quòd has laudes alibi expoſuit, & inde hic accipit quantum pertinet propoſito. Secundò adaptat, ibi, *Quia theologicam, &c.* Litera ſic legatur. Tales laudes clamant. *Autem*, id eſt, ſed *iam quidem*, id eſt, certè *aperuimus*, per expoſitionem, *quantum poſſibile*, nobis fuit, *in his quæ ſunt de diuinis laudibus*, in libro quem de hoc fecit, qui non eſt apud nos, *has excelſiſſimas hymnologias*, id eſt, ſermones laudum, hymnus enim laus dicitur, *cæleſtium animorum*, id eſt, intellectuum, ſcilicet Angelorum, *& in illis*, ſcilicet tractatibus *dictum eſt de his*, ſcilicet laudibus *ſufficienter quantum ad nos*, id eſt, ex parte noſtra, licet non ex parte rei, *ex quibus* ſcilicet ibi determinatis, *ſufficit tantum dicere* ad propoſitum *ſecundum præſens tempus in recordationem* prædictorum, hoc ſcilicet *quia ipſa prima diſpoſitio*, id eſt, hierarchia, *eſt illuminata à diuina bonitate* immediatè *ſcientiam theologicam*, id eſt, de diuinis *quantum fas*, id eſt, poſſibile eſt ſibi, *per quam*, ſcilicet primam diſpoſitionem, *tanquam per hierarchiam deiformem*, id eſt, Deo propinquam diuina bonitas *quidem*, id eſt, certè *tradidit ſeipſam*, id eſt, eandem ſcientiam, *&* id eſt, etiam *aliis*, ſcilicet inferioribus, *deinde*, id eſt, poſt primos per ordinem. Prima dico diſpoſitio *ſubintroducens*, id eſt, occultè introducens de Deo, *dicendo illud per breuitatem*, ſcilicet *quod fas*, id eſt, dignum eſt *ipſam diuinitatem piiſſimam*, quantum ad communionem bonorum ſuorum, *& ſummè benedictam*, quantum ad eminentiam bonitatis, *& omninò benedictam*, quantum ad vniuerſalitatem bonitatis eius reſpectu omnium rerum. Hanc dico fas eſt benedictam eſſe *ex intellectibus Deum recipientibus*, ſcilicet primæ hierarchiæ, *quantum eſt poſſibile ab eis cognoſci* diuinam bonitatem, *& laudari*: non enim ad plenum poſſunt. *Ipſi enim*, ſcilicet intellectus, *ſunt diuini loci diuinæ quietis*, id eſt, in quibus Deus ſpiritualiter quieſcit, & ipſi in Deo non contioentes, ſed contenti *tanquam deiformes*, id eſt, ſimillimi, *vt*, id eſt, ſicut *aiunt*, id eſt, dicunt *eloquia*, id eſt, ſacra Scriptura. Ezechiel. 43. cap. Locus ſolij mei & locus veſtigiorum pedum meorum. Pſal. Deus in loco ſancto ſuo. Et in hoc expoſuit poſitam laudem, & probauit, quòd benedicitur ex eis gloria Domini tanquam ex loco ſuo: quia immediatè circa ipſum collocantur: *& quia*, fas eſt dicere, diuina bonitas *eſt monas*, id eſt, vna ſecundum eſſentiam, *&* quod eſt *vnitas tres ſubſtantialiter*, id eſt, perſonaliter: quia Græci dicunt tres hypoſtaſes, ſicut nos dicimus tres perſonas & per hoc quod dicunt, ſanctus ter, & ſemel Dominus, & quod eſt *extendens bonitatem ſuam, proui-*

dentiam quam habet de rebus, id eſt, cognitionem cum cura, *in omnia quæ ſunt, a ſupercæleſtibus eſſentiis* incipiendo *vſque ad nouiſſima terræ*, id eſt, vſque ad infima quæ generantur ex terra, per hoc quod dicit, plena eſt omnis terra. Extendens dico *tanquam principium* efficiens *omnis eſſentiæ* creatæ *ſuperprincipale*, id eſt, ſuper omnia principia dans eis eſſe & principiare, *&* tanquam *cauſa* finalis, quæ antonomaſticè dicitur cauſa, *&* tanquam *circumligans* res ad inuicem per ſapientiam, vt eſt forma idealis eorum *immenſurabili continentia ſupereſſentialiter* circumligans vnamquamque rem quantum ad continentem, non quantum ad contenta.

CAPVT VIII.

De Dominationibus & Virtutibus & Poteſtatibus, & de media eorum hierarchia.

1. Dominationes quid.

TRanſeundum autem nunc nobis in mediam cæleſtium intellectuum diſpoſitionem, Dominationes illas ſupermundanis oculis, quantum poſſibile explorantibus, & verè potentia ſpeculamina diuinarum Poteſtatum & Virtutum. Etenim vnaquæque ſuper nos eſſentiarum cognominatio, Dei imitatorias earum ſignat deiformes proprietates. Igitur ſanctarum Dominationum manifeſtatiuã nominationem æſtimo declarare abſolutam quandam & omni pedeſtri minoratione liberam anagogen, nullaque tyrannicarum diſſimilitudinum vllo modo cauſa vniuerſaliter inclinatam, liberaliter ſeueram Dominationem, omni minutiuæ ſeruituti ſuperpoſitam, ſuperiorem ſubiectione omni, & remotam ab vniuerſa diſſimilitudine, & dominationis inceſſanter appetentem, & ad illius ipſius naturaliter ſubſiſtentis virtutis ſimilitudinem, quantum poſſibile, & ſeipſam & quæ poſt eam ſunt, optimè & ſpecioſè conformantem, ad nullum vanè videntium, ſed ad propriè & vniuerſale conuerſam, & Dominicæ ſemper deiformitatis in participatione, ſecundum quod poſſibile eſt, ipſi factam.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Tranſeundum autem nunc nobis in mediam, &c.

IN hoc capitulo determinat de tribus mediis ordinibus. Et diuiditur in partes duas. In prima ponit proprietates eorum. In ſecunda determinat hierarchiam eorum in communi, ibi, *Has habent deiformes, &c.* Prima in duas. In prima continuat ſe ad præcedentia, prælibans de quo agendum ſit. In ſecunda exequitur propoſitum, ibi, *Igitur ſanctarum Dominationum, &c.* Circa primum duo facit. Primò dicit de quo eſt agendum. Secundo quomodo eorum accipienda ſunt propria, ibi, *Etenim vnaquæque.* Litera ſic legatur. Determinauimus de primis tribus ordinibus & hierarchia eorum. *Autem*, id eſt, ſed *tranſeundum nunc eſt nobis in mediam diſpoſitionem*, id eſt, hierarchiam *cæleſtium intellectuum*, id eſt, Angelorum. Nobis dico *explorantibus*, id eſt, inquirentibus, *quantum poſſibile* eſt nobis *oculis ſupermundanis*, id eſt, præditis ſupermundano lumine: quia nihil proprio motu dicet, vt ſupra dictum eſt, *illas Dominationes*, ſcilicet cæleſtes *ſpeculamina diuinarum Poteſtatum & Virtutum verè potentia*, id eſt, ordinem Poteſtatum & Virtutum, quæ ſunt quaſi ſpecula in quibus relucet diuina poteſtas & virtus. Et dicuntur verè potentia propter efficaciam eorum in ſuis actionibus. A

DVBIVM.

SED VIDETVR, quòd malè ordinet. Virtutes enim ſunt ante Poteſtates: vnde & de eis primò exequitur: vnde inconuenienter præpoſuit eas Poteſtatibus. B

2 Præterea, Sicut dicit Philoſophus in 1. cæli & mundi virtus eſt vltimum potentiæ. Cum igitur hierarchia ſit totum poteſtatiale, cuius partes ordinem habent ſecundum ordinem potentiæ, videtur quòd Virtutes præmittere debuerit.

3 Præterea, Maius eſt occurrere legibus naturæ, quod eſt Virtutum, quam coercere malitiam, ſiue ſpiritualium, ſiue corporalium, quod eſt Poteſtatum: ergo Virtutes ſunt ſupra Poteſtates.

Solutio. Dicimus, quòd ſimpliciter Virtutes ſunt ſupra Poteſtates ſecundum acceſſum ad Dominationes, quæ ſunt ſupremæ in hac hierarchia, cum Poteſtates dicant iuriſdictionem ſicut & Dominationes, Virtutes autem non: ergo quodam modo Poteſtates ſunt ſupra Virtutes: & propter hoc etiam ſecundum conformitatem Eccleſiaſticæ hierarchiæ in qua potentia ex iuriſdictione principalior eſt, Gregorius poſuit Virtutes in vltima hierarchia, quæ iuriſdictionem

riſdictionem non dicunt. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

C *Etenim.* Ponit modum quo propria eorum ſunt accipienda, quia ſecundum quod manifeſtantur per nomina ipſorum, dicens: Explorantibus dico nobis, &c. & hoc poterimus facere. *Etenim*, id eſt, quia *vnaquaque cognominatio eſſentiarum*, quæ ſunt *ſuper nos*, ſcilicet Angelorum, *ſignificat proprietates earum deiformes*, id eſt, Deo ſimiles, *Dei imitatorias*, id eſt, per quas Deum imitantur habentes eas. *Igitur ſanctarum.* Hic ponit propria eorum. Et primò Dominationum. Secundò Virtutum, ibi, *Ipſa verò ſanctarum Virtutum.* Tertiò Poteſtatum, ibi, *Ipſa vero ſanctarum Poteſtatum.*

DVBIA.

D Circa primum ſunt tria dubia. Primò quid ſint Dominationes, & quis earum actus. Secundò, Vtrum mittantur ad nos. Tertiò de proprietatibus earum.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Dionyſius ipſe in libro de diuinis nominibus ponit talem diffinitionem dominij: Dominium eſt non peiorum exceſſus tantum, ſed bonorum & pulchrorum omnimoda poſſeſſio, & non cadere valens fortitudo: ſed excedere inferiora iſta quæ ſunt peiora eis, conuenit omnibus Angelis: ergo non eſt proprium vnius ordinis. Si dicatur, quòd exceſſus peiorum dicitur ſuperpoſitio inferiorum ordinum, tunc videtur conuenire ſolis illis de prima hierarchia, qui excedunt omnes alios, & non eſſe alicuius ordinum de ſecunda aut tertia hierarchia.

2 Præterea, Sicut dicit idem Dionyſius, ſoli thearchiæ conuenit habere omnimodam poſſeſſionem bonorum & pulchrorum: ergo cum ab hoc dicatur dominium, non debet dici iſte ordo Dominationum.

3 Præterea, Superiores ordines magis poſſident pulchra & bona: ergo potius debent dici Dominationes.

4 Præterea, Sola fortitudo diuina cadere non valet, cum omnis creaturæ fortitudo defectui poſſibile ſit ſubiacere, ex eo quod eſt ex nihilo: & ita etiam videtur, quòd iſtis non conueniat ratio dominij quam Dionyſius ponit.

5 Præterea, Obiicitur de ratione quam ponit Gregorius in homilia prius inducta. Ea, inquit, Angelorum agmina quæ mira potentia præeminent, pro eo quod eis ad obediendum cætera ſubiecta ſunt, Dominationes nominantur. Cum autem Archangelis ſubiiciantur Angeli, videtur quòd etiam ipſi dici debeant Dominationes, & ſimiliter alij inferiores Dominationibus, cum nomina inferiorum conueniant ſuperioribus, vt in 5. cap dictum eſt.

6 Præterea, Homines qui ſunt ſimiles Dominationibus, dicuntur dij. Sic enim dicit Gregorius: Sunt nonnulli qui ſic in ſeipſis cunctis vitiis omnibuſque deſideriis dominantur, vt ipſo iure munditiæ dij inter homines vocentur. Vnde & ad Moyſen dictum eſt: Ecce conſtitui te Deum Pharaonis. Quo ergo iſti niſi inter Dominationes currunt? Ergo videtur, quòd etiam illi qui ſunt in hoc ordine, dij dicendi ſint potius quam Domini.

7 Præterea, Obiicitur de hoc quod Bernardus dicit, quòd Dominationes dicuntur propter hoc quod ſunt intuentes Dominum ſabaoth omnia cum tranquillitate iudicantem: ſed intuitus magis pertinet ad Cherubin, iudicium magis ad Thronos: ergo inconuenienter ponit rationem eorum.

Solutio. Dicendum, quòd Gregorius & Bernardus ponunt ea quæ conſequuntur Dominationes, propter hoc quod magis ſunt nota. Dionyſius autem ponit perfectam rationem dominij: quia ponit ſuperpoſitionem ſubditorum, quæ eſt exceſſus dominij per hoc quòd dicit, exceſſus peiorum: & ponit duas cauſas ſuperpoſitionis, ſcilicet firmitatem naturalem quæ nec ab altero ſubiugari poteſt, ſicut ſubiugatur virtus hominis ab alio potentiori, & quæ poteſt ſe in alto continere, ne ſe deprimentibus ſubdat, ſicut depreſſa eſt virtus hominis & dæmonis per peccatum: & hoc tangit per hoc quod dicit, non cadere valens fortitudo. Alia cauſa ſuperpoſitionis eſt abundantia eorum quæ ſunt per modum exteriorum bonorum, quæ omninò habent ad nutum: & hoc tangit per hoc quod dicit pulchrorum & bonorum omnimoda poſſeſſio. Talis autem ſuperpoſitio eminenter & plenè ſoli Deo conuenit, qui omnia ad nutum habet ſibi ſubiecta, & regit ea, operando circa vnumquodque, non tamen ita quod per operationem rebus immixtus deprimatur, ſed ſemper in alto ſe continet. Similiter & Angeli iſtius ordinis per appetitum diuinæ Dominationis conformant ſe ſibi ex dono gratiæ eius dato, non admiſcentes ſe per operationem ſubditis, ſed ſemper ſe in altum efferentes, ad nutum diſponunt & dirigunt ſibi ſubditos in operibus circa ſubditos: & ideò Dominationes dicuntur.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnes Angeli excedunt iſta inferiora dignitate & natura, tamen inferiores, vt Virtutes & Angeli, immiſcent ſe per operationem eius, & quodam modo ſic eis æquantur: & ideò non conuenit eis exceſſus dominij.

Ad ſecundum dicendum, quòd primi ordines quamuis plenius habeant rationem dominij quam iſte ordo, tamen cedunt ſibi in hac denominatione, denominati à nobilioribus donis dicentibus tantum conuerſionem in Deum.

Ad tertium dicendum, quòd ſoli Deo conuenit talis poſſeſſio per eſſentiam, iſtis tamen, conuenit per participationem.

Ad quartum dicendum, ſicut ad primum.

Ad quintum dicendum, quòd licet per naturam fortitudo eorum cadere valeat, confirmantur tamen per gratiam vt cadere non valeant: & etiam naturam habent omnibus aliis robuſtiorem ad non cadendum.

Ad ſextum dicendum, quòd iſtis ſubijciuntur inferiores ad obediendum, ita quod ipſi non ſe immiſcent inferioribus per operationem, ſed regulant ſibi ſubditos in operatione circa inferiora, & ad eorum nutum operantur: ſic autem non obediunt Angeli Archangelis, cum ipſi

ipſi circa nos operentur, ſed tanquam io officio conſtituti à diuinis & non diuinis.

Ad ſeptimum dicendum, quòd Deus dicit prouidentiam & curam circa ſobditos, quæ eſt in operando circa eos. Dicitur e : Deus per omnia currens: & ideò potius in eco dicuntur iſti Domini quam dij.

Ad octauum dicendum, quòd non dicuntur Domini contemplatione ſimpliciter, quia hoc eſt Cherubin, ſed ad contemplationem beatitudinis, quæ quia non eſt per ſimilitudioem rei, ſed per rem ipſam, trahit in videntem id quod videtur ſecundum ſubſtantiam. Sic & nos videndo trahimos in nos rei ſimilitudinem: vnde hoc eſt contemplantes Deum inquantum Dominus, fiunt & ipſi Domini: nec etiam attribuitur eis iudicium vt in quibus Deus ſedens iudicet, quia hoc eſt Thronorum, ſed tanquam per quos iudicat ſubditos vt iuriſdictioοem ab ipſo habentes.

E Dubium 2. CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur enim; quòd Dominationes mittantur ad nos, per hoc qood dicitur Hebræorum 1. Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, &c. ergo videtur, quòd iſti mittantur in miniſterium noſtrum.

2 Præterea, Omnis hierarchia eſt æquiformis in genere vno: ſed Virtotes & Poteſtates (quæ ſunt cum eis in eadem hierarchia) mittuntur ad nos: ergo videtur, quòd Dominationes mittantur ad nos.

3 Præterea, Liberalis ſeueritas quam ponit proprietatem huius ordinis, non eſt niſi in coercendo ſubditos: hoc autem fit operando circa nos: ergo videtur, quòd ipſi circa nos operantur.

4 Præterea, Filius & Spiritus ſanctus dicuntur mitti ad nos ergo multò magis non eſt indignum Dominationibus ſi mittantur ad nos.

5 Præterea, Seraphin (qui eſt ſuperior Dominationibus) legitor miſſus ad purgandum labia Prophetæ Iſaiæ. Iſaiæ.6. Ergo & iſti mittuntur.

6 Præterea, Tantùm primi ordinis ſunt de virtute aſſiſtrice: quia prima hierarchia dicitur aſſiſtens circa Deum, vt ſupra dictum eſt: ergo iſti cum omnibus inferioribus ſunt de virtute miniſtratiua: ergo mittuntur in miniſterium noſtrum.

Solutio. Dicimus, quòd illud quod ineſt alicui per ſe, non relinquitur re manente, ſicut album ſemper diſgregat qoandiu manet in corpore: dominij autem per ſe ſemper eſt eſſerri, & aliis non miſceri per operationem ſuam circa ſubditos, ſed habere alios ſub ſe ad nutum ſuum operantes vt non perturbetur quies ſua: & ideò Angeli qui ſunt in hoc ordine, niſi Dominationes eſſe deſiſterent, non poſſunt mitti, cum per miſſionem æquales nobis fierent quodam modo operando circa nos, cum ibi ſint vbi operantur, ſecundum Damaſcen. & ita non ſe in alto continerent, quod eſt proprium dominij.

Ad primum ergo dicendum, quòd dicuntur omnes mitti in miniſterium, non vt operentur omnes extra domum gloriæ hic circa nos ſicut Virtutes & Poteſtates, ſed quia ſuperiores inferiores illuminant de operatione per eos hic circa nos exercenda.

Ad ſecundum dicendum, quòd mitti non conuenit Virtutibus & Poteſtatibus ratione hierarchiæ: quia ſic noo conueniret infimæ hierarchiæ, cum vna diuidatur ex oppoſito contra aliam, ſed conuenit eis ratione ordinis: & ideò neque oportet, quòd conueniat Dominationibus.

Ad tertiom dicendum, quòd Dominus non habet reſpectum ad ſubditos, vt circa eorum operationem ſe immiſceat, ſed gubernans eos per miniſterium ſibi ſubditorum qui ſunt tanquam officiales ſui operantes quod eis decernunt. Et ſimiliter dicendum ad quartum de coertione ſubditorum.

Ad quintum dicendum, quòd æquiuocè dicitur mitti Filius, vel Spiritus ſanctus, & Angeli. Mitti enim Filium eſt cognoſci quod ab alio, vt dicit Auguſtinus, inquantum datur donum quod repræſentat proceſſom eius ab alio. Non autem mittitur vbi prius noo fuit, & vt diſtans à mittente, vt per operationem æquet ſe inferioribus, ſicut Angeli mittuntur. Hoc enim eſſet error Neſtorij, qui poſuit Spiritum ſanctum miniſtrum Patris & Filij, propter hoc quod legitur miſſus. Et propter hoc ratio non ſequitur.

Ad ſextum dicendum, quòd ſicut dicit Dionyſius: Ille Angelus qui miſſus eſt ad Iſaiam, non eſt dictus Seraphin propter ordinem, ſed ſecundum participationem doni Seraphin per illuminationem ab ipſo procedentem: ſic enim inferiores nominibus ſuperiorum nominantur quorum dona ab ipſis participant, & ſecundum hoc omnea poſſunt dici mitti, inquantum inferiores qui mittuntur, participant dona ſuperiorum. Et ideò poteſt alio modo ſolui primum quam ſupra dictum eſt.

Ad ſeptimum dicendum, quòd licet quidam dicant Dominationes eſſe de virtute aſſiſtrice, non tamen credimos eſſe verum, cum non dicant ſuo nomine conuerſionem io Deum, ſed in inferiora: vnde ſunt de miniſtratiua virtute, non tamen per operationem mixtam inferioribus circa quæ operatur, ſed habens ſub ſe omnes miniſtrantes, regolans eos in ſuis miniſteriis, ſicut architector eſt artifex non ita quod operetur circa materiam, ſed vt dans manu artificibus regulas operandi.

CIRCA tertiom ſic proceditur. Abſolutum F & liberum idem dicunt: ergo videtur eſſe nugário, cum ponat vtrumque ad determinandam anagogen, Dubium 3.

2 Præterea, Cum omnes Angeli ſint ſubſtantiæ ſeparatæ, ſunt ex natura liberi ex ſubiectione quæ eſt per materiam, & ſunt etiam abſoluti à culpa & à pœna: ergo videtur, quòd non debeat poni proprietas huius ordinis ab hoc liberum eſſe.

3 Præterea, Pedeſtris ignominia eſt quæ facit pedibus conculcabilem: hoc autem apertè non eſt in aliquo Angelo: ergo non eſt proprium huius ordinis ab hoc liberom eſſe.

4 Item, Sicut dicit Philoſophus in ethicis, reſpublica tribos modis regitur. Regno, vbi vnus perficitur plena poteſtate: & hoc regnom corrumpitur per tyrannidem. Regitur etiam quandoque ariſtomacratica, quando plures ad regnum eligantor propter virtutem ipſorum,

ſicut

ſicut fuit olim in Romana republica: & hoc regnum corrumpitur democratica, quando rectores dant ſe vitiis. Tertium regnum eſt timocratica, quando plebeij propter diuitias perficiuntur, quod eſt viliſſimum genus regiminis. Cum autem in hoc ordine non ſit hic vnus, ſed plures regentes propter meritum virtutis, videtur regnum eorum potius eſſe ariſtocratia quam regnum: & ita non debuit remoueri ab eis quæ corrumpit regnum, ſcilicet democratia.

5 Præterea, Sicut vult Philoſophus, Baſilius & Boëtius, Tyranni eſt condere leges ad nocumentum plebis, vtilitatem verò ſui: cuius contrarium eſt boni regis. Nullus autem Angelus condit leges ad nocumentum inferiorum. Ergo Tyrannis non debuit propriè remoueri ab hoc ordine.

6 Item, Liberalitas eſt virtus media inter prodigalitatem & auaritiam, & non eſt conditio ſeueritatis: ergo inconuenienter dixit, ſeueras liberaliter.

7 Præterea, Sicut dicit Tullius, Clementia qua quandoque diſſimulantur peccata ſubditorum, eſt ad decorem regni vel dominij: ergo ſemper tenere ſeueritatem in coërcendo ſubditos ſecundum rigorem iuſtitiæ videtur eſſe vituperabilis conditio dominij: & ita non deberet eam ponere.

8 Præterea, Liberari à minoratione pedeſtri, & ſuperponi minutiuæ ſeruituti, & ſuperiorem eſſe omni ſubiectione, & remotam ab omni diſſimilitudine dominij, videtur eſſe idem: ergo nugatio eſt iſta quatuor ponere.

9 Præterea, Sicut dicit Commentator, Vitium dæmonis fuit appetere diuinam dominationem: ergo videtur, quòd non ſit proprietas iſtius ordinis.

10 Præterea, In Eccleſiaſtica hierarchia quæ exemplatur à cæleſti, prohibetur appetitio dominij à domino. Luc. 22. vbi dicit: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper, &c. & etiam à beato Bernardo ad Eugenium Papam. Ergo videtur, quòd in Angelis non ſit conditio laudabilis.

11 Item, Habere ſimilitudinem diuinæ virtutis pertinet ad ordinem virtutum: ergo non debet poni proprium huius ordinis.

12 Item, Quæritur penes quid ſumantur iſtæ proprietates?

Solutio. Dicendum ad primum, quòd eſt quædam libertas naturæ & dignitatis angelicæ à materia & culpa & pœna, & hæc eſt in omnibus Angelis. Eſt etiam quædam libertas officij, per quam non immiſcent operationem ſuam ad infimam, & hæc propria eſt eius ordinis, cum alij inferiores habeant quandam minorationem, eò quod operantur circa infima: & ideò propter has duas libertates quæ ſunt huius ordinis, poſuit abſolutam & liberam. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum & tertium.

Ad quartum dicendum, quòd licet in iſto ordine ſint multi, non tamen ponuntur in regimine propter diuerſas & proprias cuiuſlibet virtutes, ſed ſecundum quod participant vnum donum, ſcilicet dominium: & ideò potius conuenit eis regnum quam ariſtocratia, in qua ſecundum diuerſas virtutes diuerſis officiis perficiuntur, vt quidam conſules, quidam ſenatores.

Ad quintum dicendum, quòd licet ab omnibus remoueatur ſecundum actum, quia nullus tyrannidem exercet, tamen propriè remoueri debet ſecundum officium ab his quorum eſt dominari.

Ad ſextum dicendum, quòd vitium eſt in tranſlatione noſtra: vnde alia tranſlatio habet, decenter loco eius vbi nos habemus liberaliter. Vel dicendum, quòd non dicitur hîc liberaliter à virtute liberalitatis, ſed à libertate qua quis ſui cauſa dicitur: vnde dicimus liberum eſſe correptorem, qui propter correctionem ſolum corripit, & non propter odium vel oſtentationem potentiæ: & ſic dicitur hîc libera ſeueritas quæ propter ſe tantum eſt.

Ad ſeptimum dicendum, quòd ſequi ſeueritatem in infirma familia in qua ex neceſſitate peccatum accidit, vitioſum eſt, ſed in firma familia, qualis cæleſtis eſt, peruerſæ voluntatis eſſet relinquere ſeueritatem.

Ad octauum dicendum, quòd eſt ſubiectio ex conditione, in quam non incidit creatura ſpiritualis, niſi propria voluntate, ſicut eſt in dæmonibus: & hæc remouetur per hoc quod dicit, abſque omni pedeſtri minoratione: quia talis minoratio ex peccato conculcabilem facit, & ideò pedeſtris dicitur. Quædam verò eſt ex materia, & hoc eſt propter materiam, ſicut lapis fertur deorſum. Et quædam ex obligatione ad materiam, ſicut phantaſia quæ eſt colligata materiali organo. Et quædam per inclinationem ad materiam, ſicut intellectus noſter qui accipit à materia. Et hæc tria remouentur per illa tria quæ ſequuntur, vt patebit in expoſitione literæ.

Ad nonum dicendum, quòd iſti appetunt dominationem ſicut debent, & quando debent quia ſecundum quod Deus eos vult habere: & ideò non eſt eis hoc vitium, cum ſit perfectio naturæ eorum, quam appetere debito modo nunquam eſt vitioſum. Dæmones autem non appetierunt vt debuerunt. Vnde dicit Anſelmus, quòd nihil appetierunt quod non habuiſſent ſi ſemper ſtetiſſent: ſed quia non debito modo appetierunt, fuit eis peccatum.

Ad decimum dicendum, quòd appetitus dominationis non prohibetur in Eccleſia niſi propter ambitionem annexam, quæ non eſt in Angelis.

Ad vndecimum dicendum, quòd virtus non dicitur hîc qua occurritur legibus naturæ, quæ eſt ordinis virtutum, ſed per quam quis continet ſe in alto dominij, quam Dionyſius dicit in diffinitione fortitudinem cadere non valentem.

Ad vltimum dicendum, quòd proprietates iſtæ ſunt decem, & ſumuntur penes rationem dominij, quæ ex nomine declaratur. Cum enim dominium per eſſentiam ſit ſuperpoſitio, aut accipietur penes ſuperpoſitionem ipſam, aut penes cauſam ſuperpoſitionis. Si penes ſuperpoſitionem, aut ſecundum ea quibus ſuperponitur, aut ſecundum actum ſuperpoſiti. Si penes ea quibus ſuperponitur, aut erunt inferiores ex conditione voluntatis, & ſic eſt prima: aut ex materia, & ſic eſt quarta: aut ex obligatione materiæ, & ſic eſt quinta: aut ex inclinatione ad materiam, & ſic eſt ſexta. Sed

ſi

ſi ſecundum actum ſoppoſiti qui eſt regere ſubditos, aut ſecundum excluſionem diſſolutionis, & ſic eſt tertia: aut ſecundum excluſionem tyrannidis, & ſic eſt ſecunda. Si ſecundum cauſam ſuperpoſitionis, ſumuntur quatuor vltimæ ſecundum ordinem per oppoſitum quatuor deprimentibus.

EXPOSITIO TEXTVS.

G Litera ſic legatur. Igitur ex quo vniuſcuiuſque nominatio declarat eius proprietatem, *eſtimo*, id eſt, certè ſcio, vel hoc dicit propter inſufficientiam ſcientis reſpectu ſciti, *nominationem manifeſtatiuam ſanctarum Dominationum declarare anagogen*, id eſt, ſurſum ductionem qua ſe ſuperefferet aliis, *abſolutam* quantum ad naturam, *& liberam* quantum ad operationem, *ab omni operatione pedeſtri*, id eſt, quæ facit conculcabilem: & hæc minoratio eſt ex conditione voluntatis, & hæc eſt prima proprietas. *Que* id eſt, & declarat *eam* ſcilicet anagogen *vniuerſaliter non* eſſe *inclinatam vllo modo* vilam de numero *diſſimilitudinum tyrannicarum*, id eſt, tyrannidum per quas diſſimilis & Deo & ſuæ dignitati efficeretur, ſicut omne peccatum facit diſſimilem à Deo & à ſeipſo, inquantum inclinatur in contrarium perfectionis ſuæ naturæ. *Et* declarat *dominationem ſeueram*, id eſt, ſequentem veritatem, vt omnem inſolentiam coerceat & diſſolutionem, *liberaliter*, id eſt, decenter: vel *liberaliter*, quia ſui cauſa: & hæc eſt tertia. Dominationem dico ſuperpoſitam in inuicem *minutiua ſeruituti*, quę eſt ex materia. Vnde Commentator dicit. Senſibilia & corporalia ſeruituti conuenientia dicit: nam non permittunt ea quæ verè ſunt intelligere; & hæc eſt quarta. Dominationem etiam dico *ſuperiorem ſubiectione omni*, quæ eſt ex obligatione materiæ, ſicut imaginatio quæ ſubijcitur tranſmutationi materiæ, propter obligationem organi: & hæc eſt quinta. Et dominationem dico *remotam ab vniuerſa diſſimilitudine*, ſicut eſt diſſimilitudo in intellectu, qui cum ſit immaterialis, accipit tamen ſub continuo & tempore, quæ ſunt conditiones materiæ: & hæc eſt ſexta. Et dominationem dico *appetentem*, id eſt, appetitiuam dominationis *inceſſanter*, id eſt, inflexibiliter. Eſt etiam cauſa ſuperpoſitionis contraria ſubiectioni ex conditione voluntatis: quia enim ſuperefferri ſecundum dominium diuinum appetunt, non ſe deprimunt per aliquod peccatum: & hæc eſt ſeptima. Et dominationem dico *optimè* ſecundum perfectionem in fine, *& ſpecioſè* per aſſimilationem ad exemplar *conformantem* * *ſeipſam & qua poſt eam ſunt*, quibus ſcilicet præeſt, *quantum poſſibile* eſt ſibi *ad ſimilitudinem illius ipſius virtutis ſubſiſtentis naturaliter*, id eſt, per naturam ipſius, ſcilicet diuinæ, quæ non ab alio ſuſtinetur: & in hoc quod eis ſe conformat, contrariatur his quorum eſſe & virtus eſt fixum in materia, non ſubſiſtens per ſe: & hæc eſt octaua. Et dominationem dico *conuerſam* per aſſimilationem *ad nullum videntium vana*, id eſt, non conformat ſe alicui diligenti vanitatem in dominio. Dicitur enim hic viſio qua trahitur amans in amatum, & eſt vanitas dominij per quam non efficitur aliquid in altum ſuæ perfectionis, qui eſt finis dominij, immergens ſe per appetitum deprimentibus, ſicut eſt peccatum. Vanum eſt ſecundum Philoſophum ad finem quem non includit. *Sed conuerſam ad ó*, id eſt, ens vniuerſale *propriè ſibi*, id eſt, ad hoc quod eſt dominij inquantum huiuſmodi: & hæc eſt nona, per oppoſitum depreſſiuum ex inclinatione ad materiam qua aliquid conuertitur in id quod eſt extraneum ab eo ſecundum ſuam naturam, ſcilicet ſpirituale ad materiales conditiones. Et dominationem dico *factam in participatione*, id eſt, participem conſtitutam *deiformitatis Dominicæ ſemper*, id eſt, firmitatis diuinæ, qua ſemper ſe in alto dominij continent. Et hoc dico *ſecundum quod poſſibile eſt ipſi*, ſcilicet participanti: & hæc eſt decima, per oppoſitionem obligationis materiæ qua aliquid non in ſe firmiter continetur, ſed materiæ colligatur.

2. Ipſam verò ſanctarum virtutum fortem quandam & incommutabilem virilitatem, in omnes ſecundum earum deiformitatem operationes, ad nullam ſuſceptionem inditarum ei diuinarum illuminationum, imbecilliter infirmatam, potenter in imitationem Dei reductam, non relinquentem ſuimet imbecillitate deiformem motum, ſed firmiter ferentem in ſuperesſentialem & potentificam virtutem, & ipſius imaginem virtuti ſimilem, iuxta quod licet, factam, & ad ipſam quidem vt principalem virtutem potenter conuerſam, ad ſecunda verò virtutem * dans & deiformiter prouenientem. *Virtutes quid.*

* *Dando.*

DIVISIO TEXTVS.

Ipſam verò ſanctarum virtutum, &c.

A Hic ponit proprietates virtutum. Et primò ponit proprietates ſeptem in accipiendo, ſecundum quas ſubdiuitur iterum hæc prima pars. Secundò ponit duas in communicando, ibi, *Ad ſecunda verò virtutem dans, &c.*

DVBIA.

B Hic svnt quatuor dubia. Primò, Vtrum ſit aliquis ſpecialis ordo Virtutum. Secundò propter quid dicantur Virtutes. Tertiò propter quid dicatur in Euange. Virtutes cælorum mouebuntur potius quam de aliis ordinibus. Quartò de differentia proprietatum quæ aſſignantur huic ordini à diuerſis ſanctis.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non ſit aliquis ſpecialis ordo Virtutum, cum ipſe dicat infra vndecimo capite.

pite, omnes cæleſtes eſſentias vocari Virtutes.

2 Præterea, Omnis actio præexigit virtutem à qua egreditur: ſed omnis hierarchia eſt actio vt ex diffinitione ſupra poſita patet: ergo Virtus non eſt ſpeciale ordinis, ſed commune nomen hierarchiæ.

3 Ad idem, Virtus conſequitur eſſentiam: ſed virtus angelica conſequitur eſſentiam angelicam in communi: ergo penes eam non debet ſumi ordo ſpecialis.

4 Præterea, A virtute generaliter dicta, quæ eſt virtus naturalis, non poteſt ſumi ordo: nec iterum à virtute ſpecialiter dicta, quæ eſt virtus moralis ponens in medio: quia tunc vel diceretur prudentia, vel iuſtitia, vel aliqua alia, quod non dicitur: ergo non videtur eſſe aliquis ordo ſpecialis Virtutum.

5 Præterea, Ordines ſumuntur ſecundum dona Spiritus ſancti: virtus autem naturalis non eſt huiuſmodi: ergo penes eam non poteſt ſumi aliquis ordo. Nec iterum penes moralem, vt probatum eſt: ergo non poteſt eſſe aliquis ordo Virtutum.

Ad oppoſitum ſunt auctoritates Dionyſij, Gregorij, Bernardi.

2 Præterea, Hoc etiam probatur per rationem ſic: Ordo gradus quidam poteſtatis eſt: ſed virtus pertinet ad perfectionem potentiæ, cum ſit vltimum eius: ergo penes virtutem debet ſumi aliquis ordo.

Solutio. Dicimus, quòd virtus communiter dicta quæ eſt quælibet vis à qua egreditur operatio, non conſtituit aliquem ordinem, ſed ſecundum quod ſpecialiter dicitur robur quoddam naturæ per perfectum donum gratiæ ponens in vltimo miniſteriorum diuinorum pertinet ſpecialiter ad hunc ordinem: & ad hoc vltimum inferiores non attingunt, ſuperiores verò denominati à nobilioribus donis cedunt huic ordini in hac denominatione: & ideò ſecundum hoc non conuenit omnibus nec conſequitur eſſentiam eorum in communi, nec præexigitur ad quamlibet actionem, ſed primo modo. Et per hoc patet ſolutio ad tria prima.

Ad quartum dicendum, quòd virtus non dicitur hic à virtute naturali in communi, ſed ſecundum quod dicitur virtus ponens in tali vltimo: nec tamen dicitur à virtute morali, licet etiam illa ponat in vltimo inquantum eſt optimum, quamuis ponat in medio ſecundum materiam.

Ad quintum dicendum, quòd virtus non dicitur à virtute naturali ſimpliciter, ſed à dono quod perficit eam, ponens eam in vltimo.

C Dubium 2. Circa ſecundum ſic proceditur. Dionyſius in libro de diuin. nom. cap. 8. dicit diuinam virtutem omnia ſupergredientem, quæ omnia continet & implet. Et videtur, quòd ſecundum hoc dicatur iſte ordo virtutum, cum dictum ſit ſupra in deffinitione hierarchiæ, quod eſt deiforme, quantum poſſibile eſt, ſimilans.

2 Sed contra. Virtus iſtius ordinis eſt ſub virtute ſuperiorum ordinum: ergo non ſupergreditur omnia: & ſic non conuenit ei ratio illa.

3 Præterea, Virtus diuina continet & confirmat omnia per hoc quod eſt in quolibet per eſſentiam, & per hoc quod dat gratiam: & hæc duo non conueniunt Angelis iſtius ordinis, nec etiam alijs: ergo videtur, quòd non debent dici virtutes ſecundum ſupra dictam rationem.

4 Item, Gregorius dicit, quòd Virtutes dicuntur illa agmina per quæ miracula ſæpius fiunt. Sed contra. Vltimum Angeli eſt ſupra vltimum hominis, cum dicatur Matth. 11. de Ioanne Baptiſta: Qui minor eſt in regno cælorum, maior eſt eo. Sed facere miracula eſt vltimum ad quod peruenit humana virtus: vnde & virtutes ſunt de donis gratis datis hominibus, vt dicitur 1. Cor. 12. ergo vltimum Angelorum erit vltra hoc: non igitur propter hoc virtutes dicentur, cum virtus dicat vltimum.

5 Præterea, Ab omnibus alijs donis gratis datis quæ enumerat Apoſtolus. 1. Cor. 12. non ſumuntur ordines. Ergo nec penes hoc quod eſt ſigna facere, debet ſumi aliquis ordo.

6 Præterea, Angeli ſunt ſupra naturam: ſed vltimum naturæ eſt miraculum: ergo non eſt vltimum Angeli, ſed aliquid ſupra hoc.

7 Prætera, Cum virtus dicatur ex hoc quod ponit in vltimo, vt dicitur in primo cæli & mundi, & ideò cum iſte ordo non ponatur in vltimo ſimpliciter, quia hoc ſolius Dei eſt, dicentur Virtutes ex hoc quod ponantur in vltimo ſpeciei: ſed ſic competit poni in vltimo omnibus ordinibus: ergo non debet iſte ordo ſpecialiter dici Virtutes.

8 Præterea, Virtutes ſiue miracula non fiunt in cælo, ſed hîc circa homines in ſignum infidelibus, vt dicit Apoſtolus de locutione linguarum: ſed illuminare circa humana eſt inferioris hierarchiæ: ergo ſi ab hoc dicerentur Virtutes, non eſſent de media hierarchia, vt dicit Dionyſius hîc.

9 Præterea, Dionyſius hîc non accipit aliquam proprietatem eorum ab hoc quod eſt ſigna facere: ergo non eſt propria ratio eorum quare Virtutes dicuntur.

Solutio. Dicimus, quòd Dionyſius ponit perfectam rationem virtutis, ponens ſuperexceſſum quo ponitur res in vltimo vel ſimpliciter vel ſecundum genus aliquod, aut ſpeciem; & iterum officium quod habet in inferiora participans eis ſecundum firmitatem: vnde concedimus primum, quòd ſecundum illam rationem dicatur ordo iſte Virtutes.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſupergredi omnia ſimpliciter, non eſt virtutis inquantum virtus, ſed inquantum eſt virtus diuina, quæ ponit in vltimo ſimpliciter: ſed Virtutum inquantum eſt virtus, eſt ſuperexcedere omnia quæ participant vnum actum, ſecundum quod ponit in vltimo illius vt in vltimo diuini miniſterij.

Ad tertium dicendum, quòd licet non confirment effectiuè vt immittentes gratiam, confirmant tamen per modum perſuaſionis, illuminationes immittendo, ſic confortans confirmans dicitur.

Ad quartum dicitur, quòd facere ſigna non eſt vltimum hominis, vt efficiat actione procedente à corpore vel anima, ſicut eſt Angeli, ſed per modum interceſſionis.

Ad quintum dicendum, quòd omnes illuminationes humanæ reducuntur ad angelicas, &

omnia dona illa reducuntur ad dona ordinum, ſicut prophetia ad Cherubin, & ſic de alijs, licet non ab omnibus denominentur ordines, cum ſint in eis nobiliora à quibus denominentur.

Ad ſextum dicendum, quòd miraculum non eſt vltimum potentiæ actiuæ naturæ, cum non poſſit efficere, ſed eſt vltimum potentiæ paſſiuæ, & circa quod fit, & è contrario modo ſe habet vltimum in actiuo & paſſiuo, quoniam in actiuo ab vltimo inferuntur omnia alia, ſicut qui poteſt ferre centum, poteſt ferre quinquaginta & ſexaginta, & non conuertitur: ſed in paſſiuo vltimum infertur ab alijs, vt qui poteſt vinci à decem, poteſt vinci à quinquaginta, & à centum, & non è conuerſo: & ideò non eodem modo eſt vltimum Angeli & naturæ.

Ad ſeptimum dicendum, quòd non dicuntur Virtutes, eo quod ponant in vltimo ſimpliciter: ſed quia ponunt in vltimo omnium miniſtrantium, & non ſolum in vltimo vnius ſpeciei: & ſic non eſt commune omnibus ordinibus.

Ad octauum dicendum, quòd inferioris hierarchiæ eſt illuminare circa officia humana oſtendendo quid boni agendum ſit: vel alicui ſingulariter, quantum ad Angelos, vel inquantum præficitur communitati, quantum ad principes: vel dirigendo in vtroque, quantum ad Archangelos: Virtutes autem non illuminant de humanis officiis, cum non operentur ſigna, vt alij ea effectiuè faciant: ſed circa res humanas operentur.

Ad nonum dicendum, quòd Gregorius poſuit virtutis rationem materialiter, quantum ad id quod eſt vltimum in miniſteriis diuinis manifeſtum nobis, quod eſt ſigna facere: ſed quia aliqua in officiis diuinis ſunt maioris virtutis quàm ſigna facere, licet non appareant nobis, Dionyſius poſuit propria eorum formaliter, ſecundum quod ponuntur in vltimo: quicquid ſit illud.

D Dubium. Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd non debeat dici ſpecialiter de Virtutibus, quòd commouebuntur in die iudicij: tunc enim ceſſabit omnis prælatio, vt dicit Gloſſa 1. Corinth. 15. ſed omnes ordines ſunt in aliqua prælatione: ergo omnes commouebuntur.

2 Præterea, Commutatis hominibus, maximè deberent commutari illi qui præponuntur hominibus ad curam: tales autem ſunt Angeli: ergo de illis potius deberet dici.

3 Præterea, Hic in litera ponitur eorum proprietas incommutabilitas: ergo non videtur verum, quòd commoueantur.

Solutio. Dicimus, quòd quia Virtutibus competit ſigna facere: in die autem iudicij magna & frequentia ſigna fient, ſicut in renouatione mundi in ſtatum incorruptionis, & reſurrectione mortuorum, & reparatione corporis in diſpoſitionem gloriæ, ideò dicuntur tunc ſpecialiter commoueri: quia tunc potiſſimè diſcurrent ad exercendas operationes pertinentes ad ſuum officium. Hic autem dicuntur incommutabiles à virtute reſiſtente, quæ deijciat eos ab alto ſuæ potentiæ: ſed quod prælatio ceſſabit in omnibus ordinibus, hoc erit ſine motu eorum. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

E Dubium 4. Circa quartum quæritur de differentia proprietatum quæ aſſignantur huic ordini à diuerſis ſanctis. Gregorius enim dicit, quòd eorum proprium eſt ſigna facere. Bernardus verò addit ſuper hoc, quod proprium eorum eſt rationes diuinas contemplari Dionyſius verò ponit quaſdam alias ab iſtis.

2 Item quæritur de numero proprietatum quæ hic ponuntur à Dionyſio, penes quid ſumantur?

Solutio. Dicendum, quòd Dionyſius aſſignat propria Virtutum ſecundum propriam rationem virtutis vltimum potentiæ, quidquid ſit illud in miniſteriis diuinis. Gregorius verò & Bernardus ſecundum hoc quod eſt ſigna facere, quod eſt vltimum apparens nobis: ſed cum omnium cauſales rationes ſint in Deo, quaſdam indidit in tota contextione naturæ, ſecundum quas alterum ab altero producitur actione naturæ, quæ dicuntur rationes ſeminales: quaſdam verò apud ſe retinuit, quibus operatur prout vult, ſupra naturam faciendo miracula. Et ideò Bernardus, duo poſuit propria iſtius ordinis, vnum in conſiderando has rationes, quibus diriguntur quid & quomodo ſit agendum: alterum quantum ad executionem eius quod vident agendum per eas. Gregorius verò poſuit vnum quoad executionem tantum, in quo terminatur tota eorum operatio.

Ad ſecundum dicendum, quòd proprietates iſtæ ſunt ſeptem in accipiendo, & duæ in communicando. Si enim ſunt in accipiendo, hoc erit ſecundum quod ponuntur in vltimo: quia hoc declarat eorum nomen. Vltimum autem vel eſt in agendo, vel in reducendo: quia his duobus modis perficitur hierarchia. Si in agendo, aut quantum ad ſubſtantiam actionis, aut quantum ad modum. Si quantum ad actionem ipſam, aut quantum ad multitudinem actuum, ſic eſt prima: vel quantum ad magnitudinem obiecti, ſic eſt ſecunda: vel quantum ad difficultatem actus, ſic eſt quarta. Quantum verò ad modum tertia. Si in reducendo, aut ſecundum viam reductionis, & ſic eſt quinta: vel ſecundum terminum, & hoc aut eſt intra, & ſic eſt ſexta: vel extra, & ſic eſt ſeptima. Si in communicando aut inquantum agit in alterum, & ſic eſt prima: aut inquantum agendo reducit, & ſic eſt ſecunda.

EXPOSITIO TEXTVS.

F Litera ſic legatur. Tales proprietates æſtimo declarare nominationem Dominationum. *Verò*, id eſt, ſcilicet *ipſam* denominationem *ſanctarum Virtutum* æſtimo declarare *quandam virilitatem*, id eſt, robur ex dono gratiæ, *fortem*, inquantum non deiicitur per reſiſtens à ſuo vltimo, *& incommutabilem*, inquantum non mutat in illo. Virilitatem dico *in omnes operationes*, non vnam tantum qua laſſetur, *ſecundum deiformitatem earum*, id eſt, ſecundum donum earum in quo Deo conformantur, & hæc eſt prima quantum ad vltimum in agendo ſecundum vtilitatem operationum. Virilitatem dico *non infirmatam imbecilliter*, id eſt, ad modum imbecillis *ad vllam ſuſceptionem* quantumcunque virtuoſam vel difficilem *diuinarum illuminationum traditarum*, id eſt,

intus miſſarum ſibi à Deo, & ſic eſt in vltimo, quantum ad magnitudinem obiecti, & eſt ſecunda. Virilitatem iterum dico *reductam in imitationem Dei*, operando diuina opera, *potenter*, vt Deus operatur ſine tempore & reſiſtentia, & ſic eſt vltimum quoad modum agendi, & ſic eſt tertia. Virilitatem iterum dico *non relinquentem aliquem motum*, id eſt, actum *deiformem*, id eſt, in quo reluceat virtus diuina *imbecillitate ſuimet* tanquam non poſſit illum exercere, & ſic eſt in vltimo quantum ad actus difficultatem, & ſic eſt quarta. Sed virilitatem dico *firmiter ferentem* ſe & ſuum actum *in virtutem ſupereſſentialem* in ſe, *& potentificam* in effectum potenter faciendo, ſcilicet diuina, ſcilicet per reductionem in ipſum, & ſic eſt vltimum in via reductionis. Et virilitatem dico *falſam imaginem ipſius*, ſcilicet diuinę virtutis, prout eſt exemplata ab ipſo, *ſimilem virtuti*, ſcilicet diuinæ in robore agendi, *iuxta quod licet*, id eſt, ſecundum proportionem ſuam, & hæc eſt ſexta, penes vltimum reductionis intra, inquantum ſit imago diuinæ virtutis. Et virilitatem dico *conuerſam quidem*, id eſt, certè *ad ipſam virtutem*, ſcilicet diuinam *vt principalem*, id eſt, à qua fluit omnis virtus vt à principio: & hoc *potenter*, id eſt, ſecundum proprietatem ſui ordinis, quæ eſt in vltimo potentiæ, & hæc eſt ſeptima, quantum ad terminum extra ad quem conuertitur. *Verò*, id eſt, ſed declarat *ad ſecunda*, id eſt, ſecundum communicationem ad inferiora quod eſt *dans virtutem* eis participandu donum proprium, & hæc eſt prima in communicando, quantum ad actionem ipſam & virtutem *prouenientem in ſecunda deiformiter*, id eſt, aſſimilando Deo: ad hoc enim agit: & ſic eſt ſecunda.

3. *Poteſtates quid.* Ipſam autem ſanctarum Poteſtatum æquipotentem diuinarum Dominationum & Virtutum bene ornatam & inconfuſam circa diuinas ſuſceptiones ordinationem, & ordinatum ſupermundanæ & intellectualis poteſtatis, non tyrannicè in ea quæ inferiora ſunt poteſtatiuis virtutibus præcipitatæ, ſed potenter in diuina poſt bene ordinatas reductæ, & poſt eam deiformiter reducentis, & ad potentificam cauſalem potentiam, quantum fas eſt, aſſimilatæ, & eam vt poſſibile Angelis reuelantis in bene ordinatis per ipſam ordinibus poteſtatiua virtute.

* *
*

D V B I A.

Ipſam verò ſanctarum Poteſtatum, &c.

A His ponit tertio proprietates Poteſtatum. Hic ſunt quinque dubia. Primò, quid ſint Poteſtates, & de actu ipſarum. Secundò de ordine earum ad Virtutes. Tertiò in qua hierarchia eſſe debeant. Quartò de proprietatibus ipſarum. Quintò de numero ordinum mediæ hierarchiæ.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Gregorius ponens actum earum, ſic dicit: Poteſtates vocantur hi Angeli, qui hoc potentius cæteris in ſuo ordine perceperunt, vt eorum ditioni virtutes aduerſæ ſubiectæ ſint, quorum poteſtate refrænantur, ne corda hominum tantum tentare præualeant, quantum volunt. Et idem dicit Bernardus. Sed ſi Angeli non peccaſſent, non haberent hunc actum. Ergo videtur, quòd peccatum Angeli fuit cauſa iſtius ordinis.

2 Præterea, Per hoc quod dicit potentius cæteris in ſuo ordine, videtur quòd communicat tantum aliquibus iſtius ordinis: deberet autem aſſignare rationem & actum communem omnibus qui ſunt in ordine vno: ergo incompetenter loquitur.

3 Præterea, Deſtructio non eſt finis alicuius per ſe, cum inquantum huiuſmodi non habeat rationem boni quæ in termino conſequitur finem: ſed coercere aduerſas poteſtates eſt quædam deſtructio: ergo non eſt actus & finis iſtius ordinis.

4 Præterea, Poteſtas determinatur ſecundum ſubditos: mali autem Angeli non ſunt ſubditi bonis: ergo per actum quem habent in eos, non debet determinari eorum poteſtas.

5 Præterea, Nihil mouetur propter vilius ſe, vt dicunt Philoſophi: ergo ſimiliter nihil agit propter vilius ſe vel operatur: ſed coercere dæmones eſt vilius quam dignitas angelica: ergo propter hoc operandum non dicitur eorum poteſtas.

6 Præterea, Potentia diuina quantum ad ea quæ pertinent ad gubernationem, communicatur Angelis, ſicut dicit Dionyſius in libro de diuinis nominibus. cap. 10. diuina omnipotentia dicitur ex hoc quod ipſa eſt omnia continens & circumiens & collocans & fundans & conſtringens: ergo & potentia Angeli dicitur ex hoc quod aliqua firmat, licet non omnia, & non coercione eorum.

7 Præterea, Dionyſius hîc nullam eorum proprietatem ponit ſecundum hoc quod eſt coercere dæmones: ergo non videtur eſſe actus eorum.

8 Præterea, Apoſtolus ad Roman. 13. quatuor dicit de poteſtate, ſcilicet quod eſt à Deo ſicut ab efficiente exemplari cauſa, & quod eſt ordinata, & quod eſt ad vindictam malefactorum, & quod eſt ad laudem bonorum. Ipſe autem non facit mentionem niſi de tertio quod minus videtur eſſe de intentione poteſtatis. Ergo inconuenienter aſſignat Gregorius rationem & actum poteſtatis.

Solutio. Dicimus, quòd actus proprius poteſtatis eſt gubernare ſubditos in tranquillitate continere eos in iure diuino, ſicut etiam in ciuilibus poteſtas conſtituitur ad hoc vt contineat rempublicam quiete in vno iure ſecundum ſtatuta ciuitatis: ſed quia hoc non poteſt fieri niſi reſiſtatur perturbantibus poteſtatem reipublicæ, qua quilibet gaudet iure ſuo, ideò per conſequens actus poteſtatis eſt coercere nequitiam aduerſarum vitiorum ſiue dæmonum ſiue malignorum hominum. Et hoc patet per Bernardum ſuper Cantica. ſermone. 19. Illi, inquit, ſpiritus qui poteſtates nominantur, dum crucifixi noſtri diuinam omnipotentiam vbique attingentem intueri ac magnificare delectantur, exturbare hominum dæmonumque contrarias poteſtates pro his quæ hæreditatem capiunt ſalutis, accipiunt poteſtatem, id eſt, pro conſeruanda eorum quiete in iure diuino. Vnde etiam Eſther 6. propter pacem populo reddendam Aſſuerus ſe dicit Iudæorum necem imperare, vt nefarij, inquit, homines vno die ad inferos deſcendentes reddant imperio noſtro pacem quam turbauerant. Sic gubernare in pace populum eſt intentum à poteſtate, coercere verò malos propter illud. Gregorius tamen ponit hunc eſſe actum poteſtatis: quia magis manifeſtus ſit nobis. Vnde ſi apud nos mali non eſſent quos coerceri oporteret, non præponerentur populo poteſtates humanæ, licet oporteret diuina poteſtate quæ eſt communicata Angelis, quòd in tranquillitate cuſtodirentur.

Ad primum ergo dicendum, quòd coercere malignos non eſt per ſe actus huius ordinis: & etiam ſi eſſet, adhuc malis non exiſtentibus, haberent tunc actum ſecundum habitum quod poſſent coercere malos ſi inſurgerent, licet non actu exercerent, ſicut etiam non oportet latrones eſſe actu quando datur iudici officium eos condemnandi.

Ad ſecũdum dicendũ, quòd hoc quod dicit in ſuo ordine, eſt exponẽdum ſecundum proprium donum ſui ordinis, & ſic ratio non ſequitur.

Ad tertium dicendum, quòd licet deſtructio non ſit finis agentis per ſe terminans intentionem eius, eſt tamen terminus actionis qui conſequitur ad id quod intendit.

Ad quartum dicendum, quòd mali Angeli non ſubduntur bonis, vt ſtantes in ordine iuris ſub ipſis, ſed ſicut cadentes in ius per pœnam, ſicut latro ſubditur iudici per pœnam, qui non fuit ſubditus ſibi in rectitudine iuris.

Ad quintum dicendum, quòd licet nihil moueatur propter vilius ſe vt propter terminum intentionis, terminus tamen actionem conſequens poteſt eſſe vilius, in quo nobilius intentum acquiritur, ſicut cælum per generationem inferiorum ad quam terminatur motus eius vt ad effectum qui eſt vilior ipſo, conſequitur ſimilitudinem quandam primi in cauſalitate rerum quod eſt nobilius ipſo. Similiter continentia ſubditorum in iure diuino eſt nobilius ipſis Angelis, licet coercere dæmones ſit minus nobile.

Sextum concedimus.

Ad ſeptimum dicendum, quòd Dionyſius ponit proprietates quæ ſequuntur eos quantum ad actum principalem: & ideò de hoc non fecit mentionem.

Ad octauum dicendum, quòd Apoſtolus perfectè dicit quicquid eſt poteſtatis: tangit enim ipſum donum poteſtatis per hoc quod eſt à Deo vt exemplatum ab eius poteſtate. Tangit etiam curam eius quæ conſiſtit in ordinatione iuris ſibi præfixi à Deo, per hoc quod dicit eam ordinatam. Tangit etiam finem ipſius vel actum & ſecundum terminum operis, qui eſt vindicta malefactorum, & ſecundum terminum intentionis, qui eſt laus bonorum. Gregorius tamen tangit ſolum actum nobis magis manifeſtum, vt quilibet cognoſcere poſſit ad quem ordinem ex merito vitæ pertineat.

B — *Dubium 2.*

Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Poteſtates ſint ſupra Virtutes: potentia enim ſtans vt perfecta per iuriſdictionem, quæ eſt potentia poteſtatis, eſt ſupra potentiam ſimpliciter: virtus autem eſt vltimum potentiæ ſimpliciter: ergo eſt ſub poteſtate.

2 Præterea, In Eccleſiaſtica hierarchia (quæ eſt exemplata à cæleſti) habentes gratiam virtutum, ſubſunt prælatis qui ſunt in poteſtate conſtituti, nec abſoluuntur ab eorum obedientia: ergo & ſimiliter debet eſſe in cæleſti.

3 Ad idem, Quantò aliquid ſummo vicinius eſt, tantò ſuperius eſt: ſed Poteſtates ſunt propinquiores Dominationibus, quæ dicunt ſummam potentiam in hac hierarchia, propter iuriſdictionem vtriuſque communem, quam Virtutes non dicunt. Vnde & vna communis proprietas ponitur Dominationum & Poteſtatum, non tyrannizare in ſubditos. Ergo Poteſtates ſunt ſupra Virtutes.

4 Præterea, In ciuilibus poteſtates immediatum actum habent poſt dominos, exequentes gubernationem in ſubditos, ſecundum quod eis à dominis diſpenſatur, & ſunt etiam ſuper illos qui ſunt virtuoſi in peragendis quibuſcunque difficultatibus ad dominium pertinentibus: ergo cum rectitudo ciuitatis ſit exemplata à cæleſti, videtur eſſe, quòd in Angelis Poteſtates ſint ſupra Virtutes.

5 Præterea, In ordine etiam naturæ potentiæ quæ ponunt in vltimo propter ſuum robur, ponuntur in membris extremis, ſicut manibus, vel vngulis, vel aliis, ſecundum quod vnicuique animali competit: potentia autem (quæ eſt per modum poteſtatis regentis alias) ponitur in ſuperiori parte, ſcilicet in capite, vt imaginatio, & ratio: ergo & in ordinatione Angelorum Virtutes deberent eſſe ſub Poteſtatibus.

Solutio. Dicimus, quòd optimè ordinantur Virtutes ſupra Poteſtates in Angelis: ſecundum enim quod magis potentiam habent naturalem, ſecundum hoc potiora dona gratiarum ſuſcipiunt, quibus ſupra alios conſtituuntur, & poſſunt quicquid inferiores, & adhuc amplius: & ideò quia virtus dicit vltimum potentiæ naturalis, conſequitur vt plus recipiant etiam de donis in dignitate potioribus quam Poteſtates, quæ potentiam naturalem non in vltimum dicunt, licet ordinatam iuriſdictionem, quæ etiam in virtutibus potior eſt: vnde & potentia virtutum eſt ſupra potentiam naturæ, occurrens ſine reſiſtentia legibus eius: Poteſtatum autem potentia eſt per modum iuriſdictionis ciuilis, quæ longè deficit à virtute naturæ.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quòd licet Virtutes non dicant iuriſdictionem in nomine, tamen propter vltimum potentiæ naturalis (quod dicunt in nomine) datur intelligi, quòd iuriſdictionem habeant & alia etiam potiora.

Ad ſecundum dicendum, quòd ex infirmitate in ciuitate & in Eccleſia vel peccati vel pœnæ contingit eos qui ſunt maximi in virtute, in vltimo gradu conſtitui, dum vel ignorantia vel aliqua voluntatis peruerſitas intercidit: deberet enim eſſe è conuerſo: & ſecundum hoc exemplatur à cæleſti, quod debet eſſe, non ſecundum id quod eſt.

Ad tertium dicendum, quòd Poteſtates magis conueniunt cum dominio quantum ad relationem ſuperpoſitionis ſolum, quam dicunt: in nomine virtutis autem magis conueniunt quantum ad cauſam ſuperpoſitionis, quæ eſt non cadere valens fortitudo: & ad cauſam ſemper ſequitur effectus in Angelis: quia nullus eis admiſcetur defectus ignorantiæ vel peccati.

Ad quartum dicendum, ſicut ad ſecundum.

Ad quintum dicendum, quòd Virtutes quæ ponuntur in extremis membris, ponuntur in vltimo quantum ad iuuamentum corporis: ſed Virtutes quæ ponuntur in capite, ponuntur in vltimo quantum ad dignitatem naturæ, ſiue imaginatio in brutis, ſiue ratio in homine, quamuis non ſit virtus corporalis vllius ſecundum Philoſophum, niſi per accidens, ſcilicet propter virtutes à quibus immediatè accipit.

C Dubium 3. Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd Virtutes & Poteſtates ſint de infima hierarchia. Dicitur enim à Magiſtris, quòd prima hierarchia ſumitur penes conuerſionem in Deum, media penes conuerſionem in Angelum, vltima penes conuerſionem in hominem: ſed Virtutes in operando conuertuntur ad homines, vel retundendo malitiam dæmonum ab eis, vel operando ſigna circa eos: ergo ſunt de infima hierarchia.

2 Ad idem, Infimæ hierarchiæ eſt transfundere illuminationes in homines, cum non habeant aliam angelicam hierarchiam ſub ſe: ſed Virtutes & Poteſtates transfundunt poteſtates in homines, cum non dicant aliquem actum qui exerceatur in cælis, vbi nec coercetur malitia, nec fiunt miracula: ergo ſunt de vltima hierarchia.

3 Præterea, In ciuilibus & in Eccleſiaſtica hierarchia principes vt prælati & duces ſunt ſupra poteſtates, cum etiam eos ſub ſe habeant per quos ſubditos continent, ſuam operationem circa eos non immiſcentes: ergo & ita debet eſſe in cæleſti: ſed principes ſunt in vltima hierarchia: ergo & poteſtates debent eſſe in ipſa.

Solutio. Dicendum, quòd Virtutes & Poteſtates ſunt de media hierarchia. Si enim quæratur, ſecundum quid ordinetur in diuerſis hierarchiis? Dicendum eſt, quòd ſecundum analogiam diuerſam recipientium & ſecundum ordinem receptorum. Secundum analogiam quidem recipientium: quia quorundam intellectus eſt proportionatus ad inſpiciendum diuinum lumen in ſuo fulgore, & ſic ponuntur in prima hierarchia: quorundam verò intellectus eſt capax eiuſdem luminis ſecundum quod propinquat tenebroſitati, quæ eſt ex continuo & tempore, & ſecundum hoc ponuntur in vltima hierarchia: ſed quia de vno extremo venitur in alterum per medium, quidam medio modo recipere ſunt proportionati diuinum lumen, & ſecundum hoc ponuntur in media. Secundum verò ordinem receptorum diuerſificantur hierarchiæ: quia aut recipitur ſimilitudo in donis quibus conuertuntur in Deum, & ſecundum hoc ordinantur in prima hierarchia: aut conſortio poteſtatis, & ſic ponuntur in media: aut recipiunt vt in alios transfundant, imitantes Dei liberalitatem, & in hoc perficitur tertia: primum enim eſt cauſa ſecundi, ſecundum cauſa tertij. Cum igitur Virtutes & Poteſtates dicant perfectionem poteſtatis, cum dicant etiam potentiam limitatam, oportet eos ordinari in media hierarchia.

Ad primum ergo dicendum, quòd conuerti in Angelum, vel in hominem, vel in Deum, non diſtinguit hierarchiam, licet conſequatur hierarchias iam diſtinctas: conuerti enim in Angelum inuenitur etiam in vltima, ſed ſecundum perfectionem in conſortio poteſtatis vel aſſimilationis donorum, vel imitatione liberalitatis in effundendo poſſunt conuenienter diſtingui hierarchiæ, cum perfectio ſuperioris non ſit inferioris, ſed è conuerſo, licet ſimpliciter omnes ſint conſortes poteſtatis.

Ad ſecundum dicendum, quòd infimæ hierarchiæ eſt transfundere illuminationes in homines, quantum ad officia & actus eorum: ſed de talibus virtutes & poteſtates non per ſe illuminant, ſed de aliis quæ ſunt ſupra operationes humanas: & licet in cælis non operentur ſigna, nec coerceant malitiam, habent tamen proprios actus ad quos iſta conſequuntur, ſcilicet attingere vltimum in miniſteriis diuinis, & in tranquillitate continere.

Ad tertium dicendum, quòd in humania omnes poteſtates limitatæ ſunt: ideò ſunt in eadem ordinatione cum principibus, quorum eſt limitata potentia, vt etiam ſub ipſis: ſed Principes in Angelis habent habent limitatam potentiam vel iuriſdictionem circa vnam gentem & regnum, poteſtates verò non: & ideò cum hoc ſit perfectio Poteſtatis, ponuntur in media hierarchia.

Circa quartum quæritur de numero proprietatum quas ponit, & penes quid ſumantur. Et dicendum, quòd ſunt ſeptem: quoniam aut ſumuntur in accipiendo, aut in communicando. Si in accipiendo, aut quantum ad modum, & ſic eſt prima: aut quantum ad ſubſtantiam recepti, & ſic eſt ſecunda. Si in communicando, aut quantum ad modum, aut quantum ad finem perficientem. Si quantum ad modum, aut eſt modus communicantis, & ſic eſt tertia: aut modus communicati, & ſic eſt quinta: aut modus eorum quibus communicatur, & ſic eſt ſeptima. Si quantum ad finem, aut in genere, & ſic eſt quarta: aut in ſpecie, & ſic eſt ſexta. D Dubium 4.

Circa quintum ſic proceditur. Videtur enim, quòd ſint plures quam tres ordines mediæ hierarchiæ. Dionyſius enim in lib. de diuin. E Dubium 5.

nomin. cap. 12. ponit tria quæ ſecundum ordinem participantur ad poteſtatem pertinentia, ſcilicet dominium, regnum, & ſanctitas, à quibus videntur debere ſumi tres ordines. Cum igitur duo alij hîc ponantur, erunt quinque ordines hierarchiæ huius.

2 Præterea, In humanis, vel in ciuilibus, vel Eccleſia ſunt multi gradus medij inter dominos & eos qui poteſtates exercent regendo familiam, ſicut duces, comites, archiepiſcopi, primates: ergo videtur, quòd etiam plures debeant eſſe ordines inter Dominationes & Poteſtates, & non ſolum Virtutes: & ſic ſunt plures quam tres.

Solutio. Dicimus, quòd non debent eſſe niſi tres ordines huius hierarchiæ: ſumitur enim hæc hierarchia ſecundum perfectionem poteſtatis in continentia ſubditorum: contineri enim non poſſunt niſi reducantur in vnum ordinans omnia, ne fiat diuiſio, & vt ſint exequentes ordinationem illius. Sed exequi poteſt dupliciter, aut ponendo in vltimo, quantum ad actum ſimpliciter ex parte obiecti: aut ſecundum ordinationem iuris. Dominationes igitur ſunt per modum ordinantis alios, Virtutes verò ordinationem exequuntur ſecundum vltimum actus ex parte obiecti, quod eſt arduiſſimum. Poteſtates verò ſunt vltra ex ordinatione iuos.

Ad primum ergo dicendum, quòd regnum eſt poteſtas vnius: & ideo non eſt communicabilis multis niſi per modum dominij. Vnde non facit ordinem ſeparatum: ſanctitas verò non conſtituit in aliquo gradu dignitatis ſuper alios, & hoc eſt proprium hierarchiæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd omnes illæ dignitates vel ſe habent per modum principum, & ſic ſunt inferiores poteſtatibus, vel reducuntur in principatus vel virtutes.

EXPOSITIO TEXTVS.

F Litera ſic legatur. Prædictas proprietates declarat nomen virtutum. *Autem*, id eſt, ſed *ipſam* nominationem *ſanctarum poteſtatum* æſtimo declarare *ordinationem*, id eſt, gradum quendam dignitatis *æquipotentem diuinarum Dominationum & Virtutum*, non ſimpliciter, ſed in actu hierarchico vnam: quia omnia dicunt perfectionem potentiæ. Ordinationem dico *bene ordinatam*, quantum ad pulchritudinem doni, *& inconfuſam*, quantum ad ordinem iuris quo regulatur: & hoc *circa diuinas ſuſceptiones*, quantum ad cauſam à qua recipiunt, & ſic ponitur triplex modus, vnde eſt prima, æſtimo declarare *& ordinatam poteſtatis ſupermundanæ*, inquantum non miſcetur aliqua infirmitas culpæ vel pœnæ, ſicut mundanis potentibus, *& intellectualis*, ad differentiam ſenſibilis, vt quæ gladio vindictam exercet: & ſic tangitur ſubſtantia recepti, quæ eſt poteſtas: vnde eſt ſecunda. Poteſtatis dico *non præcipitata*, quaſi ſine fræno iuris *tyrannice*, ſed tranquillè *in ea quæ inferiora ſunt*, ſuper quæ ſcilicet eſt poteſtas, & hoc *poteſtatiuis virtutibus*, id eſt, per virtutem poteſtatis quam accipit, & ſic eſt tertia, quantum ad modum communicationis, quia tranquillè. *Sed* poteſtatis dico *reducta in diuina potenter*, id eſt, per modum proprium ſui ordinis *poſt* ſuperiores ordines, *bene ordinatas*, quia non æqualiter eis conuenit, & ſic tangitur perficiens in genere, ſcilicet diuina potentia in qua perficitur reductio cuiuſlibet ordinis per propria ſibi, & ſic eſt quarta. Et poteſtatis dico *reducentis* quæ ſunt *poſt ea deiformiter*, id eſt, ſecundum deiformia dona: & hic eſt modus ex parte communicatorum, & eſt quinta. Et poteſtatis dico *aſſimilata ad potentiam diuinam, potentificam & cauſalem*, id eſt, quæ eſt faciens omnium potentiam, & cauſa eius, & ſicut exemplar, & ſicut finis, & hoc eſt proprium perficiens iſtius ordinis, & eſt ſexta. Et poteſtatis dico *reuelantis eam*, ſed cauſalem, potentiam aſſimilando ad ipſum, ſicut pater reuelatur in filio, *in ordinibus*, ſupple, inferioribus *bene ordinatis per ipſam*, ſcilicet poteſtatem cauſalem acceptam quantum ad pulchritudinem donorum, & hoc *poteſtatiua virtute* quaſi cuiuſdam iuriſdictionis, & hoc *vt poſſibile* eſt *Angelis*, ſcilicet inferioribus, & hic eſt modus ex parte eorum quibus communicatur, & eſt ſeptima proprietas.

Has habens deiformes proprietates media cæleſtium animorum diſpoſitio, purgatur quidem, & illuminatur, & perficitur, quemadmodum dictum eſt, à diuinis illuminationibus inditis ſibi ſecundò per primam hierarchicam diſpoſitionem, & per mediam illam ſecunda manifeſtatione delatis. 4

DIVISIO ET expoſitio textus.

Has habens deiformes proprietates, &c.

POſitis proprietatibus trium ordinum, determinat de hierarchia eorum. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit qualiter participent actus hierarchicos, quia mediante prima hierarchia. In ſecunda probat per auctoritatem ſacræ Scripturæ, ibi, *Inuenies autem, &c.* Prima in tres. In prima manifeſtat qualiter participent actus hierarchicos. In ſecunda oſtendit hoc concordare traditioni ſapientum, ibi, *Hoc enim eſt omninò, &c.* Circa primum duo facit. Primò dicit, quòd participant actus hierarchicos mediantibus primis. Secundò manifeſtat hoc per ſimilitudinem locationis, ibi, *Itaque per alium, &c.* Litera ſic legatur. *Media diſpoſitio*, id eſt, hierarchia *cæleſtium animorum*, id eſt, intellectuum, ſcilicet Angelorum *habens has* quas docuimus ſecundum quemlibet ordinem *proprietates deiformes*, id eſt, quibus Deo ſimilatur, *quidem*, id eſt, certè *purgatur*, *illuminatur*, *perficitur à diuinis illuminationibus ſibi inditis* à Deo immediatè, *quemadmodum dictum eſt*, id eſt, ſecundum proprium modum recipiendi quem aſſignauimus ponendo proprietates cuiuſlibet ordinis: & hic eſt vnus modus quo purgantur, illuminantur, & perficiuntur: vel etiam participant A

cipant dona tria ſecundò, id eſt, ſecunda acceptione, & hoc *per primam diſpoſitionem hierarchicam*, id eſt, per Angelos primæ hierarchiæ à Deo, & hic eſt ſecundus modus, quo purgantur mediantibus primis.

D V B I V M.

B Secundo eſt dubium de hoc quod in litera dicitur. Quod enim pluribus modis perficitur, magis eſt perfectum: prima autem hierarchia tantum vno modo perficitur, ſed immediatè à Deo, & media per primam, erit ſecundum hoc media perfectior prima, quod eſt inconueniens. Nec poteſt dici, vt videtur, quòd modus ille vnus ſit potior iſtis duobus, cum ille vnus eſt alter iſtorum duorum.

2 Præterea, Sicut dicitur in lib. de motu cordis, Anima eſt ſubſtantia intellectualis illuminationum quæ ſunt à primo, ſecunda relatione receptiua: ergo non videtur ſecundò recipere eſſe modus perfectionis angelicæ, ſed humanæ.

3 Item, Non videtur, quòd prima poſſit illuminare mediam: ſicut enim dicit Philoſophus in lib. de ſomno & vigilia, Subſtantia ſpiritualis quando eſt in actu vnius potentiæ, abſtrahitur ab actu alterius: & hoc quia potentiæ radicantur in eadem eſſentia: ſed Angeli primæ hierarchiæ nunquam abſtrahuntur à conuerſione in Deum qua illuminantur ab ipſo, ſed maximè in hoc actu intenduntur: ergo omninò abſtrahuntur ab illuminatione aliorum.

4 Ad idem, Vnum indiuiſibile non poteſt ſimul eſſe circa diuerſa, cum nihil eius poſſit eſſe extra illud circa quod ſit: Angelus verò eſt ſubſtantia indiuiſibilis: cum igitur ſemper inſiſtat circa conuerſionem in Deum, non poterit illuminare circa aliorum illuminationem.

5 Ad idem, Vtrumque iſtorum, ſcilicet conuerti in Deum & illuminare alium exigit intellectum eſſe actu: ſed ſicut dicit Philoſophus, non contingit ſimul plura intelligere ſecundum actum: ergo prima hierarchia, cum ſit ſemper in vno actu, nunquam poteſt eſſe in alio.

6 Præterea, Vna potentia non poteſt ſimul eſſe in duplici actu: ſed vtrumque iſtorum, ſcilicet conuerti in Deum, & illuminare alios, ſit ſecundum vnam potentiam, ſcilicet intellectum: ergo videtur, quòd vtrumque ſimul facere non poſſit.

Solutio Quidam hìc dicunt, quòd intellectus in patria poſſit ſimul eſſe in duobus actibus, licet hìc non poſſit. Quidam etiam alij dicunt, quòd etiam in præſenti vita intellectus noſter ſimul poteſt duo vel plura intelligere. Sed neutrum videtur eſſe verum: quia per experientiam videtur contrarium, & rationi etiam repugnat ſimul plura poſſe intelligi, inquantum plura; & non ſecundum quod ordinantur in ordine vno, ſicut nec linea vna ex parte eadem terminatur ad duo puncta. Dicimus tamen, quòd Angeli ſimul illuminantur à Deo conuerſi in ipſum, & illuminant alios: ſed hoc non eſt actu proprio, ſed virtute diuini luminis recepti, ſicut etiam luna dum illuminatur à ſole, virtute luminis recepti (quod eſt diffuſiuæ virtutis) illuminat etiam, non tanquam propria actione: & ſic eſt etiam de illuminatione ſpirituali.

Ad primum ergo dicendum, quòd ille vnus modus quo perficitur hierarchia, præualet duobus quibus perficitur media: quamuis enim ſit vnus cum altero illorum ex parte dantis, quod quantum eſt in ſe, ſimiliter influit lumen ſuum vtrique, præualet tamen ex maiori capacitate primorum qui poſſunt diuinum lumen in fulgore recipere, qualiter non poſſunt medij.

Ad ſecundum dicendum, quòd animæ eſt recipere diuinum lumen ſecunda relatione ex parte recepti, accipiendo ſcilicet ipſum in ſpeculo & ænigmate: & ſic omnes Angeli recipiunt prima relatione, id eſt, ſine ſimilitudinibus: recipiunt tamen ſecunda relatione quantum eſt ad ſtatum & modum recipientis ſemper ſecundi reſpectu primorum per diuerſam analogiam recipientium.

Ad tertium dicendum, quòd licet quando intenditur in vno actu, abſtrahatur ab alio quantum ad propriam virtutem, tamen virtus alicuius ſibi additi poteſt eſſe ad alterum actum ſimul ad exercendum.

Ad quartum dicendum, quòd non eſt inconueniens, quòd indiuiſibile ſit circa vnum, & ſecundum aliquid ſibi additum circa alterum.

Ad quintum dicendum, quòd intellectus Angelorum primorum ſecundum actum qui eſt operatio eorum conuertitur in Deum, ſed illuminat alios nihil operans virtute propria circa illa, ſed virtute actus quæ eſt ſua perfectio, ſcilicet luminis diuini ſplendentis in ipſo: & per hoc patet ſolutio ad ſextum

Itaque per alium dictum venien- 5.
tem in alium Angelum auditum,
ſymbolum faciemus à longè ſuperperfectè & per proceſſionem occultæ in ſequentia perfectionis. Nam ſapientes circa ſacras noſtras immolationes aiunt per ſeipſas lucentes diuinorum plenitudines, per alias contemplatiuarum participationum perfectiores eſſe Sic æſtimo & angelicorum ordinum immediatam participationem primò in Deum extentorum perfectiorem eſſe per medietatem perfectorum. Propter quod & à noſtra ſacerdotali traditione perfectiuæ & luciſicæ & purgatiuæ virtutes primi intellectus nominantur, inferiorum tanquam per ſe in omnium ſupereſſentiale principium reductorum, & myſticarum purgationum & illuminationum & perfectionum in participatione, ſecundum quod eis fas, factorum. Hoc enim eſt om-

pinò diuina ordinatione diuinitus promulgatum, per prima ſecunda diuinis participare illuminationibus.

EXPOSITIO TEXTVS.

Itaque per alium, &c.

A HIc manifeſtat quod dixerat per ſimilitudinem locutionis, dicens. *Itaque*, ex quo media perficitur mediante prima, nos adaptaotes huic aliquam ſimilitudinem, *faciemus*, id eſt, dicemus *ſymbolum*, id eſt, paradigma ſecundum Commentatorem, id eſt, exemplarem formam, *dictum* per vnum quantum ad i. radiationem luminis recepti à Deo io alterum, *auditum* ab alio quod incipit illam irradiationem, *venire a long*, ſcilicet ab ip a diuina altitudine, *in alium Angelum*, qui eſt de media hierarchia, *per alium*, id eſt, mediante alio qui eſt de prima, ad ſimilitudinem clamantis de longinquo. Symbolum dico *perfectionis* diuinæ *ſuperperfecta*, quia eſt ſuper omnem perfectionem, *& occulta per proceſſionem* eius *in ſequentia* mediantibus primis: non quia deficiat eius claritas tanquam propter ſuam fatigationem, ſed quia ab inferioribus in minori fulgore recipitur. Dicitur enim ſymbolum eius inquantum eſt ipſa exemplata in primis, & deinde per eos in mediis. *Nam ſapientes*. Hîc oſtendit quod dictum eſt, concordare dictis ſapientum in diuinis, à quibus accepit, dicens. Hoc ita eſt ſicut diximus. *Nam*, id eſt, quia *ſapientes circa noſtras ſacras immolationes*, id eſt, ſacros ordioes Eccleſiaſticos quibus immolamur & conſecramur Deo. Alia tranſlatio, acres, id eſt, ſubtiles circa tacta. *Aiunt*, id eſt, dicunt *plenitudines diuinorum*, id eſt, Angelos ad copiam repletos diuinis donis, *lucentes* diuino lumine *per ſeipſas*, non quin à Deo habeant, ſed quia oon mediantibus aliis ſubſtantiis. Has dico *eſſe perfectiores participationum contemplatiuarum*, id eſt, participationi us contemplatiuis, more G æco, id eſt, Ange is participantibus diuinam contemplationem, *per alias*, id eſt, ſuperiores ſubſtantias. *Sic*, id eſt, conformiter eis ego æſtimo, *&*, id eſt, etiam *immediatam participationem angelicorum ordinum primò extrerorum*, & conuetientium ſe *in Deum*, ſcilicet primæ hierarchiæ *eſſe perfectiorem* participatione *perfectorum per medietatem*, id eſt, mediantibus aliis, id eſt, illis de media. *Propter quod*, ſcilicet quia minus perfecti ſunt qui ſunt perfecti per medium, *&*, id eſt, etiam *a traditione noſtra ſacerdotali*, id eſt, doctrina nobis per ſacerdotes tradita, vt Ezechielem, & Zachariam, & alios qui viſiones habuerunt, *prim inte lectus*, id eſt, Angeli primæ hierarchiæ cum ſint cæteris perfectiores, *nominantur virtutes perfectiua & luciſica*, quantum ad illuminatiooem, *& purgatiua inferiorum* ordinum. Primi dico iotellectus tanquam de numero *reductorum*, per ſe non mediantibus aliis, *in ſuperesſentiale principium omnium*, ſcilicet Deum, & tanquam de numero *factorum in participatione myſticorum*, & diuinarum quæ occultantur ab inferioribus, *purgationum & illuminationum & perfectionum, ſecundum quod eis fas eſt*, id eſt, poſſibile.

DVBIVM.

B SED HIC eſt dubium de hoc quod dicit qooſdam eſſe perfectos per medium: quod enim per medium cognoſcit Deum, ſymbolo & ſimili cognoſcit Deum: ſi enim non cognoſcit per ſe, cum ooo poſſit cognoſcere per cauſam vel perfectam rationem, non relinquitur cognoſcendi modus niſi per ſimilia: ſi igitur per medietatem Angeli perficiuntur à Deo, vt hîc dicitur, videtur quòd cognoſcunt per ſymbola, qood eſt contra ſanctos.

2 Præterea, Sicut dicit Philoſophus de extremo non peruenitur io vltimum niſi per medium quod ooo eſt alterum extremorum. Si igitur Angeli mediæ hierarchiæ veniant de imperfectiooe quam habent ex natura in contemplationem Dei: ergo oportet, quòd per aliquod mediom quod non eſt Deus: & hoc eſt ſymbolum: ergo cognoſcuot per ſymbola.

3 Præterea, Duæ ſunt viſiones Dei, ſcilicet per ſpeciem, quæ eſt facie ad faciem, & per ſpeculum, quæ eſt per ſymbola. Et primam non habent illi de media hierarchia, quia noo immediatè ab eo recipiuot: videtur, quòd habeant alteram, quæ eſt per ſymbola.

4 Præterea, Duplex eſt intelligibile in nobis, ſcilicet ſimplex quo res per ſe videtur, & quod accipitur à phantaſmate: cum igitur dicti Angeli non videant Deum per modum primi intelligibilis, quia mediaotibus aliis & non per ſe vident, videtur quòd videant ſub phantaſmate, & ita per ſymbola.

Solutio. Dicimus, quòd ſicut ſæpè dictum eſt, quantum ad ea quæ pertinent ad beatitudinem, Deus immediatè ab omnibus videtur: ſuperiores tamen quia ſont magis capaces & propter naturalem perſpicacitatem & propter nobilius donum, capiunt ipſa beata viſione quaſdam illuminationes de pertinentibus ad gubernationem mundi & vtriuſque Eccleſiæ, quas inferiores per ſe capere non poſſunt, niſi inquantum illuminantur per lumen receptum in ſuperioribus effulgens in ipſis, & ooo cognoſcunt per ſymbola.

Ad primum ergo dicendum, quòd eſt duplex ſimile, ſcilicet aſſimilans, ſicut lumen aſſimilat oculum naturæ coloris, quæ cauſatur ex lumine vt poſſit color relucere in ipſo. & tale ſimile recipiunt Aogeli ab his qoibus mediantibus perficiuntur, recipientes ab ipſis lumeo quo confortantur ad cootemplanda diuina. Eſt etiam ſimile in quo manifeſtatur obiectum, ſicut ſimilitudo coloris recepta io oculo: tale autem ſimile non recipiunt per primos quo diuina inſpiciant: & ideò non cognoſcont ſymbolis, cum ſolum tale ſimile ſymbolum dicatur.

Ad ſecundum dicendum, quòd verum eſt quando eſt diſcurſus intelligibiliom acceptorum ſub diuerſis ratiooibus ad concluſionem vnam, quia tunc oportet eſſe cognitionem per mediom quod oon eſt vltimum: ſed in contemplatione angelica eſt ſtatus in vno intelligibili, ſcilicet Deo ſicut in fine: & ideò non cogno-

ſcuot

ſcunt per medium qood oon ſit ipſe.

Ad tertium dicendum, quòd licet recipiant per alios lumen quo intellectus eorum confortatur io contemplatione Dei, oon tamen recipiunt per eos aliqood ſimile io quo manifeſtetur Deus, ſed ipſe per ſe eis obiicitur: & ideò habent cognitionem quæ eſt per ſpeciem, & non quæ eſt per ſpeculum. Et ſimile dicendum ad qoartum, qoòd omnes videot per modum intelligibilis ſimplicis.

EXPOSITIO TEXTVS.

Hoc enim eſt omninò, &c.

C HIc oſtendit, qoòd media hierarchia perficitur per primam ex lege diuina, dicens: Diximus, quòd primi intellectus ſunt Virtutes, &c. *Etenim*, id eſt, quia *hoc eſt promulgatum*, id eſt, per modum legis ſancitum, *diuinitus*, id eſt, à Deo, *diuina ordinatione*, id eſt, immobili & perpetua, *omninò*, id eſt, totaliter, ſcilicet verum, ſcilicet *ſecunda participare diuinis illuminationibus per prima*, id eſt, mediantibus eis.

DVBIVM.

D SED VIDETVR contradicere ſibi: ſupra enim dixit, qoòd media non illuminatur tantum à prima, ſed etiam immediatè à Deo: ergo noo videtur promulgatum diuinitus omninò media per prima illuminari.

2 Præterea, Vltima hierarchia poteſt illuminari à Deo non per mediam: ergo eadem ratione media poteſt illominari à Deo non mediante prima.

Solotio. Dicimus, quòd media hierarchia poteſt illuminari à Deo immediatè, nihilominus tamen recipiet ſecunda receptione & non in fulgore quo prima recipit ab ipſo: quoniam ſecuodum quod deſcenditur in ordinem recipientium, ſic & il ominatio diuioa recipitur in minore fulgore & ſimplicitate, ſicut ſol quamuis illuminet terram immediatè ſicut lunam, terra tamen ſecundò illuminatur: quia non æqualem recipit fulgorem ſolis vt luna: vnde ſemper eſt in ordine vt illuminetur per ipſam. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

6. Inuenies autem & hoc multoties à Theologis expreſſum. Quando enim diuina & paterna humanitas Iſrael nutritiuè pro ſacra eius ſalute corripiens, & vlciſcentibus & immanibus nationibus in correctionem tradens, omnigena prouiſorum in melius tranſductione, & captiuitatem dimiſit, & ad priorem clementer reduxit beneficentiam: videt Theologorum vnus
Zach 1. Zacharias vnum primorum (vt æſtimo) circa Deum Angelorum (communis enim, vt dixi, eſt omnibus hæc angelica cognominatio) ab ipſo Deo diſcentem de hoc conſolatoria (vt dictum eſt) verba: alterum verò ſubiectorum Angelorum in occurſum primi prouenientem tanquam ad illuminationis ſuſceptionem & perceptionem: deinde ab ipſo diuinum conſilium tanquam à ſummo ſacerdote erudítum, & hoc docere Theologum conuerſum, quoniam fructuosè habitabitur Ieruſalem à multitudine hominum.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Inuenies autem & hoc multoties, &c.

IN iſta parte intendit probare per auctoritates, quæ ſupra dixerat, ſcilicet ſecundam hierarchiam recipere illuminationes per primam. Et dioiditur in partes tres. In prima probat per auctoritatem Zachariæ. In ſecuoda probat per auctoritatem Ezechielis, ibi, *Alter autem Theologorum, &c.* Io tertia per auctoritatem Danielis, immiſcens etiam auctoritatem Ezechielis, ibi, *Quid fortaſſis quis dixerit, &c.* Litera ſic legitur, Diximus, quòd prima hierarchia mediante reducitur media. *Autem*, id eſt, ſed *inuenies hoc multoties*, id eſt, in multis locis *expreſſum*, id eſt, manifeſtè oſtenſum, *&*, id eſt, etiam *à Theologis*, id eſt, à tradentibus ſacram Scripturam, non ſolum per ſapientes, ſed & per legem diuinam. *Enim*, id eſt, quia *quando humanitas*, id eſt, manſuetudo, quia homo eſt animal manſuetum natura, *diuina*, quæ omnia poteſt, *& paterna*, propter miſericordiæ affectum, *corripiens* populum *Iſrael nutritiuè*, id eſt, per modum nutrientis vt ſolidet in bono, & hoc *pro ſacra ſalute eius*, ſcilicet Iſrael, *& tradens eum nationibus*, ſcilicet Chaldæis, vt legitur in fine Regum, *vlciſcentibus* in eos pro peccatis eorum, *& immanibus*, id eſt, immanſuetis, & hoc *in correctionem*, id eſt, vt emendaretur, *omnigena traductione prouiſorum in melius*, id eſt, omnimodo dirigendo prouiſam eis correptionem in bonum eorum, quod intenditur. Sic dico erudiens, & tradens: ſed poſtquam hæc completa ſunt, *& captiuitatem dimiſit*, id eſt, remiſit, & etiam *reduxit* eos *clementer ad priorem beneficentiam*, reducendo eos in terram quam patribus eorum promiſerat benignè, & dederat, vt habetur in principio Eſdræ, quando quidem ſic erat, *vnus* de nomero *Theologorum*, id eſt, diuina tradentium, ſcilicet *Zacharias* Propheta, *vidit vnum* de numero *Angelorum primorum*, id eſt, ſupremorum, *vt æſtimo*, ex circunſtantia ſcripturæ, *&* eorum qui ſunt immediatè *circa Deum*, quod eſt proprium primæ hierarchia

rarchiæ, vt dictum eſt. Videt dico eum *diſcentem*, id eſt, audientem *ab ipſo Deo* immediatè *conſolatoria verba de hoc*, id eſt, de dicta reductione, vt dictum eſt, id eſt, ſicut ſcriptum eſt Zach. 1. vbi dicitur, quòd vidit virum ſtantem inter myrteta, qui clamauit ad Deum: Domine exercituum vſquequo non miſereberis Ieruſalem, &c. Et reſpondit ei Dominus verba bona & conſolatoria. Vel vt dictum eſt à nobis in præcedenti capitulo vbi diximus, quòd primi immediatè accipiunt à Deo. Et quia dixerat Angelos primos & circa Deum, cum vltimus ordo ſit Angelorum, reſpondens tacitæ obiectioni, interponit pareotheſim: *enim*, id eſt, quia *hec cognominatio eſt communis omnibus* ordinibus, vt diximus ſupra 5. cap. *Verò*, id eſt, ſed Zach. videt, vt ibidem legitur, *alterum de numero ſubiectorum*, id eſt, inferiorum *Angelorum prouenientem in occurſum primi*, qui audiuit verba à Deo, *tanquam ad ſuſceptionem illuminationis* ab eo de hoc facto, prout eſt in recipiendo, *& perceptionem* prout iam recepta eſt: *deinde* videt inferiorem Angelum *eruditum diuinum conſilium*, id eſt, de diuino conſilio, quantum ad prædictum factum, *ab ipſo* ſcilicet primo, *tanquam a ſummo ſacerdote*, cuius eſt primò ſubditis illuminationes immittere. Hunc dico videt *docere, &*, id eſt, etiam *Theologum*, ſcilicet Zachariam *conuerſum* ad ſe, *hoc*, ſcilicet *quoniam Ieruſalem habitabitur fructuosè*, id eſt, affluentia bonorum *à multitudine hominum*.

DVBIA.

B Hic svnt duo dubia. Primò de hoc quod dixit, quod Deus tradidit Iſrael nationibus in correptionem, omninò tamen melius prouidens. Secundò de hoc quod dixit Zachariam vidiſſe vnum primorum Angelorum, & qui ſunt circa Deum.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Sicut dicit, Magiſter in 4. ſententiarum Quinque modis flagella contingunt, vel ad augmentum meriti, ſicut Iob: vel ad cuſtodiam virtutum, ſicut Paulo: vel ad gloriam Dei, ſicut cæco nato: vel ad correctionem, ſicut Mariæ lepra: vel ad initium pœnæ æternæ, ſicut Herodi. Non ergo tantum propter correctionem, vt hic dicitur.

2 Præterea, Patris non eſt corrigere, tradendo filium in manus hoſtium, ſed fortè in manus famulorum: ergo incongruè dixit, paterna bonitas.

3 Præterea, Patris non eſt tradere in manus eorum qui auertant filium ab obedientia patris: ſed nationes pertrahendo Iſrael ad idololatriam, auertebant eum ab obedientia Dei: ergo non fuit paternæ bonitatis tradere in manus eorum.

Solutio. Dicimus, quòd quantum ad intentionem Dei ſemper flagella ſunt vel in bonum ſimpliciter, vel in bonum ſecundum quid, quod eſt minus malum, ſicut de Anthiocho dicitur in ſecundo Machabæorum, quòd percuſſus eſt à Domino graui infirmitate, qua & mortuus eſt, non receptus ad pœnitentiam, ne poſſet explere quod propoſuerat de deſtructione Ieruſalem, & ſic minorem pœnam mereretur. Sed ſecundum diſpoſitionem recipientium quorum quidam emendantur, quidam deteriores fiunt, diſtinguuntur illi quinque modi. Et per hoc patet ſolutio ad primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd inquantum hoſtes ipſos Deus coercet vt non poſſint deſæuire niſi ſecundum quòd exigit diuinum iudicium, efficiuntur miniſtri Dei, & vt inſtrumentum vindictæ. Vnde dicitur Iſaiæ 10. Aſſur virga furoris mei.

Ad tertium dicendum, quòd Deus vel cohibebat hoſtes ne valerent trahere ad idololatriam, ſicut patet de Nabuchodonoſor, qui etiam, ſicut dicitur in 4. Reg. eis quos poſuerat ad habitandum terram Samariæ, dedit ſacerdotes qui eos docerent legitima terræ: vel ſi vellent ad idololatriam pertrahere, ſicut Antiochus, confortauit eos vt reſiſtere poſſent, vt patet in primo Machab. & ſecundo.

Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Zacharias non viderit aliquem de primis Angelis: ſuperiores enim officium exterioris miniſterij nunquam habent: ſed tales non poſſunt videre exterius: ergo Zacharias nullum talium vidit. C Dubium 2.

2 Ad idem, Ipſe non vidit niſi Angelos operatores ad liberationem Iſrael: ſed tales ſunt inferiores: non ergo vidit aliquem ſuperiorum.

Solutio. Dicimus, quòd ſicut dicit Gloſſa Bedæ ſuper illud Tobiæ 12. Ego ſum Raphael vnus ex ſeptem qui aſtamus ante Deum, Parati ite quocunque mittantur: quia Deus vbique eſt, vnde quocunque pergant, ab intimo diuinæ contemplationis nunquam recedunt, ſuperiores quidem quoad duo, ſcilicet quantum ad obiectum beatitudinis, & quantum ad illuminationes quas habent immediatè à Deo: inferiores verò quantum ad obiectum pertinet beatitudinis, nunquam ab eius contemplatione recedunt: ſuperiores igitur videri poſſunt ab eo qui exterius eſt, cum & ipſe Dei filius viſibilis mundo apparuit, non tamen videri poteſt vt exterius exiſtens, ſed vt immediatè à Deo recipiens Et per hoc patet ſolutio ad primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſuperiores licet non ſint operantes ad liberationem & exequentes eam, operantur tamen illuminantes ſuper hoc alios de quo ipſi à Deo immediatè illuminati ſunt: & ſecundum hoc officium oſtenduntur prophetæ.

Alter autem Theologorum Ezechiel: & ab ipſa, inquit, hoc ſacratiſſimè promulgatum eſt Cherubin ſuperfirmataglorioſiſſima diuinitate Ipſum enim Iſrael (vt dictum eſt) dux exercitus humanitas per diſciplinas in melius traducens, iuſtitia diuina corrigentibus reſpondetur, correctos iuſtificauit. Hoc docetur primus poſt Cherubin lumbos præcinctus ſaphiro, qui poderam iuxta ſymbolum hie- 7. Ezech. 9. 10. & 12.

rarchicum

rarchicum induebatur. Reliquos autem Angelos qui ſecures habebant, diuina ordinatio imperat à priore doceri de hoc diuinum iudicium. Et quidem enim dixit mediam pertranſire Ieruſalem, & dare ſignum in frontibus correctorum virorum. Aliis, exite in ciuitatem poſt eum, & percutite, & nolite parcere oculis veſtris, ad omnes autem ſuper quos eſt ſignum ne

Dan. 9. appropinquetis. Quid fortaſſis quis dixerit de dicente Angelo ad Danielem: Exiit ſermo? Aut de ipſo primo ignem ex medio Cherubin recipiente? Aut illud eiuſdem abundantius in ordinis angelici oſtenſionem, quoniam & Cherubin immittit ignem in manus ſanctam

Dan. 8. ſtolam induti? Aut de vocante diuiniſſimum Gabrielem & dicente ei, Fac illum intelligere viſionem? Aut quæcunque alia à ſacris Theologis dicta ſunt de cæleſtium hierarchiarum deiformi ornatu, ad quem noſtrę hierarchiæ ordinatio, ſecundum quod poſſibile eſt, aſſimilata, angelicam pulchritudinem quantum in characteribus habebit formata per eam, & reducta ad ſupereſſentialem omnis ſimul hierarchiæ.

EXPOSITIO TEXTVS.

Alter autem Theologorum, &c.

A HIc probat idem per auctoritatem Ezechielis 9. dicens. Hæc vidit Zacharias. *Autem*, id eſt, ſed *alter* de numero *Theologorum*, ſcilicet Ezechiel *inquit*, id eſt, dicit, *ab ipſa gle iosiſſima diuinitate ſuperfirmata*, id eſt, immutabiliter illis præminente, *eſt promulgatum*, id eſt, reuelatum, *ſacratiſſimè*, id eſt, ſacro lumine ipſi *Cherubin*, hoc ſcilicet ſuperiores illuminare inferiores: vel *ſuperfirmata ipſi Cherubin*, quia legitur, Gloria Domini Iſrael aſſumpta eſt de Cherub, quæ erat ſuper eum. *Enim*, id eſt, quia *humanitas*, id eſt, benignitas diuina *dux exercitus*, ſecondum quod Deus dicitur Dominus exercituum. Alia litera, exercitatiua, id eſt, exercens patientiam per flagella. Hoc dico *reducens*, id eſt, promoueoa *ipſum Iſrael in melius per diſciplinas*, id eſt, correctiones, *vt dictum eſt* ſupra. Hoc dico *reſpondetur* Angelis *corripientibus* malos *diuina iuſtitia*, id eſt, pœna. Et hoc dico *iuſtificanit*, id eſt, vt iuſtos oon puniri dixit *correctos*, id eſt, gementes & flentes ſuper malis aliorum, vt ibi dicitur. Alia litera, & eſt planior. Hoc dico, coodemnat, id eſt, puniri præcipit iuſtitia diuina, vt ſupra, obnoxios pœnæ: & eadem iuſtitia inooxios, id eſt, bonos. *Hoc*, ſcilicet condemnatio malorum & abſolutio bonorum, *docetur primus poſt Cherubin*, cum dixit promulgatum. Docetur dico *præcinctus lumbos*, id eſt, habens præcinctos lumbos *ſaphyro*, id eſt, ſaphyrina zona, quæ ſignat cæleſtem vitam, *qui induebatur poderam*, id eſt, lineum veſtitum vſque ad talos *iuxta ſymbolum hierarchicum*, id eſt, in ſimilitudinem hierarchicam. In hoc enim ſignificatur munditia, quæ decet hierarchias. *Autem*, id eſt, ſed *diuina ordinatio imperat reliquos Angelos qui habebant ſecures* quaſi ad exercendum vindictam. Hoc dico *doceri à priori*, ſcilicet præcincto ſaphyro, *diuinum iudicium de hoc*, id eſt, de vltione diuina per eos exequenda. *Enim*, id eſt, quia diuina ordinatio dixit *quidem* id eſt, certè ei, ſcilicet induto poderam, *tranſire per mediam Ieruſalem, & dare ſignum*, ſcilicet thau, *in frontes virorum correctorum*, id eſt, in quibus non eſt aliquid corrigeodum. Alia litera habet, virorum gementium & dolentium Sed *aliis*, ſcilicet qui habebant ſecures, dixit: *Exite in ciuitatem poſt eum*, quaſi eius illuminationem ſequendo, *& percutite & nolite parcere oculis veſtris*, *autem*, id eſt, ſed *ne appropinquetis ad omnes ſuper quos eſt ſignum* thau. Per hoc ergo quod ſtatuitur illis percutere ſecundum diſtinctionem illius per ſignum, patet quod aliqui dirigantur in executionem diuinæ voluntetis ab aliis qui immediatè recipiunt à Deo. *Quid fortaſſis quis dixerit, &c.* Hîc probat per auctoritatem Danielis, & immiſcet aliqua de Ezechiele, diceos: *Quid fortaſſis quis dixerit*, id eſt, quid poterit reſpondere aliquis negans illuminari medios à primis, ad hoc quod ſcriptum eſt Danielis nono ſic *de Angelo dicente ad Danielem*, hoc ſcilicet, *Exiuit ſermo?* Noſtra litera habet, Ab exordio precum tuarum ęgreſſus eſt ſermo. Ego eutem veni vt indicarem tibi. Io quo datur intelligi ſermonem reuelationis illius ab aliis in ipſum exiſſe. *Aut* quid diceret *de ipſo primo Angelo*, ſcilicet præcincto ſaphyro, *recipiente ignem ex medio Cherubin?* Ezech. 10. ſic dicitur: Dixit ad virum qui indutus erat lineis, imple manum tuam prunis ignis, qoæ ſunt inter Cherubin, & effunde ſuper ciuitatem. In quo datur intelligi eum de conſumptione ciuitatis per Cherubin erudiri. *Aut* quomodo ſoluet *illud eiuſdem*, ſcilicet Ezech. eodem cap. quod eſt *abundantius* & efficacius *in oſtenſionem ordinis angelici*. id eſt, ad oſtendendum quod vnos accipit ab alio. Illud dico, *quoniam &*, id eſt, etiam *Cherubin immittit ignem in manus induti ſanctam ſtolam*, ſcilicet poderam, do quo ſupra: ſic enim ibi dicitur, Extendit Cherubin manum ſuam de medio Cherubin, &c. Io quo idem ſignificatur, ſed expreſſius quam primo. Aut quid dicet de Angelo *vocante Gabrielem diuiniſſimum*, propter diuina altiſſima quæ reuelauit, *& dicente ei: Fac intelligere illum*, ſcilicet Danielem *viſionem*. Dao. 8. in quo oſtenditur

Daniel

Daniel vnum Angelum ab alio illuminari, vt Prophetam illuminet. *Aut* quid dicet ad alia *quæcunque dicta ſunt a ſacris Theologis*, id eſt, diuinæ Scripturæ traditoribus, *de ornatu deiformi*, id eſt, Deo ſimilem facienti, *cæleſtium hierarchiarum, ad quem*, ſcilicet ornatum *ordinatio*, id eſt, diſpoſitio *noſtra hierarchia*, ſcilicet Eccleſiaſticæ eſt *aſſimilata*, *ſecundum quod poſſibile* eſt ſibi, *habebit* in cognitione *angelicam pulchritudinem*, *quantum* eſt poſſibile *in characteribus*, id eſt, per figuras haberi. Ipſa dico ordinatio *formata* illuminationibus *per eum*, ſcilicet ornatum, *& reducta* per eum *ad ſupereſſentialem* cauſam *omnis hierarchia ſimul* acceptæ tam angelicæ quam humanæ, ſcilicet Deum. Vſque adhuc pendet interrogatio. Quaſi diceret, nihil aliud ad hoc poterit dicere, niſi quod à nobis dictum eſt.

CAPVT IX.

De Principibus, & Archangelis, & Angelis, & de vltima eorum hierarchia.

1. REliquus eſt nobis in contemplationem ornatus angelicas concludens hierarchias à deiformibus Principibus, Archangelis, & Angelis diſpoſitus. Et primas quidem dicere neceſſarium æſtimo (ſecundum quod mihi poſſibile) ſanctatum earum cognominationum manifeſtationes. Manifeſtat enim ipſa quidem cæleſtium Principum illud deiformiter principale eductiuum cum ordine ſacro & principalibus decentiſſimis virtutibus, & ad ſuperprincipale principium eas vniuerſaliter conuerti, & alias hierarchicè ducere ad illud ipſum, quantum poſſibile, reformari principificum principium, manifeſtare que ſupereſſentialem eius ordinationem ornatumque principalium virtutum.

Principatus quid.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Reliquus eſt nobis in contemplationem ornatus, &c.

A IN hoc cap. intendit determinare de ordinibus vltimæ hierarchiæ. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de infima hierarchia & vltima. In ſecunda mouet quandam quæſtionem ex prædeterminatis, & ſoluit eam, ibi, *Si autem quis dixerit quomodo, &c.* Prima diuiditur in duas partes. In prima determinat de tribus ordinibus vltimæ hierarchiæ. In ſecunda comparat hierarchias eorum ſuperioribus hierarchiis: & hoc eſt determinare eorum hierarchiam, ibi, *Ipſi enim Angeli ſicut prædiximus, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima continuat ſe ad præcedentia, dicens, quid reliquum ſit ſibi determinandum poſt prædicta. In ſecunda determinat de tribus ordinibus, ibi, *Manifeſtat & ipſa quidem, &c.* Circa primum duo facit. Primò enim dicit de quo agendum eſt. In ſecunda determinat modum agendi, ibi *Et primas quidem.* Litera ſic legatur. Determinauimus de prima & media hierarchia: ſed nunc *reliquus*, id eſt, relictus *eſt nobis in contemplationem*, id eſt, ad contemplandum, *ornatus*, id eſt, diſpoſitio vel gradus qui eſt ex diuerſis ordinibus, *concludens*, id eſt, finiens tanquam vltimus, *angelicas hierarchias*. Ornatus dico *diſpoſitus*, id eſt, ordinatè compoſitus, *a principibus deiformibus* id eſt, ſimilem principatum Deo habentibus, & *Archangelis & Angelis*, id eſt, ex his tribus ordinibus conſtans. *Et quidem*, id eſt, certè ego *æſtimo neceſſarium* eſſe me dicere nunc, *ſecundum quod poſſibile* eſt *mihi, primas*, id eſt primò in hac determinatione *manifeſtationes ſanctarum cognominationum earum*, ſcilicet eſſentiarum in his tribus ordinibus, id eſt, quid manifeſtent eorum nomina. Et dicuntur cognominationes prout imponuntur à donis ſuperuenientibus naturæ ſanctæ, propter ſanctitatem donorum à quibus imponuntur. *Manifeſtat enim ipſa quidem cæleſtium principum illud deiformiter principale eductiuum cum ordine ſacro & principalibus decentiſſimis virtutibus, &c.* Hic determinat de tribus prædictis ordinibus ſecundum prædeterminatum modum. Et diuiditur in duas. In prima determinat de Principibus, ponendo proprietates quæ declarantur per nomen. In ſecunda de Archangelis & de Angelis ſimul, ibi, *Ipſa autem ſanctorum Archangelorum æquipotens quidem eſt cæleſtibus Principatibus.*

DVBIA.

CIRCA primum ſunt quinque dubia. Primò, Vtrum iſte ordo Principatuum ſit neceſſarius vel ſuperfluus. Secundò, Quid ſit proprius actus. Tertiò, Vtrum ſit vnus vel plures ordines Principatuum. Quartò, Vtrum iſte ordo ſit ſupra Poteſtates, vel infra. Quintò de Proprietatibus eorum quas ponit in litera. B

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd iſte ordo ſuperfluat: in operibus officiorum enim alicuius naturæ debet eſſe prælatus aliquis eiuſdem naturæ, ſicut in operibus apum præficiuntur apes: ergo & officiis hominum non debent præferri niſi homines: cum ergo iſte ordo ſit conſtituendus in prælatione humanorum officiorum, dicit enim ſanctus Bernardus in libro de conſideratione ad Eugenium Papam, Putamus Principatus his quoque prælatos eſſe, quorum moderamine & ſapientia omnis in terris principatus conſtituitur, regitur, limitatur, transfertur, mutilatur, & mutatur: videtur, quòd

Dubium 1.

Libro 5 de conſideratione, cap. 4.

quòd ordo iſte ſuperfluat,

2 Ad idem, Sanctus Gregorius in homilia de c. ouibus dicit: Principatus vocantur, qui ipſis quoque bonis ſpiritibus præſunt, qui ſubiectis alijs ad quæque agenda diſponunt, eiſque ad explenda diuina miniſteria principantur: præeſſe autem eſt ordinis Dominationum, ſicut per eundem ſupra patuit: ergo cum duo ordines non debeant eſſe circa idem, videtur quòd iſte ordo ſuperfluat.

3 Præterea, In Eccleſiaſtica hierarchia quæ tota exemplatur à cæleſti, iidem ſunt domini & principes: ergo videtur, quòd nec in cæleſti debeat eſſe ſeparatus ordo Principum à Dominationibus.

4 Præterea, Sicut patebit in litera, Proprium eſt huius ordinis eſſe ductiuum multitudinis ad actum iuris conſeruandi: ducere autem ad actum non poteſt niſi aut ſecundum præeſſe, quod pertinet ad Dominationes, aut ſecundum agere, & hoc vel ſecundum ea quæ ſubijguntur potentiæ eius, quod eſt Virtutum: aut compeſcendo aduerſarios, quod eſt Poteſtatum. Cum igitur hæc ſufficienter compleantur per alios ordines, videtur quòd iſte ordo ſuperfluat: & ſic ſequitur, quòd non ſit aliquis ordo Principatuum, cum in cæleſti hierarchia non ſit aliquid ſuperfluum,

Solutio. Dicimus, quòd cum humana hierarchia reducatur ad cæleſtem tanquam ad mouentem, ſicut habitum eſt in quarto cap. in Eccleſiaſtica autem hierarchia eſt potiſſimum ordinatio quorundam in regimine aliorum, ſecundum quamcumque dignitatem, & tranſmutatio eorum de gente in gentem, & de perſona in perſonam, neceſſarium eſt in cæleſti hierarchia eſſe aliquem ad quem pertinet horum diſpoſitio: & hic eſt ordo Principatuum.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut in naturalibus non ſtatur in agente vniuoco, ſed fit vlterius reductio vſque in primum motorem: ita etiam in prælatione Principatuum ſunt principes in humanis officijs homines, nihilominus tamen reducentur ad primum principem, qui eſt Deus, qui principatum ſuum circa infima communicat medijs ſecundum immutabilem legem ſuam.

Ad ſecundum ergo dicendum, quòd aliter conuenit præeſſe Dominationibus & Principatibus: domini enim præſunt vt non immiſcentes ſe in operationibus circa ſubditos, ſed dantes formam agendi alijs; principes verò præſunt vt egredientes cum multitudine primam partem capientes in aliqua multitudine, facti exemplar operandi alijs dum ipſi primò operantur.

Ad tertium dicendum, quòd in Eccleſiaſtica hierarchia non eſt perfectum dominium: propter enim defectum in ipſa incidentem oportet dominos non omninò abſolutos eſſe in opere, ne alij tepeſcant in operando: ſed oportet cum eis egredi, & ſic eoſdem eſſe dominos & principes, licet non eadem ratione: in cæleſti autem hierarchia non eſt talis defectus: & ibi cum ſit perfectè dominium, non ſunt ſeparata dominium & principatus ſolum ſecundum rationes, ſed etiam ſecundum perſonas.

Ad quartum dicendum, quòd iſte ordo differt ab illis tribus ordinibus: neque enim tantum præſunt non immiſcentes ſe multitudini non operando, ſicut Dominationes, neque agunt indifferenter explentes omnem voluntatem diuinam non prohibentibus etiam legibus naturæ, ſicut Virtutes, vel ſecundum iuriſdictionem continendi quoſcunque ſubditos in tranquillitate, non limitatam, ſicut Poteſtates; ſed eorum poteſtas limitatur circa vnum regnum vel gentem.

Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur C
enim, quòd præeſſe alijs ad explenda diuina, *Dubium* 2.
miniſteria ſit actus eorum, per auctoritatem Gregorij primò inductam.

Sed contra: Diuerſorum ordinum & maximè in diuerſa hierarchia collocatorum diuerſi ſunt actus ſecundum ſpeciem: præeſſe autem ad hoc quod dictum eſt, eſt actus Dominationum, qui ſunt in alia hierarchia à Principatibus, vt ex præhabitis patet: ergo non eſt actus Principatuum.

2 Præterea, Gregorius in eadem homilia Homil. 34.
aſſignans qualiter actus huius ordinis ſit in ho- ſuper euág.
minibus, ſicut dicit: Sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita tranſcendunt: cumque bonis meliores ſunt, electis quoque fratribus principantur. Quo ergo iſti ſortem ſuam niſi inter Principatuum numeros accipiunt? ſed hoc idem etiam aſſignauit in hominibus eſſe actum Dominationum, vt patet ex auctoritatibus eius prius poſitis: ergo videtur, quòd hic ordo non habeat ſeparatum actum à Dominationibus.

3 Præterea, Bernardus ſuper Cantica, ſermone 19. ponens actum Principatuum, ſic dicit: Sunt Principatus, qui Deum altius ſpeculantes, & liquido præuidentes vniuerſitatis principium eſſe, & primogenitum omnis creaturæ, & tanta prouidentia, quanta principatus dignitate donantur. Et infra: A Principatibus Deus diligitur ob æternam illam & originalem virtutem, quæ dat eſſe & eſſendi principium omni creaturæ. Sed videtur hoc non eſſe actus eorum: ſuperiores enim ordines occultiora de Deo cognoſcunt & limpidius vident: ergo non conuenit eis altius ſpeculari & liquidius præuidere. Præterea. Speculari Deum ſecundum diuerſas conditiones ipſius attribuitur diuerſis ordinibus ſecundum quod per hoc ſortiuntur in contemplatione Dei donum quo collocantur in tali ordine: ſed eſſe & eſſendi principium eſt commune omni creaturæ, & non dicit aliquid officij diuini: ergo videtur, quòd penes hanc ſpeculationem non ſumatur actus proprius alicuius ordinis.

Solutio. Dicimus, quòd proprius actus huius ordinis eſt qui ponitur in litera pro ſecunda proprietate, ſcilicet eſſe ductiuum cum ordine ſacro: eſt enim eius educere multitudinem terreſtrem militantem, exiens in capite multitudinis ad actum quo conſeruantur in iure diuino & libertate propria, & propulſantur infringere libertatem volentes, & ſtatuuntur quicunque in dignitate prælationis ſuper gentem aliquam, & permutantur dignitates iuxta Dei ordinationem, ſecundum quod hoc quodam certamine perficitur. Vnde dicit Bern. ſuper Cantica ſermone 19. Tanta ſiquidem principatus dignitate donantur, vt vbique terrarum habeant poteſta-

tem, quaſi de ſummo quodam rerum cardine regna & principatus quoſlibet pro arbitrio mutare & ordinare dignitates, pro quorumque meritis facere primos nouiſſimos, & nouiſſimos primos: deponere potentes de ſede, & exaltare humiles.

Ad primum ergo dicendum, quòd per hoc quod ſubdit, Principatum diſtinguit per præeſſe principum à præeminentia dominorum, qui non principantur, id eſt, non primam partem capiunt in multitudine educentes eam ad actum. Et ſimiliter dicendum ad ſecundum argumentum.

Ad tertium dicendum, quòd Deus eſt principium eſſendi vt dans eſſe, & vt continens in eſſe & in dignitate & libertate debita, quantum ad humana officia: iſti autem Angeli ex hoc quod contemplantur ipſum vt principium, non conſequuntur ſimilitudinem, vt dent eſſe, ſed ſecundum quod eſt principium, id eſt, primò capiunt in diſpenſando humanas dignitates: & ſecundum hoc ſumitur contemplatio principij.

D Dubium 3. Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd non ſit vnus ordo Principatuum: in Eccleſiaſtica enim hierarchia ſunt diuerſi principatus non reducibiles in vnam perſonam, ſcilicet eccleſiaſticus & ſecularis: vnde dictum eſt ad Dauid per Prophetam Nathan in primo paralip. in multis locis, quòd non ædificaret domum Domini: quia ſanguinem multum fudit, exercendo ſecularem principatum. Cum igitur Principes cæleſtes præficiantur terrenis principibus, videtur quod principes non poſſint reduci in vnum ordinem in cæleſtibus.

2. Præterea, Omnes qui ſunt in vno, ad vnum reducuntur primum in illo ordine quo diriguntur in illuminationibus hierarchicis, cum non ſint duo æquales in illo ordine: ſed inter ea quæ reducuntur ad vnum dirigens, non eſt contradictio, vel diſcordia: cum ergo inter Principes cæleſtes ſit contradictio, ſicut dicitur Danielis 10. Princeps Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus. Et ecce Michaël vnus de Principibus primis venit in adiutorium meum. Ergo videtur, quòd non ſit vnus ordo principum cæleſtium.

Solutio. Dicimus, quòd omnes angelici Principes ſunt in vno ordine: quia conueniunt in vno actu ſecundum ſpeciem.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut dicit Bernardus in lib. de conſideratione, Duo gladij de quibus dicitur Luc. 22. per quos ſignificatur poteſtas ſpiritualis & ſecularis, pertinent ad vnam iuriſdictionem. Vnde dicitur: Ecce duo gladij hic, non hic & ibi: ſed tamen ſpiritualis pertinet ad Eccleſiaſticum principem ſecundum iuriſdictionem & ſecundum actum ſiue exercitium: ſecularis verò pertinet ad eundem ſecundum iuriſdictionem, quia per auctoritatem exerceri debet, & nonquam ad exercitium procedere. Et hoc ideo eſt in Eccleſiaſtica hierarchia: quia ſecularis poteſtas non poteſt exerceri ſine effuſione ſanguinis, quæ propter iram & vindictam quæ immiſcetur iuſtitiæ & propter actus horribilitatem facit idoneum altaris miniſterium, in quo requiritur pacatiſſima & tranquilla conſcientia. In Angelis autem non com- *(margin: Libro 5. de conſideratione ca. 5.)*

miſcetur aliquis talis defectus: & ideò idem poteſt vtrumque principatum exercere, ſicut etiam à Deo nihil ſpiritualitatis deijcitur quamuis ipſe occidat & viuere faciat, quia cum ſumma tranquillitate vtrumque actum exercet.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum viam Diony. poteſt dici, quòd Michaël & Princeps Perſarum non ſint de ordine Principum, ſed Angelorum: dicuntur tamen Principes ab actu Principum, quem exercent virtute illorum à quibus ipſi illuminantur: & hi quidem diſcordant antequam à principibus illuminationem accipiant, qua ſuper aliquo recepta ad idem operantur: vel ſi volumus dicere, quòd ſint de ordine Principum, tunc dicendum eſt, quòd vnus eorum eſt ſub altero, & quod erat contradictio & pugna diſputatoria inter eos, cum vni eorum videretur liberandum fore populum Iſraël, quia tempus erat completum quod erat impoſitum à Domino: alteri verò videbatur non debere eos adhuc liberari, quia non ſufficienter erant purgati, propter crimina quæ in captiuitate fecerant, vtroque ex ſimilibus coniecturante, nondum certitudinaliter aliquid iudicante, quia ſuper hoc illuminationem à Deo, vel à ſuperiori nondum acceperant, qua recepta ad concordiam reducebantur, ſicut dicitur Iob. 25. Facit concordiam in ſublimibus ſuis.

Circa quartum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Principes ſint ſupra Poteſtates: Poteſtatis enim, vt dicit ſanctus Paulus ad Romanos 13. eſt gladium portare. Dicit enim ſic: Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. Principis autem eſt imperare & diſpenſare de gladio portando. Cum igitur exequens ſit infra eum cuius imperio operatur, videtur quòd Poteſtates ſint infra Principes. E Dubium 4.

2. Præterea, In Eccleſiaſtica hierarchia, quæ exemplata eſt à cæleſti, Poteſtates exequentes vindictam ſunt ſub Principibus: ergo & ita debet eſſe in cæleſti.

3. Præterea, Sanctus Gregorius & ſanctus Bernardus ordinant Poteſtatem ſub Principatibus.

Solutio. Dicimus, quòd ſuper hoc diuerſa eſt ſanctorum traditio. Quidam enim, vt ſanctus Gregorius, & ſanctus Bernardus, ponunt Poteſtates ſub Principatibus: ſanctus Dionyſius verò è conuerſo. Non enim dicimus, quòd differentia eſt tantum in nominibus, vt quidam dicunt: quia planè eſt contra dicta eorum: ſed concordant in ſignificatione nominum. Dicimus autem, quòd ordinatio ſancti Dionyſij eſt probabilior. Tum quia per auctoritatem firmior eſt: quia inſtructus fuit de hoc à Paulo vel à Ierotheo, quorum eſt maxima auctoritas: tum etiam quia magis eſt conſonum rationi: attenditur enim in diſtinctione mediæ & vltimæ hierarchiæ limitatum & non limitatum circa commune hoc quod eſt poteſtas: & ideò quia princeps dicitur ſecundum potentiam limitatam in vno regno vel ciuitate, poteſtas non dicitur à limitata potentia, ſed iuriſdictione regendi in tranquillitate, & coercendo aduerſantem nequitiam tam in angelicis quam in humanis: limitata autem poteſtas minor eſt non limitata: & ideo rationabiliter Principes ſub Poteſtatibus ordinantur.

ordinauit. Greg. verò & Bernardus attenduot poteſtates eorum prout ordinantur ad actum vnius modi, qui ſcilicet eſt ſecundum limitatam potentiam: & ſic ſine dubio Principes eſſent ante Poteſtates, cum poteſtas ſit limitata ſecundum imperiom priocipis, & hoc eſt ſecundum cooformitatem ad humanam, in quibus ooo eſt oiſi limitata poteſtas. Vnde 2. Reg. 20. in ordinatione familiæ Dauid, prius dicitur, quòd Ioab fuit ſuper vniuerſum exercitum Iſraël: in quo habebat Principis officium. Et poſtea dicitur, quòd Bananias filius Ioiadæ erat ſuper Cheretheos & Pheletheos, ad quos pertinebat deſtruere malos & tueri bonos, quod eſt de officio poteſtatis. Interpretantur enim Cherethi & Phelethi mortificantes & viuificantes. Quidam verò volunt probare Principes eſſe ſuper Poteſtates, per hoc quod Apoſtolus Epheſ. 3. prius nominat Principatus quam Poteſtates. Sed intentio Apoſtoli non fuit ordinare ordines angelicos, ſed tantum oſtendere in quibuſdam ordinibus qualiter per eos ordinatur Eccleſia.

Si verò dicatur, quòd limitatum & oon limitatum ooo diuerſificant ſpeciem poteſtatis, ſicut nec magis & minus, & ita ſecuodum hoc non debent diſtingui hierarchiæ. Dicendum, ſicot dicit Philoſophus in 9. ethi. Comparatio ſecundum magis & minus oon eſt ſufficiens vniuocationis ſignum, niſi quando eadem oatura ſecundum acceſſum & receſſum à termino eſt cauſa magis & minus, ſicut patet io comparatione albi: quando verò diuerſa natura participantium euodem actum facit ab vno participari eminenter, ab inferiori deficieoter, non eſt comparatio vniuoci, ſed analogi, ſicut dicitur Angelus intelligétior homine. Et ſimiliter hęc poteſtas eſt non limitata quantum ad a[...]ú diuinum inquantum huiuſmodi: limitata verò eſt p[...]out eſt circa officia humana. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

F Circa quintum quæritur de nomeio proprietatum quas ponit io litera: & diceudum, quòd ſuot quinque & ſic accipiuotur: quia vel ſuut in communicando ad ſecunda, & ſic eſt quarta: vel in recipiendo, & ſic vel quantum ad ſubſtantiam doni, & ſic eſt prima: vel quantum ad proprium actum, & ſic eſt ſecunda: vel quantum ad opus conſequens, & ſic eſt tertia: vel quantum ad effectum in quo conſummatur, & ſic eſt quiota. Dubium 5.

EXPOSITIO TEXTVS.

G Litera ſic legatur. Ita dicendum eſt primò manifeſtationes cognominationom. *Enim*, id eſt, quia *ipſa* cognominatio *cæleſtium Principum quidem manifeſtat illud principale*, id eſt, donum qoo principantur primo capiente in multitudine: & hoc *deiformiter*, ſecuudum quod talis principatus exemplatur in eis à principatu diuino, & ſic eſt prima proprietas: *&* manifeſtat *eductiuum*, id eſt, quòd eſt educens multitudinem exiens cum eis in capite eorum ad actum, quo conſequuntur in iure diuino permanentiam & libertatem patriæ, & hoc *cum ordine ſacro*, id eſt, his quæ ſunt educta ordinatis vt cuique decet ſunt ipſo in ordine ad ſacrum actum, & in hoc tangitur forma actus. Et eductiuum dico *virtutibus principalibus*, id eſt,

quæ decent principem: non enim ſufficiunt perſonales, vt ſcilicet tantum habeat ad ſufficientiam ſibi: ſed oportet, quòd virtutes eius ſufficiant toti multitudini. *Et decentiſſimis* quantom ad honeſtatem eorum exteriorum. In hoc tangitur cauſa per quam poſſent in talem actum: & ſic eſt ſecunda. *Et* manifeſtat *eas*, ſupple, eſſentias, *conuerti vniuerſaliter*, ſecundum nihil impeditas *ad principium*, id eſt, principatum diuinum, *ſuperprincipale*, id eſt, qui eſt cauſa omuis principatus: & hoc eſt opus operatum quod conſequitur actum proprium, ſcilicet vt in educendo conuertantur ad eum: & ſic eſt tertia. *Et* manifeſtat eas *ducere hierarchicè*, id eſt, ordine hierarchico *alias*, ſcilicet inferiores *reformari*, id eſt, vt reformeotor *quantum poſſibile* eſt eis *ad illud ipſum*, ſcilicet diuinum *principium*, id eſt, principatum, *principificum*, id eſt, faciens omne priocipatum: & ſic eſt quarta in communicando. *Quę*, id eſt, & manifeſtat eas *manifeſtare* per perfectam aſſimilationem, vt in ipſis relucens manifeſtetur, *ordinationem eius*, ſcilicet principij quo omnia ordinat, *ſupereſſentialem* ex parte ordinantis. *Que*, id eſt, & manifeſtare *ornatum virtutum principalium*, vt ſupra, per quas congruè poſſuot alios ordinare: & hic eſt effectus quo conſummatur quælibet hierarchia, ſcilicet in aſſimilatione ad Deum: & quælibet ſpecialiter ſecundum ſpeciale donum, quod eſt illi ordini propriú: & ſic eſt quinta proprietas.

Ipſa autem Archangelorum ſanctorum æquiporens quidem eſt cæleſtibus Principatibus Eſt enim & eorum & Angelorum, vt dixi, hierarchia vna & diſpoſitio. Veruntamen quoniam quidem non eſt hierarchia niſi & primas & medias & vltimas virtutes habens, Archangelorum ſanctus ordo communicatiuè hierarchiæ medietati extremorum recipitur. Etenim ſanctiſſimis principatibus communicat & ſanctis Angelis. Ipſis quidem quia ad ſupereſſentiale principium principaliter conuertitur, & ad ipſum, vt poſſibile, reformatur, & Angelos vnificat ſecundum benè ornatos eius & ordinatos & inuiſibiles ducatus. Iſtis verò quia & eis prophetico eſt ordini, diuinas illuminationes hierarchicè per primas Virtutes ſuſcipiens, & Angelis eas deiformiter annuntians, & per Angelos nobis manifeſtans, ſecundum ſactam vniuſcuiuſque diuinitus illuminatorum analogiam. 2. Archangeli quid.

K 2 EXPO

DIVISIO TEXTVS.

Ipſa autem ſanctorum Archangelorum, &c.

A IN iſta parte ponit proprietates Archangelorum & Angelorum ſimul: quia cum Archangeli dicant aliquid medium inter Principes & Angelos, ſecundum nomen habent proprietates vtrorumque: vnde proprietates Archangelorum quæ adduntur ſuper proprietatès Principum, oſtenduntur per proprietates Angelorum. Diuiditur autem hæc pars in tres. In prima oſtenditur, quòd Archangeli ſunt in prima hierarchia cum Principatibus & Angelis. In ſecunda quia medij eſt communicare vtrumque extremum, oſtendit quomodo communicant quodammodo proprietates Principum, ibi, *Etenim ſacratiſſimi*. In tertia quomodo communicant Angelis, ibi, *Iſtu vero quia & eu*. Circa primum duo facit. Primò dicit, quòd hi tres ordines ſunt in vna hierarchia. Secundò quòd Archangeli habent medium locum in hierarchia, ibi, *Veruntamen quoniam, &c.*

DVBIA.

B HIC ANTE literam duo quæruntur. Primò, Vtrum Archangeli ſint vnus ordo diuiſus, & quis eius actus ſit? Secundò, Vtrum omnes Archangeli in vno ordine ſint?

Dubium 1. CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Archangelorum non ſit per ſe ordo: cum enim natura non faciat per multa quod poteſt fieri per vnum, eò quod ſic melius eſt fieri, multò ergo minus hoc erit in diuinis: ſed nuntiare ſumma poteſt fieri per vnum: cum igitur Archangeli diſtinguantur ab Angelis per hoc quod eſt ſumma & infima nuntiare, videtur quòd cum vtrumque poſſit fieri per Angelos, quod non oporteat eſſe ordinem Archangelorum. Quod autem ſic diſtinguantur, patet per Gregorium in homilia de centibus. Qui ſumma, inquit, nuntiant, Archangeli vocantur: Græca enim lingua, Angeli nuntij, Archangeli ſummi nuntij vocantur. Et infra etiam dicit, quòd illi ſunt Angeli qui minima nuntiant. Præterea aſſignans qualiter Archangelorum actus in hominibus ſunt, ſic dicit: Sunt nonnulli qui diuinæ largitatis munere referti, ſecretorum cæleſtium ſumma & capere præualent & annuntiare. Quo ergo illi niſi inter Archangelorum numerum deputantur? Sic igitur ſumma nuntiare videtur eſſe proprium Archangelorum. Cum igitur hoc poſſit fieri per Angelos, videtur quod non oporteat de hoc eſſe ſpecialem ordinem. Hoc idem videtur per Bernardum in quinto de conſideratione, Putemus, inquit, quòd ordines Archangelorum qui ſunt conſcij diuinorum myſteriorum, non, niſi ob præcipuas & magnas cauſas mittantur. Nec poteſt dici, quòd magnæ cauſæ non poſſunt committi minoribus, ſicut eſt apud nos: quoniam hoc accidit apud nos ex defectu ſtultitiæ vel infidelitatis in aliquibus incidente: quod non poteſt incidere in Angelis inferioribus: ergo videtur, quòd quibuſlibet infimis poſſunt etiam maxima committi.

Homil 34. ſuper Euang.

Cap. 4.

2 Præterea, In Eccleſiaſtica hierarchia quæ exemplata eſt à cæleſti, non ſunt niſi prælati & ſubditi: ergo nec in cæleſti: cum igitur Principes teneant locum prælatorum, Angeli verò locum ſubditorum, non debet eſſe aliquis tertius ordo.

3 Ad idem, Diuerſorum ordinum diuerſi ſunt actus ſecundum ſpeciem: ſed nuntiare magna, quod eſt actus Archangelorum, & nuntiare parua, quod eſt actus Angelorum, ſecundum prædictas auctoritates, eſt idem actus in ſpecie: ergo Archangelorum ordo non eſt diuerſus ab ordine Angelorum.

4 Ad idem, De ordine quolibet oportet iudicare ſecundum manifeſtationem ſui nominis: nomen autem Archangelorum non dicit aliquod donum per ſe, ſed compoſitum ex duobus ordinibus: dicitur enim Archangelus quaſi princeps Angelus: non ergo videtur eſſe aliquis ordo per ſe.

5 Ad idem, Quilibet ordo conſtituitur ſecundum aliquid quod eſt proprium ſibi: ſed huic ordini nihil aſſignatur in litera niſi in quo conuenit cum alijs: ergo non videtur eſſe aliquis ordo per ſe.

Solutio. Dicimus, quòd Archangelorum eſt ordo per ſe differens ab omnibus alijs per actum ſibi proprium, qui eſt inſtruere de his quæ pertinent ad ſalutem alicuius vniuerſitatis, non vnius perſonæ tantum, ita tamen quod id quod eſt inferiorum, non excludatur à ſuperioribus, ſecundum eminentiorem tamen modum.

Ad primum ergo dicendum, quod ſumma & infima annuntiare non diſtinguit hos ordines ſecundum altitudinem & paruitatem nuntiati, ſed ſecundum altitudinem & debilitatem illuminationis: de eodem enim poteſt haberi parua & magna illuminatio, ſicut de eadem concluſione ſcientia & opinio: & ſecundum hoc propter diuerſam proportionem capacitatis ex diuerſitate naturæ eſt diſtinctio ordinum. Et per hoc patet ſolutio ad omnes auctoritates.

Ad aliud dicendum, quòd Angeli ſunt ſubditi Principum, vt per quos nuntiant ea quæ pertinent ad ſalutem vniuſcuiuſque perſonæ: Archangeli verò vt per quos nuntiant ea quæ pertinent ad ſalutem communem: & ſimiliter in Eccleſiaſtica hierarchia ſubditus habent prælati ad diuerſa officia.

Ad aliud dicendum, ſicut ad primum, quòd per nomen non deſignatur aliquid compactum ex diuerſis ordinibus ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum imitationem: imitantur enim Principes in diſpenſatione terrenarum dignitatum, ſed inferiori modo: quia ſunt tantum nuntij eorum quæ circa hæc auctoritate à Principibus efficiuntur. Et ſimiliter quæ eſt Angelorum, inuenitur in Archangelis eminenter, vt dictum eſt.

Ad aliud dicendum, quòd proprietates aliorum ordinum conueniunt huic ſecundum ſpecialem modum, & ſic efficiuntur propriæ quantum ad modum participandi.

C CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non ſit vnus tantum ordo Archangelorum: in Eccleſia enim ſunt diuerſi annuntiantes ſumma, quæ non reducuntur ad vnum donum, Dubium 2.

dunum, ſicut Prophetæ & Euangeliſtæ; & ſunt etiam annuntiantes diuerſa, quædam de præteritis, quædam de præſentibus, & quædam de futuris: ergo videtur, quòd nec in cæleſtibus penes annuntiationem ſummorum debeat eſſe vnus ordo tantum.

2. Præterea, Sicut dicit Bernardus ſuper Cantica. ſermone 19. Porro Archangelis (vt eis aliquid differentius ab his qui ſimpliciter Angeli ſunt, tribuamus) mirabiliter credo, quòd delectat quod ipſis quoque æternæ ſapientiæ conſiliis familiarius admittantur, eademque per ipſos locis quæque ſuis atque temporibus ſummo moderamine diſpenſantur. Si igitur hoc ſit proprium huic ordini, cum omnes ſuperiores maximè admittantur occultis conſiliis, videtur quòd ſint plures ordines Archangelorum.

Solutio. Dicimus, quòd Archangelorum non eſt niſi vnus ordo.

Ad primum verò dicendum, quòd Euangeliſta & Propheta conueniunt in duobus, ſcilicet in principio, à quo accipiunt, illuminatur enim vterque ab infima hierarchia, ſcilicet angelica: & etiam in modo accipiendi, quia vterque accipit diuinum radium circumuelatum ſymbolis: differunt enim tantum in determinatione materiæ de qua eſt nuntiatio: quia Euangeliſta nuntiat veritatem expreſſam de eo quod Propheta ſub ſignis & indeterminatè prædicit: vnde cùm non differant quoad principium, non oportet reduci ad vnum ordinem Angelorum.

Ad ſecundum dicendum, quòd Archangeli non admittuntur ſummis conſiliis ſimpliciter (hoc enim eſt primorum) ſed in genere conſiliorum quæ ſunt de diſpenſatione humanarum rerum: hæc enim ſunt quæ ad ſtatum communem pertinent.

EXPOSITIO TEXTVS.

D Litera ſic conſtruatur. Dictas proprietates manifeſtat nominatio Principum. *Autem*, id eſt, ſed *ipſa* nominatio *ſanctorum Archangelorum quidem*, id eſt, certè eſt *æquipotens*, id eſt, potentiam principalem per imitationem manifeſtat *cæleſtibus Principatibus*. *Enim*, id eſt, quia *vna hierarchia eſt, & vna diſpoſitio*, id eſt, ratio qua diſponuntur in hierarchia, *& eorum*, ſcilicet Archangelorum & Principum & Angelorum, *vt*, id eſt, ſicut *dixi* in 6. cap. huius.

DVBIVM.

E Videtvr, quòd non ſit æquipotens ordo Archangelorum Principatibus, cum Principatus ſit ſuperior ordo. Et ſi dicatur, quòd ſit æqualitas ratione hierarchiæ, tunc ſimiliter debuiſſet dicere de Angelis, qui ſunt cum eis in eadem hierarchia. Et dicendum, quòd præter æqualitatem hierarchiæ eſt inter eos æqualitas imitationis: imitantur enim principem in diſpenſatione terrenarum dignitatum, licet diuerſimodè, vt ſupra dictum eſt. Sic autem non imitantur Angeli, cum non illuminent niſi de perſonalibus officiis: & ideò non dixit eos æquipotentes.

EXPOSITIO TEXTVS.

Veruntamen, &c.

Hic ostendit, quòd iſte ordo eſt medius in iſta hierarchia, dicens: Licet eorum ſit hierarchia vna, *veruntamen quoniam quidem*, id eſt, certè *non eſt* aliqua *hierarchia niſi habens virtutes & primas & medias & vltimas* diſpoſitas in ipſa, *ſanctus ordo Archangelorum recipitur medietati hierarchiæ extremorum*, id eſt, ordinatur in medio duorum extremorum ordinum huius hierarchiæ, ſcilicet Angelorum & Principatuum: & hoc *communicatiuè*, id eſt per imitationem proprietatum vtriuſque ordinis. *Etenim*, id eſt, quia *communicat* proprietatibus imitando *ſacratiſſimis Principatibus* & etiam ſanctis Angelis. Et ponit tres proprietates in quibus conuenit cum Principatibus, quarum tertia eſt in communicando, aliæ in recipiendo. Prima quidem quantum ad receptionem, ſecunda quantum ad perfectionem in illo quod recipitur. Dicit ergo, *Quidem*, id eſt, certè ordo Archangelorum communicat *ipſis*, ſcilicet Principatibus: *quia conuertitur* per contemplationem & deſiderium *ad principium ſupereſſentiale*, ſcilicet Deum, ſecundum quod principium dicit principatum, vt ſupra expoſitum eſt: & hoc *principaliter*, id eſt, recipiendo ab ipſo principandi dignitatem, & diſpenſandi principatus, diuerſitatem tamen in principatibus, vt dictum eſt, & hæc eſt prima. *Et reformatur*, id eſt, conformatur *ad ipſum* principium propter factam aſſimilationem, *vt poſſibile* eſt ſibi, & hæc eſt ſecunda. *Et etiam vnificat* reducendo ad primum vnum Angelos *ſecundum ducatus* quibus eis præſunt, *bene ornatos*, quantum ad plenitudinem bonorum quibus conducunt, eos reducendo ad finem, *& ordinatos*, quantum ad diſpoſitionem in hierarchia & ordine, *& inuiſibiles*, viſu ſcilicet corporali, quantum ad naturam illuminationum. Sic igitur & Principatus & Archangeli immediatam actionem regiminis habent in Angelos: ſed Angeli vt illuminatores & perſuadentes tantum, Principatus & Archangeli vt exequentes per eos propria auctoritate commutationem vel conſeruationem terrenorum principatuum. *Verò*, id eſt, ſed communicat *iſtis*, ſcilicet Angelis: *quia &* id eſt, etiam *eis*, ſcilicet Archangelis ſicut & Angelis *eſt*, id eſt, conuenit quod eſt, *ſuſcipiens hierarchicè*, id eſt, ſecundum ordinem hierarchicum, *diuinas illuminationes per primas virtutes*, id eſt, per ſuperiores ordines, & hoc *hypoſtatico ordine*, ab hypo quod eſt ſub, & ſtaſis quod eſt, operatio, quaſi operando ſub diſpenſatione principium, ſicut & Angeli, licet diuerſimodè, vt dictum eſt: & hæc eſt vna proprietas in accipiendo. Vel *prophetico ordine*, id eſt, accipiendo per occultam inſpirationem à Deo procedentem, ita quod non ſit ſimilitudo ad Prophetam, quantum ad ea quæ ſunt ex parte Prophetæ recipientis, vt recipere ſymbolis, & ſub differentia temporum, ſed tantum quantum ad primum principium emanationis luminum, & etiam conuenit eis quod eſt *annuntians eas* illuminationes *Angelis deiformiter*, quantum ad modum ſuſcipientis: quia omnes deiformem intelle-

ctum habent, *& etiam eſt manifeſtans nobis* eas *per Angelos medios* non iam deiformiter, *ſed ſecundum ſacram analogiam*, id eſt, proportionem capacitatis *uniuſcuiuſque* de numero *illuminatorum diuinitus*, id eſt lumine diuino, & hæc eſt ſecunda proprietas qua conueniunt cum Angelis in communicando illuminationes nobis & inferioribus Angelis.

3. *Angeli quid.* Ipſi enim Angeli (ſicut prædiximus) completiuè conſummant omnes cæleſtium animorum diſpoſitiones ſecundum quod conſummandum eſt. Quippe in cæleſtibus eſſentiis habentes angelicam proprietatem, & magis apud nos Angeli quam priores aptius nominati, quantum circa quod manifeſtius, eſt ipſis hierarchia & magis circumornatus. Excellentiſſimam quidem enim (vt dictum eſt) diſpoſitionem tanquam ipſi occulto primitus ordinatè proximantem, clam * formans æſtimandum ordinare ſecundam: ſecundam verò quæ completur à ſanctis Dominationibus & Virtutibus & Poteſtatibus, ei quæ eſt Principibus & Archangelis & Angelis, hierarchiæ præeſſe. Prima quidem hierarchia manifeſtius: ea verò quæ eſt poſt eam occultius: Principatuum autem & Archangelorum & Angelorum manifeſtatiuam diſpoſitionem, humanis hierarchiis per conſequentia præcipere: vt ſit per ordinem ad Deum aſcenſus, & conuerſio, & communicatio, & vnitas. Et quidem à Deo omnibus hierarchicis optimè indita, & communicatiuè ſuperueniens, & cum ornatu ſacratiſſimo proceſsio. Inde Theologia noſtram hierarchiam Angelis diſtribuit, principem Iudæorum populi Michaelem nominans, & alios gentium diuerſos. *Deu. 4.* Statuit enim Excelſus terminos gentium iuxta numerum Angelorum Dei.

* *formantem.*

DIVISIO TEXTVS.

Ipſi enim Angeli ſicut prædiximus, &c.

A Dixerat ſuperius in quibus Archangeli communicant cum Angelis, in parte verò iſta aſſignat cauſam eius quod dixerat, oſtendens hoc propriè Angelis conuenire per diſpoſitionem quam habent in hierarchia angelica: vnde per conſequens oſtendit comparationem vltimæ hierarchiæ ad alias. Diuiditur autem hæc pars in tres. In prima oſtendit, quòd prædicta proprietas, ſcilicet recipere à primis & nuntiare nobis conuenit Angelis: eò quod habent vltimum gradum in hierarchia. In ſecunda oſtendit, quòd ab hoc inter alios maximè Angeli dicuntur, ibi, *Et magis apud nos, &c.* In tertia confirmat quod dixerat per auctoritatem ſacræ Scripturæ, ibi, *Inde Theologia, &c.*

DVBIA.

B Hic avtem tria ante literam quæruntur. Primò, Vtrum ſit aliquis ordo ſpecialis Angelorum. Secundò, Quis actus eius. Tertiò, Quare non ponat plures proprietates Angelorum.

Dubium 1. Circa primum proceditur. Ab eo enim quod eſt commune toti naturæ, non ſumitur aliquid ſpeciale in illa natura: ſed eſſe Angelum conuenit toti naturæ ſuperiori, ſicut cap. 5. dictum eſt: ergo non erit aliquis ſpecialis ordo.

2 Ad idem, ſicut dicitur 2. ſententiarum, ſecundum gradum naturæ in Angelis eſt gradus donorum: ſed Angeli nomen non dicit gradum ſpecialis naturæ, cum conueniat toti naturæ: ergo non dicet etiam ſpeciale donum à quo ſumatur ſpecialis ordo.

3 Ad idem, Recipere & nuntiare occulta & manifeſta in operatione ad nos non eſt diuerſum in ſpecie: ſed ſecundum hoc ſumitur differre in litera Angelus à ſuperioribus qui recipiunt manifeſta quoad nos: ergo non eſt ſpecialis ordo.

4 Ad idem, Sicut eſt ſitus in corporalibus, ita eſt ordo in ſpiritualibus: ſed in corporalibus vltimus gradus æquatur ſuperficiei, & non facit altitudinem aliquam: cum ergo Angeli ſint in vltimo gradu, non videtur, quòd faciant aliquem ſingularem ordinem.

Solutio. Dicimus, quòd Angelorum eſt vnus ſpecialis ordo.

Ad primum dicendum, quòd cognominatio angelica dicta eſt ſupra eſſe communis toti ſuperiori naturæ, ſecundum quod eſt acceptas illuminationes aliis effundere quicunque ſub ipſo ſunt: Angelis autem hoc competit ſecundum ſpecialem modum, prout acceptas illuminationes proportionaliter nobis in nos tranſfundunt illuminantes de his quæ ad vnumquemque pertinent. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd ſicut ſæpè dictum eſt, accipere illuminationes occultas & manifeſtas quoad nos eſt ex diuerſa proportione recipientium propter diuerſitatem naturæ & doni quo completur natura: quidam enim recipiunt in maiori limpiditate & fulgore & propinquius

pinquius primo ſecundum quod ſunt nobis minus manifeſta in ſe.

Ad quartum dicendum, quòd vltimum in quo eſt ſtatus ſpiritualium illuminationum, ſunt ſubditi in Eccleſiaſtica hierarchia, & non Angeli: cum ipſi ſint ſuperiores ſummis noſtræ hierarchiæ: & ideò ordinem dignitatis conſtituunt.

C *Dubium 1.* CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd actus Angelorum ſit illuminare Eccleſiaſticam hierarchiam, per hoc quod dicitur in litera. Præterea, Gregorius dicit, quòd illi dicuntur Angeli qui minima nuntiant: hæc autem ſunt quæcunque reuelantur ad ipſos ſingulariter pertinentia: ergo hæc reuelare videtur eſſe proprium Angelorum. Hoc idem videtur per Gregorium qui ſecundum hoc aſſignat actum Angelorum in hominibus eſſe. Sunt, inquit, plerique qui parua capiunt, ſed tamen hæc eadem parua piè annuntiare fratribus non deſiſtunt. Quo ergo iſti niſi inter Angelorum numerum currunt? Sed contra Iſa. 6. legitur, quòd Seraphin miſſus eſt ad purgationem ipſius Iſaię. Item Ezechiel inſtructus eſt per Cherubin, vt legitur Ezech. 10. ergo non eſt proprium huius ordinis illuminare ſingulos Eccleſiaſticæ hierarchiæ.

2 Præterea, Habere vſum exterioris officij conuenit Virtutibus & Poteſtatibus, & maximè toti vltimæ hierarchiæ: ergo non videtur eſſe proprium huius ordinis.

3 Item videtur, quòd cuſtodia hominum ſit proprius actus per hoc quod dicit Bernardus in 5. de conſideratione. Putemus, inquit, Angelos dici eos qui ſinguli ſingulis hominibus dati creduntur, miſſi in miniſterium, ſecundum Pauli doctrinam, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis, de quibus Saluator ait Matth. 18. Angeli eorum ſemper vident, &c. (*Cap. 4* *Heb. 1.*) Sed contra: Omnes ordines accipiuntur penes accipere & effundere illuminationes: cuſtodia autem non eſt illuminatio: ergo penes hoc non ſumitur actus illius ordinis. Præterea, Eius eſt cuſtodire cuius eſt conſeruare & condere: hoc autem ſolius Dei eſt: ergo cuſtodire non eſt actus angelicus. Præterea, In Pſal. dicitur: Ecce non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſraël. Ergò videtur eſſe ſolius Dei.

Item videtur, quòd exercere diuina iudicia ſit actus eorum: ſic enim dicit Bern. ſuper Cantica. 19. ſermone: Angelica creatura irrepercuſſa mentis acie intuetur diuinorum iudiciorum abyſſum multam, quorum ſummę ęquitatis ineffabili delectatione beata, gloriatur inſuper effectui ea mancipari per ſuum miniſterium, ac palam fieri. Item infra dicit: Diligitur Deus ab Angelis ad iudiciorum ſuorum ſummam æquitatem, ab Archangelis ob conſiliorum ſummam moderationem. Sed contra: Hoc ſuprà aſſignatum eſt à Gregorio Thronis.

Præterea, Videtur eſſe Dominationum vel Poteſtatum, ad quos pertinet poteſtas iuriſdictionis.

Solutio. Dicendum, quòd actus proprius Angelorum eſt nuntiare hominibus ea quæ pertinent ad ſingulorum ſalutem, accipientes illuminationes proportionatas capacitati noſtræ.

Ad id verò quod primò in contrarium obiicitur, dicendum quòd ille qui purgauit Iſaiam, ſecundum Dionyſium non fuit de ordine Seraphin, ſed dictus eſt Seraphin, quia virtute illuminationis ad donum Seraphin pertinente Prophetam illuminauit. Hoc autem quod dicitur de Ezechiele, patet per ea quæ dicta ſunt in præcedenti capitulo, quòd non illuminauit immediatè, ſed per eum qui podera indutus erat.

Ad aliud dicendum, quòd Virtutes & Poteſtates habent exterius miniſterium, non tamen limitatum circa officia humana: Principatus verò & Poteſtates & Archangeli ea quæ pertinent ad ſtatum communem: & ideò relinquitur proprium huic illuminare de his quæ ad ſtatum vniuſcuiuſque pertinent.

Ad aliud dicendum, quòd cuſtodire per modum naturæ conſeruantis à nociuis, eſt virtutis vel doni vt formæ, quæ agit in modum naturæ, vt dicit Tullius: Dei verò vt efficientis, & cuſtodire perſuadendo diſcedere à nociuis eſt Angelorum, & hoc fit per illuminationes, ſicut magiſter cuſtodit puerum. Et per hoc patet ſolutio ad ea quæ contra obiiciuntur.

Ad aliud dicendum, quòd diuina iudicia non pertinent ad Angelos ſicut in quibus Deus reſidens ea diſpenſet, hoc enim eſt Thronorum: vel vt ad habentes iuriſdictionem, quia hoc eſt Dominationum & Principatuum & Poteſtatum: ſed admonendo de iudiciis diuinis & exequendo ea auctoritate aliorum.

CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd huius ordinis debuerat ponere plures proprietates: quantò enim aliquid compoſitius eſt, tantò plura accidentia habet, cum fluant accidentia ab eſſentialibus: ſed quantò aliquid magis recedit à primo, tantò compoſitius eſt: cum igitur Angeli inter cæleſtes eſſentias maximè diſtant, videtur quòd plures proprietates eis attribuere debuit. D *Dubium 3.*

Solutio. Dicimus, quòd ſicut in 6. c. diximus, vltimus ordo nihil ad dignitatem pertinens addit ſuper id quod eſt commune omnibus, ſed hoc efficitur ſibi proprium, prout eſt inferiori modo participatum: & ideo non poſuit Angelorum niſi proprietatem vnam, quæ conuenit eis ſecundum ordinem in hierarchia, prout vltimi ſunt in ea.

Ad id verò quod obiicitur, dicendum, quòd hic non ponuntur proprietates eorum naturæ, quas concedimus eſſe plures, ſed tantum illæ quæ conſequuntur quemlibet ordinem ſecundum ſuum donum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. Diximus, quòd Archangeli communicant cum Angelis in hoc quod accipiunt illuminationes à primis, & nuntiant eas nobis. *Enim*, id eſt, quia *ipſi Angeli ſicut prædiximus* in 6. c. *conſummant*, id eſt, terminant *diſpoſitiones omnium cæleſtium animorum*, id eſt, intellectuum, ſcilicet Angelorum: & hoc *completiuè*, id eſt, in quibus ſufficienter complentur. Ipſi dico propter hoc, *habentes quippe*, id eſt, certè *proprietatem angelicam*, id eſt, nuntiandi nobis *ſecundum quod conſummandum eſt in cæleſtibus eſſentiis*, id eſt, ſecundum quod competit his in quibus conſummantur cæleſtes eſ- E

 ſentiæ:

ſentiæ: decet enim vt vltimi in cæleſtibus nobis effundant, & hi qui ſunt in hoc ordine *aptius*, id eſt, decentius, *magis*, id eſt, frequentius *nominati* ſunt *apud nos*, id eſt, à nobis, *Angeli quam priores* ordines, *quantum* etiam *ipſis*, id eſt, Angelis *eſt*, id eſt, conuenit *hierarchia*, id eſt, hierarchiæ actio in recipiendo & communicando, quantum ad conſortiom poteſtatis, *& quantum* magis *eſt* eis *circumornatus*, ſcilicet dona circuoſtantia eſſentiam *circa* id *quod manifeſtius* eſt nobis, poſterius tamen ſimpliciter: *enim*, id eſt, quia *quidem*, id eſt, certè *æſtimandum* eſt *vt dictum eſt*.6. c. *excellentiſſimam diſpoſitionem*, id eſt, primam hierarchiam *ordinare* reducendo *ſecundam* hierarchiam *tanquam* primam, ſcilicet *proximantem primis vt ordinata*, id eſt, primo ordine, *ipſi occulto*, ſcilicet Deo, non propter ſe, ſed propter defectum accipientium, ita quod eſt *clam formans*, id eſt, occultaos formationes intellectuales ab eo haurıens: quantò enim ſimpliciores, occultiores ſunt nobis, ſed magis notæ ſecundum naturam. *Verò*, id eſt, ſed æſtimandum eſt *ſecundam* hierarchiam *quæ completur a ſanctis Dominationibus & Virtutibus & Poteſtatibus preeſſe ei hierarchia quæ eſt*, id eſt, conuenit *Principibus, & vt Archangelis & Angelis quidem*, id eſt, certè *manifeſtius*, id eſt, ſecundum manifeſtiorem illominationem nobis, *prima hierarchia*, ablatiui ca[s]us: *vero*, id eſt, ſed *occultius* ſecundum nos *ea* hierarchia *quæ eſt poſt ipſam*: ſecundum eum quod deſcendunt illuminationes, fiunt compoſitiores ac notiores nobis. *Autem*, id eſt, ſed æſtimandum eſt *diſpoſitionem*, id eſt, hierarchiam *manifeſtatiuam* nobis *Principatuum & Archangelorum & Angelorum præcipere* inſtruendo, ſicut Doctor præceptor dicitur, *humanis hierarchiis per conſequentia*, id eſt, per vltimas illuminationes: ſunt enim æquales noſtris, niſi quod differunt ſicut lumen illuminantis & illuminari. Ideò autem talis eſt diſpoſitio trium hierarchiarum *vt ſit aſcenſus ad Deum*, quantum ad gradus quibus in ipſum itur, *& conuerſio*, quantum ad terminom à quo incipit motus in ipſum, *& communicatio*, quantum ad motúm in Deum quo dona ipſius participantur, *& vnitas*, quantum ad terminum à quo perficitur motus in Deum, quantum ad perfectam aſſimilationem, *et*, hoc dico, *ſit per ordinem*, dum prima plus accipiunt & proportionaliter tamen ſecundum receptionem ſecundarum, & ſic inde. *Equidem*, id eſt, certè ſecundom hunc modom *proceſſio* illuminationum eſt *optim. indita* à Deo *omnibus hierarchiis*, quantom ad decentem ordinem procedendi, *& eſt ſuperueniens*, id eſt, à ſuperiori in eas deſcendens *communicatiua*, id eſt, vt poſſit aliis communicare, quantum ad conſortium poteſtatis, & ſuperueniens *cum ſacratiſſimo ornatu*, id eſt, cum ſacris donis ornantibos, quantum ad ſimilitudinem doni. *Inde*, id eſt, propter hoc quod Angeli manifeſtius recipiunt, *Theologia*, id eſt, ſacra Scriptura, *diſtribuit*, id eſt, diſtributam dicit *noſtram hierarchiam Angelis* ad illuminandum ſingulos diuiſim. Ipſa dico *nominans* Daniel. 10. *Michaelem principem populi Iudæorum, & alios diuerſos* diuerſarum *gentium*, cum faciat ibi mentionem de principe Perſarum. *Enim*, id eſt, quia *Excelſus*, id eſt, Deus *ſtatuit terminos gentium ſecundum numerum Angelorum Dei*. Deut. 32. Noſtra litera habet, Iuxta numerum filiorum Iſrael.

Sed videtur hoc eſſe falſum: aut enim accipit terminos perſonales, ſecundum qnos ſtatuuntur Angeli, & ſic cum poſſint quandoque plures homines eſſe in mundo quam modo ſint, videtur quòd ſecundum generationem vel corruptionem hominom creentur de nouo vel corrumpantur Angeli. Aut accipit terminos multitudinis, & ſic non eſſent plures Angeli quam ſint gentes in mundo: & patet eſſe inconoeniens per id quod determinat Dionyſius in penultimo hoins operis. Et dicendum, quòd pro vtriſque terminis accipi debet; nec dicuntur tot eſſe Angeli quot ſont homines vel gentes, ſed quod ſecondum numerum hominum ſtatouuntur Angeli ad coſtodiam eorum: & ita dicimus, quòd non omnes qui ſont in vltimo ordine, ſemper conſtituuntur ad coſtodiam, ſed quandoque plures, quandoque pauciores, ſecundum quod exigit hominum multitudo.

4 Si autem quis dixerit, & quomodo Hebræorum populus reductus eſt ſolus in diuinas illuminationes? Reſpondendum, quia non Angelorum rectas dominationes accuſari oportet, aliarum gentium in non exiſtentes deos errore, ſed illos ipſos propriis inflexionibus ex ea quæ eſt in diuinum recta reductione recidentes amore proprio & ſuperbia ipſis viſorum diuinitus & eorrationabiliter cultui. Hoc perhibetur & ipſe Hebræorum populus perpeſſus eſſe. Cognitionem Osee 4.
enim (ait) Dei repuliſti, & poſt cor tuum exiſti. Neque enim coactam habemus vitam, neque per prouidentiam propriam poteſtatem, diuina lumina prouidæ illuminationis reuelantur: ſed intellectualium viſionum diſsimilitudo ſuperplena paterna bonitate lucis donarionem, aut omninò non participatam facit, & ad earum reformationem non diſtributam: aut participationes facit differentes, paruas aut magnas, obſcuras aut claras, vnius aut ſimplicis, & ſemper eodem modo ſe habentis & ſuperexpanſi fontalis radij.

DIVIO

DIVISIO ET expoſitio textus.

Si autem quis dixerit, & quomodo Hebræorum populus reductus eſt, &c.

A IN iſta parte monet quandam quæſtionem ex prædeterminatis incidentem. Et diuiditur in partes duas. In prima ponit quæſtionem. In ſecunda ſolutionem, ibi, *Reſpondendum autem.* Eſt autem quæſtio talis. Æqualiter ſe habet angelica hierarchia ad reductionem humanæ ſecundum quamlibet gentem, & ita vel omnes gentes debuerunt reduci per Angelos in cultum Dei, vel nulla: non ergo ſolus populus Iudæorum reductus fuit in diuinas illuminationes. Litera ſic legatur. Diximus, quòd noſtra hierarchia diſtribuitur regenda infimo ordine. *Autem,* Id eſt, ſed *ſi quis* obiiciendo contra prædicta, *dixerit quomodo ſolus populus Hebræorum reductus eſt* per Angelos *in diuinas illuminationes*, ſi ſtatuuntur iuxta terminos gentium. Si, inquam, ſic dixerit, ſic dicendum erit. *Reſpondendum, &c.* Hic ſoluit poſitam quæſtionem. Et diuiditur in duas partes. In prima ſoluit. In ſecunda ſolutionem confirmat, ibi, *Et hoc autem suam, &c.* Prima in duas. In prima enim ſoluit, oſtendendo quòd non eſt inconueniens omnibus æqualiter præfici Angelos, quamuis non omnes æqualiter reducantur. In ſecunda ſoluit per interemptionem, ibi, *Deinde quia & aliis gentibus, &c.*

DVBIA.

B HIC INCIDIT quæſtio de cuſtodia Angelorum, & quæruntur quinque. Primò, Vtrum ſit neceſſaria cuſtodia Angelorum? Secundò, Vtrum habeant coactiuam cuſtodiam? Tertiò, Vtrum ſint negligentes in cuſtodiendo? Quartò, Vtrum ſemper cuſtodiant? Quintò, Vtrum aliquid accreſcat eis ex cuſtodia?

Dubium 1. CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non ſit neceſſaria cuſtodia Angelorum: habere enim cuſtodes ſuper ſubditos ſibi eſt domini deficientis, vel propter ſuam infirmitatem, vel propter ſuam abſentiam: Deus autem ſummæ virtutis eſt, & vbique præſens: ergo non eſt neceſſarium, quòd ſibi ſubditis cuſtodes præficiat.

2 Ad idem, Poſita vna cuſtodia non eſt neceſſarium ponere alteram niſi propter inſufficientiam primæ: cum ergo Deus cuſtodiat homines, in quem inſufficientia cadere non poteſt, vt dicitur in Pſalmo, Ecce non dormitabit, neque dormiet, &c. videtur quòd non ſit neceſſaria cuſtodia Angelorum.

3 Ad idem, Quod habet plura eleuantia quam deprimentia, non indiget cuſtodia: homo eſt huiuſmodi, habet enim tantum duo deprimentia, ſcilicet fomitem & dæmonem impugnantem, ſed eleuatur habitu gratiæ conſeruante, & redemptione Chriſti contra diabolum, & vlteriu. diuino opere: ergo non indiget cuſtodia.

4 Ad idem, Scienti & potenti vitare impedimenta non eſt neceſſarius cuſtos. Homo autem eſt ſciens vitare pericula per legem naturalem, & poteſt, cum non neceſſario peccet.

5 Ad idem, Cuſtos maior eſt cuſtodito: ſed Angelus & homo ſunt æquales, quia eadem eſt menſura hominis & Angeli. Apoc. 21. ergo Angeli non cuſtodiunt homines.

Ad oppoſitum eſt illud Pſal. Angelis ſuis mandauit de te, &c.

2 Ad idem, Vnicuique homini inſidiatur vnus malus Angelus: ergo iniuſtè ageretur cum eo ſi non cuſtodiretur ab vno bono, & habeat. Vtrunque dicit Gloſſa Hieronymi, ſuper illud Mat. 18. Angeli eorum ſemper vident, &c.

3 Præterea, Multa pericula inſenſibilia imminent homini à quibus non facilè ſibi cauere poteſt, cum eius cognitio à ſenſu oriatur: ergo indiget aliquo cuſtode ſpirituali.

Solutio. Dicimus, quòd Angelorum cuſtodia neceſſaria eſt homini ad ſalutem, non ſine qua non poſſet conſequi ſalutem, ſed neceſſitate conuenientiæ: quia difficile eſſet ipſum ſalutem conſequi ſine cuſtode, propter infirmitatem naturæ & periculorum multitudinem: diuinæ autem bonitatis eſt prouidere homini, quod facilè poſſit ſaluari. Et concedimus rationes ad hoc.

Ad primum ergo dicendum, quòd cuſtodia non eſt neceſſaria propter defectum domini, ſed propter commodum cuſtoditi, ſicut etiam perficit mentem mediante habitu gratiæ, cum immediatè perficere poſſet propter perfecti diſpoſitionem, quod ſine habitu perfectum eſſe non poſſet. Similiter dicendum ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd quia homo per ſe poteſt cadere in malum, non autem per ſe poteſt in bonum, pronior eſt ad malum quam ad bonum: & ideo indiget multò pluribus eleuantibus quam deprimentibus.

Ad quartum dicendum, quòd per legem naturalem eruditur homo de periculis in generali, & non ſecundum ſpeciales caſus, & potentia eius infirma eſt ad reſiſtendum: & ideo non ſufficienter eſt ſciens & potens.

Ad quintum dicendum, quòd Angelus eſt æqualis homini, quantum ad finem beatitudinis, eſt tamen ſimpliciter maior & quantum ad ſtatum, quia videt per ſpeciem: & quantum ad naturam, quia non habet aliquid reprimens.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd cuſtodia eorum debeat eſſe coactiua: Inferiora enim corpora neceſſitatem habent recipiendi impreſſiones ſuperiorum: cum igitur ordinem habeant ſpiritualia ſicut corporalia, videtur, quòd inferiores ſpiritus, ſcilicet humani neceſſariò recipiunt impreſſiones quibus cuſtodiuntur à ſuperioribus, ſcilicet Angelis. Dubium 2.

2 Ad idem, Quicquid recipit actionem alicuius agentis, neceſſariò recipit actum vel effectum conſequentem illam actionem: ſed homines recipiunt illuminationes Angelorum quibus agunt in ipſos: ergo relinquitur in eis immunitas à periculo, qui eſt effectus illuminationum.

3 Ad idem, Sicut cuſtodia eſt per miniſterium Angelorum, ita etiam eſt inſpiratio prophetiæ:

pheriæ: ſed prophetia confertur homini neceſſariò; ſicut enim dicitur. 2. Pe. 1. Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia. Sed quod affertur non voluntate, neceſſitatis eſt. Ergo ſimiliter cuſtodia eſt coactiua & neceſſaria.

4 Ad idem, Apud homines diceretur infidelis cuſtos qui ſibi deputatum videret ſe præcipitantem & eum non eriperet: cum igitur in Angelis non ſit infidelitas, videtur quòd coactiuè eripiant.

5 Ad idem, Matth. 22. Dominus præcipit homini cuſtodi, Compelle intrare. Ergo videtur, quòd ſimiliter Angeli cuſtodire debent compellendo.

Ad oppoſitum. Sapientis non eſt ex modo agendi deſtruere finē propter quem agit: Angeli autem cuſtodiendo agunt ad bonum meritorium hominis: cum igitur violentia excludat rationem meriti & victoris, eorum cuſtodia non debet eſſe violenta.

2 Ad idem, Cauſa prima non tollit cauſalitatem à cauſa ſecunda, ſed ordinat eam quantum poteſt: cum ergo propria cauſalitas voluntatis ſit liberè agere, Angeli non agunt in ipſam coactiuam.

Quod concedimus, & rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd corpora inferiora non recipiunt impreſſiones ſuperiorum, vt habentia aliquod principium in ſeipſis quod liberè agens ſit cauſa ſuorum actuum, ſicut recipit ſpiritus hominis: & ideo non eſt ſimile.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet homo recipiat illuminationes angelicas, non tamen ſolum hoc quod recipit, eſt principium agendi in ipſo: ſed voluntas liberè poteſt ſequi, vel non ſequi.

Ad tertium dicendum, quòd prophetia eſt perfectio intellectus qui cogi poteſt ab homine etiam per rationem: cuſtodia autem eſt ſecundum perfectionem affectus, in quem coactio cadere non poteſt.

Ad quartum dicendum, quòd ratio corporalis boni ad quod inſtituitur homo cuſtos alterius, non diminuitur per coactionem: & ideo non eſt ſimile.

Ad quintum dicendum, quòd prælati in Eccleſia non compellunt coactione ſufficienti, ſed interdum efficienti terrendo per minas: & ſimiliter etiam Angeli quandoque coactiuè cuſtodiunt.

D *Dubium 3.* Circa tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Angeli ſint negligentes in cuſtodia hominum: negligentis enim cuſtodis eſt omittere modum maximè neceſſarium ſibi poſſibilem: ſed cum Angelus poſſit erudire de periculis occultè & manifeſtè, rarò manifeſtè apparet, quamuis hoc eſſet efficaciſſimum ad conſeruandum à periculis: ergo, &c.

2 Ad idem, Angeli non cuſtodiunt nos niſi excitando ad cognitionem periculorum: ſed cum omnis noſtra cognitio à ſenſu oriatur ſecundum Philoſophum, non poteſt homo excitari niſi per ſenſibilia: cum igitur non ſemper appareant in ſenſibilibus figuris, videtur quòd ſint negligentes.

3 Ad idem, Diligentis cuſtodis eſt producere cuſtoditum per faciliimam viam: ſed faciliima via eſſet reuocandi à malis & promouendi in bonum per miracula: cum ergo hæc circa plures omittant, videtur quòd ſint negligentes.

4 Ad idem, Rebelles ſuis interioribus perſuaſionibus maximè corrigerent percuſſione: cum igitur talibus non vtantur, videntur eſſe negligentes.

5 Præterea, Eodem modo ſe habent omnes Angeli cuſtodes ad ſuos cuſtoditos: cum igitur quidam Angeli reducant quoſdam ſenſibiliter eis apparendo, vt Abraham, & Moyſi, videtur quòd omnibus ſic deberent apparere.

Ad oppoſitum. Diligentis cuſtodis non eſt ex modo cuſtodiendi deſtruere aliquod bonum in cuſtodito: ratio autem eſt bonum cuſtoditi hominis, quæ priuaretur actu ſuo, qui eſt conferendo accipere, & confunderetur per inſolitas viſiones & ſigna conuincentia ipſa: ergo non eſt Angeli taliter cuſtodire.

2 Ad idem, Sicut dicit Grego. Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Et intelligitur humana ratio conuicta. Talibus autem viſionibus & ſignis conuinceretur ad credendum: non eſt ergo Angeli intendentis promouere hominis meritum taliter cuſtodire.

Quod concedimus, & rationes ad hoc. Dicimus enim rationibus prædictis, quòd non debent alicui apparere viſibiliter pro his quæ ad ipſum ſingulariter pertinent gratia ſui, ne deſtruatur bonum rationis, ſicut non cogunt, ne deſtruatur bonum virtutis: apparent tamen vni ad inſtructionem multorum, maximè ad ædificandum fidem de aliquo arduiſſimo, ſicut de incarnatione, & ſimilibus.

Ad primum verò dicendum, quòd non eſt eorum erudire apertè, niſi ratione ſpeciali, vt in vno ædificetur fides multorum: ſed inſtruit occultè diſponendo phantaſmata in ordine ad intellectum, & eius effectus ſentiretur in vigilia ſicut & in ſomno ſi ſe ſubtraheret à tumultu vanitatum.

Ad ſecundum dicendum, quòd per ſenſibilia excitat, dum ſpecies à ſenſibilibus acceptas componit & ordinat ad accipiendum intentionem quam reuelare intendit.

Ad tertium dicendum, quòd miracula auferunt actum rationis obruendo ipſam ſua arduitate, & conuincendo ſine ratiocinatione aliqua: & ideò talis via non competit.

Ad quartum dicendum, quòd correptio per ſenſibiles correptiones eſſet efficacior quoad coactiuam cuſtodiam, quæ ab eis non intenditur.

Ad quintum dicendum, quòd non omnes æqualiter ſe habent ad recipiendas huiuſmodi viſiones: quidam enim non ſuſtinent, & alij fortiores dati ſunt in forma multorum qui per eos inſtruantur.

Circa quartum ſic proceditur. Videtur enim, quòd aliquandò non cuſtodiant: ſicut enim dicit Damaſcenus: Angeli ibi ſunt vbi operantur. Cum igitur quandoque ſint in cælo, videtur quòd non cuſtodiant illos qui ſunt in terra, cum hoc non fiat niſi actione aliqua. E *Dubium 4.*

2 Ad idem, Dæmones non ſemper impugnant, cum quandoque ſint in inferno: cum ergo ſic ordinetur cuſtodia Angelorum, videtur quòd non ſemper cuſtodiant.

3 Ad

3 Ad idem, Homo quandoque fortis eſt ex ſeipſo; quandoque eſt in feruore charitatis: ergo non ſemper indiget cuſtodia.

4 Ad idem, Homo cuſtos non ſemper cuſtodit: ergo à ſimili nec Angelus.

5 Ad idem, Si medicina cuſtodiens ſanitatem continuaretur, corrumperet: ergo ſimiliter videtur, ſi cuſtodia Angelorum ſit ſemper circa hominem, quòd magis obſit quam proſit.

Ad oppoſitum. Cuſtodia Angelorum ordinatur ad pericula nobis imminentia: cum igitur ſemper immineant pericula, ergo videtur, quòd ſemper cuſtodiant.

2 Ad idem, Fidelis cuſtos ſemper cuſtodit: Angelus eſt huiuſmodi: ergo. &c.

3 Ad idem, Sicut dicitur 1. Pe. vltimo, Aduerſarius veſter diabolus, &c. Videtur igitur, quòd ſemper diabolus inſidietur nobis: ergo & Angeli ſemper debent cuſtodire.

Solutio. Dicendum, quòd Angeli non ſemper agunt in homines: recedunt enim interdum localiter ab hominibus propter hominum vtilitatem; & non propter ſuam: quià cum Deus vbique ſit, vt dicit Beda, quocunque mittantur, ſemper intra ipſum currunt, & in quocunque loco æqualiter ipſum contemplantur, ſed tamen homines cuſtodiuntur ab eis ſemper: quia quando non actu Angeli agunt in ipſos, remanent impreſſiones ex præcedentibus paſſionibus in ipſos quibus cuſtodiuntur. Et ſic concedimus Angelos ſemper cuſtodire. Et per hoc patet ſolutio ad primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet Angeli mali non ſemper agant in homines, ſed quandoque ſint abſentes ab eis, tamen poſt actionem remanet impreſſio ex priori actione.

Ad tertium dicendum, quòd homo ab illo feruore de facili auertitur: & ideò tunc etiam indiget cuſtodia.

Ad quartum dicendum, quòd ex defectu hominis eſt, quòd non poteſt ſemper cuſtodire: quia propter multa quibus indiget, oportet eum multoties abeſſe à cuſtodito: & ideo non eſt ſimile de Angelo.

Ad quintum dicendum, quòd cuſtodia ſanitatis eſt per qualitates actiuas, quæ per continuationem intenſæ corrumpunt harmoniam in qua eſt ſanitas: Angeli autem cuſtodiunt per illuminationes quas vnicuique infundunt ſecundum ſuam proportionem prout ſibi competit: & ideò nunquam corrumpunt.

F Dubium 5. CIRCA quintum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Angelis per cuſtodiam nihil accreſcat: poſt maximum enim præmium non expectatur aliquod incrementum: ſed omnes Angeli ſunt in beatitudine, quod eſt maximum præmium: ergo videtur, quòd per cuſtodiam non accreſcit eis aliquid.

2 Ad idem, Poſt patriam non expectatur aliquid melius. Cum igitur Angeli cuſtodes ſint in ſtatu patriæ, & non in ſtatu viæ, videtur quòd per cuſtodiam nihil expectent.

3 Ad idem, Quod eſt in ſtatu merendi, eſt etiam in diſtantia ad ſummum præmium: ſed Angelus non diſtat à Deo, in quo eſt tota ratio præmij, cum contempletur ipſum per ſpeciem: ergo non meretur per cuſtodiam.

4 Ad idem, Habenti perfectionem qua maior eſſe non poteſt, nihil poteſt accreſcere: ſed Angeli habent perfectionem intellectus talem qua maior eſſe non poteſt, quia habent intellectus deiformes: & ad hunc ſequitur tota perfectio præmij, cum viſio ſit tota merces: ergo non poteſt eis aliquid ex cuſtodia accreſcere.

Ad oppoſitum. Quorum eſt operatio ad vnum, eſt & fructus operationis vnus: ſed operatio Angeli cuſtodientis & hominis cuſtoditi eſt ad vnum, quia ad ſalutem hominis: cum igitur accreſcat aliquid per hoc, videtur quòd & Angelo.

2 Ad idem, Dæmonum pœna poteſt augeri: vnde dicunt Mar. 1. Veniſti ante tempus torquere nos. Ergo & Angelorum gloria: & per hoc maximè.

Ad idem, Status viæ eſt ſtatus merendi: ſed Angeli modo ſe habent ad ſtatum viæ, cum præponantur operibus viæ: ergo videtur, quòd ſecundum aliquid mereri poſſint, & maximè per hoc.

Solutio. Dicimus, quòd ſuper hoc triplex eſt opinio. Quidam enim dicunt, quòd nihil eis per hoc accreſcit. Alij verò dicunt, quòd accreſcit eis, etiam ſecundum præmium eſſentiale, & quod ſic augetur eorum gloria vſque ad diem iudicij. Alij verò dicunt, quòd nihil accreſcit eis quantum ad præmium eſſentiale, quo ſcilicet ponuntur in alto diuinæ contemplationis, tamen accreſcit eis aliquid quoad præmium accidentale, dum gaudent de reductione aliorum per ipſos. Et huic ſententiæ conſentimus ſine præiudicio aliarum. Non enim videtur probabile, quòd propter nullum bonum eorum ſit eis indictum cuſtodiæ miniſterium. Nec iterum videtur probabile, quòd in gradu beatitudinis creſcant, cum non creſcat in eis radix merendi beatitudinem, quamuis & hoc concedant.

Ad primum ergo dicendum, quòd non habent maximum præmium ſimpliciter, ſed maximum ſibi reſpectu priorum operum, vel diſpoſitionis naturalis, ſecundum quam diſtribuit Deus gratiam & gloriam Angelis: & ideo poteſt eis aliquid accreſcere maximè de accidentali præmio, cum ſecundum quid ſe habeant ad ſtatum viæ. Et per hoc patet ſolutio ad tria ſequentia ſecundum vltimas opiniones.

Secundum primum verò dicendum ad quintum, quòd non eſt hominis & Angeli operatio vna eodem modo: & ideo non eſt vna ratio merendi.

Ad ſextum dicendum, quòd pœna dæmonum non augetur niſi per hoc quod includuntur in inferno, cum tamen vbicunque ſint, æqualiter pœnis crucientur.

Ad ſeptimum dicendum, quòd meritum eſt eorum qui ſunt in ſtatu viæ ſimpliciter.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. Si, inquam, quis ſic dixerit, *reſpondendum erit*, *quia non oportet accuſari*, id eſt, inculpari *Dominationes*, id eſt, prælationes, non enim ſumitur pro ſpeciali ordine, *Angelorum rectas*, id eſt, nihil de rectitudinis via erga ſubditos negligentes de *errore gentium aliarum* à Iudæis *in non exiſtentes Deos*, id eſt, G

in

in idola quæ non ſunt dij, *ſed* oportet accuſari *illos ipſos*, ſcilicet gentiles, vt *recidentes* ex ea *recta reductione qua eſt in diuinum*, id eſt, in Deum, ab Angelis recidentes dico *proprius inflexionibus*, id eſt, motibus rationis, qui ſunt ex ſeipſis quibus flectuntur ad malum hoc, ſcilicet ex *proprio amore*, id eſt, inordinato ex conſentiendo ſibi & *ſuperbia* in ſubiiciendo ſe aliis, quæ ſunt radices peccatorum: inflexionibus dico ex amore & ſuperbia *viſorum ipſis*, id eſt, eorum quæ opinantur *diuinum*, id eſt, eſſe diuina, *& corrationabiliter cultui*, id eſt, eſſe decentia diuinum cultum: ſequentes enim motus proprios rationis, deos ſibi & cultum diuinum ad libitum conſtituebant. Et non ſolum hoc accidit in gentibus, ſed *&*, id eſt, etiam *ipſe populus Hebræorum perhibetur*, in Scripturis *eſſe perpeſſus hoc*, ſcilicet quod ſequeretur motus proprios. *Enim*, id eſt, quia Scriptura *ait* Oſeæ. 4. *Cognitionem Dei repuliſti, & exiſti poſt cor tuum*, ſequendo proprios motus. Noſtra litera habet: Quia repuliſti ſcientiam Dei à te, repellam te & ego. Et dictorum rationes aſſignat duas, dicens: *Enim*, id eſt, quia neque *habemus* nos homines *coactam vitam*, ſed liberam voluntatem: & ideò nobis non coacti relinquimur: & hæc eſt vna ratio, & conſequenter ponit aliam, dicens: neque etiam *diuinæ luminis illuminationis prouidæ*, id eſt, prouiſæ à Deo ad ſalutem hominum *reuelantur* eis, id eſt, reuelatæ recipiunt *per poteſtatem* Angelorum *prouidentium*, id eſt, infundentium illuminationes: quod enim recipitur in altero, ſecundum Philoſophum, recipitur in eo per modum recipientis, & non ſecundum facultatem dantis: *ſed* propter diuerſitatem recipientium *diſſimilitudo viſionum intellectualium facit donationem lucis à bonitate* diuina *ſuper-plena*, quantum ad copiam effuſionis, *paterna*, quantum ad affectum dilectionis: *aut omnino non participatam* ab his quæ omninò ſunt indiſpoſiti, *aut facit* in his qui ſunt capaces pro diuerſitate capacitatis *differentes participationes paruas aut magnas*, quantum ad differentiam reuelatorum, *obſcuras aut claras*, ſecundum differentiam luminis, quod eſt medium cognoſcendi. Participationes dico *radij* diuini luminis *vnius*, prout ad vnum docit, *& ſimplicis*, prout ab vno procedit, *& ſemper habentis ſe eodem modo*, ſecundum quod in ſe non variatur ex varietate receptionum, vt in primo cap. dictum eſt, *& ſuperexpanſi*, ſecundum quod ſuper omnia diffunditur, *fontalis*, ſecundum quod eſt principium & origo totius perfectionis in rebus.

5\. Deinde quia & aliis gentibus, ex quibus & nos reſpeximus in illud, omnibus paratum in traditionem & apertum diuini luminis, & magnum & compoſitum pelagus, non alienigenæ quidam imparabant dij: vnum autem omnium principium, & ad ipſum reduxerunt ſequentes ſecundum vnamquamque gentem ſacerdotio fungentes Angeli. Melchiſedech intelligendum ſummum ſacerdotem exiſtentem Domino amiciſſimum exiſtentium non exiſtentium, ſed verè exiſtentis excelſi Dei. Etenim non ſic ſimpliciter Melchiſedech theoſophi non amicum Dei tantum, ſed & ſacerdotem vocauerunt. An vt ſapientibus apertè ſignificarent, quia non ſolum ex eis in ipſum, qui verè eſt, Deum conuertit: adhuc autem & aliis, vt ſummus ſacerdos educet ea quæ eſt ad veram & ſolam diuinitatem reductione.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde quia & aliis gentibus, &c.

Hic ponit ſecundam ſolutionem per interemptionem huius, ſcilicet quod ſolus populus Iſraël eſt reductus. Dicit ergo ſic: Reſpondendum eſt, vt diximus. *Deinde*, & hoc dicere poſſumus, *quia dij alienigenæ*, id eſt: qui non ſunt diuina natura, ſed tantum participatione nominis ex falſa opinione, qui dij *non imperabant*, ita quod colerentur, *&*, id eſt, etiam *gentibus aliis* à Iudæis, *ex quibus*, ſcilicet gentibus, *&*, id eſt, etiam *nos* conuerſi ad Deum de gentibus *reſpeximus* per fidem conſentiendo, *in illud pelagus*, id eſt, profunditatem *diuini luminis* paratum omnibus creatoris, ſecundum ſuum poſſe per diuinam prouidentiam, *in traditionem*, id eſt, vt eis traderetur, *& apertum*, quantum ad remotionem impedimentorum, *& magnum*, id eſt, infinitum inquantum in ſe excedit proportionem cuiuſlibet creaturæ, *& copioſum* inquantum ſufficienter ex ipſo redundat perfectio in omnibus rebus: *autem*, id eſt, ſed *vnum principium omnium*, id eſt, Deus vt operans *& Angeli ſacerdotio fungentes*, in officio illuminandi, quod eſt proprium ſacerdotum, *reduxerunt ſecundum vnamquamque gentem*, id eſt, de vnaquaque gente aliquos *ad ipſum*, ſcilicet principium, ſequentes operationem primi ſicut cauſa ſecunda operationem primæ cauſæ: quia *intelligendum* eſt *Melchiſedech*, qui fuit de gentibus *exiſtentem amiciſſimum Domino*, vt dicitur in Geneſi fuiſſe *ſummum ſacerdotem nequaquam non exiſtentium deorum, ſed Dei excelſi, verè exiſtentis* Dei. *Etenim*, id eſt, quia ipſi *theoſophi*, id eſt, diuina ſapientes *non ſic ſimpliciter* & non tantum *vocauerunt* in Scriptura Melchiſedech, *non tantum amicum Dei*. Abundat negatio. *Sed etiam ſacerdotem* Dei. *An* non fecerunt hoc *vt apertè ſignificarent ſapientibus, quia non ſolum conuertit ſe ex eis*, ſcilicet gentibus, illuminatus miniſterio Angelorum *in ipſum Deum qui verè eſt*. Deus: *autem*, id eſt, ſed *adhuc vt*, id eſt, ſicut *ſummus ſacerdos educit*, id eſt, transfundit diuinum lumen, *&*, id eſt, etiam *aliis*, & A

hoc

hoc *ea reductione quæ eſt ad veram & ſolam diuinitatem* : quia alij non ſunt dij. Quaſi diceret: Propter hoc fecerunt : vſque huc enim pendet negatio.

DVBIA.

B Hic svnt quinque dubia. Primò de numero ordinum iſtius vltimæ hierarchiæ. Secundò, Vtrum ſolutio ſua ſit ſufficiens quam ponit hîc. Tertiò, Vtrum Angeli derelinquant aliquando cuſtodiam aliquorum. Quartò, Vtrum doleant de damnatione aliquorum, quos cuſtodiunt. Quintò, Vtrum Antichriſtus habiturus ſit Angelum ad ſui cuſtodiam.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd plures quam tres eſſe debeant ordines vltimæ hierarchiæ : conſtituuntur enim ſuper officia humana : cum igitur hæc ſint multò plura quam tria, videntur & ordines huius hierarchiæ eſſe plures.

2 Ad idem, Sicut dicunt certi, prima hierarchia ſumitur penes conuerſionem in Deum, ſecunda penes conuerſionem in Angelum, vltima penes conuerſionem in hominem : cum igitur hoc pluribus modis poſſit fieri quam tribus, videtur quòd plures debeant eſſe ordines.

3 Ad idem, Quantò aliquid magis ab vno recedit, tantò plus in maiorem multitudinem incidit : vltima autem hierarchia magis recedit à primo quam ſuprema quæ habet tres ordines : ergo vltima debet habere plures.

4 Ad idem, Vbi eſt maior indigentia, exiguntur plures operationes ad ſui perfectionem, vt dicitur in ſecundo cæli & mundi, & ita etiam plura officia : cum igitur in hominibus circa quos operatur hæc hierarchia, ſit maior indigentia quam in Angelis circa quos operantur ſuperiores, videtur quòd hæc hierarchia debeat habere plures ordines.

5 Ad idem, Multò plures modi viuendi ſunt in hominibus quam tres, qui tamen omnes diſpenſantur per vltimam hierarchiam : ergo videtur, quòd debeant eſſe in ipſa plures ordines.

6 Ad idem, Math. 26. dicit Dominus: Poſſum rogare Patrem meum, & dabit mihi pluſquam. 12. legiones Angelorum: cum enim legio ſit collectio plurium perſonarum ordinatarum ad vnum actum, videtur quod 12. legiones ſint 12. ordines huius hierarchiæ, cuius eſt aſſumi ad officia humana.

7 Præterea, 4. Reg. 6. dicitur, quòd puer Eliſei vidit montem plenum Angelis ſub ſpecie equitum ad defenſionem Eliſei, propter quod comprobantur omnes eſſe de tertia hierarchia: & non videtur tanta multitudo reduci ad tres ordines : ergo videtur, quòd ſint plures.

8 Præterea, 2. Machab. 10. dicitur, quòd viſi ſunt quinque Angeli in ſpecie virorum comitantes Iudam & exercitum eius : hoc autem non poteſt referri ad perſonas, cum ſint multò plures: ergo videtur, quòd ad minus ſint quinque ordines.

Solutio. Dicimus, quòd non ſunt niſi tres ordines vltimæ hierarchiæ, quorum numerus ſic accipitur : quia cum vltimæ hierarchiæ ſit regere humanam hierarchiam, aut regunt diſpenſando officia quæ pertinent ad communitatem, & ſic eſt ordo principum : aut per diſpenſationem eorum quæ pertinent ad vnumquemque, & hoc dupliciter, quia vel pertinent ad ſalutem communem multorum, & talia diſpenſantur per Archangelos : aut ad ſalutem vniuſcuiuſque ſingulariter, & circa talia ſunt Angeli, quorum eſt cuſtodire vnumquemque: & in hoc etiam patet gradus qui exigitur in ratione totius poteſtatiui : quia qui poteſt ſuperius dictorum trium, poteſt inferius, & non conuertitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet plura ſint humana officia in ſpeciali, tamen in genere omnia reducuntur ad dicta tria, vt per ſe patet. Et ſimiliter dicendum ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd quantò receditur à primo magis, plus incidit de compoſitione materiæ, ſecundum quam non multiplicantur ordines, ſed ſecundum officia, licet vltima hierarchia poſſit eſſe multiplicior in operationibus, & propter compoſitionem ſuam, & propter defectum eorum in quos operatur, tamen rationes operandi in communi non ſunt plures. Et per hoc patet ſolutio ad quartum.

Ad quintum dicendum ſicut ad primum.

Ad ſextum dicendum, quòd 12. legiones omnes ſunt vnius ordinis : quia aſſumuntur ad eundem actum, qui eſt certare : ſed dicuntur. 12. legiones & ratione numeri numerantis, quia eſt numerus ſolidus, & ex hoc habet aliquam perfectionem : & etiam ex numero numerato perfectionem habet, quia eo ſolent in ſe ipſis perfecti numerari, vt 12. Prophetæ. 12. Apoſtoli.

Et ſimiliter dicendum ad ſeptimum, quòd omnes fuerunt de vno ordine.

Ad octauum dicendum, quòd illi quinque deſignant quinque ordines operantes circa officia humana, habentes humana officia ſecundum quod huiuſmodi, quod eſt proprium vltimæ hierarchiæ. Vnde etiam dicitur, quòd apparuit ibi actus Virtutum, quia dicitur, quòd iaciebant tela ignea : & actus Poteſtatum, quia impediebant aduerſariorum nequitiam : & actus Principum, inquantum dirigebant Iudam, qui erat princeps exercitus : & actus Archangelorum, inquantum patefaciebant inſidias hoſtium, & alia quæ ad communem exercitus vtilitatem erant : & Angelorum ſecundum quod dirigebant vnumquemque ſingulariter.

C Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd inſufficienter hîc ſoluat : populus enim Iſrael reductus fuerat per Angelos in Deum ſecundum legem ſuſceptam : qui autem fuerant reducti de aliis gentibus, non ſuſceperunt legem : ergo non videtur inſtare ad propoſitum. *Dubium 2.*

2 Ad idem, Non idem eſt reduci populum aliquem & hominem ſingularem : ſed Iudæorum populus reductus eſt, non autem aliquis alius, licet aliquis de populo : ergo non videtur ſolutio ſua ſufficiens.

3 Ad idem, Si ſolutio ſua eſſet ſufficiens, deberet eſſe vera ſecundum omne tempus, cum in omni tempore Angeli æqualiter præficiantur hominibus : ſed modo non ſaluatur aliquis de qualibet gente, ſed ſolum de Chriſtianis, ſicut

Dominus dicit Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit, &c. ergo videtur ſolutio eſſe inſufficiens.

4 Ad idem, Cum non reducunt de qualibet gente, non videntur aliud eis facere niſi vt ſine magis accuſabiles: hoc autem non eſt ratione cuſtodiæ, ſed contra; ergo non videtur, quòd quælibet gens ab Angelis cuſtodiatur.

Solutio. Dicimus, quòd ſolutio eſt ſufficiens non enim eſt intentio eius oſtendere, quòd aliquis populus præter Hebræos ſit reductus, ſed aliqui de ſingulis populis, cum etiam totus populus Iudæorum non ſit reductus, licet magis quam alij: hoc enim factum eſt diuina diſpenſatione: quia ex populo illo naſciturus erat filius Dei: & ideò pleniores illuminationes & legem habuerunt: non potuit autem eſſe, quòd filius Dei carnem aſſumeret de qualibet gente.

Ad primum ergo dicendum, quòd non fuit intentio Angelorum reducere per legem ſcriptam: tum quia erat inſufficiens, eò quod neminem ad perfectum adduxit lex, vt dicit Apoſtolus: tum quia non erat neceſſaria, eò quòd per iuſtitiam naturalem homines ſaluari poterant. Iudæis autem data eſt ratione prædicta. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum

Ad tertium dicendum, quòd modo etiam Angeli, quantum in ſe eſt, reducunt ſecundum vnamquamque gentem: ſed quod non reducuntur, eſt ex culpa eorum: quia cum veniunt ad ſtatum vſus liberi arbitrij, diſponunt ſe ad contrarium: ſi autem facerent quod in ſe eſt, Deus manifeſtaret ſe eis per Angelos, ſicut legitur in Act. 10. factum Cornelio.

Ad quartum dicendum, quòd ſi non reducunt, non faciunt vt ſint magis accuſabiles, niſi ſecundum quid & per accidens: ſimpliciter autem & per ſe cooperantur vt ſint boni vel minus accuſabiles, quia etſi non ex toto reducunt, retrahunt tamen à multis peccatis.

D Dubium 3. CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd aliquando deſerant homines quod vltra non cuſtodiant eos: quoſdam enim vident obſtinatos, & ſe nihil poſſe cum eis proficere: ergo non cuſtodiunt vltra eos, cum ſit ſuperfluum.

2 Item, Iere. 51. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus ergo eam. Et eſt vox Angelorum. Ergo videtur, quod aliquando relinquant aliquos.

3 Præterea, Medici ſapientis eſt, quando æger eſt deſperatus, conſulere ſibi, & recedere ab eo: ergo ſimiliter videtur, quòd Angeli debeant facere in ægritudine ſpirituali.

4 Præterea, Deus derelinquit hominem, ſicut dicitur in Pſal. Quare me dereliquiſti, &c. Ergo videtur, quòd multò fortius Angeli relinquant homines.

5 Ad idem, Iſa. 5. Deſtruam maceriam eius. Gloſſa id eſt, cuſtodiam Angelorum: non autem deſtruentur Angeli in ſe: ergo videtur, quòd deſtruatur cuſtodia, in hoc quod derelinquant hominem.

Ad oppoſitum. Sicut dicit Auguſtinus, De nemine eſt deſperandum quandiu eſt in via. Ergo videtur, quòd Angeli non debeant relinquere aliquem quandiu eſt in via.

2 Præterea, Duplex eſt effectus cuſtodiæ, ſcilicet vel omninò reducere in Deum, vel ſaltem à multitudine peccatorum coercere: hæc autem ſemper facere poſſunt circa hominem, etiamſi nunquam conuertatur ad Deum ex toto: ergo videtur, quòd nunquam debeant hominem dimittere.

Quod concedimus, & rationes ad hoc. Dicimus enim, quòd ſemper cuſtodit, quamuis non ſemper ſit circa eum, vt ſuprà dictum eſt.

Ad primum dicendum, quòd eſt duplex obſtinatio, ſcilicet ſecundum habitum, quando quis complacet ſibi in peccato: & ſecundum actum, quando cogitat de non pœnitendo: & ab vtroque poteſt aliquis abſtrahi dũ eſt in via: & ſi etiam non ex toto abſtrahatur, poteſt tamen fieri, ne ruat in multa facinora: & ideò non eſt ſibi relinquendus ſine cuſtode.

Ad ſecundum dicendum, quòd illa derelictio non eſt quantum ad cuſtodiam a peccato, ſed quantum ad dominium poteſtatis Babylonis ſuper alias gentes, quod fuit promotum miniſterio Angelorum.

Ad tertium dicendum, quòd medicus relinquit deſperatum: quia in ipſum poteſt cadere opinio de ignorantia, vel negligentia: vnde in hoc prouidet famæ ſuæ: talis autem opinio non poteſt eſſe de Angelo: & ideò non eſt ſimile.

Ad quartum dicendum, quòd Deus derelinquit, exponendo tribulationibus: & ſic etiam derelinquunt Angeli, non quantum ad cuſtodiam à peccato.

Ad quintum dicendum, quòd dicitur deſtruenda cuſtodia Angelorum, quia deſtruebantur ab adiacentibus populis, & non à cuſtodia à peccato.

CIRCA quartum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Angeli doleant de damnatione eorum quos cuſtodiunt. Iſaiæ enim 33. dicitur: Angeli pacis amarè flebunt. Ad minus ergo oportet, quòd ad modum flentium ſe habeant: ergo videtur, quòd doleant. E Dubium 4.

2 Ad idem, Diligens aliquem ex affectu, dolet de damno eius: Angeli autem maximo affectu nos diligunt: ergo dolent de perditione noſtra.

3 Ad idem, Fidelis cuſtos dolet de perditione cuſtoditi: ſed Angeli ſunt fideliſſimi: ergo videtur, quòd doleant.

4 Ad idem, Sicut dicit Tullius & etiam Philoſophus, Amicorum eſt idem velle & idem nolle, & participare inuicem in gaudiis & triſtitiis: ergo cum Angeli ſint fideliſſimi amici, videtur quòd contriſtentur in triſtitiis noſtris.

Ad oppoſitum. Dolere miſeriæ eſt: ſed ſicut dicit Bernardus, Nemo ſimul poteſt eſſe felix & miſer. Cum igitur ſint felices, non poſſunt dolere de aliquo.

2 Ad idem, Super illud Luc. 16. Chaos magnum firmatum eſt, dicit Gloſſa, quòd per diuinam iuſtitiam hoc eſt, quòd ſancti non doleant de pœnis damnatorum: ergo videtur, quòd nec Angeli, cum ſint beati.

Quod concedimus, & rationes ad hoc. Dicimus tamen, quòd vellent eos quos cuſtodiunt, non damnari: ſed ob hoc non dolent, quia non ſunt capaces triſtitiæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd illud ad literam intelligitur de Sobna ſcriba & de aliis nuntiis quos miſit Ezechias ad Rapſacem principem

ẽipem exercitus Aſſyriorum, qui fleuerant ſuper minis eius. Si tamen de Angelis intelligi debeat, tuoc dicendum, quòd non ſe habent ad modum fleotium, eò quod doleaot, ſed quia vellent eos ſaluari qui damnentur.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet diligant ex affectu, non tamen dolent: quia noo ſunt capaces doloris. Et ſimiliter dicendum ad alia.

F Dubium 5. Circa qointum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Antichriſtus oon habeat Angelum ad ſui cuſtodiam. Chriſtus enim qui eſt caput omnium bonorum, oon haboit: ergo nec Antichriſtus qui eſt caput omnium malorum, vt videtur.

2 Ad idem, 2. Theſſalo. 3. dicit Apoſtolus: Dominus Ieſos deſtruet eum cuius omnis operatio eſt ſecundum actum ſathanæ. Ergo nulla operatio ſecundum actum Angeli, cum ſint actus contrarij: ergo fruſtrà haberet.

3 Præterea, Duplex eſt caput malorum, ſcilicet diabolos & Antichriſtus: ſed primum impugnauerunt ſemper Angeli, vt dicitur Apoc. 12. Factum eſt prælium magnum in cælo, &c. ergo & ſecundum impugnabunt, & oon cuſtodient.

3 Ad idem, Sicut dicit quædam Gloſſa ſuper Danielem, Antichriſtus ad vtero matris erit in poteſtate diaboli, & ſubminiſtrabit ſibi fomentum: ergo nunqoam videtor, quòd ſit in cuſtodia Angelorum.

Ad oppoſitum. Lex communis propter vnum non debet infringi: ſed hæc eſt lex commonis, vt vnaquæque anima habeat vnum Angelum bonum & voum malum, vt ait Gloſſa Hieronymi Math. 18. ergo videtur, quòd etiam Antichriſtus.

2 Ad idem, Coſtodia Angelorum eſt quædam gratia quam Deos facit homioi inquantum homo: cum igitur Antichriſtus ſit homo, videtur quòd nec ipſe priuetur.

Quod concedimos, & etiam rationes ad hoc.

Ad primum dicendum, qoòd non eſt ſimilis ratio de Chriſto: quia Chriſtus non ſolum fuit viator, ſed etiam comprehenſor: & ratione vnionis fuit diſpenſator omnium cuſtodiarum: Antichriſtos autem erit purus viator.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet nihil operetur ſecundum actum Angeli, habebit tamen Angelum cuſtodem ad oſtenſionem iuſti iudicij contra ipſum.

Ad tertiũ dicendom, quòd ſicut dicit Damaſcenus, idẽ eſt caſus Angelo quod mors homini. Vnde ſicut poſt caſum diabolus impognatur ab Angelis, & non cuſtoditur: ita etiam homo poſt mortem: ſed donec ſunt in vita, non eſt ſimilitudo: quia pœnitere poſſont.

Ad quartum dicendum, ſicut ad ſecundum.

6. Et hoc autem tuam ſummè ſacerdotalem intelligentiam admonebimus, quia & Pharaoni apud ipſos Ægyptios imperante Angelo, & Babyloniorum principi præſide proprio, omnium prouidentia, & dominationis prouidum & poteſtatiuum, ſecundum viſiones diſtributum eſt, & gentibus illis veri Dei miniſtri duces ſtatuti ſunt, formationum ab Angelis viſionis manifeſtatione Angelorum, continuò ſacris viris Daniel & Ioſeph ex Deo per Angelos reuelatæ. Vnum enim eſt omnium principium & prouidentia: & nullo modo æſtimandum Iudæos quidem pleniter duxiſſe diuinitatem. Angelos autem ſpecialiter aut æquè honorabiliter, aut oppoſitis, aut deos quoſdam alteros imperare aliis gentibus. Sed & eloquium illud ſecundum ipſam ſacram intelligentiam accipiẽdum, non vt partiente Deo cum aliis diis, aut Angelis noſtrum ducatum Iſrael in gentis principatum & gentis ducatum contenro. Sed vt ipſa quidem vna ſimul omnium excelſa prouidentia, omnes homines ſalutariter propriorum Angelorum reſtitutoriis manuductionibus diſtribuente, ſolo ferè vltra omnes Iſrael in veri Dei illuminationem & cognitionem conuerſo. Vnde Theologia quidem ſeipſum poſſediſſe Iſraëlem in veri Dei famulatum ſignificans, Facta eſt portio Domini, Deut. 32. ait. Oſtendens autem & cum cæteris gentibus diſtribuiſſe cuidam ſanctorum Angelorum in cognoſcendum per eum vnum omnium principium, Michaëlem dixit Iudaicum duxiſſe populum, apertè nos edocens, vnam eſſe omnium prouidentiam, ſimul omnibus inuiſibilibus & viſibilibus virtutibus ſupereſſentialiter ſupercollocatam: omnes autem per ſingulas gentes imperantes Angelos in ipſum vt proprium principium ſequentes voluntate eſſentiali quaſque virtutes extendere.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Et hoc autem tuam ſummè ſacerdotalem, &c.

A IN hac parte confirmat ſolutionem immediatè inductam. Et diuiditur in duas partes. In prima confirmat ſolutionem per exempla ſacræ Scripturæ. In ſecunda obiicit in contrarium, & ſoluit, ibi, *Sed & eloquium, &c.* Litera ſic legatur. Diximus, quòd etiam in aliis gentibus aliqui reducti ſunt per Angelos, ſicut Melchiſedech. *Autem*, id eſt, ſed nos *admonebimus tuam ſacerdotalem ſummè intelligentiam, quia* ſacerdotes ſupra alios oportet intelligentes eſſe, *hoc*, id eſt, ad hoc, quia *prouidum dominationis*, id eſt, prouiſa dominatio ſuper alias gentes, & ſimiliter prouidum *poteſtatiuum*, id eſt, prouiſa poteſtas, *diſtributum eſt ſecundum viſiones*, quibus reuelatum eſt eis à *prouidentia omnium*, ſcilicet diuina. Diſtributum dico, *&*, id eſt, etiam *apud Ægyptios ipſos Pharaoni imperante*, id eſt, illuminante *Angelo*, vt legitur Gen. 41. *&* etiam eſt diſtributum *principi Babyloniorum*, ſcilicet Nabuchodonoſor *proprio præſide*, id eſt, per Angelum qui illius regni præſes erat, vt legitur Danie. 2. de viſione Nabuchodonoſor, *& miniſtri veri Dei*, non falſorum, ſed Angeli *ſunt ſtatuti* à Deo *duces illis gentibus*, duces dico *formationum*, id eſt, reuelationum *viſionis* ſacræ *ab Angelis*, id eſt, illuminationis: & hoc dico *continuo reuelata manifeſtatione Angelorum*, id eſt, quæ per Angelos Pharaoni & Nabuchodonoſor factæ fuerunt. Reuelatę dico *ex Deo ſacris viris*, ſcilicet Danieli, quoad viſionem Nabuchodonoſor, *& Ioſeph*, quoad viſionem Pharaonis: & ideò reuelatæ ſunt etiam aliis gentibus. *Enim*, id eſt, quia *vnum eſt principium omnium* Deus *& vna prouidentia* omnium populorum: & ideò *nullo modo æſtimandum eſt quidem*, id eſt, certè *Iudæos pleniter duxiſſe diuinitatem*, id eſt, habuiſſe totam cognitionem de Deo, ita quòd aliis nihil de hoc ſit reuelatum. *Autem*, id eſt, ſed non eſt æſtimandum Angelos præfectos aliis gentibus *ſpecialiter*, id eſt, partialiter vel imperfectè reſpectu Iudæorum: *aut* etiam *æquè honorabiliter* ipſis Iudæis habuiſſe cognitionem de Deo, cum multi melius cognouerunt, *aut* quod non reuelauerint gentibus Deum *vt oppoſitis* id eſt, inimicis ſibi, vel ipſis oppoſitis dicatur vt nollent eum manifeſtare, *aut* non eſt æſtimandum *deos quoſdam alteros* à vero Deo *imperare gentibus aliis* à Iudæis, cum ſit vnus Deus omnium.

DVBIA.

B HIC SVNT duo dubia. Primo, Vtrum Angeli poſſint illuminare homines ſecundum intellectum. Secundò, An tantum ſanctos illuminent intellectuali viſione, alios verò ſecundum phantaſiam, vel ſenſibili viſione.

Dubium 1. CIRCA primum ſic proceditur. Æqualia non imprimunt ſibi inuicem ſecundum quod huiuſmodi: ſed ſicut dicit Auguſt. homo eſt æqualis Angelo ſecundum intellectum: ergo ſecundum intellectum non poteſt eum illuminare.

2 Ad idem, Intellectus noſter, vt dicit Philoſophus, incipit à phantaſmate: cum igitur illuminatio debeat fieri ſecundum analogiam illuminandi, videtur quòd per phantaſticas viſiones vel ſenſibiles illuminetur homo ab Angelis.

3 Ad idem, Duobus illuminatis reſpondent duo illuminantia: ſed cum duo ſint illuminata, ſcilicet intellectus & phantaſia, & duo illuminantia, ſcilicet Deus & Angelus, videtur quòd ſuperius illuminatum, ſcilicet intellectus illuminetur tantum à ſuperiori illuminante, ſcilicet Deo, & ita non ab Angelis.

4 Ad idem, Sicut dictum eſt in primo cap. Impoſſibile eſt nobis aliter lucere diuinum radium niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum. Velamina autem hæc non ſunt ſecundum intellectum, ſed ſecundum ſenſibilia ſymbola. Ergo videtur, quòd Angeli nunquam illuminent nos niſi transfundendo diuinum radium in imaginaria vel ſenſibili viſione.

5 Præterea, Maximis ſanctis in Veteri & Nouo Teſtamento factæ ſunt tales viſiones, ſicut Abraham & Moyſi: ergo videtur, quòd nullo modo aliter poſſint fieri.

Ad oppoſitum in litera dicitur, quòd ſit reuelata manifeſtatio ſanctis per Angelos: hæc autem non eſt niſi intellectualis, quia imaginaria velata eſt ſymbolis: ergo videtur, quòd Angelus illuminat intellectuali viſione.

2 Ad idem, Auguſt. dicit, quòd ſola intellectualis viſio facit Prophetam: cum igitur Prophetæ in reuelationibus per Angelos ſint conſtituti, videtur quòd illuminentur intellectuali viſione.

Ad idem, Sicut dicitur Exo. 33. Loquebatur ore ad os Moyſes cum Deo. Dicit ibi Gloſſa, quòd vidit altiſſima viſione quæ poſſibilis eſt viæ: hæc autem eſt intellectualis: cum igitur tota illa viſio facta ſit per Angelos, vt ſupra habitum eſt, videtur idem quod prius.

4 Ad idem, Auguſt. dicit ſuper Geneſ. ad literam, quòd Angeli miris modis imprimunt conceptus ſuos in animas noſtras: ergo poſſunt illuminare intellectum.

Solutio. Dicimus, quòd Angeli poſſunt illuminare intellectum noſtrum & phantaſiam, ita tamen quod reuelatio in ſanctis incipit ab imaginatione, & terminatur in intellectu: in aliis verò non peruenit ad hoc. Et concedimus rationes ad hoc.

Ad primum ergo dicendum, quòd Angelus eſt æqualis homini ſecundum intellectum quantum ad finem beatitudinis, ſuperior tamen ſimpliciter, cum homo recipiat bonum intellectuale permixtum, quod in Angelis eſt purum. Vnde dicit Commentator ſuper Ethic. quòd homo eſt intellectualis participatione tantum, rationis verò ſimpliciter.

Ad ſecundum dicendum, quòd cognitio hominis incipit à phantaſmate, & terminatur ad intellectum: & ſecundum hanc viam poteſt etiam illuminari ab Angelis, cum non ſufficiat ad abſtractionem omnium ſpecierum lumen intellectus agentis, niſi adiungatur lumen angelicum vel diuinum.

Ad tertium dicendum, quòd Angelos non illuminat

illuminat virtute propria, ſed virtute diuini luminis: & ideò ordinatur ad idem illuminatum.

Ad aliud verò dicendum ſicut ad ſecundum.

C Dubium 2. CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd omnes illuminentur ab Angelis ſecundum intellectum ſicut ſancti: omnes enim æqualiter habent intellectum: cum igitur illuminatio fiat ſecondum facultatem recipientium, videtur quòd omnes ſecundum intellectum illuminentur.

2 Ad idem, Infideles plus iodigent illuminatione quam ſancti: ſed vbi maior indigentia, magis eſt ſuboeniendum: ergo eis magis debet fieri intellectualis viſio. Si dicatur, quòd non ſunt diſpoſiti. Contra: Habent diſpoſitionem naturalem, & illa noo eſt priuata per peccatum.

3 Præterea, Philoſophus dicit, quòd anima rationalis eſt ſtramentum intelligentiæ: quia per ipſam imprimit in verum. Omnes autem habent animam rationalem. Ergo omnes poſſunt recipere impreſſiooes intellectuales Angelorum.

Solutio. Dicimus, quòd illuminatione naturali omnes æqualiter illuminantur per Angelos ſecundum intellectum, ſed ſecundum gratuita ſoli ſancti, quia alij efficiuntur indiſpoſiti per peccatum. Et per hoc patet ſolutio ad omnia præter ſecundum. Ad quod dicendum, quod magis ſubuenitur infidelibus dum per ſanctos eorum defectus reuelatur: quia per imaginariam viſionem excitantur ad timorem, & per hoc reducuntur per ſanctos in intellectuale, & oſtenditur eis quos imitari debeant.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sed & eloquium, &c.

D HIc ſoluit quod contra prędicta poſſet obiici. Dixerat enim, quòd non eſt æſtimandum deos alios imperare aliis gentibus. Sed contra hoc videtur eſſe quod Moyſes in Cantico dicit. Pars autem Domini populus eius. Videtur enim per hoc quod diſtributis aliis populis, aliis diis, aut Angelis, ſibi in partem retinuerit populum Iſraël. Et ad hoc ſoluens dicit, quòd hoc dictum eſt: quia vltra alios in Deum ſint reducti. Per hoc autem quod genti Iudæorum præfecit aliquem Angelum, datur intelligi, quòd ipſe non ſingulariter eius curam habeat, ſed de omnibus populis, diſtribuendo ſingulis Angelos. Litera ſic conſtruitur. Diximus, quòd non imperabant alij dij gentibus, *Sed &*, id eſt etiam *illud eloquium*, Moyſi, quod videtur contra hoc eſſe, *accipiendum eſt*, id eſt, exponendum *ſecundum ipſam*, quam diximus, *ſacram intelligentiam*, *non vt* hoc ſit dictum, *Deo non partiente cum aliis Angelis aut diis noſtrum ducatum*, & ipſo Deo *conuento*, vt in ſua ſorte *in principatum gentis Iſraël & ducatum* eiuſdem gentis, ita quod ſit princeps tantum illius gentis, & alij aliarum. *Sed* intelligendum eſt *vt*, id eſt, ſicut *ipſa excelſa prouidentia* & diuina *vna omnium* hominum *ſimul*, id eſt, ſimiliter: hoc dico *diſtribuente omnes homines ſalutariter*, id eſt, ad ſalutem, *manuductionibus*, id eſt, ducatibus ſiue cuſtodiis *reſtitutoriis*, id eſt, quibus reſtituuntur in Deum, *Angelorum propriorum*, id eſt, ſigillatim vnicuique præfectorum: & hoc fit *ſolo* populo *Iſraël conuerſo in illuminationem & cognitionem veri Dei, ferè vltra omnes*. Hoc dicitur propter perfectiſſimos qui fuerant in aliis gentibus, ſicut Iob & Melchiſedech. *Vnde* quia ſcilicet Iſrael eſt magis reductus, licet non ſolus, *Theologia*, id eſt, ſacra Scriptura, *quidem ait*, *Facta eſt portio Domini* ſupple Iſraelis *ſignificans ſeipſum*, ſcilicet Deum *poſſediſſe Iſrael in famulatum veri Dei*, maximè *autem*, id eſt, ſed Theologia *oſtendens*, *&*, id eſt, etiam *eum*, ſcilicet Deum *diſtribuiſſe cæteris gentibus* Angelos, ita quod *cuidam ſanctorum Angelorum* aſſignat vnam gentem *in cognoſcendum*, id eſt, vt gens illa cognoſcat *per eum*, ſcilicet Angelum, *vnum principium omnium*, ſcilicet Deum. Scriptura dico hóc oſtendens, *dixit Michaëlem duxiſſe Iudaicum populum*, id eſt, fuiſſe ducem Iudaici populi. Dan. 10. Vel ſic Deus *oſtendens eum*, id eſt, ſe *diſtribuiſſe cæteris gentibus* Angelos, *dixit*, id eſt, imperauit *cuidam ſanctorum Angelorum*, ſcilicet Michaeli, *duxiſſe*, id eſt, vt duceret Iudaicum populum, vt ſupra. Deus dico vel Scriptura per hoc *nos apertè edocẽs vnam prouidentiam eſſe omnium*, ſcilicet diuinam, *ſupercollocatam*, quia regit ſine mixtione ſui, *ſupereſſentialiter*, quia eſt ſuper omnem eſſentiam, *omnibus virtutibus ſimul viſibilibus & inuiſibilibus*: *autem*, id eſt, ſed edocens *omnes Angelos imperantes per ſingulas gentes extendere*, id eſt, educere quaſque virtutes ſcilicet cuiuſlibet gentis *voluntate eſſentiali*, id eſt, naturali, quia ſine coactione, quod eſt naturale nobis. Extendere dico *in ipſum* ſcilicet Deum vt proprium principium vniuſcuiuſque: & hoc faciunt *ſequentes* actionem eius vt primi agentis.

CAPVT X.

Synagoga angelicæ ordinationis repetitio.

ANNEXA eſt itaque ſic ipſa quidem honorabiliſſima circa Deum animorum diſpoſitio, ex perfectiua illuminatione ordinata immediatè in eam aſcendendo, occultior & manifeſtior diuinitatis illuminatione, purgatur, illuminatur & perficitur. Occultior quidem tanquam inuiſibilior & magis ſimplificata & vnificata. Manifeſtior verò, vt ante data, & primò lucet, & vniuerſalior & magis in eam (vt oportet) forma effuſa. Ab ipſa autem iterum proportionaliter ſecunda, & à ſecunda tertia, & ex 1

tertia ſecundum nos hierarchia, ſecundum ipſam bene ornantis ordinationis legem, in harmonia diuina & analogia, ad ſimul omnis boni ornatus ſuperprincipale principium & conſummationem hierarchicè reducitur. Manifeſtatores autem ſunt & Angeli eorum qui ante ipſos ſunt. Ipſi quidem honorabiliſſimi Dei mouentis: proportionaliter autem cæteri ex Deo motorum. Tantum enim omnium ſupereſſentialis harmonia, vnicuique rationalium & intellectualium ſacro ornatu & ordinata ductione præuidit, quantum ipſe hierarchiarum vnuſquiſque ordo ſacrè & decenter poſitus eſt.

DIVISIO TEXTVS.

Connexa eſt itaque ſic ipſa quidem honorabiliſſima, &c.

A Determinatis his quæ pertinent ad vnamquamque hierarchiam per ſe, determinat de his quæ coniungunt eis communiter, ſcilicet de connexione earum. Vnde iſtud capitulum eſt de conſequentibus hierarchiam ſecundum ſe, ſequentia verò quatuor de conſequentibus hierarchiam ſecundum ea quæ traduntur in hierarchia. Diuiditur autem hoc capitulum in partes quatuor. In prima determinat de connexione omnium hierarchiarum in connexione ad vnum principium, & actu manifeſtationis vno. In ſecunda de connexione trium ordinum in hierarchia vna, ibi, *Et omnem hierarchiam.* In tertia de connexione perſonarum & ordine vno, ibi, *Sed & ipſam per ſingulas.* In quarta de connexione virtutum in vna perſona, ibi, *Addiderim etiam.* Prima diuiditur in partes duas. In prima repetit ſub compendio quæ dicta ſunt de diſtinctione trium hierarchiarum: quia artificialiter non quæritur connexio niſi inter diſtincta. In ſecunda ponit connexionem earum, ibi, *Secundum ipſam bene ordinantis.* Vnde etiam in titulo dicitur, Repetitio & ſynagoga angelicæ ordinationis. Item circa primum ponit diſpoſitionem trium hierarchiarum, ſecundum quæ poteſt diuidi pars prima.

DVBIA.

B Hic svnt duo dubia. Primò, Vtrum omnis hierarchia habeat connexionem aliquam. Secundò de his quæ ponit circa diſpoſitionem hierarchiarum.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non omnes ſint connexi ad inuicem: quæ enim diſtinguuntur ſecundum aliquid, ſecundum idem non connectuntur: cæleſtes eſſentiæ diſtinguuntur in hierarchia & ordine: ergo videtur, quòd in his non connectantur.

2 Ad idem, Eorum quæ connectuntur materia vna, eſt vna capacitas reſpectu illius: ſed non omnium eſt capacitas, vt ſuprà dictum eſt: ergo non connectuntur in vnum.

3 Ad idem, Quorum non eſt vnum opus & officium, non connectuntur: ſed diuerſi habent diuerſa officia: ergo, &c.

4 Ad idem, Vnitas accidentis, ſecundum Philoſophum, reducitur ad aliquam vnitatem eſſentiæ: ſed Angeli non connectuntur ſibi in eſſentialibus, cum quidam à quibuſdam differant genere vel ſpecie, & ita non connectuntur in aliquo accidentali, & ita in nullo connectuntur.

5 Ad idem, Secundum ea per quæ eſt contradictio, non eſt connexio aliquorum: ſed ſecundum illuminationes contradicunt ſibi, vt dicitur Dan. 10. ergo illuminationibus in quibus maximè videtur, non connectuntur.

6 Ad idem, Quorumcumque eſt connexio, eſt aliquid commune: ſed non eſt inuenire aliquid commune omnibus hierarchiis, cum differant in hierarchia & ordine & conſequentibus: ergo in nullo connectuntur.

Ad oppoſitum, Quorum ordo ad vnum eſt, vna eſt ratio illius ordinis: ſed omnes hierarchiæ ordinantur ad vnum principium, ſcilicet ad Deum, quia quælibet eſt deiforme ſimilans, vt in diffinitione communi dictum eſt: ergo eorum eſt ratio vna, per quam formaliter ordinantur ad vnum: ergo in illo connectuntur.

2 Præterea, Sicut eſt ordo in operationibus, ita etiam in operantibus: ſed ſicut ait Apoſtolus 1. Corinth. 12. Diuiſiones operationum ſunt, idem autem Dominus omnium, ad cuius ſcilicet dominium omnes reducuntur: ergo & operantia reducuntur ad aliquod vnum: in illo ergo connectuntur.

3 Præterea, Sicut ſe habent intelligentiæ mouentes ad motum, ita & Angeli miniſtrantes ad miniſterium: ſed omnes intelligentiæ mouentes connectuntur adinuicem ſecundum actum primi motoris, quia idem eſt ſemper actus mouentis moti in virtute primi motoris: ergo & in ordine miniſtrantium connectuntur ſibi illuminatione vna prima.

4 Præterea, Omnia mota connectuntur adinuicem ſecundum actum primi motoris, quia idem eſt ſemper actus mouentis & moti: ergo eadem ratione ad omnia illuminata connectuntur ſibi in lumine primo.

Solutio. Dicimus, quòd ſicut in intellectuali lumine vltimum recipit ſplendorem primi mediante ſecundo, ſicut terra recipit à ſole mediante aëre, & ideò hæc tria connectuntur in vno lumine, ſed ex parte recipientium, quæ ſunt diuerſæ diſpoſitionis, eſt diſtinctio luminis: ita etiam à Deo non deſcendit aliquod lumen in inferiores niſi per medios, aut ſecundum actum, quando illuminant vltimos, aut ſecundum habitum, quando vltimi illuminantur à primo immediatè: tunc enim mediis etiam de eodem infunditur illuminatio eminentius, vt poſſint alios de hoc illuminare: & ideò omnes

omnes in vno lumine deſcendente à primo per media omnia in vltima connectuntur: nec oportet quærere continoitatem aliquam, niſi ordinis tantum, qui tantum facit in ſpiritualibus ſicut continuitas in corporalibus. Licet etiam ſic connectantur in vno lumine, tamen ſecundum illud diuerſimodè perficiuntur ſecundum diuerſitatem capacitatis eorum, ſicut eandem doctrinam quidam recipit per modum demonſtrationis, quidam per modum inductionis, alius per auctoritatem. Et cõcedimus rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd diſtinctio eorum in hierarchia & ordine eſt à diuerſa capacitate recipientium idem lumen diuerſimodè: & ex hac parte non connectuntur. Et ſimiliter dicendum ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd in diuerſis officiis & operantibus eſt lumen dirigens quo reguntur, & in quo connectuntur.

Ad quartum dicendum, quòd in omnibus eſt vna natura ſpiritualis per analogiam, ſecundum quam ſunt capaces diuini luminis hoc vel illo modo, ſicut etiam natura diaphani eſt in pariete vt in termino, & in aëre ſecundum peruietatem, & in ſole ſecundum actum lucendi: & ſic connectuntur etiam in eſſentiali.

Ad quintum dicendum, quòd illuminationes non ſunt cauſa contradictionis, licet circa eas ſit contradictio, quando ab vno habentur, & ab alio non: & per eas fit concordia, vt dicitur Iob. 25. Qui facit concordiam in ſublimibus.

Ad ſextum dicendum, ſicut ad primum.

C Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur

Dubium 2. inconuenienter dicere, quòd diſpoſitio prima eſt occultior & inuiſibilior. Aut enim intelligit de viſione exteriori, & ſic omnes æqualiter ſunt inuiſibiles, quia priuatio non ſuſcipit magis & minus: aut intelligit de viſione intellectuali, & ſic nulla eſt inuiſibilis, eò quod lumen quod in omnibus recipitur, ſit intellectuale: ergo prima non debet dici inuiſibilior.

2 Item videtur, quòd non ſit ſimplificata: ſimplex enim non ſimplificatur, eò quod nunc ſit ſimplex: ſed illuminatio primi luminis eſt ſimplex, cum non habeat cauſam compoſitionis, ſicut habet illuminatio ſecundi à primo & ſecundo: cum ergo illuminatio primæ hierarchiæ ſit immediatè à primo lumine, videtur quòd non ſit ſimplificata.

3 Præterea, cap. primo dictum eſt, quòd per illuminationes angelicas reſtituimur in ſimplum radium, qui eſt diuini luminis radius, quo illuminatur prima hierarchia: ergo non videtur poſſe ſimplificari.

4 Præterea, Diffinitio ſimplicis eſt, quod non habet partem, & datur per negationem: nullius autem hierarchiæ illuminatio habet partem: ergo videtur ſimplicitas non poſſe appropriari primæ hierarchiæ, cum priuatio non recipiat magis & minus.

5 Item videtur, quòd male dicatur vnificata, cum ſit vna illuminatio & ab vno deſcendens.

6 Præterea videtur idem eſſe ſimplificata & vnificata & ita videtur ibi eſſe nugatio.

7 Item videtur, quòd non ſit manifeſtior, cum neque ſit manifeſtior quoad nos, cum ſit in ante data, neque ſecundum naturam: ſecundum idem enim non poteſt aliquid eſſe manifeſtius & occultius: dicta eſt enim occultior ſecundum naturam, quia ſimplicior: ergo ſecundum naturam non poteſt eſſe manifeſtior, & ſic nullo modo.

8 Item videtur, quòd non ſit ante data: cum enim non ſit ibi prioritas temporis vel loci, videtur quòd ſit ante ſecundum ordinem dignitatis, vel ſecundum ordinem naturæ. Sed non dicitur primò data dignitate: quia ex hoc non eſt aliquid vniuerſalius, quia eſt prius dignitate; quod tamen de ipſa ſubditur. Si autem eſt ante data natura, aut prioritate generis, & hoc non poteſt eſſe, quia ſic eſſet imperfectiſſima, quia quod ſcitur in vniuerſali, ſcitur imperfectè & in potentia: aut prioritate cauſæ, & hoc iterum non poteſt eſſe, quia oporteret, quòd primi illuminarentur ſecundum operationes inferiorum, vt cauſantes eas, & ſic eſſet confuſio actionum: ergo non eſt antè data.

9 Præterea videtur idem ſignificari per hoc quod dicit antè data & primò lucens: & ita videtur eſſe nugatio.

10 Item videtur, quòd non ſit primò lucens. Illa enim dicuntur lucere primò in intellectu, ſine quibus nihil poteſt ſciri, eis tamen ſcitis non neceſſe eſt ſcire aliquid aliorum, vt ſunt principia: & hæc cognitio eſt imperfectiſſima: ergo non videtur illuminatio primæ hierarchiæ eſſe primò lucens: ſic enim nihil cognoſcerent particularium.

11 Præterea, Vbi eſt primò & poſterius lucens, eſt ordo rationis in accipiendo: ſed talis ordo non eſt in Angelis, cum nobiliori modo accipiant, quia per theophanias: ergo non videtur, quòd ſit ibi illuminatio primorum primò lucens.

12 Item videtur, quòd non ſit vniuerſalior: cognitionem enim de Angelis oportet nos accipere per eorum cognominationes: ſed illi de vltima & media hierarchia ex nomine ordinum dicunt prælationem ſuper multa, vt Principes & Archangeli: illi verò de prima nominantur ab habitu, qui ſaluatur in vno, ſcilicet charitate vel ſcientia: ergo eorum illuminatio non eſt vniuerſalior.

13 Præterea, Cognitio vniuerſalior eſt minus certa, & magis indeterminata: ſed illuminatio primæ hierarchiæ facit cognitionem certiſſimam: ergo, &c.

14 Præterea, Nulla cognitio vniuerſalis eſt certa niſi determinetur per materiam vel per differentias: hæc autem non ſunt in prima hierarchia: ergo cum cognitio eius ſit perfecta, videtur quòd non ſit vniuerſalior.

15 Item, In omnibus hierarchiis eſt illuminatio ordinata ad actum: hæc autem eſt ſecundum quòd oportet: ergo non debuit ſpecialiter dici de prima hierarchia.

16 Præterea, Quod eſt eſſe ſecundum quod non oportet, eſt principium corruptionis: ſed in nulla hierarchiarum eſt principium corruptionis: ergo non eſt ibi forma ſecundum quod non oportet: & ſic contrarium non eſt proprium primæ.

17 Præterea, Quod eſt in vno, non effunditur: ſed forma omnis habet eſſe in vno: ergo impropriè dicitur effundi.

Solutio. Dicimus, quòd illa attribuuntur primæ hierarchiæ ſecundum quod maximè accedit ad primum, non quin aliæ participent illa ſecundum ſuum modum.

Ad primum ergo dicendum, quòd inuiſibilis dicitur non quantum ad viſum exteriorem, ſed quantum ad viſum intellectus. Et cum inuiſibile dicatur tribus modis ſecundum Philoſophum, ſcilicet quod nullo modo videtur, & quod eſt malè viſibile propter exceſſum luminis, & quod difficile videtur vt parum habens de lumine, dicitur hic inuiſibilis illuminatio propter abundantiam luminis: quia accipitur à prima hierarchia in ipſo fulgore diuino: & priuatio recipit magis & minus non per ſe, ſed ratione affirmationis quam conſequitur, quæ poteſt ſecundum magis & minus participari ſecundum acceſſum ad primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd non dicitur illuminatio ſimplificata per receſſum ab aliqua compoſitione, ſed per acceſſum ad vnum maximè ſimplex. His duobus modis dicitur aliquid ſecundum magis & minus vnum, non ſicut compoſitio in aliquam illuminationem: hîc tamen dicitur ſimplificata magis propter acceſſum ad vnum, ſupra quod fundatur negatio, quæ eſt non habere partem: ſic enim etiam punctus dicitur vnus ſimplex vnitate quam habeat. Et per hoc patet ſolutio ad duo ſequentia.

Ad quintum dicendum, quòd dicitur vniuocata actiuè: quia reducit ad vnum vniuocans.

Ad ſextum dicendum, quòd ſimplificata dicitur ſecundum quod exit ab vno, quia per hoc habet rationem compoſitionis: vniuocata verò dicitur ſecundum quod reducit in vnum.

Ad ſeptimum dicendum, quòd ſecundum naturam eſt manifeſtior & occultior, ſed diuerſa ratione. Eſt enim occultior ſecundum propinquitatem ad diuinum lumen, quod propter ſui altitudinem occultum eſt. Vnde de eo dicitur 1. Timo. 6. quòd lucem habitat inacceſſibilem. Eſt verò manifeſtior ſecundum maiorem participationem diuini luminis, quod licet in ſe occultum ſit, eſt tamen ratio & cauſa omnis manifeſtationis.

Ad octauum dicendum, quòd dicitur eſſe ante data prioritate cauſæ, inquantum illuminatio primi eſt cauſa illuminationis ſequentium: quia per primos illuminantur ſecundi ad ſuas operationes & illuminationes inferiorum, & ſunt in primis eminenter, in aliis verò ſecundum ſuam proportionem: & ideò non fit confuſio ordinum.

Ad nonum dicendum, quòd dicitur prius data, ſecundum quod propinquius accipitur à primo. Primò verò lucens, ſecundum quod irradiat ad manifeſtationem ſequentium.

Ad decimum dicendum, quòd hoc intelligitur de primo lucente incomplexo: primum enim incomplexum non facit ſcire, niſi addantur propria principia complexa. Sed de lucentibus incomplexis eſt è conuerſo: quoniam primum lumen eſt efficax ad notificandum quodlibet particulare, ſuper quod conuertitur: ſicut etiam in lumine ſolis manifeſtatur quodlibet viſibile.

Ad vndecimum dicendum, quòd rationis ordo eſt in primo lucentibus, quæ ſunt complexa, ſicut eſt ordo principiorum ad concluſiones: ſed in his quæ ſunt primò lucentia ſecundum acceſſum ad primum lumen, eſt via cognoſcendi per theophanias.

Ad duodecimum dicendum, quòd dicitur eſſe illuminatio primorum vniuerſalior, non ſicut per abſtractionem, ſed per modum artis, (qui eſt modus compoſitionis. Forma enim artis dum eſt in artifice, eſt communis ad quodlibet artificiatum illius ſpeciei, ſicut ad quamlibet domum forma domus: ſed quando iam recipitur in materia, efficitur ſingularis: & quantò eſt prior artifex, forma ſua eſt magis communis, licet apud vltimum ſint multipliciores formæ. Sicut ponentes intelligentias mouere cælum (per quarum motum ſecundum diuerſitatem ſitus eſt tota diuerſitas generabilium) dicunt formas omnium inferiorum eſſe apud intelligentias, ſicut artificiata apud artificem: & licet motor orbis lunæ, qui eſt inferior, habeat plures rationes apud ſe, ſecundum quod cognoſcit proportionem motus ſui ad omnes ſuperiores, motor verò ſolis pauciores, quia deficiunt proportiones quæ ſunt inferiorum ad ipſum, ſunt tamen formæ eius habentes ſecundum virtutem omnes illas quæ ſunt in inferioribus, & ideò ſunt vniuerſaliores. Similiter illuminatio primæ hierarchiæ habet virtute in ſe omnes quæ multiplicantur in inferioribus, & ideò vniuerſalior eſt. Et per hoc patet ſolutio ad duo ſequentia, quæ procedunt de vniuerſali abſtractionis.

Ad quintumdecimum dicendum, quod dicitur hic illuminatio ſecundum quod oportet, non ſecundum ordinem ad actum, ſed ſecundum quod forma magis infuſa eſt in vna ratione formæ, ſecundum quod magis eſt ſimplex per acceſſum ad vnum primum: nec tamen dicitur, quòd in aliis ſit ſecundum quod non oportet. Et per hoc patet ſolutio ad ſequens.

Ad vltimum dicendum, quòd forma naturalis non eſt niſi in vno, & ideo propriè non poteſt dici effundi. ſed de forma rationis, de qua hîc loquitur, aliter eſt: quia ſicut coloris ſpecies defertur per lumen ad viſum, ita etiam per lumen intellectus agentis defertur ſpecies cognitionis, quæ eſt intentio rei, ad animam, & ſimiliter etiam per lumen diuinum, & ideò dicitur effundi. Vel dicendum aliter, quòd ſicut quidam dicunt, forma cognitionis eadem eſt in re & in omnibus cognoſcentibus: quia vnuſquiſque cognoſcit veràm quidditatem rei qua res habet eſſe: hoc enim eſt obiectum intellectus: & ideò quia in pluribus eſt, dicitur effuſa. Sed tamen intelligendum eſt, quòd non eſt eadem forma ſecundum eſſe quod habet in anima in qua eſt per modum accidentis vt intentio quædam, & ſecundum eſſe quod habet eſſe in re, prout eſt ſubſtantia rei: eſt tamen eadem in ratione ſubiecti: quia id quod perficit eſſe rei, eſt extra obiectum cognitionis apud omnes cognoſcentes rem illam.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. Itaque vt patet ex prius D
determinatis *ipſa quidem honorabiliſſima*, id eſt, prima *diſpoſitio*, id eſt, hierarchia, *animorum*, id eſt,

eſt, intellectuum, ſcilicet Angelorum exiſtentium circa Deum, *eſt connexa* ad alias, *ſic*, id eſt, tali diſpoſitione propria ſibi, *ex perfectiua illuminatione ordinata* ſupra alios, ſcilicet diuina, *aſcendendo immediatè in eam*, ſcilicet illuminationem diuinam, & ſic ipſa *purgatur*, *& perficitur*, *& illuminatur illuminatione diuinitatis*, immediatè exiſtens, *occultior* alijs ſecundum propinquitatem ad inacceſſabilem lumen, *& manifeſtior* ſecundum participationem luminis diuini quæ eſt omnis cognitionis principium. *Occultior quidem* eſt prima diſpoſitio *tanquam inuiſibilior* propter abundantiam luminis, *& magis ſimplificata*, ſecundum quod exit immediatè à primo ſimplici, *&* magis *vnificata*, ſecundum reductionem in vnum. *Manifeſtior verò* eſt quantum ad ſuam illuminationem, *vt antè data*, ſecundum quod eius illuminatio immediatè à primo accipitur, *& vt primò lucens*, prout diffunditur ſuper ſequentia, *& vt vniuerſalior*, ſecundum quod habet vnitè ea quæ ſunt inferiorum multipliciter; *& magis effuſa*, ſcilicet à primo in eam per lumen diuinum delata, *forma* cognitionis, *vt oportet*, id eſt, ſecundum naturam formæ, quæ conſiſtit in ſimplicitate & actualitate. *Ab ipſa autem*, ſcilicet prima diſpoſitione reducitur *iterum ſecunda proportionaliter* ſibi, & hæc eſt diſpoſitio eius propria, vt reducatur per primam, *& à ſecunda* reducitur *tertia*, & ex *tertia quæ* vltima eſt in cæleſtibus, reducitur hierarchia *ſecundum nos*, id eſt, humana: & hoc fit *ſecundum legem* ipſam diuinæ *ordinationis bene ornantis* omnia, id eſt, decenter donis perficientis, quæ eſt per prima media, & per hæc media vltima reducere. Reducitur dico hierarchicè *ad principium ſuperprincipale*, ſcilicet Deum, qui ſupereminenter eſt cauſa *omnis ſimul* accepti *boni ornatus & ad conſummationem hierarchiæ*, ſcilicet Deum, quia ab ipſo & in ipſo ſunt omnia: & hoc fit *in harmonia diuina* actiuè, qua Deus quadam proportionata ordinatione diſponit omnia, & ſimiliter *in analogia* propria vnicuique quantum ad vnum principium & finem. Vnde non ſimiliter, ſed proportionaliter omnia ordinantur. Et dicitur harmonia, ſecundum quod diuerſæ capacitatis perfectæ ſunt differentibus donis. Analogia verò ſecundum diuerſam proportionem capacitatis in ſe. Et hoc eſt primum in quo connectuntur, ſcilicet in ordinatione ad principium & finem vnum. Deinde ponit ſecundum in quo connectuntur omnes, ſcilicet in actu manifeſtandi per modum quo effectus manifeſtat cauſam: vnde hoc conſequitur ex primo. Dicit ergo: Non ſolum connectuntur in ordine ad principium vnum, *autem*, id eſt, ſed *omnes ſunt manifeſtatores*, ſicut ferrum ignitum manifeſtat ignem, *&*, id eſt, etiam *Angeli*, non ſolum homines ſunt manifeſtatores *eorum quæ ſunt antè*, id eſt, ſupra ipſos, per quos illuminantur. Et *ipſi quidem honorabiliſſimi*, qui ſcilicet ſunt in prima hierarchia, ſunt manifeſtatores *Dei mouentis* omnes illuminando: *cæteri autem*, ſcilicet inferiores ſunt manifeſtatores primorum motorum *ex Deo* per illuminationes *proportionaliter* ſibi: cum enim non manifeſtent primos niſi ſecundum quod participant lumen primorum, non perfectè manifeſtant: & ideò dico proportionaliter. *Enim*, id eſt, quia *ſupereſſentialis harmonia omnium actiuè*, id eſt, Deus, qui omnia in quadam proportione ordinat, *tantum prouidit vnicuique rationalium*, id eſt, hominum, *& intellectualium*, id eſt, Angelorum, *ſacro ornatu*, id eſt, in collatione donorum ornantium, *& ordinata ductione*, id eſt, reductione, vt ſcilicet poſſet reducere alium vel reduci *quantum vnuſquiſque ordo hierarchiarum eſt poſitus*, id eſt, diſpoſitus in gradu ab ipſo Deo, *ſacrè*, quia circa ſacra dona & actiones, *& decenter*, id eſt, ſecundum proportionem vniuſcuiuſque.

DVBIVM.

Sed hic eſt dubium, vnde ſit hæc diuerſa ratio ordinis cui proportionaliter prouidit Deus. Et videtur, quòd non ſit ex parte ipſius Dei, cum ipſe vno modo ſe habeat & ſit vnum ſimplex: tale autem natum eſt vnum facere. E

2 Item nec videtur eſſe ex materia: quia ſpiritualia materia carent ſecundum Boëtium, & ita ſecundum hoc omnia erunt eiuſdem poſitionis.

3 Item, Mathematica (quæ ſunt ſeparata ſecundum rationem tantum) ſunt eiuſdem ordinis in ſimplicitate: ergo videtur, quòd etiam ſpirituales ſubſtantiæ ſeparatæ per eſſe & rationem.

4 Præterea, In nobis eſt diuerſa diſpoſitio intellectus ex diuerſa commixtione contrariorum. Vnde dicit Philoſophus, quòd molles carne bene aptos mente videmus: talis autem commixtio non eſt in Angelis: ergo non videtur, quòd ſit in eis diuerſus gradus in receptionis facilitate.

Solutio. Dicimus, quòd iſtius diuerſæ poſitionis non eſt cauſa niſi quantum ſit in eis ex ordine diuinæ ſapientiæ intendentis ex diuerſis gradibus vnum bonum vniuerſi, vt ſupra habitum eſt. Et licet hoc ſit vnum ſimplex, nihilominus ex ordine ſapientiæ producit res diuerſarum diſpoſitionum: quia non agit neceſſitate naturæ, ſed libertate voluntatis. Et ſic patet ſolutio ad primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd gradus diuerſæ poſitionis non eſt in eis per receſſum à materia, ſed per maiorem & minorem acceſſum ad vnum primum: in mathematicis autem non eſt ordo ad vnum: & ideò ex neutra parte habent diuerſos gradus. Et ſic patet ſolutio ad tertium.

Ad quartum dicendum, quòd diuerſa diſpoſitio animæ non eſt ex diuerſa commixtione contrariorum ſicut ex cauſa, cum potius diuerſitas quæ eſt in materia, procedit ex diuerſitate formæ: ſed diuerſa commixtio eſt ſignum diſpoſitionis animæ diuerſæ, cauſa verò eius eſt, ſecundum acceſſum ad vnum ſimplex.

Et omnem hierarchiam videmus in primas & medias & vltimas virtutes diuiſam. Sed & ipſam, per ſingulas ſpecialiter dicendum, diſpoſitionem ipſis diuinis harmoniis diſcreuit. Propter quod & ipſos di- 2.

Iſa. 6. pinisſimos Seraphin ipſi Theologi aiunt alterum ad alrerum elamare, aperrè in hoc (vt æſtimo) declarantes, quoniam theologicas ſcientias ipſi primi ſecundis tradunt. Addiderim autem fortaſſis, & hoc non congruè, quia & ſecundum ſeipſum vnuſquiſque & cęleſtis animus & humanus ſpeciales habet & primas & medias & vlrimas ordinationes & virtutes addictas per vnumquemque hierarchiearum illuminarionum proprias anagogas proportionalirer manifeſtatas, per quas vnumquodquę in participatione fir, ſicur idipſum & fas eſt & poſſibile, ſuperineognitiſſimæ purgarionis pleniſſimi luminis, ante perfectæ perfectionis. Eſt enim nihil per ſe perfectum, non indigens vniuerſalis perfectionis, niſi perfectiſſimum & ante perfectum.

D V B I A.

Et omnem hierarchiam, &c.

A HIc determinat de tribus aliis connexionibus. Et primò de connexinne ordioum in hierarchia voa. Et circa hoc ſunt quatuor dubia. Primò, vtrum ſit connexin trium ordioum io hierarchia vna. Secundò de cnnnexinne perſonarum in ordinè vno. Tertiò de connexione ordinom in perſo.ıa vna. Quartò, Vtrum ndines remaneant poſt diem iudicij.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd ttes ndines vonus hierarchiæ non coonectantur: quorum euum non eſt vnnm donum, noo eſt voum npus, nec vnum dirigens in opere: cum igitur trium ordinum nnn ſit vnum donum, ordines enim diſtinguuntur ſecundum dona, vt dicit Gregorius: ergn eorum non erit opus vnum, oec vnum dirigens: & ita non videntur in aliquo connecti.

2 Ad idem, Connexio aliquorum nno poteſt eſſe niſi ſecundum proprietates cooueniant: quia ſi in his oon cooueniunt, oec in eſſentialibos è quibus manant: ſed diuerſorum ordinum etiam qoi ſunt in hierarchia vna, aſſignauit diuerſas proprietates: ergo non videtur eorum eſſe connexio.

3 Prætetea, Ab vna ſimplici illumioatione non eſt niſi vnum: ſi igitur ſunt diuerſa dona & actus in diuerſis ordinibus, eorum noo eſt illuminatio vna: ergn nec cnnnectuntur in aliquo.

4 Preterea, Si eſſet illuminatin vna deſcendens in omnes, aut aliquid adderetur illi illuminatinni, aut nihil. Si nihil, non diſtinguerętur per eam diuerſi ordines. Si autem adderetur aliquid per ſuperiores Angelos per quod diſtinguitur in aliquo ordine à primis, cum additum id quod diſtinguit eos in ſpeciali ordine, ſit eis cauſa gloriæ, videtur quòd vnus Angelus ſit cauſa gloriæ alterius. Quod eſt falſum: quia hoc ſolius Dei eſt: ergn videtur, quòd non ſit illuminatio deſcendens in omoes, & ita non connectuotnt.

Ad oppoſitum. Maior eſt communitas eorum qui ſont in hierarchia vna, quam eorum qui ſont in diuerſis: ſed omnes hierarchiæ connectuntur, vt ſupra habitum eſt: ergo multò fortius ordines vnius hierarchiæ.

2 Præterea, Quæcunque ſunt vnius ſacræ ſcientiæ & actionis, cnnnectuntur io his: ſed ordines vnius hierarchiæ ſunt huiuſmodi, quia hæc eſt diffinitio hierarchiæ: ergo connectuntur.

Solutio. Dicimus, quòd tres ordines vnius hierarchiæ connectuntur, & magis etiam quam illi qui ſunt in diuerſis hierarchiis, ſecundum quod magis vniformiter ſe habent io recipiendo & communicandn diuinas illuminatinnes, quam io diuerſis hierarchiis: quod enim eſt io inferiori ordine, eſt & in ſuperiori eminenter: & ideò in eodem dono connectuntur tres ordines. Et concedimus rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd licet denominantur à diuerſis donis, quia primi præcedunt ſecondos in donatione inferiorum donorum, tamen ſuperiores oon excluduntur à donis inferiorum, ſed eminentius participant, & ſupra proprietates conſequentes donum illud: & ideò io his connectuntur. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd non ſolum vna illuminatio deſcendit à Deo, ſed plures, inquantum ad plura illuminantur: vna tamen & eadem eſt recepta in omnibus: quia ſuperiores communicant inferioribus ſuas illuminationes, ſecundum quod poſſibile eſt, & illuminationes inferiorum ſunt eminentius receptæ à ſuperioribus: & ideò etiam ſunt diſtincti, & tamen connectuntur.

Ad quartum dicendum, quòd non additur aliquid actiuè per primos, quo ſequentes determinentur io ordine: ſed radius procedens diſtinguitur ex diuerſa capacitate recipientium, ſicut ex lumine corporali generantur diuerſi colores.

Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd eorum qui ſunt in ordine vno, noo ſit huiuſmodi connexio: eorum enim qui ſunt in gradu vno, non eſt ordo ad ſe: cum igitur ſit gradus quidam poteſtatis, noo videtur eſſe connexio eorum qoi ſunt in ordine vno, quæ eſt primi, medij, & vltimi. B Dubium 2.

2 Præterea, Eorum quorum non eſt aliqua ratio ordinis, non eſt connexio vna ordinata: ſed eorum qui ſunt in ordine vno, non eſt aliqua ratio ordinis, cum habeant donum vnum: ergo non habent connexionem.

3 Præterea, Diſtinctio perſonarum eſt ſecundum multiplicationem materialem: talis autem non habet finem, cum ſit in infinitum: & ita nec principium nec medium: ergo videtur,

quòd diuerſarum perſonarum in ordine vno non ſit determinanda talis connexio.

4 Præterea, Sicut ſe habent intelligentiæ mouentes ad motum, ita ſe habent Angeli miniſtrantes ad miniſterium: ſed ad vnum motum non ordinantur, ſecundum Philoſophos, intelligentiæ primæ, mediæ, & vltimæ: ergo nec in vno ordine eis eſt miniſterium vnum vnde debent connecti primi, medij, & vltimi.

Ad oppoſitum. Inter corporalia eſt connexio ſecundum ordinem primi, medij, & vltimi: ergo videtur, quòd etiam in ſpiritibus incorporalibus vnius ordinis.

2 Præterea, Lex diuinitatis eſt vbique per prima media, & per hæc vltima reducere, vt ſupra dictum eſt: ergo erit etiam hoc in eodem ordine.

Solutio. Dicimus concedendo, quòd in Angelis etiam vnius ordinis ſunt primi, medij, & vltimi: non enim ſunt inter eos aliqui duo eiuſdem ſpeciei, nec æquales in donis, vt ſupra cap. quarto diſputauimus. Vnde natura communis vnius ordinis non eſt natura ſpeciei ſpecialiſſimæ, ſed natura generis propinqui: potentia autem generis non eſt infinita ſicut potentia materiæ ad infinitas formas ſucceſſiuè, ſed eſt determinabilis ad differentias finitas ad quas comparatur ſecundum gradus quoſdam quibus de infimis tranſitur per media ad nouiſſima in genere illo, ſicut natura animalis aſcendit ab aquaticis omninò ad ſylueſtria per media quædam quæ paſcunt in terra, & generantur in aquis, vel è conuerſo, vt dicit Philoſophus in 7. de animalibus. Et ſimiliter vita transfertur de plantis in animalia perfecta per quædam media, quæ ſunt affixa vt plantæ, & habent ſenſum vt animalia, verbi gratia, conchilia. Ita etiam natura generalis quæ eſt vnius ordinis, determinatur per differentias quaſdam, licet nobis ignotas, diſtinctas tamen ſecundum gradus: & ſic habent ordinem in eſſentialibus & gratuitis, quæ conſequuntur ordinem naturalium, & ita connectuntur. Et ſimiliter dicendum ad ſecundum de donis.

Ad tertium dicendum, quòd perſonæ eiuſdem ordinis non habent multitudinem materialem, ſed ſicut multiplicatur genus per differentias, diuerſitatem enim indiuiduorum ſequitur diuerſitas ſpecierum, cum totum eſſe ſpeciei & continuitas ſaluetur in vno indiuiduo: in corruptibilibus verò licet totum eſſe ſpeciei ſit in vno, non tamen poteſt continuari in illo: & ideò ad euitandum periculum deſtructionis ſpeciei multiplicantur indiuidua in vna ſpecie.

Ad quartum dicendum, quòd ad motum vno modo ſe habentem non exigitur niſi vnus motor, qui vno modo ſe habet: cum enim non laſſetur in mouendo, velox motus eſt ex vno motore, & tardus ex alio: ſed vnus ordo non inſtituitur ad vnum miniſterium in numero, ſed in genere: & ideò non eſt ſimile.

C Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim,
Dubium 3 quòd in vno & eodem Angelo non ſit connexio ſecundum primas & medias & vltimas ordinationes, ſicut ſimplex aliquod ordinatum non habet primam, mediam, & vltimam ordinationem: ſed intellectus Angeli eſt ſimplex: ergo ſecundum ordinationem qua ordinatur ad vnum, quod eſt Deus, vel quodcunque intelligibile, non habet principium, medium, & vltimum.

2 Ad idem, In nobis poteſt eſſe ordinatio primi, medij, & vltimi, propter multos gradus potentiarum, quarum vna ſubeſt alteri: ſed in Angelis non ſunt huiuſmodi potentiæ, niſi tantum intellectus & voluntas: ergo, &c.

3 Præterea, Cum gratuita in Angelis conſequantur naturalia, ſi tantum naturalia ſe habent vno modo, & gratuita: ſed naturalia vno modo ſe habent, quia vnum eſt influens eodem modo ſe habens, ſimiliter recipiens vno modo ſe habens: ergo non videtur diſtinctio eſſe primi, medij, & vltimi in vna perſona.

4 Item obijcitur de expoſitione Commentatoris, qui primi, medij, & vltimi, quæ faciunt connexionem in vna perſona, dicit ineſſe eſſentiam, virtutem, & operationem, his verbis: Tres iſti ordines ſiue ordinationes intelligendi ſunt ita: quia omnis animus habet ſubſtantiam, ſecundum quam primum eſt, deinde virtutem ſecundum quam coniunctus eſt, poſtremò ordinationem ſecundum quam propria operans piè agit. Sed contra: Virtus ſola participat illuminationem per ſe, & non eſſentia & operatio, niſi per virtutem: in alijs autem connexionibus vnumquodque connexorum participat per ſe illuminationem: ergo hæc connexio non reſpondet prædictis, ſed eſt æquiuoca eis.

5 Præterea, In alijs connexionibus erant tres capacitates: hîc autem non eſt niſi vna, habens hæc tria: ergo hæc non eſt eiuſdem rationis cum alijs.

6 Præterea, Secundum hoc cum dæmones haberent hæc tria, eſſent connexi: quod falſum eſt, cum ſint maximè diuiſi.

Ad oppoſitum. Quæcunque habent plures potentias ordinatas ad vnum, habent connexionem primi, medij, & vltimi in ſuis virtutibus: ſed Angeli habent plures potentias, ſcilicet intellectum & voluntatem ordinatas ad vnum, quod eſt ipſorum perfectio: ergo, &c.

2 Præterea, De ſimilibus idem eſt iudicium: ſed in nobis qui communicamus cum Angelis intellectu, eſt huiuſmodi connexio virtutum: ergo & in Angelis.

Solutio. Dicendum, quòd in vno Angelorum eſt connexio operationum ſiue virtutum ſecundum primum, medium, & vltimum: cum enim illuminatio quæ in eos transfunditur, purget, illuminet, & perficiat, ordinem habet ad perfectionem: perfectio autem felicitatis contemplatiuæ, ſecundum Philoſophum, & Dionyſium perficitur delectatione adiuncta contemplationi: non enim ſolum, vt dicit Plato, Delectatio eſt generatio in ſenſibilem animam, ſed operatio affectiuæ, id eſt, ex operatione potentiæ vel habitus ſecundum naturam non impediti: & in hoc eſt vltima perfectio rei: oportet ergo ad perfectionem eorum, quòd ſit ſpeculatio vera, & quod accipiatur verum vt bonum, alias non excitaret delectationem, quod moneat vt bonum delectando. Primum autem eſt per ſimplicem ſpeculationem intellectus. Secundum autem eſt intellectu inclinato ad affectum per modum practici intellectus. Tertium verò eſt ſecundum affectum. Et habent

hæc tria ordinem qui eſt in toto poteſtatiuo, ſecundum quod vltimum habet alia, & non conuertitur: quod enim afficitur delectabiliter, habet acceptionem veri & boni: & quod accipit verum, & non conuertitur. Vnde in his tribus ſit connexio, etiam in vna perſona, ſicut in prædictis. Et concedimus rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd intellectus Angeli eſt ſimplex ſecundum eſſe, & eſt multiplex ſecundum rationem, vt expoſitum eſt: & ideò ſecundum diuerſos modos accipiendi poteſt in ipſo eſſe connexio.

Ad ſecundum dicendum, quòd intellectus & voluntas ſufficiunt ad hanc connexionem: quia non eſt intellectus tantum, aut in ordine ad voluntatem, aut voluntas tantum. Et per hoc patet ſolutio etiam ad tertium.

Ad quartum dicendum, quòd expoſitio Commentatoris non eſt perfecta, ſed eſt adaptatio quædam: qui ſicut in ordine naturæ ab eſſentia fluit virtus, & ab hac operatio: ita etiam in perfectio felicitatis ab opere redundat delecta io in virtutem, & inde in eſſentiam: & ſic eſt aliquid ſimile connexioni. Et per hoc patet ſolutio ad quintum.

Ad ſextum dicendum, quòd dæmones non ſunt connexi: quia ſicut dicit Dionyſius, infirmantur in naturali operatione, ſecundum quam eſt connexio perfectionis, vt dictum eſt.

D Dubium 4. 1. CIRCA quartum ſic proceditur. Videtur enim, quòd ordines maneant poſt diem iudicij: quod enim non eſt ex parte, ſecundum Apoſtolum non deſtruetur: nihil autem quod eſt in patria, eſt ex parte: cum ergo ordines ſint in patria, videtur quod perpetui erunt.

2 Præterea, Sortes electorum ſunt ſecundum ordine Angelorum ſecundum illud, Statuit terminos populorum, &c. ſed hæ ſemper erunt: ergo & ordines Angelorum.

3 Præterea, Sicut dicit Magiſter in ſententiis, gradus ordinum in Angelis diſponuntur ſecundum gradus naturæ: ſed gradus naturæ ſemper erunt in ipſis: ergo, &c.

Ad oppoſitum eſt quod dicit Apoſtolus 1. Corinth. 5. Deinde finis cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem Principatum, Poteſtatem & Virtutem. Ergo etiam Angelos: & ita in fine etiam angelici ordines deſtruentur.

2 Præterea, Hoc idem videtur per Gloſſam ibidem, quæ dicit: Dum durat mundus, Angeli Angelis præſunt, dæmones dæmonibus, & homines hominibus, ad vtilitatem viuentium vel deceptionem: omnibus autem terminatis, iam omnis prælatio ceſſabit: quia neceſſaria non erit: & ſic ceſſabunt ordines, quæ ſunt quædam prælationes.

3 Præterea, Ordines ſtatuti ſunt, vt per ſuperiores reducantur inferiores: ſed in fine iecti omnes reducti erunt reducti: ergo, &c.

4 Præterea, Cuſtodia quæ eſt proprium vltimi ordinis, non erit, & ſic eadem ratione nec alij ordines.

5 Item videtur, quòd quidam maneant, & quidam non: quia quorundam nomen imponitur à perfectione, ſicut Throni & plenitudo ſcientiæ: quorundam verò habet aliquid imperfectionis, vt ſignifer exercitus circa miniſterium exercitus, ſicut Principes & Angeli.

Solutio. Dicimus, quòd ordines poſſunt tripliciter conſiderari, aut ſecundum ſortes beatitudinis, & ſic ſemper erunt: aut ſecundum quod quidam nobiliora dona habentes, nobilioribus donis ornantur, & copioſiſſimè à Deo recipientes, aliis illuminationes transfundunt, & ſic iterùm ſemper erunt: aut ſecundum quod eorum illuminationes ordinantur ad reductionem hierarchiæ noſtræ, & ſic non erunt poſt diem iudicij in actu ſui ordinis, ſicut dux poſt victoriam manens domi, non eſt in actu ducis, nihilominus fungitur dignitate ducis, & gaudet de victoria per ipſum prius facta. Omnes autem ordines diſtinguuntur ab aliquo dono nobilitatis, quod eis ſemper inerit, licet quidam denominentur à miniſterio quod circa nos exercent: quia per hoc magis nobis innoteſcunt. Et per hoc patet ſolutio ad ea quæ quæſita ſunt.

EXPOSITIO TEXTVS.

E Litera ſic legatur. Sic omnes commoniter connectuntur ſecundum ordinem primi, medij, & vltimi. *Et* id eſt, etiam *videmus omnem hierarchiam*, id eſt, angelicam & humanam eſſe *diuiſam in primas & medias & vltimas virtutes* ſecundum ordinem ad actum vnum hierarchiæ. *Sed &*, id eſt, etiam *dicendum* eſt, quòd Deus *decreuit ipſis harmoniæ*, id eſt, proportionibus *diuinis*, id eſt, in participatione diuinorum, ſcilicet primi, medij, & vltimi *ipſam diſpoſitionem*, id eſt, ordinem, *per ſingulas*, ſcilicet perſonas vel eſſentias: & hoc *ſpecialiter*, id eſt, ſpeciali ratione cooperationis. Et hoc probat per Scripturam dicens: *Propter quod*, ſcilicet quia diſcreti ſunt *ipſi Theologi*, ſcilicet Iſaias 6. cap. *aiunt & ad*, id eſt, etiam *ipſos Seraphim diuiniſſimos*, id eſt, Deo propinquiſſimos, *clamare alterum ad alterum, apertè declarantes in hoc, vt eſt mo*, non propter dubietatem dicit, ſed propter timorem imperfectæ expoſitionis, *quoniam ipſi primi*, ſcilicet inter eos, *tradunt ſecundis ſcientias*, id eſt, illuminationes, *Theologicas*, id eſt, à Deo acceptas.

DVBIVM.

F SED SECVNDVM hoc eſt dubitatio: quia clamor eſt propter diſtantiam, aut propter malum auditum: hoc autem non eſt in Seraphin: ergo videtur, quòd vnus non clamet ad alterum.

2 Præterea, Apud nos clamat ſuperior inferiori, & è conuerſo, & æqualis æquali: ergo cum vnus ad alterum clamat, non habetur, quòd primi tradant ſecundis.

3 Præterea, Clamare loqui quoddam eſt: loqui autem poteſt quilibet cuilibet: ergo videtur idem quod prius.

4 Præterea, Homo poteſt clamare ad Deum. Pſal. Clamaui ad te, exaudi me. Ergo, &c.

Solutio. Dicendum, quòd in Angelis clamor non ſignificat aliquod illorum duorum, ſed intentionem, ſicut dicit Gloſſa. Similiter ad primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd clamor vel locutio poteſt eſſe aut de naturalibus conceptis, & ſic

& ſic quilibet cuilibet poteſt loqui: aut de gratuitis, & hoc dupliciter, aut tradens alteri illuminationem per modum doctrinæ, & ſic non clamat niſi ſuperior inferiori, & talis fuit ille clamor: aut requirendo illuminationem ab alio, & ſic eſt inferioris clamare ad ſuperiorem, & ſic Angelus clamat ad Deum, Zach. 1. Vſquequo Domine non miſereberis, &c. & homo ad Deum clamat. Et per hoc patet ſolutio ad alia.

EXPOSITIO TEXTVS.

Addiderim autem, &c.

G Hic determinat quartam connexionem, quæ eſt virtutum in vna perſona, dicens: Sic connectuntur illi qui ſunt in vna hierarchia & in vno ordine. *Autem*, id eſt, ſed ego *&*, id eſt, etiam *addiderim hoc fortaſſis*, propter timorem imperfectionis, *non incongruè*, ſed decenter, hoc, ſcilicet quia *&*, id eſt, etiam *vnuſquiſque animus*, id eſt, intellectus, *& cæleſtis*, id eſt, Angelus, *& humanus habet ſpeciales*, ſupra connexionem in ordine vel hierarchia, *ordinationes & virtutes*, id eſt, naturas quibus ordinantur ad perfectionem, & quibus elicit actum perfectionis, vt ſupra expoſitum eſt, *& primas & medias & vltimas ordinationes ad anagogas*, id eſt, reductiones in ſuperius *hierarchicarum illuminationum*, id eſt, quæ per has fiunt, *dictas*, id eſt, determinatas à nobis *proprias per vnumquemque*, id eſt, vnicuique *manifeſtatas* ſibi *proportionaliter*, *per quas*, ſcilicet anagogas *vnumquodque eorum fit in participatione*, id eſt, participans *purgationis* diuinæ *ſuperincognitiſſimæ*, quia habitat lucem inacceſſibilem, & in participatione *pleniſſimi luminis*, ſcilicet diuini, *& perfectionis* diuinæ *ante perfectæ*, id eſt, ſuper omnia: *&* hoc *ſicut idipſum*, id eſt, hoc ipſum ſibi *eſt fas* ſecundum donum perceptum, *& poſſibile*, ſecundum naturalem capacitatem. Ideò dico in participatione. *Enim*, id eſt, quia *nihil eſt per ſe perfectum*, *non indigens perfectionis vniuerſalis*, id eſt, diuinæ quæ nos perficit, vel *non indigens vniuerſali perfectione niſi verè perfectiſſimum*, quia per ſe, ſcilicet Deus, *& ante perfectum*, quia ſuper omnia primò.

CAPVT XI.

Quare omnes cæleſtes eſſentiæ communiter Virtutes cæleſtes vocantur.

1. Pſal. 23. Pſal. 9. Pſal. 102. HIs autem diffinitis illud dignum intelligere, ob quam cauſam omnes ſimiliter angelicas eſſentias Virtutes cæleſtes vocare conſueuimus. Non enim eſt dicendum vt in Angelis, quoniam omnium nouiſſima eſt diſpoſitio ipſa ſanctarum Virtutum. Et quidem nouiſſimarum ſanctam & decoram illuminationem ſuperpoſitarum eſſentiarum diſpoſitiones participant: vltimæ verò primarum nullo modo. Et huius gratia cæleſtes quidem Virtutes omnes diuini intellectus nominantur: Seraphin autem & Throni & Dominationes nullo modo. Participatæ enim extremæ ab excelſiſsimis ſunt vniuerſalibus proprietatibus. Ipſi namque Angeli & ante Angelos Archangeli, & Principatus & Poteſtates poſt Virtutes ab ipſa Theologia ordinari, communiter ſæpè à nobis ſimiliter cum aliis ſanctis eſſentiis cæleſtes Virtutes vocantur. Dicimus autem, quia communiter in omnibus vtentes cæleſtium nominatione Virtutum, non confuſionem quandam vniuſcuiuſque diſpoſitionis proprietatum introducimus: ſed quoniam in tria diuiduntur ſecundum ſe ſupermundana ratione omnes diuini intellectus, in eſſentiam, & virtutem, & operationem: cum ſimul omnes aut eorum quoſdam inobſeruatè cæleſtes eſſentias, aut cæleſtes vocamus Virtutes, eos ἀπροχείρως de quibus ſermo eſt, ſignificare nos æſtimandum eſt, ex ea quæ per ſingulos eorum eſt eſſentia vel virtute. Neque enim ſuppoſitam proprietatem facile eſt iam à nobis diſcretarum ſanctarum Virtutum minoribus omninò annectere eſſentiis in conuerſione inconfuſæ angelicorum ornatuum ordinationis. Iuxta enim ſæpè à nobis rectam redditam rationem, ipſæ quidem ſuperfirmatæ diſpoſitiones abundanter habent & minorum ſacras proprietates: vltimæ verò maiorum ſuperpoſitas vniuerſitates non habent, particulariter in eas primò apparentibus illuminationibus per primas proportionaliter eis diſtributis.

DIVISIO ET expoſitio textus.

His autem diffinitis, &c.

A IN iſta parte determinat conſequentia hierarchiam ratione eorum quæ continentur in hierarchia. Et diuiditur hæc pars in quatuor, ſecundum quod determinat quatuor quæſtiones ex prius determinatis incidentes, quæ determinantur in quatuor cap. per ordinem. In hoc autem cap. determinat hanc quæſtionem, Cum Virtutes ſint ſpecialis ordo, vt determinatum eſt, quare omnes cæleſtes eſſentiæ Virtutes vocantur? Et diuiditur hoc totum in duas partes, in quarum prima mouet quæſtionem. In ſecunda determinat eam, ibi, *Dicimus autem, quia communiter, &c.* Prima iterum diuiditur in duas. In prima ponit quæſtionem. In ſecunda remouet rationem quandam quæ poſſet dari, ſimilem cuidam ſolutioni prius datæ, ibi, *Non enim dicendum eſt vt in Angelis, &c.*

Litera ſic legatur. Determinauimus propria vniuſcuiuſque hierarchiæ & ordinis. *His autem ita diffinitis, illud eſt dignum intelligere*, id eſt, neceſſarium, *ob quam cauſam conſueuimus omnes angelicas eſſentias ſimul vocare cæleſtes Virtutes*, cum Virtutes ſint in ſpeciali ordine. *Non enim eſt dicendum*, ſoluendo hanc quæſtionem, *vt in Angelis*, id eſt, ſicut dictum eſt in quæſtione, quare omnes vocantur Angeli in 5. ca. *quoniam*, id eſt, quod *ipſa diſpoſitio*, id eſt, ordo ſanctarum Virtutum *eſt nouiſſima omnium*, ordinum, ſicut dictum eſt de Angelis: *& quidem diſpoſitiones*, id eſt, ordines *ſuperpoſitarum*, id eſt, ſuperiorum eſſentiarum, *participant ſanctam illuminationem & decoram*, id eſt, decentem vnicuique *eſſentiarum nouiſſimarum*, id eſt, inferiorum: *vltimæ verò*, id eſt, inferiores *nullo modo* participant illuminationibus *primarum*, id eſt, ſuperiorum, vt poſſint ab eis denominari. Etiam ſcilicet non eſt dicendum, quòd *omnes diuini intellectus*, id eſt, Angeli deiformes *huius gratia*, id eſt, propter dictam rationem *nominantur cæleſtes Virtutes*, vt ab inferiori, & *nullo modo nominantur Seraphin & Cherubin & Dominationes*, propter hoc quod ſunt ſuperiores: *extrema enim*, id eſt, illuminationes vltimarum *ſunt participata ab excelſiſſimis*, id eſt, ſupremis *vniuerſalibus proprietatibus*: quia in ſuperioribus ſunt vniuerſaliori & perfectiori modo. Ita dico non eſt dicendum: vſque huc enim pendet conſtructio. *Ipſi namque Angeli & Archangeli*, qui ſunt *ante Angelos, & Principatus & Poteſtates ordinati ab ipſa Theologia poſt Virtutes*, ſecundum quod eſt ſpecialis ordo, *communiter vocantur ſæpè à nobis cæleſtes Virtutes, ſimiliter cum aliis ſanctis eſſentiis*, id eſt, ſicut etiam ſuperiores. Vnde cum tam ſuperiores quam inferiores vocentur hoc nomine, oportet quærere aliam ſolutionem. *Dicimus autem, &c.*

DVBIA.

B HIC SOLVIT poſitam quæſtionem. Et quia
Dubium 1. in ſolutione dicitur, quòd Angeli diuiduntur in eſſentiam, virtutem, & operationem, quæritur hîc primò de eſſentia eorum, Vtrum ſit ſimplex. Et videtur, quòd ſic. Quæcunque enim carent prima compoſitione quæ eſt ex primis componentibus, ſcilicet materia & forma, carent etiam ſecunda quæ eſt ex accidente & ſubiecto, cum hæc cauſetur ab illa: ſed Angeli carent prima compoſitione, quia in eis non eſt materia, quia ſicut dicit Boëtius, Nulla eſt in corporalibus rebus materia. Et iterum: Incorporalia materia ſubiecta non egent. Ergo videtur, quòd in eis non ſit aliqua compoſitio.

2 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus in 2. metaph. Materia neceſſe eſt vt imaginetur moueri cum re mota. Sed Angeli non mouentur: quia vt probatum eſt in 6. phyſicorum, Omne quod mouetur, eſt diuiſibile quantum: non ſunt Angeli huiuſmodi. Ergo, &c.

3 Ad idem, Eſſe materiæ eſt eſſe in potentia: Angeli non ſunt in potentia, neque ad vbi, neque ad formam: ergo non habent materiam.

4 Ad idem, Nullus motor habet materiam, cum non ſit mobilis, quod conſequitur ad habere materiam: ſed Angeli ſiue intelligentiæ ſunt vniuerſales motores totius naturæ: ergo non habent materiam: & ſic redit idem quod prius.

5 Ad idem, Extremum compoſitionis non eſt compoſitum, quia ſic eſſet abire in infinitum: ſed vltima compoſitio eſt ex corporali natura & ſpirituali: ergo ſpiritualis natura non eſt compoſita: ergo Angeli ſunt ſimplices.

6 Ad idem, Corporalia minus accedunt ad ſimplicitatem quam ſpiritualia: ſed formæ corporales ſunt ſimplices: cum igitur à Boëtio vocentur formæ, & ſint ſpirituales, videtur quòd ſint ſimplices.

7 Ad idem, Quæcunque ſunt compoſita, reſoluuntur in ea ex quibus ſunt compoſita, aut ſecundum rem, ſicut in corporalibus, aut ſecundum rationem, & tunc oportet, quòd componentia per actum aliquem indicentur, ſicut componentia cæli indicantur nobis per hoc quod mouetur & mouet: ſed componentia Angeli non indicantur nobis per aliquem actum ipſorum, nec reſoluuntur in ea ſecundum eſſe: ergo non ſunt compoſiti.

8 Ad idem, Forma materiæ eſt minus ſimplex quam forma formæ: ſed Angeli ſunt formæ formarum naturalium, cum ſint datores earum & moueant ad ipſas: cum igitur formæ naturales ſint ſimplices, Angeli erunt multò ſimpliciores.

9 Ad idem, Eius quod eſt maximè propinquum primo, non eſt diſpoſitio ad maximè diſtantia ab ipſo: ſed Angeli maximè propinqui ſunt primo: quia ſicut dicit Auguſtinus, Feciſti Domine duo: vnum prope te, ſcilicet Angelos: & aliud prope nihil, ſcilicet materiam. Cum igitur maximè diſtantia ſint materialia, quæ ſunt compoſita ex partibus eſſentialibus, videtur quòd Angeli non ſint compoſiti.

10 Ad idem, Quicquid non habet niſi vnum ante ſe, eſt ſimplex: ſed Angeli non habent ante ſe niſi Deum: ergo.

11 Ad idem, Separata ſecundum eſſe & rationem magis ſunt ſimplicia quam ſeparata ſecundum rationem tantum; ſed mathematicalia

quæ ſunt ſeparata ratione tantum, non habent materiam: ergo neque Angeli, qui ſecundum Philoſophum ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ etiam ſecundum eſſe: & ita Angeli ſunt ſimplices.

12 Ad idem, Primum multipliciter communicat ſe creaturis & maximè nobilioribus: ſed ſimplicitas eſt quædam conditio primi: ergo communicatur ad minus Angelis, qui ſunt nobiliſſimæ ſubſtantiarum.

Ad oppoſitum. Vbicunque eſt ſequens compoſitio, eſt & prima ex qua cauſatur: ſed in Angelis eſt ſequens, cum in ipſis ſit eſſentia gratiæ & gloriæ & conceptiones ipſorum, quia omnis intelligentia eſt plena formis: ergo in ipſis eſt compoſitio eſſentialis.

2 Ad idem, Sicut dicit Boëtius in lib. de Trinitate. Forma ſimplex ſubiectum eſſe non poteſt: quia nihil eſt ſubiectum niſi ſecundum quod participat materiam. Sed Angeli ſunt ſubiecta ſuorum accidentium. Ergo non ſunt ſimplices.

3 Ad idem, In quocunque eſt verè ſignificate vniuerſale & particulare, eſt compoſitum: oportet enim eſſe in eo aliud principium communicabilitatis, quod eſt communicabile, & aliud principium incommunicabilitatis, quod non communicatur, alioquin contradictoria eſſent vera de eodem. Sed in Angelis eſt verè ſignificate vniuerſale & particulare: aliud enim eſt dicere de eis inquantum ſunt Angeli, & aliud inquantum eſt hoc. Ergo ſunt compoſiti.

4 Ad idem, Quicquid eſt in genere, participat genus eadem ratione cum aliis: ſed Angeli ordinantur in prædicamento ſubſtantiæ, inquantum diuiditur per corpoream & incorpoream, quod non eſt niſi in Angelis & animabus: ſed ea quæ ſunt in genere ſubſtantiæ, recipiunt prædicationem ſubſtantiæ compoſitæ, quia materia & forma non prædicantur de rebus: ergo etiam Angeli ſunt compoſiti.

5 Ad idem, Sicut vult Boëtius, Quicquid eſt citra primum, eſt hoc & hoc. Angeli ſunt citra primum. Ergo ſunt compoſiti: oportet enim aliud eſſe tanquam terminans, ſuper quod reflectitur, & aliud reflectens: ſed omnis ſubſtantia ſciens eſſentiam ſuam, redit ſupra ſe reditione completa: cum igitur Angeli ſint huiuſmodi, videtur quòd ſint compoſiti: & eſt ratio in lib. de cauſis.

6 Ad idem, Vbicunque inuenitur proprium alicuius rei, inuenitur res ipſa: ſed proprietas materiæ eſt ſuſtinere & terminare. Cum igitur vtrumque inueniatur in Angelis, inquantum ſuſtinent accidentia, & terminatur in eis forma communis ad particularitatem, videtur quòd in eis ſit materia: & ſic idem quod prius: & eſt ratio in lib. fontis.

7 Ad idem, Sicut ſe habet lux primi mobilis ad omnia corporalia, ita lux primæ cauſæ ad omnia ſpiritualia: ſed lux primi corporis lucem in propria natura ſpeciei alicuius non cauſaret, niſi eſſet aliquid determinans lucem eius, quod eſt materia: ergo oportet ſimiliter ad hoc quod ſpirituale conſtituatur in propria natura, quòd radius diuinus determinetur aliqua materia: & ſic ſunt compoſiti.

8 Ad idem, Omnis ſubſtantia diſtincta loco habet materiam: Angeli ſunt huiuſmodi ſecundum Damaſcenum: ergo habent materiam: & ſic idem quod prius.

9 Ad idem, Nullum ſimplex poteſt alicuius actus eſſe terminus, vt probat Philoſophus in 7. primæ philoſophiæ: ſed Angeli ſunt termini creationis: ergo non ſunt ſimplices.

10 Ad idem, Omne operans per ſe non ſicut formæ, & non operans per ſuam eſſentiam, eſt compoſitum: quia oportet, quòd agat per virtutem ſuperadditam. Sed Angeli operantur operatione perfecta, & non per eſſentiam ſuam, ſicut faciendo miracula virtute diuina. Ergo ſunt compoſiti.

11 Ad idem, Omnis forma de ſe vniuerſalis eſt: ſed Angeli ſunt hoc aliquid in natura: ergo non ſunt formæ tantum: ergo ſunt compoſiti ex forma & ex materia.

Solutio. Dicimus, quòd opinio præcipuorum Philoſophorum eſt, quòd ſunt ſubſtantiæ ſimplices intelligentiæ, nihilominus ſunt particulares, & procedunt per hanc viam: licet enim quod recipitur in aliquo, ſit in eo per modum recipientis, & non per modum dantis, ſi tamen agens ſit vniuocum, erit in eo & per modum dantis & per modum recipientis, quantum ad ea quæ ſunt de eſſe ſpeciei, licet poſſint eſſe ſecundum meliores conditiones in vno quam in alio, ſicut natura humana quæ in Patre & Filio recipitur, & tamen habet aliquid ex parte eius in quem recipitur, per quod eſt in maiori vigore vel minori. Similiter lux accepta in aëre habet aliquid ſecundum quod eſt huiuſmodi, & habet etiam naturam lucis ſecundum quod eſt à corpore primo, per quam mouet colores omnes, & non ſolum in hac materia in qua recipitur. Similiter dicunt, quòd proceſſus intelligentiarum à primo eſt per modum vniuoci ſecundum quod poſſibile eſt: vnde & nominatur primum nomine ipſarum, & radius diuinus recipitur in aliquo ordinum primo vel ſecundo. Vnde intelligentia ſecundum quod eſt à primo, eſt quædam lux, ſimilitudo lucis primæ: & ſecundum quod recipitur in orbe cui vnitur vt forma & motor, habet quod ſit hoc: & ſic dicunt, quòd reflectitur ſuper ſe, & eſt reflectens, ſecundum illud quod habet, prout eſt à primo. Secundum quod etiam habet apud ſe formas vniuerſales, non per abſtractionem acceptas, ſed ſicut ſunt formæ artis, & ſecundum quod habet ex parte recipientis, eſt terminans reflexionem, & formæ efficiuntur particulares determinatæ ad opus aliquod, eò quod ex hac parte coniungitur corpori quod mouet, poſuit Auicenna, quòd eſſet anima habens imaginationem, licet alij contradicunt, probabilius dicentes, quod mouet ſicut intellectus poſſibilis, ſine vterentur virtutibus ſenſibilibus quibus mouentur organa. Et ſufficit ad motum ſola determinatio formarum ex parte recipientis. Et ſoluunt rationes inductas contra ſe, & ad hoc quod dicitur, quod eſt in eis vniuerſale & particulare, dicunt quòd hoc tenet in his in quibus eſt vniuerſale & particulare ratione eorum quæ ſunt de eſſentia rei: ſed intelligentia non efficitur particularis ratione alicuius quod ſit de eſſentia ſua, ſed ratione eius cui adiungitur, ſicut quælibet forma: eſt enim hæc intelligentia ſecun-

dum quod eſt huius intelligentia. Et quod obiicitur, quòd forma ſimplex non poteſt eſſe ſubiectum, dicunt quod non eſt verum ſimpliciter, ſed tantum reſpectu accidentium naturæ, quæ ſunt accidentia indiuidui: accidentium autem ſpeciei quæ manant ab eſſentialibus ſpeciei, poteſt eſſe ſimplex ſubiectum, ſicut vnitas ſuarum paſſionum: quia talia non requirunt materiam pro ſubiecto, ſed id ex quo fluunt. Et ſimiliter accidentium quæ non ſunt res naturæ, ſed intentiones intellectus, ſimplex poteſt eſſe ſubiectum: & talium accidentium tantum intelligentiæ ſunt ſubiecta. Et ſi iterum dicatur, quòd ſunt mouentia mota, dicunt quòd non mouentur niſi ſecundum intentionem, vt deſideratum in eis.

Sed hæc opinio non ſuſtinetur propter tria ſecundum fidem. Primò quia non ponimus corpora ſuperiora moueri ab anima, ſed à Deo, etiam fortè per miniſterium Angelorum, quamuis etiam Philoſophi ponant præter animam quam dicunt motorem propinquum, intelligentiam eſſe motorem remotum, & miniſtrare conceptiones ad motum, ſicut etiam in nobis fit. Secundum eſt: quia nos ponimus Angelos miniſtrare Deo in ſpiritualibus miniſteriis, & circa nos deſcendendo de cælo ad nos, & non tantum in motu ſphærarum. Tertium eſt: quia ſi corpora ſuperiora haberent animas, oporteret eſſe tres ordines beatorum, ſcilicet Angelorum, & illarum animarum, & noſtrarum, & quod mererentur per motum. Et hæc non ſunt conſona fidei, quamuis Hieronymus dicat ſuper principium Eccleſiaſticæ, quòd ſunt corpora ſuperiora animata: ſed gloſſandum eſt, quod habent actum animæ, ſcilicet motum, quamuis à ſanctis nihil contra hanc opinionem dicatur, ſed tantum à magiſtris. Poſſemus autem per modum hunc ponere compoſitionem vel ſimplicitatem animarum, ſicut & quidam dicunt, quòd ſecundum quod recipitur in corpore cui vnitur, conſequitur ipſam intellectus poſſibilis: & ſecundum quod eſt à Deo, conſequitur ipſam intellectus agens, niſi poneremus animas remanere poſt corpus. Si enim non haberent indiuiduationem niſi ex corpore, ex omnibus animabus non remaneret niſi vna, deſtructis corporibus, ex quibus erat indiuiduatio, ſicut dicunt etiam Philoſophi: & ideò oportet etiam dicere de animabus vt de Angelis. Et quia prædicta opinio eſt Philoſophorum noſtrorum, quidam dicunt, quòd Angeli ſunt compoſiti ex materia & forma, & indiuiduantur ſicut iſta corporalia. Sed hoc non poſſemus dicere, niſi vellemus redigere ſpiritualia omninò ad modum corporalium. Et ideò aliter videtur nobis dicendum, quòd Angeli non habent materiam, ſi propriè dicatur materia: quia materia propriè dicta eſt illius naturæ, quæ eſt determinata ad motum: ideò oportet, quod in eis quæ habent materiam ad eſſe, quod eſſe materiæ præcedat formam: hoc autem non eſt in Angelis. Dicimus tamen, quòd in eis eſt compoſitio eſſentialis ex eſſe & quod eſt: cum enim ſint ſubſtantiæ & non coniunctæ alicui corpori, & ſint hoc aliquid, oportet quod ſit in eis aliquid quod eſt principium communicabilitatis, & hæc eſt eſſentia qua habent eſſe: & oportet iterum, quod ſit in eis aliquid per quod eſſentia indiuiduetur, per quod ſit id demonſtratum, & ſecundum hoc eſt in eis quod eſt, quod id quod eſt aliquid eſt, & id ſecundum quod eſt. Hoc autem quod eſt, non eſt materia: quia etiam non prædicatur de re: ſed quod eſt, prædicatur de re: dicitur enim, hoc aliquid eſt hoc aliquid, vel quod eſt: ſed tamen eſt quod eſt, ſecundum quod habet aliquod principium indiuiduans. Si autem hoc velint appellare materiam, poteſt dici, quòd ſunt compoſiti ex materia, vt non ſit contentio de nominibus, & erit hoc modo dicta materia, ſicut dicit Philoſophus, quod cum dico hoc cælum, dico materiam. Sic ergo concedimus, quòd eſt in eis compoſitio eſſentialis, & concedimus rationes ad hoc. Nec oportet à nobis quærere aliquam demonſtratiuam viam deueniendi in Angelos hoc modo compoſitos: quia fides non demonſtratur, ſed ſufficit quod ſuſtineatur. Hæc autem accipimus per poſitiones fidei.

Ad primum ergo dicendum, quòd dictum Boëtij intelligendum eſt de materia propriè dicta, quæ præcedit rem, & talis non eſt in Angelis: & de hac etiam intelligitur verbum Philoſophi quod ſecundo obiicitur. Et ſecundum hoc etiam dicendum ad tertium.

Ad quartum dicendum, quòd non ſunt vniuerſales motores, ſed mouentur à Deo: & ideò oportet quòd habeant aliquid loco formæ ſecundum quod mouent, & aliquid loco materiæ, ſecundum quod mouentur.

Ad quintum dicendum, quòd non ſequitur niſi de natura ſpirituali, quæ eſt extremum compoſitionis: Angeli autem non ſunt alicui corpori compoſiti. Et de animabus non ſequitur etiam: quia præter hoc quod ſunt extremum compoſitionis, ſunt ſubſtantiæ perfectæ, potentes per ſe exiſtere.

Ad ſextum dicendum, quòd dicuntur Angeli formæ à Boëtio, quaſi formantes actiuè, & non quod ſint formæ alicuius materiæ: & ideo non eſt facienda comparatio eorum ad formas corporales, ſed ad compoſita.

Ad ſeptimum dicendum, quòd manifeſtantur in eis componentia inquantum mouent & mouentur à Deo: & ideo reſoluuntur in componentia ratione, licet non re.

Ad octauum dicendum, quòd Angeli ſecundum fidem non ſunt datores formarum: quia ſic crearent formas, cum Damaſcen. dicat. Maledicti ſunt qui dicunt Angelos aliquid creare. Si tamen ſint cauſæ aliquarum formarum per miniſterium ſaltem, tunc ſunt formæ naturalium formarum ſecundum formas quæ ſunt in intellectu, & non ſecundum ſubſtantiam, & illæ ſunt ſimpliciores formis naturalibus.

Ad nonum dicendum, quòd non oportet propter hoc quod non habeant compoſitionem, ſed quod non habeant per modum quo habent maximè diſtantia: quia in compoſitis ſunt multi gradus, ſecundum quod in quibuſdam magis eſt dominium formæ ſupra materiam, & in quibuſdam minus.

Ad decimum dicendum, quòd habent tantum vnum ante ſe per modum efficientis, ſed duo per modum componentium.

Ad vndecimum dicendum, quòd etiam mathematicalia

thematicalia habent materiam, licet non ſenſibilem, intelligibilem tamen, ſicut dicit Philoſophus in 7. philoſophiæ prioꝛ. Et ſimiliter Angeli non habent materiam ſenſibilem. Vel dicendum, quòd ſecundum opinionem Philoſophorum prædictam non dicuntur eſſe Angeli ſeparati, vt non habentes materiam, nec aliquid determinans loco materiæ in eſſentia ſua, ſed ſecundum nos ſunt ſeparati à materia, quæ eſt ſubiecta motui: habent tamen aliquid per quod eorum natura trahitur ad ſingularitatem, ſi hoc debet dici materia.

Ad duodecimum dicendum, quòd ſimplicitas non eſt communicabilis Angelis, vt careant omni compoſitione: quia ſic eſſent formæ tantum, & ita non erunt aliquid in natura, cum nullum ſit ens in natura niſi hoc aliquid.

C Dubium 2. SECVNDO quæritur. Suppoſito quod in eis ſit eſſentia differens à quod eſt, vtrum ſit æqualiter ſimplex? Videtur autem quod ſic: proprium enim æqualiter conſequitur omnia de quibus dicitur hoc cuius eſt proprium: ſed ſicut dicit Auguſtinus, proprium eſſentiæ angelicæ eſt ſimplicitas: ergo videtur, quòd omnes æqualiter ſunt ſimplicis eſſentiæ.

2 Præterea, Quæ æqualiter diſtant à primo ſimplici, ſunt æqualis ſimplicitatis: ſed omnes Angeli diſtant æqualiter à primo, cum ſint in eodem gradu entium: quia omnes ſunt intellectuales: diſtantia autem à primo, vt dicit Dionyſius, eſt ſecundum gradus entium: ergo omnes ſunt æqualis ſimplicitatis in eſſentia.

3 Præterea, Spiritus non poteſt cognoſci niſi ex vita & cognitione: quia per motum reducitur ad cognitionem: quia idem eſt principium motus & ſenſus in animalibus, vt dicit Philoſophus: ſed omnes Angeli habent eundem modum vitæ, quia intellectualem & eundem cognitionis, quia intelligunt deiformiter: ergo videtur, quòd in eis non ſit aliqua differentia ſimplicitatis eſſentiæ.

4 Ad idem. Prima relatione accipere à primo conſequitur naturam angelicam: ſed omnes Angeli accipiunt prima relatione à primo: ergo ſunt etiam æquales in ſimplicitate eſſentiæ.

Ad oppoſitum. Ea quæ ſunt eiuſdem ſimplicitatis ſunt etiam eiuſdem nobilitatis: ſed non omnes Angeli ſunt eiuſdem nobilitatis: ergo, &c.

2 Ad idem, Perſpicacitas intelligentiæ in Angelis conſequitur ſimplicitatem eſſentiæ. ſed non omnes ſunt æquè perſpicaces in intelligendo, ſicut ſæpè habitum eſt: ergo non ſunt omnes æquales in ſimplicitate eſſentiæ.

3 Ad idem, Vbicumque ſunt gradus diuerſi quibus deſcenditur ab vno primo, non eſt eadem ſimplicitas: ſed in Angelis eſt deſcenſus ab vno ſimpliciſſimo per quoſdam diſtinctos gradus tam ſecundum Philoſophos quam ſecundum Theologos: ergo non eſt ibi æqualis ſimplicitas.

Solutio. Concedimus, quòd non omnes ſunt æqualis ſimplicitatis in eſſentia, & rationes ad hoc: non tamen eſt magis & minus ſimplex per receſſum ab aliqua compoſitione, ſed per acceſſum ad vnum ſimpliciſſimum.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſimplicitas inquantum eſt proprium, non dicitur magis & minus, ſed ſecundum quod eſt relata ad alterum, ſicut etiam dicitur vnus rationalior altero. Vel dicendum melius, quòd ſimplicitas eſſentiæ eſt quoddam proprium quod conſequitur naturam eorum in communi: & ideò ſecundum diuerſos gradus diuerſimodè participatur.

Ad ſecundum dicendum, quòd intellectualia, rationalia, viuentia, entia, ſunt gradus entium generales, qui continent ſub ſe plures alios generales: neque enim omnia exiſtentia æqualiter participant nobilitatem primi, & ſimiliter non omnia intellectualia.

Ad tertium dicendum, quòd licet omnes habeant intellectum deiformem in hoc quod accipiunt ſimplices quidditates rerum & ſine diſcurſu rationis, quidam tamen habent intellectum aliis Deo ſimiliorem.

Ad quartum dicendum, quòd omnes Angeli accipiunt prima relatione à primo reſpectu animarum rationalium quæ accipiunt lumen obumbratum continuo & tempore: tamen in hac etiam relatione ſunt multi relationum gradus, relatione etiam ſpeciali.

D Dubium 3. TERTIO quæritur de diuiſione quam ponit, quòd omnes diuini intellectus diuiduntur in eſſentiam, virtutem, & operationem. Videtur enim, quòd incompetens ſit diuiſio: diuidentia enim aliquid commune non æqualiter ſunt in omnibus de quibus illud commune dicitur, ſicut rationale & irrationale non æqualiter ſunt in omnibus animalibus, ſed in quibuſdam vnum, in quibuſdam alterum: ſed hæc tria ſunt æqualiter in omnibus Angelis qui dicuntur diuini intellectus: ergo diuiſio eſt incompetens.

2 Præterea, Sicut dicit Philoſophus in 2. ethic. Tria ſunt in anima, potentiæ, paſſiones, & habitus: & hæc omnia præcedunt operationem: cum igitur illa etiam ſint in Angelis, quia operatio egreditur ab aliqua potentia perfecta per habitum, & ſunt in eis delectationes quæ paſſiones ſunt, videtur quòd hæc tria addere debuit hic Dionyſius.

3 Præterea, Quod ponitur in diffinitione, prius eſt ea: potentia ponitur in diffinitione virtutis, eſt enim virtus potentia in vltimo poſita: ergo eſt prior virtute, & ita ante virtutem, ſicut ante operationem.

4 Præterea, Diuidentia non debent excedere diuiſum: ſed hæc tria ſunt in omnibus rebus: ergo inconuenienter diuiduntur per hæc diuini intellectus.

5 Præterea, Diuidentia debent eadem ratione ſe habere ad diuiſum: ſed hæc non ſic ſe habent, eſſentia enim eſt aliquid rei, & ſimiliter virtus eſt intra rem, operatio autem nihil rei eſt, ſed exit ab ipſa: & ſic videtur diuiſio incompetens.

6 Præterea, In dæmonibus ſunt hæc tria: & ita videntur habere communem naturam cum ſanctis Angelis per eandem rationem.

7 Quamuis hæc tria communiter denominent omnes, quia dicuntur omnes cæleſtes eſſentiæ & Virtutes & Angeli propter operationem communem, tamen Virtutum operatio denominat ſpecialiter aliquem ordinem: ergo ſimiliter ab eſſentia aliquis ordo ſpecialiter denominari debere.

8 Præterea, Supermundana ratio eſt quam non pertingimus per principia nobis innata, ſed tantum per fidem: ſed naturali ratione poſſumus deuenire ad hæc tria: ergo ipſa non ſunt ſupermundana ratione data.

Solutio. Dicimus, quòd hæc diuiſio datur de Angelis inquantum ipſi ſunt intellectus diuini, & dicitur intellectus diuinus in hæc diuidi. Eſt enim alia diuiſio intellectus inquantum intellectus, & non inquantum eſt natura, cum intellectus præſupponat naturam: intellectus autem cum ſit virtus quædam, præexigit ante ſe eſſentiam, à qua fluit omnis virtus: & tunc perficitur per operationem propriam. Sic igitur ad eius perfectionem in qua eſt intellectus, exigitur perfectio eſſentiæ & perfectio virtutis fluentis ab illa ordinante ad operationem & perfectionem operationis, in qua ſtat vltima perfectio. Et ideò huiuſmodi perfectiones habent ſe conſequenter: quod enim eſt perfectum in operari, eſt perfectum in poſſe ſiue in virtute, & perfectum in eſſe: & quod eſt perfectum in poſſe, eſt perfectum in eſſe, & non conuertitur. Sic igitur huiuſmodi diuiſio datur ſecundum ea quæ exiguntur ad perfectionem angelicæ naturæ vt ſunt intellectus quidam.

Ad primum dicendum, quòd hoc eſt verum de diuiſione generis in ſpecies. Talis autem non eſt hæc diuiſio, ſed in ea quæ exiguntur ad perfectionem intellectus, & ideò ſunt in quolibet intellectu perfecto.

Ad ſecundum dicendum, quòd potentia imperfecta eſt per ſe, & ideò non debuit poni inter ea quæ dicunt perfectionem: ſed virtus quæ dicit potentiam perfectam, ſtantem in vltimo, ſimiliter habitus acquiſiti, de quibus loquitur Philoſophus, non præcedunt opus, cum naſcuntur ex operibus: & tales non ſunt in Angelis, ſed tantum habitus infuſi vel concreati naturales; & hi non diuiduntur in virtutes, quæ dicunt perfectam potentiam. Paſſiones autem non ſunt in eis: delectatio enim, vt dicit Diony. vlt. cap. huius, non eſt accipienda in Angelis ſecundum paſſionem vt in nobis.

Ad tertium dicendum, quòd ſicut in Angelis potentia non præcedit eſſe tempore, ſed natura tantum, quia in perpetuis idem eſt poſſe & eſſe: ita etiam potentia ad agere ſemper ſtat ſub perfectione: & ideò non eſt accipere eſſentiam ante virtutem.

Ad quartum dicendum, quòd operatio rei quæ eſt circa materiam extrinſecam, non eſt intra rem: propria verò operatio rei quæ eſt ſibi in ſeipſa ſicut potentia, eſſentia, operatio eſt eſſe intra rem: & tales ſunt operationes angelicæ quibus ſecundum intellectum perficiuntur.

Ad quintum dicendum, quòd in alijs rebus non ſunt virtutes ſimpliciter, cum earum potentiæ non ponantur in vltimo ſimpliciter ſicut potentiæ angelicæ, ſed in vltimo ſecundum ſuam naturam: & ideò hæc tria non ſunt in omnibus rebus.

Ad ſextum dicendum, quòd ſicut dicit Dionyſius in libro de diuinis nominibus, dæmones infirmantur circa naturales operationes ipſorum: & ideò potius ſunt in ipſis infirmitates & operationes deficientes quam virtutes & operationes.

Ad ſeptimum dicendum, quòd ordines denominantur ab aliquo ſuperaddito naturæ: & ideò poſſunt ſpeciales ordines denominari à virtute & operatione quæ aliquid additum naturæ dicunt, & non ab eſſentia, quæ eſt primum ſuper quod fundantur alia.

Ad octauum dicendum, quòd licet hæc ſimpliciter poſſent nobis innoteſcere mundana ratione, prout tamen ſunt in ſuperioribus eſſentiis diſpoſitis circa diuina miniſteria, non niſi per fidem in ea poſſumus.

Qvarto quæritur, verum in Angelis ſint plures virtutes? & videtur, quòd non ſit in eis niſi vna, ſcilicet intellectiua. Omnis enim res quæ ſecundum ſuam ſubſtantiam non eſt niſi intelligentia, eius non eſt niſi intelligere: ſed Angeli ſecundum ſubſtantiam ſunt intelligentiæ, ſicut patet per Philoſophos, qui ſic eas nominant, & ſimiliter per Diony. & per hoc quod ſunt ſimplices, ſimplici primo ſunt propinquiſſimi: ergo earum operatio non eſt niſi intelligere: & ita nec virtus ſiue potentia, nec intellectus. E Dubium 4.

2 Ad idem, Quorum ſubſtantiæ ſunt ſeparatæ, & virtutes: ſed Angeli ſunt ſeparati à materia ſecundum ſubſtantiam, & hoc ſecundum naturales Philoſophos: ergo & eorum virtutes ſeparatæ ſunt: ſeparatæ autem virtutes ſunt quæ non operantur circa materiam & appendicias eius, quod ſolus intellectus eſt: ergo non habent niſi intellectum

3 Præterea, Bonum & malum ſunt in actione tantum, vt dicit Philoſophus: actio autem conſiſtit in operandis quæ ſunt coniuncta materiæ, in quibus eſt motus: ergo cum Angeli ſint ſeparati à materia, in eis non eſt virtus operandi malum & bonum: & ita non erit in eis voluntas, cui hæc ſunt ſubiecta.

4 Præterea, Contrarietas ſecundum eſſe & actum contrarietatis non eſt extra materiam: intentiones enim contrariorum ſeparatæ à materia non ſunt contrariæ, quia poſſunt eſſe ſimul in anima. Cum igitur obiecta aliarum virium, vt iraſcibilis & concupiſcibilis & quæcunque ſequuntur potentias affixas organis, ſint cum contrarietate, videtur quòd in Angelis qui ſunt ſeparati à materia, non ſint huiuſmodi virtutes.

5 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus, non eſt eiuſdem delectatio habens contrarium & non habens contrarium: talis autem eſt delectatio aliarum virium ab intellectu: ergo non ſunt in Angelis.

6 Ad idem, Non eſt eiuſdem delectatio in dulci & in intentione dulcis: hoc enim contemplatiui eſt, illud ſequentis paſſiones ſenſibiles: ſed Angelorum eſt contemplari in intentionibus rerum contemplando ipſas: ergo non eſt eorum delectatio quæ eſt in ipſis rebus ſenſibilibus: talis autem eſt delectatio aliarum virium: ergo non habent eas.

7 Præterea, Commentator dicit in 11. philoſophiæ primæ, quòd non habent niſi voluntatem & intellectum.

8 Præterea, Diony. dicit in vltimo huius operis, quòd non eſt æſtimandum eos delectari ſecundum ſenſibiles delectationes prout ſunt in nobis: ſolus autem intellectus delectatio eſt ſine paſſione: & ita non habent alias potentias.

Ad oppo-

Ad oppoſitum. Anima non coniuncta corpori ſimilis eſt Angelis: ſed ſicut dicit Auguſt. in libro de ſpiritu & anima, anima ante coniunctionem ad corpus & poſt ſeparationem habet tres vires, iraſcibilem, concupiſcibilem, & rationalem: ergo & Angeli habent.

a Ad idem, Per operationes potentias cognoſcimus: ſed Angeli operantur circa arduum & delectabile: ergo habent has vires.

Solutio. Dicimus, quòd Angeli non habent alias vires niſi intellectum & voluntatem ſecundum rem: & ſi poſſet dici, quòd habent liberum arbitrium ſecundum quod conſequitur voluntatem & intellectum ſine rationem. Voluntas autem in Angelis non diuiditur in plures potentias. Appetitus autem qui diuiditur per iraſcibilem & concupiſcibilem, eſt appetitus irrationalis, vt dicitur in tertio de anima, quia aut erit circa id quod eſt eleuatum ſupra facultatem ſuam, & ſic eſt iraſcibilis: vel circa ea quæ ſunt ad ſuſtentationem ſecundum ſpeciem, aut ſecundum indiuidnum, & ſic eſt concupiſcibilis. Sed circa tália non eſt delectatio Angelorum, cum huiuſmodi ſunt corruptibilium, ſed recreantur in operationibus intellectualibus naturalibus aut ex donis collatis, aut circa arduum circa quod eſt iraſcibilis. Sic ſecundum proportiones materiæ non erit aliquod talium eleuatum ſupra Angeli virtutem, quæ non eſt proportionata alicui materiali.

Ad primum ergo dicendum, quòd operari dicuntur intelligentiæ ſecundum ſuam ſubſtantiam: quia operantur ſecundum ſuam formam, ſicut homo ratiocinatur, non quod ſubſtantia ſua ſit ſua intellectiua virtus: & ideò poteſt habere etiam voluntatem quæ conſequitur intellectum, & ſi quæ tales eſſent, alias autem non. Secundum concedimus.

Ad tertium dicendum, quòd eſt quoddam bonum quod eſt ex perfectione quæ conſequitur rem ſecundum quod eſt in via ad finem vltimum, & nondum quieſcens in illo, & hoc eſt bonum quod acquiritur per motum, & hoc non eſt in his quæ ſunt ſeparata à materia. Etiam eſt bonum rei ex hoc quod eſt pe fectum vltimo fine, & hoc bonum eſt ſine motu etiam in his quæ non ſunt ſeparata à materia: quæcunque enim habent finem, non abſoluuntur à ratione boni Secundum hoc bonum etiam erit in intellectu ſpeculatiuo, cuius finis eſt veritas ſecundum Philoſophum.

Alia tria concedimus, & ſimiliter argumentum Commentatoris & Dionyſij.

Ad aliud dicendum, quòd anima antequam coniungatur corpori, non eſt: vnde non poteſt intelligi, quòd habeat tres vires ante coniunctionem ad corpus, niſi ſicut cauſa præhabet quod eſt ex ipſa in alio: huiuſmodi autem vires ſunt ex anima in corpore ſibi coniuncto: & etiam ſi anima has per ſe haberet, non oporteret, quòd Angelus haberet, quia eadem anima per eſſentiam intellectiua eſt & ſenſitiua, & ideò vires ſenſibiles habere poſſet.

Ad aliud dicendum, quòd operatio Angeli non eſt circa arduum & delectabile circa quod ſunt iraſcibilis & concupiſcibilis. Vnde etiam dicit Philoſophus, quòd ridiculum eſt dicere ſubſtantias eſſe prudentes, vel temperatas, vel fortes, vel iuſtas.

His habitis accedendum eſt ad literam. Eſt igitur ſua ſolutio, quòd virtus dicitur dupliciter, aut ſecundum quod eſt naturam conſequens in communi prout diuiditur in eſſentiam, virtutem, & operationem, & ſic dicitur virtus potentia perfecta, ſtans ſub vltimo naturæ: aut prout eſt ſtans ſub vltimo doni, & ſic denominat ſpecialem ordinem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. Diximus, quòd non eſt ita ſoluendum. *Autem*, id eſt, ſed nos ſoluendo *dicimus*, *quia*, id eſt, ſi nos *communiter vtentes nominatione cæleſtium virtutum in omnibus* ordinibus dicentes eos cæleſtes Virtutes, *non introducimus*, & per hoc *confuſionem quandam*, id eſt permixtionem *proprietatum vniuſcuiuſque diſpoſitionis*, id eſt, ordinis: quia virtus non dicitur de omnibus prout dicitur à dono proprio vnius ordinis. *Sed quoniam omnes diuini intellectus*, id eſt, Angeli, *ſecundum ſe*, id eſt, ſecundum ea quæ ad eorum perfectionem requiruntur prout ſunt intellectus, *ſupermundana ratione*, quia ad hæc humana ratio non ſufficit niſi diuino lumine per fidem adiuuetur, *diuiduntur in hæc tria*, ſcilicet *eſſentiam, virtutem, & operationem*. Quoniam inquam ita eſt, *cum*, id eſt, quando nos *omnes* ſuperiores ſpiritus *ſimul* acceptos *aut quoſdam eorum inobſeruate*, id eſt, non obſeruando an ſint ſupra ordinem ſpecialem Virtutum, vel infra, *vocamus cæleſtes virtutes*, aut cæleſtes eſſentias, *æſtimandum eſt nos ſignificare*, id eſt, denominare *eos de quibus eſt ſermo*, id eſt, quoſdam, cæleſtes eſſentias aut virtutes, *ex ea eſſentia, vel virtute quæ eſt per ſingulos eorum*, id eſt, quæ conſequitur naturam eorum in communi, & hoc *περιφράσει*, id eſt, circumlocutione: quia per communia denominamus aliquas ſpecialiter. *Enim* quia *neque*, id eſt, non etiam *eſt facile*, id eſt, conueniens *ſuperpoſitam*, id eſt, ab excellentiori dono ſpecialis ordinis ſumptam *proprietatem ſanctarum virtutum iam diſcretarum*, id eſt, diſtinctarum à nobis in ſpeciali ordine *annectere*, id eſt, attribuere *omninò minoribus eſſentiis*, id eſt, inferiorum ordinum, & hoc *in conuerſione ordinationis*, id eſt, conuertendo ordinationem, qua ea quæ ſunt ſuperiorum, ſunt in inferioribus. Ordinationis dico *inconfuſa*, id eſt, non confuſæ, ſed diſtinctæ *angelicorum ornatuum*, id eſt, ordinum ornatorum donis. *Enim*, id eſt, quia *quidem ipſa ſuperfirmata*, id eſt, ſuperiores *diſpoſitiones habent abundanter*, id eſt, eminenter, *&*, id eſt, etiam *ſacras proprietates minorum*, id eſt, inferiorum, & hoc *iuxta*, id eſt, ſecundum *rationem à nobis ſæpè redditam* in prædictis: *verò*, *id* eſt, ſed *vltima*, id eſt, inferiores, *non habent ſuperpoſitas*, id eſt, eminenter participatas *vniuerſitates*, id eſt, vniuerſales illuminationes & virtutes *maiorum*, id eſt, ſuperiorum. Non habent dico *illuminationibus apparentibus in eas*, ſcilicet vltimas, *particulariter primò* quia in ſuperioribus ſunt vniuerſaliter, vt etiam dicitur in lib. de cauſis, quòd intelligentiæ primæ continent formas magis vniuerſales. Illuminationibus dico *diſtributis eis* ſcilicet inferioribus *per primas proportionaliter* ſibi: & hoc totum ponitur ad exponendum quod dixit conuerſione.

M 4 CAPVT

CAPVT XII.

Quare ſecundum homines hierarcha Angeli vocantur.

1. QVæritur autem & hoc intelligibilium eloquiorum ſtudioſè intuentibus. Si enim participantia excelſiorum vniuerſitatum non ſunt vltima, ob quam cauſam ſecundum nos ſummus ſacerdos Angelus Domini omnipotentis ab eloquiis nominatur? Eſt autem non contraria ratio (vt æſtimo) ante diffinitis. Dicimus enim, quia voi-uerſali & ſuperpoſita maiorum ornatuum virtute relinquuntur vltimi. Mediam enim & proportionalem participant iuxta vnam ſimul cunctorum & coniunctiuam ſocietatem. Quale eſt quod ſanctorum Cherubin ordo participat ſapientiam & ſcientiam altiorem. Sub ipſis autem eſſentiarum diſpoſitiones participant quidem & ipſæ ſapientiam & ſcientiam, particularem tamen ad illos & ſubiectam. Et quidem omninò in participatione ſapientiæ & ſcientiæ eſſe commune eſt omnibus deiformibus intellectibus. Attentè autem & primò, aut ſecundò, aut infià, nequaquam commune, ſed ſicut vnicuique ante propria diffinitur analogia. Hoc autem & de omnibus diuinis mentibus non fortaſſis quis errans diffiniet. Etenim ſicut primi abundantius habent minorum ſanctas pulchraſque proprietates, ſic habent vltimi eas priorum, non tamen ſimiliter, ſed infra. Nihil ergo (vt æſtimo) inordinatum, ſi & ſecundum nos ſummum ſacerdotem Angelum Theologia vocat, iuxta virtutem propriam participantem Angelorum prophetica proprietate, & ad manifeſtatiuam eorum ſimilitudinem, quantum poſſibile hominibus, extentum. Inuenies autem, quia & deos Theologia vocat & cæleſtes & ſupernas eſſentias, & apud nos amiciſſimos Dei & mirabiles viros. Et quidem diuinum ſecretum ſupereſſentialiter ſimul omnibus & remotum & ſupercollocatum, & nullum ab eorum quæ ſunt ſimile nominati propriè & omninò valet. Veruntamen quæcunque & intellectualium & rationalium ad vnitatem eius, & qualiſcunque virtus vniuerſaliter conuertitur, & ad diuinas ipſius illumiationes, quantum poſſibile, inceſſabiliter extenditur ſecundum virtutem, ſi iuſtam dicere, diuina imitatione & diuina vniuocatione digna facta eſt.

Malach. 2. Apoc. 1. Pſal. 94. Geneſ. 18. Pſal. 81. Exo. 7.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Quæritur autem & hoc intelligibilium, &c.

IN hoc cap. determinat quandam dubitationem quæ ex prædictis oriri poſſet, & maximè ex eo quod dictum eſt in præcedenti. cap. cum enim dictum eſt, quòd inferiores non participant dona ſuperiorum, videtur quòd inferiores nullo modo haberent ſapientiam vel charitatem à qua nominantur ſuperiores virtutes ſiue ordines, quod falſum eſt: & quod inferiores aliquo modo non poſſent nominari nominibus ſuperiorum, cuius contrarium inuenimus in Scripturis. Ad remouendam hanc dubitationem mouet quandam quæſtionem de verbis Malac. 1, qui vocat ſacerdotem Angelum, cum tamen ordo Angelorum ſit ſupra ordinem ſacerdotum noſtræ hierarchiæ. Diuiditur autem hæc pars in tres. In prima mouet quæſtionem. In ſecunda ſoluit, ibi, *Eſt autem non contraria, &c.* In tertia ſolutionem confirmat, ibi, *Inuenies autem, &c.* Litera ſic legatur. Determinauimus prædictam quæſtionem. *Autem* ſed *&*, id eſt etiam *hoc quæritur ab intuentibus ſtudioſè*, id eſt, à ſtudioſis inſpectoribus *eloquiorum* ſacrorum *intelligibilium*, id eſt, quæ intelligere debemus. *Enim*, id eſt, quia *ſi vltima*, id eſt, inferiora *non ſunt participantia*, id eſt, participatiua *vniuerſitatum*, id eſt, vniuerſalium illuminationum vel virtutum *excelſiorum*, id eſt, ſuperiorum eſſentiarum, *ob quam cauſam ſummus ſacerdos ſecundum nos*, id eſt, in noſtra hierarchia quæ eſt inferior, *Angelus*

gelus nominatur ab eloquiis. Malach. 2. *Angelus Domini omnipotentis. Eſt autem non contraria.* Hic ſoluit hanc dubitationem, & circa hoc ſtatuit duo. Primò enim ponit principia per quæ venatur ſolutionem. Secundò adaptat ad quæſtionem, ibi, *Nihil ergo, &c.* Eſt ergo ſolutio, quod ea quæ ſunt in ſuperioribus vniuerſaliter, ſunt in inferioribus, ſed particulariter, & ideò poſſunt inferiora aliquo modo nominari ab his quæ ſunt ſuperiorum.

DVBIA.

B Sed circa hoc ſunt duo dubia. Primò, Vtrum dona ſuperiorum ſunt in inferioribus. Secundò, Vtrum ſuperiores habeant illuminationes & ſcientias magis vniuerſales.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd dona ſuperiorum non ſunt in inferioribus: conuenientia enim in his per quæ eſt diſtinctio, inducit in diſtinctis confuſionem: ſed ordines diſtinguuntur per dona & illuminationes: ſi igitur ea quæ ſunt ſuperiorum, communicant inferioribus, erit confuſio in ordinibus.

2 Præterea, Differentium ſpecie ſunt differentes perfectiones: ſed ad minus illi qui ſunt in diuerſis ordinibus, ſunt differentes ſpecie: ergo cum illuminationes ſunt eorum perfectiones, non erunt inferiorum quæ ſunt ſuperiorum.

3 Ad idem, In toto poteſtatiuo ſiue in naturalibus ſiue in ciuilibus inferior nullo modo habet actum ſuperioris, ſicut ſenſus non habet actum intellectus, nec balliuus actum regis: ſed ſicut ſuperius dictum eſt, hierarchia eſt totum poteſtatiuum: ergo inferiores non habent ea quæ ſunt ſuperiorum.

4 Ad idem, Omnis diſtinctio eſt vel ſecundum participationem eiuſdem ſecundum magis & minus, aut ſecundum participationem diuerſorum: ſed participatio eiuſdem ſecundum magis & minus, non diuerſificat ſpeciem, qualis eſt diuerſitas inter ordines: ergo diſtinguuntur participatione diuerſorum, & ſic non ſunt eadem in omnibus.

5 Ad idem, In Angelis non eſt aliquod donum in vacuum: ſed dona inferiorum ordinantur ad miniſterium exterius, hoc autem non conuenit ſuperioribus: ergo non ſunt eædem proprietates inferiorum & ſuperiorum.

6 Si dicatur, quòd ſuperiores habent in habitu, & inferiores in actu. Contra: Perfectius eſt aliquid habere actu quam habitu: ſic ergo perfectiora eſſent dona in inferioribus quam in ſuperioribus, quod eſt contra literam.

7 Præterea, Si ſuperiores habent quicquid habent inferiores eminentius, videtur quòd ſufficiat vnus ordinum ſuperiorum: ergo omnes alij ſuperflui, & ita non erunt, cum nihil in eis ſit ſuperfluum.

8 Præterea, Dubitatur de quadam expoſitione Commentatoris ſuper illud: Sicut vnicuique autem propria diffinitur analogia. Et dicit Commentator: Analogia inuenitur interpretari ratio vel proportio: hic vero qualitatem meritorum ſiue gratiæ opinor interpretari. Si enim vnicuique illuminatio diſtribuitur ſecundum diffinitionem propriæ analogiæ, oportet illam analogiam ante diſtributionem donorum exiſtere: ſed merita Angelorum non præcedunt dona gloriæ: non ergo videtur hæc analogia eſſe ſecundum merita.

Solutio. Dicimus, quòd lumen diuinum non ſiſtitur in primis, ſed peruenit vſque ad vltimos, ſicut dicitur Iob 25. Super quem non ſurgit lumen eius? ſed tamen non omnes ſimiliter recipiunt lumen illud, ſed vnumquodque ſecundum ſuam capacitatem, ſicut eſt etiam de lumine corporali: & ideò eædem illuminationes ſunt ſuperiorum & inferiorum, ſed ſuperiorum eminenter & vniuerſaliter, inferiorum autem particulariter & in minori fulgore.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet ſit conuenientia in illuminationibus receptis, remanet tamen diuerſitas ex parte recipientium in modo recipiendi: & ideò non ſit confuſio, ſed remanet diſtinctio hierarchiarum & ordinum.

Ad ſecundum dicendum, quòd perfectio eſt actus perficientis & perfecti. Vnde poteſt habere differentiam ex parte agentis, ſicut alia perfectio inducitur actione frigidi & calidi: & poteſt habere differentiam ex parte recipientis, ſicut ex igne inducitur perfectio in lignis viridibus ſecundum fumum, & in ſiccis ſecundum flammam: ergo differentium agentium neceſſe eſt differentes eſſe perfectiones, ſed diuerſorum patientium poteſt eſſe eadem perfectio, quantum ad actum agentis, quamuis recipiat diuerſum modum ex parte recipientium: & ſic eſt in propoſito. Vel dicendum, vt ſupra dictum eſt, quòd differentium ſunt diuerſæ perfectiones eſſentiales, poſſunt tamen eædem eſſe gratuitæ: ſed huic oportet addere primam ſolutionem ad hoc vt ſit perfecta.

Ad tertium dicendum, quòd in toto poteſtatiuo tam ciuili quam naturali inferius habet contractum, quod eſt in ſuperiori abſolutum & vniuerſaliter, ſicut balliuus habet poteſtatem regis, alioquin ſibi non obediretur: & ſimiliter ſenſus participat cognitionem intellectus contractam ad organa & determinatam ad ſenſibilia.

Ad quartum dicendum, quòd magis vel minus quod cauſatur ex vigore vel debilitate eiuſdem naturæ, non diuerſificant ſpeciem, ſicut vnus homo eſt magis cognoſcens quam alius: ſed quando cauſatur ex diuerſis naturis, ſicut intellectus eſt magis cognoſcens quam ſenſus, tunc diuerſificant ſpeciem vel genus. Et ideò cum in Angelis cauſetur maior vel minor cognitio ex diuerſa capacitate diuerſarum naturarum, efficitur ex hoc diuerſitas in perſonis vel ordinibus vel etiam hierarchia.

Ad quintum dicendum, quòd donum in inferioribus eſt contractum, & propter hoc eſt ordinatum ad ſpeciale miniſterium: cum autem idem donum in ſuperioribus ſit non contractum, non oportet, quòd ſuperiores miniſtrent, ſed quòd dirigant alios in miniſtrando.

Ad ſextum dicendum, quòd ſi ſit eiuſdem modi habitus, perfectior eſt ſi ſit in actu quam ſi ſit in habitu tantum: ſed ſuperiores habent habitum per modum primi quod habet virtute alia quæ ſequuntur, inferiores autem habent poſteriores habitus determinantes ad aliquam actionem

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. Hoc dico, &c. *Autem*, D id eſt, ſed hæc *ratio*, qua ſcilicet ſacerdos Angelus dicitur, *non eſt contraria antè diffinitæ* à nobis, id eſt, determinantis, *vt æſtimo*. Hoc propter dubitationem imperfectionis dicit, & non propter dubitationem veritatis. *Dicimus enim, quia*, id eſt, quòd *vltimi*, id eſt, inferiores *relinquuntur*, id eſt, exceduntur *virtute maiorum*, id eſt, ſuperiorum *ornatuum*, id eſt, ordinum donis ornatorum, *vniuerſali & ſuperpoſita*, id eſt, eminenti, cum non habeant per modum vniuerſalis & ſuperpoſitæ virtutis primorum. *Enim*, id eſt, quia *participant* eandem virtutem ſecundum ſubſtantiam, *mediam*, id eſt, medio modo, quantum ad mediam hierarchiam, *& proportionalem* infimo modo, quantum ad vltimam hierarchiam: & hoc fit *iuxta*, id eſt, ſecundum *vnam ſocietatem*, id eſt, connexionem *cunctorum ordinum ſimul* acceptorum quantum ad eaſdem illuminationes, *& coniunctiuam* ſecundum quod ordinantur ad vnum finem & principium. Et hoc manifeſtat per exemplum dicens: *Quale eſt* hoc quod dicam, ſcilicet *quòd ordo ſanctorum Cherubin participat ſcientiam & ſapientiam altiorem*, & eminenter à quo denominantur, non tamen ſoli habent ſapientiam & ſcientiam. *Autem*, id eſt, ſed *diſpoſitiones*, id eſt, ordines *eſſentiarum* cæleſtium quæ ſunt *ſub ipſis quidem*, id eſt, certè *&*, id eſt, etiam *ipſa participant ſapientiam & ſcientiam, tamen particularem & ſubiectam ad illos*, id eſt, reſpectu Cherubin. *Et quidem*, id eſt, certè *eſſe omninò*, id eſt, quocunque modo *in participatione ſapientiæ & ſcientia eſt commune omnibus intellectibus deiformibus*, id eſt, Angelis. *Autem*, id eſt, ſed eſſe in participatione ſapientiæ & ſcientiæ *attentè*, id eſt, perſpicaciſſimè, *aut primò* quantum ad primam hierarchiam, quæ antè alias accipit, *aut ſecundò*, quantum ad mediam, *aut infra*, id eſt, vltimo modo, quantum ad infimam. Hoc dico *nequaquam* eſt *commune omnibus, ſed* vnuſquiſque participat eo modo, & *ſicut vnicuique diffinitur*, id eſt, determinatur *ante propria analogia*, id eſt, qualitate meritorum reſpondente proportioni naturæ, cuius diuerſitas præintelligitur ſicut cauſa diuerſitatis in modo recipiendi. *Autem*, id eſt, ſed *quis*, id eſt, aliquis *diffiniet hoc*, ſcilicet quod dictum eſt de Cherubin, *&*, id eſt, etiam *de omnibus mentibus diuinis*, id eſt, de conſimilibus, ſcilicet Angelis, *fortaſſis non errans*. Hoc non propter dubitationem dicit, ſed propter imperfectionem. *Etenim*, id eſt, quia *ſicut primi habent ſanctas pulchraſque proprietates minorum*, hoc eſt, inferiorum, *abundanter*, hoc eſt, eminenter, *ſic vltimi habent eas* proprietates quæ ſunt *priorum*, hoc eſt, ſuperiorum abundanter, *tamen non ſimiliter, ſed infra*, id eſt, inferiori modo à ſimili. *Ergo nihil* eſt *inordinatum*, id eſt, irrationabile, *vt æſtimo, ſi Theologia*, id eſt, ſacra Scriptura, *&*, id eſt, etiam *ſummum ſacerdotem ſecundum nos*, id eſt, in noſtra hierarchia, *vocat Angelum*. Sacerdotem dico *participantem prophetica proprietate Angelorum*, id eſt, quæ eſt in illuminatione occultorum à Deo: & hoc *iuxta propriam virtutem*, id eſt, licet non æqualiter Angelis, & hoc quantum ad ſimilitudinem doni. Et ſacerdotem dico *extentum*, id eſt, eleuatum, *quantum poſſibile* eſt *hominibus ad manifeſtatiuam ſimilitudinem eorum*, ſcilicet Angelorum, id eſt, vt ſimilentur eis in manifeſtando, & hoc quantum ad conſortium poteſtatis.

DVBIVM.

Sed videtvr, quòd hoc non ſit ſimile E prædictis: in omnibus enim Angelis eſt vna communis ratio participandi illuminationes, quia deiformiter: homines autem ſecundum hanc rationem non participant: ergo non videtur, quod debeant denominari à cæleſtibus ordinibus, quamuis quidam eorum denominentur ab aliis.

2 Præterea, Eorum quæ non ſunt in hierarchia vna, non eſt vna participatio: homines autem cum Angelis non ſunt in eadem hierarchia: ergo non habent eandem participationem illuminationum. Et ſic non videntur denominari ab Angelis.

3 Præterea, Prima relatione accipere illuminationem non in vmbra continui & temporis, & ſecunda relatione obumbratè accipere, facit æquiuocam acceptionem: cum igitur Angeli prima relatione accipiant, homines verò ſecunda, vt dicitur in lib. de motu cordis, videtur quòd homines non poſſunt denominari ab illuminationibus Angelorum.

4 Præterea, Alius eſt gradus ſacerdotis & Prophetæ, ſicut habetur. 1. Corinth. 12. Inconuenienter ergo dicitur Angelus propter participationem propheticæ proprietatis.

5 Præterea, Sicut comparatur hierarchia ad hierarchiam, ita ſummum in hierarchia vna ad ſummum in alia: ſed ſummus ſacerdos habet ſummum gradum in noſtra hierarchia, quæ comparatur cæleſti: non ergo debuit comparari Angelis qui ſunt infimi in illa hierarchia, ſed magis Seraphin.

6 Præterea, Pontifices habent officium circa vniuerſitatem: Angelorum verò officium eſt circa ſingulos non ergo debent ſacerdotes Angelis comparari.

Solutio. Dicimus, quòd ſacerdos congruè poteſt dici Angelus propter participationem diuini luminis procedentis à prioris vſque in vltimos, quamuis ſit diuerſitas accipiendi in modo ex parte recipientium: propter quod eſt etiam diuerſitas in hierarchia. Et per hoc patet ſolutio ad prima tria.

Ad quartum dicendum, quòd Propheta ſecundum quod largè dicitur, quicunque ſcilicet diuinas illuminationes alios inſtruit, non facit gradum diuerſum à ſacerdote: quia hoc ſacerdotis eſt, quamuis non ſit Propheta, eò quod per ſe reuelationes occultorum à Deo accipiat, ſicut propriè dicitur Propheta: & illo modo ſumitur. 1. Corinth. 14. Prophetæ duo, aut tres, &c.

Ad quintum dicendum, quòd ratio illa procederet ſi compararetur hierarchia noſtra angelicæ ex æquo, ſed illa eſt ſuperior: & ideò inferior in illa eſt ſupra eum qui eſt ſupremus in iſta.

Ad ſextum dicendum, quòd non attenditur

in

ſo hoc ſimilitudo quod eſt illuminare ſingulos vel vniuerſos, ſed in hoc quod eſt diuinam illuminationem recipere & aliis edere.

EXPOSITIO TEXTVS.

Inuenies autem, &c.

F HIc confirmat ſolutionem per locum à minori: quia inferiores Angeli vel homines vocantur dij, quod minus videtur: ergo multò magis homines poſſunt vocari Angeli.

DVBIVM.

G SED VIDETVR hoc eſſe falſum: quia ſicut dicitur Sap. 13. Incommunicabile nomen, ſcilicet diuinitatis, lignis & lapidibus impoſuerunt. Ergo videtur, quòd nomen diuinum non ſit communicabile hominibus vel Angelis.

2 Præterea, Hoc eſt contra fidem & philoſophiam, cum non ſit niſi vnus Deus: ergo non videtur, quòd homines debent dici dij.

3 Præterea, Medium eſt magis propinquum vltimo quam primum: ſed homines vel inferiores Angeli non denominantur à ſuperioribus Angelis, qui ſunt medij inter ipſos & Deum; ergo multò minus debent denominari à Deo.

Solutio. Dicimus, quòd quidam dicunt, quòd hoc nomen, Deus, non habet plurale, & incongruè dicitur dij: tamen ſancti ad expreſſionem diuinæ ſimilitudinis dixerunt dij in plurali, magis volentes incongruè dici, quam non intelligi. Tamen nos poſſumus dicere probabilius, quòd hoc nomen, Deus, poteſt conſiderari quantum ad id cui imponitur, quod eſt vnum tantum, & ſic eſt incommunicabile: vel quantum ad id à quo imponitur, imponitur autem à prouidentia: quia dicitur à θεῶμαι, id eſt, video vides, ſecundum Græcos. Hoc autem poteſt communicari non ſecundum quod eſt in primo vniuerſaliter, ſed reſpectu aliquorum: & ideò illis eſt communicabile hoc nomen, Deus: nec tamen æquiuocè, ſed per imitationem ſecundum prius & poſterius. Et per hoc patet ſolutio ad duo prima.

Ad tertium dicendum, quòd Deus magis eſt propinquus cuilibet rei quam aliquæ cauſæ ſecundæ, cum ſit in qualibet re continens ipſam, licet medij magis propinqui ſint vltimis quantum ad gradum dignitatis: & ideò magis poſſunt denominari à Deo, quamuis etiam à ſuperioribus ordinibus denominari poſſunt, vt in ſequenti. cap. dicitur.

EXPOSITIO TEXTVS.

H Litera ſic legatur. Diximus, quòd inferiores etiam homines denominantur à ſuperioribus: quia æqualiter eorum participant proprietates. *Inuenies autem* in ſcripturis, ſcilicet hoc quod minus videtur, *quia*, id eſt, quòd *Theologia*, id eſt, ſacra Scriptura *& caleſtes & ſupernas eſſentias*, id eſt, ſupra nos exiſtentes, ſcilicet, Angelos, *&*, id eſt, etiam *viros amiciſſimos Dei & mirabiles*, id eſt, propter nimiam ſanctitatem in admirationem ſui corda hominum trahentes *apud nos*, id eſt, qui ſunt de noſtra hierarchia. Hoc dico *&*, id eſt, etiam *vocat deos*, vt dicitur in Pſal. Ego dixi, Dij eſtis. *Et quidem*, id eſt, certè *diuinum ſecretum*, id eſt, eius natura quæ eſt occulta propter ſui immenſitatem, *& remotum*, vt non ens de natura eorum, *& ſupercollocatum omnibus* rebus *ſimul* acceptis, *ſupereſſentialiter*, id eſt, ſuper modum quo eſſentia creata poteſt remoueri & ſupercollocari, *& ideò nullum ſimile* ſibi *valet propriè nominari*, quantum ad id cui nomen imponitur, *& omninò*, quantum ad perfectam participationem eius à quo imponitur *ab eorum quæ ſunt*, id eſt, ab his, more Græcorum, id eſt, nihil eſſentium poteſt ſibi ſimile nominari, vt nomen communicet ſibi ſecundum perfectam rationem impoſitionis, & ſecundum id cui imponitur. *Veruntamen quæcunque virtus* de numero *intelligibilium*, id eſt, Angelorum, *& rationalium*, id eſt, hominum, *& qualiſcunque* alia virtus *vniuerſaliter conuertitur ad vnitatem eius*, ſcilicet Dei imitandam, *& extenditur*, id eſt, eleuatur *ſecundum virtutem* ſuam *quantum poſſibile* eſt ſibi *inceſſabiliter ad diuinas illuminationes ipſius*, ſcilicet Dei participandas. Hæc, dico, virtus eſt facta digna *imitatione diuina* in proprietatibus. Et ob hoc etiam eſt facta digna *diuina vniuocatione*, id eſt, quod vocetur eodem nomine quo Deus, non æquiuocè, ſed analogicè, *ſi* tamen hoc eſt *iuſtum*, id eſt, rectum *dicere*: non eſt enim omninò rectum, inquantum eſt imperfecta imitatio, & inquantum analogica deficit ab vniuocatione, aliquid non habens eius.

CAPVT XIII.

Quare à Seraphin dicitur purgatus fuiſſe Propheta Iſaias.

AGe & hoc ſecundum virtutem inſpiciamus, vt quid à Theologis Seraphin miſſus fuiſſe dicitur. 1.
Etenim reſponderit quiſquam, quia non ſuppoſitorum quiſquam Angelorum, ſed vnus quidam ex maximis eſſentiis innumeris purgat ſacerdotem. Quidam ergo aiunt, quia iuxta iam antè redditam cunctorum intellectuum ſocietatis diffinitionem, non vnam circa Deum primarum mentium nominat eloquium in Theologi purgatione veniſſe: quendam verò nobis præſtantium Angelorum ſacrificantem Prophetæ purgationem, Seraphin æquiuocatione vocatum fuiſſe, propter igneam & cæleſtem dictorum

ablationem peccatorum, & purgati in diuinam obedientiam reſuſcitationem. Et eloquium vnum ex Seraphin ſimpliciter dixiſſe aiunt, non circa Deum collocatorum, ſed nobis præſtantium purgatiuarum Virtutum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Age & hoc ſecundum virtutem inſpiciamus, &c.

A IN hoc cap. determinat quandam quæſtionem quæ occaſionatur ex dictis in 6. cap. Ibi enim dictum eſt, primam hierarchiam eſſe circa Deum exiſtentem ſemper. In 7. cap. etiam dictum eſt, quòd primæ eſſentiæ ſunt velut in veſtibulis ipſius deitatis ordinatæ: & iterum, quòd prima diſpoſitio eſt circa Deum immediatè ſtans, & inceſſanter circumiens eius ſcientiam. Ex quibus omnibus datur intelligi, quòd ſemper Deo aſſiſtant, & ad nos exterius non mittantur. Cuius contrarium videtur ex Iſa. 6. cap. vbi dicitur, quòd vnus de Seraphin miſſus eſt ad purgandum Prophetam. Et hanc dubitationem in hoc capite determinat. Diuiditur autem in partes tres. In prima mouet quæſtionem. In ſecunda ſoluit dupliciter, ibi, *Quidã ergo aiunt, &c.* In tertia committit iudicium ſolutionis Timotheo cui ſcribit, ibi, *Hæc ille quidem docuit me.*

D V B I A.

SED QVIA quæſtio fundatur ſupra diſtinB ctionem virtutis aſſiſtricis & miniſtratiuæ, ideò quæruntur hîc quatuor ante literam. Primò, Quid ſit aſſiſtere? Secundò, Vtrum conueniat aliis quam Angelis? Tertiò, Vtrum omnes Angeli ſint de virtute aſſiſtrice & miniſtratiua ſimul? Quartò, Vtrum idem ſimul & ſemel poſſit miniſtrare & contemplari?

Dubium 1 CIRCA primum ſic proceditur. Gregor. in homilia de centum ouibus ſic dicit: Qui ſic contemplatione intima perfruuntur, vt ad explenda foris opera minimè mittantur, Deo aſſiſtere dicuntur. Ex quo datur intelligi, quòd aſſiſtere ſit ſemper contemplatione intima perfrui, cum viſio ſit tota merces, ſecundum Auguſtinum: ſed omnes Angeli ſunt beati: ergo omnibus conuenit aſſiſtere, & non aliquibus ſpecialiter.

2 Præterea, Contemplatio intima poteſt impediri vel ex parte contemplantis, vel ex parte contemplati. Ex parte contemplantis quidem impeditur peccato & pondere carnis: ex parte autem contemplati, eò quod videtur in ſpeculo & ænigmate: hæc autem longè ſunt ab omnibus Angelis: ergo omnes intimè contemplantur: & ſi hoc eſt aſſiſtere, tunc omnes aſſiſtunt.

3 Præterea, Impedimentum ſubtilis contemplationis vel eſt ex hebetudine naturæ, vel ex mala diſpoſitione: ſed primum non eſt in Angelis aliquibus, cum omnes ſint ſubſtantiæ ſimplices & immateriales: nec iterum eſt in eis mala diſpoſitio, cum enim non cognoſcant per ſigna, ſed per cauſam propriam rei, non eſt poſſibilis in eis deceptio: ergo videtur, quòd omnes intimè contemplantur: & ſic idem quod prius.

4 Præterea, Eſſe in contemplatione diuinæ ſcientiæ attentas, quòd eſt intimè contemplari, attribuit in præcedenti cap. Cherubin, quibus non conuenit ſpecialiter aſſiſtere: ergo aſſiſtere non eſt intimè contemplari.

5 Præterea, Dominationes ſunt aſſiſtrices, cum non mittantur ad exterius miniſterium, vt ſupra habitum eſt, quod tamen non accipiunt altiſſimo modo: ſed hoc non dicitur intimè contemplari, ſed ſecundò, cum ſint de ſecunda hierarchia: ergo non eſt aſſiſtere intimè.

Solutio. Dicimus, quòd intimè contemplari dicitur tribus modis. Aut ex parte contemplantis, quod eſt liberum ab impedimento peccati pœnæ, & grauedine corporis: & ſic omnes Angeli intimè contemplantur: & hoc non dicitur propriè aſſiſtere. Aut ex parte contemplati, quod videtur ſine velamine ſpeculi & ænigmatis: & ſic iterum omnes intimè contemplantur: nec hoc facit aſſiſtere. Tertio modo ſecundum modum contemplandi: & hoc dupliciter, vel ſecundum modum hierarchiæ, vel ſecundum modum recipiendi ordinum. Primo modo intimè contemplantur tantum tres primi ordines recipientes ſecundum diſpoſitionem primæ hierarchiæ lumen diuinum in fulgore & ſimplicitate & propinquiſſimè Deo. Secundum hoc etiam tantum illi propriè aſſiſtunt. Sed ſecundum modum recipiendi ordinum intimè contemplantur, qui denominantur & conſtituuntur in ſuo ordine ex dono quod ordinat immediatè in Deum, & non habet rationem in dono quod mittatur ad exterius miniſterium ſed potius ex ratione nominis euertitur ab hoc. Sic tres primæ intimè contemplantur & aſſiſtunt, & cum his quartus ordo, ſcilicet Dominationum, quorum eſt & ratione doni, vt ſupra dictum eſt, appetere diuinam dominationem, & abſtrahere ſe ab omni opere per quod inferioribus commiſcentur. Vnde dictum Gregorij ſic eſt intelligendum: Aſſiſtunt qui ſic contemplatione intima, &c. vt ad explenda, &c. id eſt, vt non habeant rationem ex dono ſui ordinis vt mittantur, ſed potius in contrarium.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnes Angeli & beati intimè contemplantur, quantum ad viſionem quæ eſt de ſubſtantia beatitudinis, de qua etiam hoc intelligitur, ſed non quantum ad contemplationes theophaniarum hierarchicarum quas primi ſecundis tradunt.

Ad ſecundum patet ſolutio per prædicta.

Ad tertium dicendum, quòd licet in eis non ſit obtuſio naturæ, eſt tamen in eis minor capacitas: propter quod impediuntur ab altiſſimo modo contemplationis.

Ad quartum dicendum, quòd attribuitur ſpecialiter Cherubin intimè contemplari quantum ad illuminationes communiter ad quodcunque donum perficiant.

Ad quintum patet ſolutio per prædicta.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur C eum, quòd non ſolis Angelis conueniat aſſi- Dubium 2.

1 *D. Alber. Mag. In lib. de cæleſti hierar.*

ſtere, ſicut enim dicitur *Heb. 9.* Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum, &c. ergo non ſolis Angelis hoc conuenit.

2 Præterea, Beatus Hieronymus dicit de beata Virgine, quòd exaltata eſt ſuper omnes choros Angelorum. Ergo ipſa etiam aſſiſtit, & non ſolum Angeli.

Ad oppoſitum. Quod diſtinguit gradum in vna natura, non eſt inuenire in alia: ſed aſſiſtere & miniſtrare diſtinguit gradum in natura humana: ergo nec in alia.

Solutio. Dicimus, quòd ſi aſſiſtere dicitur intimè contemplari, vt dictum eſt, tunc Chriſtus ſecundum quod homo multò magis aſſiſtit quam aliqui Angeli, & ſimiliter beata Virgo, & alij ſancti æqualiter qui aſſumuntur ad ordines primos. Et concedimus rationes tres primas.

Ad quartum dicendum, quòd id quod diſtinguit gradus in vna natura quantum ad eſſentialia & perfectiones primas illius naturæ, non poteſt eſſe in alia natura: ſed aſſiſtere diſtinguit gradum in Angelis quoad perfectiones ſecundas, in quibus cum hominibus conueniunt: & ideò poteſt hoc etiam hominibus conuenire.

D Dubium 3. CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd non omnes aſſiſtant vel miniſtrent: quod enim eſt diſtinctiuum & diſiunctiuum alicuius naturæ, non conuenit omnibus quæ ſunt in illa natura: ſed aſſiſtere & miniſtrare diſtinguunt ordines & hierarchias angelicas: ergo non omnibus conuenit vtrumque vel alterum tantum.

2 Ad idem, Non omnium eſt vicinitas vna ad Deum. Cum ergo hæc præpoſitio, ad, quæ venit per compoſitionem in hoc verbo, aſſiſtere, notet vicinitatem ad Deum, non videtur, quòd omnes æqualiter aſſiſtant.

3 Præterea, Aſſiſtere eſt tantum immediatè accipere à Deo, & cooperari ſibi in reductione aliorum: non autem omnes Angeli habent ſub ſe aliquos Angelos quos reducant vt ſint cooperatores Dei: non ergo omnes aſſiſtunt.

4 Præterea, Intelligentiæ ſecundum Philoſophos, quæ habent formas magis vniuerſales, aſſiſtunt cauſæ primæ, recipientes largiſſimè & immediatè ab ipſa: & quæ habent formas magis particulares, exequuntur per determinatos motus effectus in inferioribus, cum vniuerſalis virtutis non ſit moueri ad determinatos effectus niſi mediante virtute particulari & determinata: ſed ſicut ſupra dictum eſt, ſuperiores Angeli habent illuminationes vniuerſales, & inferiores particulares: ergo ſimiliter videtur, quòd inferiores exequantur diuina miniſteria primis tantum aſſiſtentibus.

5 Ad idem, In lumine corporali videmus, quòd id quod recipit lumen ſolis in particulari tantum in virtute particulari, eſt exequens opera naturæ, vt ſemina diuerſarum rerum: & quod recipit in virtute vniuerſali, abſtrahit à determinatis virtutibus ad exequendum effectus ſpeciales, ſed ordinatur in minori dignitate vt regens determinatas virtutes agentes, ſicut luna: ergo videtur, quòd etiam primi qui recipiunt illuminationes vniuerſales, non exequantur determinata miniſteria, ſed tantum inferiores.

Ad oppoſitum. Tob. 12. dixit Angelus: Ego ſum Raphaël Angelus, vnus ex ſeptem qui aſtamus ante Deum: ſed ille erat in miniſterio: ergo idem miniſtrat & aſſiſtit.

2 Præterea, Supra 8. cap. dictum eſt, quòd inferiores recipiunt illuminationes à primis, & primi immediatè à Deo. Cum igitur hoc ſit aſſiſtere, videtur quòd inferiores aſſiſtant, quorum eſt miniſtrare.

3 Præterea, Matth. 18. dicitur: Angeli eorum ſemper vident faciem Patris, &c. & ſicut dicit Hiero. & Grego. in Gloſſa ibidem, Angeli eorum dicuntur qui eorum cuſtodiæ deputantur: ergo videtur, quòd inferiores aſſiſtant.

4 Præterea, Gregorius dicit: Sic exterius implent miniſterium, vt nunquam intus deſint per contemplationem. Mittuntur ad hominum ſalutem, & tamen ſemper vident faciem Patris: quia quocumque mittantur, intra ipſum currunt. Ergo videtur, quòd miniſtrantes aſſiſtant.

5 Præterea, In corporalibus quicquid illuminatur à medio, illuminatur à primo, ſicut terra non ſolum à luna, ſed etiam à ſole: ergo videtur, quòd etiam in ſpiritualibus inferiores qui illuminantur à primis, poſſunt etiam illuminari immediatè à Deo, & ſic aſſiſtent & miniſtrabunt.

Solutio. Dicimus, quòd ſicut in corporalibus poſſunt à primo lumine ſolis illuminari omnes gradus illuminabilium, vt luna & aër & terra, intantum quòd vnum recipiat perfectè ſecundum omnem actum luminis, vt luna, quæ efficitur ex lumine ſolis viſibilis, clara, illuminans: alterum verò recipit ſecundum vnum actum tantum, ſicut terra quæ efficitur tantum viſibilis, & alia medio modo: ita etiam licet omnes Angeli poſſint immediatè illuminari à primo, primi tamen recipiunt prima receptione diuinum lumen & in virtute vniuerſali, & ſecundi ſecunda, mediocriter, & vltimi vltima particulariter. Et ita in inferioribus vndecunque illuminentur, ſunt illuminationes multiplices & determinatæ ad diuerſa negotia, quæ in ſuperioribus ſunt vnitæ, & vniuerſaliter erit inferiorum tantum miniſtrare, & ſuperiorum dirigere eos in miniſteriis, aſſiſtendo per ſummum modum contemplandi. Et concedimus primas quinque rationes.

Ad ſextum dicendum, quòd Gloſſa ibidem exponit: Aſtamus, parati ad omne miniſterium quocunque mittamur. Vnde hoc dictum eſt, non quia aſſiſtant prædicto modo, ſed propter promptitudinem obſequendi.

Ad ſeptimum dicendum, quòd licet omnes à Deo immediatè illuminentur, tamen non eodem modo, vt dictum eſt.

Ad octauum dicendum, quòd vident faciem Patris, quantum ad viſionem beatitudinis, qua Deus ſe eis offert ſicut ſibi: & ſi etiam alij immediatè de ipſo recipiant illuminationes, non tamen modo primorum qui aſſiſtunt. Et per hæc quæ dicta ſunt, patet ſolutio ad alia duo.

CIRCA quartum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non poſſit idem numero ſimul contemplari & miniſtrare: quia idem eodem modo ſe habens, facit idem: ſed intellectus Angeli, cum ſit ſimplex, eſt idem eodem modo ſe habens ſecundum vnam illuminationem acceptam: ergo videtur: quòd non poſſit ſecundum illam ſimul contemplari & miniſtrare. E Dubium 4.

2 Præ

2 Præterea, Hæc duo coouenîunt Angelis ſecundum diuerſas virtutes: quia contemplari ſecundum aſſiſtricem, miniſtrare ſecundum virtutem miniſtratiuam: cum igitur idem indiuiſibile non poſſit ſimul eſſe io actibus duarum virtutum, videtur quòd non poſſit idem Angelus ſimul mioiſtrare & contemplari.

3 Ad idem, Vna potentia non poteſt ſimul circa duo obiecta operari, ſed miniſterium ſit circa homines, & contemlatio circa Deum. Cum igitur ſecuodum intellectum Angelus vtrumque exerceat, videtur, quòd non poſſit ſimul vtrumque facere.

4 Præterea, In anima vbi ſunt multæ potentiæ quando vna eſt in actu vnius, abſtrahitur altera ab actu ſuo: quia radicantur in vna eſſentia ſimplici: ergo cum io Aogelo non ſit tanta multiplicatio virium, vt dictum eſt ſupra, videtur quòd non poſſit ſimul eſſe in iſtis duobus actibus.

5 Præterea, Sobſtantia finita in eſſentia non poteſt ſimul eſſe in duobus lucis: ſed Angelus eſt finitæ eſſentiæ: ergo non poteſt eſſe intus per contemplationem, & extra per miniſterium

6 Præterea, Contemplatio Angelorum optimum ſui eſt in cælo: miniſterium autem exercetur hîc circa nos in terra: ergo cum exiſtentes in cælis non ſint in terra, vt dicit Damaſcen. videtur, quòd non poſſunt ſimul cootemplari & miniſtrare.

7 Præterea, Hoc videtur ex modo loquendi quo Angelus dicit ad Tobiam 12. cap. Tempus eſt vt reuertar ad eum qui me miſit. Quaſi non fuerit circa Deum io contemplatione, dum fuit io miniſterio ad quod fuit miſſus à Deo: hoc enim ſignificat verbum reuerti.

8 Præterea, Hoc idem videtur per illud quod dicitur Iob. 1. Quadam autem die dum conuenirent filij Dei, & aſtarent coram Domino, videtur quòd congregentur ad contemplandum poſtquã diſperſi fuerant per miniſteria: & ſic videtur, quòd non poſſint ſimul vtrumque facere.

Ad oppoſitum eſt primo quod dicit Grego. Sic exterius implent miniſterium, vt intus nunquam deſint per contemplationem.

2 Ad idem, Cauſa beatitudinis eſt contemplatio Dej: Angeli ſemper ſunt beati: ſemper ergo contemplantur. Cum igitur aliquando miniſtrent, videtur quòd ſimul miniſtrent & contemplentur.

3 Ad idem, Si aliquid non poteſt agere in alterum niſi ſecundum id quod fluit ſibi à ſuperiori cuius influxum continuè recipit, ſimul recipit à ſuperiori, & agit in inferiora ſecundum illud receptum, ſicut riuus ſimul recipit à ſuperiori, & agit io ioferiora ſecundum illud receptum, ſicut riuus ſimul recipit à fonte & communicat lacui: ſed Angeli non poſſunt agere in inferiora per mioiſterium niſi per illuminationes quas recipiunt contiouè à Deo: ergo ſimul recipiunt illuminationes diuinas per contemplationem & agunt per miniſterium.

4 Præterea, Intelligentiis quæ mouent cælos, ſecundum Philoſophos, inferior nihil exequitur per motum niſi per illuminatiooes quas accipit à primis, quibus dirigitur in actione: ſed ratio qua agens dirigitur in agendo, non ſeparatur à ſuo actu: ergo ſimul mouent & conuertuntur ad ſuperiores motores, accipiendo illuminationes ab ipſis, & deſiderantes aſſimilari eis per motum: ergo videtur, quòd ſimile ſit io miniſtrantibus Angelis, quod ſimul exequantur miniſteria circa inferiora, & conuertantur ad ſoperiora per cootemplationem

5 Præterea, Hoc videtur per verbum Aogeli ad Tobiam: cum enim eſſet in miniſterio, dixit ſe cum aliis aſtare coram Deo, & non aſtitiſſe, vel aſtiturum eſſe; & ita ſimul aſtant, miniſtrant, & contemplantur.

Solutio. Dicimus, quòd cum in Angelis non ſit aliquis actus qui non ſit de ſubſtantia gloriæ, vel cuius ratio non ſit gloria, miniſtrare autem non ſit de eſſe gloriæ, cum dicat imperfectionem, non ex parte miniſtrantis, ſed ex parte eorum quibus mioiſtratur, oportet quòd ratio miniſterij ſit gloria, cuius ſubſtantia ſic eſt in contemplatione; ratio autem operis dirigens in ipſo oon ſeparatur ab opere ſicut artifex contemplans formam artis quæ eſt in ipſo, operatur: & ita oportet vt ſimul operentur & recipiant illuminationes aliorum per contemplationem: eſſe enim illuminationis eſt in fieri, ſicut etiam in corporalibus; & ideò ſimul dum illuminatur luna à ſole, illuminat etiam alia virtute luminis recepti: & ſimiliter eſt etiam de lumine ſpirituali. Concedimus ergo quinque rationes vltimas, quæ hoc concludunt.

Ad primum verò dicendum, quòd contemplari & miniſtrare noo eſt duo facere, ſed alterum eſt facere, & alterum eſt recipere: videre enim eſt quoddam pati, vt dicit Philoſophus.

Ad ſecundum dicendum, quòd non accipitur hîc contẽplari intimè, quod eſt aſſiſtere, ſed communiter quocunque modo: & hoc pertinet ad eãdem virtutem cum miniſterio vt dirigens in illo,

Ad tertium dicendum, quòd circa duo obiecta non ordinata ad inuicem noo poteſt eadem virtus operari: ſed ſi vnum ſit ratio alterius, circa vtrumque operatur ſimul, ſicut artifex circa artem, quam habet in anima, & circa opus, quod facit extra: & ſimiliter eſt io propoſito. Vel aliter dicendum, quòd dum contemplatur, non operatur aliquid circa Deum, ſed magis recipit ab illo per quod poſſit circa alia operari,

Ad quartum patet ſolutio per antè dicta.

Ad quintum dicendum, quòd non dicitur iotus eſſe contemplando & extra miniſtrando, quantum ad locum, ſed propter conuerſionem in id quod eſt extra vel iotra, recipiendo & agendo quæ neceſſe eſt ſimul eſſe.

Ad ſextum dicendum, quòd licet magis bonitas Dei reluceat io cælo: tamen vbique eſt: & ita vbique ipſum contemplantur Angeli. Propter quod dicit Beda, quòd quocunque mittantur, intra Deum currunt.

Ad ſeptimum dicendum, quòd oon dicitur Angelus reuerti ad Deum, tanquam fuerit in loco in quo Deus noo erat: ſed quia depoſita viſibili ſpecie per inuiſibilitatem ad Dei ſimilitudinem redit, ſicut etiam Filius Dei miſſus eſt & veniſſe dicitur in mundum, non tanquam ibi prius oon fuerit, ſed tanquam viſibilis muodo apparuit, vt dicit Auguſt. Et per hoc etiam patet ſolutio ad octauum.

EXPOSITIO TEXTVS.

F Litera ſic legatur. Determinauimus prædictas quæſtiones. *Age*, aduerbium hortandi, *inſpiciamus ſecundum virtutem* noſtram, *&*, id eſt, etiam *hoc*, ſcilicet *vt quid dicitur à Theologis*, id eſt, ſcriptoribus Canonicæ Scripturæ Iſa. 6. *fuiſſe miſſus Seraphin*. Sed propter hoc quod pluraliter dicit Theologis, poteſt dici, quòd etiam Ezech. 10. dicitur, quòd ignis erat in medio rotarum, per quod ſignificatur Seraphin. *Etenim*, id eſt, quia *quiſpiam*, id eſt, aliquis *reſponderit*, id eſt, poſſet reſpondere, *quia*, id eſt, quod *non quiſquam*, id eſt, aliquis *ſuppoſitorum*, id eſt, inferiorum Angelorum *purgat ſacerdotem*, id eſt, Iſaiam ſacra dantem, *innumeris*, id eſt, à multis peccatis, *ſed vnus quidam ex maximis eſſentiis*, id eſt, ſupremis. Vel aliter, *ex maximis eſſentiis innumeris*, quoad nos: & hoc relinquit pro inconuenienti: quia per hoc deſtruetur totum quod determinatum eſt. Quamuis quidam hoc ſuſtineant, dicentes, quòd cum Deus aliqua præter ordinem naturæ facit, non eſt mirum ſi non ſeruato ordine angelico nuntiat, ſicut eſt de incarnatione filij, quæ fuit Prophetæ nuntiata. Sed contra hoc eſt quod ſupra cap. 4. determinatum eſt, quòd ipſe Chriſtus ſecundum quod homo angelicis diſpoſitionibus ſubditus fuit: ipſe enim non fuit incarnatus vt ordinem rerum deſtrueret, ſed vt ordinem repararet. *Quidam ergo aiunt*, *&c.* Hic incipit ſoluere. Et diuiditur in partes duas ſecundum quod duas ponit ſolutiones. Secunda, ibi, *Alter autem non nimis*, *&c.* Prima ergo ſolutio eſt, quòd ille qui purgauit Prophetam, fuit de inferioribus ordinibus dictos Seraphin æquiuocè per imitationem actus ſuperiorum: quia purgauit per ignem. Litera ſic legatur. *Ergo* quia ſic non poteſt reſponderi, *quidam aiunt ſoluendo*, quia, id eſt, quod *eloquium*, id eſt, ſacra Scriptura *non nominat veniſſe in purgationem Theologi*, ſcilicet Iſaiæ, *vnum* de numero *mentium primarum*, id eſt, Angelorum ſupremorum exiſtentium circa Deum, per hoc quod dicit Seraphin veniſſe: & hoc dicunt *iuxta diffinitionem*, id eſt, determinationem *ſocietatis*, id eſt, connexionis *caeleſtorum intellectuum*, id eſt, Angelorum. Diffinitionem dico *iam antè redditam* à nobis: *vero*, id eſt, ſed aiunt *quendam* de numero *Angelorum* inferiorum *præſtantium*, id eſt, præpoſitorum *nobis ſacrificantem*, id eſt, ſacra facientem, *purgationem Prophetæ*, ſcilicet Iſa. *fuiſſe vocatum Seraphin æquiuocè*, non fortuna & caſu, ſed per Imitationem proprietatis ſuperioris ordinis, quæ eſt primo in illo, ſcilicet *propter ablationem peccatorum dictorum*, id eſt, confeſſorum à Propheta, dum dixit: Vir pollutus labiis ego ſum. Iſa. 6. Ablationem dico *igneam & caleſtem*, id eſt, per ignem qui conſumit peccata, in quo aſſimilatur calori ignis, & conſeruat & perficit, in quo aſſimilatur calori cæli: dicitur enim ibi, quòd tetigit labia eius igne quem forcipe tulerat de altari: & ſupra in proprietatibus Seraphin dictum eſt, igneum cælitus: & etiam propter *reſuſcitationem purgat* à peccatis *in obedientiam diuinam*, quia Propheta ſe obtulit vt mitteretur à Deo: & ideò prædicti aiunt *eloquium*, id eſt, ſacram Scripturam *dixiſſe vnum ex Seraphin ſimpliciter*, id eſt, ſine determinatione quòd eſſet de primis, *non* aliquam de numero *virtutum purgatiuarum* ſecundum proprietatem ignis *collocatarum circa Deum*, ſcilicet primarum, *ſed* de numero *præſtantium*, id eſt, præpoſitorum *nobis* immediatè.

DVBIA.

G Hic remanent iterum duo quærenda de virtute aſſiſtrice. Primò ſecundum quam virtutem vel potentiam conueniat eis aſſiſtere? Secundò, vtrum æqualiter omnibus conueniat?

Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd aſſiſtere ſit tantum ſecundum intellectum. Eſt enim aſſiſtere ſecundum receptiones plenas illuminationum à Deo: hæc autem non recipiuntur niſi ſecundum intellectum: ergo tantum ſecundum intellectum eſt aſſiſtere. *Dubium 1.*

2 Ad idem, Id à quo denominatur cauſatum primum, facit eſſe propinquiſſimum cauſæ primæ: vnde & cauſa prima nominatur nomine cauſati primi, vt dicitur in libro de cauſis: ſed cauſatum primum denominatur ab intellectu, ſicut ibidem dicitur: ergo ſecundum intellectum aliquid efficitur propinquiſſimum primo: ergo & aſſiſtet.

3 Ad idem, Grego. dicit, quòd aſſiſtere eſt intima contemplatione perfrui: ſed contemplatio eſt ſecundum intellectum: ergo & ſecundum hoc erit aſſiſtere.

4 Præterea, Digniſſimum opus eſt digniſſimæ potentiæ: ſed aſſiſtere eſt digniſſimum opus ſpiritualis naturæ: ergo eſt intellectus, qui eſt digniſſima potentia.

Ad oppoſitum. In eo quod æqualiter ſe habet ad bonum & ad malum, non eſt delectatio ſumma, quæ eſt in eo tantum quod habet perfectam rationem boni: ſed intellectus ſe habet æqualiter ad bonum & ad malum, quia verum quod eſt obiectum & finis eius, poteſt eſſe bonum & malum: cum igitur in aſſiſtendo ſit maxima delectatio, non erit ſecundum intellectum, ſed potius ſecundum voluntatem, cuius eſt accipere tantum bonum.

2 Præterea, Aſſiſtere eſt nobiliſſimus modus fruendi: ſed frui ſecundum Auguſtinum perficitur amore, qui eſt habitus voluntatis: ergo & aſſiſtere erit ſecundum voluntatem.

Solutio. Dicimus, quòd aſſiſtere eſt nobiliſſima perfectionum felicitatis, & quantum ad contemplatum & contemplantem & modum contemplandi. Ad eſſe autem beatitudinis oportet eſſe viſionem, quæ eſt ſubſtantia beatitudinis, quia per eam accipitur obiectum beatitudinis: & modum viſionis vt ſit amati & habiti, in quo perficitur delectatio. Vnde dicimus, quòd aſſiſtere quidem eſt ſecundum intellectum vt in accipiente, ſed ſecundum voluntatem vt in qua eſt delectatio. Vnde concedimus rationes ad vtramque partem.

H Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd omnes primi quibus eſt aſſiſtere, æqualiter aſſiſtant. Aſſiſtere enim ſumitur penes conuerſionem in Deum: ſed omnes de prima hierarchia habent conuerſionem primam & *Dubium 2.*

ſummam

ſummam in Deum, quia tertia quæ eſt immediatè, cum non ſint niſi tres: ergo omnes ſummè æqualiter aſſiſtunt.

2 Præterea, Supra 7. cap. dictum eſt de Thronis, qui eſt vltimus ordo primæ hierarchiæ, quòd eſt receptiuus diuini ſuperaduentus nobiliſſimè, quia ſine materialitate & paſſibilitate: ſed ſuperiores non inferios eis recipiunt: ergo omnes primi æqualiter recipientes, ſummè æqualiter aſſiſtunt.

3 Præterea, Beatitudo perficitur tribus, amore, & viſione, & habito: quæ tria denominant tres ordines æqualiter, ita quod amor Seraphin, viſio Cherubin, & habere Thronos: ergo videtur, quòd hi tres ordines æqualiter Deo coniungantur in beatitudine: ergo æqualiter aſſiſtunt.

Ad oppoſitum. Ea quæ non ſunt æqualia in nobilitate naturæ & in illuminationibus naturæ proportionatis, non habent æquè intimam contemplationem, & ita non æqualiter aſſiſtunt: ſed in aſſiſtentibus eſt talis diuerſitas naturæ & illuminationum, vt patet ex 10. cap. in quo determinata eſt connexio ordinum & hierarchiarum & primarum in ordine: ergo non omnes æqualiter aſſiſtunt.

2 Præterea, Æqualitas non recipit diſtinctionem, ſicut nec vnitas, niſi materialem: ſed inæqualitas per gradus infinitos vel in ſurſum in numeris, vel deorſum in continuis. Cum igitur in aſſiſtentibus ſint quidam gradus determinati, non erunt æqualiter aſſiſtentes.

Quod concedimus & rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd tres ſunt tantum conuerſionis modi in genere, quibus diuerſificantur hierarchiæ, in quolibet tamen ſunt plures gradus.

Ad ſecundum dicendum, quòd illa proprietas conuenit etiam ſuperioribus eminentius: quia nominati à nobilioribus donis cedunt ſibi in denominatione proprietatis talis.

Ad tertium dicendum, quòd illa tria eminentius ſunt in primis, licet non denominari poſſint ab omnibus.

2. Alter autem non nimis inconuenientem quandam mihi præſtitit apologiam ſuper huiuſmodi ſtatu. Ait enim, quia propriam ſacrificariuam purgationem magnus ille qui tunc erat viſionem formans Angelus, in docendum diuina Theologum, in Deum & poſt
6 Deum in præoperatricem hierarchiam repoſuit. Et nunquid ergo hæc ratio verax eſt? Ait enim qui hoc dixit, quomodo diuina virtus in omnia veniens implet & per omnia immenſurabiliter peruenit, & omnibus iterum eſt inuiſibilis, non ſolum quaſi ab omnibus ſupereſſentialiter remota, ſed & quaſi occultè in omnia permittens prouidas ſuas operationes. Sed tamen & omnibus intellectualibus proportionaliter ſuperlucet, & propriam illuminationem ingerens pretioſiſſimis eſſentiis, per eas quaſi primas in ſubminiſtras ſe bene ornatè diſtribuit ſecundum vniuſcuiuſque diſpoſitionis contemplationem commenſuratiuam.

DIVISIO ET expoſitio textus,

Alter autem non nimis, &c.

A Hic ponit ſecundam ſolutionem. Et diuiditur in partes duas. In prima ponit ſolutionem. In ſecunda probat eam per exempla, ibi, *Et nunquid ergo*. Eſt ergo ſolutio talis, quòd ille qui purgauit Prophetam, fuit de primo ordine, ſed non purgauit miniſterio, ſed auctoritate, inquantum inferior Angelus virtute ipſius recepta purgauit Prophetam: & ſic reducitur operatio in ipſum ſicut omnium in Deum.

Litera ſic legatur. Ita quidem dicunt. *Autem*, id eſt, ſed *alter* pater, fortè Ierotheus *præſtitit mihi*, id eſt, dixit, *ſuper huiuſmodi ſtatu*, id eſt, diſpoſitione angelica in hac purgatione *quandam apologiam*, id eſt, reſponſionem, quæ eſt ſermo poſt quæſtionem: quia coram ipſo quæſita fuit hæc quæſtio, & reſponſiones probabiles colligit. Apologiam dico *non nimis inconuenientem* Ierotheo. *Enim*, id eſt, quia ipſe *ait*, *quia*, id eſt, quod *ille magnus Angelus qui erat tunc formans* miniſterio *viſionem* illam, id eſt, oſtendens, tamen erat de inferioribus: & hoc *in docendum*, id eſt, vt doceret *Theologum*, ſcilicet Iſaiam diuina, *repoſuit* ſicut cauſa ſecunda reducendo effectum in primam propriam quam miniſterio exercuit, *purgatiuam ſacrificationem*, id eſt, purgationem ſacrè factam. Repoſuit dico *in Deum & in hierarchiam poſt Deum præoperatricem*, id eſt, ante alias operantem, ſcilicet primam: ad hoc enim quod oſtendit ſe agere Angelus inferior virtute diuinæ illuminationis per primam hierarchiam receptæ, oſtendit & Deum & Seraphin purgantem. *Et nunquid ergo*. Hic probat ſolutionem. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit per exemplum, quæ inferiores Angeli operantur reponentes effectum in Deum & ſuperiores, tanquam in ea quorum virtute agunt. In ſecunda reſtringit ad propoſitam quæſtionem, ibi, *Ait ergo qui hoc dixit*. Diuiditur autem prima in duas. In prima oſtendit per ſimile virtutis diuinæ vniuerſaliter in omnia diffuſæ, quòd illuminatio eius peruenit in intellectualia proportionaliter, & oſtendit per exempla. In ſecunda adaptat ad propoſitum, ibi, *Iuxta hanc igitur naturalis ordinationis*. Circa primum duo facit. Primò ponit ſimilitudinem

dinem virtutis diuinæ implentis omnia ad illuminationes intellectuales. Secundò manifeſtat per exempla, ibi, *Quam vt apertius dicam.*

DVBIA.

B AD EVIDENTIAM primæ partis quæruntur tria. Primò, Vtrum diuina virtus veniat vel extendatur in omnia implens ea, ſecundum quod in litera dicitur? Secundò, Vtrum perueniat in res ſicut permixta rebus? Tertiò, Si aliquo modo commiſceatur, vtrum ſit vna participata à pluribus proportionaliter, vel ſint multæ?

Dubium 1. CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd falſum dicatur in litera. Vnius enim indiuiſibilis ſecundum eſſe non eſt extenſio in multa, cum vnum ſit indiuiſum in ſe & diuiſum ab aliis: ſed diuina virtus eſt vna indiuiſibilis ſecundum eſſe, cum non ſit aliud ipſe & virtus ſua, vt dicit Auguſtinus: ergo non extenditur ſuper omnia.

2 Præterea, Si hoc ſit ratione ſimplicitatis, quòd poteſt eſſe in pluribus, vt ferè omnes dicunt, hoc non poteſt eſſe, quia vt dicitur in 6. metaphyſi. eſt ſimplicitas rationis & non eſſe: illa autem ſimplicitate poſita, ſcilicet rationis, qualis eſt materialium, ſequitur eſſe in pluribus: ſed non ſequitur ad ſimplicitatem ſecundum eſſe, cum vnitas & punctus non ſint in pluribus: cum igitur ſimplicitas diuinæ virtutis non ſit ratione, ſed eſſe, non videtur, quòd faciat eſſe in virtute in pluribus.

3 Præterea, Simplex ſecundum rationem eſt diſtinctum à rebus quibus ineſt, ſicut eſſe in vno: hoc autem modo diuina virtus non eſt in rebus: quia ſic eſſet idem eſſe habens cum rebus. Vnde oportet, quòd ſit ſimplex ſecundum eſſe: huiuſmodi autem ſimplex in aliquo diſtinctum eſt & diuerſum ab ipſo: quod autem diſtinctum eſt ab aliquo, non eſt in illo: ergo diuina virtus non eſt in rebus vt implens illas.

4 Ad idem, Secundum ſententiam Pythagoræ diuerſitas eſt cauſa negationis: id ergo à quo negatur verè res, eſt diuerſum & diſtinctum à rebus, & per conſequens non extenſum in omnia: quia diſtingui ab aliquo & extendi in illud, oppoſita ſunt: de diuina autem virtute, quæ Deus eſt, omnia negantur creata, imò negationes veriores ſunt de ipſo quam affirmationes, vt ſupra 2. cap. dictum eſt.

5 Ad idem, Quod dicitur in omnibus, reduplicatione ſui facit ſecundum, & ſic deinceps, ſicut eſſe cum ſit in omnibus, id quod ſibi ſuperuenit vnum, non eſt diſtinctum ab eſſe: quia præter eſſe in vno nihil manet: & ideò oportet, quòd primum eſſe per reduplicationem ſui eliciat cauſatum vnum, & ſic deinceps: ſed virtus diuina non reduplicatione ſui conſtituit quæ ſunt poſt ipſam, cum nihil eorum ſit: ergo non eſt extenſa in omnibus.

6 Ad idem, Quod eſt in pluribus, recipit additionem aliquorum ſupra ſe, aut propter aliquid indigetur ipſo in re: ſed virtuti diuinæ nihil ſuperadditur: quia hoc determinaret ipſam & faceret eam aliquo modo in actu, vt indigeretur ea ad aliquid in rebus, cum res in ſuis principiis habeant ſufficientem perfectionem in eſſe & agere: & ſi non habent, poſſibile eſt perfici: ergo diuina virtus non implet omnia.

Ad oppoſitum. Quod portat omnia immediatè, portatione eſt in omnibus: ſed virtus diuina immediatè portat omnia, Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis ſuæ.

2 Ad idem, Cauſa & cauſatum neceſſariò ſunt ſimul, ſi ſit vera cauſa. Artifex verò non eſt vera cauſa domus, vt dicit Auicenna, ſed factionis domus. Domus autem vera cauſa eſt diſpoſitio partium in grauitate & leuitate faciens conſiſtentiam in tali figura. Et non ſufficit, quòd ſit ſimul tempore, ſed oportet vt ſit in cauſato tenens illud in eſſe. Sed cauſa prima eſt cauſa vniuerſi eſſe, quod eſt cauſatum primum, & eſt cauſa ſecundum ſuam eſſentiam. Ergo oportet, quòd Deus & virtus eius ſecundum eſſentiam ſit implens rem quamlibet.

Quod concedimus, & rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd vnum indiuiſibile ſecundum eſſe non poteſt extendi in multa extenſione eſſentiali, poteſt tamen extendi in multa extenſione virtuali, ſicut virtus cauſæ efficientis eſt in cauſato.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſimplicitas eſt cauſa, quòd diuina virtus extenditur in multa, & non ſecundum rationem, ſed ſecundum eſſe. Eſt enim perfecta ſimplicitas ſecundum eſſe, quæ non habet compoſitionem neque componibile eſt alteri. Per hoc autem quod aliquid componitur alteri, efficitur determinatum ad aliud, & non poteſt eſſe in alio. Vnde quòd vnitas & punctus non poſſunt eſſe in pluribus, eſt ex defectu ſimplicitatis: quia ſunt componibilia alteri.

Ad tertium dicendum, quòd licet extendatur ſuper omnia per modum cauſæ efficientis continentis, eſt tamen diſtincta per eſſentiam à rebus. Propter quod ab ipſa negari poſſunt res: & ideò diſtingui & extendi non ſunt oppoſita, cum referantur ad diuerſa. Et per hoc patet ſolutio ad quartum.

Ad quintum dicendum, quòd reduplicatione ſui conſtituuntur ſecundum ea quæ eſſentialiter efficiuntur de eſſe rei, vt formalia, vt eſſe, viuere: non autem eſt ſic in cauſis efficientibus.

Ad ſextum dicendum, quòd principia eſſentialia rei habent eſſe & agere à cauſa prima: & ideo ſi non continuarentur virtuti eius, non poſſent ſubſiſtere nec agere.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur C
enim, quòd virtus diuina commiſceatur rebus: *Dubium 2.*
quod enim conſtituit aliquod in propria natura & ſpecie, oportet commiſceri: aliter enim non poſſet eſſe proprium principium, quod oportet ad hoc vt rem in propria natura conſtituat: ſed diuina virtus conſtituit omnia in propria natura & ſpecie: ergo commiſcetur rebus.

2 Ad idem, Omne continens coniungitur contentis: cum igitur diuina virtus contineat res, oportet quòd coniungatur eis: non autem coniungitur tantum ſecundum locum, quia non eſſet intus in re: cum igitur non remaneat aliqua coniunctio poſſibilis niſi fortè ſecundum eſſe, videtur quòd hoc modo coniungetur: quod autem ſic coniungitur, commiſcetur: ergo diuina virtus eſt in rebus vt commixta eis.

3 Ad idem, Sic dicit Philoſophus: Cuius eſt

eſt actio, eius eſt potentia: ſed continens eſt actus formæ vel loci: ergo & virtus diuina continens, cum non contineat vt locus, quia continet tantum extra, erit forma: hæc autem commiſcetur rei: ergo & virtus diuina commiſcetur.

4 Ad idem, Quod eſt in aliquo, vel eſt ſicut locatum in loco, vel ſicut principium intraneum in ipſo: ſed virtus diuina eſt virtus in rebus, cum contineat intus & extra, & non continet niſi vbi eſt: cum igitur non ſit in rebus ſicut locatum in loco, quia ſic eſſet contenta à rebus, erit ſicut principium intraneum: & ita commiſcetur.

5 Ad idem, Sicut dicit Auguſtinus in lib. de Trinitate, Non eſt dicendum de Deo quod eſt contra totum ordinem naturæ, & cuius exemplum in tota natura non poteſt inueniri, ſicut quod generet ſe: ſed quæcunque virtus creata vadit per omnia vel per multa, commiſcetur eis, ſicut virtus primi mobilis, & quæcunque alia: ergo & virtus diuina commiſcetur omnibus, cum vadit per omnia.

6 Ad idem, Quæcunque virtus proportionali rei recipitur ab his per quæ vadit, commiſcetur eis, cum proportio cauſetur ex commixtione: ſed virtus diuina proportionaliter recipitur ab vnoquoque, vt dicitur in litera: ergo commiſcetur vnicuique.

Ad oppoſitum eſt quod dicitur in libro de cauſis, Cauſa prima regit omnes res præter quod commiſceatur cum eis. Regit autem in certiori regimine per virtutem ſuam, quæ eſt ſua eſſentia, cum ſit agens primum. Ergo non commiſcetur virtus eius, vadens tamen in omnia.

2 Ad idem, Nihil mouet ſeipſum ad mixtionem: cum igitur virtus diuina non ſit mota ab aliqua virtute, cum ſit prima, eſſet enim aliquid prius primo, cum mouens prius ſit moto, impoſſibile eſt virtutem diuinam ire per omnia mixta.

Solutio. Dicimus, quòd ſicut duplex eſt virtus animæ. Vna quæ eſt in ipſa, ſicut potentia viſiua, vel alia. Et altera virtus animæ eſt, quæ eſt effluxa ab anima in corpus, quæ defertur per ſingulas partes corporis ſpiritibus corporalibus. Ita etiam eſt duplex diuina virtus. Vna quæ eſt increata, & eſt ſua eſſentia, & hæc eſt in omnibus, nulli tamen admixta. Alia vero eſt creata ab ipſo in rebus, & hæc ſimiliter eſt in omnibus, ſed permixta omnibus: hoc enim eſt ipſum eſſe quod eſt ſermo Dei velociter currens per omnia, ſicut dicitur in Pſal. vt exponit Gloſſa.

Ad primum ergo dicendum, quòd id quod conſtituit vnumquodque in natura propria, eſt diuina virtus creata, quæ miſcetur per eſſentiam: ſed virtus increata conſtituit per modum agentis proprij vniuſcuiuſque per rationem propriam rei quam habet apud ſe.

Ad ſecundum dicendum, quòd virtus diuina increata non eſt continens ſicut locus, nec etiam ſicut forma, ſed ſicut virtus actiua continens intus & extra. Agens autem naturale eſt cauſa exterius per motum & non interius vt dans eſſe, & ideo non continet intra. Si verò virtus ignis eſſet ſeparata, vt agens ſeipſa, & eſſet componibilis alteri vt cauſa interius, neceſſariò eſſet in omnibus ſuis cauſatis, diſtincta per eſſentiam ab illis.

Ad tertium dicendum, quòd forma dupliciter poteſt conſiderari, aut ſecundum quod eſt forma materiæ, aut ſecundum quod eſt effectus diuinæ virtutis à qua habet eſſe & continere. Secundum igitur quod eſt forma materiæ, continet ipſam: ſed quia hoc eſt ſibi à virtute prima, ſuum continere refertur in continentiam virtutis primæ, quæ continet vnica & indiuiſa continentia cum continentia formæ, quæ non contineret niſi per hoc quod coniuncta eſt ſibi virtus diuina, nec omninò eſſet: ſicut motus localis attribuitur à Philoſopho generanti, quia dans formam, dat etiam motum & alia quæ conſequuntur formam. Vnde per actum continentiæ formæ non excluditur continentia diuinæ virtutis increatæ.

Ad quartum dicendum, quòd hoc eſt ex defectu ſimplicitatis in virtute aliorum agentium: quia non poſſunt tranſire per multa niſi commixtim: quia eſt componibilis, & ſic determinabilis: & ideò non ſic oportet eſſe in virtute increata.

Ad quintum dicendum, quòd ſicut dicit Dionyſius, Deus æqualiter eſt in omnibus, ſed non omnia æqualiter in ipſo, ſed quædam propinquius quibuſdam, ſecundum quod plus participant de virtute creata ipſius: & ideò in hac eſt proportio, & non in virtute increata. Alia concedimus.

CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur enim D
quòd ſit virtus vna vel bonitas vel illuminatio *Dubium 3.*
creata à Deo, quam omnia proportionaliter participant: quæcunque enim ſunt reducibilia in vnum primum, participant vnam naturam communem, ſicut idem lumen ſolis participatur ab aëre, terra & luna proportionaliter: ſed omnia reducibilia ſunt ſecundum prius & poſterius in participationem virtutis primæ: ergo omnia participant eandem virtutem creatam in omnibus.

2 Ad idem, Ab agente per rationem vnum accipitur natura communis vna: ſed Deus per eandem rationem eſt principium omnium: ergo natura participata ab ipſo, in omnibus eſt vna.

3 Ad idem, In litera dicitur, quòd diuina virtus venit in omnia implens ea: hoc autem non poſſet dici, ſi eſſent plures virtutes in diuerſis receptæ: ergo eſt vna.

4 Præterea, Virtus increata eſt vna in omnibus: ergo per eandem rationem virtus creata, quæ eſt effectus ipſius in rebus.

Ad oppoſitum. Id quod participatur à pluribus non ſolum vniuerſaliter, ſed & particulariter, non poteſt vnum eſſe in multis: ſed diuina virtus conſtituit res participantes in eſſe particulari, non ſolum largiens vniuerſales formas, ſed proprias: ergo non eſt vna in omnibus.

Solutio. Dicimus, quòd bonitas vel virtus effluens à Deo in res, eſt quidem vna ratione non generis vel ſpeciei, ſed analogia ad vnum principium, ſicut ens: hoc enim eſt virtus diuina currens per omnia, vt dictum eſt: ſed ſecundum eſſe ſunt multa, natura enim vel eſſentia, vt dicit Auicenna, per ſe nec eſt vna, neque eſt multa, ſed ſecundum quod habet eſſe in particularibus, conſequitur ipſam multitudo:

ſecundum verò quod accipitur per abſtractionem à particularibus vt vltimò communis omnium, conſequitur ipſam vnitas: ſi enim eſſet per ſe vna vel multa, nunquam eſſet ſine vnitate vel multitudine. Deus autem non creauit naturam per ſe: quia non eſſet poſtquam creata eſſet, cum eſſe ſit ſuppoſiti: nec iterum creauit eam in ratione tantum, ſed in rebus in quibus habet eſſe & multitudinem: & ideò ſimpliciter concedimus, quòd Deus fecit multas virtutes in rebus, quæ tamen ſunt vnum in ratione analogiæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd non oportet ea quæ prædicto modo reducibilia ſunt in vnum, habere vnam naturam communem, niſi ratione analogiæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd Deus cauſat vnumquodque propria ratione, & alia ratione equum, & alia ratione hominem, vt dicit Auguſtinus. Hæc tamen pluralitas eſt rerum productarum ab ipſo, in reſpectu quarum eadem eſſentia diuina eſt in ratione plurium.

Ad tertium dicendum, quòd dicitur venire in omnia propter vnitatem analogiæ, & non quæ ſit ſecundum eſſe.

Ad quartum dicendum, quòd non eſt ſimilis ratio de virtute increata, quæ non commiſcetur rebus, & de creata quæ non eſt diſtincta à rebus. Et quintum concludit, quòd non habent vnitatem ſecundum eſſe, ſed non tollitur vnitas rationis.

EXPOSITIO TEXTVS.

E Litera ſic legatur. Iti ille dixit. *Et nunc ergo* quid dicendum eſt? *Nunquid*, id eſt, nonne *hæc ratio* ſolutionis *verax eſt? Ait enim ille qui dixit hoc*, id eſt, hanc ſolutionem vt confirmans eam, hoc ſcilicet ait: *Quomodo diuina virtus* increata *veniens in omnia, implet* ea ſuis perfectionibus, *& peruenit per omnia immenſurabiliter*, id eſt, non commenſurata alicui rei, ita vt non ſit in alio, *& iterum in omnibus* manens *eſt inuiſibilis*; quia non commiſcetur rebus, ſed manet in ſua natura: & *non ſolum* ſic peruenit in omnia *quaſi remota ab omnibus ſupereſſentialiter*, id eſt, eſſentia eius ſuper omnia exiſtente, ita quod nihil rei conferat, *ſed &*, id eſt, etiam peruenit *quaſi occulte*, quia intus operando, *permittens*, id eſt, intromittens, *in omnia ſuas prouidas operationes*, id eſt, ſua operata probilia vnicuique, & hæc ſunt virtutes creatæ: & licet ita impleat omnia, *ſed tamen &*, id eſt, etiam ſpecialiter *ſuperlucet*, id eſt, per modum lucis ſe participat in actu manifeſtæ cognitionis *omnibus intellectualibus*, & hoc *proportionaliter* eis, & ipſa *ingerens propriam*, hoc eſt, proportionalem, *illuminationem pretioſiſſimis eſſentiis*, ſcilicet primis Angelis *diſtribuit* illuminationes *per eas*, ſcilicet eſſentias pretioſiſſimas, *quaſi per primas in ſubmunitas ſe*, id eſt, in illas quæ ſub eis munitæ ſunt firmiter ſtantes in ſuis ordinibus. Diſtribuit dico *benè ornatè*, id eſt, ſecundum ordinem ad finem & decorem in ipſis: & hoc fit *ſecundum contemplatiuam commenſurationem*, id eſt, ſecundum proportionem contemplatiuæ capacitatis *vniuſcuiuſque diſpoſitionis*, id eſt, ordinis:

Quam vt apertius dicam, & per propria exempla, etſi deficientia Deo ab omnibus remoto, verumtamen nobis manifeſtiora. Solaris radij diſtributiones in primam materiam benè diſtributę implent omnium lucidiorem, & per eam manifeſtius proprios declarat ſplendores. Accedens verò craſſioribus materiis, obſcuriorem habet diſtributiuam ſuperapparitionem ex illuminandarum materiarum ad illuminationis diſtributiuum habitum inopportunitate. Et paulò poſt ex hoc ad perfectè ferè indiſtributum coarctatur. Iterum ignis caliditas magis ſeipſam diſtribuit in capaciora, & ad ſimilitudinem ſuam bene conuenientia & facilia. Ad verò reformationibus contrarias eſſentias, ipſa nullum aut abſconſum primitiuæ operationis veſtigium manifeſtat. Et hoc eò amplius, quia his quæ non ſunt cognata per opportuna ſibi habentia admittitur primum, vtpotè ignita faciens ab igneis facilè mobilia, & per hæc aut aquam aut alterum quid non facilè igneſcentium proportionaliter calefacians. 3.

DIVISIO TEXTVS.

Quam vt apertius dicam, &c.

HIc manifeſtat quod dictum eſt de virtute diuina per exempla. Et diuiditur in partes duas. In prima parte ponit exemplum de luce, quæ inter formas corporales eſt ſpiritualior. In ſecunda de calore, qui ſimpliciter maximè eſt actiuus, ibi, *Iterum ignis caliditas.* A

D V B I A.

HIC SVNT tria dubia. Primum de primo exemplo. Secundum de ſecundo. Tertium de his exemplis in communi. B

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim falſum eſſe quod dicit, quòd ſolaris radios manifeſtius ſplendet in propinquiorem materiam, ſcilicet cæleſtem, & obſcurius in craſſioribus: vbi enim lux magis manifeſtatur, magis videtur: ſed corpus cæli (quod eſt hîc dictum prima materia recipiens lumen) non eſt viſibile *Dubium 1.*

niſi

niſi quantum ad partes luminoſas, ſicut aër videtur: ergo in eo non magis manifeſtatur radius ſolis.

2 Præterea, Lux vbi eſt, neceſſariò videtur, quia ſeipſa videtur: ſed in corpore cæli non videtur lux à nobis de nocte, cum tamen irradiet ipſum ſol: ergo non eſt maximè lucidior omnibus.

3 Præterea, Auicenna dicit, quòd corpora ſpiſſa magis ſplendent, ſicut cryſtallus magis aqua: ergo videtur, quòd falſum dicit, quòd in craſſioribus materiis obſcuriorem habet apparitionem.

Solutio. Dicimus, quòd Dionyſius vocat hîc lucidiorem, & primò recipientem lumen receptum à ſole per inſpiſſationem partium: aliæ verò partes cæli quæ raritatem quandam habent, recipiunt lumen ſolis per diaphaneitatem, ſicut aqua vel aër: & illa quæ ſunt receptiua luminis, lucidiora efficiuntur, & magis viſibilia, vnde & luminaria dicuntur, quaſi vaſa luminis. Et ſi dicatur, quòd in ſuperioribus non ſunt rarum & denſum, quæ ſunt qualitates tangibiles inferiorum. Dicendum, quòd non per eandem rationem ſunt in ſuperioribus & inferioribus. Et per hoc patet ſolutio ad primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd hæc eſt falſa, quòd lux videatur vbicunque eſt: ſol enim dum eſt in occaſu, illuminat totum ſuperius hemiſphærium: vnde non poteſt eſſe, quòd poſt vnam horam qua aſcendit. 15. gradibus retrahat eius lumen plus quam à tot gradibus ex parte orientis: & ita tota alia pars hemiſphærij eſt illuminata: vnde cum non videamus lumen in parte illa, oportet quòd non vbicunque lumen ſit, ibi videatur. Et eſt etiam contra ſuppoſitiones in libro de crepuſculis, quarum vna eſt, quòd lumen non videtur niſi tranſiniſſum ad videntem. Alia eſt: Lumen non videtur niſi in corpore ſpiſſo. Vnde lux non videtur niſi luminoſum immittat in directum videntis vel reuerberetur ab aliquo ſpiſſo, & propter hoc cum ſol iam occidit, non poteſt videri lumen eius, niſi quandiu reuerberatur à nubibus, cum à corpore cæli non poſſit reflecti, & non ſit motus luminis ad videntem, ſed potius à vidente. Et eſt ſimile de ſpecie viſibili, quæ per actum luminis manifeſtatur: licet enim ſpecies rei quæ eſt, prius generetur in aëre circulariter ad maius ſpatium, ita quod etiam ante me ſit præſens, non tamen poſſum eam videre niſi per reflexionem à ſpeculo: quia motus eius non eſt ad videntem, ſed à vidente.

Ad tertium dicendum, quòd Auicenna loquitur de ſpiſſo diaphano, propter cuius inſpiſſationem ſit aliquid lucidum, vt patet in cryſtallo, qui eſt aqua inſpiſſata. Sed Dionyſius loquitur de ſpiſſitudine quæ eſt per inſpiſſationem aëris in aquam, & deinceps in terram, & ſic efficitur non recipiens lumen niſi in ſuperficie: vnde non dixit ſpiſſiora, ſed craſſiora.

C Dubium 2. Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim eſſe falſum quod dicit de igne: ignis enim non tangit niſi immediatum: & ſi non tangit, non agit: & ſi non agit, non ſequitur alteratio, vt dicitur in. 16. de animalibus. Ergo non agit in remotum, ſed tantum in immediatum.

2 Præterea, Si ignis tangit frigidum tactu phyſico, oportet calidum fieri in illo: ſed in eo eſt frigus: ergo erunt contraria ſimul: hoc autem eſt impoſſibile: igitur ignis non poteſt tangere, & ſic nec agere in ea quæ non ſunt cognata, vt frigida.

3 Præterea, Agere fortius & remiſſius in magis & minus diſtantia eſt virtutis deficientis. Talis autem non eſt virtus diuina: ergo non competit ſibi huiuſmodi exemplum.

4 Præterea, Ignis non adeſt omnibus æqualiter quæ magis & minus diſtant ab eo, ſicut Deus: ergo non videtur, quòd ſimilitudo aliquid valeat ad propoſitum.

5 Præterea, Frigus fortius agit in ea quæ ſunt magis calida: propter quod ex nube calidiſſima generantur grandines, quæ ſunt perfectæ congelationis: ergo ſimiliter videtur, quòd caliditas ignis magis agat in minus cognata.

6 Præterea, Videmus ſenſibiliter, quòd ſilex & alia dura magis recipiunt de calore quam tenuia: & ita videtur falſum dicere.

Solutio. Dicimus, quòd inter omnes qualitates duæ ſunt ſimpliciter actiuæ, ſcilicet calidum & frigidum, & calidum magis frigido: vnde & calidum mouet, frigus verò retardat motum: & ideò virtus eius maximè habet ſimilitudinem inter qualitates elementares ad virtutem diuinam, in hoc quod pertranſit ſuper ea in quæ agit proportionaliter.

Ad primum ergo dicendum, quòd corpus diſtans licet non tangatur ab igne ſecundum ſubſtantiam, tangitur tamen ab eo per virtutem ſuam quam in mediatum agendo emittit, ſed vſque ad aliquid per actionem vnius in alterum ex virtute ignis recepta.

Ad ſecundum dicendum, quòd in frigido in quod agere incipit calidum, non eſt calor ſimpliciter, neque frigus, ſed alterum vt tendens ad perfectionem ſui, alterum ad deſtructionem: & ſic non eſt inconueniens in potentia & vt in via eſſe contraria in eodem, imò neceſſe eſt in omni motu, quamuis ſimpliciter & in actu non poſſint eſſe ſimul.

Ad tertium dicendum, quòd in igne agente accipitur proportio & ex parte agentis, cuius virtus non æqualiter imprimit in propinquum & in diſtans, & ex parte recipientium, quæ non æqualiter poſſunt actionem ſuſcipere, & quantum ad vltimum ſumitur ſimilitudo, & non quantum ad primum, & ideò exemplum deficiens eſt. Et per hoc patet ſolutio ad quartum.

Ad quintum dicendum, quòd hoc eſt per accidens: quia frigus magis imprimit in calidum: quia ſcilicet per calorem extenuatur. Et ideò frigus totum penetrat. Hîc autem loquitur Dionyſius de effectu caloris per ſe. Et ſimiliter dicendum ad ſextum.

D Dubium 3. Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd hæc exempla non valeant ad propoſitum: virtus enim quæ non impeditur, æquales habet effectus in omnibus: virtus diuina cum ſit infinita, non impeditur aliqua diſtantia: ergo non ſimiliter agit in inferioribus virtutibus, ita quòd in quibuſdam magis & in quibuſdam minus.

2 Præterea, Omnis virtus infinita excedit omnem proportionem finitam, vt dicit Philoſophus. Si igitur virtus creata imprimit in quædam plus & minus proportionaliter & in tanto tempore,

tempore, virtus diuina in infinitum excedit proportionem temporis & effectus, & ita aget in nunc & ſemper vſque ad ſummum perficiendo.

3 Præterea, Imperfectum eſt agens quod in nullo inducit totam ſpeciem, quia hic eſt finis: Deus autem in nullo totam ſpeciem ſuam inducit: ergo non conuenit ſibi agere: quia eſſet imperfectio in eo.

Solutio. Dicendum, quòd hæc exempla ſunt conuenientia, quantum poſſibile eſt in creaturis ſimile Deo accipere, deficiunt tamen, vt prius dictum eſt.

Ad primum verò dicendum, quòd Deus non agit ſecundum totam virtutem infinitam, vt faciat quicquid per eam poteſt, licet tota agat ea. Agit enim ſecundum ordinem ſapientiæ imponentis finem vnicuique naturæ. Nec ex hoc ſequitur, quòd virtus primi non ſit ſimplex vt habens partem & partem: quia non ſic dicitur tota vel non tota, ſed ſecundum effectum, ſicut attenditur diuiſiq cuiuſlibet virtutis inquantum huiuſmodi.

Ad ſecundum dicendum, quòd Ariſt. accipit proportionem in virtutibus materialibus, quas neceſſe eſt agere ſecundum totum poſſe: & ideò non eſt ad propoſitum.

Ad tertium dicendum, quòd hoc eſt verum de agente proportionato, quod communicat cum patiente in materia, & non de agente primo: cum etiam nec ſol inducat totam ſpeciem ſuam in aliquo.

EXPOSITIO TEXTVS.

E Litera ſic legatur. Diximus, quòd diſtribuit ſecundum commenſurationem vniuſcuiuſque, *quam* commenſurationem *vt apertius dicam*, id eſt, explanem, *& per exempla propria*, id eſt, conuenientia, *etſi*, id eſt, quamuis exempla dico *deficientia a Deo*, quem nihil præter fidem repræſentat, *remoto ab omnibus*, in infinitum ſuperius exiſtente, *veruntamen* exempla dico *manifeſtiora nobis*, id eſt, ſenſibilia. Vt, inquam, ſic dicam, dicemus hæc. *Diſtributiones ſolaris radij*, id eſt, fulgores eius diſperſi *bene*, id eſt, abundanter *diſtributa*, id eſt, communicatæ *in materiam primam*, id eſt, in corpora primò recipientia lumen, & retentiua eius, *implent*, id eſt, implendo faciunt eam *lucidiorem omnium*, id eſt, omnibus, *& per eam* ſol *manifeſtius declarat proprios ſplendores. Verò*, id eſt, ſed radius eius *accedens materiis*, id eſt, corporibus receptiuis luminis *craſſioribus*, id eſt, in opacitatem craſſatis, qua recipiunt tantum in ſuperficie, *habet obſcuriorem diſtributiuam ſuperapparitionem*, diſtribuitur enim eis ſecundum ſuperficiem per modum coloris, non lucis. Vnde etiam Pythagoras vocabat colorem epiphaniam: & etiam eſt color lux obſcurata in corpore opaco. Et hæc obſcuritas cauſatur *ex inopportunitate*, id eſt, deficiente proportione *illuminandarum materiarum ad habitum*, id eſt, formam vel lucem, *diſtributiuam illuminationis. Et paulo poſt ex hoc* etiam deficiendo *coarctatur* radius ex defectu materiæ *ad fere perfectè indiſtributum*, id eſt, quod ferè nihil participatur, ſicut in colore nigro, qui cauſatur ex defectu lucis, modicum retinens de luce ad manifeſtationem obſcuritatis tantum. *Iterum caliditas ignis magis ſeipſam diſtribuit in capaciora & bene conuenientia*, id eſt, proportionata *ad ſimilitudinem ſuam*, id eſt, ignis conſequendam, *& facilia* ad receptionem, *. ero*, id eſt, ſed *ipſa* caliditas *nullum veſtigium*, id eſt, operationem *primitiuæ operationis*, id eſt, primæ virtutis agentis, ſcilicet ignis, *manifeſtat, aut abſconſum*, id eſt, occultum & debile, *ad eſſentias contrarias*, id eſt, in contrarium diſpoſitas, *reformationibus*, id eſt, a. ionibus ignis, quibus aliud ſibi conformat. Dicit ergo nullum, aut abſconſum, propter ea in quæ non poteſt de facili imprimere ignis, ſicut ſunt hebenus, magnes, & carbunculus, quæ propter conſtrictionem pororum exterius non poteſt ſubintrare ignis, vt diuidendo conſumat, niſi valdè difficulter. *Et hoc* exemplum *eo amplius* manifeſtat propoſitum: *quia* caliditas ignis *admittitur*, id eſt. recipitur *primum in his quæ non ſunt cognata*, id eſt, propinqua ad formam ignis, *per opportuna ſibi habentia*, id eſt, per ea quæ ſunt proportionata vt facile recipiant. Admittitur dico, *vtpotè*, id eſt, ſicut *faciens ignita* ea quæ ſunt *facilè mobilia ab igneis*, ſiue ligna ſicca, *&* ſicut *calefaciens*, licet non perfectè igniens, *aut aquam, aut quid*, id eſt, aliquid *alterum* de numero *non facilè igneſcentium*, & hoc *proportionaliter* eis, & per hoc quod facile igniuntur.

Iuxta hanc igitur naturalis ordinationis rationem, ſupernaturalis ipſa omnis boni ornatus viſibilis & inuiſibilis ordinatio congruæ dilucidationis claritatem primò apparentem vt in copioſiſſimis effuſionibus excelſiſſimis manifeſtat eſſentiis: & per eas quæ poſt ſunt eſſentiæ, diuinum participant radium. Hæ enim primæ cognoſcentes Deum, & diuinam ſupereminenter deſiderantes virtutem, & præoperatrices fieri, quantum poſſibile eſt, Deo ſimili virtute & actione dignæ effectæ ſunt: & poſt ſe eſſentias ipſæ ad ſimilem virtutem, vt virtus, deiformiter extendunt, copioſè ipſis tradentes ex ſuperueniente in eas claritate: & illæ iterum ſubiectis, & per ſingulas prima ei quæ eſt poſt ipſam, tradit ipſa, à qua nonne & in omnes proportionaliter peruenit? Eſt ergo ſimul cunctis illuminatis principium illuminandi Deus quidem natura & verè & propriè, vt luminis eſſentia & ipſius eſſe & videre cauſalis. 4

Tum

Tum deiformiter & Deo ſimiliter permanens ſuperpoſitum, poſt ſe vnicuique diuina lumina per ſe in illud tranſuehendo. Ergo excellentiſſimam cæleſtium animorum diſpoſitionem, ſimul omnium reliquarum eſſentiæ, ſecundum quod conſequens eſt, poſt Deum principium mirantur, omnis ſacræ & diuinæ ſcientiæ & diuinæ imitationis, tanquam per illas in omnes & nos diuina illuminatione diſtributa. Propter quod & omnem ſacram & Deo ſimilem operationem in Deum quidem quaſi cauſalem referunt: deinde in primos deiformes intellectus tanquam primos operatores diuinorum & magiſtros. Non ergo prima ſanctorum Angelorum diſpoſitio magis ſimul omnibus habet igneam proprietatem & effuſam diuinæ ſapientiæ traditionem, & myſticam excel ſiſſimæ diuinarum illuminationum ſcientiæ, & ſeſſiuam proprietatem geſtantem, diuinam ſuſceptionem ſignificantem? Ipſæ vero ſuppoſitarum diſpoſitiones eſſentiarum, igneam ſapientem ſcientem Dei ſuſceptoriam virtutem participant quidem infra, & ad primas aſpicientes, & per eas vt imitatione diuina præoperatiuæ dignè factas in deiformitatis poſſibile reductæ? Dictas ergo ſanctas proprietates quarum participatio per primas poſt ipſas ſubſiſtentes fiunt, ipſis illis poſt Deum tanquam hierarchiis reponunt.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Iuxta hanc, &c.

A HIc adaptat exempla ad illuminationes angelicas, & facit duo. Primò adaptat exempla ad oppoſitum. Secundò concludit intentum, ibi, *Non ergo prima.* Litera ſic legatur. Ex quo ita eſt in luce & calore, *iuxta hanc rationem ordinationis naturalis*, id eſt, naturalium rerum, id eſt, ad ſimilitudinem eius *ipſa ſupernaturalis*, id eſt, diuina *ordinatio omnis boni ornatus*, id eſt, perfectionis eſſentialiter qua decorantur res in ſe & ordinantur ad finem, ſcilicet *viſibilis*, vt in corporalibus, *& inuiſibilis*, vt in ſpiritualibus, *manifeſtat claritatem congrue dilucidationis*, id eſt, qua proportionaliter vnaquæque illuminatur, *primo apparentem in eſſentiis excelſiſſimis*, id eſt, ſupremis *effuſionibus copioſiſſimis*, *& per eas*, ſcilicet primas *participant* diuinum *radium eſſentiæ* inferiores *quæ poſt* primas *ſunt*. *Etenim*, id eſt, quia *hæ* excelſiſſimæ *primæ* inter omnes *cognoſcentes Deum*, id eſt, prima cognitione quam recipiunt non ad ſufficientiam, ſed ad copiam vt in alios effluere poſſent, quantum ad ſimilitudinem doni, *& deſiderantes ſupereminenter* aliis *diuinam virtutem*, id eſt, aſſimilari ſibi, quantum ad conſortium poteſtatis, *&* deſiderantes *fieri præoperatrices*, id eſt, primò operantes, conſtituendo per ſuam operationem alias in virtute operandi ſub ipſis quantum ad ſimilitudinem effectus. Iſtæ dico *ſunt effectæ digna virtute ſimili Deo & actione* ſimili *quantum poſſibile* eſt eis, *& extendunt ipſæ eſſentias quæ ſunt poſt ſe ad ſimilem virtutem*, ſcilicet diuinam, & hoc faciunt vt *virtus* quæ eſt *deiformiter*, id eſt, Deo ſimilis. Ipſæ dico *tradentes ipſis*, ſcilicet inferioribus *copioſè ex claritate* diuina *ſuperuenien te in eas*, ſcilicet primas, *& illæ iterum*, ſcilicet inferiores tradunt *ſubiectis*, id eſt, inferioribus ſe, & ſic *per ſingulas ipſa prima tradit ei quæ eſt poſt eam*, à qua ſcilicet prima nonne illuminatio *peruenit &*, id eſt, etiam *in omnes proportionaliter*? quæ ſunt plura. Quaſi dicat: ſic. *Ergo*, patet ex dictis, *Deus cauſalis & ipſius eſſe* rerum *&* cauſa *videre* ipſius cognoſcentium. Cauſalis dico *natura*, vt primum agens per ſuam eſſentiam, *& verè*, inquantum eſt tantum cauſa & nullo modo cauſatum, *& propriè*, inquantum non illuminat actu lucis extraneo à natura ſua, *vt*, id eſt, tanquam *eſſentia luminis*. Ergo hoc *quidem*, id eſt, certè *principium eſt illuminandi cunctis illuminatis ſimul* acceptis. *Tum* etiam hoc principium *permanens ſuperpoſitum vnicuique*, quod eſt immediatè *poſt ſe deiformiter*, id eſt, Deo ſimiliter, inquantum alia fiunt deiformia per hoc quod primis ſubduntur. Sic dico permanens *per ſe*, id eſt, immediatè *tranſuehendo diuina lumina in illud*, ſcilicet quod eſt poſt ipſum. *Ergo eſſentiæ omnium reliquarum* diſpoſitionum vel ordinum *ſimul* acceptæ *mirantur excellentiſſimam diſpoſitionem*, id eſt, hierarchiam primam *cæleſtium animorum*, id eſt, Angelorum. Mirantur dico *ſecundum quod conſequens eſt principium*, id eſt, prout competit ei, quod *poſt Deum* eſt *principium omnis ſacræ & diuinæ ſcientiæ & diuinæ imitationis*. Eſt dico principium *tanquam illuminatione per illas* ſcilicet primas *diſtributa*, id eſt, proportionaliter delata *in omnes* inferiores *& in nos* etiam. *Propter quod* inferiores *referunt quidem omnem ſacram operationem & ſimilem Deo*, per quam ſcilicet & ipſi ſunt ſimiles Deo, & alios aſſimilant. Referunt dico *in Deum quaſi in cauſalem*, id eſt, in primam cauſam: *deinde* referunt *in primos intellectus deiformes*, id eſt, ſupremos *tanquam* in *primos operatores diuinorum* operum poſt Deum *&* primos *magiſtros*, inquantum

quantnm illuminãt alios & perficinnt. *Ergo non*, id eſt, nonne *prima diſpoſitio*, id eſt, hierarchia *ſanctorum Angelorum habet igneam proprietatem*, quantum ad Seraphin, *magis omnibus* aliis *ſimul* acceptis, *&* ſimiliter nonne magis habet *traditionem diuinæ ſapientiæ effuſam* à Deo, *& etiam myſticam*, id eſt, occoltam, *excelſiſſimæ ſcientiæ diuinarum illuminationum* quantum ad Cherubin, *&* ſimiliter nonne magis habet *proprietatem ſeſſiuam*, id eſt, ſedis, *geſtantem*, id eſt, portantem ſedentem? Proprietatem dico *ſignificantem diuinam ſuſceptionem*, quantum ad Thronos. Quaſi dicat: ſic. *Verò*, id eſt, ſed nonne *ipſæ diſpoſitiones*, id eſt, hierarchiæ *ſuppoſitarum*, id eſt, inferiorum *eſſentiarum participant virtutem* Seraphin *igneam*, *&* virtutem Cherubin *ſapientem & ſcientem*, quantum ad modum & ad ſcita, *&* Thronorum virtutem *ſuſceptoriam Dei*? Participant dico *infra*, id eſt, inferiori modo, *& aſpicientes ad primas* vt ad influentes, *& reducta in poſſibile deiformitatis*, id eſt, in Dei ſimilitudinem, ſecundum quod eis eſt poſſibile *per eas*, id eſt, per primas *vt per factas digne*, id eſt, digno & congruo modo ſe eis habentes *in imitatione diuina præoperatiua*, id eſt, inquantum ipſæ prius inferioribus operantur, ſicut Deus prius omnibus. Quaſi dicat: ſic. Vſque huc enim pendet interrogatio. *Ergo* eſſentiæ quæ *ſiunt ſubſiſtentes poſt eas*, ſcilicet primas, *reponunt* ſicut in cauſa *dictas ſanctas proprietates* trium ordinum *quarum participatio* eſt in inferioribus *per primas*. Reponunt dico *poſt Deum ipſis illis*, ſcilicet primis *tanquam hierarchiis*, id eſt, principatibus totius illuminationis: & ideò quod exercet inferior, poteſt attribui ſuperiori virtute cuius agit.

DVBIVM.

B Hic est dubitatio de virtute Deo ſimili. Cum enim virtus diuina ſit ſua eſſentia, videtur quòd Angelus ſit ſua virtus.

2 Hoc etiam videtur per verba Commentatoris, dicit enim: Sciendum enim, quòd virtus in intellectualibus non eſt vt apud nos accidens: ergo eſt eorum ſubſtantia.

3 Præterea, Dicit Beda ſuper Ioan. Species arcæ in anima eſt vita. Et hoc etiam Commen. dicit: Species eorum vita ſunt, non quemadmodum in materia. Ergo multò fortius virtus eſt eorum ſubſtantia.

4 Præterea, Accidens aduenit compoſito: ſed Angeli ſunt ſimplices: ergo non eſt in eis virtus accidens. Et hæc videtur ratio Commen. dicentis: At verò accidens non eſt illis: incompoſita enim ſunt.

Ad oppoſitum. Dicit Auguſtinus: Summa ſimplicitas & quæ ſoli Deo competit, eſt eſſe quod habet: ſed virtus habetur ab Angelo: ergo ſua ſubſtantia non eſt ſua virtus.

2 Præterea, Virtus conſequitur eſſentiam: ergo non eſt idem cum ea.

Quod concedimus, & rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd non quantum ad hoc eſt ſimilitudo, ſed quia operatur ad reductionem inferiorum ſicut virtus diuina.

Ad ſecundum dicendum, quòd Commenta. non dicit, quòd ſimpliciter non ſit accidens, ſed quod non ſit accidens ſicut apud nos: quia non eſt accidens indiuidui, ſed naturam conſequens: vel quia non confortatur per crementum ſicut virtutes materiales, vt virtus viſiua creſcente organo, & etiam intellectiua per accidens.

Ad tertium dicendum, quòd ſpecies rei quæ eſt in anima, non eſt vita, ſed accidens viui: ſed ſpecies ſpeciei, quæ eſt intellectus agentis lumen, faciens ſpecies intelligibiles, eſt vita vt eos principium vitæ in viuente.

Ad quartum dicendum, quòd per hoc quod ſunt ſimplices, non remouetur ab eis accidens ſpeciei & rationis, vt dictum eſt ſupra, ſed tantum accidens indiuidui, quod eſt accidens verè, quamuis etiam non omninò ſint ſimplices, vt dictum eſt.

Ait ergo hæc dicens, viſionem 5
ab illa ſuſceptam, fuiſſe Theologo
per vnum imperantium nobis ſanctorum & beatorum Angelorum:
& ante illuminatiuam ipſius manuductionem in illam ſanctam contemplationem repoſuiſſe. Et ſuperſedere vidit excelſiſſimas eſſentias, quantum in ſymbolis dicendum, poſt Deum & cum Deo & circa Deum collocatas, & omnibus etiam ipſis ſuperarcane ſublimiorem, ſuperprincipalem ſummitatem in medio ſuperſimatarum Virtutum ſupercollocatam.

DIVISIO ET
expoſitio textus.

Ait ergo hæc dicens, &c.

SVperius oſtenſum eſt, quòd inferiores reponunt ſuas operationes in ſuperiores ſicut in præoperantes, & hoc quod communiter dictum eſt, reſtringit ad propoſitum, ſcilicet ad viſionem Iſaiæ, de qua eſt quæſtio, oſtendens quomodo hæc & plura alia edoctus eſt Propheta per illam viſionem. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima ſoluit ad propoſitum, oſtendens quæ dicta ſunt in communi, in illa viſione ſeruata eſſe. In ſecunda manifeſtat ſolutionem per exemplum manifeſtum nobis ex noſtra hierarchia, & propinquum propoſito, ibi, *Magis autem maximè, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima exponit ſubſtantiam viſionis, oſtendens quid per ſubſtantiam viſionis edoctus fuerit. In ſecunda quid de conſequentibus viſionem, ibi, *Docuit ergo eum, &c* Prima diuiditur in tres. In prima oſtendit, quòd edoctus eſt ea per quæ ſoluitur dicta quæſtio. In ſecunda parte oſtendit quid edoctus fuerit ex parte Dei, quem vidit ſuper Thronum ſedentem, ibi, *Didicit ergo viſionibus*. In tertia quid ex parte Seraphin, quos ſtare vidit, ibi, *Deinde eaſdem ſanctiſſimorum, &c.* A

Litera

Litera ſic legatur. *Ergo* poſtquam prædicta quibus ſequentia confirmauerunt, ſunt vera, *dicens hæc*, id eſt, hanc ſolutionem, *ait hoc*, ſcilicet *viſionem* illam de qua eſt quæſtio, *fuiſſe ſuſceptam à Theologo*, ſcilicet Iſaia, *ab illa*, ſcilicet prima diſpoſitione ſicut à primo operante *per vnum de numero ſanctorum & beatorum Angelorum imperantium*, id eſt, immediatè præſidentium *nobis* ſicut per miniſtrum exequentem & per ſecundum agens virtute primi, *& ait inferiorem repoſuiſſe manuductionem*, id eſt, operationem qua manuductus eſt Propheta, *ipſius*, ſcilicet Prophetæ vel inferioris Angeli, *ante illuminatiuam*, id eſt, quia præoperatur ſuo lumine prima diſpoſitio ſicut virtus prima. Repoſuiſſe dico *in illam ſanctam contemplationem*, id eſt, in primos contemplantes. Et per hoc oſtendit, quòd oportet purgare ſuperiorem, *&* ideò Propheta *vidit quantum dicendum* eſt videre *in ſymbolis*, id eſt, in ſenſibilibus figuris. Videt dico *ſuperſedere ex celſiſſimas eſſentias*, id eſt, Seraphin, *collocatas poſt Deum* ſecundum dignitatem naturæ, *& cum Deo* ſecundum participationem attributorum eius, *& circa Deum*, inquantum illuminationes eorum reflectuntur in finem à quo exeunt vt à primo principio. Deum dico *ſummitatem*, id eſt, celſitudinem *ſuperprincipalem*, id eſt, ſuper altitudinem principum, *ſupercollocatam in medio virtutum ſuperformatarum* aliis, ſcilicet in medio Seraphin, Dicitur enim: Vidi Dominum ſedentem, &c. Et iterum: Seraphin ſtabat ſuper illud. Dicit ergo ſupercollocatam quantum ad ſupereminentiam naturæ, in medio, quantum ad attributorum communicationem.

DVBIVM.

B Hic est dubium. Vtrum ſuperiores operentur in inferiores, qui ante reponant operationes ſuas in primas quas in ſibi ſubditos iterum exercent. Et videtur, quòd non: ea enim inter quæ eſt diſtantia per eſſentiam & nulla continuatio, non tranſmutant ſe inuicem. Sed primi diſtantes ſunt per eſſentiam ab inferioribus: cum igitur non ſit aſſignare aliquid in quo continuentur, non videtur, quòd poſſint agere in illos.

2 Præterea, Corpora inferiora quæ mouentur & ſuſcipiunt actionem ſuperiorum, habent ſe ad ea ſicut materia ad formam, ſicut dicit Philoſophus in lib. cæli & mundi, ſed inferiores Angeli non reducuntur ad ſuperiores, ſicut materia ad formam: ergo non tranſmutantur ab eis recipiendo illuminationes ab ipſis.

3 Præterea, Inferiora corpora vincunt in hieme ſuperiora, quamuis in æſtate ſit è conuerſo, vt dicit Philoſophus: ergo videtur, quòd inferiores aliquando debent vincere ſuperiores agendo in ipſos.

4 Præterea, Quando ex actione alicuius agentis prouenit diuerſitas effectuum in recipientibus, ſi illud agens eſt vnum in ſe, oportet ad minus, quòd cauſet diuerſa ſecundum relationem ad aliquid differens, cum diuerſitas in cauſato habeat à materia aliquam cauſam diuerſitatis in ſua cauſa, ſicut ſol ſecundum relationem ad circulum obliquum cauſat diuerſa, vt dicit Philoſophus: ſed non eſt inuenire aliquod differens ad quod referatur diuerſitas quæ prouenit in inferioribus ordinibus ex actione ſuperiorum: ergo ſuperiores non tranſmutantur inferiores illuminando.

Ad oppoſitum. Intellectus operatiuus propter hoc quod nihil accipit à rebus, imprimit formas ſufficienter, nullo imprimente in ipſum: ſed intellectus Angeli habet ſpecies rerum ad modum intellectus operatiui, vt ſæpè dictum eſt: ergo ſufficienter poteſt imprimere alteri ſine conuerſa receptione ab ipſo.

2 Præterea, motor primus imprimit in mobile ſine communicantia ab inuicem conuerſim, id eſt, ſine conuerſione, ita ſcilicet quod mobile nihil imprimat mouenti: ergo ſimiliter videtur, quòd in miniſtrantibus ſuperiores poſſint imprimere in inferiores, non recipiendo aliquid ab eis.

Solutio. Dicimus, quòd intellectus ſuperiorum eſt vt lux quædam per modum artis factiua ſpecierum, & non recipiens à rebus: & cum an[illegible]is lux primò recepta ſit in vniuerſaliori virtute & vt actus quidam reſpectu inferiorum, imprimere poſſunt in inferiores ſine conuerſione. Et concedimus rationes ad hoc,

Ad primum verò dicendum, quòd idem facit ordo in ſpiritualibus quod continuitas in corporalibus: per hoc enim quod vnum eſt in ſimpliciori actu quam alterum, minus habens de potentia admixtum, id quod eſt deficiens ab ipſo, recipere poteſt impreſſionem eius, qualiter fit impreſſio in animabus noſtris ea intelligentiis,

Ad ſecundum dicendum, quòd corpora inferiora non reducuntur ad ſuperiora ſicut ad formam quæ ſit pars eſſentiæ eorum, ſed ſicut potentia ad actum, & mobile ad motorem, cuius eſt per ſpeciem mouere, & ſimiliter reducuntur inferiores Angeli ad ſuperiores,

Ad tertium dicendum, quòd in corporibus inferiora non vincunt ſuperiora quæ ſunt vniuerſaliter agentia, ſicut ſunt corpora cæleſtia, quæ non recipiunt peregrinam impreſſionem, vt dicit Philoſophus: ſed dicuntur vincere ſuper particularia agentia, quæ ſunt ſuperiora elementa: ſuperiores autem Angeli ſe habent ad inferiores vt vniuerſales agentes.

Ad quartum dicendum, quod diuerſitas in effectibus ſolis eſt ea diuerſitate circa agentem & etiam circa recipientia. Eſt enim ſol cauſa diuerſorum ſecundum diuerſorum ſitus, & in eodem ſtans habet alium effectum in diuerſis recipientibus: & ſimiliter illuminationum diuerſitas quæ eſt in inferioribus ordinibus, prouenit ea diuerſis illuminationibus deſcendentibus à primis, ſecundum quod referuntur ad diuerſas rationes rerum in primo, quamuis maneat ſimplicitas eſſentiæ. Prouenit etiam diuerſitas ea diuerſa capacitate recipientium,

Vidit ergo viſionibus ipſe Theologus[1], quia iuxta omnem ſuper- 6
eſſentialem ſupereminentiam incomparabiliter ſupercollocatum eſſe diuinum ſimul omni viſibili &

inuiſibili vittuti. Atqui, quia ab omnibus eſt remotum vt vniuerſale, neque primis eorum quæ ſunt eſſentiis ſimile. Adhuc & omnium ipſum principium & cauſam ſubſtantificam eſſe, & eorum quæ ſunt, ſecreta ſingularitate immutabile fundamentum, ex quo & eſſe & bene eſſe etiam ipſis ſummè munitis eſt Virtutibus.

EXPOSITIO TEXTVS.

Didicit ergo viſionibus, &c.

A HIc oſtendit qnid edoctus ſit ex viſione circa Deum, & dicit, quòd duo, ſcilicet quòd ſupereminet omnibos per dignitatem naturæ, ex hoc quòd vidit eum in throno eleuato, & quòd tamen communicat ſe aliis dando eſſe & bene eſſe, per hoc quod vidit Seraphin ſuper eum. Litera ſic legatur. *Ergo* quia vidit ſuper principalem, &c. *ipſe Theologus*, ſcilicet Iſaias, *didicit ex viſionibus* iſtis, quia *diuinum*, id eſt, Deus eſt *incomparabiliter*, id eſt, ſine proportione ex dignitate ſuæ naturæ *ſupercollocatum omni virtuti inuiſibili*, *que*, id eſt, & *viſibili ſimul* acceptis, & hoc *iuxta omnem ſupereminentiam ſuperessentialem*, id eſt, ſecundum ius ſupereminentiæ illius qui eſt ſuper omnem eſſentiam. *Atqui*, id eſt, certè didicit, *quia* diuinum *eſt ab omnibus remotum* non coarctatum ad aliquid *vt vniuerſale* principium omnium rerum, *neque*, id eſt, & non eſt *ſimile* etiam *primis eſſentiis eorum que ſunt*, id eſt, inter ea quæ ſunt, ſcilicet Seraphin, qui dicuntur ſub ipſo, quaſi non attingentes ſimilitndinem eius omninò. *Adhuc* didicit, quamuis ita ſit remotum per dignitatem naturæ, *&*, id eſt, etiam *ipſum*, ſcilicet diuinum *principium omnium*, inquantum producit res in eſſe, *& cauſam ſubſtantificam*, id eſt, ſnbſiſtere facientem res in eſſe, inquantum conſeruat, *& eſſe fundamentum eorum que ſunt ſecreta ſingularitate*, id eſt, ſecernens vnicuique proprium eſſe, prout eſt propria cauſa rei cuiuſlibet, non tantum communis, & *immutabile*, inqoantum eſt primum agens non motum ab alio, nec deficiens in ſeipſo, vt quod habet eſſe per ſe, & à ſe, *ex quo*, ſcilicet Deo, *& eſſe & bene eſſe*, quantum ad natnram & perfectionem naturæ, eſt enim in *ipſis virtutibus ſummè munitis*, ſcilicet Seraphin, propter quod videntur ſtare circa illom, & non tantum in inferioribus.

D V B I V M.

B HIC EST dubitatio de his quæ in litera Deo attribnit. Videtur enim falſum dicere: quod enim incomparabaliter eſt remotum, non participatur: ſed diuina bonitas participatur à rebus, vt dictum eſt. 4. cap. ergo Deus non eſt remotus incomparabaliter à rebus.

2 Præterea, Videtur circa hoc falſum eſſe quod dicit communiter, quòd Deus æqualiter eſt prope cuilibet rei, ſed res non æqualiter appropinqnant ſibi: habitudo enim vnius ad alterum eſt quædam relatio, quæ ſaluatur in vtroque extremorum: ſi igitur Deus ſe habet eodem modo propinquitatis ad res, oportet vt ille modus ſit etiam in omnibus quæ appropinquant ſibi.

3 Præterea, Impoſſibile eſt idem eidem eſſe vicinum & remotum: ſed cui eſt vicinum aliquid, illud eſt vicinum ſibi, & ſimiliter eſt de remoto: ſi igitur Deus eſſet vicinus alicui rei diſtanti ab ipſo, ipſe ſimul eſſet diſtans & propinquus rei eidem, quod eſſe non poteſt.

4 Præterea, Sicut idem quod eſt vnum in ſubſtantia, facit indifferens in ſubſtantia, ita æquale quod eſt vnum in quantitate, facit indiſtantiam quantitatis: ſi igitur eſt æqualitas propinquitatis Dei ad rem, & è conuerſo, non enim poteſt intelligi, quod plus diſtet vnum ab altero quam è conuerſo, oportet quòd eadem propinquitas ſit Dei ad rem, & è conuerſo: & ita non poteſt eſſe, quòd ipſe non æqualiter diſtet ab his quæ non æqualiter diſtant ab ipſo.

5 Item videtur, quòd non ſit vniuerſale. quod enim vniuerſale eſt, minus propriè eſt cauſa rei: cum igitur Deus ſit propinquiſſima cauſa vniuſcuiuſque, non eſt vniuerſale principium.

6 Præterea, Quod eſt magis vniuerſale, eſt minus efficax ad cognitionem rei; vnde per cauſam vniuerſalem ſcitur res quia & non propter quid: ſed Deus ſeipſo cognoſcit perfectiſſimè omnia: ergo non eſt cauſa vniuerſalis.

7 Item videtur, quòd non ſit fundamentum: hoc enim attribuitur materiæ, quæ ſola inter cætera remouetur à Deo: ergo incongruè dicit de ipſo fundamento.

Solutio. Dicendnm ad primum, quòd Deus quidem quantum ad eminentiam ſuæ naturæ, quæ non participatur ab aliquo, dicitur incomparabiliter ſupercollocatum, ſed quantum ad attribnta quæ ſunt alterius rationis ab eſſentia, licet non ſit alia ſecundum rem, participatur à rebus, & præcipuè à ſupremis ſubſtantiis participantibns bonitatem ipſius & ſapientiam & alia attributa: & ſecundum hoc dicitur eſſe in medio eorum.

Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa tenet in relatiuis in quibus innaſcitur relatio ex motu circa vtrumque extremum, & non in his in quibus eſt motus in altero tantum, ſicut columna immobili manente fit dexter & ſiniſter. Vnde quantom ex parte columnæ ſimiliter ſe habet ad ea quæ diſſimiliter ſe habent ad ipſam. Similiter Deus eodem modo ſe habet quantum eſt ex parte ſui, rebus diuerſimodè accedentibus ad ipſum.

Ad tertium dicendum, quòd quando aliquid appropinquat alteri ex hoc quod ambo communicant idem, tunc oportet, quòd ſi vnum vicinatnr alteri, quod & è conuerſo, ſicut ſi ambo participent albedinem, eandem rationem propinquitatis habent in ipſa: propinquitas autem Dei ad res non eſt per hoc quod Deus aliquid communicet, cum ipſe ſit quicquid habet, ſed alia ſunt per hoc quod aliquod participant de attributis eius: & ideò non eſt eadem

ratio

ratio propinquitatis in vtroque extremorum.

Ad quartum dicendum, quòd æqualitas non eſt rei ad Deum per hoc quod participet aliquid idem cum ipſo, ſed quia accedit ad ipſum ſecundum quod poteſt: propter quod etiam dicitur homo fieri ad ſimilitudinem Dei, vt per præpoſitionem, ad, notetur diſtantia à perfecta ſimilitudine.

Ad alia duo dicendum, quòd Deus non dicitur vniuerſale per abſtractionem, ſed ſicut virtus non coarctata ad aliquid, & hæc eſt propria cauſa rei, & perfectè demonſtrans rem, firmiter tenens ipſam in eſſe & in virtute ſua. Vel dicitur fundamentum ad ſimilitudinem fundamenti, quod eſt primum in re. Et ſimiliter virtus diuina eſt prima, ſupra quam ſtabiliuntur omnes virtutes ſequentes tam naturales quam gratuitæ.

7. Deinde eaſdem ſanctiſſimorum Seraphin edoctus eſt deiformes Virtutes, ſacra quidem ipſorum cognominatione, quod eſt ignitum, de quo paulò poſt dicemus, quantum nobis poſſibile, ſubintroducere in deiforme ignitæ virtutis anagogas. Alarum verò expanſa ſacra formatione in diuinum, in primis & in mediis & in vltimis intellectibus abſolutam & altiſſimam extenſionem. Sed & eorum multificum & multiforme videns intellectualis Theologus, & alis diſtingui eam ſubtus pedes, & eam ſubtus faciem viſionem, & eum in mediis alis ſuper motum, ad inuiſibilem eorum quæ viſa ſunt reductus eſt ſcientiam, manifeſtata ei altiſſimorum intellectuum multiuia & multiuida virtute, & eorum ſacra formidine quam habent ſupermundanè in altiorum & inferiorum ſuperbam & audacem & impoſſibilem ſcrutationem & in commenſuratione Deum imitantium actionum inceſſabile & altiuolum ſemper motionis. Sed & illam diuinam & multum pretioſam hymnodiam eruditus eſt, formante viſionem Angelo ſecundum virtutem ipſi Theologo, & tradente propriam ſacram ſcientiam.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Deinde eaſdem ſanctiſſimorum, &c.

Hic dicit quid didicit ex parte Seraphin. Et A
primò dicit quid didicit ex ipſorum nomine. Secundo quid didicit ex alis eorum, ibi, *Alarum vero expanſam, &c.* Tertiò quid didicit ex eorum hymnis, ibi, *Sed & illam diuinam, &c.* Litera ſic legatur. *Deinde*, ſcilicet poſt id quod didicit de Deo Theologus, *edoctus e.* per viſionem *eaſdem virtutes deiformes*, id eſt, Deo propinquas, ſcilicet *Seraphin ſanctiſſimorum*, & hoc *quidem ſacra cognominatione ipſorum*, ſcilicet Seraphin, *quod eſt* interpretatum *ignitum, de quo* ſcilicet igne *paulo poſt* nos *dicemus*, ſcilicet vltimo cap. ponendo proprietates eius ſecundum quod ſpiritualibus competunt, & hoc *quantum poſſibile* eſt *nobis* ſecundum modum ſcientiæ noſtræ, *ſubintroducere anagogas*, id eſt, proprietates ſurſum ductiuas. Proprietates dico *ignita virtutis* ſurſum *in deiforme*, id eſt, in dona quibus ſpiritus Deo ſimilantur: & huic reſpondet ſubintroducere, quaſi de ſubtus ad ſummum, vel ſubintroducere te anagogas in deiforme, cæteris non mutatis. *Alarum vero, &c.* Hîc oſtendit quid didicit ex alis, & oportet hîc exponere quid ſignificent ſex alæ.

DVBIVM.

Et ad euidentiam eorum quæ in litera dicuntur, oportet hîc quærere de his quæ Seraphin attribuit. Videtur enim, quod incongruè vtatur eorum manifeſtatione: ſupra enim 7. cap. dictum eſt, quòd illuminationes primæ hierarchiæ ſunt circulares: hîc autem dicit, quòd habent extenſionem quæ eſt ſecundum rectitudinem: ergo contradicit ſibi. B

2 Præterea, Omnes Angeli habent viſionem abſolutam à ſpeculo & ænigmate, cum habeant intellectus deiformes: ergo non debuit ſpecialiter attribui Seraphin.

3 Præterea, Ezech. 1. dicitur de Cherubin, quòd habent quatuor pennas, quæ ſunt quatuor alæ, qui tamen ſunt in eadem hierarchia cum Seraphin: ergo ſimiliter Seraphin debuit hîc oſtendi tantum cum quatuor alis, & non cum ſex.

4 Præterea, Ad motum vnum ſufficiunt duæ alæ: cum ergo prima hierarchia ſumatur penes conuerſionem in Deum, & ſic videtur habere tantum vnum motum, videtur quòd non deberet deſcribi niſi tantum cum duabus alis.

Solutio. Dicendum ad primum, quòd illuminationes primæ hierarchiæ ex parte contemplati ſunt circulares, quia inuoluuntur circa id quod eſt primum, medium, & finis, vt ſupra patuit: ſed ex parte contemplantis quod eleuatur in id quod eſt ſupra ipſum, eſt extenſio ſimilis motui recto.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet omnes habeant abſolutam contemplationem quantum ad modum ex parte contemplantis, quia ſine velamine

in lamine ſpeculi & ænigmatis: quantum tamen ex parte obiecti eſt proprium primorum, quia accipiunt in ipſa prima virtute non coarctata ad aliquid: in his verò quæ poſt ipſas ſunt, contrahitur & determinatur, & tantò magis, quantò plus deſcendit: & ideò inferiores recipientes in ſuperioribus & non in ipſo primo, non habent abſolutam extenſionem.

Ad tertium dicendum, quòd inuenitur & binarius & quaternarius & ſenarius alarum in Angelis deſcriptus. Binarius enim eſt ſecundum duo quibus eleuantur in motu contemplationis, ſcilicet capacitas naturæ, & illuminatio deſcendens, ſine quibus non poſſunt in altum contemplationis eleuari. Duplex verò binarius, qui eſt quaternarius alarum, eſt ſecundum duo opera ipſorum, ſcilicet conuerſionem in ſuperiora & inferiora: & ad vtrumque exigitur binarius alarum, vt ſint altiuoli in ſuperiora, & citiuoli in inferiora, per facilem executionem in vtroque, quorum exigitur donum capacitatis naturæ. Sed ſenarius alarum ſecundum Dionyſium intelligitur, quòd duobus alis velabant caput ſuum, & duabus pedes ſuos, & duæ erant in medio corporis: quamuis Auguſtinus aliter exponat, quòd velabant corpus & pedes ſedenti ſuper thronum. Vnde ſecundum Dionyſij expoſitionem ſignificantur illuminationes trium hierarchiarum, quæ habentur à ſuperioribus, qui habent quod eſt inferiorum, & non è conuerſo. Vnde per binarium alarum qui erat in capite, ſignificatur illuminatio primæ hierarchiæ, & per medias mediæ, & per eas quæ in pedibus erant, illuminatio vltimæ. Ezechiel ergo tantum poſuit quatuor: quoniam ſibi oſtendebantur ſecundum quod operabantur ad captiuitatem filiorum Iſrael, vel eorum liberationem, & ſecundum quod accipiebantur de hoc illuminationes per conuerſionem in Deum. Sed Iſaiæ oſtenſi ſunt Seraphin ſecundum quod ſunt in vicinitate ad Deum: & ideò debuerunt ſibi oſtendi cum ſex alis, quod pertinet ad perfectam illuminationum receptionem. Et per hoc patet ſolutio ad alia.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Litera ſic legatur. Hoc quidem edoctus eſt ex eorum nomine. *Vnò*, id eſt, ſed edoctus eſt *expanſa formatione*, id eſt, ſignificatione *alarum extenſionem*, id eſt, eleuationem eorum *abſolutam & altiſſimam*, quantum ad vniuerſalitatem & altitudinem obiecti, *in diuinum*, id eſt, in Deum *in primis & medijs & vltimis intellectibus* ſecundum illuminationes trium hierarchiarum. *Sed &*, id eſt, etiam alius *Theologus*, ſcilicet Ezechiel, *intellectualis*, quantum ad viſionem intellectualem *videns multificum & multiforme eorum*, id eſt, multipedes & multorum vultuum: ſic enim habet alia tranſlatio. Dicitur enim Ezechielis primo, Quatuor facies vni. *Et videns eos alis diſtingui, reductus eſt* per hæc viſibilia *ad inuiſibilem ſcientiam*, viſu corporali, *eorum quæ viſa ſunt* ab ipſo Propheta, ſcilicet ad *eam* viſionem *ſubtus pedes*, id eſt, quæ per alas pedum deſignatur, *& ad eam* quæ *ſubtus facies*, id eſt, in capite, *& ad eum ſuper motum*, id eſt, eminentem: vel *ſuper motum*, id eſt, maximum in medijs alis: vel *diſtingui alis eam viſionem*, &c. id eſt, diſtinctione alarum horum trium diſtinctionem deſignat. Reductus eſt dico *manifeſtata ei*, ſcilicet Prophetæ *virtute altiſſimorum intellectuum*, ſcilicet Seraphin & Cherubin *multiuia*, quantum ad multitudinem pedum, ſecundum quod multis modis operatur in inferiora, *& multiuida*, quantum ad multitudinem vultuum, ſecundum multos fulgores à ſuperiori receptos, *& manifeſtata ei ſacra formidine eorum*, ſcilicet ſuperiorum, *quam habent ſupermundanè*, id eſt, ſupra mundum noſtrum, quia ſecundum reuerentiam tantum. Formidine dico *in ſcrutationem altiorum*, id eſt, diuinorum per eminentiam, *& eorundem inferiorum*, id eſt, profundorum, ſecundum quod vſque ad finem inſcrutabilia ſunt. Scrutationem dico *ſuperbam*, id eſt, quæ eſſet eis ſuperba, quia appeterent excellentiam non debitam eis, *& audacem*, ſecundum quod non compararetur ad vires ſuas, *& impoſſibilem*, ſecundum quod eorum vires deficiunt ab illa: & hæc formido deſignatur per hoc quod dicitur, quod cum fieret vox de firmamento, ſubmittebant alas ſuas, quaſi non præſumentes ſe extollere in altitudinem diuinæ contemplationis, ſecundum modum ſuum, quod eſſet eis ſuperbum.

DVBIVM.

D Sed videtur eſſe falſum quod dicit. Angeli habent intellectus deiformes: ergo nihil eſt eis ſuperbum & impoſſibile.

2 Præterea, Omnium illuminationem & modum accipiendi Deus fecit communicabilem, & maximè primis eſſentiis: ergo non eſt eis aliquid ſuperbum & impoſſibile.

Et dicendum, quòd omnis illuminatio & modus quem fecit, communicata ſit primis eſſentiis, non tamen modus increatus, quo ipſe intelligit infinita virtute & luce ſe & alia: hoc enim non eſt communicabile niſi communicaretur virtus & eſſentia infinita: & ſic fierent dij per naturam, quod redundaret in imperfectionem Dei, ſi ſibi aliquid adæquari poſſet.

EXPOSITIO TEXTVS.

E Et iterum Theologus videns *inceſſabile*, id eſt, indeficiens, *& altiuolum ſuper*, alias, *ſemper motiuum* eorum, id eſt, continuum motum eorum in altum tendentem, *& hoc in commenſuratione*, id eſt, in proportione ad ipſum, *actionum imitantium Deum*, id eſt, per quas proportionaliter Deum imitantur, & alios in imitationem ducunt. *Sed &*, id eſt, etiam Iſaias *eſt eruditus illam hymnodiam*, id eſt, laudem, ſanctus, ſanctus, ſanctus, *diuinam*, quia Deus ea laudatur, *& multum pretioſum*, quia continet myſterium trinitatis & vnitatis, vt ſupra 7. cap. dictum eſt, & hoc *Angelo formante viſionem ipſi Theologo*, ſcilicet Iſaiæ, *ſecundum virtutem*, ſcilicet Prophetæ, & ipſo Angelo *tradente ei*, ſcilicet Prophetæ, *ſacram ſcientiam propriam*, id eſt, connaturalem ei, quia per ſymbola.

8. Docuit ergo eum & hoc, quia purgatio eſt quantumcumque purgatis ipſa diuinæ claritatis incognitæ, quantum poſſibile, participatio. Hæc autem ex ipſius diuinitatis remotis cauſis, qua omnes ſacros intellectus ſupereſſentiali occultatione perficit, altiſſimis eirea ſe virtutibus manifeſtior quo modo eſt, & magis ſemetipſam manifeſtat & diſtribuit. Deinde ſecundis, aut nouiſſimis, aut noſtris intellectualibus virtutibus, quantum ab ipſa vnaquæque ſecundum deiforme exiſtit, ſic manifeſtam ſuam illuminationem conducit ad propriç occultationis laudandum ignotum.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Docuit eum ergo, &c.

A HIc oſtendit quid conſequenter ex viſione Propheta didicit, concludens ea quæ dicta ſunt. Et diuiditur in partes tres. In prima dicit, quòd omnes operationes inferiorum & ſuperiorum reducuntur in diuinam operationem. In ſecunda, quòd operationes inferiorum reponunt in ſuperioribus, ibi, *Lucet autem per ſingula.* In tertia concludit congruentiam ſolutionis, ibi, *Nihil ergo inordinatum.* Litera ſic legatur. *Ergo* vt primum dictum eſt, Angelus formans viſionem, *docuit eum*, ſcilicet Prophetam, *&*, id eſt, etiam *hoc quia*, id eſt, quod *purgatio in quantumcumque purgatis*, ſiue primis, ſiue infimis, *eſt participatio ipſa diuinæ claritatis incognita*, propter ſui infinitatem non perfectè notæ, qua liberantur à diſſimilitudinis confuſione, & hoc *quantum poſſibile* eſt vnicuique, cum non perfectè participetur. *Autem*, id eſt, ſed *hæc*, ſcilicet claritas diuina *ex cauſis ipſius diuinitatis remotis* à rebus per exceſſum, id eſt, ex ipſo Deo cauſante procedens, *qua*, ſcilicet claritate diuina *perficit omnes ſacros intellectus ſupereſſentiali occultatione*, *quo modo*, id eſt, aliquo modo *eſt manifeſtior*, non ſimpliciter, ſed comparatione inferiorum, *altiſſimis virtutibus*, ſcilicet primis ordinibus exiſtentibus *circa ſe* immediatè, *& magis* in eis *manifeſtat ſeipſam*, ad modum luminis corporalis, cuius eſt manifeſtare ſeipſum, *&* etiam eis magis ſe *diſtribuit*. *Deinde* ipſa claritate *ſic conducit manifeſtam ſuam illuminationem*, id eſt, manifeſta cauſa aliqualiter ex *ſecundis*, quantum ad mediam hierarchiam, *aut nouiſſimis*, quantum ad vltimam, *aut noſtris*, quantum ad humanam *intellectualibus virtutibus ad laudandum ignotum* principium, ſcilicet Deum *propria occultationis*, id eſt, à qua procedit occulta claritas. Sic dico *quantum ab ipſa*, ſcilicet claritate *vnaquæque* virtus *exiſtit ſecundum deiforme*, id eſt, ſecundum participationem diuinæ ſimilitudinis proportionaliter ſibi. Quaſi dicat: Adducuntur inferiora per claritatem diuinam & iocundam participationem primi principij, & hæc iocunditas per laudem intelligitur: vnde alia tranſlatio habet iocundum, id eſt, lene, ignotum.

DVBIVM.

B SED VIDETVR falſum dicere: nullum enim ignotum laudatur, quia non exprimit quod intellectus non concipit: ergo videtur contraria dicere, dicens ignotum laudandum.

2 Præterea, Per claritatem ducuntur ad diuinam contemplationem: quod autem quis contemplatur, non eſt ignotum: ergo male dicit ad ignotum conducere illuminationem.

3 Præterea, Nihil delectat niſi cognitum: ſi igitur ſummè delectantur in primo principio, non videtur eis eſſe ignotum.

4 Præterea, Sicut dicit Auguſtinus, fruuntur cognitis in quibus voluntas delectata conquieſcit: Angeli autem fruuntur Deo: ergo non eſt eis ignotum.

Solutio. Dicimus, quòd Deus quidem eſt ignotus ſimpliciter, quia non cognoſcitur à quacunque creatura ſecundum totam & infinitam virtutem, ſecundum quod ipſe ſeipſum cognoſcit: & hanc cognitionem vocat Aug. comprehenſionem, quam de Deo dicit eſſe impoſſibilem: ſecundum quid tamen eſt notus, ſecundum id ſcilicet quod ipſo participatur, & ſecundum id laudatur vt ſupra hoc ens quod à nobis de ipſo participatur, quamuis illud quod ſupra intellectum noſtrum eſt de ipſo, determinatè laudare non poſſimus, nec etiam Angeli. Et ideò dicit Commen. Ignotus eſt Deus non propter varietatem ſyllogiſmorum ignotam nobis, ſed per quandam incomprehenſibilem ignorantiam noſtram, quæ in nobis & ſigillatim & pariter eſt. Primo enim modo ignota ſunt nobis, quæ ex parte ſua incertitudinem habent, vt concluſiones remotæ à principiis: quapropter contrariæ ad ipſas ſyllogizari poteſt. Deus autem eſt ignotus nobis vt principium quod immenſitate ſui luminis capacitatem noſtram excedit. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Lucet autem per ſingula ſecundis per prima. Et ſi oportet breuiter dicere, primò ex occulto ad manifeſtum ducitur per virtutes primas. Hoc ergo Theologus didicit ex lucem ducente eum Angelo, hoc eſt, purgationem & omnes diuinas operationes per primas eſſentias relucentes in omnes reliquas diſtribui, ſecundum vniuſcuiuſque ad deificas participationes analogiam. Propter quod & ignitè purgatiuam 9.

proprietatem ipſis Seraphin conſequenter poſt Deum repoſuit. Nihil ergo inordinatum, ſi purgare dicitur Theologum Seraphin: ſic enim purgat Deus omnes, quorum totius cauſa eſt purgationis. Magis autem proximè vtemur exemplo, ſicut ſecundum nos ſummus ſacerdos per ſuos miniſtros aut ſacerdotes purgans aut illuminans, ipſe dicitur purgare & illuminare, per ipſum purgatis ordinibus, per ſe in ipſum reponentibus proprias ſacras operationes: ſic & propriam purgatiuam ſcientiam & virtutem ipſe purgationem Theologi perficiens Angelus, in Deum quidem veluti cauſalem, deinde in ipſum Seraphin tanquam primò agentem ſummum ſacerdotem reponit: veluti fortaſſis quis dixerit cum angelica reuerentia, purgatum edocens, quia in te ante me perficiendę purgationis principium quidem eſt excelſum & eſſentia & creator & cauſalis, primaſque eſſentias ad eſſe adducens, & circa ſe collocatione continens & obſeruans inconuertibiles & caſu carentes, & ſeipſum mouens in primas propriarum prouidarum operationum participationes. Hoc enim hic me docens, ait ipſius Seraphin manifeſtare miſſionem. Summus autem ſacerdos & poſt Deum dux, ipſe præſtantium eſſentiarum ornatus, à quo ego purgare deiformiter eruditus ſum. Ipſe igitur eſt per me te purgans, per quem proprias prouidas actiones ex occulto & in nos produxit ipſa totius cauſa & opifex purgationis. Hæc ille quidem docuit me: tibi autem ego trado. Tuæ autem conceſſerim intellectuali & diſcretiuæ ſcientiæ aut alteram partem dictarum cauſarum abſolui à dubitatione & eandem honorare: aut alteram tanquam conſequens & rationabile & æquè verum habentem: aut à teipſo quod verè vicinius inuenire: aut ab altero diſcere, Deo videlicet dante, & prius recipientibus Angelis, & Angelorum amicis nobis reuelare, per eius magis amabilem contemplationem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Licet autem, &c.

A HIc oſtendit, quòd ſicut operationes omnium reducuntur in primum principium, ita etiam operationes inferiorum reducuntur in ſuperiores, dicens: *Autem*, id eſt, ſed diuina claritas ſicut lucet omnibus ex Deo, ita etiam *lucet ſecundis per prima*, & hoc ita eſt *per ſingula. Et ſi oportet breuiter dicere, primò ducitur ex occulto* diuinitatis *ad manifeſtum* vniuſcuiuſque *per primas*, id eſt, ſuperiores *virtutes*. *Ergo Theologus*, ſcilicet Iſaias *didicit hoc ex Angelo ducente eum in lucem* diuinam. Hoc ergo eſt, ſcilicet quod didicit, *purgationem & omnes diuinas operationes*, vt perfectionem & illuminationem, & ſi quæ ſunt aliæ, *diſtribui per primas eſſentias in omnes reliquas*, ſcilicet inferiores, *relucentes*, id eſt, vt reluceant in eis: & hoc *ſecundum analogiam vniuſcuiuſque* inferiorum *ad participationes deificas*, id eſt, diuinorum, per quę deiformes ſunt. *Propter quod &*, id eſt, etiam inferior Angelus *repoſuit ipſis Seraphin* ſicut præoperantibus *conſequenter poſt Deum*, cui primò repoſuit *proprietatem purgatiuam ignis*, id eſt, per ignem quo purgaſſe dicitur labia Prophetæ. *Ergo*, vt patet ex dictis, *nihil* eſt *inordinatum*, id eſt, contra diſpoſitionum ordinem, *ſi Seraphin dicitur purgare Theologum*, vt primò operans, non ſicut exequens: *ſic enim* etiam *Deus purgat omnes* qui purgantur *totius*, id eſt, cuiuſlibet vel perfectæ *purgationis, quorum eſt cauſa* prima: & ideò Angelus exequens oſtendit Dominum & Seraphin accipientem calculum de altari, vt oſtenderet Deum operari vt primam cauſam, & conſequenter Seraphin per virtutem receptam ab ipſo.

DVBIA.

B SED GRATIA eius quod hîc dicitur, inferiores veniſſe ad purgandum Prophetam, virtute recepta à primis, cum hoc videatur fieri per motum localem inferiorum, quæratur de motu Angelorum ſecundum locum: & quia nihil mouetur in loco niſi aliquo modo ſit in loco, quærendum eſt primò de loco Angelorum. Et circa hoc quæruntur tria. Primò, Vtrum Angelus poſſit eſſe in loco? Secundò, Si eſt poſſibile, qualiter ſit in loco? Tertiò, Vtrum neceſſario ſit in loco?

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non poſſit eſſe in loco: omne enim quod eſt in loco, eſt ſurſum, vel deorſum: ſed nulla intelligentia *Dubium 1.*

intelligentia eſt ſurſum vel deorſum, vt dicit Rabi Moyſes: ergo nulla intelligentia ſiue Angelus eſt in loco.

2 Ad idem, Nihil per ſe eſt in loco niſi corpus, cuius fines commenſurantur finibus loci: ſi igitur aliqua ſpiritualis natura ſit in loco, hoc erit per accidens: remoto autem quod per ſe eſt, non remanet quod per accidens eſt: cum igitur Angelus non ſit coniunctus alicui quod per ſe eſt in loco, non poteſt aliquo modo eſſe in loco.

3 Ad idem, Anima propter ſui ſimplicitatem non eſt in loco per ſe, ſed per accidens tantum: cum igitur ſit Angelus maioris ſimplicitatis quam anima, non poterit eſſe in loco nec per ſe, nec per accidens.

4 Ad idem, Quod de ſe habet comparationem æqualem ad omnem locum, ſi eſt, aut eſt vbique, aut nuſquam: ſed Angelus non habet de ſe magis comparationem ad locum vnum quam alterum, cum non ſit in ipſo natura inclinans ad aliquem locum, ſicut in graui vel leui: cum igitur non ſit vbique, quia hoc ſolius Dei eſt, videtur quòd non ſit in aliquo loco.

5 Ad idem, Quicquid eſt in loco, recipit ab eo aliquam proprietatem loci, quæ eſt immobilitare, firmare, vel continere: Angelus nihil iſtorum recipit à loco: ergo videtur, quòd non ſit in loco.

6 Ad idem, Vltimum corpus perfectiſſimum & nobiliſſimum non eſt in loco, non enim ſuperficies ſua exterior eſt locus ſuus, vt quidam dicunt, quia locus ſecundum Philoſophum nihil eſt rei: ſed quolibet corpore nobilior eſt Angelus: ergo non eſt in loco.

7 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus in 4. phyſicorum, neque vnam differentiam habemus puncti & loci puncti: & eadem eſt ratio vniuſcuiuſque indiuiſibilis ad ſuum locum: cum igitur Angelus ſit indiuiſibilis, non videtur eſſe in loco qui non ſit ipſe: & ita non eſt in loco, cum nihil ſit ſuus locus.

8 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus in 4. phyſicorum, locum non ponimus niſi propter motum: ſed Angelus non mouetur ad locum, cum non habeat naturas quibus corpora determinatè mouentur ad ſuum locum: ergo non eſt in loco.

Ad oppoſitum. Dicit Gregorius, quòd Angeli miniſtrant cum ad nos mittuntur: hoc autem eſt cum in loco qui circa nos eſt, ſunt: ergo videtur, quòd ſint in loco.

2 Præterea, Zachar. 1. dicitur, quòd vidit Angelum ſtantem inter myrteta.

3 Præterea, Damaſcenus dicit, quòd ibi ſunt vbi operantur: cum igitur operentur circa nos, videtur quod ſint in loco.

Solutio. Dicendum, quòd eſt duplex locus, ſcilicet ſpiritualis, qui metaphoricè dicitur locus, & ſic Deus dicitur ſpiritualis locus Angelorum à virtute continendi. Vnde dicit Beda, quòd quocunque mittantur, intra Deum currunt. Sic etiam dicitur in Actibus. cap. 17. quòd in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Locus verò corporalis propriè dicitur locus qui eſt ſuperficies corporis continentis, vel etiam ipſum corpus continens. Dicimus igitur, quòd Angeli neceſſariò ſunt in loco ſpirituali, in omni ſua operatione: ſed de hoc non eſt quæſtio. Concedimus etiam propter auctoritatem Scripturæ & ſanctorum, Angelos in loco corporali etiam poſſe eſſe, ſecundum quod operantur circa nos, ſed non ſecundum quod Deum contemplantur. Et concedimus rationes ad hoc.

Ad primum ergo dicendum, quòd intelligentia ſiue intellectus ſecundum quod huiuſmodi neque eſt ſurſum, neque deorſum: quia ſecundum quod eſt intellectus, habet ordinem ad vniuerſale, quod non eſt hic & nunc, ſed vbique & ſemper: ſed ſecundum quod eſt intellectus huius Angeli habentis ſingularitatem ex eo quod eſt loco materiæ in ipſo, vt ſupra dictum eſt, eſt in loco per accidens, licet non per ſe, ſed ſicut eſt intellectus huius hominis inquantum eſt huius.

Ad ſecundum dicendum, quòd Angelus non eſt in loco per accidens ſecundum quod vnitur cuidam corpori, vt anima, ſed ſecundum quod operatur circa aliquid quod eſt in loco per ſe: per hoc enim oportet, quòd actio eius ſit in loco, & per accidens ipſe, cum operatio non ſeparetur à virtute agente: remota autem hac operatione, concedimus quòd non eſt in loco, nec per ſe, nec per accidens.

Ad tertium dicendum, quòd ex hoc quod aliquid eſt ſimplex ex natura ſua, non eſt in loco: ſed quantumcunque ſit ſimplex, oportet quòd ſit in loco per accidens, ſi coniungatur ei quod per ſe eſt in loco.

Ad quartum dicendum, quòd Angelus non habet determinationem ad aliquem locum de ſe, id eſt, de natura ſua, ſed de ſe, id eſt, de voluntate ſua determinatur per operationem ſuam ad aliquem locum circa quem operatur.

Ad quintum dicendum, quòd id quod circumſcribitur loco, oportet quod recipiat dictas proprietates loci: ſic autem Angelus non eſt in loco, vt patebit in ſequenti articulo.

Ad ſextum dicendum, quòd non ſolum vltimus orbis non eſt in loco, ſed nec etiam inferiores orbes, ſi accipiatur locus naturalis, cuius eſt continere & ſaluare, quo non indiget aliquod incorporale. Vnde ex hoc tantum oſtenditur, quòd ex natura ſua non requirit locum, ſed poteſt habere locum ex eo quod operatur circa nos, qualiter non operatur orbis vltimus.

Ad ſeptimum dicendum, quòd punctus non dicit operationem in loco, per quod poſſit diſtingui operans ab eo in quo operatur, ſicut Angelus diſtinguitur à ſuo loco: & ideò non eſt ratio ſimilis de vtroque.

Ad octauum dicendum, quòd Angelus non mouetur ad locum motu determinato ſibi ex natura ſua, ſicut grauia & leuia, ſed ſecundum quod ex libertate voluntatis operatur circa diuerſa loca.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Angelus non ſit diffinitiuè in loco, hoc eſt, quod ita ſit hic quod non ſit alibi. Intellectus enim & intelligibile ſunt æqualis ſimplicitatis: quia ſimplicitas intelligibilis eſt ex actione intellectus agentis: non autem dat quod non habet: cum igitur intelligibile quod eſt vniuerſale, propter ſui ſimplicitatem non ſit hic ita quod non alibi, videtur quod nec in- C *Dubium 2.*

tellectus, & ita nec Angelus, qui eſt intellectualis naturæ, vt ſæpè habitum eſt in litera.

2 Ad idem, Perfectibile attingit ſuam perfectionem vbique, cum non ſit perfectio extra perfectibile; ſed vniuerſale quod eſt perfectio intellectus, eſt vbique: ergo & Angelus qui eſt intellectualis naturæ, non diffinitur loco aliquo.

3 Præterea, Intellectus deiformis non habet aliquam applicationem ad locum, cum non recipiat ab his quæ ſunt in loco ſicut intellectus noſter: cum ergo Angeli ſint deiformes intellectus, videtur quòd non diffiniantur loco.

4 Præterea, A quocunque remouetur prius, & poſterius: ſed prius ineſt loco circunſcribere quam diffinire, diffinire enim loci eſt per fines eſſentiæ hoc tenere & alibi non eſſe, circunſcribitur autem quod ſecundum terminos decribitur in loco & commenſuratur partibus: loci autem eſt locatum terminare, in ſeque ſeparare ab alio: cum igitur Angeli non circumſcribantur loco, videtur quòd nec loco diffiniri poſſint.

5 Si dicatur, quòd eſt in loco vt per operans in ipſo. Contra: Illuminans corporale minus eſt potens quam illuminans ſpirituale: ſed aliquid illuminatur corporali lumine illuminante non præſente, ſed remoto, ſicut à ſole: ergo ſimiliter videtur, cum operatio Angelorum ſit circa nos per modum illuminationis, quod poſſint operari circa nos, etiamſi non ſint vbi nos ſumus.

6 Præterea, Ad hoc quod aliquid non ſit alibi quam hîc, oportet quod ſit hîc & contineatur hîc: ſed Angelus non eſt hîc vt contentum hîc: ergo non poteſt dici, quòd ſit hîc ita quod non alibi quam hîc. Probatio mediæ. Cum Angelus per ſe non contineatur loco, non reſtat, quod contineatur niſi per operationem ſuam, cum non ſit vnitus corpori ſicut anima: ſi autem operatio eſt hîc, hoc non eſt ſibi ex parte operantis, quia ſic eſſet localis quælibet operatio eius: ergo eſt ſibi ex parte termini in quem terminatur operatio: ergo ex hoc non ſequitur, quòd operans ſit hîc, ſed tantum quod terminus ſit hîc contentus.

7 Præterea, Philoſophus etiam ponit, quòd intelligentiæ operantur in animabus noſtris, nec tamen aliquando ponit eas eſſe in loco circa nos, ſed ſemper in ſuis orbibus: ergo videtur ſimiliter, quòd non oporteat nos ponere eas propter ſuam operationem hic contineri.

Solutio. Dicimus, quòd Angelus ſecundum quod operatur circa nos, eſt in hoc loco in quo operatur, & non alibi, non tamen commenſuratus huic loco, cum non habeat partes quantitatiuas: & ideò dicitur, quòd non eſt in loco circunſcriptiuè, ſed diffinitiuè.

Ad primum verò dicendum, quòd vniuerſale dupliciter poteſt conſiderari, aut inquantum eſt perfectio intellectus vt intellectus eſt, & ſic non determinatur ad aliquem locum, ſicut nec intellectus inquantum intellectus: ſed vniuerſale inquantum eſt perfectio huius intellectus, eſt quædam intentio quæ eſt accidentis huius, & ſecundum hoc determinatur ad locum aliquem per accidens, & ſimiliter intellectus inquantum eſt intellectus huius.

Ad ſecundum dicendum, quòd perfectio intellectus dupliciter poteſt conſiderari, aut ſecundum quod eſt natura quædam, quæ eſt obiectum intellectus, & ſic non eſt idem in diuerſis intellectibus & in re: quia idem eſt quod eſt principium intelligendi omnibus & eſſendi etiam, ſed ſecundum eſſe quod habet vel in rebus vel in animo, eſt aliud hîc & aliud ibi: & ideo non intelligentes hoc decepti ſunt quidam dicentes, animam nobilius eſſe vbi intelligat, quam in corpore quod viuificat.

Ad tertium dicendum, quòd intellectus angelicus eſt quidem ſemper natura deiformis, ſed non ſemper in actu deiformi, imò operatur in nos per formas vel illuminationes proportionatas nobis, & tunc applicatur ad locum non vt recipiens à loco, ſed vt conferens his quæ in loco ſunt: ſecundum verò quod eſt in actu deiformi contemplando Deum, non eſt in loco.

Ad quartum dicendum, quòd circumſcribere ineſt loco per prius quam diffinire: vnde circumſcriptio loci terminatur ad id quod per ſe eſt in loco, quod eſt terminus operationis Angeli: vnde conſequenter diffinitur ad locum illum operatio terminata in illud, & operans quod non eſt ſeparatum ab operatione ſua, ſicut etiam circumſcriptio terminatur ad corpus, & per conſequens anima vnita illi determinatur ad locum illum vt non ſit alibi, & hoc eſt diffinire.

Ad quintum dicendum, quòd illuminans corporale licet ſit remotum ſecundum ſubſtantiam, tamen continuatur diſtanti per medium diaphanum, per quod defertur lumen vſque ad diſtans aliquod: ſed virtus Angeli non eſt ſic multiplicabilis in medio: & ideò oportet, quòd ſecundum eſſentiam ſit in loco vbi operatur.

Ad ſextum dicendum, quòd operatio quidem continetur in hoc loco ex parte termini: & ideò terminus eius eſt in loco per ſe vt circumſcriptus à loco, nihilominus tamen & operans per accidens continetur ſecundum quod non ſeparatur à ſua operatione.

Ad ſeptimum dicendum, quòd Philoſophi non poſuerunt intelligentias agere aliquas operationes in nobis niſi per motus orbium: vnde virtus eorum eſt effluens ab intelligentia in corpus cœli, & deinceps per elementa defertur ad animam: nec eſt inconueniens virtutem ſpiritualem deferri per corpus, cum etiam ſpecies viſibiles in eſſe ſpirituali deferantur per aërem, licet ſpiritualius recipiantur in anima. Sed Angelos non ponimus mediante aliquo corpore operari in nos, ſed per ſeipſos ſpiritualiter: & ideò non poteſt eſſe virtus niſi vbi eſt ſubſtantia eius.

Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd Angelus neceſſario ſit in loco, ſiue quod dependeat à loco? quod enim ita eſt hic quod non alibi, neceſſariò eſt in loco: ſed Angelus eſt hic quod non alibi: ergo, &c. D *Dubium 3.*

2 Ad idem, Quicquid ſecundum omnem ſui actum eſt in loco, neceſſario eſt in loco: Angelus ſecundum omnem ſui actum eſt in loco, quoniam ſecundum quod contemplatur, aſſignatur ſibi pro loco cœlum empyreum: ſecundum verò quod miniſtrat, eſt circa nos: ergo videtur, quòd neceſſario eſt in loco.

Ad oppoſitum, Sicut dicit Damaſcenus,

Deus

Deus prius excogitanit Angelos quam corporalem creaturam : excogitatio autem eſt opus eius : igitur primò fecit Angelos quam corporalem creaturam : ſed ante corporalem creaturam non erat locus : ergo eſſe Angeli non dependet à loco.

2 Hoc idem habetur per verbum Hieronymi, qui dicit : Sex millia noſtri temporis nondum implentur annorum, & quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas ſæculorum origines fuiſſe arbitrandum eſt, in quibus Angeli, Throni, & Dominationes, cæterique ordines ſeruierunt Deo. Et ſi dicatur, quòd hoc non eſt verum, cum contrarium dicat Auguſtinus, ad minus intelligibile eſt Angelos eſſe ſine loco: ergo non dependent à loco.

3 Ad idem, Dignius non dependet ab indigniori, neque ſecundum naturam, neque ſecundum intellectum : ſed Angeli digniores ſunt quolibes loco:ergo poſſunt & eſſe & intelligi ſine loco.

4 Ad idem, Principia ſubſtantiæ ſunt ante principia accidentiis & etiam ipſæ ſubſtantiæ, ſicut dicit Philoſophus : cum igitur locus accidens ſit, Angeli, qui ſunt ſubſtantiæ primæ, & eorum principia, ſunt ante principia loci, & non dependent ab eis : ergo non neceſſariò ſunt in loco.

5 Ad idem, Illud dependet à loco quod habet generationem in loco : Angeli non habent generationem in loco, neque continentiam ſiue conſeruationem : ergo non dependent à loco.

6 Ad idem, Quod dependet à loco, dependet ab eo ſecundum aliquam proprietatem : Angeli non ſunt huiuſmodi, quia neque continentur, neque immobilitantur in loco : ergo non neceſſariò ſunt in loco.

Solutio. Dicimus, quòd Angeli fuerunt ſimul cum creatura corporali, potuerunt tamen antè fuiſſe creati. Et ideò dicimus, quòd ſecundum naturam ſuam non dependent à loco, nec neceſſariò ſunt in loco, ſed tantum ſecundum quod operantur circa id quod eſt in loco, vt dictum eſt. Quidam verò volentes vltra intelligere quam poſſint imaginari, neſciunt aliquid intelligere niſi ad modum corporalium : & ideò dicunt Angelos non poſſe eſſe, ſi non alicubi ſunt, quod friuolum reputamus, dicentes quòd poſſunt eſſe ſine loco, & concedimus ſimul rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd eſſe hîc & non alibi, accidit Angelo non ex natura ſua, ſed ex eo quod operatur circa localia : & ideò ratio non ſequitur.

Ad ſecundum dicendum, quòd id quod ſecundum ſuum actum omnem eſt in loco, non neceſſariò eſt in loco, niſi locus eſſet principium generationis eius, ſicut dicitur, quòd patria eſt principium generationis, quemadmodum & pater:quod non conuenit Angelis. Cum autem cælum empyreum attribuitur Angelis ſecundum quod contemplantur Deum, eſt propter congruentiam loci : quia ille locus eſt nobiliſſimus inter omnia loca corporalia, vnde maximè decet nobiliſſimas ſubſtantias, nec tamen eſt ſatis dignus eis : & ſecundum hunc modum dicitur etiam, quòd Eccleſia eſt magis ſuus locus quam theatrum, non tamen ſua natura dependet ad locum illum.

Qvarto quæritur, vtrum Angelus poſſit E
ſimul eſſe in diuerſis locis ? naturam enim cor- *Dubium 4.*
poralem ſequitur locus ratione compoſitionis : ſpiritualis autem natura ſimplicior eſt corporali: cú igitur corpus ſit in vno loco tantum, videtur quòd natura ſpiritualis ens in loco habeat aliquod ſupra hoc quod non determinetur ad vnum, ſed poſſet eſſe ſimul in pluribus.

2 Ad idem, Anima eſt in quolibet loco corporis in quo operatur : cum ergo Angelus ſit ſimplicior anima, operetur autem circa nos, videtur quod ſit in qualibet parte loci circa nos: & ſic erit in pluribus locis.

3 Ad idem, Dicit Damaſcenus, Angelus ibi eſt vbi operatur : vbi autem contemplatur, ibi operatur, & ſimiliter vbi miniſtrat : ergo eſt vtrobique : ſed non eſt idem locus in quo contemplatur & in quo miniſtrat, quia locus contemplationis eſt cælum, locus miniſterij eſt circa nos : cum igitur ſimul contempletur & miniſtret, vt ſupra habitum eſt, videtur quòd ſimul poſſit eſſe in pluribus locis.

4 Ad idem, Omne quod mouetur in nunc, ſimul eſt in diuerſis locis : in illo enim nunc erit in illo ad quod mouet, & in quo & per quod : aliter enim eſſet prius & poſterius in illo motu, & ſic eſſet in tempore : ſed Angelus poteſt moueri in nunc, vt infra patebit : ergo poteſt ſimul eſſe in diuerſis locis.

5 Ad idem, Corpus Chriſti propter vnionem poteſt ſimul eſſe in diuerſis locis, quia in hoc altari & in illo : Angelus autem eſt ſimplicior corpore Chriſti : ergo multò magis poteſt eſſe in diuerſis locis.

Ad oppoſitum. Omne quod diffinitur loco, non eſt in pluribus locis ſimul : Angelus diffinitur loco, vt dicit Damaſcenus : ergo non eſt in pluribus locis ſimul.

2 Ad idem, Omnis creatura finita eſt : nihil autem finitæ eſſentiæ eſt extra terminos ſuæ eſſentiæ : cum igitur Angelus ſit eſſentia creata, ſi ſit per ſuam ſubſtantiam in hoc loco, nihil eius erit extra hunc locum : & ita non poteſt eſſe in pluribus locis ſimul.

Quod concedimus & rationes ad hoc.

Ad illud verò quod primò obiicitur, dicendum quòd locus non conſequitur naturam corporalem ratione compoſitionis, ſic enim omne corpus eſſet in loco : ſed cum locus poſſit dici quantitas mathematica, & iterum quantitas naturalis, ſecundum quod ſupra quantitatem habet aliquam virtutem continendi, quo modo propriè dicitur locus, naturalis autem locus ſequitur corpus ſecundum quod eſt indigens continente & ſaluante, & ſic nullum incorruptibile eſt in loco, quamuis aliquod eorum habeat extra ſe ſuperficiem corporis alterius, ad quod terminantur partes eius. Vnde licet natura ſpiritualis ſit ſimplicior, non refertur ad hoc quod ſit in vno loco tantum, verum diffiniatur illo terminis ſpiritualibus vel corporalibus: hoc tamen habet plus ſpirituale quod non commenſuratur loco ſicut corpus.

Ad ſecundum dicendum, quòd anima non eſt in corpore ſicut locatum in loco, ſicut probat Philoſophus, ſed ſicut forma in materia : & ideò

tota

tota eſt ſimul in qualibet parte, ſicut qualibet alia forma: & ſimiliter eſſet de Angelo, ſi eſſet forma vnita alicui corpori.

Ad tertium dicendum, quòd locus contemplationis poteſt conſiderari aut quantum ad obiectum, quod vbique eſt, & ſic idem eſt locus contemplationis & miniſterij: aut quantum ad congruentiam, & ſic eſt cælum empyreum locus contemplationis: & cum ſunt in illo, non ſunt hîc, licet hîc etiam contemplentur, cum Deus eis vbique ſit præſens, quamuis contemplatio non ſit operatio, ſed potius receptio, vt ſupra dictum eſt.

Ad quartum dicendum, quòd Angelus licet moueatur in nunc, non tamen habet comparationem ad locum ſecundum illud nunc, cum ſit idem nunc motus eius cum nunc temporis quod habet continuitatem ex loco, ita quod partes nunc & temporis reſpondent partibus & terminis loci: Angelus enim non mouetur commenſurando ſe loco: & ideò non oportet, quòd in illo nunc comparetur ad diuerſa loca: & hoc melius patebit infra.

Ad quintum dicendum, quòd corpus Chriſti non habet ex vnione quod ſit in diuerſis locis, ſed ex conſecratione: quia in diuerſis locis conſecratur: aliter enim non eſſet niſi in vno loco.

F NVNC RESTAT quærere de motu Angelorum, propter id quod dicitur: Volauit ad me vnus, &c. Et circa hoc tria quæruntur. Primò, vtrum Angelus poſſit moueri? Secundò, vtrum motus eius ſit in nunc, vel in tempore? Tertiò, vtrum motus eius ſit vniuocus motui corporum?

Isa. 6.

Dubium 1. CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Angelus non poſſit moueri: ſicut enim probat Philoſophus in 6. phyſicorum, omne quod mouetur, non prius pertranſit maius ſe quam minus vel æquale: Angelus autem cum ſit indiuiſibilis, non habet minus ſe: ergo oportet, quòd ſi mouetur per aliquod ſpatium, quòd tranſeat indiuiſibile magnitudinis, quòd ei æquatur: hæc autem infinita ſunt in quantumcunque paruo ſpatio: ergo nunquam pertranſire poteſt aliquod ſpatium: ergo non mouetur.

2 Ad idem, Sicut idem Philoſophus probat, omne quod mouetur, partim eſt in termino ad quem, & partim in termino à quo: ſed omne tale eſt diuiſibile: cum igitur Angelus ſit indiuiſibilis, impoſſibile eſt eum moueri.

3 Ad idem, Omne quod non eſt diuiſibile per motum, non mouetur: ſed ſic eſt de Angelo: vnde dicitur in libro de cauſis, quòd intelligentia non diuiditur ſecundum ſubſtantiam, neque per motum: & hoc ideò eſt quia motus cum ſit actus imperfectus, habet potentiam & actum: quod enim mouetur ſecundum locum, non eſt in vno vbi tantum, ſed recipitur de vno in aliud: Angelus autem non ſic eſt in vno loco, quod in alio: ergo non mouetur.

4 Ad idem, Sicut dicit Rabi Moyſes, omne quod mouetur, eſt corpus: Angelus non eſt corpus: ergo non mouetur.

5 Præterea, Omnis motus ſecundum locum, aut eſt naturalis, aut violentus, aut voluntarius. Motus Angeli poteſt non poteſt eſſe naturalis: quia ſic ſemper moueretur ad vnum locum vel circa vnum locum. Nec iterum violentus: quia omne quod mouetur ad aliquem locum violenter, mouetur ad alium locum naturaliter, vt dicitur in primo cæli & mundi. Nec iterum eſt voluntarius: omnis enim motus talis eſt proceſſiuus: omne autem quod habet motum proceſſiuum, habet organa procedendi, quæ ſunt principia illius motus, vt dicitur in ſecundo cæli & mundi, huiuſmodi autem Angeli non habent: ergo non mouentur aliquo modo.

6 Ad idem, Cum nihil ſeipſum moueat, quia ſimul eſſet in potentia & actu, omne quod mouetur, mouetur ab aliquo motore diuerſo in eſſentia qui eſt ſibi coniunctus, ſicut in his quæ mouentur ab anima, & remotus, vt in alijs: ſed in Angelis non eſt aſſignare aliquid diuerſum eſſe, nec coniunctum, nec remotum: ergo non mouentur. Si dicatur, quòd quo eſt, eſt mouens in ipſo: & quod eſt, eſt motum: hoc eſt contra Philoſophum, qui probat, quòd nulla forma ſimplex eſt mouens, cuius materia non eſt per ſe mobilis: ignis enim non mouetur à forma ſua, ſed à generante.

7 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus, Omnis tranſmutatio eſt propter maliti⁊ indigentiæ; in Angelis autem non eſt malitia indigentiæ: ergo non mouentur.

8 Ad idem, Sicut dicit Auguſtinus in octauo ſupra Geneſim ad literam, omnis motus eſt ab aliquo immobili in ipſo quod mouetur, ſicut manus quieſcente lacerto: propter quod etiam quærit Philoſophus in octauo phyſicorum, vtrum virtus vniuerſaliter mouens vniuerſum, ſit in centro, vel in polis? vtrumque enim eſt immotum in motu circulari. Sed in Angelis non eſt aliquid aſſignare mouens non motum. Ergo non mouentur.

9 Præterea, Quantò aliquid magis remouetur à ſitu & quantitate, tantò magis remouetur à motu: punctus autem qui habet ſitum in continuo, & etiam vnitas quæ non remouetur à quantitate, cum ſit pars, non mouetur punctus quidem per ſe, ſed per accidens: vnitas verò neque per ſe, neque per accidens: cum igitur Angelus ſit remotius inter omnia à ſitu & quantitate, non videtur poſſe moueri.

Ad oppoſitum eſt quod dicitur Daniel. 9. Venit ad me citò volans, &c. & pluribus alijs locis ſacræ Scripturæ ſimilia leguntur.

2 Præterea, Angelus aliquando operatur hic cum prius operetur alibi: ſed hoc non poteſt eſſe niſi veniret huc, quia virtus & operatio eius, cum ſit omninò ſpiritualis non poteſt deferri ad me niſi per medium: ergo oportet, quòd veniat huc, & ita oportet, quòd moueatur.

Solutio. Concedimus, quòd Angelus mouetur de cælo ad terram, & de vno homine ad alium. Quomodo autem moueatur, non plenè humana ratione comprehendi poteſt, cum non moueatur motu quo corpus mouetur, ſed ſupermundano motu: & ideò à Philoſophis non ponuntur moueri, ſed demonſtrant contrarium. Et cum Dei mandatum non poſſit eſſe falſum; & ex altera parte ſacra Scriptura, quæ dicit eos moueri, non poſſit mentiri, oportet alium eſſe modum

modum motus quam qui per philoſophiam compreheoditor, & eſt de occultis Dei. Vnde coocedimus rationes probantes, quòd mouentur.

Ad primum verò dicendum, quòd id quod mouetur commentiendo ſe ſpatio, oportet quòd prius tranſeat per æquale quam per maius: Angelus autem non ſic mouetur: vnde motus eius non habet comparationem ad ſpatium niſi per accidens, inquantum accidit inter ea ad quæ mouetur eſſe ſpatium: ſed motus eius magis aſſimilatur motui virtutis quæ tranſit ſuper diuerſa, à qua non ſeparatur eſſentia, quam motui corporis.

Et ſimiliter dicendum ad omnia talia quæ procedunt de motu corporis, quod mouetur remetiendo vel commetiendo locum, præter quam ad 7. & ad 9. Vnde dicendum ad. 7. quod motus naturalis ſemper eſt propter iodigentiam ſui: motus autem voluntarius oon ſemper, ſed quandoque propter indigentiam alterius, & ſic Angeli mouentur propter indigentiam noſtram: quandoque etiam ad oſtenſionem virtutis, & ſic etiam Angelus mouetur, vt oſtendatur virtus ſua, & glorificetur Deus qoi eam ſibi contulit.

Ad nonum dicendum, quòd comparatio illa tenet in his quæ habent aliquam comparationem ad quantitatem & ſitum, & ſic ad motum corporalem: Angelus autem non habet aliquem ordinem talem: & ideò non comparatur illis ſecundum magis & minus remoueri à motu, cum ſit omninò alia ratio motus.

G CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Angelus moueatur in nunc: prius

Dubium 6. enim & poſterius in motu eſt ex eo quod eſt partim eſſe hic, & partim alibi: quia priu & poſterios in motu, cauſatur à priori & poſteriori in magnitudine: ſed Angelus non eſt partim hic & partim ibi io ſuo motu: ergo non erit in eo prius & poſterius: & ita non erit in tempore, cum tempus ſit numerus motus ſecundum prius & poſterios.

2 Præterea, Virtus fortior mouet in minori tempore: ſed virtus Angeli ſine proportione excedit virtutem quamlibet corporalem: ſi igitur aliq· a virtus corporalis mooet in tempore, virtus Angeli mouebit in nunc.

3 Ad idem, Sicut dicit Phi'oſophus, Idem eſt indiuiſibi e moueri quod in nunc mooeri: ſi igitur Angelus moueatur, cum ſit iodiuiſibilis, in nunc mouebitur.

4 Ad idem, Quantò a'iquid habet minus reſiſtens in motu, & virtus mouens eſt fortior, tantò in minori tempore mouetur: ſed virtus ſpiritus ſine proportione excedit virtutem corporis, & ſimiliter non reſiſtitur ſibi in proportione aliqua ad reſiſtentiam quæ eſt in motu corporis: ergo non erit proportio temporis ab ipſo: omne autem tempus eſt proportionale omni tempori: ergo motus Angeli non eſt in tempore, ſed in nunc.

5 Ad idem, Nihil quod mouetur io tempore, mouetur æquè citò ad propinquum & remotum: ſed motos Angeli eſt æquè citò ad propinquum & remotum: ergo oon mouetur in tempore.

6 Præterea, Lumen ſpirituale nobilius eſt & potentius quam lumen corporale: ſed lumen corporale, vt dicitur in libro de ſenſu & ſenſato non mouetur in tempore: ergo multò magis quod eſt lumen ſpirituale.

Ad oppoſitum. Auguſtinus dicit, quòd Deus mouet corporalem eſſentiam per locum & tempus, ſpiritualem verò per tempus, non per locum: Angelus verò eſt ſpiritualis eſſentia: ergo mouetur in tempore.

2 Præterea, Sicut dicit Philoſophus, ſicut ſe habet nunc ad tempus, ita ſe habet motum eſſe ad moueri: ergo ſi Angelus mouetur, oportet quòd moueatur in tempore, & quod in ounc ſit terminatus motus.

3 Ad idem, Omne qood mouetur in nunc, oportet quòd ſimul ſit in diuerſis: oportet enim, quòd in illo onnc ſit in omnibus mediis per quæ mouetur & in ipſis terminis: ſed Angelos non poteſt eſſe ſimul in pluribus locis: ergo non mouetur in nunc.

Solutio. Dicimus, quòd Angelus mouetur ſecundum voluntatem ſuam, & poteſt moueri in nunc, & in tempore: veruntamen non eſt idem tempos eodem modo dictum cum eo quod eſt menſura corporalium. Et quod non omnes motus corporales menſorantur eodem tempore, cauſa eſt: quia habent ordinem ad vnum primum motum ſimpliciſſimum, qui eſt cauſa & menſura omnium aliorum motuum corporalium. Si autem eſſent plures motus æquè primi non ordinati ad inuicem, eſſent etiam tempora plura: motus autem Angeli non habet ordinem ad motum cæli: & ideò motus eius non poteſt menſurari eodem tempore, quo menſurantur motus corporalium. Et cum tempus habeat continuitatem ex magnitudine quam pertranſit mobile remetiendo ipſam: in motu autem Angeli non eſt aliqua cauſa continuitatis, cum non commenſuretur magnitudini quod mouetur, nec habeat continuitatem ex primo motu, retinebit de tempore tantum id quod eſt formale io ipſo: & hoc eſt quòd ſint in ipſo prius & poſterius nuoc non continuata, quæ tamen non ſunt etiam eiuſdem rationis cum oonc temporis quæ reſpondent indiuiſibili magnitudinis. Et ſi dicatur, quòd inter quælibet duo inſtantia eſt tempus medium. Dicimus, quòd verum eſt in tempore quod cooſequitur motum circularem continuum: vnde etiamſi cooſequeretur motum rectum, non tamen eſſet neceſſarium niſi in motu cootinuo, ſicut etiam eſt in lineis, quoniam in linea circulari oon eſt accipere duo puncta ioter quæ noo ſit linea media: in linea verò recta accipiendo duo puncta in eadem linea continua ſemper eſt media linea, ſed inter doo puncta linearum contingentium ſe nihil eſt medium, & ſimiliter vbicunque non eſt cootiouitas. Vnde dicimus, quòd tempus in quo mouetur Angelus, noo eſt continuum, ſed ſunt nunc ordinata noo continua, & dicuntur propriè vices: ſicut ſi non eſſet motus primi mobilis, intelligerem diuerſa intelligibilia in diuerſis nunc non continuis, quia ſecundum vnumquodque eſt intellectus in pleoo actu, & continuitas non eſt actus ad actum, ſed potentiæ ad actum. Et ſimiliter dicimus, quòd diuerſa nunc in quibus poteſt moueri Angelus, ooo ſunt continua, quæ ſunt tempus in quo

mouetur:

mouetur: & quia poteſt tranſire de vno ad aliud in vno iſtorum nunc vel in pluribus, ideò poteſt moueri per ſuam voluntatem in nunc vel in tempore, hoc modo accipiendo tempus, vt dictum eſt.

Ad primum dicendum, quòd prius & poſterius eſſe in motu, eſt partim eſſe hic, & partim ibi, in his quorum motus habent continuitatem ex ſpatio quod menſuratur in tempore continuo: talis autem non eſt motus Angeli.

Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa non concludit plus, niſi poſſe eos moueri in nunc.

Et hoc concedimus.

Ad tertium dicendum, quòd ratio Philoſophi procedit de mobili quod habet ordinem ad motum aliquem primum continuum: & hoc impoſſibile eſt eſſe indiuiſibile ſicut & moueri in nunc.

Ad quartum dicendum, ſicut ad ſecundum.

Ad quintum dicendum, quòd illuminatio eſt in nunc, quia non eſt motus: ſed terminus motus, & eſſe tale eſt in termino temporis: & ideò non eſt ſimile de motu Angeli, qui non eſt terminus alicuius motus.

Ad ſextum dicendum, quòd Auguſtinus accipit variari per tempus ſpiritualem creaturam, per vices moueri, ſicut dictum eſt: corporalem verò per locum commenſurando ſe loco, & ita per conſequens per tempus continuum.

Ad ſeptimum dicendum, quòd illa comparatio eſt intelligenda de motu & de tempore quod habet continuitatem ex ſpatio. Et per ea quæ dicta ſunt, patet etiam ſolutio ad octauum.

H Dubium 7. CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd motus dicatur vniuocè de Angelis & de corporibus: quod enim in pluribus inuenitur, vt dicit Philoſophus, oportet in vno primo eſſe: ſi igitur motus eſt in Angelis & in corporibus, oportet quòd reducatur ad vnum primum: talia autem ſunt vniuocè dicta: ergo vniuocè dicitur motus de eis.

2 Præterea, Vniuoca ſunt, quorum eſt ratio eadem ſecundum idem nomen: ſed in omnibus ratio motus eſt per receſſum ab vno & acceſſum ad vnum locum: ergo dicitur de omnibus motus vniuocè.

3 Præterea, Æquiuoca non habent principium vnum: ſed motus Angeli principium eſt voluntas ſicut motus noſtri: ergo motus vniuocè dicetur.

Ad oppoſitum. Motus in corporibus eſt per diuiſionem mobilis ex motu: in Angelis autem eſt omninò indiuiſibilitas: ergo non eſt motus vniuocè dictus.

Solutio. Dicimus, quòd non dicitur vniuocè motus de Angelis & de corporibus: quia quæ nec eodem modo ſunt in loco, nec eodem modo eſt in eis temporis, nec nunc, nec omninò aliquid ſimile. Et concedimus rationem ad hoc.

Ad primum dicendum, quòd propoſitio Philoſophi intelligenda eſt in vniuocis, ſicut omnia calida reducuntur ad calidum ignis.

Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt in eis receſſus eodem modo, quia non per commenſurationem ſpatij: & ideò ratio illa eſt æquiuoca ſicut nomen.

Ad tertium dicendum, quòd voluntas etiam non ſimiliter mouet: quia in nobis mouet corpus, quod eſt diuerſum in eſſentia ad acquirendum aliquid ſibi neceſſarium: ſed volũtas Angeli mouet eum ad communicandum alijs illuminationes diuinas ſecundum diſpoſitionem Dei.

Sciendum tamen eſt, quòd circa motum Angelorum ſunt quatuor errores. Primus eſt Rabi Moyſi, qui dicit, quòd non mouentur ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum effectum: & ſic exponit omnia loca Scripturæ, in quibus aliquid dicitur de motu Angelorum: quoniam ſecundum ipſum non habent aliquem effectum in nos niſi quem poſſint explicare per motum cæli, cuius virtus defertur ad nos per corpora media: vnde non oportet, quòd ſecundum ſubſtantiam circa nos ſint. Alius eſt error dicentium Angelos ſimul eſſe in pluribus locis, & in omnibus vbi volunt: & ſecundum hos etiam non ſaluatur motus. Tertius error eſt dicentium, quòd Angelus mouetur de vno ad alterum, non tamen tranſeundo media. Et hoc pro tanto non poteſt eſſe: quia cum non tranſeat hoc, per hoc quod continuat hoc illi, oporteret quod crearetur hoc: & aliter non eſt intelligibile. Quartus error eſt dicentium, quòd mouentur per modũ quo corpora mouentur, hoc eſt ridiculum, & non intelligibile. Vnde melius dicendum, quòd motus eorum æquiuocus eſt motui corporum, vt dictum eſt: ſic enim nihil abſurdum ſequitur, & veritas ſacræ Scripturæ ſaluatur.

EXPOSITIO TEXTVS.

Magis autem proximè, &c.

HIc cõfirmat ſolutionem poſitam per exemplum in noſtra hierarchia: quia ſicut Pontifex dicitur purgare auctoritate, purgante ſubdito ſacerdote per miniſterium, ita & Seraphin dictus eſt purgare, purgante inferiore Angelo. I Litera ſic legatur. *Magis autem* manifeſta erit prædicta ſolutio per id quod dicetur: *vtemur* enim ad hoc probandum *exemplo proximo*, & nobis & rei manifeſtandæ, hoc ſcilicet, *quod ſicut is qui eſt ſummus ſacerdos*, id eſt, Pontifex, *ſecundum nos*, id eſt, in noſtra hierarchia, *purgans aut illuminans* plebem *per ſuos miniſtros*, id eſt, diacones, *aut ſacerdotes* inferiores, *ipſe dicitur purgare & illuminare, ordinibus* inferioribus ſcilicet *purgatis* per ipſum, *per ſe*, id eſt, ſine medio, His dico *reponentibus proprias*, id eſt, quas ſuo miniſterio exequuntur *operationes ſacras in ipſum*, ſcilicet ſummum ſacerdotem: *ſic*, id eſt, ſimiliter *Angelus ipſe*, ſcilicet inferior, *&*, id eſt, etiam *perficiens* ſuo miniſterio *purgationem Theologi*, ſcilicet Iſaiæ, *reponit propriam ſcientiam purgatiuam, & virtutem* propriam, id eſt, ſuo miniſterio purgantem, vel proportione recepti, vt ſcientia referatur ad illuminationem, virtus ad poteſtatem. *Reponit quidem in Deum veluti cauſalem*, id eſt, primam cauſam luminis, *deinde* poſt Deum reponit *in ipſum Seraphin tanquam*, id eſt, ſicut apud nos reponitur omnis ſacra actio in *ſummum ſacerdotem primo agentem*, inquantum omnes agunt recipiendo ab ipſo: *veluti quis*, id eſt, aliquis hunc, *fortaſſis dixerit*, id eſt, dicere

poſſet

poſſet *edocens purgatum cum angelica reuerentia*, id eſt, repræſentans verbis quomodo Angelus qui purgat hominem, ex reuerentia totum in ſuperiorem referat. Dixerit dico, ſic loquens purgato in perſona inferioris Angeli, hoc ſcilicet *quia ante me*, vt à quo ego recipio, *eſt quidem* quoddam *excelſum principium purgationis perficienda in te*, & eſt *ante me eſſentia* quædam diuina, *& creator* eſt etiam ante me, *& cauſalis*, id eſt, prima cauſa, *quæ*, id eſt, & *adducens primas eſſentias ad eſſe*, ſcilicet primæ hierarchiæ, *& continens eas collocatione circa ſe*, *& obſeruans eas inconuerſibiles*, id eſt, ab ipſo auerti non poſſibiles, *& caſu carentes* per peccatum: & hoc per confirmationem. Et principium dico *mouens ſeipſum* per dona quæ influit, vt in principio expoſitum eſt, *in primas participationes* quæ ſunt primarum eſſentiarum, *operationum* ſacrarum, *prouidarum*, id eſt, prouiſarum eis, *propriarum*, id eſt, proportionalium ſibi. *Enim*, id eſt, quia *docens me hæc* prædicta, *ait miſſionem ipſum Seraphin manifeſtare hoc* quod dictum eſt de hoc quod præexiſtit principium quod eſt Deus. Ita dico dixerat, quòd ante me eſt creator. *Autem*, id eſt, ſed *ipſe ornatus*, id eſt, ornata diſpoſitio *præſtantium*, id eſt, primarum *eſſentiarum* eſt quaſi *ſummus ſacerdos* apud nos *& dux* inferiorum *poſt Deum*, qui eſt primus dux, *à quo*, ſcilicet ornatu *ego* inferior *ſum eruditus* purgare te *deiformiter*, id eſt, ſecundum ſimilitudinem diuinæ poteſtatis. *Igitur ipſe*, ſcilicet ornatus primus eſt *purgans te per me* ſicut per miniſtrum, *per quem*, ſcilicet primum ornatum *ipſa cauſa & opifex totius purgationis*, ſcilicet Deus, *produxit*, *&*, id eſt, etiam *in nos actiones*, id eſt, acta, *prouidas*, id eſt, prouiſas ab ipſo, *proprias*, id eſt, proportionales nobis. Produxit dico *ex occulto* ſuæ diuinitatis, *quidem*, id eſt, certè *ille* pater *docuit me hoc*, id eſt, dictam ſolutionem. *Autem*, id eſt, ſed *ego trado tibi* hoc idem, non imponens tibi neceſſitatem ad concedendum. *Autem*, id eſt, ſed *conceſſerim tua ſcientia intellectuali*, quantum ad principia quorum eſt intellectus, *& diſcretiua* quoad concluſiones, quarum eſt ratiocinatio. Conceſſerim dico *aut abſolui* à præmiſſa *dubitatione* per *alteram partem* duarum *cauſarum*, id eſt, ſolutionum cauſas dicentium *dictarum* à nobis, *& eandem*, ſcilicet cauſam per quam dubitatio ſoluitur, *honorare*, id eſt, præferre alteri: *aut*, ſi neutra placet, conceſſerim tibi *alteram*, ſcilicet cauſam, *tanquam habentem conſequens*, id eſt, conueniens aliquod quæſtioni, *& rationabile* in ſe *& æquè verum* prædictis duabus. Ita quod ego conceſſerim *aut te inuenire à teipſo*, id *quod* eſt *vicinius* veræ ſolutioni: *aut diſcere te ab altero* hoc *videlicet* Deo primo *dante & Angelis prius recipientibus* à Deo reſpectu noſtri, *& deinde amicis Angelorum*, id eſt, ſanctis viris recipientibus *reuelare*, id eſt, potentiam reuelandi nobis *per contemplationem eius*, ſcilicet Dei *magis amabilem* ſibi propter maiorem puritatem, vel in Angelis, vel in amicis eorum.

CAPVT XIV.

Quid ſignificat traditus angelicus numerus.

ET hoc autem dignum (vt æſtimo) intellectuali cognitione: quia eloquiorum de Angelis traditio millies millia eſſe ait, & decem millia decies millia, ſecundum nos ſublimiſſimos numerorum in ſeipſam reuoluens & multiplicans, & per hos apertè ſignans innumerabiles cæleſtium eſſentiarum ordinationes. Multæ enim ſunt beatæ militiæ ſupermundalium intellectuum infirmam & coarctatam ſuperantes materialium ſecundum nos numerorum commenſurationem, & à ſola gnoſtica diffinitè ſecundum ipſam ſupermundana & cæleſti intelligentia & ſcientia ditiſſimè eis donatam ſanitatem diuinæ multæ ſcientiæ, ſapientifica omnium ſimul quæ ſunt ſuper eſſentialiter ſubſiſtentis principij, & cauſæ ſubſtantificæ, & continentis virtutis, & ambientis conſummationis.

DIVISIO TEXTVS.

Et hoc autem dignum, vt æſtimo, &c.

IN hoc capitulo quæritur de numero Angelorum ratione eius quod dicitur Dan. 7. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Diuiditur autem in partes duas. In prima monet quæſtionem. In ſecunda ſoluit, ibi, *Et per hos apertè ſignificans*. Et eſt hæc ſolutio ſua, quòd per hos maximos numeros quoad nos ſignificatur numerus eorum eſſe infinitus nobis, excedens materialem multitudinem. A

DVBIA.

ET IDEO quæratur hîc de numero Angelorum. Et videtur, quòd numerus eorum non ſit præ magnitudine infinitus nobis: ſicut enim dicit Philoſophus, In non habentibus materiam non eſt numerus niſi per cauſam & cauſatum: B *Dubium 1.*

ſed ordo cauſæ & cauſati in ſeparatis à materia non excedit numerum notum nobis, qui eſt numerus orbium: ergo videtur, quòd non poſſint eſſe tot Angeli.

2 Præterea, Sicut dicit Philoſophos, Numerum cognoſcimus diuiſione continui: ſed Angeli ſunt ſeparati ab omni continuo: ergo videtur in eis non eſſe tantus numerus.

3 Præterea, Damaſcenus dicit, quòd differentia eſt cauſa numeri; differentia autem formalis, aut eſt materialis, & in eadem natura, & hæc eſt per diuiſionem continui, vt patet in deciſione ſeminis, & hæc non poteſt eſſe in Angelis: aut eſt differentia ſpecifica, & hæc non poteſt in tanto numero multiplicari, ſi naturam ſpiritualem per differentias velimus diuidere: ergo non videtur, quòd ſint in tanto numero.

4 Præterea, Sicut dicit Philoſophus, Infinitum in numero cauſatur ab infinito in continuo: ſed in Angelis non eſt continuum, cum non ſint corporei: ergo in eis non eſt infinitus numerus.

5 Præterea, Omnis multitudo exit ab aliquo vno communi primo per diuiſionem bimembrem, ſicut animal diuiditur primò per rationale & irrationale, & deinde per alias quouſque multiplicentur ſpecies animalis: ſi igitur ſpiritualis natura diuidatur, hoc erit per duas differentias, & non poterit procedere in maximum numerum: ergo non videtur, quòd ſint plures quam duo Angeli, vel pauci plures.

6 Præterea, Quantò aliquid magis recedit ab vno, magis multiplicatur: cum igitur Angeli maximè appropinquent vni primo, erunt remiſſiori numero reſpectu horum materialium, cuius contrarium dicitur in litera.

7 Præterea, Impoſſibile eſt idem eſſe principium collectionis & multiplicationis: ſed ſeparari à materia eſt principium collectionis reſpectu eorum quæ diuiſa ſunt diuiſione materiæ: ergo Angeli qui ſunt ſeparati à materia, non ſunt in maxima multitudine.

8 Præterea, Diuiſio eſt cauſa numeri: ſed in Angelis non poteſt eſſe aliqua diuiſio: quia neque per ſe, cum non ſint quanti: neque per accidens, cum non coniungantur alicui diuiſibili per ſe ſicut accidens vel forma: ergo in eis non videtur eſſe aliquis numerus.

Ad oppoſitum. In ſpiritualibus ſubſtantiis maximè oſtenditur diuina bonitas: ſed illa magis oſtenditur in pluribus quam in paucis: ergo debent eſſe in maxima multitudine.

2 Præterea, Spiritualia miniſteria ad quæ creati ſunt Angeli, ſunt plura: ergo videtur, quòd etiam Angeli debent eſſe multi.

3 Præterea, Hoc videtur per auctoritatem Scripturæ: dicitur enim Iob 25. Nunquid eſt numerus militum eius? Et Dan. 7. dicitur, millies millia. Et Mat. 26. dicitur: Poſſum rogare patrem meum, & dabit mihi plus quam. 12. legiones Angelorum.

Solutio. Dicimus, quòd Angelorum eſt maxima multitudo infinita nobis, Deo autem finita & ſimpliſs. Aliter tamen oportet accipere numerum formarum ſeparatarum, ſecundum quod Philoſophi ponebant intelligentias formas orbium, & aliter numerum ſeparatarum ſubſtantiarum habentium in ſe aliquid indiuiduans, ſicut nos ponimus Angelos, vt ſuprà dictum eſt. Multiplicantur enim ſecundum eos intelligentiæ per reduplicationem quandam primi, ſecundum quod eſt receptum in altero ab ipſo, ſicut radius primæ cauſæ recipitur in primo orbe, & eſt intelligentia prima per reduplicationem in qua reduplicatur radius primæ cauſæ vt tertium producat: & ſic vſque ad vltimum orbem per modum quo etiam in cauſis formalibus eſt reduplicatio, vt viuum eſt reduplicatio entis in ſeipſo, quia nihil per viuum additur enti extra ens, ſed ex reduplicatione habet actum alium: & ſic deindè. Et ſimiliter eſt in intelligentiis, quas ponunt Philoſophi, reduplicatio primi ſecundum quod eſt receptum in altero: nec eſt poſſibile aliter multiplicari, niſi ſecundum recipientia in quibus reduplicatur, & virtus prima procedens per ordinem ad producendum omnes, ſicut nec aliæ formæ multiplicantur niſi per recipientia. Nos autem ponimus Angelos habentes in ſe aliquid indiuiduans loco materiæ, ſecundum quod multitudinem habent, non tamen exeuntes ab vno reali principio per diuiſionem vt generata: ſed quia per creationem diſtincti ſunt ſinguli ſub perfectionibus ſuis determinantibus ſecundum diuerſas ſpecies ea quæ ſunt materialia in ipſis: & ſic poſſunt eſſe multi. Et concedimus rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd Philoſophus loquitur de his quæ ſunt ſeparata vt formę quorundam corporum: & talia non multiplicantur niſi ſecundum quod vnum procedit ab alio in diuerſo recipiente. Angeli autem non ſunt formæ, ſed ſubſtantiæ in ſe indiuiduatæ, non habentes materiam, ſed aliquid loco materiæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd materiam cognoſcimus diuiſione continui in his quorum exitus eſt ab vno reali principio per diuiſionem materiæ, aut per ſpecies, aut per accidentia. Sic autem non eſt multitudo Angelorum, ſed ſicut ſi intelligeremus plura puncta eſſe creata diuiſa, quorum vnumquodque haberet in ſe aliquid indiuiduans materiale diſtinctum ab alio.

Ad tertium dicendum, quòd in eis differentię ſpecificæ ſunt multæ, quamuis non ſunt notæ nobis.

Ad quartum dicendum ſicut ad ſecundum.

Ad quintum dicendum, quòd ſicut probat Philoſophus, vltima differentia conuertitur cum ſpecie quæ eſt ſpecifica: vnde oportet, quòd ſint ſecundum numerum ſpecierum, & non duæ tantum, quamuis differentiæ (quæ primò reſtringunt communitatem generis) ſint duæ tantum.

Ad ſextum dicendum, quòd proportio illa tenet in his quæ exeunt à primo eodem ordine: Angeli autem non procedunt à primo in ordine communicandi eſſe materialibus, ſicut corpora cæleſtia & motores eorum, ſed in ordine communicandi gratiæ & gloriæ, in quo ſunt multi modi perfectionum per quos Angeli habent multitudinem non proportionatam multitudini materialium.

Ad ſeptimum dicendum, quòd ſeparari à

materia

materia vt forma communis eſt principium collectionis & vnitatis, ſicut plures homines participatione ſpeciei ſunt vnus homo, per ſubtractionem materialium indiuiduantium: ſic autem non ſunt Angeli abſtracti à materia.

Ad octauum patet ſolutio per id quod dictum eſt ad ſecundum.

C Dubium 2. NVNC RESTAT quærere, vtrum omnes Angeli reducantur ad vnum genus? Et videtur, quòd ſic. Omnis enim multitudo differentium ſpecie, ſub vno genere continetur, genus enim eſt quod de pluribus ſpecie differentibus prædicatur: ſed Angelorum multitudo eſt differens ſpecie ad minus quoad diuerſos ordines: ergo continentur ſub vno genere.

2 Ad idem, Genus eſt quod de aliquibus non conuerſim in quid prædicatur: ſed tale aliquid prædicatur de omnibus Angelis, vt ſpiritualis natura: ergo vnum genus habent.

3 Præterea, Omnis multitudo reducitur ad aliquid vnum, vt vult Philoſophus: ergo & multitudo Angelorum: aut ergo illud vnum eſt accidentale, & hoc oportet reduci ad aliquod eſſentiale à quo fluit ſicut ad cauſam: aut eſt eſſentiale vnum: ſed cum differant ſpecie, non poſſunt habere eſſentiale vnum niſi genus: ergo habent vnum genus.

4 Præterea, Cum omnes Angeli conueniant in quibuſdam proprietatibus conſequentibus ſpiritualem naturam, oportet quòd in aliqua naturali conueniant: de natura autem rei non ſunt niſi genus & differentia ex quibus eſt diffinitio rei: cum ergo non conueniant in differentia vera vel deſignata per aliquid conſequens, oportet quòd conueniant in genere, quamuis etiam à nobis non ſit ſignificabile, niſi per circumlocutionem tantum.

5 Præterea, Sicut ſupra 11. cap. dictum eſt, omnes diuini intellectus diuiduntur in eſſentiam, virtutem, & operationem: eſſentia autem illa communis omnibus deſignabilis eſt aliquo modo, ſed non vt principium vt ens, quia non communicatur per prius & poſterius: nec iterum vt ſpecies ſpecialiſſima, cum contineat diuerſa in ſpecie: ergo deſignatur per appropriantia ipſam vt genus: ergo habent vnum genus.

Ad oppoſitum. Quæcunque ſunt in eodem genere, habent vnam potentiam in qua ſunt: quia genus, vt dicit Porphyrius, habet differentias poteſtate, quibus conſtituuntur ſpecies: ſed Angeli non habent vnam potentiam in qua omnes ſunt, quia vt dicit Philoſophus, in perpetuis idem eſt eſſe & poſſe: vnde non prius ſunt potentia in vno quam actu diſtincta: ergo non ſunt in vno genere.

2 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus in 8. philoſophiæ primæ, vniuerſale inquantum vniuerſale, non eſt ſubſtantia, ſed conſequitur rem, cum abſtrahatur à rebus: cum igitur genus ſit quoddam vniuerſale, oportet quod abſtrahatur ab aliquo quod eſt ante ſpeciem: ſed in Angelis nihil eſt ante ſpeciem, quia potentia non præcedit eſſe: ergo non habent vnum genus.

3 Præterea, Sicut dicit Philoſophus in primo de anima, animal vniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt: & eadem ratio eſt de quolibet genere: ſed non dicitur poſterius niſi quia habet eſſe vniuerſale genus per abſtractionem eius quod eſt indeterminatum & in potentia ad determinantia: ſed in Angelis non poteſt eſſe aliquid hoc modo poſterius, tum quia potentia in eis non eſt diuiſibilis ab actu; tum quia à ſeparatis non fit ſeparatio, ne in infinitum eatur: ergo non habent commune genus.

4 Præterea, Quod eſt in intellectu, oportet aliquo modo eſſe in re, niſi intellectus ſit caſſus & vanus, ſicut materia quantitatis eſt in rerum natura, etſi non ſecundum eſſe abſtractionis, vt accipit intellectus mathematici: ſed in Angelis non eſt eductio aliqua de potentia ſecundum rem: cum igitur ea quæ ſunt in vno genere, reducantur de potentia generis per actum intellectus, non videntur Angeli eſſe in genere.

5 Ad idem, Quæcunque ſunt in genere, prius ſunt in poteſtate quam determinentur in actu propriæ ſpeciei: quæcunque autem primò ſunt in potentia, educuntur de potentia: hoc autem non conuenit Angelis: ergo non ſunt in genere.

6 Ad idem, Si Angeli ſunt in genere, aut ſunt in potentia generis ſecundum totum ſuum eſſe, aut ſecundum partem. Si ſecundum totum eſſe eorum: ergo totum eſſe eorum educitur de potentia: quod autem creatur, non educitur de potentia: ergo ſecundum nihil ſui Angeli creantur, quod eſt hæreticum. Si ſecundum partem ſui eſſe, aut ſecundum genus, aut ſecundum differentiam. Sed non ſecundum genus, quia genus non eſt in poteſtate generis: nec ſecundum differentiam, quia cum hoc ſolum natum ſit eſſe in potentia, educeretur de potentia quicquid educibile eſt: nullum autem tale creatur. Ergo erit idem quod prius.

7 Ad idem, Sicut dicit Commen. in ſecundo philoſophiæ primæ, genus non eſt materia, ſed forma generalis: non autem eſt genus inquantum eſt forma, quia ſic omnis forma eſſet genus: ſi verò inquantum generalis, cum hoc ſit per abſtractionem potentiæ indeterminatæ à determinantibus, non poterit eſſe in Angelis, in quibus non ſeparatur potentia ab actu. Si autem ſecundum vtrumque, ſcilicet inquantum forma generalis, aut ſecundum id quod eſt prout principium ſpeciei, & ſic cum ſit prius, non habet rationem generis, quod inquantum huiuſmodi eſt poſterius: aut ſecundum eſſe quod habet in rebus, & ſic iterum eſt contractum, & & non communitatem generis retinens: vel ſecundum quod eſt in ratione formæ generalis, quæ eſt per abſtractionem, quæ non poteſt eſſe in Angelis: ergo videtur, quòd non conuenit eis eſſe in genere.

8 Ad idem, Sicut dicit Auicenna, genus abſtrahitur a materia, & differentia à forma: ſed Angeli ſunt immateriales: ergo non ſunt in genere.

Solutio. Concedimus, quòd Angeli reducuntur in vnum genus remotum, & quidam etiam in propinquum deſcendendo, quamuis natura generis non ſit ſignificabilis fortè à nobis proprio nomine: multorum enim generum ſicut & differentiarum nomina propria non habemus, quæ ſignificamus circumlocutione per

coſequentia. Supponimus autem hæc dicentes ea quæ dicta ſunt de generis natura ,* quòd per ſe neque vna eſt , neque multa , ſed hæc accidunt ſibi ſecundum reſpectum ad aliqua extra ſe, vel ſecundum eſſe quod habet in ſpeciebus & indiuiduis , vel ſecundum quod abſtrahitur ab illis : & iterum , quòd differentia non eſt omnioò extra naturam generis , alioquin diffinitio non eſſet vnum , ſed multa , ſicut homo albus : & iterum , quòd natura generis eſt eadem in ſe & in ſpecie , differens tamen per determinatum & indeterminatum , ſicut eſt etiam de menſura applicata ad corpus vel non applicata. Natura autem ſuperioris quæ eſt in inferiori, ſiue ſit genus , ſiue differentia, non eſt materia, neque forma quæ eſt pars compoſiti , quia hæc non prædicantur, ſed ſunt principia generis vel differentiæ : quamuis enim materia ſit materia formæ , eſt tamen cauſa totius : & ideò poteſt deſignare totum : & talis deſignatio eſt totum compoſitum & prædicatur de ipſa : & hæc eſt natura generis , à quo genus commune accipitur. Similiter forma quamuis forma ſit materiæ, tamen cauſa totius eſſe : & ideò totum ſub illa ens deſignari poteſt : & hæc deſignatio prædicatur iterum de compoſito : & hæc eſt natura differentiæ , quia ſicut dicit Auicenna , rationalitas non eſt differentia , ſed principium differentiæ. Vnde patet , quòd vera differentia non eſt aliud à natura generis , quia vtraque eſt deſignatio totius eſſe : ſed differunt tantum ſicut determinans & determinatum, ſicut etiam materia à qua accipitur natura generis , determinatur per formam, à qua deſignatur natura differentiæ , & hoc modo etiam omnes differentiæ ſunt in natura generis , vt determinans in determinato. Similiter dicamus , quòd id quod eſt Angelorum, eſt natura à qua abſtrahitur genus commune quod prædicatur de vnoquoque, & determinatur per commune ipſorum ad modum differentiæ : quamuis enim non habeant materiam , habent tamen aliquid locu materiæ in ſe quo ipſi indiuiduantur , & à deſignatione eius ſumitur communitas generis : & ſic etiam communitas generis in eis aliquo modo reducitur ad communitatem materiæ. Et concedimus rationes ad hoc, quòd ſint in eodem genere.

Ad primum verò quod in contrarium obiicitur, dicendum , quòd ſicut dictum eſt , omnes differentiæ eorum ſunt in potentia naturæ generis quæ eſt ſecundum id quod eſt , in perpetuis enim eſſe & poſſe differunt per intentiones: ſed dicuntur eſſe idem in eis : quia vnum eſt tantum in altero ſimul tempore.

Ad ſecundum dicendum, quòd genus ſecundum quod eſt principium eſſendi vt eſt natura quædam in hoc , eſt prius : idem tamen ſecundum quod habet rationem communitatis ex abſtractione, eſt poſterius : non tamen oportet, quòd ſit ordo temporis , ſed tantum principij & principiati. Vnde concedimus , quòd genus abſtrahitur ab eo quod eſt ante ſpeciem , non tempore,ſed natura.

Ad tertium dicendum, quòd in Angelis etiam eſt vniuerſale poſterius & prius diuerſis rationibus, ordine naturæ , licet non temporis : & quamuis non ſint ſeparata ſecundum eſſe, poteſt tamen ab eis abſtractio intentionum fieri , quæ non eſt eiuſdem rationis.

Ad quartum dicendum , quòd intellectus non educit de potentia generis ſpeciem realiter , ſed tantum per additionem intentionis: ideò non exigitur ex parte rei vt educatur realiter de potentia per generationem , ſed ſufficit ordo vnius ad alterum ſicut principiati ad principiatum.Et ſimiliter eſt dicendum ad quintum.

Ad ſextum dicendum , quod eſt ſecundum totum eſſe in potentia generis · ex hoc tamen non ſequitur, quòd non creetur : quia cum creatio terminetur ad eſſe & non ad naturam , in ſe dat rei eſſe & principia quæ habent ordinem ad illud eſſe , licet non in actu principiandi.

Ad ſeptimum patet ſolutio per ea quæ dicta ſunt.

Ad octauum dicendum, quòd Auicenna largè accepit materiam, pro omni eo quod habet rationem materiæ:& tale eſt natura quæ determinatur per differentias : determinari enim eſt actus materiæ vel proprietas : & ſic eſt materia in Angelis.

EXPOSITIO TEXTVS.

D.

Litera ſic legatur. *Et* , id eſt, etiam inter alia quæ determinata ſunt , *vt aſtim* ,*hoc* eſt *dignum intellectuali cognitione* , id eſt , vt per cauſam cognoſcantur , ſcilicet *quia traditio eloquiorum*, id eſt , ſacra Scriptura , *ait* de Angelis , eos *eſſe millies millia & decem millia decies millies* Dan.7. Hoc dico , ait *reuoluens & multiplicans in ſeipſos ſublimiſſimos* , id eſt , maximos *numerorum ſecundum nos* , ſcilicet decem centum mille : quia non habemus nomina maiorum numerorum, niſi per multiplicationem horum in ſeipſos : *& per hos* numeros maximos nobis *aperte ſignificans ordinationes cæleſtium eſſentiarum* ſecundum indiuidua eſſe *innumerabiles* quoad nos : & hoc verum eſt. *Enim* , id eſt , quia *beata militia* , vt alludat verbo beati Iob.25. Nunquid eſt numerus militum eius ? Militiæ dico *ſupermundalium intellectuum* , id eſt , Angelorum ſunt multæ *ſuperantes commenſurationem* , id eſt, proportionem materialium numerorum *ſecundum nos* , id eſt , rerum materialium quæ ſunt apud nos. Commenſurationem dico *infirmam* , id eſt , infirmarum rerum reſpectu virtutum ſuperiorum, *& coarctatam* , id eſt , diminutam reſpectu earundem, *& hæc* multa ſunt *gnoſtica*, id eſt , nota *diffinite* , id eſt , determinatè *in ſola intelligentia*, quantum ad cognitionem principiorum , *& ſcientia* , quantum ad cognitionem principiatorum *ſupermundana & cæleſti* , ſcilicet angelica : & hæc cognoſcunt non à ſe, ſed *ſecundum ipſam ſanitatem* , id eſt , perfectionem , *ditiſſime* , id eſt , abundantiſſimè *donatam eis* , ſcilicet Angelis. Sanitatem dico vel perfectionem *ſcientia diuina multa*, id eſt, quam à Deo participant copiosè. Donatam dico *a ſapientifica* , id eſt , diuina ſapientia factiua *omnium quæ ſunt ſimul acceptorum*. Sapientificam dico *principij ſubſiſtentis*, id eſt , per ſe exiſtentis , non communis *ſuper-eſſentialiter*, ſcilicet Dei & eiuſdem *cauſæ ſubſtantifica*, id eſt , facientis omnem ſubſtantiam, *&* eiuſdem *virtutis continentis* in eſſe *omnia* creata, *&* eiuſdem *conſummationis* actiuè *ambientis* , id eſt , circumeundo per prouidentiam perficientis:

us: poteſt enim deſcribi primum principium, aut ſecundum quod eſt in ſe, & ſic eſt quod dicit ſubſiſtentis principij: aut ſecundum quod producit alia, & hoc vel ſecundum rationes ideales, & quantum ad hoc dicit ſapientificæ: vel ſecundum quod operatur per eas in cauſata, & hoc vel dando eſſe, & ſic dicit cauſæ ſubſtantificæ: vel conſeruando in eſſe, & ſic dicit virtutis continentis, in eſſe ſcilicet: vel perficiendo per reductionem in finem, & ſic dicit ambientis conſummationis.

CAPVT XV.

Quæ ſint formales angelicarum imagines & ordines.

1. FEr age quod reſtat, remittentes noſtrum (ſi videtur) intellectualem oculum circa ſublimes contemplationes ab angelico vigore, ad diuiduam & multipartitam latitudinem multiformis angelicarum ſpecificationum varietatis, deſcendentes, iterum in ipſis tanquam in conſequentibus in ſimplicitatem cæleſtium animorum analyticè reflexis. Vnum autem ſit tibi præcognitum, quomodo ſacræ formatarum imaginum diſcretiones, eaſdem aliquando cæleſtium eſſentiarum diſpoſitiones ordinantes ſignificant, & iterum ordinatas & nouiſſimas ordinantes, ordinataſque primas, & eaſdem, vt dictum eſt, primas & medias & vltimas habentes virtutes, nulla inordinata ratione introducta, ſecundum huiuſmodi reſerationum modum. Siquidem enim ordinari quaſdam à prioribus diceremus, deinde earundem ordinantes priores, iterum ordinantes vltimarum, ordinari ab ipſis illis ordinatis, verè inordinatione res & confuſione multa interpoſita. Si verò eaſdem & ordinare & ordinari dicimus, non autem earundem aut ab eiſdem, ſed eas ſingulas ordinari quidem à prioribus, ordinare autem nouiſſimas, non inconſequenter fortaſſis quis dixerit in eloquiis ſacrè factas formas eaſdem aliquando poſſe & primis & mediis & vltimis virtutibus pulchrè & verè circundari. Et ſurſum igitur conuerſibiliter extendi, & erga ſemetipſas firmiter conuolui & propriarum exiſtentes cuſtoditiuæ virtutum, & erga venientia ſociabili proceſſione, prouidè eas in participatione virtutis eſſe, omnibus non falsò coadunauit cæleſtibus eſſentiis: & ſi aliis quidem ſuperpoſitè & vniuerſaliter, vt ſæpè dictum eſt, aliis verò particulariter & ſubiectè.

DIVISIO TEXTVS.

Fer age quod reſtat, remittentes, &c.

DEterminatis his quæ propriè dicuntur de Angelis, vel in ſpeciali, vel in communi in hoc c. determinat de ſymbolis quibus figuraliter manifeſtatur. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de figurationibus Angelorum ſenſibilibus. In ſecunda determinat de determinationibus eorum, ibi, *Reliquum nobis*. Prima diuiditur in duas. In prima determinat quid & quomodo de figurationibus iſtis ſit agendum. In ſecunda incipit agere, ibi, *Inchoandum autem ratione, &c.* Prima diuiditur in tres. In prima dicit quomodo & ordine de figuris determinandum ſit. In ſecunda dicit, quòd non eſt inconueniens ſi eadem figura aptatur his quæ ſunt in diuerſis ordinibus, ibi, *Vnum autem ſit*. In tertia dicit quid conſiderandum ſit in iſtis figurationibus vel formationibus, ibi, *Et ſurſum igitur conuerſibiliter*. A

DVBIA.

DVBITANTVR hîc quinque circa figurationes Angelorum. Primò, vtrum Angeli poſſint aſſumere corpora. Secundò ſi poſſunt, vtrum hoc ſit eis ex natura. Tertiò, vtrum moueant corpora aſſumpta cum labore & pœna. Quartò, vtrum Angelus ſit totus in qualibet parte corporis aſſumpti. Quintò, vtrum eiuſdem figuræ corpus poſſit aſſumere inferior & ſuperior Angelus. B

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd non poſſint aſſumere. Omnis enim virtus quæ poteſt ſine corpore eſſe, fortior eſt ſine corpore quam cum corpore, ſicut patet in anima: ſed fortior virtus melius poteſt complere operationem ſuam: cum igitur non aſſumant corpora niſi vt operentur circa nos, videtur quòd nunquam aſſumant corpora, cum faciant vnumquodque meliori modo quo poteſt fieri, multò fortius quam natura. *Dubium 1.*

2 Si dicatur, quòd non aſſumunt corpora propter ſe, ſed quia conuenientius eſt nobis,

Contra: Principaliter intendunt operari in ſpiritum noſtrum: ſpiritus autem noſter maius ſymbolum habet cum ſpiritualibus, quam cum corporalibus: ergo conuenientius eſt ſibi accipere per ſpiritus ſeparatos quam in corporibus aſſumptis.

3 Præterea, Omne quod mouetur, aut mouetur à virtute vnita, ſicut animalia: aut à virtute effluxa, ſicut quæ mouentur violenter. Sed corpora aſſumpta ab eis non poſſunt moueri ab eis ſicut à virtute vnita, quia tale mouens ſemper eſt forma moti: nec iterum ſicut à virtute effluxa, quia cum Angelus per ſe non poſſit tangere corpus, oportet autem mouens & motum eſſe ſimul, oportet eſſe commune medium vtrique quo defertur virtus mouentis in motum: & hoc non eſt inuenire in motu Angelorum: ergo non poſſunt mouere aliquod corpus, & ita non aſſumunt, cum non aſſumant niſi ad motum.

4 Præterea, Determinari ad corpus naturaliter, nobilius eſt quam non naturaliter: vnde ſi accidat aliqua diſpoſitio non naturalis, erit determinatio & vnio imperfectior: ſed primum remouetur ab Angelis, multò magis ſecundum: ergo nullo modo poſſunt aſſumere corpus.

5 Præterea, Spiritus ſecundum naturam vnitus non poteſt ſua voluntate corpus deponere: ergo ſimiliter ſpiritus ſecundum ſuam naturam ſeparatus non poteſt ſua voluntate corpus aſſumere.

6 Præterea, Quod eſt ex toto ſeparatum, non poteſt aliquid mouere, quia omne mouens coniungitur aliquo modo mobili: ſed Angelus eſt ex toto ſeparatus: ergo non poteſt mouere aliquod corpus, & ita nec aſſumere.

Ad oppoſitum eſt quod legitur Geneſ. 18. de tribus Angelis qui apparuerunt Abrahæ in ſimilitudine hominum, & ſimiliter Tobiæ apparuit Raphaël, & in multis aliis locis ſacræ Scripturæ legitur, quòd Angeli corpora aſſumpſerunt.

2 Præterea, Virtus ſuperior mouet inferiorem ex ordine ſuæ naturæ, ſicut corpora cæleſtia, elementa & elementata: ſed virtus Angelorum eſt ſupra omnem virtutem corporalem: ergo ex ordine ſuæ naturæ poſſunt aſſumere corpora, & ita mouere, cum non poſſint mouere niſi aliquo modo coniungantur eis.

Solutio. Concedimus, quòd Angeli poſſunt aſſumere corpora pro ſua voluntate & mouere ea ad explendas diuinas voluntates. Et concedimus rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd non aſſumunt corpus vt melius poſſint agere quantum eſt ex parte eorum, cum nihil virtutis eis per corpus aſſumptum accreſcat neque decreſcat: ſed eſt melius quoad nos, quia magis congruit nobis, vt ſupra ſecundo cap. oſtenſum eſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſpiritus noſter licet quantum ad naturam magis conueniat cum ſpiritualibus, tamen quia propter vnionem inclinationem habet ad corporalia, efficiuntur operationes ſuæ aliquo modo corporales, etiam quæ maximè ſpirituales videntur, & propterea conuenit ei accipere corporalia.

Ad tertium dicendum, quòd corpus aſſumptum mouetur ab eo ſicut à virtute effluxa: nec oportet aliud eſſe commune niſi motum ipſum, qui eſt corporis vt ſubiecti, & Angeli vt à quo: & influit ſibi per ſe motum, quia ſibi coniungitur ſicut etiam motores orbium non habent aliud commune.

Ad quartum dicendum, quòd Angeli non determinantur ad corpus aliquo modo, licet aſſumant corpora, quia non ſunt formæ eorum, nec habent virtutem proportionatam ipſis.

Ad quintum dicendum, quòd ſpiritus vnitus ſecundum ſuum eſſe eſt forma: vnde per ſe ineſt ſibi vniri: & ideo non habet ſimilem potentiam ad ſuperiorem, ſicut ſpiritus ſeparatus per naturam ad aſſumptionem corporis, quæ non competit ſibi ſecundum ſuam naturam, ſed ſolum per accidens, quod eſt exercitium miniſterij. Vel dicendum, quòd ſpiritus etiam ſeparatus nunquam poteſt aſſumere corpus, vt natura eius determinetur per illud, ſicut nec vnitus poteſt ſecundum naturam fieri ſeparatus.

Ad ſextum dicendum, quòd eſſe ſeparatum per naturam & coniunctum per motum ex voluntate, non ſunt contraria: eſſent autem ſi vtrumque eſſet ex natura ſua: & ideò nihil prohibet quod in toto ſeparatum eſt per naturam, pro voluntate mouere corpus.

Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur C
enim, quòd poſſe aſſumere corpus conueniat Dubium
eis per naturam ſuam: nihil enim eſt commune bonis & malis Angelis niſi ſua natura: cum ergo aſſumere corpus conueniat vtriſque, videtur quòd hoc ſit eis ex natura.

2 Præterea, Sicut dicit Philoſophus, ex ordine naturæ eſt, quòd ſuperiora moueant inferiora: ſed Angeli ex natura ſunt ſuperiores corporalibus: ergo ex ordine ſuæ naturæ poſſunt mouere ea, & ita aſſumere.

3 Præterea, Quicquid eſt in Angelis, eſt natura, vel pœna, vel gratia: ſed aſſumere corpora non eſt pœna, quia tunc non eſſet in bonis: nec gratia, quia non conueniret malis: ergo eſt natura ipſorum.

Ad oppoſitum. Nihil eſt perfectum ſine eo quod naturæ eorum debetur: ſed Angeli perfecti ſunt etiamſi non aſſumunt corpora: ergo hoc non eſt naturæ ipſorum.

2 Ad idem, Contraria non inſunt eidem per naturam ſuam: ſed Angeli per naturam ſuam ſunt ſeparati: ergo quod aſſumant corpora, non conuenit eis per naturam.

3 Ad idem, Quod naturale eſt, ſemper ineſt: ſed Angeli non ſemper aſſumunt corpora: ergo hoc non eſt eis naturale.

4 Ad idem, Vnius naturæ non eſt niſi figura vna, quia figura eſt naturalis vnicuique habenti figuram ſecundum naturam, vt dicit Philoſophus: ſed idem Angelus apparet in corporibus diuerſarum figurarum: ergo aſſumere corpus figuratum non ineſt eis per naturam.

Solutio. Dicimus, quòd per naturam conuenit aliquid alicui dupliciter: aut quia conuenit ſibi per aliquod principium eſſentiæ ſuæ, & ſic non conuenit Angelis per naturam aſſumere corpus, ſed animæ quæ ſecundum ſuum eſſe eſt forma corporis: aut ex ordine naturæ ſuæ ad naturam aliam, & ſic conuenit cuilibet motori

orbium

orbium mouere quæ ſubſunt motui ſui orbis, & non quæ ſuper ipſum ſunt : & omnia obediunt ſibi inferiora, ſimiliter omnia inferiora ſunt obedientia Deo : vnde etiam Angelis qui ſunt ſuperioris naturæ, magis Deo propinqui per naturam, obediunt omnia corpora ad motum, inquantum operantur voluntate diuina. Et ſic dicimus, quòd eſt Angelis naturale aſſumere corpora: quia conuenit eis ex ordine ſuæ naturæ, ſecundum quod naturale diuiditur contra gratiam & culpam. Et concedimus rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quod in contrarium obiicitur, quòd propoſitio vera eſt de his quæ ſunt naturæ propter ſe : hoc autem non conuenit Angelis propter ſe, ſed propter nos: & propter hoc ratio non ſequitur.

Ad ſecundum dicendum, quòd eſſe ſeparatum ita quod natura eius non determinetur ad aliquod corpus, & coniungi corpori ad motum ex propria voluntate non ſunt contraria: & ideò alterum poteſt eſſe natura ſua, & alterum ineſſe ex ordine naturæ ſuæ.

Ad tertium dicendum, quòd hoc verum eſt de naturali quod ineſt ex aliquo principio eſſentiali: tale enim non poteſt abeſſe manente natura illa: ſic autem non eſt hoc naturale, vt dictum eſt.

Ad quartum dicendum, quòd virtus Angeli non proportionatur ad corpus aſſumptum ſicut virtus animæ, ita quod maius mouere non poſſet: & ideò non oportet, quòd ſemper aſſumat corpus eiuſdem figuræ.

D CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd Angelus moueat corpus aſſumptum cum labore & pœna: labor enim & pœna mouentis contingit ex hoc quod mobile non ex toto obedit mouenti : ſed corpus aſſumptum non ex toto obedit virtuti mouentis Angeli, quia non ſemper mouet ad motum naturalem illi corpori, cum moueat in diuerſas partes : ergo mouet cum labore & pœna.

Dubium 3.

2 Ad idem, Plus obedit motori corpus vnitum quam non vnitum : ſed anima quæ eſt motor vnitus, mouet cum labore propter inobedientiam mobilis : ergo multò fortius Angelus qui eſt motor non vnitus.

3 Præterea, Omnis motus qui eſt contrarius motui naturali mobilis, eſt pœnoſus mouenti: ſed Angelus mouet corpus aſſumptum quandoque in contrarium ſui motus naturalis : ergo mouet cum labore & pœna.

Solutio. Dicimus, quòd motus poteſt eſſe non laborioſus dupliciter : aut quia mobile non habet motum contrarium naturalem, & ſic motores cæli mouent ſine labore, quaſi ſit motus ab anima, ſecundum Philoſophos : aut propter victoriam mouentis ſupra mobile ſine aliqua proportione, & ſic motus Angeli non eſt laborioſus, quia virtus eius non eſt proportionata alicui corpori. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta, quæ procedunt ſecundum primum modum.

E CIRCA quartum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Angelus ſit totus in toto corpore aſſumpto, mouens enim neceſſariò coniungitur mobili: ſed Angelus mouet quamlibet partem corporis aſſumpti : ergo eſt in qualibet parte : ſed vbicunque eſt, totus eſt, cum ſit indiuiſibilis: ergo videtur, quòd ſit totus in qualibet parte.

Dubium 4.

2 Præterea, Angelus per eandem rationem totum ſe habet vt ſit in qualibet parte corporis aſſumpti : aut ergo erit in omnibus, aut in nulla : ſed non in nulla : ergo in omnibus totus.

3 Præterea, Vnitas corporis reducitur ad vnitatem motoris : quia vnius corporis vnus eſt motor, vt dicit Philoſophus : ſed vnitas corporis conſiſtit in coniunctione omnium partium: ergo videtur, quòd motor Angelus coniungatur corpori aſſumpto ſecundum quamlibet partem.

4 Præterea, Angelus non aſſumit corpus niſi ad motum : ſi ergo moueret tantum vnam partem, ſuperfluè aſſumeret alias : nihil autem eſt ſuperfluum in operibus eius, multò minus quam in operibus naturæ : ergo mouet quamlibet partem : & ita coniungitur cuilibet parti.

5 Præterea, Angelus non facit corpus quod mouet animatum : ſed in animatis ad motum vnius partis non mouetur alia continua niſi contracta per motum primæ partis quæ immediatè mouetur : ergo ſi Angelus moueret vnam partem immediatè exiſtens in illa, alia non moueretur niſi tracta : & ita eſſet motus inordinatus, quia omnes partes mouerentur eodem motu, & non ad modum animalis motus, cuius contrarium dicitur in Scriptura : ergo quamlibet partem immediatè mouet : & ſic omnibus coniungitur.

Ad oppoſitum. Quælibet pars corporis quod mouetur motu proceſſiuo, mouetur motu proprio, & ita propria virtute : ſed Angelus non diuiditur in diuerſas virtutes, vt ſupra dictum eſt : ergo non poteſt mouere diuerſas partes corporis quod mouetur ad modum motus proceſſiui : & ita non coniungitur niſi parti vni quam mouet.

2 Præterea, Animæ non conuenit eſſe totam in toto corpore inquantum eſt motor qui diuerſis virtutibus mouet diuerſas partes corporis, ſed inquantum eſt forma ſubſtantialis : ſed Angelus non eſt forma corporis aſſumpti : ergo non eſt totus in qualibet parte eius.

Solutio. Dicimus, quòd Angelus eſt totus in qualibet parte corporis aſſumpti. Rationes ad hoc concedimus. Nec tamen ſequitur, quòd ſit in pluribus locis : quoniam operatur ad totum corpus ſicut ad vnum indiuiſibile motum: cum enim non ſit proportionabilis, nec ordinem habens ad quantitatem niſi per operationem, æqualiter erit ibi vnum circa quodcunque ſpatium operetur.

Ad id verò quod primò obiicitur in contrarium, dicendum quòd motor vnitus quia non habet proportionatam virtutem ad corpus, non poteſt vna virtute mouere diuerſa organa : ſed Angelus non vnitur corpori aſſumpto vt forma, & excedit virtus eius omnem proportionem corporis : & ideò vna virtute quæ eſt voluntas, poteſt mouere plura inſtrumenta vel partes.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſi anima eſſet motor non proportionatus corpori, non oporteret, quòd pluribus virtutibus diuerſa organa moueret : & ita inquantum eſt motor, etiam eſſet in toto tota.

F Dubium 5 D

CIRCA quintum ſic proceditur. Videtur enim, quòd Angeli diuerſorum ordinum non debeant aſſumere corpus eiuſdem figuræ: diuerſorum enim Angelorum diuerſa ſunt dona, & diuerſi ſunt actus: ſed per corpus aſſumptum debent ducere in proprios actus ipſorum: ergo à diuerſis etiam non debet aſſumi corpus vnius figuræ.

2 Præterea, Per vnum ſignum non ſignificantur diuerſa: per corpora aſſumpta aliquid nobis ſignificare intendunt: cum igitur diuerſorum ſit diuerſa ſignificare, videtur quòd non debeant aſſumere corpus vnius figuræ.

3 Præterea, Quatuor Euangeliſtæ deſcribuntur in figura quatuor diuerſorum animalium, magis tamen conueniunt in ſuo officio, quia idem ſcribunt, quàm diuerſi Angeli: ergo & diuerſi Angeli non debent ſignificari eadem figura.

Ad oppoſitum eſt primò quod dicitur in litera hîc.

2 Præterea, Vnius corporis ſunt diuerſæ proprietates: ſed diuerſæ proprietates congruè poſſunt aptari diuerſis: ergo diuerſi Angeli eodem corpore poſſunt figurari.

Quod concedimus & rationes ad hoc.

Ad primum verò & ſecundum dicendum, quòd licet ſit vnum corpus, tamen poteſt diuerſis proprietatibus diuerſis repræſentandis vel ſignificandis aptari.

Ad tertium dicendum, quòd licet conueniant Euangeliſtæ quantum ad id de quo ſcribunt, tamen magis differunt quantum ad myſteria quæ excellentius ſcribunt quàm Angeli: & ideò cuidam aptatur figura vna, inquantum eminentius ſcribit de incarnatione, vel de paſſione, vel de reſurrectione, vel de aſcenſione.

G Dubium 6 ...

SEXTO quæritur, de qua materia aſſumunt corpora. Et videtur, quòd de aëre per Auguſtinum ſuper Gen. ad literam, & per Apuleium, qui dicit, quòd Angeli ſunt animalia aërea, corporea.

Sed contra: Aër figuras non retinet: cum igitur Angeli aſſumant corpora figurata diuerſis figuris corporum, videtur quod non de aëre aſſumant.

2 Præterea, Humidum ſubtile cuilibet humido ſubtili continuatur per quod tranſit: aër autem huiuſmodi eſt: ergo corpus aëreum quod aſſumeret Angelus, continuaretur aëri per quem tranſit: tale autem non poteſt habere determinatam figuram: cum igitur corpora aſſumpta ſint figurata, non ſunt aërea.

3 Præterea, Humidum male eſt terminabile proprio termino: quod autem tale eſt, non poteſt habere figuram niſi per accidens, ſicut aqua in vaſe: figura enim eſt quæ termino vel terminis comprehenditur: aër autem humidus eſt, & ſic non poteſt figurari, & ſic idem quod prius. Et eadem ratione non poſſunt aſſumere de aqua.

Item videtur, quòd aſſumant de igne, per id quod infra dicit Dionyſius. Sed contra: Id quod delet omnem figuram, non eſt figurabile: ſed ignis delet omnem figuram conſumendo: ergo non eſt figurabile: & ſic idem quod prius de aëre.

2 Præterea, Angeli aſſumunt corpora vt veniant ad operandum circa nos: ſed motus ignis non eſt ad nos, ſed à nobis potius: ergo non aſſumunt corpus igneum.

3 Præterea videtur, quòd nec terreum: quia corpus aſſumptum ſubitò diſparet, ſicut legitur de Angelo Tobiæ: hoc autem non poteſt conuenire corpori terreſtri: ergo non aſſumunt corpus de terra: & ſic nullum corpus aſſumunt.

Si hoc concedatur. Contra: Quod oſtenditur ad viſum tantum, eſt deceptorium: ſed nuntiis veritatis non conuenit decipere: ergo nec monſtrare aliquid quod non eſt: cum igitur monſtrent ſe in corporibus, videtur quòd aſſumant corpora.

2 Præterea, Illa ſpecies in qua videntur, aut eſt extra, aut tantum in vidente. Si extra: ergo indiget aliqua ſubſtantia, & ſic redit prior quæſtio. Si eſt tantum intra videntem, tunc nunquam viderentur corporali viſione, ſed tantum imaginaria, quod eſt contra Auguſt.

Solutio. Dicendum, quòd non eſt intelligibile qualiter corpus ſubtile non incorporabile poſſit figurari: & ideò cum ſicut dicit Bernard. & Auguſt. quòd Angeli aſſumant corpora, non ſit de credibilibus, ſed opinabilibus, non poſſumus dicere, quòd aſſumunt aliquod corpus ſubtile non figurabile, vt ignis, vel aëris, ſed corpus terreſtre, quod ſecundum naturam continuatur per humidum aqueum: quia hoc ſolum retentiuum eſt figuræ. Quod autem Auguſt. dicit, quòd habent corpora aërea, hoc dicit ſecundum opinionem aliorum, & non aſſertiuè, cum etiam ibidem dicat, quòd habent corpora perpetua, quod falſum eſt ſimpliciter. Apuleius verò ſimpliciter mentitur, ſicut & in multis aliis. Quod verò dicit Dionyſius de igne, non intelligit, quòd aſſumant de materia ignis, ſed de proprietatibus ignis, vt ſplendidum, & ſimilia. Quod verò dicitur, quòd corpora ſubitò diſparent, dicimus quòd verum eſt. Sed hoc non eſt inconueniens poſſe fieri ab Angelis in corpore terreſtri vt ſubitò appareat & diſpareat, cum & magi Pharaonis operatione dæmonum ſubitò conuerterint virgas in ſerpentes, collectorum ſeminum virtute naturali, & multò fortius hoc boni Angeli poſſunt facere. Quamuis poſſumus dicere, quòd ſemper eſt miraculum quando aſſumunt corpora. Sed licet quandoque appareant in aſſumptis corporibus, poſſunt tamen quandoque apparere fictis formis in phantaſia: nec talis fictio erit deceptio, quia eſt ordinata ad inſtructionem veritatis, ſicut etiam Dominus finxit ſe longius ire ſine deceptione, ſed vt oſtenderet ſe eſſe longè & peregrinum à cordibus diſcipulorum quibus apparuit. Et ſic patet ſolutio ad omnia quæ obiecta ſunt.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. Determinauimus ea quæ propriè dicuntur de Angelis. Sed nunc *age*, aduerbium hortandi, *fer*, id eſt, dic *quod reſtat* nobis, *ſi videtur* tibi nos de cætero debere eſſe *remittentes noſtrum intellectualem oculum à vigore angelico*, id eſt, à naturali virtute Angelorum, *circa ſublimes contemplationes* Angelorum ſecundum naturam ſpiritualem eorum, ita quod paulò ſubmiſſius loquamur deſcendentes ab H

vnitis

vnitis & indiuiſibilibus ſecundum naturam *ad diuiduam*, id eſt, diuiſibilem ſecundum figuram corporalem, *& multipartitam* ſecundum ipſorum latitudinem, id eſt, copiam *multiformis varietatis angelicarum ſpecificationum*, & hoc nobis *iterum analyticè*, id eſt, reſoluendo corporalia in proprietates, *reflexis, id eſt*, redeuntibus *in ſimplicitatem cæleſtium animorum*, ſcilicet Angelorum. Reflexis dico *in ipſis* figuris, *tanquam inconſequentibus*, id eſt, non conuenientibus Angelis, per quæ non poſſumus ſiſtere in ipſis, ſed oportet reſilire ſicut radius reflectitur à corpore non peruio. *Vnum autem ſit tibi præcognitum*, hoc ſcilicet, quo modo *diſcretiones*, ſiue *repurgationes*, id eſt, narratorias interpretationes, per quas oſtenduntur purgari in ſymbolis. Diſcretiones dico *imaginum ſacra*, id eſt, impreſſione ſacrorum donorum *formatarum* eis per aſſumptionem, id eſt, iſtæ imagines quibus oſtenditur eorum diſcretio, quo modo quidam purgant, quidam purgantur, & quidam inſtruunt, & quidam inſtruuntur. Iſtæ dico *ſignificant eaſdem diſpoſitiones*, id eſt, ordines cæleſtium eſſentiarum aliquando *vt ordinantes*, alias purgando, perficiendo, & illuminando, *& iterum ordinatas* ab alijs per reductionem in finem, *& ſignificant nouiſſimas*, id eſt, vltimas vt *ordinantes, quæ*, id eſt, & *primas* vt *ordinatas*, & ſignificant eaſdem diſpoſitiones, ſiue ſint primæ, ſiue vltimæ, vt *habentes* iterum intra ſe *virtutes primas, medias, & vltimas, vt dictum eſt*. 10. ca. Sic dico ſignificant, *nulla inordinata ratione interdicta*, id eſt, nihil contra ordinem rationis conſequente, *ſecundum huiuſmodi reſerationum modum*, id eſt, manifeſtationum. Et hoc ideò. *Enim*, id eſt, quia *ſi nos quidem*, id eſt, certè *diceremus quaſdam* cæleſtes diſpoſitiones *ordinari à prioribus ſe, deindè* diceremus poſteà *priores ordinantes*, id eſt, ordinatrices *earundem*, ſcilicet inferiorum, *iterum* poſt quam ſunt *ordinantes vltimarum*, ordinari *ab illis ipſis*, ſcilicet vltimis *ordinatis* à primis. Si, inquam, ſic diceremus, *verè res*, id eſt, diſpoſitio angelica conſtaret, *interpoſita multa inordinatione*, quia non eſſet ibi aliquis ordo dantis & recipientis, & *confuſione*, quia non eſſet aliqua diſtinctio, dum agens ſuſciperet iterum à recipiente ab ipſo. *Verò*, id eſt, ſed *ſi dicimus eaſdem & ordinare & ordinari, autem*, id eſt, ſed *non* ordinatrices eſſe *earundem* in quibus ordinantur, aut ordinari *ab eiſdem* quas ordinant, *ſed* dicimus *eas ſingulas quidem*, id eſt, certè *ordinari a prioribus* ſe, *autem*, id eſt, ſed *ordinare nouiſſimas*, id eſt, inferiores ſe. Si, inquam, ſic dicimus, *fortaſſis quis*, id eſt, aliquis *dixerit*, id eſt, dicere poteſt *eaſdem formas*, id eſt, figuras *ſacrè*, id eſt, ad ſacri repræſentationem *factas in eloquiis*, id eſt, ſacra Scriptura, *non inconſequenter* ſed conuenienter *aliquando poſſe pulchrè*, id eſt, decenter *& verè circumdari & primis, & medius, & vltimis virtutibus* angelicis.

Et ſurſum igitur, &c. Hic oſtendit quid in iſtis figuris vniuerſaliter conſiderandum ſit, dicens: *Igitur* vt patet ex dictis. aliquis etiam *non falsò coadunauit*, id eſt, ſimul attribuit omnia hæc *cæleſtibus eſſentiis*, & omnia hæc ex iſtis figuris *extendi ſurſum conuerſibiliter*, id eſt, conuertendo ſe in ſuperiora, vt ab eis recipiat quod aliis transfundat, *& etiam hoc*, ſcilicet *conuolui firmiter erga ſemetipſas*, id eſt, in ſeipſis ſubſiſtere, quando corpus aſſumunt, quia non determinantur ad ipſum, *& etiam hoc*, ſcilicet eas eſſe *ex ſtentos cuſtoditiua propriarum virtutum*, quia virtus earum non debilitatur per hoc quod corpus aſſumunt. Vel *cuſtoditiuè*, aduerbium, ſub eodem ſenſu, *& etiam hoc*, ſcilicet eas eſſe *prouidas*, vel *prouidè*, aduerbium, *in participatione* propriæ *virtutis*, id eſt, cum prouidentia ſecundum proportionem recipientium communicare proprias virtutes *proceſſione ſociabili*, id eſt, communicatiua *erga veniemia*, id eſt, virtute procedente ab eis ad aſſociandum ſibi per ſimilitudinem doni ea quæ extra adueniunt, Angeli recipiunt ſuam actionem: *etſi* id eſt, quamuis *quidem aliis*, id eſt, ſuperioribus conueniant hæc *ſuperpoſitè*, id eſt, eminenter *& vniuerſaliter verò*, id eſt, ſed *aliis*, ſcilicet inferioribus *particulariter & ſubiectè, vt ſæpè dictum eſt*. Et ſimiliter exponit Maximus. 11. & 12. cap.

Inchoandum autem ratione, & quærendum in prima formarum diſcretione, ob quam cauſam Theologia ferè omnes inuenitur honorans ignitam ſacram deſcriptionem. Inuenies ergo eam non ſolum rotas igneas conformantem, ſed & animalia ignita, & viros quaſi ignem fulgurantes, & circa eas cæleſtes eſſentias cumulos carbonum ignis circumponentem, & flumina immenſurabili ſonitu igne flagrantia. Sed & Thronos ait igneos eſſe, & ipſos excelſiſſimos Seraphin cælitus ardentes ex cognominatione ſignificare, & ignis proprietatem & operationem ipſis diſtribuit, & omninò ſurſum deorſumque ignitam honorificat ſelectim formarum facturam. Ergo igneum ſignificare cenſeo cæleſtium animorum deiformiſſimum. Ipſi enim Theologi ſancti ſupereſſentialem & informem eſſentiam in igne ſæpè deſcribunt, tanquam habenti multas diuinæ (ſi fas eſt dicere) proprietatis, quantum in viſibilibus imagines. 2.

DIVISIO

DIVISIO ET expoſitio textus.

Incheandum autem, &c.

A Hic incipit determinare de figuris corporum quibus deſcribunt Angelos, ſecundum quid competant eis huiuſmodi figuræ. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de quadam figuratione quæ quaſi communis eſt omnibus figuris ipſorum. In ſecunda determinat de ſpecialibus figuris, in quibus quandoque apparent, ibi, *Sed & humaniformes.* Prima diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quare ſemper oſtenduntur in forma ignea, in quacunque etiam alia forma appareant. In ſecunda ponit proprietates ignis, ſecundum quas maximè oſtenditur conueniens ſpiritualibus repræſentandis, ibi, *Ignis enim neque ſenſibilis.* Prima diuiditur in partes tres. In prima aſſignat rationem ordinis, & mouet quæſtionem. In ſecunda confirmat quæſtionem, ibi, *Inuenies ergo, &c.* In tertia ſoluit, ibi, *Ergo igneum, &c.* Litera ſic legatur. Diximus quid conſiderandum eſt de formationibus generaliter. *Autem*, id eſt, ſed in determinatione de vnaquaque figuratione *incheandum ratione*, id eſt, rationis ordine à formis communibus, *& quærendum eſt in prima diſcretiuæ formationis*, id eſt, quando primò incipimus diuiſim de eis determinare, vel in prima forma diſcernente, quæ ſcilicet eſt communis. Quærendum dico *ob quam cauſam Theologia*, id eſt, ſacra Scriptura *inuenitur honorans ignitam ſacram deſcriptionem*, id eſt, reputat eam tali honore dignam, vt per hoc deſcribat ſacra, ſcilicet diuina & angelica, & hoc *ferè vltra omnes* alias figuras: quia pluries eis vtitur. *Inuenies ergo eam*, ſcilicet Theologiam, *non ſolum conformantem Angelis rotas igneas.* Ezech. 1. *ſed etiam animalia ignita.* Ezech. 1. & 9. *& ſimiliter viros quaſi ignem fulgurantes*, id eſt, ſplendentes. 4. Reg. 6. de Eliſeo & in 2. Mach. 10. *& inuenies etiam eam circumponentem circa eas cæleſtes eſſentias cumulos carbonum ignis.* Ezech. 9. & 10. *& etiam flumina flagrantia igne immenſurabili ſonitu.* Dan. 7. *Sed &*, id eſt, etiam Theologia *ait Thronos eſſe igneos.* Ezech. 1. & Dan. 7. *& ſignificat* vel *ſignificare eam inuenies excelſiſſimos Seraphin ex cognominatione eorum eſſe ardentes calitus*, id eſt, cæleſti igne, *& diſtribuit ipſis*, ſcilicet Seraphin *proprietatem ignis & operationem*, ſcilicet ardere, in quo notatur eminens eſſe proprietas ignis, quia ſummis attribuitur: *& omnino Theologia honorificat ſuſtollim*, id eſt, ſingulariter *facturam formarum*, id eſt, compoſitionem figurarum *ignitam ſurſum*, id eſt, in ſuperioribus, *deorſumque*, id eſt, inferioribus. *Ergo igneum, &c.* Hic ſoluit, & eſt ſolutio ſua, quòd quia Deus deſcribitur in forma ignis propter nobiles eius proprietates, deſcribuntur etiam Angeli vt deſignentur Deo ſimillimi. Litera ſic legatur. *Ergo* ex quo ſic ſæpè conformantur igneo, ego *cenſeo*, id eſt, arbitror, *igneum*, id eſt, igneas formas *ſignificare deiformiſſimum*, id eſt, maximam ſimilitudinem ad Deum inter alias creaturas, *animorum cæleſtium*, id eſt, Angelorum. *Enim ipſi ſancti Theologi deſcribunt ſæpè in igne* diuinam *eſſentiam ſuperſubſtantialem*, id eſt, quæ eſt ſuper omnem eſſentiam, *& informem*, id eſt, ſine figura, ſicut Exodi. 3. apparuit in rubo ignis, & Deuteron. 4. & Hebræ. 12. Deus noſter ignis conſumens eſt. In igne dico *tanquam habente multas imagines & ſimilitudines diuinæ proprietatis, quantum* eſt poſſibile *in viſibilibus*, quia imperfectè repræſentant, *ſi tamen fas*, id eſt, licitum *eſt dicere*, quod habeat imagines proprietatis diuinæ: non enim habet niſi ſecundum proportionem ad actum.

DVBIVM.

Hic eſt dubium, vtrum debeant Angeli maximè deſcribi per igneas figuras. Et videtur, quòd non: ſupra enim. 2. cap. dictum eſt, quòd conuenientius deſcribuntur ſpiritualia per ignobilia, in quibus non poſſumus decipi: cum igitur ignis ſit de nobiliſſimis corporibus, non conuenienter deſcribuntur per ignem. B

2 Præterea, ignis eſt pœna damnatorum Angelorum: ergo non conuenienter eſt inſtrumentum bonorum & beatorum Angelorum.

3 Præterea, Approximatio ignis eſt cum nocumento: ſed Angeli aſſumunt corpus ad ſalutem noſtram: ergo non conuenit eos aſſumere corpus igneæ figuræ.

Solutio. Dicendum, quòd ſupra dictum eſt, quòd conuenientius deſcribuntur per vilia quantum ad nos: ſed hîc loquitur ſecundum quod decet eos.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum expoſitionem Baſilij ſuper illud, Vox Domini Pſal. 28 intercidentis flammam ignis, Vſtiuum ignis diuidetur à lucido, & vſtiuum includetur in inferno ad pœnam damnatorum, & lucidum ignis remanebit ſupra ad iocunditatem electorum. Et ſimiliter dicimus, quòd Angeli ſecundum nobiles proprietates ignis aſſumunt igneas figuras, ſcilicet ſecundum lucem: & ſecundum hoc non eſt pœna damnatorum.

Ad tertium dicendum, quòd vſtiuum eſt nociuum in igne, & hoc non aſſumunt, ſed tantum ſplendiduum: vnde dixit ſupra. 2. ca. ignem innocuè ſplendentem ſpiritualibus apparì.

Ignis enim ſenſibilis eſt quidem, 3. ſic dicendum, in omnibus & per omnia clarè venit, & remouetur ab omnibus, & lucidus eſt ſimul & quaſi occultus. Incognitus ipſe per ſeipſum non accumbente materia, in qua propriam manifeſtat actionem: immenſurabiliſque & inuiſibilis, per ſeipſum potens ſimul omnium, & quæcunque in eis fiunt ad actionem propriam: mobilis, tradens ſeipſum omnibus quoquomodo proximantibus: renouatiuus, naturæ cuſtodia: illuminatiuus circumuelatis ſplendoribus, incomprehenſibilis,

prehenſibilis, clarus, diſcretus, reſiliens, ſurſum ferens, acutè means, excelſus, non receptus contumelia minorationis, ſem per motus, per ſeipſum motus, mouens alterum, comprehendens, incomprehenſus, non indigens alterius, latenter creſcens à ſeipſo, & ad ſuſceptas materias manifeſtans ſuimet magnitudinem, actiuus, potens, ſimul omnibus præſens inuiſibiliter, neglectus non eſſe putatur. Attritu autem, ſicut quadam vindicta, connaturaliter & propriè ſubitò relucens, & iterum incomprehenſibiliter impalpabilis, non minutus in omnibus ditiſſimis ſuimet traditionibus. Et multas fortaſſis quis inueniet ignis proprietates pulchras (vt in ſenſibilibus imaginibus) diuinæ operationis.

DIVISIO TEXTVS.

Ignis enim ſenſibilis eſt, &c.

A HIc ponit 33. proprietates nobiles ignis, quibus congruit in repræſentationem diuinorum. Et primo ponit proprietates. Secundò concludit propoſitum, ibi, *Hoc ergo ſcientes Theoſophi, caleſtes eſſentias, &c.*

DVBIVM.

B SED DVBITATVR de iſtis proprietatibus. Ignis enim non eſt in omnibus, cum quædam ſibi ſint contraria: ſed nihil eſt ſenſibile vbi non eſt: ergo ignis non eſt ſenſibilis in omnibus.

2 Item, Contrarium non vadit clarè per ſuum contrarium: ſed ignis habet quædam contraria: non ergo vadit clarè per omnia.

3 Item, Quod venit ad mixtionem omnium mixtorum, non eſt remotum ab omnibus: ſed ignis eſt huiuſmodi, cum omnia mixta componantur ex quatuor elementis, vt dicit Philoſophus: non ergo eſt remotus ab omnibus.

4 Item, Quod eſt occultum, non eſt lucidum: ſed ignis eſt occultus, vt poſteà dicitur: & Alexander dicit, quòd non lucet in ſphæra propria, ſed tantum in aliena materia: ergo non eſt proprium ſibi, quòd ſit lucidum.

5 Item, Quod per ſe manifeſtatur, hoc non eſt occultum: ſed ignis etiam in propria ſphæra manifeſtatur, apparet enim lumen eius in galaxia: ergo non eſt occultus & incognitus in propria materia.

6 Item, Nihil quod eſt finitæ eſſentiæ, eſt immenſurabile: ſed ignis eſt huiuſmodi, ſicut omne creatum: ergo non eſt immenſurabilis.

7 Item, Lucidum ſeipſo videtur, vt dicit Philoſophus: ſed ignem dicit eſſe lucidum: ergo non eſt inuiſibilis.

8 Item, Non ſolum calidum eſt actiuum, ſed etiam frigidum: cum igitur aliquid dicatur potens ex victoria quam habet ſupra patiens, agendo in ipſum, non videtur proprium ignis, cuius qualitas eſt calidum, quòd ſit per ſe potens.

9 Item, Videtur ſuperflue ponere, quòd ſit immobilis: cum poſtea dicat, quòd ſit ſemper motus & per ſe motus, cum etiam non ſit ſibi proprium, ſed cuilibet corpori naturali conueniat.

10 Item, Supra dixit, quòd per omnia vadit: ſed quod eſt huiuſmodi, omnibus ſe tradit: ſuperfluè ergo addit approximantibus.

11 Præterea, Non videtur tradere ſe omnibus approximantibus: quia luna approximat ſibi, quæ non recipit impreſſiones eius: ſimiliter hebenus, & ſimilia.

12 Item, Proprium per ſe conuenit alicui: ſed renouari non conuenit igni, niſi ſecundum quod eſt in materia aliena in qua de nouo generatur: ergo non debet poni proprium eius.

13 Præterea, Magis cuſtodit naturam propriam in materia ſua quam in aliena, & ita non videtur renouatiuus naturæ cuſtodia.

14 Item, Splendores ignis & in ſe manifeſtè apparent, & etiam alia manifeſtant: ſed quod eſt velatum, non eſt manifeſtum: ergo malè dicit, quòd ſit illuminatiuus circumuelatis ſplendoribus.

15 Item, Ignis comprehenditur etiam ſecundum materiam à ſenſu & intellectu: ergo non eſt incomprehenſibilis.

16 Item, Idem eſt clarum & illuminatiuum: ergo ſuperfluè addit primò clarum, poſt illuminatiuum.

17 Item, Diſcretum & communicatiuum illuminatiuum ſunt oppoſita: ſed primò dixit, tradit ſe omnibus communicando: non ergo eſt diſcretus.

18 Item, Ignis mouetur ad mixtionem: non ergo eſt reſiliens: quia quod reſilit, non miſcetur.

19 Item, Ignis mouetur ſurſum à generante: ergo potius debet dici ſurſum latus, quam ſurſum ferens.

20 Item, Philoſophus in ſecundo cæli & mundi arguit quoſdam ponentes ignem acutorum angulorum, & oſtendit, quòd non debetur elementis ſecundum naturam aliqua figura, niſi fortè rotunda, ſecundum quod ſituantur in ſphæris ſuis: angulus autem aliquid figuræ eſt, & non rotundæ: ergo non videtur ignis eſſe acutus, cum acutum ſit paſſio anguli.

21 Item, Quod eſt excelſum, non ordinatur ad mixtionem quæ fit circa locum medium: ſed ignis eſt elementorum mixtorum: ergo non debet eſſe excelſum.

22 Item, Non eſt contumelia alicui corpori eſſe in loco ſuo naturali, ſiue ſit ſurſum, ſiue deorſum: ergo per hoc quod ignis eſt ſurſum, non debet dici non receptus contumelia minorationis.

Solutio.

Solutio. Dicendum, quòd primæ ſeptem proprietates ſunt referendæ ad igneum cæleſte, ſcilicet calorem cæli: aliæ autem omnes referuntur ad ignem qui eſt elementum, aut ſecundum quod eſt in materia propria, aut ſecundum quod eſt in alien. materia, quam omninò vincit non mixtus, aut ſecundum quod eſt in mixto.

Vnde dicendum ad primum, quòd calor cæleſtis ſentitur in omnibus per effectum & in elementis & in elementatis: quia nihil conſequitur propriam ſpeciem niſi virtute caloris cæli. Vnde aurum alchimiæ non lætificat, quia non habet ſpeciem auri.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſol dupliciter cauſat calorem, aut per naturam ſuam propriam, aut ſecundum figuram angulorum radij eius, qui ſecundum quod reflectitur ad angulum acutum, cauſat calorem, & perpendiculariter cadens facit combuſtionem: & ſecundum angulum obtuſum frigus, & ſecundum quod tangit linealiter latera, facit perpetuum frigus. Radij autem ſolis, vt probat Ptolemæus, coniunguntur in centro terræ, & ſic vadunt per omnia elementa, & iterum mouent ad mixtionem, & ſic veniunt in elementata. Item, Omnia corpora cæleſtia recipiunt lumen à ſole, vt dicunt Philoſophi, ſicut luna: & ſic ignis cæleſtis aut per calorem aut per claritatem vadit per omnia, nec contrariatur alicui, cum ex eo vnumquodque generatum propriam ſpeciem habeat.

Ad tertium dicendum, quòd ignis cæleſtis remouetur ab omnibus generatis ſecundum ſubſtantiam, ſed miſcetur ſecundum virtutem.

Ad quartum dicendum, quod ignis ſiue cæleſtis, ſiue elementaris, lucidus eſt in ſe: ſed lux eius non ſubiicitur viſibus noſtris, dum eſt in materia tenui, ſed tantum ſecundum quod eſt in materia cuius partes adunantur ad inuicem. Vnde dicit Auicenna, quòd ex congregatione diaphani fit lucidum, vt patet in cryſtallo: & ideò dicit Alexander, quòd ignis in propria materia non lucet.

Ad quintum dicendum, quòd ignis in materia propria non manifeſtatur per lumen. Galaxia enim non eſt ex ſplendore ignis, quoniam ſemper eſſet in eadem parte cæli: compertum eſt autem, quòd mouetur in centum annis gradu vno: ſed cauſa eius eſt multitudo ſtellarum minutarum in illa parte cæli, quarum lumen videtur continuum.

Ad ſextum dicendum, quòd quamuis ſit finitæ eſſentiæ, tamen virtus eius non coarctatur ad vnum effectum, ſed in omnia generabilia poteſt: & ideo virtute non eſt commenſurabilis alicui eorum.

Ad ſeptimum dicendum, quòd lucidum non videtur ſeipſo, niſi ſit in materia ſpiſſa: non enim vbicunque eſt, videtur, vt ſupra dictum eſt. vnde dicitur indiuiſibilis prout eſt in materia tenui.

Ad octauum dicendum, quòd per ſe actiuum eſt proprietas ignis, ſecundum quod eſt elementum habens qualitatem per ſe actiuam, ſcilicet calorem: frigus enim agit per accidens, quaſi ſiſtendo motum: agit enim priuando, & ideò non eſt per ſe potens.

Ad nonum dicendum, quòd dicitur mobilis & motus, vt non intelligatur de motu locali, ſed de motu alterationis: ſed hoc conuenit ſibi ſecundum quod per virtutem actiuam per ſe tranſmutat omnia in ſpeciem ſuam, vt dicitur in quarto meteororum, omnia erunt materia ignis.

Ad decimum dicendum, quòd approximatio iſta non tantummodo intelligenda eſt ſecundum locum, ſed ſecundum conuenientiam materiæ vnitæ: & propter hoc licet lunam tangat, non tamen imprimit in ipſam, cum eorum non ſit materia vnita: in elementis verò ad vltimum imprimit, licet difficulter propter indiſpoſitionem materiæ. Supra autem locutus eſt de igne cæleſti, qui communiter omnibus corporibus ſe tradit, ad minus ſecundum lumen, etiam cæleſtibus.

Ad vndecimum dicendum, quòd non eſt inconueniens aliquam aſſignari proprietatem ignis, inquantum eſt in materia aliena, inquantum renouatur per nouas generationes, & extra ſphæram propriam, ſic melius cuſtodit naturam ſuam quam ſi eſſet in materia propria: quia à materia groſſa tardius euellitur per actionem contrarij.

Ad duodecimum dicendum, quòd non dicuntur ſplendores circumuelati quaſi occultati, ſed quia non ex ſe habet, ſed ab exteriori, ſecundum quod communicat eum cæleſti corpori, vt dicit Philoſophus.

Ad decimumtertium dicendum, quòd dicitur incomprehenſibilis: quia non poteſt contineri incluſus in loco: & hoc non eſt ſic in propria ſphæra, ſed ſecundum quod eſt in materia aliena: quia enim quærit materiam raram, rarefaciendo diſrumpit id in quo includitur vt contineri non poſſit, ſicut patet in vaſe vndique clauſo poſito ad ignem: aër enim incluſus rarefit, & conſtringit vas. Similiter eſt in muſto, & ſimilibus.

Ad decimumquartum dicendum, quòd clarus dicitur per remotionem ab obſcurantibus, vt à vapore groſſo vel fumo, qui facit in ipſo rubedinem: lucidus verò dicitur, ſecundum terminum ad quem, ſecundum participationem lucis.

Ad decimumquintum dicendum, quòd dicitur diſcretus quaſi diſcretiuus: diſcernit enim materias, vt plumbum ab argento: aſſumit enim ad ſe ſubtilia ſimilia ſibi, & reiicit groſſiora. Propter quod dicitur congregare homogenia ſibi.

Ad decimumſextum dicendum, quòd elementa in mixto ſunt ſecundum primum eſſe, quod eſt ex forma ſubſtantiali, ſed non ſecundum eſſe ſecundum quod eſt in perfectione qualitatum actiuarum & paſſiuarum: & inde eſt, quòd dum ſunt in mixto, vnumquodque tendit ad locum ſuum: & ideò, vt dicit Philoſophus in libro cæli & mundi, oportet compoſitum ex elementis quandoque diſſolui: quia quodlibet erit in loco ſuo, & ſecundum hoc dicitur ignis reſiliens, & maximè ſecundum quod eſt in materia quam vincit.

Ad decimumſeptimum dicendum, quòd dicitur ſurſum ferens, id eſt, ſurſum latus: vel etiam quia cogit alia in quibus habet victoriam, ſequi motum ſuum, quantum participant de forma eius.

Ad deci

Ad decimumoctauum dicendum, quòd ire in acutum accidit ſibi inquantum eſt in materia aliena quam ſucceſſiuè conuertit, & ideò conuertendo quamlibet partem poſt partem ſemper in acutum vadit: ſi enim ſimul conuerteret, moueretur in rotundum vel in latus. Philoſophus autem intelligit, quòd non habet angulos permanentes: & hoc verum eſt, cum ſemper varientur.

Ad decimumnonum dicendum, quòd eſſe excelſum conuenit ſibi prout eſt in propria ſphæra, quæ eſt altior locus inter omnia loca elementorum, ſed virtute ſolis mouetur in mixtionem. Quodlibet enim elementum habet aliquid in cælo mouens ipſum, ſicut terra mouetur ab orbe ſtellarum fixarum, propter diuerſas ſpecies generatas in ipſa. Aqua verò ab orbe lunæ: quod manifeſtè apparet in refluxu maris. Ignis verò ab orbe ſolis. Aër verò propter multitudinem motuum in ipſo ab aliis quinque planetis, qui ſunt multorum motuum.

Ad vigeſimum dicendum, quòd quantò corpus in eminentiori loco eſt, tantò nobilius eſt ſecundum naturam: quia habet plus de ſpecie: ſpecies enim eſt in terminis, vt dicit Philoſophus: & ideò ſecundum altitudinem loci ſui naturalis conuenienter dicitur non receptus contumeliæ minorationis.

C Item obiicitur de aliis proprietatibus, & primò de hoc quod dicit ſemper motus: videtur enim falſum, nihil enim motum motu recto, ſemper mouetur, quia ſtat in termino motus: ſed ignis motus eſt rectus: quia ſurſum: ergo non mouetur ſemper.

2 Præterea, Nulla linea recta eſt infinita: ſed non poſſet moueri motu recto ſemper niſi eſſet linea recta infinita: quia in reflexione incidit quies media, vt dicit Philoſophus: ergo non ſemper eſt motus.

3 Præterea, Philoſophus probat in octauo phyſicorum, quòd ſolus motus circularis eſt perpetuus: hic autem non eſt motus ignis, ſed motus corporis primi, vt probatur in primo cæli & mundi: ergo non eſt ſemper motus.

4 Item videtur, quòd non ſit per ſe motus: ſicut enim probat Philoſophus contra Platonem, nihil eſt ſeipſum mouens: quod autem per ſe mouetur, ſe mouet: ergo ignis non eſt per ſe motus.

5 Præterea, Cum ſemper ſit ſibi præſens, ſi per ſe moueretur, ſemper moueretur: quod falſum eſt, cum quieſcat naturaliter in ſuo loco, vt probat Philoſophus.

6 Præterea, Nulla forma ſimplex eſſentialis poteſt mouere ſuam materiam, eò quod mouens eſt diſtinctum per eſſentiam à mobili, quod non conuenit formæ: nihil autem poteſt poni mouens ſi per ſe moueretur niſi forma: non ergo per ſe mouetur.

7 Item videtur non eſſe ſibi proprium quod ſit mouens alterum: omne enim generans tranſmutat alterum in ſpeciem ſuam: ſed quodlibet elementorum generat ſibi ſimile: ergo non ſolus ignis eſt mouens alterum.

8 Item, Quod eſt extra locum ſuum, comprehenditur, & non comprehendit: ignis autem frequenter eſt extra proprium locum: ergo non eſt comprehendens incomprehenſus.

9 Præterea, Omne quod corrumpitur, comprehenditur à virtute corrumpentis: ignis autem quandoque corrumpitur ab aliis: ergo comprehenditur non comprehendens.

10 Item, Dum eſt extra proprium locum, non poteſt ſaluari, niſi in materia aliena, qua conſumpta deficit: ergo non eſt ſibi proprium, quod ſit non indigens alterius.

11 Item, Quod creſcit ex ſeipſo, in infinitum creſcet, quia nunquam deficit ſibi vnde creſcat: ſed ignis non creſcit actu in infinitum: ergo non eſt latenter creſcens à ſeipſo.

12 Item, Ignis non ſuſcipit materiam propriam, ſed tantum alienam: omnis autem virtus materialis debilitatur in materia aliena: ergo ignis non manifeſtat creſcendo ſuam magnitudinem ad ſuſceptas materias.

13 Item, Eſſe actiuum in ſuum contrarium eſt maximè frigidi, quod eſt qualitas actiua, ſicut calidum, quæ eſt qualitas ignis: ergo non eſt proprium ignis eſſe actiuum.

14 Item, Potentia non manifeſtatur niſi per actionem: ergo idem videtur eſſe actiuum & potens.

15 Item, Ignis eſt in ſeipſo ſicut alia omnia elementa: ergo non videtur ſimul omnibus præſens.

16 Item quæritur, ſecundum quid accipiuntur iſtæ proprietates ignis?

Solutio. Dicendum ad primum, quòd ſemper moueri non conuenit igni motu proprio, ſed ſecundum quod eſt in ſphæra propria, & mouetur motu cæli: quia non ſolum eſt verum in orbibus, quod attingit inferius motum ſuperioris, ſed etiam in omnibus corporibus attingit inferius motum ſuperioris quantum poteſt: vnde quodlibet elementorum mouetur ab aliquo orbium, ignis autem à ſole & marte, vt dicit Rabi Moyſes: & motus talis non eſt rectus, ſed circularis: & ſic poteſt eſſe ſemper non à virtute intrinſeca ſemper mouente, ſed à virtute extrinſeca: & iſte motus eſt innaturalis igni, ſecundum quod eſt in ſpecie ſua, ſed naturalis, ſecundum quod eſt elementum: quia aliter non poſſet venire ad mixtionem niſi ex qualibet parte deferretur per radios ſolis. Et per hoc etiam patet ſolutio ad ſecundum & tertium.

Ad quartum dicendum, quòd dicitur per ſe motus ignis, ſecundum quod per ſe opponitur ad per accidens moueri, & non ſecundum quod opponitur ad ab alio moueri, mouetur enim à generante: ſed motus ſuus eſt conſequens formam, quia quantum accipit de forma, tantum accipit de motu naturali: & etiam eſt accidens per ſe eius, ſicut accidens ſpeciei, non accidens per accidens, ſicut accidens indiuidui: & propter hoc etiam dicitur naturalis quaſi naturam conſequens, vt in ſecundo phyſicorum dicit Philoſophus. Et per hoc patet ſolutio ad quintum & ſextum.

Ad ſeptimum dicendum, quòd calidum ſolum mouet ſimpliciter vt dans motum: frigidum autem mouet priuando motum: vnde etiam mouet ad centrum, vbi fit congregatio in immobilitatem, & non diffuſio: & quia principium calidi eſt ignis, vt dicit Philoſophus in ſecundo metaphyſicæ, ideò proprium eſt ſibi mouere ſimplex quid, quamuis etiam aliud ali-

quo modo agat. Et per hoc patet ſolutio ad octauum.

Ad nonum dicendum, quòd calidum per ſe habet mouere frigidum & comprehendere illud ſub propria ſua virtute, quamuis frigidum ſit priuatio, vt dicit Philoſophus in duodecimo de animalibus, & imperfectè habens actum. Quod autem frigidum quandoque comprehendat ignem in quo eſt calidum extra locum ſuum, eſt per accidens, ſcilicet per abundantiam frigidi ſuperabundantis virtutem parui calidi. Ipſe autem poſuit id quod per ſe ineſt. Et per hoc patet etiam ſolutio ad decimum.

Ad vndecimum dicendum, quòd licet extra ſphæram propriam indigeat aliena materia in qua multiplicet ſe, poteſt tamen eſſe in ſe vt in ſphæra ſua ſine aliena materia: & ideò non indiget alterius.

Ad duodecimum dicendum, quòd creſcit à ſeipſo, quia virtute ſua, & non quod in ipſo ſit materia ſui crementi: & ideò non creſcit niſi addito combuſtibili.

Ad decimum tertium dicendum, quòd licet in principio materia in quam agit, ſit aliena, & debiliter virtutem agentis reſiſtendo & in minori virtute recipiendo, in fine autem efficitur materia propria, & roboratur virtus ignis multiplicata materia: quia patiens eſt diſſimile in principio, ſimile autem in fine, vt dicit Philoſophus.

Ad decimumquartum dicendum, quòd ſolum calidum eſt ſimpliciter actiuum, vt priùs dictum eſt: & ideò ponitur proprium ignis.

Ad decimumquintum dicendum, quòd potens dicitur ſecundum virtutem in vltimo actus.

Ad decimumſextum dicendum, quòd ignis eſt in omnibus quodammodo: eſt enim in cælo per principium ſui: quia cum omnis alteratio reducatur ſicut in principium in alterans non alteratum, neque diſpoſitum per qualitates alterabiles, oportet in cælo eſſe principium omnium qualitatum actiuarum & paſſiuarum, ſicut mars principium eſt calidi & ſicci intemperati, & ſol temperati, vel etiam vlterius in aliquam ſtellarum fixarum, & ſimiliter: in aliis verò elementis & elementatis eſt per mixtionem ſecundum eſſe primum, quod eſt à forma ſubſtantiali, cum formæ ſubſtantiales miſcibilium remaneant in mixto, vt dicit Comment. & Auicen. aliter non reſolueretur mixtum in illa, nec agerent in mixto, cum omnis actio ſit à forma: ſed non eſt in eis ſecundum eſſe vltimum quod habet à qualitatibus actiuis & paſſiuis: & ideò eſt inuiſibiliter in eis & inſenſibiliter: in ſe verò eſt ſecundum eſſe primum & ſecundum & ſenſibiliter.

Ad decimumſeptimum dicendum, quòd plures proprietates ignis poſſunt inueniri, vt ipſe dicit, ſed quæ ponuntur, ſunt 33.

EXPOSITIO TEXTVS.

G Et accipiuntur ſic. Aut enim aliquid conſequitur ignem prout eſt in ſe, aut prout eſt in materia aliena. In ſe autem ignis eſt ſubtilis, lucidus, calidus, & leuis. Quod autem ſequitur ipſum inquantum eſt ſubtilis tantum, aut eſt in operatione ad ſenſum, & ſic eſt prima, de qua dicitur, *ignis quidem eſt ſenſibilis*, per effectum *in omnibus ſic dicendum* eſt: ſentiri enim in omnibus ineſt ſibi ratione ſubtilitatis, qua poteſt penetrare omnia, & conuenit maximè igneo cæleſti, vt dictum eſt. Aut ſequitur ſubtile per actum proprium, qui eſt penetrare partes & partes partium, vt dicitur in 2. de generatione, & ſic eſt ſecunda, quod *venit clarè*, id eſt, virtute lucis *per omnia*, & intelligitur de igneo cæli. Aut eſt per proprietatem, quæ eſt ſpiritualitas, & ſic eſt tertia, quod *remouetur ab omnibus* igneum cæli per ſubſtantiam, propter ſui ſpiritualitatem enim incorporatur, quamuis quandoque miſceatur per virtutem. Si autem ſequitur ignem inquantum eſt lucidus per ſe, & ſic eſt quarta, quod *ſimul eſt lucidus*, quantum eſt in ſe cum hoc quod dicetur. Aut ſequitur lucidum ſimul cum ſubtili, & hoc tripliciter: quia vel in comparatione ad materiam accidentalem, & ſic eſt quinta, ſcilicet quod ſimul cum hoc quod eſt lucidus in ſe *&* etiam *ipſe per ſeipſum non accumbente materia*, id eſt, ſecundum quod non adhæret alij materiæ *in qua manifeſtat propriam actionem*, quæ eſt lucere, *eſt quaſi occultus incognitus* nobis: quia propter ſui ſubtilitatem non ſubiacet viſibus noſtris, vt ſupradictum eſt. Vel ſecundum poſſe, & ſic eſt ſexta, quod eſt *immenſurabilis*, inquantum eſt virtus non determinata ad vnum tantum, vt commenſurata illis. Vel in comparatione ad viſum, & ſic eſt ſeptima, quod eſt *inuiſibilis* propter ſui ſubtilitatem. Si autem conſequitur ipſum inquantum eſt calidum, aut ſequitur calidum per ſe, aut calidum & lucidum ſimul. Si calidum per ſe, aut ſecundum poſſe materiæ, & ſic eſt octaua, ſcilicet quod eſt *per ſeipſum* ratione calidi, quod eſt per ſe actiuum, *potens omnium ſimul*, id eſt, in omnia corpora generabilia quæ ſunt materia eius, *& quæcunque ſiunt in ipſis*, ſcilicet corporibus, vt diſpoſitiones eorum *ad actionem propriam* ignis, id eſt, per actionem eius: quia cauſat agendo corpus & diſpoſitiones corporis. Aut conſequitur ſecundum actionem in alterum, & hoc tripliciter: quia vel quoad motum alterationis, & ſic eſt nona, ſcilicet quod eſt *mobilis*, id eſt, motiuus: aut quoad tranſmutationem ſubſtantialem alterius in ipſum, quæ eſt finis alterationis, & ſic eſt decima, ſcilicet quod eſt *tradens ſeipſum*, id eſt, formam ſuam *omnibus quoque modo proximantibus* ſibi per vniuocationem materiæ. Aut quoad ſalutem ſpeciei, quæ conſequitur generationem, & ſic eſt vndecima, ſcilicet quod eſt *renouatiuus* ſui in materia alterius ſe generando pro *cuſtodia*, id eſt, conſeruatione ſuæ naturæ in ſpecie. Si verò conſequitur calidum ſimul & lucidum, aut ex parte lucidi magis, & ſic eſt duodecima, ſcilicet quod eſt *illuminatiuus*, ſimul & tale faciens *ſplendoribus circumuelatis*, id eſt, circumpoſitis ſubſtantiæ eius, vt ab alio receptis. Aut eſt ex parte calidi magis prout eſt vſtiuum & conſumptiuum, & ſic eſt decimatertia, quod eſt *incomprehenſibilis*, ſcilicet ſecundum quod per conſumptionem rarefaciendo diſrumpit quod ipſum circunſtat. Aut ex parte vtriuſque, & ſic eſt decimaquarta, ſcilicet quod eſt *clarus*, inquantum per calorem ſegregatur ab impuris, quæ conſumendo mundat materiam, & participatione efficitur clarus. Si autem conſequitur vt

leuis,

locis, aut ſecundum terminum à quo, aut ſecundum terminum ad quem, aut ſecundum motum ipſum qui ſequitur leue. Si ſecundum terminum à quo, aut ſecundum ſeparationem à ſubſtantia infima, & ſic eſt decimaquinta, ſcilicet quod eſt *diſcretus*, ſeparans ad ſe ſubtilia ſibi ſimilia, & relinquens groſſa: aut ſecundum ſeparationem à locis infimis, & ſic eſt decimaſexta, *reſiliens*, vt ſuprà expoſitum eſt. Si verò ſecundum terminum ad quem, aut ſecundum motum ad illum, aut ſecundum locationem in eo. Si ſecundum motum, aut ex parte loci, & ſic eſt decimaſeptima, ſcilicet *ſurſum ferens* alia: vel latos à generante, aut ſecundum modum motus, & ſic eſt decimaoctaua, *acutè means*, id eſt, in acutum vadens. Si ſecundum locum in quo locatur, aut abſolutè, & ſic eſt decimanona, ſcilicet *excelſus*, propter ſublimitatem loci: aut comparando ad locum ignobilem, & ſic eſt vigeſima, ſcilicet quod *non eſt receptus* vt in loco contumelia minorationis, id eſt, ſecundum ignobilitatem qua minoretur dignitas eius, vt ſcilicet eſſet in infimo loco. Si verò ſecundum motum, aut ſecundum quod continuè eſt, & ſic eſt vigeſimaprima, ſcilicet quod eſt *ſemper motus*, aut ſecundum connaturalitatem, & ſic eſt vigeſimaſeconda, ſcilicet quod eſt *per ſeipſum motus*. Si autem conſequitur ignem prout eſt in materia aliena, aut abſolutè, aut comparatè. Si abſolutè, aut ſecundum effectum ſui in illa, aut ſecundum modum exiſtendi in ea, aut ſecundum principium agendi in ipſam. Si autem ſecundum effectum, aut qui eſt alterandi, & ſic eſt vigeſimatertia, ſcilicet quod eſt *mouens alterum*. Aut qui eſt vincendi, & ſic eſt vigeſimaquarta, ſcilicet quod eſt *comprehendens* alterum ſub virtute ſua vt nutrimentum ſuum, *incomprehenſus* ab aliis, quia alia ſunt materia eius. Si autem ſecundum modum exiſtendi, aut qui eſt ſibi in ſe, & ſic eſt vigeſimaquinta, ſcilicet quod ſic eſt in aliena materia, quòd tamen *non eſt indigens alterius*, cum poſſit etiam per ſe eſſe. Aut ſecundum modum ſui in altero, & hoc aut ſecundum virtutem augentem, & ſic eſt vigeſimaſexta, ſcilicet quod eſt *creſcens latenter à ſe ipſo*, id eſt, propria virtute: aut ſecundum materiam in qua augetur, & ſic eſt vigeſimaſeptima, ſcilicet quod eſt *manifeſtans ſuimet magnitudinem* virtutis *ad ſuſceptas materias*. Si autem ſecundum principium agendi, aut per ſe, aut ſecundum quod eſt occultatus. Si per ſe, aut eſt in manifeſto, aut quantum ad agendum tantum, & ſic eſt vigeſimaoctaua, ſcilicet quod eſt *actiuus*. Aut ad vincendum per actionem, & ſic eſt vigeſimanona, ſcilicet quod eſt *potens*, ſecundum virtutem agendi. Aut ſecundum vtilitatem, & ſic eſt trigeſima, ſcilicet quod eſt *præſens ſimul omnibus* per mixtionem *inuiſibiliter*, quia non ſecundum quod eſſe, ſed ſecundum quod eſt in qualitatibus ſenſibilibus. Si autem ſecundum finem actionis, prout eſt debilitatus: aut ſecundum facilitatem adiutorij, & ſic eſt trigeſimaprima, ſcilicet quod *neglectus*, inquantum tegitur cineribus, *putatur non eſſe*: *autem*, id eſt, ſed *attritu*, id eſt, per terſionem cinerum eſt *ſubito relucens connaturaliter & propriè ſibi*, & hoc *ſicut quædam vindicta* ſuæ deſpectionis. Aut ſecundum conformitatem adiuti, & ſic eſt trigeſimaſecunda, ſcilicet quod *iterum* poſt occultationem eſt *incomprehenſibiliter impalpabilis*, id eſt, non comprehenditur tactu, propter vehementiam & exceſſum qualitatis ſoluendo proportionem ſenſus. Si autem ſequitur principium agendi comparati ad ſtatum ante actionem, & ſic eſt trigeſimatertia, ſcilicet quod *non* eſt *minimus in* [illegible] *ditiſſimis traditionibus ſuimet*, id eſt, quod abundanter aliis de ſe communicat. *Et fortaſſis quis*, id eſt, aliquis *inueniet multas pulchras proprietates ignis*, decentes ſpiritualia, *vt*, id eſt, ſicut eſt poſſibile, *in ſenſibilibus imaginibus*, id eſt, ſimilitudinibus *diuinæ operationis*.

Hoc ergo ſcientes theoſophi, cæleſtes eſſentias ex igne conformant, ſignificantes deiforme earum, & (quantum poſſibile) Dei imitabile. Sed & humaniformes ipſas deſcribunt propter intellectuale & ſurſum habendo intuitiuas virtutes, & figuræ rectum & luculentum, & ſecundum naturam principale & regale, & ſecundum ſenſum minimum quidem quantum ad reliquas virtutes irrationabilium animalium. Omnium verò potens ſecundum intellectus magnitudinem, virtute, & ſecundum rationabilem ſcientiam continuitate, & ſecundum naturam animæ liberum & potentiſſimum. 4.

DIVISIO TEXTVS.

Ergo theoſophi, &c.

ID eſt diuina ſapientes *ſcientes hoc*, id eſt, proprietates ignis, *conformant*, id eſt, figurant *cæleſtes eſſentias*, ſcilicet Angelos, *ex igne ſignificantes* per hoc *deiforme & Dei imitabile, quantum poſſibile* eſt eis, id eſt, quod Deo ſimiles ſunt & ipſum imitantur, qui per ignem ſæpè deſcribitur, *ipſas deſcribunt, &c.* Hîc oſtendit ſpeciales figuras. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de humana figura, & his quæ circunſtant ipſam. In ſecunda de figuris irrationabilibus in quibus quandoque apparent, ibi, *Ipſos etiam ventos nominari*. Prima in tres. In prima ponit proprietates hominis, ibi, vbi oſtendit quid ſignificet figura humana quæ eis aptatur. In ſecunda agit de partibus hominis, ibi, *Eſt autem & per ſingula*. In tertia de his quæ circunſtant hominem, vt veſtes & inſtrumenta, ibi, *Nudum quoque, &c.* A

DVBIVM.

Ponit ergo in prima parte nouem proprietates hominis. Sed dubium eſt hîc de vna B

earum, ſcilicet quod eſt minimum ſecundum ſenſum: videtur enim falſum eſſe: quia ſicut dicit Philoſophus in 2. de anima, quòd ſenſum tactus habet homo certiſſimum, & in lib. de ſenſu & ſenſato, addit quòd habet eum veriorem aliis animalibus: ergo non habet minimum de ſenſu.

2 Præterea, Quantò complexio eſt magis redacta ad medium, tantò eſt melior tactus: quia cum nihil ſentiat ſibi ſimile, ſed id quod eſt in potentia, quantò magis eſt in medio, tantò maióres differentias cognoſcet: ſed homo eſt maximè reductus ad comp exionem mediam: quia ſicut forma ſua eſt ſimillima formæ cæli, cum ſit proportio formæ ad materiam, oportet etiam, quòd corpus ſit ſimillimum corpori cæli, quod caret contrarietate, vt probat Auicenna: ergo homo optimum tactum habet, & ſic idem quod prius.

3 Præterea, Bonitas complexionis eſt ſignum bonitatis cognitionis, ingenij, & memoriæ, vt dicit Philoſophus, quòd molles carne apti mente ſunt: ſed homo excellit omnia in cognitione: ergo habet complexionem maximè in medio, & ſic optimum tactum.

4 Si dicatur, quod licet habeat optimum tactum, tamen deficit in aliis ſenſibus. Contra: Tactus eſt fundamentum aliorum ſenſuum, propter quod dicitur in lib. de ſomno & vigilia, quòd immobilitato organo tactus, immobilitantur etiam omnia alia: ſi ergo homo habet optimum tactum, excedit etiam in aliis ſenſibus.

5 Præterea, Homo inter omnia animalia plura accipit per ſenſum: accipit enim ſenſibilia propria & communia & per accidens & intentiones acceptas cum ſenſu non à ſenſu, & iterum intentionem abſtractam, in qua omnia alia ab ipſo deficiunt, licet quædam de aliis plura vel pauciora participent, ſecundum quod nobiliora ſunt: ergo homo maximum eſt in ſenſu.

6 Item quæritur, ſecundum quid accipiuntur iſtæ proprietates?

Solutio. Dicimus, quòd Commen. dupliciter exponit hoc. Et prima expoſitio eſt, quòd dicitur homo minimum ſecundum ſenſum, non reſpectu aliorum animalium, ſed reſpectu alterius perfectionis in ipſo: quia magis eſt in ipſo intellectus, ſecundum quem eſt homo. In nobis enim, inquit, modicum eſt ſenſibile: non enim per illud conſiſtimus, ſed per intellectuale. Sed hæc expoſitio non videtur eſſe de intentione Auctoris. Alia expoſitio eſt, quòd reſpectu aliorum animalium homo eſt minimum in virtute ſentiendi: ſed hoc intelligendum eſt de his quæ ſunt tantum ſenſus, ſcilicet alij præter tactum, non quòd omnia animalia ſecundum quemlibet illorum excedant hominem, ſed ſecundum quemlibet aliqua, canes ſecundum olfactum, & lupi ſecundum auditum vel apri, & aquila ſecundum viſum. Tactus autem quatuor habet comparationes: poteſt enim accipi in comparatione ad ſenſibile, cuius diſcretionem accipit, & ſic eſt ſenſus diuiſus contra alios: vel comparatione ad ſentientem, & hoc dupliciter, vel ſecundum quod eſt natura animalis, quia ab hoc ſenſu eſt animal, vt dicit Philoſophus & Auic. vel ad minus naturam ſignificans: aut ſecundum quod eſt naturam conſequens, & hoc dupliciter, vel ſecundum comparationem ad organum in ſe, & ſic eſt indicium bonæ complexionis, & per conſequens bonæ cognitionis: aut in comparatione ad organa aliorum ſenſuum, & ſic eſt fundamentum aliorum ſenſuum, quia omnia eorum organa fundantur ſuper neruum tactus, & ſic patet quod non tantum accipitur in ratione ſenſus: & ideò non eſt inſtantia in ipſo, quamuis maximæ virtutis ſit in homine. Similiter & guſtus inquantum eſt ſenſus alimenti, prout eſt tactus quidam: ſecundum verò diſcretionem differentiarum ſaporis, quæ conſequuntur ſe cum differentiis odoris, eſt ſubtilior in aliis, quæ ſunt melioris olfactus, ſicut canes qui nutriuntur de pane cum ſudore hominis, conſueſcunt diſcernere odores diuerſorum hominum ex diuerſitate ſaporum, & inueniunt latrones per odores eorum, ex ſubtiliſſimis odoribus relictis in veſtigiis, qui ſunt inſenſibiles nobis, eis autem ſenſibiles. Item etiam ſicut experimento probatum eſt, canes per ſapores cognoſcunt cuius animalis ſit caro, vnde viſum eſt, quòd latrant & refugiunt à carnibus lupinis coctis. Vnde concedimus tria prima.

Ad quartum dicendum, quòd licet omnes ſenſus fundentur ſuper organum tactus, tamen conſequitur vnumquodque ſuam virtutem per ſpiritus & diſpoſitionem organorum, quæ in aliis melius eſſe poſſunt quam in homine.

Ad quintum dicendum, quòd ſenſitiuum hominis habet quandam virtutem ſecundum quod coniungitur rationi, & in illa excedit, licet in his quæ ſenſus tantum ſunt, deficiat.

Ad ſextum dicendum, quòd proprietates iſtæ ſic accipiuntur: quia aut conſequuntur hominem in comparatione ad aliud, & ſic eſt quinta: aut in ſe abſolutè, & ſic dupliciter, vel ſecundum extrinſecum, vel ſecundum intrinſecum. Si ſecundum extrinſecum, ſecundum partem ſcilicet viſiuam, & ſic eſt ſecunda: aut ſecundum totum, & hoc dupliciter, vel ſecundum quantitatem, prout ſtat ſub figura, & ſic eſt tertia: vel ſecundum qualitatem, & ſic eſt quarta. Si verò ſecundum interius, aut ſecundum ſenſum, & ſic eſt ſexta: aut ſecundum intellectum, & hoc dupliciter: vel ſecundum ſuperius, vel ſecundum inferius. Secundum ſuperius, ſcilicet ſecundum quod participat cum intellectuali natura, vt horizon intellectualis naturæ, & ſic eſt prima: vel ſecundum inferius, ſcilicet prout eſt inferioris cognitionis à ſuperiori natura: & hoc dupliciter, vel ſecundum ſpeculationem, & ſic eſt octaua: vel ſecundum motum, & hoc dupliciter, vel ſecundum intellectum practicum, & ſic eſt ſeptima, vel ſecundum voluntatem, & ſic eſt nona.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. Non ſolum in figura ignea cæleſtes eſſentias deſcribunt Theoſophi, *ſed &c.* id eſt, etiam *deſcribunt ipſas humaniformes*, id eſt, in forma hominum *propter intellectuale* hominis, & hæc eſt prima proprietas, ſecundum quod eſt horizon intellectualis naturæ: *& iterum propter ſurſum habendo intuitiuas virtutes*, id eſt, viſiuas, C

hoc

hoc eſt, propter hoc quod habet virtutem intuendi ſupra ſe, quantuin ad figuram, & hæc eſt ſecunda quantum ad partem viſiuam: *&* iterum propter *rectum figuræ* eius, quia ſolus inter cætera animalia incedit rectus, quod eſt propter calorem cordis, vt dicit Philoſophus, & hæc eſt tertia, ſecundum quantitatem ſtantem ſub figura: *&* propter *luculentum*, id eſt, hilarem faciem eius, & hæc eſt quarta, ſecundom qualitatem vultus ſui: *&* etiam propter *principale & regale ſecundum naturam*, id eſt, propter hoc quod naturaliter aliis animalibus præeſt, & regit ea, vt dicitur Gen. 2. vt præſit piſcibus, &c. & hæc eſt quinta, in comparatione ad alia: *&* etiam propter hoc quod *quidem*, id eſt, certè eſt *minimum ſecundum ſenſum*, non quod habeat pauciores ſenſus, ſed *quantum ad reliquas virtutes irrationalium animalium*, quæ ſunt maioris virtutis in ſentiendo ſecondum ſenſum, & hæc eſt ſexta: *verò*, id eſt, ſed eſt *omnipotens virtute ſecundum magnitudinem intellectus* practici, per quem habet virtutem faciendi ſibi neceſſaria ad vitam vel defenſionem: & ideò non dedit ſibi arma natura ſicut aliis animalibus, vt dicitur in lib. de animalibus: & hæc eſt ſeptima, ſecundom intellectum practicum: & etiam eſt potens *continuatæ ſecundum rationalem ſcientiam*, & ſecundum quod continuè deducit cauſas in cauſatum: ſic enim accipitur hîc ratio, & hæc pertinet ad ſpeculationem tantum, & eſt octaua: *&* etiam eſt *liberum & potentiſſimum ſecundum naturam animæ*, & hæc pertinet ad voluntatem, cuius eſt primò libertas, & eſt potentiſſima ſecundum quod cogi non poteſt, & eſt nona proprietas.

5. Eſt autem & per ſingula (vt æſtimo) corporalis noſtræ multiplicis partitionis inuenire cæleſtes virtutes, dicentes conſpectiuas quidem ſignificare virtutes, ipſum ad diuina luminaria clariſſimum reſpectum, & iterum teneram & liquidam & non repercuſſam, ſed acutè mobilem, & puram, & planam impaſſibiliter diuinatum ſuſceptionem illuminationum. Olfactuum verò diſcretiuas virtutes, illud ſuper intellectum ſuaue olentis diſtributionis (quantum poſſibile) receptiuum, & eorum quæ ſic non ſunt, per ſcientiam diſcretiuum & omninò refugitiuum.

*

DIVISIO TEXTVS.

Eſt autem & per ſingula, &c.

A Poſitis ſoperius proprietatibos hominis per quas humana forma Angelis circumponitur, in parte iſta incipit ponere proprietates partium hominis, ſecundum quas ſunt figuræ ſpiritualium ſubſtantiarum. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de partibus quæ ſunt organa ſenſuum. In ſecunda de aliis organicis partibus, ibi, *Iuuenilem vero*. Prima iterum in duas. In prima ponit proprietates ſecundum quinque ſenſus corporis. In ſecunda parte determinat de partibos cuſtodientibus principales ſenſos, ibi, *Palpebras*, &c.

DVBIA.

B Circa primum quæruntur duo de ſenſibus in communi, ſecundum quod ad præſens pertinet. Primò, Vtrum in Angelis debeant diuerſi ſenſus diſtingui. Secundò de numero eorum.

Circa primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd in Angelis non debeant diuerſi ſenſus diſtingui: ſicut enim vult Auguſtinus, viſus & auditus ad exterius quidem relati, ſunt plures: relati autem ad intellectum, ſunt vnum. Cum igitur in Angelis ſint ſenſus tantum ſecundum intellectum, non debent in eis plures ſenſus aſſignari. *Dubium 1.*

2 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus, Intellectus eſt qui eſt omnia facere, & non tantum viſibilia & audibilia: ergo cum in Angelis non ſit cognitio niſi intellectiua, non habent diſtinctas acceptiones ſenſibilium: ergo non debent in eis aſſignari plures ſenſus.

3 Præterea, Omnis potentia ſuperior poteſt quicquid poteſt inferior, & eſt formalis reſpectu omnium inferiorum, & per conſequens colligit in ſe omnia inferiora: ſed intellectus eſt ſuprema potentia: ergo omnes ſenſus vnitè colliguntur in ipſo, & ſic idem quod prius.

4 Præterea, Sicut dicit Baſilius ſuper principium Prouerbiorum, Senſus in ſpiritualibus eſt intellectus relatus ad præſens: ſed intellectus non diuerſificatur ſecundum diuerſa præſentia accepta: ergo ſenſus in ſpiritualibus non ſunt plures.

5 Præterea, Diuerſi ſenſus ſunt propter hoc quod diuerſa ſunt ſenſibilia ad materiam relata: ſed intellectus denudatus eſt à materia: ergo omnia ſenſibilia ſine diſtinctione cognoſcit intellectus: ergo non debent diſtingui ſenſus in Angelis, quæ ſunt intellectuales naturæ.

Ad oppoſitum. Potentiæ paſſiuæ diuerſificantur ſecundum diuerſa actiua diuerſas paſſiones inferentia: cum igitur ſenſibilia ſint nata inferre paſſiones, videtur quòd ſit aliqua diuerſitas in intellectu recipiente diſtinctionem cognitionis ex ipſis.

Solutio. Dicendum, quòd ſenſus in Angelis propriè non ſunt, ſed metaphoricè, quamuis quidam dicant eſſe potentiam ſenſitiuam & organa & in anima ſeparata & in Angelis: ſed hoc ridiculum eſt. Vnde dicimus, quod dici-

tur ſenſus in ſpirituali natura, intellectus rei præſentis: propter ſimilem modum accipiendi ad ſenſum. Sic igitur dicto ſenſu in Angelis, non diſtinguuntur plures ſenſus ſecundum potentiam intellectus, ſed ſecundum actum eius: non enim diuerſa vel idem diuerſis rationibus cognoſcitur à diuerſis potentiis intellectiuis, ſed ab eodem ſecundum diuerſos actus, non tamen ſecundum ſubſtantiam actus differens, ſed ſecundum formam actuum qui ſunt in diuerſis rationibus obiectorum. Sic ergo concedimus primas quinque rationes concludentes intellectum ſecundum potentiam non diſtingui.

Ad id verò quod in contrarium obiicitur, dicendum quòd hoc tenet in potentiis quæ ſunt tantum paſſiuæ, ſicut ſunt potentiæ ſenſus: ſed intellectus eſt etiam actiuus: intellectus enim agens facit omnes formas in ratione ſimplicitatis vt recipiantur in poſſibili intellectu.

C Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd ſenſus ſpirituales non poſſint diuidi ſecundum diuiſionem ſenſus corporalis: *Dubium 2.* diuiduntur enim ſenſus corporales per hoc quod quidam cognoſcant rem diſtantem per medium extrinſecum, vt viſus, & auditus, & olfactus: & quidam rem ſibi coniunctam per medium intrinſecum: ſed omnibus Angelis coniunctum eſt beatificans: ergo in eis non poteſt eſſe talis diſtinctio ſenſuum.

Solutio. Dicendum, quòd ſenſus corporales dupliciter poſſunt diſtingui, aut penes id quod eſſentialiter diſtinguit ipſos, ſcilicet per diuerſa obiecta, ſicut eſt in omnibus paſſiuis eſſentialis diſtinctio per actiua, eò quod paſſiuorum ſunt actus actiuorum: per actus autem eſt eſſentialis diuerſitas rerum. Poteſt etiam eorum diſtinctio ſumi per proprietates conſequentes, ſicut quod quidam accipiuntur per medium extrinſecum, & quidam per intrinſecum. Sed hæc diuiſio non eſt eſſentialis: quia ſi viſus per medium intrinſecum ſentiret, adhuc diſtingueretur à tactu per diuerſas rationes obiectorum. Vnde ex ſimilitudine ſenſuum corporalium diſtinctorum ex diuerſa ratione obiecti, ſumimus diſtinctionem ſenſuum ſpiritualium: non enim propriè dicuntur de eis, vt dictum eſt. Poteſt igitur intellectus accipere ſuum obiectum maximè diſtans ſub ratione veri, aut ſub ratione boni. Sub ratione autem veri accipit, accipiendo rem ipſam in ſe, & ſic eſt viſus ſpiritualis, ſic etiam viſui corporali res ipſa offertur: aut ſub quibuſdam ſignis, ſcilicet ſpeciebus & creatis immiſſis à Deo in intellectus agentes ad voluntatem eius cognoſcendam, & ſic eſt auditus, ſicut etiam auditus corporalis accipit rem vt contingit ipſam ſignificari per vocem. Si verò in ratione boni, aut prout coniungitur ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum quod recipit ab ipſo quaſdam ſuaues emanationes, & ſic eſt ſpiritualis olfactus, ad modum quo corporalis odoratus percipit ſuauitatem corporis odoriferi, vel ſecundum fumalem euaporationem, aut tantum ſecundum ſpiritualem tranſmutationem qualitatis, ſcilicet odoris. Si verò ſecundum quod coniungitur ſecundum ſubſtantiam, aut recipit ſubſtantiam eius intra ſe, & ſic eſt ſpiritualis guſtus, prout contingit ipſis frui Deo exiſtente in ipſis per gloriam, ſicut etiam corporalis guſtus eſt ſenſus alimenti: aut ſecundum quod coniungitur ſecundum ſubſtantiam, vt extra ipſum exiſtentem, & ſic eſt ſpiritualis tactus, ad ſimilitudinem etiam corporalis.

D Hæc avtem pars in qua determinat de proprietatibus ſenſuum, diuiditur in quinque partes ſecundum quod ſunt quinque ſenſus. Et primò agit de viſu. Secundò de olfactu. Tertiò de auditu. Quartò de guſtu. Quintò de tactu. *Dubium 3.* Ponit autem octo proprietates viſus. Et dubitatur de prima, quòd ſcilicet viſus in eis ſignificat reſpectum ad diuina luminaria. Luminare enim, vt dicit Damaſcenus, eſt vas luminis: & ita oportet, quòd ſit in eis compoſitio, luminis ſcilicet & corporis habentis lumen: in diuinis autem non eſt compoſitio: ergo non debuit dicere luminaria.

2 Præterea, Luminaria videntur propter accidens ſuum, ſcilicet lumen, quod per ſe videtur: cum igitur Deus ſeipſo videatur, debuit dicere diuinum lumen, & non luminare.

Solutio. Dicimus, quòd Dionyſius poſuit iſtam proprietatem de viſu ſpirituali, ſecundum quod huiuſmodi diuiſus eſt contra corporalem: ſicut enim in viſu corporali non ſiſtitur in lumine recepto, ſed per id refertur in id à quo procedit lumen, ita etiam viſu ſpirituali lumen diuinum, quod eſt theophania, ſub quo videtur, ducit in viſionem Dei: & ideò poſuit luminare, quod vtrumque nominat, & lumen ſcilicet & emittens lumen.

Ad primum verò dicendum, quòd licet in Deo non ſit compoſitio rerum, eſt tamen in eo pluralitas rationum.

Ad ſecundum dicendum, quòd viſus corporalis per ſe obiectum eſt qualitas, per accidens eſt ſubſtantia: intellectus autem (qui viſus eſt interior) per ſe obiectum eſt ſubſtantia, & omnia alia ordinantur ad cognitionem eius: & ideò potius dixit lumen luminare quam lumen.

Poſſunt autem proprietates iſtæ ſic accipi. Proprietas enim viſus aut conſequitur ipſum abſolutè, aut comparatè ad obiectum. Si abſolutè, aut prout eſt in actu, & ſic eſt prima: aut prout eſt in organo, & hoc dupliciter, aut ſecundum lumen reddere alteri, & ſic eſt tertia: aut ſecundum lumen recipere, & hoc dupliciter, ſecundum id quod eſt cauſans eſſentialiter bonam receptionem, & ſic eſt ſecunda: aut ſecundum diſpoſitiones conſequentes, vel ſecundum interius, & ſic eſt ſexta: vel ſecundum exterius organum, & ſic eſt ſeptima. Si autem ſecundum comparationem ad obiectum, aut quantum ad comparationem organi ad obiectum, & ſic eſt quinta: aut ſecundum exceſſum obiecti, & hoc dupliciter, vel quantum ad formam ipſam, & ſic eſt quarta: vel quantum ad impreſſionem conſequentem, & ſic octaua.

EXPOSITIO TEXTVS.

E Litera ſic legatur, Per prædictas proprietates deſcribuntur Angeli in forma humana. *Autem*, id eſt, ſed *eſt*, id eſt, contingit, *vt alſimo inuenire caleſtes virtutes*, id eſt, Angelos, *&*, id eſt, etiam *per ſingula noſtra multiplicis partitionis corporalis*, id eſt, omnibus partibus corporis noſtri figuratas. Hoc dico contingit inuenire

nire nos, *dicentes virtutes conſpectiuas*, id eſt, viſiuas quæ eis circumformantur, *quidem*, id eſt, certè, *ſignificare ipſum clariſſimum reſpectum*, id eſt, intuitum eorum qui eſt actus viſus, *ad diuina luminaria*: hoc expoſitum eſt per obiectum, & hæc eſt prima proprietas: *& iterum* dicimus hoc ſignificare *ſuſceptionem diuinarum illuminationum teneram*, id eſt, humidam, ſecundum quod organum eſt benè receptiuum: *& etiam liquidam* & bene reddentem alteri, ſicut liquidum diffunditur ad altera, & hæc eſt tertia: oportet enim organum eſſe viſus bene receptiuum, propter quod eſt humidum, & iterum tenentium formarum, & propter hoc eſt conſiſtentium partium, & non aëris, ſed aquæ, vt dicitur in libro de ſenſu & ſenſato, & oportet etiam, quòd reddat ſpecies ſuas aliis virtutibus, ſcilicet ſenſui communi, & deinceps, & ob hoc eſt peruium. Sed ſecundum hoc videtur, quòd non conueniat ſpirituali viſui, cum non ſit alia potentia prior intellectiua. Et dicendum, quòd etiam intellectus reddit voluntati nuntiando formam qua mouenda ſit. *Et* ſuſceptionem dico, *non repercuſſam*: viſus enim debilis repercutitur à luce excellenti, vtpote non potens in illam: & etiam noſter intellectus repercutitur à luce diuina, ſed non intellectus Angelorum intuentium ipſum immediatè: & ſic eſt quarta, per comparationem ad obiectum ſecundum exceſſum. Non talem dico, ſed *acutè mobilem, & puram & planam*. Omnis enim oculus circularis eſt, & ex hoc habet quod ſit mobilis. In acutum autem mouetur ſecundum quod radij congregantur in pupilla, & ex hoc confortatur ad cognoſcendum ſpeciem obiecti, & ſignificat in Angelis ſubtilem intuitionem intellectus: & hæc eſt quinta, ſecundum propoſitionem ad obiectum. *Et* ſuſceptionem dico *puram*, inquantum humor cryſtallinus qui intus continetur, ſegregatus eſt ab omni terreſtri, per quod impediretur ad receptionem: & ſic eſt ſexta. *Et planam*, ſecundum quod tunicæ exterioris vna pars alteri non ſupereminet: ſi enim ſupereminetet vna, obumbraret alteram, & ſic impediret receptionem ſpecierum: & hæc eſt ſeptima. Suſceptionem dico *impaſſibiliter*: per hoc enim quod oculus ſphæricus eſt, congregantur radij ad punctum vnum: & ideò eliciunt calorem, ſicut elicitur ignis de cryſtallo rotundo, & ex calore reſoluitur humor, & lacrymantur oculi: & tantum poteſt intendi lux, quod corrumpitur viſus. Hæc autem paſſio non poteſt contingere in Angelis, & hæc eſt octaua. *Olfactiuum verò*. Hic oſtendit quomodo conuenit eis olfactus.

D V B I V M.

F Sed circa hoc eſt dubitatio de ordine. Auditus enim altior eſt odoratu, vt dicitur in libro de ſenſu & ſenſato: ergo prius debuit ponere auditum, quam odoratum. Si dicatur, quòd odoratus eſt magis neceſſarius ad eſſe animalis, quia ſpecies odorum ſequuntur ſpeciem ſaporum: tunc videretur, quòd tactum prius ponere debuerit, quem vltimò ponit.

2 Præterea, Auditus & viſus diſciplinæ ſenſus ſunt, quorum vnus deſeruit inuentioni propriæ, & alius doctrinæ: ergo eos immediatè ordinare debuit.

3 Præterea, Viſus & auditus, vt dicit Philoſophus, omnium corporum ſunt cognoſcitiui, alter per ſe, ſcilicet viſus, alter per accidens, inquantum res ſignificabilis eſt voce: olfactus autem nullo modo ſe habet ad omnia: ergo immediatè poſt viſum debuit ponere auditum, & non olfactum.

Solutio. Dicimus, quòd Dionyſius aliter ordinat ſenſus ſpirituales quam à Philoſophis ordinentur ſenſus corporales: quia enim auditus ſpiritualis eſt perceptiuus veri ſub ſigno, olfactus verò ſpiritualis eſt perceptiuus boni per ſuauem emanationem ſignificantem ipſum, bonum autem altius collocat ſpiritualiter quam verum, ideò prius ordinauit olfactum quam auditum. Tactus & guſtus propter hoc quod omninò materiales ſunt, vltimò ordinantur, & viſus primò propter ſui ſubtilitatem. Rationes autem procedunt de auditu & olfactu corporalibus.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. *Verò*, id eſt, ſed nos dicentes in Angelis *virtutes diſcretiuas olfactuum*, id eſt, odoratiuus ſignificare *illud receptiuum* eorum, *quantum poſſibile* eſt eis, id eſt, virtutem receptiuam *diſtributionis olentis ſuauitatis*, id eſt, ſuauitei, quæ eſt *ſuper intellectum*, quantum ad principium: & hæc eſt ſimilitudo diuinæ bonitatis ſuauiter olfactum afficiens: *& etiam ſignificare diſcretiuum per ſcientiam eorum quæ non ſunt ſic*, ſcilicet ſuaue olentia, *& omnium refugitiuum* eorum. Vnde legitur in vitis patrum, quòd quibuſdam monachis iuxta cadauer obturantibus nares, Angeli ſepelierunt, & poſtmodum inuenientibus quendam decorum iuuenem, Angeli nares obturare viſi ſunt, & dixerunt interrogantibus cur hoc facerent, quod ſicut illis fœtebant cadauera, ita ſibi fœtebant vitia. G

Aurium verò virtutes, illud participeps & gnoſticum diuinæ inſpirationis ſuſceptiuum. Guſtatiuas autem inuiſibilium eſcarum plenitudinem, & diuinarum & alentium promotuum ſuſceptiuum. Tactiuas verò conuenientis aut nocentis per ſcientiam diſcretiuum. Palpebras deindè & ſupercilia diuinarum viſionum & intelligentiæ cuſtoditiuum. Iuuenilem verò & adultam ætatem, illud innouantis ſemper vitalis virtutis. Dentes autem diuiſiuum inditæ nutrientis perfectionis. Vnaquæque enim eſſentia intellectualis donatam ſibi à diuiniore vniformem intelligentiam prouida virtute diuidit & multipli- 6.

ear ad inferioris ductricem analogiam. Humeros autem & brachia, & iterum manus, factiuum & operatiuum & actiuum. Cor verò ſymbolum eſſe deiformis vitæ, propriam vitalem virtutem deiformiter in ea quæ præintellecta ſunt, ſeminantis. Pectora iterum ſignificare durum & cuſtoditiuum, vt à ſuppoſito corde viuificæ diſtributionis. Dorſa verò continuum ſimul cunctarum fertilium virtutum. Pedes autem mobile & velox & curſile in diuina ſemper euntis motionis: propter quod & pennatos Theologia ſanctorum intellectuum figurauit pedes. Pennatum namque ſignat anagogicam velocitatem, & cæleſtis ſurſum verſus itineris actiuum, & ab omni humili per ſurſum ferens remotum. Ipſa verò pennarum leuitas nihil terrenum, ſed totum mundè & ſine grauitate in excelſum aſcendens.

D V B I V M.

Aurium verò, &c.

A SEd videtur, quòd ſuperfluit ponere auditum in eis: quia de organo auditus ſecundum idem obiectum poſſunt accipi potentiæ plures: ſed ſecundum verum accipitur tam viſus quam auditus ſpiritualis, vt dictum eſt: ergo ponendo viſum non debuit in eis ponere auditum.

2 Præterea, Auditus deſeruit doctrinæ, vt dicit Philoſophus: ſed ſicut dicit Iere. 31. Non docebit vir proximum ſuum: omnes enim cognoſcent me, &c. & multò magis hoc in Angelis verum videtur: ergo non eſt in eis auditus.

3 Præterea, Auditus percipit cum diſtantia per medium extrinſecum: ſed Angeli non ſunt diſtantes à ſuo beatificante: ergo reſpectu eius non conuenit eis auditus.

Solutio. Dicimus, quòd ſicut ſupra dictum eſt, auditus ſpiritualis Angelorum eſt quo percipiunt primum verum ſub ſignis quibuſdam, ſcilicet ſpeciebus, ſcilicet creatis. Vnde dicendum ad primum, quòd verum per ſe & ſub ſigno acceptum eſt in diuerſa ratione obiecti, ſicut etiam eædem res corporalis percipitur diuerſis ſenſibus ſecundum diuerſa.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet non ſit in eis doctrina qua vnus doceat alium pertinentia ad eſſe beatitudinis, illuminat tamen vnus alium de his quæ pertinent ad diſpenſationem myſteriorum Eccleſiæ, & diſpoſitionem mundi, vt ſæpè dictum eſt, quamuis ſecundum omnia ſaluetur in eis ratio doctrinæ per receptionem à Deo, ſecundum eius perceptionem maximè diſtinguuntur ſenſus ſpirituales in Angelis.

Ad tertium dicendum, quòd quamuis in eis non ſit diſtantia localis, eſt tamen in eis diſtantia per eſſentiam.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic legatur. *Verò*, id eſt, ſed *virtutes aurium*, ſcilicet auditiuas ſignificare *illud ſuſceptiuum*, id eſt, virtutem Angelorum ſuſcipientem *particeps & gnoſticum*, id eſt, cognoſcitiuum *diuinæ inſpirationis*, id eſt, acceptionis voluntatis eius per aliqua ſigna: ſicut enim dicit Gre. Deus loquitur inſpirando. *Guſtatiuas, &c.* Hic determinat de guſtu, dicens: *Autem*, id eſt, ſed dicimus *guſtatiuas* virtutes in Angelis ſignificare *plenitudinem*, id eſt, abundantem repletionem *eſcarum*, id eſt, refectionum *inuiſibilium* viſu corporali, *& diuinarum*, inquantum diuina participatione & fruuntur & ſuſtentantur. Et ſignificare etiam *ſuſceptiuum*, id eſt, virtutem eorum ſuſceptiuam *promotiuum*, id eſt, ſpiritualium augmentorum, quibus continuè innouantur nouis illuminationibus, *& alentium*, id eſt, qui alimentum ſunt. Et quia guſtus eſt ſenſus alimenti, ponit duo quæ alimento perficiuntur: nutrit enim ſecundum quod eſt potentia caro, & quantum ad hoc dixit eſcarum, & auget ſecundum quod quanta, & ideò dixit promotiuum. B

D V B I V M.

Sed hic eſt dubitatio. Guſtus ſecundum quod eſt ſenſus alimenti, eſt tactus quidam: non ergo ſecundum hoc debuiſſet determinare de ipſo ſeparatim à tactu. C

2 Præterea, Guſtus eſt propter indigentiam: hæc autem non eſt in Angelis: ergo non eſt in eis aliquis guſtus.

3 Præterea, Iſtæ figuræ non circumformantur Angelis niſi ad noſtram inſtructionem: ſed per hoc quod dicuntur guſtare, eſt cauſa erroris credentium eos corporali cibo vti: ergo guſtus non deberet eis attribui.

Et dicendum ad primum, quòd guſtus etiam ſecundum quod eſt ſenſus alimenti, differt à tactu in duobus, ſcilicet organo, quia non in qualibet parte tactus eſt guſtus: & etiam virtute, quia guſtus circa alimenta habet iudicium ſaporum, quod non habet tactus: & ideò de eis ſeparatim determinari debuit.

Ad ſecundum dicendum, quòd in Angelis ſicut & in qualibet alia creatura eſt indigentia vt teneantur in eſſe per cauſam primam: & ideò indigent talibus eſcis.

Ad tertium dicendum, quòd ex omnibus ſimilibus malè acceptis poteſt eſſe cauſa erroris, ſi tamen debito modo accipiuntur, non ſunt cauſa erroris.

EXPOSITIO TEXTVS.

D *Tactiuas verò*. Hic de tactu determinat. *Verò*, id eſt, ſed dicimus *tactiuas* virtutes ſignificare in Angelis *diſcretiuum*, id eſt, virtutem diſcretiuam Angelorum *per ſcientiam* etiam ſenſibiliter *conuenientis*, ſcilicet Dei conſeruantis, prout eſt extra eos, *aut nocentis*, id eſt, peccati quod corrumpit eſſe gratiæ, ſicut tactu corporali diſcernimus conſeruantia & corrumpentia animal.

DVBIVM.

E Sed in hoc eſt dubitatio. Quoniam eis nihil nocet: & ita non conuenit eis diſcretio conuenientis & nocentis.

2 Præterea, Tactus eſt ſecundum vltima quæ ſunt ſimul: ſed Deus non habet vltimum: ergo non poteſt eſſe tactus Angeli ad Deum.

3 Præterea, Tacta adhærent ſibi: ſed nihil exaltatur vſque ad Deum: ergo non poteſt intelligi tactus Angeli ad Deum.

4 Præterea, Vt dicit Philoſophus, in tactu naturali vtrumque imprimit in alterum: ſed Deus nihil recipit ab Angelo: ergo, &c.

5 Præterea, Tactus eſt diſcretiuus diſſimilis: ſed omnes Angeli ſunt deiformes, vt ſæpè dictum eſt: ergo non eſt tactus Angeli ad Deum.

Solutio. Quid dicatur hic actus, dictum eſt prius. Vnde dicendum ad primum, quòd licet non diſcernant nocens per experimentum, diſcernunt tamen per ſcientiam ſpeculatiuam.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet Deus ſimpliciter non habeat vltimum, habet tamen ſecundum quid, prout accipitur ab intellectu Angeli.

Ad tertium dicendum, quòd Angelus non tangit Deum vt iungatur ſibi per æquiparantiam, ſed attingit ipſum viuens ſub eo.

Ad quartum dicendum, quòd in veritate Deus nihil accipit ab Angelo tangente ipſum: ſed Angelus recipit à Deo: & ideò in hoc non eſt ſimile tactui naturali: ſicut ſi manus tangeret infinitè calidum, tota mutaretur in ignem, in nullo alterans ipſum.

Ad quintum dicendum, quòd quamuis Angeli ſint Deo ſimiles, tamen exceduntur ab ipſo: & talis ſimilitudo eſt quæ requiritur ad diſcretionem tactus.

EXPOSITIO TEXTVS.

F *Palpebras deinde*. Hic determinat de partibus cuſtodientibus viſum, dicens. *Deinde* poſt prædictos ſenſus, dicimus *palpebras & ſupercilia* quæ circumformantur Angelis, ſignificare ipſorum *cuſtoditiuum*, id eſt, virtutem vel diligentiam cuſtodiendi *intelligentiæ diuinarum viſionum*, id eſt, quæ eſt per diuinas viſiones, id eſt, illuminationes. Cuſtodiunt autem palpebræ corporales viſum, tegendo organum eius à nociuis. Sed ſicut dicit Gregorius Nicenus, De bona diſpoſitione palpebrarum eſt, vt ſint nigræ, quatenus radij viſuales non diſgregentur: & de bona diſpoſitione ſuperciliorum eſt, vt ſint arcualia: radij enim viſuales egrediuntur per modum pyramidis, cuius baſis eſt res viſa, & ſummitas in oculo. & ſi ſupercilia non eſſent rotunda, impedirent viſum conſtringendo radios. *Iuuenilem vero*. Hic determinat de aliis partibus organicis hominis. Et primò de iuuentute, ſecundum quod indicatur per membra, & maximè per faciem, dicens: *Verò*, id eſt, ſed dicimus *iuuenilem & adultam ætatem* in qua videntur Angeli, ſignificare *illud innouantis ſemper vitalis virtutis* eorum.

DVBIVM.

Sed videtur hoc eſſe falſum. Quod enim ſemper innouatur, continuè tranſmutatur: ſed hoc non competit Angelis: ergo vitalis eorum virtus non innouatur. G

2 Præterea, Danielis ſeptimo dicitur, quòd antiquus dierum ſedit: & loquitur de Deo: ergo videtur, quòd Angelis qui ſunt etiam deiformes, magis deberet aptari ſenectus quam iuuentus.

Ad primum horum dicendum, ſicut dicit Philoſophus, Nouum eſt quod ſui principio, propinquum eſt: & ſi accipiatur propinquitas quantum ad principium temporis, poneret nouitas tranſmutationem: ſi verò accipiatur ſimilitudinariè nouum ſecundum propinquitatem ad principium efficiens, ſignificabit nouitas robur vitalis virtutis influxæ a primo: quantò enim aliquid eſt propinquius virtuti agenti, tantò magis confortatur in ipſo impreſſio eius: & hoc ſignificatur per iuuentutem, & per adultum perfectio naturæ.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſenectus congruè attribuitur iudici propter proprietatem ſenis, ſcilicet ſapientiam & rigorem iuſtitiæ, per ſubſtantiam tamen indicat defectum: & ſic non poteſt congruè aptari ſpiritualibus ſubſtantiis.

EXPOSITIO TEXTVS.

Dentes autem, &c. Hic determinat de dentibus, dicens: *Autem*, id eſt, ſed *dentes* ſignificare in Angelis *diuiſiuum perfectionis nutrientis* in gratia *indita* eis à Deo, id eſt, virtutem qua illud quod eſt vnitè in Deo diuidunt & multiplicant ſecundum proportionem ſuam, & inferioribus miniſtrant, ſicut nutrix maſticat cibum infantulo: vnde & ſignificant dentes meditationem qua diuiſim ſuper attributa diuina feruntur ad perfectionem ſui & inferiorum proportionaliter: *enim*, id eſt, quia *vnaquæque intellectualis eſſentia diuidit & multiplicat prouida virtute* vel doctrina, id eſt, prouidendo ſibi & inferioribus *intelligentiam*, id eſt, illuminationem *vniformem* prout eſt in ſuperiori, *donatam ſibi à diuiniore*, id eſt, à ſuperiore, qui magis eſt in participatione Dei: & hoc *ad analogiam*, id eſt, proportionem doctrinæ *inferioris*, ſecundum quam poſſibile eſt reduci in inferiorem qui per ſe diuidere non poteſt. *Autem*, id eſt, ſed dicimus *humeros*, qui referuntur in ſpiritualibus ad robur actionis, *& brachia*, quæ referuntur ad executionem operis, *& iterum manus*, quæ referuntur ad indigentiam operandi, propter H

hoc

hoc quod manus eſt organum organorum, ſeruiens homini in præparatione omnium inſtrumentorum; quæ non ſunt ei data à natura, ſignificare *factiuum* ipſorum *& operatiuum & actiuum*. Et eſt differentia inter hæc tria ſecundum Philoſophum in 6. ethicorum: quia factiuum refertur ad operationes mechanicas, quæ fiunt tranſmutando materiam: vnde dicit, quòd ars eſt habitus factiuus cum ratione veri. Actiuum verò eſt referens ad opera virtutum, quibus non eſt aliquid factum per tranſmutationem materiæ in figuram aliquam. Vnde dicit prudentiam eſſe actiuum habitum. Operatiuum verò refertur ad actionem quæ eſt propria & perfectiua cuiuſlibet potentiæ, qua delectatur, ſiue ſit opus operatum, ſiue operatio. *Verè*, id eſt, ſed dicimus *cor eſſe* in Angelis *ſymbolum*, id eſt, ſimilitudinem vel ſignum *vitæ* ipſorum *deiformis ſeminantis*, id eſt, eminentis *deiformiter propriam vitalem virtutem in ea quæ præintellecta ſunt*, id eſt, ſuper intellectum quaſi extrinſecus circunſtant, ſicut præcordialia dicuntur, quæ ſunt circa cor. Sicut enim cor, vt dicit Philoſophus & Baſilius, primum in animali creatur, & eius virtute creantur alia membra, & ſeminatur vita in ipſis à corde, quod primò ſuſcipit vitam, tanquam prima ſedes animæ: ita etiam quantum eſt in Angelis eſt principium viuificans quod eſt ipſius, & ſeminat etiam vitam deiformem in inferioribus eſſentiis. *Iterum* dicimus in Angelis *pectora ſignificare durum*, & per hoc *cuſtoditiuum diſtributionis viuificæ*, id eſt, vitæ diſtributæ; *vt à corde ſuppoſito* pectori: & hæc eſt in Angelis immortalitas, quantum ad vitam naturæ, & confirmatio, quantum ad vitam gratiæ. *Vero*, id eſt, ſed dicimus *dorſa* ſignificare *continuum*, id eſt, continuitatem *cunctarum ſimul virtutum fertiliuarum*, ferentium. Colliguntur enim in dorſo coſtæ & oſſa quibus animal efficitur robuſtum ad ferenda onera. Et hoc ſignificat in Angelis adunationem virtutis ad explendas diuinas voluntates. *Autem*, id eſt, ſed dicimus *pedes* eorum ſignificare *mobile*, quantum ad virtutem mouendi, *& velox*, quantum ad perfectionem eius, *& curſile*, quantum ad remotionem impedimenti *motionis euntis ſemper in diuina*, per contemplationem, *propter quod*, ſcilicet velocitatem *Theologia figurauit pedes ſanctorum intellectuum*, id eſt, Angelorum *pennatos*. Iſa. 6 vbi dicitur, quòd duabus alis velabant pedes etiam ſedentis ſuper thronum, vt exponit Auguſtinus: ſed ſic non exponit Dionyſius. *Namque*, id eſt, quia *pennarum ſignificat velocitatem* eorum *anagogicam*, id eſt, ſurſum ductiuam, *& altiuum* eorum, id eſt, contemplationis operationem *verſus ſurſum celeſtis itineris*, quo ſcilicet in ſuperiora tendunt, & ſignificat *remotum*, id eſt, remotionem eorum *ab omni humili* quo deiici poſſent, & hoc eſt ſolum peccatum, & hoc *per ſurſum ferens*, id eſt, per virtutem qua ſurſum feruntur in contemplando. *Vero*, id eſt, ſed *ipſa leuitas pennarum* ſignificat *nihil terrenum* eſſe in eis, vel ſecundum intellectum, vel ſecundum affectum, *ſed totum*, id eſt, ex toto *aſcendens in excelſum*, id eſt, in diuina, *munde*, id eſt, ſine materialibus, *& ſine grauitate*, quia ſine continuo & tempore.

Nudum quoque & diſcalceatum demiſſum, & abſolutum, & immenſurabile, & purum eorum quæ extra ſunt, appoſitionem, & ad ſimplicitatem diuinam (quantum poſſibile) aſſimilatiuum. Sed quoniam iterum ſimpla & multum varia ſophia, & nudos veſtit, & vaſa quædam dat ipſis circumferre: & dat animorum cæleſtium ſacros amictus & organa (ſecundum quod nobis poſſibile) aperiamus. Claram quidem enim veſtem igneamque ſignificare æſtimo deiforme iuxta ignis imaginem & luculentum, propter eas quæ in cælo quietes, vbi lumen & omninò indiuiſibile dicendum, aut intellectualiter illuminans, aut intellectualiter illuminatum. Sacerdotalem verò veſtem ad diuina & myſtica ſpeculamina ductiuum, & totius vitæ votum. Zonas quoque fæcundarum ipſarum cuſtoditiuum virtutum, & congregantem eas habitu in ſeipſum vnitè conuerti, & circulariter cum facilitate caſu carente à naturæ ſimilitudine circa ſeipſum circumferri. 7.

DIVISIO TEXTVS.

Nudum quoque & diſcalceatum, &c.

A HIc determinat de his quæ circunſtant extrinſecus corpus humanum, & partes eius. Et primò de his quæ dicuntur ſecundum priuationem, ſcilicet de nudo & diſcalceato. Secundò de his quæ dicuntur ſecundum poſitionem, ibi, *Sed quoniam iterum.*

DVBIA.

B *Dubium 1.* SED HIC dubitatur. Priuationem naturaliter præcedit habitus: cum igitur nudum ſit priuatio veſtiri, prius debuit ponere veſtes quam nudum.

2 Præterea, Priuatio cognoſcitur per habitum, & inſufficienter cognoſcitur nudum, niſi præcognito veſtito.

Et dicendum, quòd Dionyſius non ordinat ea ſecundum ordinem quem habent in his de quibus propriè dicuntur, ſed ſecundum quod

Angelis attribuontur : nudi autem proprietas per ſe conuenit Angelis, veſtitum autem ſecundum aliquid circumpoſitum eis : & ideò prius de nudo determinauit.

C *Dubium 2.* ITEM dubitatur de proprietatibus nudi quas Angelis attribuit. Intellectus enim Angelorum exaltatur per diuinam contemplationem & per modum contemplandi ; ergo non conuenit eis demiſſum.

2 Præterea, Intelligunt ea quæ ſunt extra ipſos : ergo non conuenit eis purum ab appoſitione eorum quæ ſunt extra.

3 Præterea, Infra dicetur, quòd zonæ ſignificant congregationem virtutum vnitarum in ſeipſis : ſed infinitum virtutis ſequitur vnitas eius & congregatio, ſicut dicitur in lib. de cauſis, quòd virtus vnita plus eſt vnita quam multiplicata : ergo immenſurabile magis pertinet ad ſignificationem zonæ quam nudi.

Solutio. Dicendum ad primum, quòd demiſſum non dicitur hic infirmum, ſed ampliatum & excelſum, prout diuiditur contra reſtrictum pedis ex calceo, & conuenit intellectui angelico, ſecundum quod eorum intellectus non reſtringitur per continuum.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſunt puri ab eorum quæ ſunt extra, appoſitione, quoad medium, licet non quoad obiectum : cognoſcunt enim res quæ extra ipſos ſunt, non recipiendo aliquã ſpeciem ab eis, ſed in lumine cauſę primæ.

Ad tertium dicendum, quòd immenſurabilitas virtutis poteſt attendi quoad duo, aut quoad congregationem virtutum in vno : & ſic virtus in ſe roboratur, & ſic ſignificatur per zonam: aut quantum ad obiecta multa in quæ poteſt, & ſic ſignificatur per diſcalceatum, inquantum pes reſtringitur ſub menſura calcei, & ſimiliter nec intellectus ſub menſura intelligibilis.

DIVISIO ET *expoſitio textus.*

D Litera ſic legatur. *Quoque*, id eſt, etiam dicimus *nudum & diſcalceatum* ſignificare in Angelis intellectum eorum *demiſſum*, id eſt, non reſtrictum ad continuum & tempus, *& abſolutum*, id eſt, non dependens ad materiam, *& immenſurabile*, id eſt, non concluſum ſub menſura vnius intelligibilis, ſed ad omnia potens, *& purum* ab *appoſitione eorum quæ ſunt extra* ipſum, inquantum enim cognoſcit res, non informatur ſpeciebus receptis ab eis. Et hæc omnia pertinent ad receptionem. *Et* ſignificant etiam *aſſimilatiuum* eorum *ad diuinam ſimplicitatem, quantum poſſibile* eſt eis : quod enim denudatur, ad aliquam ſimplicitatem reducitur : & hoc pertinet ad reductionem eorum in primum. *Sed quoniam, &c.* Hic determinat de his quæ circunſtant corpus. Et primò de veſtibus. Secundò de inſtrumentis, ibi, *Virgas etiam.* Circa primum iterum ponit cauſam determinationis huius. Secundò incipit determinare, ibi, *Claram quidem.*

Litera ſic legatur. *Sed quoniam ſophia*, id eſt, Theologia *ſimpla*, quantum ad ſignata, *& multum varia*, quantum ad ſigna : quia per multa ſigna idem demonſtrat. *Iterum* poſtquam deſcripſit eos vt *nudos &*, id eſt, etiam *veſtis* quos prius deſcripſerat nudos, *& dat ipſis circumferre quadam vaſa*, id eſt, organa quibus continetur totum artificium ſicut aliquid in vaſe. Quoniam, inquam, ita eſt, *& da*, id eſt, eya, aduerbium hortandi, *aperiamus*, oſtendendo quid ſignificent, *ſecundum quod poſſibile* eſt *nobis*, *ſacros amictus*, id eſt, veſtes, *& organa*, id eſt, inſtrumenta *cæleſtium animorum*, id eſt, Angelorum. *Claram quidem.* Hic incipit determinare de veſtibus. Et primò in communi. Secundò in ſpeciali, ibi, *Sacerdotalem, &c.* Litera ſic legatur. *Enim*, id eſt, quia *quidem*, id eſt, certè *æſtimo claram veſtem* eorum, *quæ*, id eſt, & *igneam*, vt claram referatur ad participationem luminis in ſe, igneam ad conſumptionem noxiorum in aliis. Hoc dico *ſignificare deiforme* eorum *iuxta imaginem*, id eſt, ſimilitudinem *ignis* adductam, ſcilicet proprietates prius poſitas, *&* ſignificat etiam *lucidentum*, id eſt, lumen intellectus eorum propter lucem ignis : & etiam ſignificantur in ea Angeli *propter eas quietes* Angelorum, *quæ* ſcilicet ſunt *in cælo*, quantum ad locum congruentem contemplationi, non quod tantum in cælo quieſcant in diuina contemplatione, ſicut etiam ignis eſt quieſcere in ſuperiori loco, *vbi*, ſcilicet in cęlo empyreo *dicendum* eſt eſſe *lumen*, *&*, id eſt, etiam lumen *omninò inuiſibile* corporali viſu : & hoc eſt *aut intellectualiter illuminans* ſecundum quod eſt in ſuperioribus, *aut intellectualiter illuminatum*, id eſt, ab alio intellectu alterius infuſum. *Sacerdotalem verò.* Hic deſcendit ad veſtem in ſpeciali. Et primò determinat de veſte tota. Secundò de parte veſtis, ibi, *Zonas quoque.* Litera ſic legatur. *Verò*, id eſt, ſed æſtimo *ſacerdotalem veſtem*, in qua Angeli apparent, vt dicitur Ezech. 9. quòd apparuit vir lineis indutus. Hoc dico ſignificare *ductiuum*, id eſt, quæ ducunt ad *ſpeculamina*, id eſt, ſpeculationes *diuina* quantum ad obiectum, *& myſtica*, quantum ad altitudinem obiecti, quod à quolibet creato intellectu manet incomprehenſum & incognitum ſecundum aliquid, *&* ſignificare etiam *totius vitæ votum*, id eſt, quod totam vitam ſuam quaſi vouendo deputant ad diuina myſteria. Hæc duo ſunt ſacerdotum, vnum quantum ad intellectum, alterum quantum ad vitam ſiue affectum, vt in toto diuini ſint. *Quoque*, id eſt, etiam æſtimo *zonas* in quibus apparent, vt Apoc. 1. ſignificare *cuſtoditiuum ipſarum fœcundarum*, id eſt, generatiuarum *virtutum*. Zona enim circumponitur lumbis, in quibus eſt generatiua virtus: vnde ſignificat in Angelis confirmationem virtutum, quibus inferiores ſpecialiter fœcundant, *&* ſignificat etiam *habitum* luminis diuini receptiuum, *congregantem eas*, ſcilicet virtutes, *& conuerti vnitè in ſeipſum*, ſicut zona retinet veſtes ne defluant, & congregat eas etiam ad ipſum qui cingitur, *&* ſignificant etiam Angelum *circumferri circa ſeipſum circulariter* per conſiderationem ſui, *à ſimilitudine naturæ* : quia eius natura non conſtat ex diſſimilibus, in quo confirmatur circulo, cuius circunferentia eſt æquè diſtans à centro : & hoc *cum facilitate caſu carente*. Zona enim in circuitu ambit & componit veſtes ne impediant motum, quæ etiam ſi dilaberentur, poſſent occurrendo pedibus facere caſum : & ideò ſignificat ſui ipſorum contemplationem confirmatam & facilem.

Virgas

8. Virga etiam regale ac principale, rectaque omnia diffiniens. Tela verò & ſecures, diſſimilitudinum ſeparatiuum, & diſcernentium virtutum acumen & efficax & actuoſum Geometriea autem & tectonica vaſa, fundamentum & ædificatiuum, & perfectiuum, & quæcunque alia reducentis & conuertentis ſunt ſecundorum prouidentiæ. Eſt autem quando & in nos diuinorum iudieiorum ſint ſymbola illa quæ acta ſunt à ſanctis Angelis organa. Aliis quidem declarantibus corrigentem diſciplinam, aut punientem iuſtitiam, Aliis verò ab anguſtia libertatem, aut diſciplinæ finem, aut prioris beneficentiæ reſumptionem, aut appoſitionem aliorum donorum paruorum, aut magnorum ſenſibilium, aut inuiſibilium. Et omninò forſitan nón dubitaret perſpicax animus pulchrè inuiſibilibus adunate viſibilia. Ipſos etiam ventos nominari, eorum velocitatem ſignificat, & in omnes ferè abſque mora peruenientem effectum, & deſurſum in ea quæ ſunt deorſum, ad ſurſumque tranſuectiuum motum, erigentem quidem ad ſuperiorem celſitudinem, mouentemque prima ad communicatiuam & prouidam minorum proceſſionem.

Num. 21. 3. Reg. 14. Apoc. 10. Amos 8. Zach. 3. Ierem. 24.

Pſa. 7. Pſal. 17. & 103.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Virgas etiam, &c.

A Hic determinat de inſtrumentis. Et primò ſecundum quod ſignificant aliquid in eis. Secundò prout ſignificant aliquid ab eis circa nos xercendum; ibi, *Eſt autem quando.* Circa primum ponit duo inſtrumenta indicantia dignitatem. Secundò pertinentia ad impugnationem, ibi, *Tela verò.* Tertiò ad ædificationem, ibi. *Geometrica. Etiam* æſtimo *virgas* quas in modum ſceptrorum ſacra Scriptura eis adaptat, ſignificare *regale & principale*, id eſt, dignitatem ipſorum qua regunt & principantur inferioribus *que*, id eſt, etiam ſignificare *diffiniens omnia recta*, applicando rectitudinem quam habent apud ſe (quæ ſignificatur per virgam rectam) ad opus. *Verò*, id eſt, ſed æſtimo *tela*, de quibus dicitur. 2. Mach. 10. *& ſecures*, de quibus dicitur Ezech. 9. ſignificare *ſeparatiuum*, id eſt, deſtructionem *diſſimilitudinum*, id eſt, vitiorum, *& acumen virtutum diſcernentium*, quantum ad ſubtilem diſcretionem virtutis & vitij, ſicut telum acutum eſt, *& efficax*, ſecundum quod eis nihil poteſt reſiſtere, *& actuoſum*, ſecundum quod eorum diſcretio non ſtat in cognitione ſpeculatiua. *Autem*, id eſt, ſed *vaſa*, id eſt, inſtrumenta *geometrica*, id eſt, ad menſurandum, de quibus dicitur Ezech. 40. & Zach. 2. *& tectonica*, id eſt, ædificatiua æſtimo ſignificare *fundatiuum*, ſupple, actionum, qua in ſpirituali ædificio fundamentum locatur quantum ad fidem, vel quantum ad purgationem, *& ædificatiuum* quantum ad ſpem quæ erigit, vel quantum ad illuminationem, *& perfectiuum*, quantum ad charitatem, quæ conſummat, vel quantum ad perfectionem, *& quæcunque alia prouidentia* ſuperiorum pertinentis ad actiones, *reducentis*, quantum ad terminum ad quem, *& conuertentis* quantum ad terminum à quo, *conuertentis* dico, id eſt, conuerſiuæ *ſecundorum*, id eſt, inferiorum. *Autem*, id eſt, ſed *eſt*, id eſt, contingit *quando illa organa*, id eſt, inſtrumenta, *quæ acta ſunt*, id eſt, peracta, ſecundum quod ſcriptura fingit figuras *a ſanctis Angelis ſint ſymbola*, id eſt, ſigna, *&*, id eſt, etiam *diuinorum iudiciorum in nos. Aliis quidem* inſtrumentis & ſecuribus *declarantibus diſciplinam* Dei, quæ eſt eruditio per difficilia, *corrigentem*, quantum ad eos qui diſciplinis emendantur, *aut iuſtitiam* Dei *punientem* malos qui non corriguntur. *Verò*, id eſt, ſed *aliis* inſtrumentis pertinentibus ad ædificandum declarantibus *libertatem*, id eſt, liberationem *ab anguſtia*, aut *finem diſciplinæ*, vt ſupra, *aut reſumptionem prioris beneficentiæ, aut appoſitionem aliorum donorum* vel priorum *paruorum*, ſcilicet donorum, *aut magnorum ſenſibilium*, id eſt, temporalium, *aut inuiſibilium*, corporali viſu, vt ſpiritualium, *& omninò*, id eſt, vniuerſaliter *perſpicax animus* ſciens ex ſimilibus ſimilia conijcere, *forſan non dubitaret viſibilia pulchrè*, id eſt, decenter, *adunare inuiſibilibus*.

Ipſos etiam ventos. Hic incipit determinare de formis aliis ab homine. Et primò de inſenſibilibus, ſcilicet quæ non habent ſenſum. Secundò de ſenſibilibus, ibi, *Sed quoniam quidem, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima determinat de his quorum generatio eſt in aëre ex reſolutis à terra & aqua. Secundò de his quorum generatio eſt ex vapore in terra retento, ibi, *Ipſa etiam aris.* Prima in duas, ſecundum quod duo vapores reſoluuntur, ſcilicet vapor ſiccus, qui eſt principium ventorum, & humidus, qui eſt principium pluuiæ. Et ideò primò determinat de ventis. Secundò de nube, quæ facit pluuiam, ibi, *Sed & nubis.* Circa primum primò ponit ſignificationem venti quantum ad motum. Secundò quantum ad ſubſtantiam & virtutem.

Litera ſic legatur. *Etiam ipſos* Angelos *nominari ventos.* In Pſal. 103. Qui ambulas ſuper pennas ventorum. Hoc dico, *ſignificat velocitatem eorum*, ſcilicet Angelorum in ſuperiora, ſicut

motus

motus venti eſt velox, propter hoc quod calidum impellitur ex circumſtanti frigore, *&* ſignificat *effectum peruenientem* ab Angelis in inferiores *omnes ferè abſque mora*, propter virtutem agentis, *&* ſignificat *motum* Angelorum *tranſuectiuum de ſurſum in ea quæ* ſunt *deorſum*, *que*, id eſt, & de deorſum *ad ſurſum*: mouentur enim de cælo ad nos deferentes nobis voluntates & iudicia diuina, & de nobis in cælum deferendo vitam noſtram ad Deum: & hoc eſt quod ſequitur. Motum dico *erigentem quidem ſecunda*, id eſt, inferiora *ad celſitudinem ſuperiorum*, reducendo ea in participationem ſuperiorum, inquantum motus eſt ſurſum, *que*, id eſt, & *mouentem prima*, id eſt, ſuperiora *ad proceſſionem communicatiuam & prouidam minorum*, id eſt, inferiorum, inquantum faciunt ſuperiora communicare proportionaliter, deferendo inferioribus illuminationes procedentes à ſuperioribus, quod ſignificatur per eorum deſcenſum: & hoc ſumitur ſecundum formam motus venti, cuius motus non eſt certus, ſed ad diuerſas partes: mouetur enim ſurſum, inquantum participat calorem accidentalem ex actione ſolis, & mouetur deorſum ſecundum quod habet vel participat naturam terræ, & quodcunque eorum deficeret, ceſſaret ventus: & ideò quandiu durat, mouetur ad diuerſa: propter quod impulſus eius non eſt continuus.

9. Dicet autem fortaſſis quis, aëreì ſpiritus ventoſam cognominationem, & deiforme cæleſtium ſignificare. Habet enim & hoc diuinæ operationis imaginem & formam, vt in ſymbolica Theologia per tetraſticam diiudicationem per plura demonſtratur, ſecundum naturæ motiuam, gignentem, & velocem, & potentem capacitatem, & ignotum nobis & inuiſibile latibulum mouentium principiorum & conſummationem. Neſcis enim (inquit) vnde venit aut quò vadit. Sed & nubis ſpeciem ipſis Theologia circumformat, ſignificans per hoc ſacros intellectus occulti quidem luminis ſupermundanè ſuperrepletos, prima apparitione primam manifeſtationem pomposè accipientes, & ipſam copioſè in ea quæ ſunt ſecundo lucidè & proportionaliter diſtribuentes. Et quia genitale eis, & viuificum, & actiuum, & perfectiuum ſubſiſtit, iuxta intellectualem imbrium conceptionem, & excipientem ſinum humidis pluuiis in vitales partes euocantem.

Ioan. 3.
Apoc. 10.

EXPOSITIO TEXTVS.

Dicet autem, &c.

ID eſt, *fortaſſis quis dicet cognominationem ventoſam ſpiritus*, id eſt, venti *aerei*, non quantum ad materiam, ſed quantum ad proprietatem ſubtilitatis *ſignificare deiforme caleſtium*, id eſt, Angelorum: habet enim ventus ſimilitudinem quandam ad diuina, maximè quantum ad ſubtilitatem. *Enim*, id eſt, quia, *&*, id eſt, etiam *hic*, ſcilicet aëreus ventus *habet imaginem & formam*, id eſt, ſimilitudinem *diuinæ operationis*, *vt demonſtratur per plura in ſymbolica Theologia*, id eſt, in quodam libro quem fecit de his quæ ſymbolicè de Deo dicuntur, *per tetraſticam*, id eſt, quadripartitam *diiudicationem*, id eſt, determinationem: diuiſit enim librum iſtum in quatuor partes, ſecundum quod ſenſibilia ſequuntur naturas quatuor elementorum, ex quibus componuntur. Habet dico formam *ſecundum capacitatem motiuam natura* ad viuificationem: ventus enim ſecundum quod eſt in forma aëris per euaporationem attribuuntur ſibi proprietates aëris. Aër autem propter hoc quod eſt calidus & humidus, conuenit ſibi eſſe principium vitæ, quæ eſt in calido & humido, vt dicit Philoſophus, & capacitatem etiam *gignentem*: competit enim aër optimæ generationi, propter calidum bene mouens, & humidum bene mobile: & ideò omnia ſemina ſunt calida & humida. *Et* iterum *velocem*, ſecundum quod non multum reſiſtit tranſmutationi, ſed velociter capit impreſſiones, *& potentem*, inquantum eſt potens ad recipiendum omnes impreſſiones, propter humidum bene terminabile ad aliud. Dicitur hic potens à potentia paſſiua, non actiua: & hæc etiam ſuo modo conueniunt diuinis, *&* ſignificant etiam *ignotum nobis & inuiſibile latibulum principiorum mouentium*, ſcilicet diuinorum & conſummationum, ſecundum quod eſt primum mouens, & vltimus finis, habitans lucem inacceſſibilem: quod ſignificatur per inuiſibilitatem aëris & venti, quæ etiam ſunt principia, vt dictum eſt, & inuiſibilia propter ſubtilitatem qua non conſtant partes vt ſubiiciantur viſui. Et quod ventus ſit latens, confirmat per Euangelium, dicens: *Enim*, id eſt, quia Dominus *inquit*, Ioan. 3. *Neſcis vnde* ſpiritus, id eſt, ventus *venit*, *aut quo vadit*, per viſum, quamuis ſciatur per rationem. Et nota, quòd Auguſtinus exponit hoc de Spiritu ſancto, ſed Cryſoſto. & Dionyſius de vento. *Sed &*, id eſt, etiam *Theologia circumformat ipſis*, ſcilicet Angelis, *ſpeciem*, id eſt, ſignificationem *nubis*. Iob 38. Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam? Et eodem. 38. Nubes ſpargunt lumen ſuum, &c. Et eodem. 36. Si voluerit, extendet nubes quaſi tentorium. Theologia dico *ſignificans* per hoc quod eos deſcribit in figura nubis, *ſacros intellectus* eſſe *quidem ſuperrepletos*, quantum ad copiam, *ſupermundanè*, quantum ad modum reci- A

piendi luminis occulti, ſcilicet diuini, *accipientes pompoſè*, id eſt, glorioſè & clarè *primam manifeſtationem luminis* ſecundum quod immediatè à Deo accipiunt & primo, *prima apparitione*, quantum ad modum accipiendi: quia ſine continuo & tempore & inquiſitione, ſicut dicit Alexander in lib. de motu cordis, quòd Angelus eſt ſubſtantia illuminationum quæ ſunt à primo prima relatione acceptiua. Nubes enim ſecundum quod ſunt ſub ſole, lumen eius occultatum in ſuperiore ſuperficie recipiunt. Angeli *& ipſam*, ſcilicet manifeſtationem luminis, *diſtribuentes in ea quæ ſunt ſecunda*, ſcilicet in animas, quæ ſecunda relatione recipiunt: vel in quoſlibet etiam inferiores Angelos *copioſè*, quantum ad multitudinem manifeſtatorum, *lucidè* quantum ad euidentiam medij, *& proportionaliter* ſecundum capacitatem recipientis. Nubi enim accidit ſenſim transfundere lumen receptum à ſole, prout ſcilicet opponitur ſoli, & reuerberarunt ad ipſam radius eius, & ſignificat, *quia eis*, ſcilicet Angelis, *ſubſiſtit*, id eſt, ſubſtantialiter conuenit *genitale*, ſicut nubes per pluuiam ſtillantem mouet ad generationem per commixtionem elementorum, *& viuificum*, ſecundum quod mouet ſemina ad vitam in actu *& actiuum* ſecundum quod iam nata facit creſcere, *& perfectiuum*, ſecundum quod in fine perficit fructus. Et ſecundum tria prima dicitur matutina, ſecundum vltimum ſerotina: & hoc Oſeæ 7. Et hoc conuenit Angelis *iuxta conceptionem intellectualem*. non corporalem *imbrium*, ſecundum quod inferiora per illuminationes quaſi imbres ab eis fluentes recipiunt eſſe & vitam & augmentum & perfectionem in gratuitis, *&* ſignificat conceptionem *euocantem*, id eſt, deducentem *humidis pluuiis* ab humida nube fluentibus *ſinum*, id eſt, terram *excipientem*, id eſt, recipientem pluuias *in partus vitales* plantarum, quarum terra eſt ſicut mater, vt dicit Philoſophus etiam: & hoc quantum ad effectum in natura primum, quantum ad virtutem agentem. Et ſimiliter deducunt Angeli inferiores ſe in conceptus vitales reducendo in ipſum primum principium vitæ.

10. Ipſa etiam æris & electri & lapidum multicolorum ſpeciem Theologia cæleſtibus eſſentiis circumponit. Electrum quidem, quoniam auriforme ſimul & argenteum ſignificat impurribile, vt in auro, & ſimul largum & non minutum & incontaminatum ſplendorem, & apertam, vt in argento, & luciformem vt cæleſtem claritatem. Æream autem ſecundum traditas rationes, aut igneum, aut auriforme attribuendum, Lapidum autem multicolores ſpecies ſignificare æſtimandum, aut quaſi albas, luciforme: aut quaſi rubeas, auriforme: aut quaſi pallidas, iuuenile & nouum: & per ſingulas ſpecies inuenies anagogicam typicarum imaginum diiudicationem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Ipſa etiam æris & electri, &c.

Hic determinat de formis corporum mineralium, quorum generatio eſt ex vapore in terra retento, dicens: *Etiam ipſa Theologia circumponit cæleſtibus eſſentiis ſpeciem*, id eſt, figuram *æris*. Ezech. 1. Scintillæ quaſi aſpectus æris candentis, *& electri*, quod eſt ex mixtione auri & argenti. Ibidem: De medio eius quaſi ſpecies electri. *Et lapidum multicolorum*. Eze 28. Omnis lapis pretioſus operimentum tuum. *Electrum quidem, quoniam auriforme ſimul*, & cum hoc *argenteum* ex vtriuſque mixtione conſtans, *ſignificat impurribile*, id eſt, non facile conſumptibile, *vt in auro*, id eſt, quantum ad proprietatem auri, quod igne non faciliter conſumitur, & purgatur, aliis conſumptis, nec etiam rubigine, quamuis non aurea etiam propriè loquendo putreſcunt: & hoc ſignificat Angelorum incorruptionem. *Et ſimul* cum proprietate auri *vt in argento*, id eſt, ſecundum proprietatem argenti, quam etiam habet, ſignificat *largum ſplendorem*, inquantum eſt album abundans non conſtrictum ſplendore, *& non minutum* per ſupereminentiam vnius ſuper alteram obſcurantis eas; ſecundum quod per liquationem partes extenduntur in ſuperficiem planam, *& incontaminatum*, ſecundum quod ex contactu non obſcuratur vt æs, *&* ſignificat *claritatem apertam*, per politionem, *& luciformem*, ſecundum quod albus color maximè eſt ſimilis luci in virtute, *& cæleſtem* inquantum color argenti ſimilis eſt claritati cæli: vnde in alchimia argentum dicitur luna. Vel quod dictum eſt de ſplendore, referendum eſt ad fulgorem auri & argenti, vt ſupra. *Autem*, id eſt, ſed Theologia ſignificat *æreæ, aut igneum, aut auriforme* eſſe *attribuendum* Angelis, *ſecundum traditas rationes* auri & ignis, id eſt, proprietates: habet enim ſimilitudinem æs cum igne, propter ruborem: & ideò poteſt ſignificare proprietates vtriuſque. *Multicolores autem lapidum ſpecies*, id eſt, figuras *æſtimandum* eſt *ſignificare* hæc, *aut* ſpecies *quaſi albas* vt margaritas ſignificare *luciforme*, vt dictum eſt de argento, *aut quaſi rubeas*, vt carbunculum, *auriforme*, propter auri ruborem: *aut quaſi pallidas*, vt onichinum ſignificare *iuuenile & nouum*. Eſt enim pallor iuxta principium propter humorem adhuc indigeſtum, vt in pueris, ſed poſteà rubeſcit, ſuperueniente calido, & de iuuene & nouo dictum eſt ſupra. *Et per ſingulas ſpecies* lapidum *inuenies anagogicam*, id eſt, in ſpiritualium proprietates ductiuam *diiudicationem*, id eſt, expoſitionem *imaginum typicarum*, id eſt, figuralium: typus enim figura dicitur.

Sed

11. Sed quoniam quidem hæc ſecundum virtutem à nobis ſufficienter dicta eſſe arbitror, tranſeundum in ſanctam reſerationem cęleſtium animorum ſacrè figuratæ beſtialis formationis. Leonem enim ſignificare cenſendum, principale, & robuſtum, & indomitum, & abditum ineffabilis diuinitatis, vt virtus, aſſimilatiuum intellectualium veſtigiorum circumuelaminę. Et myſticè fortaſſis pompoſo amictu, ſecūdum diuinam illuminationem in ſemet reſtituto itinere. Ipſam verò bouis, firmum & nouum & intellectuales ſulcos * reuocans in ſuſceptionem cæleſtium & gignentium imbrium, & cuſtoditiuum, & fortiſſimum. Ipſam dehinc aquilæ, regale & altiferum, & citiuolum, & ad potentificum alimentum, acutum, & ſobrium, & agile, & bene machinatum, & ad copioſum & multolucentem radium diuini ſolis deſiderio in ſpeculatiuarum virtutum ſanis obtutibus, immediatè, rectè & inflexibiliter contemplatiuum. Illam verò equorum obediens & frænabile, & album quidem verè lucidum, & quaſi maximè diuini luminis cognatiſſimum. Eorum autem qui nigri ſunt, abditum: rubrum verò igneum & actiuum, commixtorum quoque ex albo & nigro, perfectiua virtute extremorum coniunctiuum, & prima ſecundis, & ſecunda primis conuertibiliter ac prouidè connectens. Sed ſi non ſermonis termi naremus commenſurationem, & per partes dictorum animalium proprietates, & omnes corporales eorum conformationes adunaſſemus fortaſsè non incongruè cæleſtibus virtutibus ſecundum diſſimiles ſimilitudines. Furibundum quidem ipſorum, intellectualem fortitudinem, cuius nouiſſima furor eſt imago. Ipſam verò iterum concupiſcentiam in amorem diuinum. Et ſummatim dicendum, ſimul omnes irrationabilium animalium, & ſenſus & multiplices partes immateriales cæleſtium eſſentię intelligentias & vniformes virtutes reducentes. Sufficiunt autem ſapientibus non ſolum hæc ipſa, ſed vnius ſignificatiuæ imaginis diiudicatio in proximarum ſimili modo declarationem.

Apoc 4. Ezech. 1. — * remuli — Apoc 4. Ezech. 1. — Zach. 7.

DIVISIO ET
expoſitio textus.

Sed quoniam quidem hac ſecundum virtutem, &c.

A Hic incipit determinare de ſenſibilibus. Et primò de animalibus. Secundò de his quæ in modum animalium congregatione quadam partium formam habent, ibi, *inſpiciendumque*. Item primò determinat de animalibus ipſis. Secundò de moribus eorum, ibi, *Furibundum quidem*. Litera ſic legatur. *Sed quoniam quidem arbitror hac* de ſenſibilibus *ſufficienter eſſe dicta à nobis*, non ſimpliciter, ſed *ſecundum noſtram virtutem*, *tranſeundum* eſt nobis *in ſanctam reſerationem*, id eſt, expoſitionem *ſacrè* quantum ad ſignatum *figuratæ beſtialis formationis cæleſtium animorum*, cum ſacros ſpiritus ſacra Scriptura in figura animalium deſcribat, vt Ezech. 1. in figura hominis, leonis, bouis, & aquilæ. Zacha. 6. de equis albis, nigris, rufis & variis. *Enim*, id eſt, quia *cenſendum* eſt *leonem ſignificare principale*, vnde dicitur, quòd leo eſt rex animalium propter nobilitatem naturæ, *& robuſtum*, quia ſuo robore vincit omnia animalia, *& indomitum*, propter eius animoſitatem & ſuperbiam: licet enim domari poſſit, ita vt patiatur hominem (cum dicatur Iaco. 3. Omnis natura beſtiarum, &c. domita ſunt à natura humana humana) non tamen poteſt domari ad aliquod opus humanum exercendum: *&* ſignificat aſſimilatiuum Angelorum ad *abditum*, id eſt, occultum *ineffabilis* nobis *diuinitatis*, *vt virtus*, id eſt, virtuoſæ, & hoc *circumuelamine*, id eſt, deletione *aſſimilatiuum intellectualium veſtigiorum*: dicitur enim de leone, quòd cauda delet veſtigia. Similiter Angeli per altitudinem & virtutem contemplationis relinquunt nobis non apparentia intellectualia veſtigia, quibus tendunt in aſſimilationem Dei contemplando, *&* hoc conuenit *myſticè*, quantum ad Angelos, *itinere reſtituto in ſemet*, per motum circuitus, & hoc in Angelis *ſecundum diuinam illuminationem fortaſſis pompoſo amictu*, id eſt, velando vel amiciendo ex quadam gloria ſua veſtigia: dicitur enim de leone, quòd quando venatur alia

animalia, circuit nemus, vt beſtiæ exire non audeant odoratis veſtigiis, licet deleat vt videri non poſſint: & hoc ſignificat in Angelis conuerſionem eorum ſupra ſeipſos ex diuino lumine. Et quia hæc proprietas non erat certa, dixit fortaſſis. Poteſt ergo accipi proprietas leonis aut ſecundum naturam, aut ſecundum virtutem, & ſic eſt ſecunda: aut ſecundum operationem. Si ſecundum naturam, aut ſecundum naturam ipſam, & ſic eſt prima: aut ſecundum conſequens naturam, & ſic eſt tertia. Si ſecundum operationem, aut quantum ad modum operationis delendo veſtigia, & ſic eſt quarta: aut quantum ad modum operantis quod circuit, & ſic eſt quinta. *Verò*, id eſt, ſed *ipſam* ſpeciem *bouis* cenſendum eſt ſignificare *firmum*, id eſt, fortiter figens pedem ne cadat. Dicit Hieronymus, Vel *firmum*, id eſt, perſeuerans in opere, quamuis equus in quodam impetu plus currat, *& nouum*, id eſt, innouatiuum, inquantum arando terram innouatur: vnde & nouale dicitur: *& reuocans intellectuales ſulcos*, id eſt, mentes inferiorum *in ſuſceptionem imbrium*, id eſt, gratiarum *cœleſtium*, quantum ad locum, *& gignentium* ad effectum, quo gignunt in eſſe: ſicut etiam bos arando diuidit terram prius ex ſiccitate constrictam, vt poſſit recipere pluuiam deſuper venientem ad generationem terræ naſcentium, *& cuſtoditiuum*, inquantum bouis labore triticum naſcitur, vnde vita hominis cuſtoditur, *& fortiſſimum*: hoc dicitur quantum ad quædam genera boum, vt ſunt bubali, qui etiam magis equis currere poſſunt: vel quantum ad perſeuerantiam in labore, & ita quod firmum referatur ad virtutem, fortiſſimum ad applicationem ad opus.

Dehinc cenſendum eſt *ipſam* ſpeciem *aquilæ* ſignificare *regale*, quantum ad dignitatem naturæ, dicitur enim rex auium: *& altiferum*, quia in altum fertur, *& citiuolum*, id eſt, velociter volans, *& acutum ad potentificum*, id eſt, potenter acquiſitum *alimentum*, ſecundum quod ipſo acuto viſu de longè intuetur, *& ſobrium*, quantum ad bonitatem odoratus, de longè enim odorat. Dicitur enim de Mauris, quòd habent bonum odoratum, quia non vtuntur vino & alliis: quia huiuſmodi cibi replent nares fumis, & impediunt odoratum. Vnde ſobrietas ponitur hic pro puritate odoratus. *Et agile* ad inſequendum & attingendum prædam, *& bene machinatum*, ſecundum quod natura præparauit ei bona inſtrumenta ad capiendum & vincendum, ſcilicet vngues, *& contemplatiuum ad radium diuini ſolis*, quantum ad Angelos, *copioſum*, quantum ad ea quæ declarat, *& lucentem*, quantum ad modum declarandi, & hoc in *ſanus obtutibus*, id eſt, viſibus *virtutum ſpeculatiuarum*, ſicut viſus aquilæ ſine læſione ſui intuetur ſolem, *immediatè*, non receptum primò in aliam, ſicut nos, *rectè*, quidam enim debilioris viſus in ipſum ſolem obliquè intuentur, *& inflexibiliter*, inquantum copia luminis non repellitur potentia ab actu. Contemplatiuum dico *multo*, id eſt, toto *deſiderio*. Poteſt ergo ſumi proprietas aquilæ, aut quantum ad naturam & ſic eſt regale: aut quantum ad potentias in ſe, vel relatas ad nutrimentum: ſi in ſe, aut quantum ad motiuas, aut quantum ad apprehenſiuas. Si quantum ad motiuas, aut quantum ad locum motus, ſic eſt altiuolum: aut quantum ad modum, ſic eſt citiuolum. Si quantum ad apprehenſiuas, aut quantum ad delectationem apprehenſionis, ſic eſt multo deſiderio: aut quantum ad apprehenſionem ipſam, & hoc vel quantum ad potentiam ipſam tantum, & ſic eſt in ſanis obtutibus, &c. aut quantum ad actum tantum, & hoc vel quantum ad medium, & ſic eſt immediatè: vel quantum ad modum, & ſic eſt rectè: vel etiam ſecundum potentiam ad actum, & ſic eſt inflexibiliter, ſi in comparatione ad alimentum: aut quantum ad apprehenſiuas, ſic eſt acutum quantum ad viſum, & ſobrium quantum ad odoratum. Vel quantum ad motiuas, & ſic eſt agile quantum ad inſecutionem, bene machinatum quantum ad captionem.

Verò, id eſt, ſed *illam* ſpeciem *equorum* cenſendum eſt ſignificare *obediens*. Equus enim maximè obedit homini, licet non ſolus obediat, *& frænabile*, hoc propriè conuenit, *& album quidem* in equis ſignificare *verè lucidum, & quam maximè*, id eſt, valdè *cognatiſſimum*, id eſt, ſimillimum inter creaturas *diuini luminis*, ſicut albedo maximè conuenit cum luce. *Autem*, id eſt, ſed cenſendum eſt ſpeciem *eorum* equorum *qui nigri ſunt* ſignificare *abditum*, id eſt, occultum nobis. *Rubrum verò* in equo ſignificare *igneum*, propter ſimilitudinem coloris, *& actiuum*, propter ignis proprietatem, *quoque*, id eſt, etiam ſpeciem equorum *commixtorum ex albo & nigro*, qui dicuntur equi varij, ſignificare *coniunctiuum extremorum perfectiua virtute*, id eſt, virtute qua ima ſummis perficiendo coniungit. Et hoc eſt quod ſequitur, *connectens*, id eſt, virtutem connectendi habens *prima ſecundis*, deferendo illuminationes, *& ſecunda primis*, reducendo, & hoc *conuerſibiliter*, inquantum conuertuntur in prima, *ac prouide*, ſecundum quod prima inferioribus prouident. *Sed fortaſſis non incongruè ſecundum diſſimiles ſimilitudines*. Hoc ſupra expoſitum eſt ſecundo cap. *cœleſtibus virtutibus adunaſſemus proprietates dictorum animalium, &*, id eſt, etiam *per partes*, vt factum eſt de partibus hominis, *&*, id eſt, etiam *conformationes*, id eſt, ſignificationes *corporales eorum*, ſcilicet animalium, *ſi non terminaremus commenſurationem ſermonis*, ne ſcilicet longitudo menſuram operi debitam excederet. *Furibundum quidem* dictum de Angelis cenſendum eſt ſignificare *intellectualem fortitudinem ipſorum*, ſcilicet Angelorum, *cuius*, ſcilicet fortitudinis, *nouiſſima*, id eſt, perfectiſſima *imago*, id eſt, ſimilitudo, poſt quam non inuenitur melior, *eſt furor*: elicit enim ſimilem actum actui fortitudinis.

Vero, id eſt, ſed referendum eſt *iterum ipſam concupiſcentiam* in Angelis *in amorem diuinum*. Et de his plura dicta ſunt in ſecundo cap. *Et ſummatim dicendum ſimul omnes & ſenſus irrationabilium animalium, & multiplices* eorum *partes* eſſe *reducentes*, id eſt, repræſentantes *immateriales intelligentias & vniformes*, id eſt, ſimplices *virtutes eſſentia cœleſtium*, ſcilicet Angelorum. *Autem*, ſed *ſufficiunt ſapientibus non ſolum hæc ipſa* quæ diximus, *ſed diiudicatio vnius imaginis*, id eſt, figuræ *ſignificatiua* ſpiritualium *in declarationem proximarum*, id eſt, ſimilium *ſimili modo*: non enim ſolum accipiunt dicta, ſed ex his ſimilia.

Inſpicien

12. Inſpiciendumque & hoc, fluuios dictos fuiſſe, & rotas, & currus connexos cæleſtibus eſſentiis. Ignea quidem enim flumina ſignificant diuinos promotus, copioſam ipſis & non deficientem affluentiam donantes, & viuifica nutrientes fœcunditate. Currus autem coniunctiuam ſimilitudinum ſocietatem. Rotæ autem pennatæ quidem cum ſint, in ea quæ ante conſpectum ſunt inconuerſibiliter & inflexibiliter euntes, per rectam & iuſtam viam exeuntis operationis earum virtutem in eandem ſine flexu & rectè ſectam viam ſimul omni earum intellectuali rotatu ſupermundanè directo. Eſt autem & per aliam anagogen diiudicare intellectualium rotarum imaginariam deſcriptionem. Vocitatum eſt enim eis, vt ait Theologus, thea, thea, thea. Signat autem hoc iuxta Hebraicam linguam reuolutiones & reuelationes. Igneæ ſi quidem & deiformes rotæ, reuolutiones quidem habent circa idipſum optimum ſemper mobili motu. Reuelationes verò ſecretorum manifeſtatione, & circumſubiectorum reductione, & altarum illuminationum in ea quæ ſubiecta ſunt, deductiua perfectione.

EXPOSITIO TEXTVS.

Inſpiciendumque, &c.

A Hic determinat de quiboſdam quornm ratio conſiſtie in congregatione quadam partium, vt fluuius igneus, de quo dicitur Dan. 7. & de curru igneo, de quo dicitur 2. Reg. 4. & de rotis, de quibus dicitur Ezech. 1. Litera ſic legatur. *Que*, id eſt, & *inſpiciendum & hoc*, ſcilicet *& fluuios & currus & rotas fuiſſe dictos connexos cæleſtibus eſſentiis*. *Enim*, id eſt, quia *ignea flumina ſignificant quidem diuinos promotus*, id eſt, emanationes à Deo promouentes, *donantes, ipſis*, ſcilicet Angelis *affluentiam* donorum *copioſam*, quantum ad multitudinem, *& non deficientem*, quantum ad continuitatem, *&* promotus dico *nutrientes* ſpirituali nutrimento Angelos *fœcunditate viuifica*, ſicut fluuius fœcundat terram ad productionem plantarum, & dat vitam piſcibus. *Currus autem* ſignificat *coniunctiuam ſocietatem* in diuino miniſterio, *ſimilitudinum*, id eſt, habentium ſimiles naturas & dona. *Rotæ autem cum quidem ſint pennatæ, euntes in ea quæ ante conſpectum ſunt*. Et dicitur conſpectus rotæ, vel anterior pars arcus, qui deprimitur: oportet enim ſicut in motu cæli alterum eſſe deprimens, & alterum depreſſum eſſe, *inconuerſibiliter*, ſecundum quod non ceſſant à motu, neque retrocedunt, *& inflexibiliter*, ſecundum quod non exeunt à via, *per viam rectam*, inquantum non exeunt ab extremis, *& iuſtam*, ſecundum quod non exeunt à via, *per viam rectam*, inquantum non exeunt ab extremis, *& iuſtam*, ſecundum quod attingunt finem, Vnde dicit Ezech. 1. Euntes ibant, & non reuertebantur. Rotæ dico ſic euntes ſignificant *virtutem operationis*, id eſt, virtuoſam operationem *earum*, ſcilicet cæleſtium eſſentiarum. Operationis dico *exeuntis in eandem viam*, quia circulariter, *ſine flexu*, id eſt, non reuertendo, *& rectè ſectam*, id eſt, deſignatam, inquantum non exit ab extremis: & hoc *ſimul omni intellectuali rotatu earum*, ſcilicet eſſentiarum, id eſt, circulari actu intellectus, de quo. Cap. 7. dictum eſt, *ſupermundanè directo*, ſcilicet obiectum beatæ contemplationis. *Eſt autem*, id eſt, conuenit *diiudicare imaginariam deſcriptionem intellectualium rotarum*, *&*, id eſt, etiam *per aliam anagogen*, id eſt, ſurſum ductiuam expoſitionem, *Vt enim ait Theologus*. Ezech. 10. cap. *vocitatum eſt eis*, ſcilicet rotis à Deo, *thea, thea, thea*. In Hebræo habetur gel. Thea Græcè, reuolutio Latinè. Noſtra autem tranſlatio aliter habet, ſcilicet, Rotas iſtas vocauit volubiles audiente me. *Hoc autem*, ſcilicet thea *ſignat iuxta Hebraicam linguam* (quæ habet gel) *reuolutiones & reuelationes*. *Siquidem*, id eſt, certè *rotæ igneæ & deiformes*, ſcilicet cæleſtes eſſentiæ *habent quidem reuolutiones ſemper mobili* vel *volubili motu circa idipſum optimum*, ſcilicet Deum, quem circumeunt, vt ſupra dictum eſt ſeptimo cap. *Reuelationes verò* habent alias reſpectu inferiorum *manifeſtatione ſecretorum*, inquantum inferiora participare faciunt ſui circuitum circa Deum, *& circumreductione*, id eſt, circulari reductione ad principium *ſubiectorum*, id eſt, inferiorum, *& perfectione deductiua altarum*: quia diuinarum *illuminationum in ea quæ ſubiecta ſunt*, inquantum deducta perficiuntur in illo vt in fine, per illuminationes exeuntes ab ipſo, vt primo principio: & ideò ſecundum Græcam tranſlationem pluries dicitur thea.

Reliquus nobis in explanationem de gaudio cæleſtium diſpoſitionum ſermo. Etenim acceptrices omninò non ſunt eius quæ ſecundum nos eſt paſſibilis delectationis. Congaudere autem dicuntur Deo de perditorum inuentione, iuxta deiformem epulationem, & in prouidentia & ſalute in Deum redeun- 13.

tium deiformitatem, & incorruptionis lætitiam, & illam beneficentiam ineffabilem, in cuius participatione ſæpè facti ſunt & viri ſancti per deificos diuinatum illuminationum ſuperaduentus.

DIVISIO TEXTVS.

Reliquum nobis in explanationem, &c.

A HIc reſtat determinare de delectationibus Angelorum. Et primò oſtendit qualiter accipiendæ ſunt delectationes in Angelis. Secundò ponit epilogum totius capituli, ibi, *Tanta à me.*

DVBIA.

B CIRCA primum quatuor quæruntur. Primò, vtrum gaudium ſit in Angelis? Secundò, quid ſit illud gaudium? Tertiò, vtrum illi gaudio triſtitia ſit contraria, cuius etiam ſint viciſſim ſuſceptiui. Quartò de differentia inter gaudium, delectationem, lætitiam, & exultationem.

Dubium 1. CIRCA primum proceditur ſic. Videtur enim, quòd in Angelis non ſit gaudium. Naturæ enim impaſſibilis non eſt aliqua paſſio: Angeli autem ſunt natura impaſſibiles, cum ſint immateriales: ergo in eis non poteſt eſſe gaudium, cum ſit paſſio.

2 Ad idem, Indiuiſibile non mutatur ſecundum paſſionem vel paſſibilem qualitatem, cum talis mutatio ſit tantum circa ſenſibilia, vt dicit Philoſophus: ſed Angeli ſunt indiuiſibiles: ergo non afficiuntur gaudio, cum ſit paſſio vel paſſibilis qualitas.

3 Ad idem, Oppoſitorum eſt potentia vna: ſed triſtitia opponitur gaudio, quæ non poteſt eſſe in Angelis: ergo nec gaudium.

4 Præterea, Virtus politica non poteſt eſſe in ſuperioribus ſubſtantijs, vt dicit Philoſophus, quæ tamen maioris eſt perfectionis quam paſſiones, cum ordinet eas: ergo nec gaudium poteſt eſſe in Angelis, cum ſit paſſio.

5 Præterea, Qui habet vnam paſſionem, poteſt habere plures: ſed in Angelis non eſt ſpes, neque timor: ergo neque gaudium & triſtitia: cum iſtæ ſint quatuor primæ paſſiones animæ.

6 Præterea, Si gaudent Angeli, aut gaudium eorum eſt totum ſimul, aut non. Si totum ſimul: ergo ſemper æqualiter ſe habent ad gaudium: & ita non gaudent de vno peccatore pœnitentiam agente nunc magis quam ante. Si autem non ſimul eſt: omne autem quod non eſt ſimul, eſt cum motu: ergo eſſet in eis gaudium paſſio, quæ procul eſt ab eis: & ita non gaudent.

Ad oppoſitum ſunt multæ auctoritates. Iſa. vlt. Lætamini cum Ieruſalem & exultate in ea omnes qui diligitis eam. Matth. 25. Intra in gaudium Domini tui. Lu. 15. Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agentem. Iob. 16. Gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum, &c. Conſtat enim, quòd eadem ratio eſt de Angelis & de animabus poſt mortem.

2 Præterea, Philoſophus etiam dicit, quòd gaudium & delectatio ſunt eſſentialia beatitudini: cum igitur Angeli ſint beati, neceſſariò gaudent.

3 Præterea, Perfectio inferioris vitæ eſt in gaudio: quia virtuoſus gaudet in operibus virtutis, vt dicit Philoſophus: ergo multò magis perfectio beatæ vitæ eſt cum gaudio: & ita Angeli gaudent.

Solutio. Dicimus, quòd gaudium eſt in Angelis, non tamen gaudium ſecundum quod eſt paſſio: quia ſic non tranſcendit potentiam ſenſitiuam, in qua eſt alteratio & paſſio ſecundum Philoſophum, ſed ſecundum communiorem rationem gaudij & delectationis, quæ diffinitur à Philoſopho in ethi. quòd eſt operatio naturalis habitus non impedita, & diffinitur per cauſam: & ideò reprehendit diffinitionem Platonis, qui dixit, quòd delectatio eſt generatio in ſenſibilem animam: non enim conſiderauit delectationem niſi ſecundum quod eſt paſſio: & ſic non eſt in Angelis niſi æquiuocè paſſio dicatur omnis affectio. Et per hoc patet ſolutio ad duo prima.

Ad tertium dicendum, quòd gaudio tali non eſt triſtitia oppoſita; quia ſicut dicit Philoſophus, delectationi quæ eſt ex conſiderare, non eſt triſtitia contraria: nec tamen oporteret, quòd triſtitia ineſſet, quia alterum ineſt per naturam.

Ad quartum dicendum, quòd licet virtutes politicæ non ſint in Angelis ſecundum hos actus ſecundum quos ſunt in nobis, quia hoc parum eſſet eis, ſunt tamen, vt dicit Auguſtinus, ſecundum perfectiores actus & ſecundum ſuccedentia ſibi: & hoc Philoſophus non contradicit.

Ad quintum dicendum, ſicut ad primum.

Ad ſextum dicendum, quòd ſicut probat Philoſophus, delectatio cum ſit in perfecta aſſimilatione, non eſt motus, ſed terminus motus: & ideò non eſt in tempore, ſed tota ſimul, ſicut generatio, licet non omnis ſit ſimul, quia de diuerſis poſſunt eſſe diuerſæ delectationes, quæ non ſunt ſimul, ſicut nec omnes generationes ſunt ſimul. Alia concedimus.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Auguſtinus dicit, quod gaudium eſt diffuſio animi in conceptione boni: ſed ſecundum hoc non videtur conuenire Angelis: diffuſio enim contraria eſt collectioni: ſed Angeli in primo colliguntur, vt ſæpè dictum eſt: ergo non gaudent contemplatione Dei, ſecundum quam ponitur in ipſis totum gaudium.

2 Præterea, Nihil diffunditur niſi conſtrictum: conſtrictio autem affectus eſt triſtitia, quæ in Angelis eſſe non poteſt: ergo non eſt in eis gaudium ſecundum diffuſionem.

3 Præterea, In natura eiuſdem animalis eſt motus conſtrictionis & dilatationis, ſicut in conchilibus: ergo ſimiliter videtur, quòd dilatatio & conſtrictio in affectu ſint eiuſdem, & ſic idem quod prius.

Ad oppo

Ad oppoſitum. Quod non diffunditur, ſemper eodem modo ſe habet: ſed Angeli non ſemper eodem modo ſe habent in gaudio, quia gaudent de conuerſionibus peccatorum nouis quibuſdam gaudiis quæ prius non habuerunt: ergo in eis poteſt eſſe diffuſio gaudij.

2 Item videtur, quòd non gaudeant de pœnitentia peccatorum magis quam de contrario: quod enim ſecundum rationem vnam ſuſcipit vtrumque contrariorum, aut circa vtrumque gaudet, aut circa neutrum: ſed intellectus ſub eadem ratione ſuſcipit vtrumque contrariorum, quia ſub ratione ſimplicis & intelligibilis: ergo cum Angeli ſint intellectuales, non magis gaudent de conuerſione peccatorum quam de oppoſito.

3 Præterea, Intellectualis virtutis non eſt delectatio & gaudium in particularibus: cum igitur Angeli ſint intellectuales, vt ſæpè dictum eſt, non conuenit eis gaudere de conuerſione particularium hominum.

4 Præterea, Simile gaudet de ſimili: ſed cum Angeli ſunt ſeparati, non ſunt ſibi ſimiles particulares homines non ſeparati: ergo non gaudent de actibus eorum.

Solutio. Dicimus, quòd gaudium conuenit Angelis ſecundum dictam diffinitionem gaudij per ſimilitudinem ad diffuſionem gaudij corporalis: ſicut enim animalia quando tanguntur ab aliquo conuenienti, dilatant ſeipſa, vt penetrentur ex toto ab illo conuenienti, & non reſiſtat ſpiſſitudo partium: è conuerſo autem conſtringuntur quando aliquo nociuo tanguntur, quaſi claudendo ſe perhibeant ſubintrationem illius in ſeipſis. Similiter ſecundum metaphoram quando intellectus propria operatione percipit aliquid conueniens ſecundum habitum connaturalem, præbet ſe illi, & porrigit ſe in ipſum quaſi penetrandum ab ipſo: & talis diffuſio dicitur gaudium & delectatio quæ diffinitur ab Ariſtot. operatio connaturalis habitus non impedita: vnumquodque autem gaudet in operatione ſibi propria, ſecundum quod huiuſmodi: vnde diffinitio data eſt per cauſam, eſt enim operatio cauſa delectationis.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet in contemplatione Dei colligatur Angelus in vno, dilatatur tamen in ſe vt, in profundo ſui recipiat ipſum.

Ad ſecundum dicendum, quòd non oportet dilatari id quod conſtrictum eſt, ſed id quod non dilatatum eſt, vel quod minus dilatatum eſt: & ſic Angeli dilatantur ex nouis receptis illuminationibus magis ac magis, ſecundum quod creſcit in eis accidentale præmium.

Ad tertium dicendum, quòd in animalibus quæ mouentur motu dilatationis & conſtrictionis, ſunt contraria agentia, ſecundum rationem contrarietatis: & ideò in eis ſunt contrarij motus hi: ſed in intellectuali natura vtrumque contrariorum mouet ſub ratione vna, quia agunt ſecundum rationes, quæ non ſunt contrariæ: alioquin non compaterentur ſe in anima: vnde de vtroque contrariorum gaudent: & ideò non eſt conſtrictio ſecundum naturam eorum, quamuis ponamus ſecundum fidem conſtrictionem triſtitiæ in malis Angelis.

Ad quartum concedimus, quòd Angeli quandoque gaudent de vno de quo prius non gaudebant.

Ad quintum dicendum, quòd intellectus inquantum eſt intellectus abſtrahens vniuerſales intentiones, non magis ſe habet ad gaudendum de vno quam de alio contrariorum: ſecundum autem quod eſt intellectus huius habens formas compoſitionis quæ habent ordinem ad particularia, habet ſimilitudinem cum particulari, per hoc quod habet ſpeciem eius apud ſe: & ſic poteſt gaudere de ipſo, tum & ipſe ſit particularis, & magis de vno quam de alio, cum tamen de neutro triſtetur. Et per hoc patet ſolutio ad duo alia.

D Dubium 3.

Circa tertium ſic proceditur. Videtur enim, quòd Angeli nati ſunt ſuſcipere contrarium gaudio: dicitur enim Iſa. 33. quòd Angeli pacis amare flebunt. Fletus autem triſtitiam ſignificat. Ergo in eis poteſt eſſe triſtitia.

2 Præterea, Oppoſitorum oppoſiti ſunt effectus: ſi igitur gaudent de conuerſione peccatorum, oportet quod triſtentur de damnatione.

3 Præterea, Affectus ſequitur affectum: cum igitur in hominibus ſint affectus contrarij, quia quidam obſtinati ſunt, & quidam conuertuntur, videtur quòd in Angelis ſint contrarij affectus circa eos.

Ad oppoſitum. Philoſophus dicit, quòd delectationi intellectuali nihil eſt contrarium: ſed delectatio Angelorum eſt intellectualis: ergo non afficiuntur contrario Angeli.

2 Præterea, Impoſſibile eſt eſſe contrarios affectus in illo qui idem recipit ſub omni ſimilitudine ex omnibus contrariis: talis autem eſt intellectus: ergo cum in Angelis ſint intellectuales operationes, videtur quod in eis non ſint contrarij affectus.

3 Ad idem, Inter contraria poteſt eſſe mutatio media: in Angelis autem non eſt poſſibilis mutatio: ergo eorum gaudio nihil eſt contrarium.

Quod concedimus, & rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd hoc intelligitur de nuntiis Ezechiæ ad Rapſacem. Vel ſi intelligatur de Angelis cæleſtibus, dicuntur flere: quia ad modum flentium ſe habent, ſicut etiam laborare dicitur Deus. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd conuerſio & damnatio quamuis ſint contraria, tamen rationes eorum quibus ab intellectu accipiuntur, non ſunt contrariæ, nec habent contrarios effectus. Et per hoc patet ſolutio ad quartum.

E Dubium 4.

Circa quartum videtur, quòd idem ſit gaudium & delectatio: vni enim vnum opponitur: ſed triſtitia vtrique opponitur: ergo ſunt idem.

2 Præterea, In natura ſenſibili ſunt idem: ergo videtur, quòd ſimiliter in intellectuali.

3 Præterea, Non ſunt niſi quatuor paſſiones animi, ſcilicet ſpes de futuro bono, timor de futuro malo, triſtitia enim eſt de præſenti malo, gaudium de præſenti bono, moleſtia enim eſt idem triſtitiæ: ergo videtur, quòd delectatio ſit idem gaudio.

Ad oppoſitum. Gaudium poteſt eſſe de alieno bono: delectatio autem propriè non: ergo non ſunt idem.

2 Præterea,

D. ALBERTI MAGNI, RATISBONENSIS EPISCOPI, ORDINIS PRÆDICATORVM, COMMENTARII IN LIBRVM SANCTI DIONYSII Areopagitæ DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA.

CAPVT PRIMVM.

Sympresbytero Timotheo Dionyſius Presbyter.

QVÆ SIT ECCLESIASTICÆ HIERARCHIÆ traditio, & quæ eiuſdem ſpeculatio.

1. QVIA quidem ſecundum nos hierarchia diuinorum puerorum ſacratiſſimè intenta atque diuina, habetur deifica ſcientia & operatione & conſummatione, ex ſupermundanis & ſacratiſſimis oſtendere nos oportet eloquiis, ſacræque perfectionis myſteriorum theleten, his qui ex hierarchicis ſacramentis & traditionibus perfecti ſunt. Sed vide quomodo vt ex principio, deinde Sancta ſanctorum reuenerare: ſed autem & hæc ſecreti Dei intellectualibus & inuiſibilibus ſcientiis honorifica, imparticipata quidem hæc & incontaminata ab imperfectis conſeruans, ſacris autem ſolis ſacrorum cum ſacra illuminatione, ſanctè & pulchrè communicans.

DVBIA.

A QVIA per angelicæ hierarchiæ ſpiritus immediatè à Deo recipientes diuinas illuminationes, ipſa Eccleſiaſtica hierarchica in nos deferuntur, tanquam animarum noſtrarum præſides, decenter & conuenienter immediatè poſt doctrinam cæleſtis hierarchiæ, tradit nobis D. Dionyſius doctrinam Eccleſiaſticæ hierarchiæ: circa quam ante literam quatuor quærenda ſunt. Primò, Vtrum doctrina iſta Eccleſiaſticæ hierarchiæ ſit ſcientia? Secundò, Quid ſit ſubiectum eius? Tertiò, Vtrum ſit vna? Quartò de fine & modo ipſius.

Dubium 1. CIRCA primum ſic proceditur. Videtur primò, quod doctrina Eccleſiaſticæ hierarchiæ, hîc tradita, non ſit ſcientia. Nulla enim ſcientia eſt circa particularia, vt dicit Porphyrius ex ſumma Platonis: ſed in hac doctrina traduntur particulares operationes miniſtrorum Eccleſiæ: ergo non eſt ſcientia.

2 Ad idem, Omnis ſcientia habet principia communia, & propria, ex quibus procedit: ſed hæc doctrina non habet principia communia, cum non reducat ea quæ tradit, in communes conceptiones: & ſic etiam non habet propria principia, quorum firmitas eſt ex communibus: ergo non eſt ſcientia.

3 Ad idem, Omnis ſcientia reducitur ad principales partes philoſophiæ, quæ ſunt rationalis, moralis, & tres modi eſſentiales philoſophiæ, qui determinantur in 6. philoſophiæ primæ, ſcilicet mathematica, naturalis, & diuina: hæc autem non eſt aliqua harum, nec reducitur ad eas: maximè enim videtur reduci in moralem, in quam reduci non poteſt, pro tanto quod moralis conſiderat operationes noſtras: hæc autem eſt de quibuſdam operatis, ſicut de Euchariſtia, & ſimilibus: ergo non eſt ſcientia.

4 Ad idem, Auicenna dicit, quod omnis ſcientia eſt, vel de his quæ ſunt ab opere noſtro, vel ab opere naturæ: ſed ſanctificationes quæ hîc traduntur, non ſunt ab opere naturæ, neque noſtro, ſed diuino: ergo non eſt ſcientia.

5 Ad idem, Sicut probat Philoſophus in 6. Ethic. omnis ſcientia eſt æternorum, eò quod eſt de neceſſariis: ſed ea quæ hîc traduntur, inceperunt per inſtitutionem alicuius in tempore: nec iterum ſemper erunt, quia Sacramentorum vſus ceſſabunt: ergo de his non poteſt eſſe ſcientia.

Ad oppoſitum. Angelica hierarchia, & humana, eodem perficiuntur, id eſt, diuino lumine: cum igitur de angelica ſit ſcientia, quemadmodum in alio libro tradidi, videtur quòd etiam de Eccleſiaſtica debeat eſſe ſcientia.

2 Ad idem, Hierarchia Eccleſiaſtica habet differentias & paſſiones quæ de ipſa demonſtrari poſſunt, & habet diffinitionem, & partes quæ requiruntur in ſcientiis: ergo de ea poteſt eſſe ſcientia.

Solutio. Concedimus, quod hæc doctrina Eccleſiaſticæ hierarchiæ, eſt ſcientia, & concedimus rationes ad hoc: non tamen eſt ſcientia philoſophica, nec reducitur ad aliquam earum, nec ſicut particularis ad vniuerſalem, cum ſubiectum & principia eius non ſtabiliantur à primo Philoſopho, nec ab aliquo: nec iterum ſicut ſubalternata ad ſubalternantem, cum medium eius non ſit ſub medio earum, tanquam demonſtraret quid, altera demonſtrante propter quid: ſed eſt pars ſcientiæ diuinæ, quæ non eſt aliqua earum, quæ dicuntur liberales: quamuis quantum ad ſubiectum ſit liberrima: ſed eſt ante liberales quantum ad certitudinem luminis, quæ eſt per inſpirationem: & hic modus eſt certiſſimus in ſe, quia firmatur immediatè in lumine diuino, à quo eſt omnis firmitas in principiis rationis, quorum principiorum lumen, eſt probatio liberalium ſcientiarum. Vnde dicit Gloſſa ſuper Ioan. quod inſpirationi omnes conſentiunt: ſed in excogitationibus, id eſt, argumentationibus eſt maxima dubietas: vnde & contradicunt ſibi inuicem, quamuis nobis videatur minus certus modus qui eſt per inſpirationem, propter noſtrum defectum.

Ad primum ergo dicendum, quòd hic non traduntur particulares ſanctificationes, vt baptiſmus Petri, ſed particularium operationum, ſicut in medicina, quamuis gratia exempli, aliquæ ſingulares operationes tangantur.

Ad ſecundum dicendum, quòd hæc doctrina habet principia, ex quibus procedit, non quæ ſubiiciantur rationi, ſed quæ ſunt ſupra rationem, à diuina inſpiratione accepta: nihilominus tamen recipit principia communiſſima, quibus vtuntur demonſtratiuę ſcientiæ, vt eſt de quolibet affirmare vel negare.

Ad tertium dicendum, quòd ſcientiæ quæ ſunt de rebus quarum cognitio acquiritur per principia, quæ ſunt ſub ratione, reducuntur ad illas ſcientias: hæc autem eſt ſcientia diuina, per ea quæ ſunt ſupra rationem procedens: & ſimiliter dicendum ad quartum.

Ad quintum autem dicendum, quòd licet non ſemper fuerit vſus ſacramentorum in ſignificando, & cauſando gratiam, nec iterum ſemper ſit futurus, aptitudo tamen ad ſignificandum & cauſandum immutabilis eſt, ſicut etiam dictiones in lingua Latina, ex aliquo tempore ſunt inſtitutæ ad ſignificandum, de his tamen eſt ſcientia grammaticæ, propter immutabilem ſignificandi aptitudinem: & ſecundum hoc de ſacramentis poteſt eſſe ſcientia.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd ſacramenta, de quibus tamen agitur in hac ſcientia, non ſint ſubiectum eius: in omni enim ſcientia, determinari debet de ſubiecto in communi, & de omnibus partibus eius: ſed in hac ſcientia non determinatur de ſacramento in communi, & de omnibus eius partibus: quia nihil dicitur de matrimonio, & extrema vnctione, & pœnitentia: ergo ſacramentum non eſt ſubiectum huius operis. B Dubium 2.

2 Præterea, In ſcientia debent determinari primæ differentiæ ſubiecti, in quibus conuenit ſecundum prius & poſterius, ſicut philoſophia prima de actu & potentia, & ſubſtantia & accidente: ſed ſacramentorum quędam ſunt nouæ legis, in quibus eſt perfecta ratio ſacramenti, ſicut in cauſantibus & ſignificantibus gratiam: quædam verò ſunt ſacramenta veteris legis, quæ tantum ſignificant, de quorum differentia nihil hîc determinat: ergo valde inſufficienter traderet ſcientiam de ſuo ſubiecto, quod eſt inconueniens.

3 Præterea,

3 Præterea, Si dicatur, quòd ſacramenta ſunt ſubiectum, quantum ad ritos ſacramentorum, ſecundum quod pertinent ad actionem hierarchiæ, cum in ſacramento pœnitentiæ maximè exerceantur hierarchiæ actiones, de ritu pœnitentiæ aliquid dicere deberet, de quo tamen nihil dicit.

4 Præterea, Ipſe determinat de quibuſdam quæ tamen non ſunt ſacramenta, ſicut de dormitionibus, id eſt, de ritu ſepeliendi mortuos, & ſimiliter de myſticis conſummationibus: ergo ſacramentum non eſt ſubiectum huius ſcientiæ.

Item videtur quòd Eccleſiaſtica hierarchia non ſit ſubiectum, & tamen videtur alicui eſſe ſubiectum ex titulo: hierarchia enim eſt quidam gradus poteſtatis: ſed baptiſmus de quo hic determinatur, non determinat aliquem gradum poteſtatis, cum à quolibet tradi poſſit: ergo tota hæc ſcientia non verſatur circa hierarchiam: & ſic hierarchia non poteſt eſſe ſubiectum eius.

2 Præterea, Ipſe non determinat de quolibet actu hierarchiæ, ſicut de pœnitentia nihil determinat: ergo videretur eſſe valde inſufficiens.

Solutio. Dicimus, quòd ſubiectum huius operis eſt Eccleſiaſtica hierarchia, ſecundum quod eſt in ſanctificationibus deſcendentibus à ſummo hierarcha per medios vſque ad vltimos, qui ſunt tantum ſubditi. Sacramenta autem hîc non intenduntur, niſi ſecundum quòd ad diſpenſationem hierarcharum pertinent: vnde non determinat de ſacramentis inquantum ſacramenta ſunt, oſtendens quid ſit res in quolibet ſacramento, ſed quaſdam operationes quibus diſpenſantur ſacramenta per hierarchas. Et ideò concedimus, quòd ſacramentum non eſt ſubiectum huius operis, & quatuor primas rationes.

Ad quintum dicendum, quòd baptiſmus quantum ad iuriſdictionem deſcendit à primo hierarcha in medios miniſtros vſque in vltimos, licet executio eius non determinetur ad hierarchas, propter neceſſitatem, quæ determinat miniſtrum quemlibet, etiam de plebe.

Ad ſextum dicendum, quòd in pœnitentia non eſt principale id quod eſt ex actione hierarchæ, ſed quod eſt ex parte ſubditi, ſcilicet interior contritio, quæ abſoluit à culpa: hierarcha autem non abſoluit niſi iam abſolutum, determinando tantum pœnitentiam exteriorem. Et ſimiliter etiam eſt in matrimonio, quod perficitur conſenſu, & in extrema vnctione in qua principaliter operatur deuotio recipientis, in aliis autem principalius illud, quod eſt in actione conferentis ſacramenta, & ideò de his determinat.

C Dubium 3. Circa tertium ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit vna. Vna enim ſcientia, eſt vnius, vt dicit Philoſophus: cum igitur multa tradantur in hac ſcientia, vt baptiſmus, confirmatio, & huiuſmodi, videtur quòd non ſit vna ſcientia.

2 Præterea, Iſta non vniuntur niſi in ratione ſacramenti: ſacramentum autem, vt dictum eſt, non eſt ſubiectum huius ſcientiæ: ergo iſta multa non reducuntur in rationem vnam ſubiecti: ergo de his non poteſt eſſe ſcientia vna.

Solutio. Dicimus, quòd hæc ſcientia eſt vna, & habet vnitatem à ſubiecto ſuo, ſicut & aliæ ſcientiæ: & omnia quæ determinantur in hac ſcientia, quamuis ſint multa, reducuntur tamen ad hierarchiam Eccleſiaſticam, aut ſicut partes, aut ſicut operationes, aut aliter. Et per hoc patet ſolutio ad ea quæ obiecta ſunt.

Circa quartum ſciendum eſt, quòd finis huius ſcientiæ non eſt vt ſciamus, ſicut nunc & hic, ſed vt & ſancti ſimus, ſecundum determinatam ſanctitatem, quæ ſcilicet deſcendit per miniſtros Eccleſiæ à primo hierarcha. Modus autem determinandi in ſcientiis eſt duplex, ſcilicet compoſitiuus, deſcendendo à primis in vltima, per compoſitionem ſecundi cum primo, & ſic deinceps. Reſolutorius, diuidendo cauſam in primas cauſas, & compoſita in ſimplicia. Et in eiſdem poteſt eſſe vterque modus, ſecundum diuerſum ordinem. In hac autem ſcientia modus manifeſtandi, eſt reſolutorius diuinus, non in principia philoſophiæ; reducit enim operationes inferiorum in ſuperiores, & humanas in diuinas, & has in magis diuinas, quouſque perueniatur ad primum principium. Modus verò procedendi in ſcientia, quantum ad partes ſuas oſtendetur ex diuiſione. Alia verò, vt de efficiente, & habitu regente, determinata ſunt in principio cæleſtis hierarchiæ. D Dubium 4.

DIVISIO TEXTVS.

Diuiditur autem iſte liber in duas partes. In prima determinat de Eccleſiaſtica hierarchia in communi: in ſecunda de partibus eius, & incipit in ſecundo cap. ibi, *Dictum eſt igitur à nobis, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima determinat modum iſtius ſcientiæ: quod debet primò fieri in qualibet ſcientia, vt dicit Philoſophus in ſecundo philoſophiæ primæ. In ſecunda determinat de hierarchia Eccleſiaſtica in communi, per differentiam à cæleſti, & ſecundum comparationem ad ſuum principium, ibi, *Quædam igitur Angelorum eſt, &c.* Prima diuiditur in partes duas. In prima ponit modum qui eſt in iſta ſcientia. In ſecunda probat quoddam, quod dixerat; ibi, *Sic enim vt Theologia, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit ex quibus principiis, & quibus auditoribus tradenda ſit hæc ſcientia. In ſecunda autem quibus occultanda, ibi, *Sed idem quomodo, &c.* E

EXPOSITIO TEXTVS.

Et quia iſte liber ſcriptus fuit in modum epiſtolæ ad Timotheum, ſicut & cæleſtis hierarchia, præmittitur ſalutatio talis: *Dionyſius*, quod eſt proprium nomen Authoris, *Preſbyter*, id eſt, ſenior, hoc eſt, Epiſcopus, in quo tangitur eius dignitas, fuit enim Epiſcopus Athenarum, mittit *ſalutem*, vel hoc opus, *Timotheo*, qui fuit diſcipulus Pauli, *compreſbytero*, id eſt, coepiſcopo ſibi, etenim ipſe fuit Epiſcopus Epheſi. *Quidem*, id eſt certè, *quia hierarchia*, id eſt, ſacer principatus, *puerorum*, id eſt, miniſtrorum, ſecundum morem ſacræ Scripturæ, vt Ioan. 20. Pueri nunquid pulmentarium habetis, &c. *diuinorum* per participationem ſacrorum donorum, quæ eſt, *ſecundum nos*, id eſt, apud nos, ad diuinam, angelicam hierarchiam dico, *imitatu ſacra-* F

c. *tiſſimè*, quantum ad rectam intentionem eorum quæ ſunt in ea, tendentem in Deum, vt in finem omnis actionis hierarchiæ: *atque diuina*, quantum ad dona quibus in hierarchia conſtituuntur, quæ ſunt Dei ſimilitudines: quia, inquam, hæc hierarchia, *habetur ex deifica*, Deum ſimilante, *ſcientia*, quantum ad perfectionem contemplationis, *& ex operatione*, quantum ad perfectionem actiuæ: & hæc duo ponebantur in definitione hierarchiæ, quaſi materialia in 3. c. cæleſtis hierarchiæ. *Et ex conſummatione*, id eſt, perfectione, quæ eſt finis operationis hierarchiæ: & ideò intermittit alia duo, ſcilicet purgationem & illuminationem: quia, inquam, ſic habentur, *oportet oſtendere theleten*, id eſt, ritum & formam *myſteriorum*, id eſt, occultorum *ſacræ perfectionis*, id eſt, ea quæ latent ſenſibus velata in ritu perfectionis hierarchicæ: oportet dico oſtendere *ex eloquiis* ſacræ Scripturæ ſcilicet *ſupermundanis*, quia per inſpirationem traditis, eleuātibus intellectum ſuper mūdanas rationes, *& ſacratiſſimis*, quantum ad ea quæ in eis traduntur: & hæc oportet oſtendere *his* auditoribus, *qui ſunt perfecti ex hierarchicis ſacramentis & traditionibus*, id eſt, doctrinis, vt principia & auditores proportionentur rei traditæ. Alia litera eſt, *habet*, vbi iſta habetur, & poteſt ſic legi: *quia hierarchia habet* tanquam eſſentialia ſibi *intenta*, id eſt, actiones intentas, *ſacratiſſimè atque diuina dona*, vel actiones, dico, ex *deifica*, &c. *Sed tu ô Timothee vide*, id eſt, caue, *quomodo*, id eſt, per quem modum ſit hierarchia, *non ex principio*, id eſt, ex ſuo principio ſit, quia ex Deo: *deinde* conſiderata ſanctitate principii *reuenerare*, id eſt, iterum atque iterum reuenereris, *ſancta ſanctorum*, id eſt, ſancta myſteria hierarchiæ, à ſanctis ſanctorum tradita: & rationem ſiue modum reuerentiæ explicat communiter dicens: *autem ſed & hæc*, ſcilicet ſacramentum, quod eſt *ſecreti Dei*, hoc eſt, occulti nobis, quia lucem habitat inacceſſibilem, eius ſcilicet authoris, *honorifica* hos ritus, *ſcientiis intellectualibus & inuiſibilibus* exteriori viſu, id eſt, non ſiſtendo in ſenſibilibus, ſed procedendo ex his in inſenſibilia: in his enim honorantur, quod talium ſigna creduntur, & non propter ſenſibilia tantum. *Honorifica*, dico, *conſeruans quidem hæc imparticipata ab imperfectis*, id eſt, immundis, quantum voluntas tenditur, *& incontaminata* ab iis qui nituntur eis obniare, ſecundum quod dicitur Math. 7. Nolite ſpargere margaritas inter porcos, &c. *autem*, id eſt, ſed, *communicans ſolum ſacris* auditoribus ea *cum ſacra illuminatione*, id eſt, doctrina *ſacrorum*, id eſt, de ſacris, *ſancta*, quantum ad affectum, *& pulchrè* quantum ad intellectum, id eſt, per decentes rationes. *Autem*, id eſt, ſed *vide quomodo non ex principio*, id eſt, extra principii decentiam, quod eſt Deus, tradas ea. Si ſancta ſanctorum ſunt, venerare ea. Si autem hæc ſunt ea quæ ſunt ſecreti Dei, &c. Et hic ſenſus oſtenditur ex alia tranſlatione, quæ ſic dicit: Sed vide vt non extra terminum ſuum mittas ſancta ſanctorum: reueneraberis autem, & ea quæ ſunt occulti Dei, intellectualibus & inuiſibilibus cognitionibus honorabis: extra terminum ſuum ponerentur, ſi non in intelligibilia reducerentur, & ſi immundis communicarentur.

DVBIA.

G *Dubium 1.*

Sed videtur inſufficienter enarrare ea, ex quibus habetur hierarchia: ſicut enim dicit Philoſophus, ad virtutem tria exiguntur, ſcilicet ſcire, & velle, & indeſinenter operari: cum igitur omittat voluntatem, ponens ſcientiam & operationem, videtur inſufficienter dicere.

2 Præterea, Sicut dicit Philoſophus, velle magis eſſentiale eſt virtuti, quam ſcire, quia primum confert ad virtutem: ergo potius debuit ponere voluntatem, quam ſcientiam.

3 Præterea, Secundum voluntatem mouemur: cum igitur ſanctificatio ſit ex merito, ponens ea quæ pertinent ad ſanctitatem hierarchiæ, potius debuit ponere voluntatem quam ſcientiam.

Solutio. Dicimus, quòd in ſanctitate, quæ eſt ex operatione noſtra, principalior eſt voluntas, quam ſcientia, cuius ſanctitas eſt, quæ eſt per virtutes: ſed ſanctificatio hierarchica non eſt ex operatione noſtra, ſed ex quibuſdam operatis, in quibus operatur virtus diuina: & ideò in hac ſignificatione non eſt principalior voluntas. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

H *Dubium 2.*

Item videtur falſum quod dicit hîc, ſacramenta conſeruanda eſſe imparticipata ab imperfectis. Magis enim indigentibus, magis ſunt communicanda: imperfecti autem magis indigent: ergo eis magis ſunt communicanda.

2 Præterea, In operatione virtutum largitatis, ſecundum Philoſophum, eſt conferre ei qui non habet: ſed imperfecti non habent ſanctitatem, quæ confertur per ſacramenta: ergo in collatione ſacramentorum, hoc eſt præcipuè obſeruandum, vt dentur imperfectis.

Ad oppoſitum eſt, quòd dicitur Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, multo magis malitiæ malum: & in maleuolam animam non introibit ſapientia.

Solutio. Dicimus, quòd ſunt quidam imperfecti voluntate, & actu: quorum ſcilicet voluntas repugnat gratiæ: & talibus non ſunt conferenda ſacramenta: quia & contemnerent, & effectum ſacramentorum non obtinerent: ſunt enim ſacramenta quædam medicamenta ſpiritualia: vnde ſicut corporalis medicina non producit effectum ſuum in corpore, niſi præparato per actionem, ita etiam vbi repugnat voluntas gratiæ, non poſſunt habere effectum. Sunt autem quidam iterum imperfecti, qui tamen faciunt quod in ſe eſt, præparantes ſe ad gratiam: & talibus ſunt conferenda ſacramenta. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Sic enim, vt Theologia diſcentibus nobis tradidit, & ipſe Ieſus diuiniſſimus animus & ſupereſſentialis, omnis hierarchiæ & ſanctificationis & deificationis principium & eſſentia & diuiniſſima virtus, beatis & noſtrum melioribus eſſentiis ſignificantius ſimul & intellectualius illucet, & eas ad pro- 2.

priam

prium lumen aſſimilat ſecundum virtutem, noſtraſque ad ſe extenſorum & nos extendente bono amore complicat multas alteritates, & in vniformem & diuinam conſummans & vitam & habitum & actionem, ſanctam & pulchram donat diuinæ ſacerdotalitatis virtutem. Deinde in ſanctam venientes diuini ſacerdotij operationem, propius quidem nos efficimur ſuper nos eſſentiarum ſecundum virtutem ſimilitudini manentis & immutabilis earum ſacræ collocationis, & hac ad beatam Ieſu & diuinam claritatem reſpicientes, & quæcunque videre poſſibile, ſacrè explorantes, & ſpeculationibus ſcientiæ illuminati myſtica diſciplina, conſecrati, & conſecrantes luciformes, ſed & deifici, perfecti & perfectiores fieri poterimus.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sic enim vt Theologia, &c.

A Hic probat quædam quæ dixerat, quod ſcilicet non omni ſunt æqualiter ſacramenta communicanda: & eſt ratio ſua talis, Iſte qui eſt principium totius hierarchiæ, diſſimiliter diſtribuit proprium lumen his qui non ſunt æqualiter diſpoſiti, ſecundum capacitatem enim hominibus & Angelis diſtribuit: ergo ſimiliter Pontifex his qui non ſunt æqualiter diſpoſiti ſecundum voluntatem, non æqualiter debet ſacramenta præbere. Litera ſic conſtruatur, *Enim*, id eſt quia, *vt Theologia*, id eſt, ſacra Scriptura, *tradidit nobis diſcentibus ab ipſa*, id eſt, modum quo non ſunt omnibus æqualiter ſacra exponenda, *& ipſe Ieſus* ſecundum humanitatem, *animus*, id eſt, intellectus, *diuiniſſimus*, id eſt, ſupra modum omnis creaturæ, diuini luminis particeps, vt etiam Angeli ab ipſo recipiant, *& ſupereſſentialis* ratione diuinitatis quæ intus eſt, *principium omnis hierarchiæ* angelicæ, & humanæ, quantum ad ipſius gradus poteſtatis, & *ſanctificationis*, quoad dona depurantia, & confirmantia, quibus gradus diſtribuuntur, *& deificationis*, quantum ad conſummationem reductionis in Deum: & ipſe dico *eſſentia*, id eſt, omnis eſſentiæ cauſa, *& virtus diuiniſſima*, effectiuè, *ſignificantius*, id eſt, expreſſius *ſimul & intellectualibus*, quia ſimplicius *illucet in eſſentiis beatis & noſtrum melioribus*, id eſt, nobis ſcilicet & Angelis, *& aſſimilat eas ad proprium* ſuum *lumen*, non per æqualitatem, ſed *ſecundum virtutem*, id eſt, proportionem ipſarum, *quia & complicat*, id eſt, adunat, *multas alteritates noſtras*, id eſt, intellectus noſtros non firmiter ſtantes in vno, ſed nutantes ad diuerſa: non enim alteritates nominat multiformes carnalium voluptatum curas, vt dicit Commentator: has enim non complicat in ſe, ſed abiicit. Non tamen quorumlibet noſtrum, ſed *extenſorum ad ſe*, id eſt, qui porrigunt ſe ipſi, præparantes ſe ad gratiam: & hoc fit, *amore bono*, id eſt, bonorum, *extendente*, id eſt, eleuante *nos* ad ipſum: *& ipſe ſpiritus conſummans*, id eſt, perficiens alteritates noſtras *in vniformem & diuinam vitam*, quæ participatione diuinorum ad diuinam vnitatem accedit, *& ſimiliter* vniformem *habitum & actionem, donat* nobis *ſanctam & pulchram*, id eſt, decenter ordinatam, *virtutem diuinæ ſacerdotalitatis*, id eſt, quæ à Deo, & circa diuina eſt, non per eſſentiam, quia ſic eſt in ſolis ſacerdotibus, ſed per participationem, prout aliquid eius participatur ab intelligentibus. Tripliciter autem perficitur anima, ſecundum eſſentiam, & ſic eſt vita ex influentia gratiæ in animam à Deo. Perficitur etiam ſecundum potentias, & quantum ad hoc dixit habitum quo aliquis operatur, cum tempus fuerit ſecundum Aug. Perficitur etiam in opere, & quantum ad hoc dixit actionem. *Deinde venientes* (dante gratia) *in operationem diuini ſacerdotij*, vel per eſſentiam, vel per participationem, *nos quidem efficimur propius* quam prius eramus *ſecundum virtutem* noſtram *ſimilitudini collocationis*, id eſt, ordinis *earum eſſentiarum quæ ſunt ſuper nos*, ſcilicet Angelorum. Collocationis dico, *ſacræ, manentis & immutabilis*: licet enim in ſacrorum receptione renouentur, ſemper tamen in eodem ordinis gradu perſiſtunt, vt alibi explanatum eſt, *& ex hac* ſimilitudine tanquam non ſiſtentes in ea, ſed *reſpicientes* vt in primum principium & vltimum conſummationis finem *ad beatam Ieſu*, quantum ad naturam humanam, *& diuinam claritatem* ipſius, quantum ad diuinam, & etiam *illuminati*, id eſt, inſtructi *ſacrè*, id eſt, ſecundum menſuram fidei, *explorantes*, id eſt, inquirentes de diuinis, *quæcunque poſſibile* eſt nobis *videre*, & etiam *diſciplina*, id eſt, ſcientia, *myſtica*, id eſt, figuris velata, & hoc *ſpeculationibus ſacræ ſcientiæ, poterimus fieri conſecrati*, id eſt, purgati, quantum ad ſimilitudinem doni, *& conſecrantes*, quantum ad conſortium poteſtatis, *luciformes*, id eſt, illuminati, & *deifici*, id eſt, illuminantes, & hoc propter ſimilitudinem nominis: quia Theos dicitur à videre, & ſic propinquat ſanctificationibus luminis, & quantum ad incommunicantiam rei, quia omnia iſta ſunt diuinæ ſcientiæ aſſumptio, vt in ſeptimo capitulo præcedentis hierarchiæ dicit: & ideò tota deificatio perficitur per illuminationem ſecundum ſubiectum: *& etiam perfecti & perfectiores.*

DVBIVM.

Sed videtvr, quòd non magis illuceat Deus Angelis quam nobis: humanæ naturæ enim illuxit diuinum lumen ſecundum eſſe per vnionem: Angelis autem tantum per gratiam, quod multo minus eſt: Nuſquam enim Angelos apprehendit, &c. Heb. 10. ergo multò magis B

illucet hominibus quam Angelis.

2 Præterea, Hoc illucere eſt maximè ſecundum intellectum: ſed ſecundum Aug. ſecundum intellectum pares ſumus Angelis: non ergo minus illucet nobis quam Angelis, cum æqualibus æqualiter illuceat nobis.

3 Præterea, Gloſſa ſuper Apo. 1 dicit, quòd eadem eſt menſura hominis & Angeli: ſi igitur Deus non æqualiter eis diſtribueret lumen, eſſet iniuſtus, quod eſt impoſſibile.

Ad oppoſitum. Infimum in Angelis eſt altius eo quod eſt eminentius in hominibus: dicitur enim de Ioanne Baptiſta, quod qui minor eſt in regno cælorum, eſt maior eo: ergo non eſt eadem menſura hominis & Angeli: & ſic non æqualiter illucet Deus vtrique.

Solutio. Dicimus, quòd quantum ad ſortem beatitudinis eadem eſt menſura vtriuſque, ſcilicet hominis & Angeli, & æqualiter Deus illucet vtrique: ſed quantum ad ſtatum viæ homines ſunt ſub Angelis & minus participant de diuinis illuminationibus.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet magis ſit illucere per vnionem quam per gratiam, non tamen illa vnio remouet à tota humana natura modum accipiendi, qui eſt per ſpeculum & in ænigmate, & hoc manente non poſſumus eſſe æquales Angelis qui vident per ſpeciem.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum intellectum ſumus æquales Angelis quantum ad ſortem beatitudinis, ſed non quantum ad ſtatum viæ: & ſimiliter etiam dicitur eſſe eadem menſura hominis & Angeli. Vnde patet ſolutio ad tertium. Aliud concedimus: quia concludit quantum ad ſtatum præſentis vitæ.

3. Quædam igitur Angelorum eſt & Archangelorum hierarchia & ſupermundalium Principatuum, & Poteſtatum, & Virtutum, Dominationumque, & diuinorum Thronorum, aut æquipotentium Thronis eſſentiarum, quas Theologia attentè & ſemper circa Deum eſſe & poſt Deum tradit, Cherubin eas Hebræorum voce & Seraphin nominans, ornatum earum & hierarchiarum ſecundos ordines & diuiſiones conſequens inuenies in eis, nobis non condignè quidem, vt poſſibile autem, & vt Theologia ſacratiſſimis ſcripturis ſubintroduxit, iuxta eas hierarchiam laudantibus. Tantum tamen dicere neceſſarium, quomodo & illa & omnis nunc laudans ſupra nos hierarchia, vnam habet & eandem per omnem virtutem hierarchicam actionem: ipſumque ſummum ſacerdotem, quomodo iuxta eum eſſentia & analogia & ordo habet perfici ſecundum diuina & deificari, & ſubiectis tradere ſecundum dignitatem vnicuique, facta ei diuinitus ſacra deificatione: ipſoſque ſubditos ſequi quidem meliores, extendere verò minores in ea quæ ante ſunt: quoſdam autem & præeſſe, & quantum poſſibile, alios ducere, & per hanc diuinam hierarchicam harmoniam, verè ſubſiſtens bonum & ſapiens & optimum participare vnumquemque iuxta virtutem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Quædam igitur Angelorum, &c.

Hic incipit determinare de Eccleſiaſtica hierarchia in communi, & diuiditur in partes duas. In prima monet in quo conuenit & differt cum Angelica hierarchia. In ſecunda determinat de Eccleſiaſtica ſecundum ea quæ ſunt propria ſibi, ibi, *Nunc verò noſtram, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit quid ſit commune hierarchiæ angelicæ & humanæ. In ſecunda oſtendit in quo differant, ibi, *Ipſa quidem, &c.* Circa primum ponit in quibus ſit Angelica hierarchia. Secundò oſtendit quid ſibi ſit commune cum humana, ibi, *Tantum tamen dicere neceſſarium, &c.* A

Litera ſic legatur. Diximus, quòd iſte ſignificantius illucet eſſentiis ſupra nos & complicat etiam noſtras alteritates. *Igitur quædam hierarchia*, ſcilicet ſuperior eſt *Angelorum & Archangelorum & Principatuum ſupermundalium*, qui ſunt tres ordines infimæ hierarchiæ in Angelis: *& Poteſtatum, Virtutumque & Dominationum*, quantum ad mediam: *& diuinorum Thronorum aut eſſentiarum æquipotentium Thronis*, ſecundum poteſtatem hierarchiæ, quamuis ſint ſuperiores ordine, *quas* ſcilicet eſſentias *Theologia*, id eſt, ſacra Scriptura *tradit eſſe attentè*, ſecundum quod in Deo ex toto colliguntur, *& ſemper*, ſecundum quod ab eo non deflectunt, *circa Deum*, ſecundum contemplationem, *& poſt Deum*, ſecundum naturæ dignitatem, vt dictum eſt 7. & 13. cap. cæl. hier. Theologia dico, *nominans eas*, ſcilicet eſſentias *voce Hebræorum Cherubin & Seraphin*, & hoc dictum eſt, quantum ad tres ordines primæ hierarchiæ, *conſequens* hæc nomina, *inuenies in eis, ornatum earum*, ſcilicet dictorum ordinum, id eſt, dona quibus ornantur, *& ſecundos ordines hierarchiarum*, quantum ad gradus in quibus ex dictis collocantur, *& diuiſiones*, quantum ad differentiam vnius ab alia. Hæc dico,

dico, inuenies, *nobis laudantibus*, id eſt, per modum laudis tractantibus *hierarchiam*, *iuxta eas*, id eſt, ſecundum quod eſt in prædictis eſſentiis, *quidem*, id eſt, certè, *non condignè* eis, *autem*, id eſt, ſed *vt poſſibile* fuit nobis, *& vt Theologia introduxit in ſacratiſſimis ſcripturis*: quia vt 7. cap. cæl. hier. dicitur, non eſt dicendum aliquid de eis niſi quod ſacra ſcriptura tradidit. *Tamen* quamuis hæc expoſita ſint à nobis in alio libro, ad præſens *tantum eſt neceſſarium dicere*, vt accipiatur in quo conuenit cum Eccleſiaſtica hierarchia, de qua eſt præſens interpretatio, ſcilicet *quomodo & illa hierarchia*, ſcilicet cæleſtis, quæ eſt *ſupra nos*, *& omnis* hierarchia *nunc*, id eſt, in ſtatu viæ *laudans* Deum, ſcilicet Eccleſiaſtica hierarchia *habet per omnem virtutem*, id eſt, poteſtatem cuiuſque hierarchiæ, *vnam & eandem actionem hierarchicam*, quia habet hanc actionem: *ipſumque ſummum ſacerdotem*, id eſt, qui ſupra alios collocatur ſacra dans, ſiue ſit Angelus, ſiue homo, *& deificari* quantum ad ſimilitudinem diuinorum donorum, *& tradere ſubiectis*, id eſt, inferioribus *diuina* dona *vnicuique ſecundum* ſuam *dignitatem*, & hæc *facta deificatione ſacra*, id eſt, aſſimilatione ad Deum, *qui*, ſcilicet ſummo ſacerdoti *diuinitus*, id eſt, à Deo, quia primi recipientes à Deo effundunt in ſubditos, & hoc fit, *quomodo*, id eſt, per modum quo, *eſſentia*, id eſt, natura, *& analogia* quantum ad proportionem hierarchiæ *& ordo iuxta eum*, ſcilicet ſummum ſacerdotem, in quo ipſe Chriſtus eſt, *habet perfici ſecundum diuina*: aliter enim perficitur natura humana & angelica, & aliter Angeli qui ſunt in diuerſis hierarchiis, & aliter in eadem hierarchia qui ſunt in diuerſis ordinibus: quia patet in omni hierarchia *ipſos quidem ſubditos ſequi meliores*, id eſt, ſuperiores per participationem donorum ipſorum, & hoc quantum ad ſimilitudinem doni: *verò*, id eſt, ſed quantum ad conſortium poteſtatis, *extendere*, id eſt, reducere *minores*, id eſt, inferiores per ſe, non in ſe, *ſed in ea quæ ante ſunt*: *autem*, id eſt, ſed *quoſdam* ſcilicet illos maiores, *& præeſſe aliis*, *& ducere alios*, *quantum poſſibile eſt* eis, *& per hanc* quam diximus *diuinam harmoniam*, id eſt, proportionem diuinorum, quantum ad virtutem & ad finem, *hierarchicam*, quantum ad ipſum ordinem, *participare iuxta virtutem* ſuam *bonum*, ſcilicet Deum, qui eſt *verè ſubſiſtens*, quantum in ſe eſt à nullo dependens, *& ſapiens*, ſecundum quod eſt finis intellectus, eſt enim ſapientia per cauſas altiſſimas, *& optimum* ſecundum quod eſt finis affectus habens in ſe omne delectabile.

D V B I V M.

B Sed videtur eſſe falſum quod dicit, ſcilicet quod omnis hierarchia per omnem virtutem habet vnam & eandem actionem. Diuerſarum enim naturarum, diuerſa eſt poteſtas, cum potentia ſit conueniens eſſentiæ: ſed hierarchia non eſt niſi quidam gradus poteſtatis: ergo hominum & Angelorum natura diſtantium, non eſt hierarchia vna: ergo nec actio vna hierarchiæ.

2 Præterea, In alio libro ſufficienter determinauit, quæ formaliter ſunt angelicæ hierarchiæ: ſi autem humana & angelica haberent vnam actionem, non differrent niſi materialiter, ſecundum quod hæc eſt hominum & illa Angelorum: ergo liber iſte eſſet ſuperfluus.

3 Præterea, non eſt vna hierarchia in ſymbolis & in aperta viſione recipere: ſed hominum hierarchia eſt recipere in ſymbolis, Angelorum verò in aperta viſione: ergo non eſt eadem hierarchia, & ſic nec actio vna.

4 Præterea, Quæ non ſunt eiuſdem diuiſionis, eorum non eſt ſubſtantia vna: ſed Angelica hierarchia diuiditur per nouem ordines, Eccleſiaſtica autem non, ſed tantum in tres, ſcilicet Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos, vt ipſe dicet: ergo non ſunt eiuſdem ſubſtantiæ, & & ſic nec actionis.

5 Ad idem, Non eſt vna & eadem actio in ſtatu meriti & ſecundum ſortem beatitudinis: ſed nos ſumus in ſtatu merendi, Angeli verò in ſorte beatitudinis: ergo non eſt vna actio hierarchiæ noſtræ & illorum.

Solutio. Dicimus, quod Angelica & humana hierarchia differunt quidem in ſpecie, ſed ſunt idem in genere hierarchiæ, & ſic etiam habent vnam actionem genere, licet non ſpecie. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta: concludunt enim omnia de identitate ſecundum ſpeciem.

Sed ipſę quidem ſuper nos eſſentiæ & ordinationes quarum iam memoriam ſactam fecimus, & incorporales ſunt & inuiſibiles, & ſupermundana eſt ſecundum ipſas hierarchia: eam verò ſecundum nos videmus proportionaliter nobiſipſis ſenſibilium ſymbolorum varietate multiplicatam: ex quibus hierarchicè in vniformem deificationem in commenſuratione quæ ſecundum nos eſt, reducimur, in Deumque & diuinam virtutem. Ipſę quidem vt intellectus intelligunt, iuxta quod eis fas eſt: nos verò ſenſibilibus imaginibus in diuinas, quantum poſſibile eſt, reducimur contemplationes. Verèque dicendum, vnum quidem eſt, quod omnes vniformes appetunt, participant verò non vniformiter idipſum vnum quod eſt: ſed ſicut vnicuique diuina iuga diſtribuunt iuxta dignitates partem. Sed quidem hæc nobis in ea, quæ eſt de inuiſibilibus & ſenſibilibus, actione latius dicta ſunt. Nunc verò noſtram hierar- 4.

chiam principiumque & eius eſſentiam, quantum poſſibile, dicere tentabo, omnium hierarchiarum principium & conſummationem Ieſum inuocans. Eſt quidem hierarchia omnis ſecundum adorabile noſtræ ſacræ traditionis, omnis ſubiectorum ſacrorum ratio, aut vniuerſaliſſima huius continuatim hierarchiæ, aut huius ſacrorum conſummatio.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sed ipſa quidem, &c.

A HIc oſtendit in quo differunt noſtra & Angelica hierarchia, & primò oſtendit propoſitum. Secundò ponit ad hoc quandam generalem regulam, ibi, *Verèque dicendum, &c.* Sic continuetur, dictum eſt, in quo conueniunt duæ hierarchiæ. *Sed ipſa quidem eſſentia & ordinationes* quæ ſunt *ſuper nos*, id eſt, angelicæ, *quarum iam fecimus ſacram memoriam*, in hoc capitulo, *& ſunt incorporales*, quantum ad naturam, quantum autem ad hoc, poſſunt aliquo modo dici corporales quod communicant cum corporibus in hoc quod diffiniuntur locis, propter quod dicit Damaſcenus, quòd ſunt corporales, comparati ad Deum, qui non diffinitur loco, & ſunt *inuiſibiles* viſu corporeo, *& hierarchia ſecundum ipſas*, id eſt, ipſarum, *eſt ſupermundana*, quia non ſymbolis perficitur. *Verò*, id eſt, ſed *videmus eam* hierarchiam quæ eſt *ſecundum nos*, id eſt, Eccleſiaſticam eſſe *multiplicatam*, id eſt, multipliciter perfectam *varietate ſimplicium ſymbolorum*, & hoc *proportionaliter nobis ipſis*, qui aliter capere non poſſumus, *ex quibus*, ſcilicet ſymbolis *in commenſuratione quæ ſecundum nos eſt*, id eſt, ſecundum propoſitionem noſtram *reducimur hierarchicè in deificationem uniformem*, id eſt, ſimilem vnitatem, his qui deificati ſunt participatione, *in ipſumque Deum*, quantum ad ſimilitudinem doni, *& diuinam virtutem*, quantum ad conſortium poteſtatis. Et huius differentiæ hæc eſt ratio: quia *ipſa quidem*, id eſt, ſuperiores eſſentiæ, vel ſuper nos eſſentiæ *intelligunt* diuina, *iuxta quod eis eſt fas*, id eſt, poſſibile, *vt intellectus*, quia nihil habent depreſſiuum intellectus, ſicut in nobis deprimitur per continuum & tempus, non quod eſſentia eorum ſit potentia intellectus, quia hoc ſolius Dei eſt: *vero*, id eſt, ſed *nos reducimur*, *quantum poſſibile* eſt nobis, *in diuinas contemplationes ſenſibilibus*, id eſt, per figuras quaſdam: quia propriè *verèque dicendum* eſt (quod vniuerſale principium in ſcientia hierarchiæ) quod ſcilicet *eſt vnum quidem*, ſcilicet Deus, *quod omnes* tam Angeli quam homines *uniformes* ſecundum genus hierarchiæ *appetunt* vt finem & optimum. *Verò*, id eſt, ſed *idipſum vnum quod eſt*, quod in ſe ſemper manet vnum, *non participant omnes uniformiter*, id eſt, eodem modo, *ſed hoc ſicut diuina iuga*, id eſt, diuinę leges (quę omnia ſibi ſubiugant) *diſtribuunt partem* in participando *iuxta dignitates* participantium. *Sed hæc quidem*, ſcilicet quomodo quidam cum ſymbolis, & quidam accipiunt ſine ſymbolis, *latius dicta ſunt à nobis ea in actione*, id eſt, tractatu, *quæ eſt de inuiſibilibus & ſenſibilibus*, quẽ nos non habemus.

Nunc verò noſtram, &c. Hic incipit determinare de Eccleſiaſtica hierarchia in communi, ſecundum ea quæ ſunt propria ſibi, & angelicæ. Et primò dicit de quo eſt intentio. Secundò exequitur, ibi, *Eſt quidem hierarchia. &c.* Litera ſic conſtruitur. *Verò*, id eſt, ſed poſtquam oſtendimus in quo differt noſtra hierarchia ab angelica, *nunc dicere tentabo (quantum poſſibile)* eſt mihi, *noſtram hierarchiam*, id eſt, Eccleſiaſticam *& principium eius & eſſentiam*, id eſt, definitionem, *inuocans* in adiutorium *Ieſum, principium & conſummationem*, id eſt, finem *omnium hierarchiarum*, tam humanæ quam angelicæ, id eſt, à quo manant, & in quem reducuntur. *Eſt quidem hierarchia, &c.* Hic exequitur, & diuidit in duas partes. In prima dicit quid ſit Eccleſiaſtica hierarchia. In ſecunda quod ſit principium eius, ibi, *Huius principium hierarchiæ.* Circa primum tria facit. Primò dicit in quo omnis hierarchia conſiſtit. Secundò applicat hoc Eccleſiaſticæ hierarchiæ, in hoc oſtendens quid ſit, ibi, *Noſtra igitur hierarchia, &c.* Litera ſic conſtruitur. *Omnis quidem hierarchia* tam angelica quam humana, *ſecundum adorabile*, id eſt, venerabile (ſic enim habet alia tranſlatio) *noſtra ſacra traditionis*, ſcilicet ſecundum quod traditum eſt nobis à venerandis viris in Scripturis ſacris, *eſt omnis*, id eſt, tota *ratio*, ordinis ſcilicet, *ſacrorum*, id eſt, de ſacris *ſubiectorum*, id eſt, inferiorum, complectens in ſe omnia ſacra dona etiam inferiorum, quæ ſunt ratio, quare quidam ordinantur ſuper alios, & hoc dicitur quantum ad ipſum ordinem hierarchicum: *aut* etiam cum hoc eſt *vniuerſaliſſima conſummatio*, id eſt, perfectio *ſacrorum*, id eſt, quæ eſt per ſacra, *continuatim huius hierarchiæ*, *aut huius*, id eſt, ſecundum quod vna eſt ſub alia, quia ſuperior complectitur in ſe omnes perfectiones inferioris.

DVBIVM.

Sed videtvr, quod hæc diffinitio hierarchiæ ſit incompetens: hierarchia enim ineſt magis ſuperpoſitis quam ſubiectis: ergo magis & potius debuit dicere, ratio ſuperiorum quam ſubiectorum. B

2 Præterea, Hierarchia conſiſtit in ſcientia & actione, vt in capitulo tertio cæleſtis hierarchiæ dictum eſt: hæc autem ſunt tam in ſuperioribus quam ſubditis: ergo hierarchia eſt ratio vtrorumque.

3 Præterea, Purgatio & illuminatio & perfectio perficiuntur his duobus, ſcilicet ſcientia & actione: cum igitur illa tria ſint operationes hierarchiæ, videtur quod illa hierarchia ſit in ſcientia & actione: & ſic idem quod prius.

4 Præterea, Non ponit in definitione ſua, eſſentialia hierarchiæ quæ in alio libro poſuit: ergo videtur incompetens eſſe definitio.

Solutio.

Solutio. Dicimus, qoòd noo intendit diffinire hierarchiam, cum alibi diffinita ſit, ſed ponere id quod complectitur in ſe omnia eſſentialia hierarchiæ, in quo ſunt implicitè diffinientia hierarchiam. Per hoc quod dicitur, omnis ſacrorum ratio & conſummatio, tangitur & ſcientia & actio & quidquid aliud concurrit ad perfectionem hierarchiæ: & per ſubiecta dat etiam intelligere ſuperpoſita, cum ſubiectum ſine ſuperiori non poſſit intelligi. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

5. Noſtra igitur hierarchia dicitur & eſt continens omnium quæ iuxta eam ſunt ſacrorum negotium, ſecundum quam diuinus hierarches perfectus omnium, habebit quæ ſecundum ipſum ſunt ſacratiſſimorum participationem, vtporè à hierarchia cognominatus. Sicut enim hierarchiam qui dicit, omnium ſimul comprehenſam dicit ſacrorum diſpoſitionem: ſic hierarcham dicens, declarat mirabilem & diuinum virum, omnis ſacræ eruditum ſcientiæ: in quo purè ſua hierarchia omnis perficitur & cognoſcitur.

EXPOSITIO TEXTVS.

Noſtra igitur hierarchia, &c.

A Hic applicat Eccleſiaſticæ hierarchiæ quæ dicta ſunt de hierarchia in communi, dicens, ex quo omnis hierarchia eſt talis, *noſtra hierarchia dicitur* ſecundum ſignificationem nominis, *& eſt* ſecundum ſuum eſſe, *negotium*, id eſt, actio, *continens*, id eſt, contentiuum *omnium ſacrorum quæ ſunt iuxta eam*, id eſt, quæ ad ipſum pertinent, non enim continet ſacra angelica, *ſecundum quam*, ſcilicet hierarchiam, id eſt, ex eo quod habet ipſam *diuinus hierarches*, *perfectus omnium*, id eſt, in omnibus, *habebit participationem omnium ſacratiſſimorum*, *quæ ſecundum ipſum ſunt*, id eſt, quæ ad ſuam hierarchiam pertinent, *vtpotè cognominatus à hierarchia. Sicut enim qui dicit hierarchiam, dicit diſpoſitionem* quandam *ſimul comprehenſam omnium ſacrorum*, id eſt, ex omnibus ſacris: *ſic dicens hierarcham declarat* ex ipſo nomine *virum* quendam, à virtute enim, *mirabilem* quantum ad altitudinem poteſtatis, *& diuinum* quantum ad bonitatem & ſimilitudinem donorum, *eruditum omnis ſacræ ſcientiæ: in quo omnis ſua hierarchia*, ſcilicet ſecundum quod eſt hierarchia, *perficitur & cognoſcitur*, ſicut in eo in quo eſt perfecta virtus hierarchiæ, in aliis enim eſt per participationem ab ipſo, *purè*, id eſt, ſine defectu aliquo.

DVBIVM.

B Sed videtur falſum quod dicit, quòd hierarches eſt perfectus participatione diuinorum ſacrorum: ſicut enim dicitur Heb. 5. Et ipſe Pontifex circundatus eſt infirmitate, & propterea debet quemadmodum & pro populo, &c. ergo videtur, quòd non ſit perfectus in ſacris.

2 Præterea, In prima canon. Ioan. dicitur: Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: ipſe autem Ioannes de hierarchis erat: ergo videtur, quòd hierarcha non ſit perfectus participatione omnium ſacrorum.

Solutio. Dicendum, quòd ſunt quædam ſacra quæ pertinent ad ſanctitatem vitæ, & ſecundum talia nullus perfectus fuit in hac vita niſi Ieſus Chriſtus & Mater eius: & de his non loquitur. Sunt etiam quædam ſacra quæ pertinent ad poteſtatem hierarchicam, & talia omnia perfectè ſunt in hierarchia, cum nihil deeſt de virtute inferiorum. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta. Hoc autem quod dicit, hierarcham eſſe virum mirabilem, &c. intelligendum eſt quantum ad id quod debet eſſe, licet in multis deficiat.

Huius principium hierarchiæ, fons vitæ, eſſentia bonitatis & vna exiſtentium cauſa Trinitas eſt, ex qua & eſſe, & bene eſſe eſt ſubſiſtentibus per bonitatem. Hæc autem omnium ſummitas diuiniſſima principali beatitudine trina, vnica verè exiſtit, ſecundum quod nobis incomprehenſibile eſt. Huic autem deſiderabilis voluntas quidem eſt rationalis ſalus, & ſecundum nos & ſuper nos eſſentiarum. Hæc autem non aliter fieri poteſt niſi deificaris ſaluatis: deificatio autem eſt ad Deum, quantum poſſibile, & ſimilitudo, & vnitas. 6.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Huius autem principium, &c.

In parte iſta determinat de principio hierarchiæ, & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid ſit omnis hierarchiæ principium: in ſecunda emanationem hierarchiæ ab illo principio, ibi, *Dicamus itaque quomodo, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima ponit commune principium hierarchiæ. In ſecunda oſtendit ſecundum quam conditionem ſit proprium principium hierarchiæ per differentiam ab aliis rebus, A

quarum

quatenus etiam cauſa eſt, ibi, *Huic autem deſiderabilis, &c.* Litera ſic conſtruitur. Diximus, quòd hierarchia eſt omnis ſacratum ratio *& hierarchiæ*, tam angelicæ quam humanæ, *principium eſt Trinitas* quæ eſt vnus Deus, qui eſt *fons vitæ* inquantum eſt ſpiritualis naturæ, cuius eſt effundere vitam, *& eſſentia bonitatis*, ſcilicet cauſa ſecundum quod eſt bonum per eſſentiam, à qua eſt bonitas per participationem in omnibus cauſatis ab ipſa, vt dicit Boëtius, *& vna cauſa omnium exiſtentium*, inquantum eſt prima, quia impoſſibile eſt plura ponere prima ſecundum Philoſophum. Etiam *ex qua*, Trinitate ſcilicet *eſt*, id eſt, prouenit *& eſſe* ſecundum quod eſt cauſa exiſtentium, *& bene eſſe*, & naturæ inquantum eſt fons vitæ, & gratiæ inquantum eſt eſſentia bonitatis, non ſolum hierarchicis, ſed omnibus rebus *ſubſiſtentibus per ſuam bonitatem*, quæ res ad eſſe adduxit, vt in quarto cap. cæleſtis hierarchiæ dictum eſt. *Hæc autem* cauſa quæ eſt *diuiniſſima*, id eſt, perfectiſſima, *ſummitas*, quia cacumen omnium rerum, inquantum eſt vltimus finis, & ſecundum quod omnes perfectiones cæterarum rerum ſunt altiori modo in ipſa, *trina principali beatitudine*, id eſt, principalibus beatis, ſcilicet perſonis, quarum quælibet principalis dicitur propter æqualitatem maieſtatis. Cum enim principalis beatitudo ſit eſſentialis beatitudo, non diceret Trinitatem eſſe in eſſentia, niſi abſtractum pro concreto poneretur. Hæc, dico, *exiſtit vnita* in eſſentia, *verè*, quia ſecundum eſſe & eſſentiam (ad differentiam eſſentiæ vniuerſalis, quæ ſecundum eſſe eſt multa, non habens veram vnitatem) & hoc *ſecundum quod eſt nobis incomprehenſibile*, ſcilicet vt fines eius circumſpiciamus, quamuis per fidem quoquomodo attingamus.

Huic autem, &c. Quia prædictum principium eſt cauſa communis omnium rerum, oſtendit ſecundum quam rationem efficiatur propria cauſa hierarchiæ. Et diuiditur in partes duas. In prima ponit conditionem ſecundum quam cauſa communis omnium rerum, eſt propria hierarchiæ. In ſecunda ponit conditiones hierarchiæ, ſecundum quas exit à proprio principio, ibi, *Omni autem hoc commune, &c.* Litera ſic conſtruitur, *Huic autem*, ſcilicet Trinitati, *eſt quidam deſiderabilis* quædam *voluntas*, id eſt, volitum, *ſalus rationalis* naturæ *& eſſentiarum ſecundum nos*, id eſt, hominum, *& eſſentiarum ſuper nos*, ſcilicet Angelorum. Et dicitur hic rationale etiam ſecundum quod eſt differentia animalis, & hoc eſt quod dicitur 1. Tim. 2. Qui vult omnes homines ſaluos fieri, &c. Hæc autem voluntas ſalutis eſt propria cauſa hierarchiæ. *Hæc autem* ſalus *non poteſt aliter fieri, niſi ſaluatis deificatis*, id eſt, in Deum reductis, extra quem non eſt ſalus. *Deificatio autem eſt & ſimilitudo ad Deum & vnitas, quantum poſſibile eſt*: & ſimilitudo refertur ad habitum gloriæ creatum, quem quis acquirit ex coniunctione ad Deum, vnitas verò refertur ad obiectum beatitudinis, quod eſt beatitudo increata. Hæc autem ſunt quibus perficitur hierarchia, vt in tertio cap. cæleſt. hier. dicitur: & ideò iſta non dicit amplius: & ſic ex voluntate ſalutis cauſatur hierarchia.

Omni autem hoc commune hierarchiæ ſummum, ad Deum & diuina attenta dilectio, diuinitus atque potenter ſactificata, & ante hæc ab eorum contrariis perfecta & inconuertibilis reuerſio, & cognitio eorum quæ ſunt, quæ ea quæ ſunt eſt intellectualis veritatis & viſio & ſcientia, & vniformis conſummationis diuina participatio, ipſius vnius, quantum poſſibile, contemplationis refectio nutriens inuiſibiliter & deificans omnem in ſe extentum. 7.

DVBIA.

Omni autem hoc commune, &c.

Hic ponit conditiones hierarchiæ, ſecundum quas exiſtat propria ſua cauſa. Et ad euidentiam eorum quæ hic dicuntur, quæratur de his quæ dicuntur in litera, & primò de hoc quod dicitur, *ad Deum & diuina*: hierarchiæ enim non eſt ponere niſi vnum finem vltimum; ſed hæc præpoſitio ad, notat habitudinem finis: ergo per hoc quod dicit ad Deum & diuina, videtur ponere plures & diuerſos fines, cum copula ſit inter diuerſa. A

2 Præterea, Diuina non poſſunt dici niſi dona participata à Deo: ſed aſcendendo ad finem primò occurrit quod minus dignum eſt: dona autem ſunt infra dignitatem Dei: ergo prius debuit dicere diuina quam Deum.

3 Iterum, Dilectionis non eſt attendere, ſed magis ſcientiæ: ergo inconuenienter dicit, attenta dilectio.

4 Iterum quæritur, quare potius poſuit dilectionem quam fidem & ſpem vel ſuccedentia eius, cum ipſis perficiatur hierarchia?

5 Præterea, Vltimum complementum eſt in agendo: ſed dilectio dicit habitum: ergo non eſt dilectio ſummum hierarchiæ, ſed magis diligere.

6 Præterea, Non omnis hierarchia perficitur per conuerſionem immediatè in Deum, ſed tantum prima: ergo non videtur, quòd ſummum omnis hierarchiæ eſt dilectió ad Deum.

7 Iterum, Reuerſio pertinet ad purgationem: ſed illuminatio eſt ante purgationem, quia eſt propinquior agenti, & non agit niſi tranſmittendo lumen: ergo non debuit dicere, quòd reuerſio ſit ante hæc, ſcilicet dilectionem & alia.

8 Præterea, Contrarius habitus diuinæ illuminationi eſt peccatum, quod non eſt in angelica hierarchia: ergo non omni hierarchiæ commune eſt conuerſio à contrariis.

9 Præterea, Perfecta reuerſio non videtur eſſe in Eccleſiaſtica hierarchia, cum & ipſe Pontifex circundatus ſit infirmitate, vt dicit Apoſt. ergo

ergo hoc iterum non eſt proprium omni hierarchiæ, ſcilicet perfecta reuerſio.

10 Præterea, Videtur idem eſſe perfectum & inconuertibile, quia per hoc quod perfectum eſt in aliquo, firmiter ſtat in illo: ergo ſuperfluum erit dicere, perfecta & inconuertibilis reuerſio.

11 Iterum, Cognitio eorum quæ ſunt, refertur ad ſcientias quę ſunt de ſpeciebus entium, quas non oportet habere hierarchiam: quia ſicut dicit Philoſophus, ſcire aut parum, aut nihil confert ad virtutem: ergo non debuit ſummum omnis hierarchiæ, ponere circa cognitionem.

12 Præterea, Cognitio rerum diuerſa eſt à rebus ipſis quarum eſt: ergo videtur falſum dicere, quòd cognitio eorum quæ ſunt, eſt ea quæ ſunt.

13 Præterea, Scientia non eſt niſi circa intelligibilia, vt probat Philoſophus in primo poſteriorum, quia ſenſibilium non eſt ſcientia: ergo poſtquam dixerat cognitionem quæ refertur ad ſcientiam, non debuit vlterius dicere, viſio intellectualis veritatis..

14 Præterea, Id quod ſimplex eſt, non habet partem: quod autem non habet partem, non poteſt participari: cum igitur Deus ſit ſimplex, videtur quòd nihil ſit dictum, diuina participatio.

15 Præterea, Non participatur Deus niſi in refectione quadam: ergo poſita participatione diuina, ſuperfluum fuit addere refectionem.

16 Præterea quæritur, quomodo differunt hæc quatuor, ſcilicet participatio & refectio, nutritio & deificatio, quæ ponit.

Solutio. Dicendum ad primum, quòd Deus eſt quidem vnus in ſubſtantia, ſed multiplex in attributis, quæ tamen non faciunt in ipſo realem multitudinem, ſed differunt tantum ratione, vt ſcientia, bonitas, & ſimilia: & hæc attributa intellexit per hoc quod dixit, diuina: per hoc autem quod dicitur Deus, intelligitur diuina ſubſtantia: & hæc ſunt vnus finis propter indifferentiam ex parte rei.

Ad ſecundum dicendum, quòd ratio iſta procederet, ſi per ly diuina, demonſtrarentur aliqua dona ipſius creata: ſed quia dicunt attributa quæ ſunt in ſubſtantia ipſius, prius debuit poni Deus quam attributa eius: niſi enim aliquo modo cognoſcatur Deus, non poteſt cognoſci ſcientia eius inquantum diuina eſt, & ſic de aliis.

Ad tertium dicendum, quòd licet dilectionis non ſit attentio, vt cuius actus ſit attendere, inclinat tamen ad attentionem ſecundum quod dicitur: vbi amor, ibi oculus.

Ad quartum dicendum, quòd dilectio non eſt ex parte ſicut fides & magis etiam ſpes: propter quod non poſſunt eſſe in omni hierarchia. Dilectio autem communis eſt & in via & in patria. Et ideò potius dixit dilectionem quam viſionem, quæ ſuccedit fidei: quia licet viſio ſit tota ſubſtantia beatitudinis, tamen dulcedo eſt tantum ex dilectione, qua amota nec viſio delectabilis eſſet: & hoc eſt vltimum deſideratum in omni hierarchia. Et ſic patet ſolutio ad quintum.

Ad ſextum dicendum, quòd licet non omnis immediatè perficiatur à Deo, tamen homo perficiens vel Angelus non intendit reducere in ſe, ſed in Deum: quia ſecundum lumen receptum ab ipſo perficit alium: & ideò vltimum omnium eſt in conuerſione ad Deum.

Ad ſeptimum dicendum, quòd licet illuminatio ſit prior reſpectu agentis, tamen quantum ad recipientem prior eſt purgatio: quia prius ſecundum rationem remouetur à materia oppoſitum quam introducatur forma.

Ad octauum dicendum, quòd peccatum quod eſt contrarium lumini diuino & virtuti ſecundum quod eſt in habitu & actu, eſt tantum in nobis: ſed hîc contrarium ſumitur largè ad quodlibet oppoſitum, ſecundum quod diſſimilitudo confuſionis dicitur contrarium: & ſic contrarium eſt in omni hierarchia: cap. 4. cæl. hierar.

Ad nonum dicendum, quòd in noſtra hierarchia eſt perfecta reuerſio quantum ad hoc quod nihil remanet de eo quod eſt contrarium gratię, licet imperfecta ſit quoad hoc quod remanent aliquæ contagiones venialium, quæ non ſimpliciter opponuntur gratiæ & dilectioni.

Ad decimum dicendum, quòd reuerſio dicitur perfecta ſecundum quod nihil remanet de oppoſito: ſed dicitur inconuertibilis, ſecundum quod confirmatur in illo ad quod reuertitur.

Ad vndecimum dicendum, quòd non omnis cognitio requiritur ad hierarchiam, ſed tantum illa quæ eſt de rebus hierarchicis, ſine qua cognitione non poteſt aliquis eſſe hierarcha in actu, ita quod exerceat officium ſuum, licet poſſit eſſe imperfectus hierarcha ſecundum poteſtatem tantum.

Ad duodecimum dicendum, quòd litera iſta corrupta eſt, vnde alia tranſlatio habet, cognitio eorum quæ ſunt inquantum ſunt, poſſumus tamen dicere quoad literam iſtam, quod ſcientia ſecundum eſſentiam non eſt res quarum eſt ſcientia, ſed ſecundum actum, ſicut ſenſus ſenſibile, eò quod eſt vnus actus ſenſus & ſenſibilis, ſicut dicit Philoſophus, eò quod ſenſus non eſt actu niſi per actum ſenſibilis.

Ad decimumtertium dicendum, quòd cognitio, vt dictum eſt, refertur ad res hierarchicas, ſed viſio intellectualis vnitatis ad finem hierarchiæ, ſecundum quod ipſa vnitas in ſe intelligitur, ad quam per ſymbola hierarchica ducere intendit.

Ad decimumquartum dicendum, quòd id quod eſt ſimplex ſecundum ſubſtantiam, poteſt habere partes vt eſt obiectum intellectus, ſecundum quod diuerſa poſſunt de ipſo conſiderari, ſicut punctum inquantum eſt principium vnius lineæ, & inquantum eſt finis alterius: & ſic intellectus poteſt accipere partem Dei ſecundum quod conſiderat ipſum ſecundum rationem ſcientiæ vel bonitatis & aliorum: & iterum ſecundum quod ſcientiam eius vel bonitatem non accipit ſibi ſecundum immenſitatem virtutis diuinæ, ſed proportionaliter.

Ad decimumquintum & decimumſextum dicendum eſt, quòd illa quatuor differunt ſecundum ſimilitudinem cibi corporalis, niſi in hoc quod cibus corporalis conuertitur in nutrimentum, ſpiritualis verò conuertit in ſe accipientem ipſum, ſicut dictum eſt Auguſtino. Nec tu me

mutabis

mutabis in te ſicut cibum carnis tuæ, ſed mutaberis in me. Cibus enim corporalis ſumitur per comeſtionem. & huic reſpondet in ſpirituali cibo diuina participatio. Item cibus corporalis propter conuenientiam delectat & confortat naturam, & ſimiliter eſt in cibo ſpirituali delectatio ex conuenientia recepti diuini doni quam importat refectio. Cibus corporalis vnitur membris, & ſimiliter cibus ſpiritualis coniungit ſibi recipientem, & quantum ad hoc dicitur nutriens. Item cibus corporalis aſſimilatur membris perfectè per hoc quod accipit formam carnis vel oſſis: ſpiritualis verò cibus, aſſimilat ſibi ſumentem ipſum per perfectam reductionem, ſicut dicitur 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt: & quantom ad hoc dicitur deificans.

EXPOSITIO TEXTVS.

B Litera ſic conſtruatur. Diximus, quòd Deo eſt voluntas ſalus noſtro, & eſſentiarum quæ ſupra nos ſunt, quæ non poteſt eſſe niſi per deificationem, quę eſt aſſimilatio ad Deum. *Autem*, id eſt, ſed *omni hierarchiæ* tam angelicæ quam humanæ, *hoc ſummum*, id eſt, vltimum, ad quod aſcendunt tanquam ad finem, eſt *commune*, ſcilicet *dilectio attenta*, id eſt, attentum reddens *ad Deum* ſecundum ſubſtantiam, *& diuina*, id eſt, attributa eius: quia amor velut ignis acutus eſt penetrans omnes partes, & differentias amati perquirens. Dilectio, dico, *ſacrificata*, id eſt, ſacrificans (ſic enim habet alia tranſlatio) hominem Deo, *diuinitus* quantum ad principium à quo eſt, *& potenter* quantum ad habitum, quo virtuosè fit conuerſio in Deum, ſonat enim hic potenter poteſtatem perfectam habitus, & non impotentiam imperfectam: *& antè hac*, ſcilicet dilectionem vel ſacrificium, quod eſt vltimum, eſt *perfecta*, quantum ad terminum à quo, ſecundum quod nihil remanet de contrario, *& inconuertibilis*, ſecũdum quod firmiter ſtat in termino ad quem, *reuerſio* ad Deum, *ab eorum contrariis*, ſcilicet oppoſitis ſaltem vt priuatio, ſicut confuſio diſſimilitudinis, & huc dicitur quantum ad purgationem quæ eſt vna actionum quibus deuenitur ad illud commune vltimum, & iterum quantum ad illuminationem *eſt cognitio eorum quæ ſunt*, ſcilicet pertinentium ad hierarchicos actus, *quæ* ſcilicet cognitio, *eſt ea quæ ſunt*, ſcilicet de quibus eſt ſecundum actum, *& viſio & ſcientia intellectualis veritatis* in ſe, ad quam per hierarchiam ducimur, & viſio dicitur quantum ad prima quæ ſunt per modum concluſionis, & iterum quantum ad perfectionem eſt *diuina participatio conſummationis*, id eſt, perfectionis, *vniformis*, id eſt, per quam in ſimilitudinem virtutis conſtituitur, & hoc quantùm ad acceptionem donorum, *& refectio contemplationis*, id eſt, quæ eſt ex contemplatione *ipſius vnius*, ſcilicet Dei, *quantum poſſibile* nobis, & hoc quaotum ad delectationem quæ eſt per conuenientiam accepti. Refectio, dico, *nutriens inuiſibiliter*, id eſt, inuiſibili nutrimento, inuiſibili, dico, ſecundum corporalem viſum quantum ad vnionem quæ vnit nos Deo, *& deificans omnem extentum*, ſcilicet propter præparationem, *in ſe*, ſcilicet Deum, quantum ad perfectam illuminationem.

Dicamus itaque quomodo diuina beatitudo, vera diuinitas, & principium deificationis, ex quo deificati deificatis, bonitate diuina hierarchica in ſalutem & vnitatem omnium & rationalium & intellectualium eſſentiarum donauit. Et ſupermundanis quidem & beatis quietibus immaterialiter & intellectualiter: non enim extrinſecus eas Deus in diuina mouet, inuiſibiliter autem & intrinſecus illuminatas, in eam in ſe puram & immaterialiter diuiniſſimam voluntatem. 8.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Dicamus itaque, &c.

Hic oſtendit qualiter ſit exitus hierarchiæ à determinato principio: & diuidit in partes duas. In prima determinat exitũ angelicę hierarchię: in ſecunda exitum Eccleſiaſticæ, ibi, *Nobis vero, &c.* Litera ſic cõſtruitur. Itaque ex quo tale eſt principium & diſpoſitio hierarchiæ, *dicamus quomodo diuina beatitudo*. iuquantum eſt obiectum beatitudinis, vt finis, *& vera deitas*, ſecundum quòd eſt in ſe, id eſt, naturalis deitas ad differentiam eorum, qui participatione, vel nuncupatiue dicuntur dij, *&*, id eſt, etiam *principium deificationis*, ſecundum quod ab eo eſt gratia quæ ducit in finem, *ex quo* ſcilicet principio eſt, *deificari* omnibus *deificatis*, quomodo, dico, *donauit* ſua *bonitate*, non neceſſitate, vel indigentia, *diuina hierarchica*, id eſt, dona hierarchica, & ordinem eius, *in ſalutem*, quantum ad collectionem in fine, *& vnitatem*, qua colliguntur in aſſimilatione Dei, *omnium eſſentiarum & rationalium*, ſcilicet hominum, *& intellectualium*, id eſt, Angelorum. Et tamen diuerſimodè: quia *ſupermundanis & beatis quietibus*, id eſt, quieſcentibus ab omni tranſmutatione dicta, *immaterialiter*, id eſt, non materialibus ſymbolis quantum ad id in quo accipitur, *& intellectualiter*, quia non per ſenſum & phantaſiam, quantum ad diſpoſitionem accipientis: *non enim Deus mouet eas*, ſed quietat, *in diuina extrinſecus*, id eſt, per extrinſeca, ſicut ſunt ſenſibilia: *autem*, id eſt, ſed *eas illuminatas inuiſibiliter*, id eſt, non exteriori viſu, ſed intellectu, *& intrinſecus*, quia per intelligibilia, mouet *in eam diuiniſſimam voluntatem*, ſcilicet ſuam, conformando ſibi, *puram* ab omni macula, *& immaterialiter* in ſe quantum ad eſſentiam in qua radicatur. A

DVBIA.

DVBIA.

B Sed videtur, quod Deos mouet Angelos extrinſecos: ſicut enim dicit Auguſt. Deus mouet creaturam corporalem per tempus & locum: ſpiritualem verò per tempus, ſed non per locum: quod autem mouetur per tempos, mouetur extrinſecus, quia tempus eſt accidens motus quod diſtare facit: ergo mouet Angelos, qui ſunt ſpirituales creaturæ, extrinſecus.

2 Præterea, In libro de cauſis dicitur, quòd inter rem cuius ſubſtantia & actio eſt in momento temporis, cuiuſmodi ſunt generabilia & corruptibilia, & rem coius ſubſtantia & actio eſt in momento æternitatis, vt Deus, eſt res cuius ſubſtantia eſt io momento æternitatis, & actio io momento temporis: ſed tales ſunt Angeli: ergo extrinſecus mouet illos Deus.

Solutio. Dicimos, quòd ſicut dicit Auguſt. æternitas verè vna eſt, tamen participatur à moltis inquantum participant incommutabilitatem: vnde dicimus, quòd Angeli ſecundum quod per contemplatiooem accedunt ad participationem diuinæ æternitatis, remouentur à tempore & omni viciſſitudine: & ideò dicit Diooyſius, quòd non mouentur in diuina extrinſecus: quia nos etiam, ſicut ait, ſecundum quod mente aliquid æterunm capimus, non in hoc mundo ſomus: ſecundum verò quod actio eorum accedit ad tempus per viciſſitudinem, dicontur eſſe io tempore, quamuis eſſentialiter non ſint in tempore, & ſic dicit Aug. quòd mouet eos Deus per tempora. Et per hoc patet ſolutio ad primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd res illa media ſecondom intellectum Authoris eſt cęlum, cuius ſubſtantia eſt permanens & motus temporalis capax: ſi tamen intelligatur de Angelis, tunc eorum actio dicetur temporalis, vt dictum eſt.

9. Nobis autem quod illis vniformiter & connexim donatur, ex Deo traditis eloquiis, quantum nobis poſſibile, in varietate & multitudine ſeparabilium ſymbolorum donatum eſt. Eſſentia enim noſtræ hierarchiæ eſt à Deo tradita eloquia. Sanctiſſima autem eloquia hæc dicimus quæcunque à diuinis noſtris ſacris perfectoribus in agiographis nobis & Theologicis donata ſunt deltis. Atqui & quæcunque ab ipſis ſactis viris immateriali doctrina, & minore quodammodo iam in cæleſti hierarchia, & intellectu in intellectum per medium verbum corporale quidem, immaterialius verò tamen extra ſcripturam duces noſtri eruditi ſunt. Neque hęc diuini ſummi ſacerdotes in ſacrificij commune, non velatis inuiſibilibus, ſed in ſymbolis ſacris tradiderunt. Eſt enim non omnis mundus, neque omnium, vt eloquia aiunt, ſcientia. Neceſſariò igitur primi noſtræ hierarchiæ duces ex ſupereſſentiali deitate ipſi repleti diuino dono, & in idipſum deinde præire ex diuina bonitate miſſi ſunt. Ipſi verò copioſè amantes tanquam dij, eorum qui poſt ſe ſunt reductionis & deificationis, ſenſibilibus imaginibus ſupercæleſtia, & varietate & multitudine connexum, & in humanis diuina, & in materialibus & immaterialia, & his quæ ſunt ſecundum nos ſupereſſentialia ſcriptis ſuis & non ſcriptis doctrinis ſecundum ſacras nobis tradiderunt leges, non propter immundos ſolum quibus nec ſymbola tangere fas eſt, ſed quia & ſymbolica quædam eſt, quod quidem dixi, proportionaliter nobiſipſis, noſtra hierarchia, deſiderans ſenſibilia in eam ex eis ad inuiſibilia diuiniorem noſtram reductionem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Nobis verò, &c.

Hic oſtendit exitum Eccleſiaſticæ hierarchię à ſuo principio. Et primò oſteodit modum exitos. Secundò manifeſtat quod dixerat, ibi, *Eſſentia enim noſtra, &c.* Litera ſic expooitur. Sic dantur Angelis hierarchica: *vero* pro, ſed illud *quod donatur illis*, ſcilicet Angelis, *uniformiter*, quia non per diuerſa ſigna, & *connexim*, id eſt, ſimpliciter, quia non per materialia & compoſita dona, tamen *donatum eſt nobis, quantum poſſibile* eſt nobis *ex eloquiis traditis a Deo*, ſcilicet ſacra Scriptura, *in varietate*, quantum ad differentias ſignificandi, *& multitudine*, quantum ad diuerſas cauſas ſacramentorum *ſeparabilium*, quia io eis ſiſtere noo debemus, ſed ſeparati ab eis per hæc venire in intellectualia *ſymbolorum*, id eſt, ſenſibilium ſignorum. *Eſſentia enim, &c.* hîc manifeſtat quid ſit nobis donatum per ſymbola, per hoc quod cauſa noſtræ hierarchiæ ſunt ſacra eloquia, quæ ſymbolis oobis tradita ſuot. A

Primò ergo oſtendit quomodo noſtra hierarchia perficitur per ſacra eloquia, & à quibus ſit tradita. Secundò quod ſunt per ſymbola tradita, ibi, *Neque hæc diuini, &c.* Tertiò quibus hæc ſymbola ſint reuelanda & quibus non, ibi, *Reuelanda tamen ſunt, &c.*

DVBIVM.

B Circa primum eſt dubium de hoc quod dicit, quòd eloquia ſunt eſſentia noſtræ hierarchiæ: videtur enim eſſe falſum: regulans enim & regulatum non ſunt idem: ſed noſtra hierarchia regulatur ſacra Scriptura, quæ dicitur hîc tradita à Deo eloquia: ergo non eſt eſſentia noſtræ hierarchiæ à Deo tradita eloquia.

2 Præterea, Eloquia habent relationem ad alterum quantum ad auditum: ſed talem relationem non importat hierarchia: ergo non ſunt idem per eſſentiam.

Solutio. Dicendum, quòd locutio eſt exponenda per cauſam: ſunt enim ſacra eloquia cauſa eſſentialis noſtræ hierarchiæ, non per modum tantum doctrinæ, quia hæc inſufficiens eſt ad bonos mores, vt dicit Philoſophus, ſed etiam obligando per modum legis: anima enim non haberet niſi perſuaſionem, quæ inſufficiens eſt ad faciendos homines bonos. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Litera ſic exponitur. Diximus, quòd nobis datum eſt per ſymbola. *Enim*, id eſt, quia *eloquia tradita à Deo eſt eſſentia*, id eſt, eſſentialis cauſa noſtræ *hierarchiæ* regulando per modum doctrinæ & legis. *Hæc autem dicimus eloquia, quæcunque donata ſunt nobis in deltis*, id eſt, pugillaribus ſiue tabulis de cera, & ſumitur hîc pro libris, *agiographis*, id eſt, ſacræ Scripturæ, *& Theologicis*, id eſt, in quibus diuini ſermones ſunt ſcripti, & hæc *à noſtris diuinis ſacris perfectoribus*, id eſt, ab his qui in diuinis perfecti, nos ſanctè inſtruendo perfecerunt, ſicut Prophetæ & Apoſtoli. *Atqui*, id eſt, certè, *&*, id eſt, etiam illa ſunt ſacra eloquia *quæcumque noſtri duces*, id eſt, magiſtri, ſicut fuit Ierotheus & alij, *ſunt eruditi ab ipſis ſacris viris*, qui ſcilicet ſcripturas canonicas ediderunt, *immateriali doctrina*: quia ſicut capacioribus diuinorum immaterialiter eis tradita ſunt, quæ aliis in vilibus ſignis occultantur: *& minore*, id eſt, ſimpliciore *quodammodo tam in cæleſti hierarchia*, id eſt, appropinquando ad modum quo accipit cæleſtis hierarchia immaterialiter, & eruditi, dico, *ex intellectu vnius, in intellectum* alterius procedente doctrina, ſicut ex intellectu Pauli in intellectum Ierothei, & ſic deinceps: & hoc *per medium* quod defert intentiones vnius ad alterum, *verbum*, dico, *corporale quidem*, ne credatur omninò immaterialiter accipere, ſicut cæleſtis hierarchia, *immaterialius verò*, quam alij recipiant, *tamen*, licet *verbum, extra ſcripturam*, ſcilicet eruditi ſunt. Et intendit, quòd ſacra eloquia ſunt quæ ſancti viri ſcripſerunt, vel quia verbis edocuerunt diſcipulos ſuos & ipſi aliis tradiderunt ſecundum quod acceperunt, ſicut luna illuminat inquantum habet lumen à ſole.

Neque hæc diuini, &c. Hîc oſtendit quare doctrinam ſuam ſacri viri ſymbolis tradiderunt & diuiditur in duas, ſecundum quod duas rationes aſſignat. Secunda incipit ibi, *Non propter immundos ſolum, &c.* Litera ſic exponitur. *Neque*, id eſt, non *diuini ſummi ſacerdotes*, id eſt, ſacra dantes, *non tradiderunt hæc*, ſcilicet ſacra eloquia *inuiſibilibus non velatis*, id eſt, tradendo inuiſibilia ſine velamine figurarum: ſed tradiderunt *in ſacris ſymbolis*, & hæc *in commune ſacrificis*, id eſt, communicanda aliis, qui per hæc efficerentur ſacri. Et hoc ideò: *enim*, id eſt, quia *non omnis* homo eſt *mundus*: ſed quia ſunt porci & canes quibus non licet dare ſanctum & margaritas, vt dicitur Math. 7. *neque omnium* hominum eſt *ſcientia*, qui ſciant ſpiritualia honore congruo reuereri, *vt eloquia aiunt* 1. ad Cor. 8. *Igitur neceſſariò*, ne ſancta derideantur, *primi duces noſtræ hierarchiæ*, qui ſcilicet nobis ſacra eloquia tradiderunt, *ipſi* per ſe *repleti diuino dono ex ſupereſſentiali deitate*, *&*, id eſt, etiam Deum poſtquam ipſi receperunt, *miſſi ſunt ex diuina bonitate*, noſtram ſalutem prouidente, *præire* nos exemplis & doctrinis *in idipſum*, ſcilicet diuinorum donum. *Ipſi verò* duces *copioſè amantes*, & nos, quorum ſalutem operabantur, & Deum cuius gloriam quærebant, *tanquam dij*, per ſimilitudinem donorum & conſortium poteſtatis, operatores per miniſterium, *reductionis*, quantum ad coniunctionem, *& deificationis*, quantum ad aſſimilationem perfectam ad finem *eorum qui poſt ſe ſunt*, quibus ſcilicet à Deo præpoſiti ſunt, *tradiderunt nobis* non proprio motu, ſed *ſecundum ſacras leges, doctrinas* in libris quos ediderunt, *& non ſcriptas* quantum ad hos quos ore tantum docuerunt, ex quibus iterum tranſmiſſa eſt doctrina in alios, ſecundum quod ab eis acceperunt. Tradiderunt, dico, *ſupercæleſtia ſenſibilibus imaginibus*, id eſt, ſymbolis, & tradiderunt id quod in ſe eſt *connexum*, id eſt, ſimplex & vnum, ſcilicet ſpiritualia, *& varietate & multitudine* ſymbolorum: & tradiderunt *diuina* in rebus *humanis*, *& immaterialia in* rebus *materialibus*, *& ſupereſſentialia his* rebus *quæ ſecundum nos ſunt*: & tradiderunt hoc modo *non ſolum propter immundos*, id eſt, infideles vel peccatores, *quibus non eſt fas*, beatitudinis *tangere ſymbola*, id eſt, ſpecies ſenſibiles ſacramentorum: *ſed quia* noſtra hierarchia *eſt quædam* hierarchia *ſymbolica*, ſcilicet ſymbolis tradita. *Quod quidem dixi*, quia ſunt *proportionata nobis ipſis*, qui per ſenſibilia nati ſumus accipere. Hierarchia, dico, *deſiderans*, id eſt, requirens *ſenſibilia in noſtram reductionem diuiniorem* ipſis ſenſibilibus, quæ eſt *ex eis*, ſcilicet ſenſibilibus, *ad inuiſibilia*.

DVBIA.

Sed dvbivm eſt de hoc quod dicit: immundis non eſt fas tangere ipſa ſymbola ſacramentorum: ſit enim aliquis qui teneatur ex officio exhibere ſacramenta, qui ſit in peccato mortali, ſi non tangat ſymbola diſpenſando ſacramenta, peccat, quia omittit id ad quod tenetur: ſimiliter ſi tangat, peccat, quia non eſt fas ſibi tangere cum ſit immundus: ergo videtur, quod ſit perplexus. D *Dubium vi.*

Dicendum, quòd in veritate ille qui eſt in peccato

peccato mortali, mortaliter peccat quandocunque induit veſtres ſacras, nec licet ſibi omninò concedere aliquod ſacramentum, oiſi baptiſmom propter neceſſitatem, noo tamen ita, vt exhibeat ſe tanquam miniſtrum Eccleſiæ cum ſit indignus. Similiter peccat ſi non exhibeat & teneatur. Nec tamen eſt perplexus: quia poteſt renuotiare officio, vel pœnitere de peccato, & tunc licebit ſibi tradere ſacramenta, quia aliquid licet pœnitenti, quod noo licet dum eſt in peccato.

E *Dubium 5.* DEINDE quæritur de hocquod dicitur, quòd noſtra hierarchia deſiderat ſymbola ad ſuam reductionem: & videtur, quòd ſine ſymbolis poſſit reduci. Quorum enim vna eſt poteſtas, vna eſt perfectio: ſed noſtræ hierarchiæ & angelicæ eadem eſt poteſtas accipiendi, ſpiritualia ſcilicet, alias ooſtra oon reducetur io ſpiritualia: cum igitur aogelica perficiatur ſine ſymbolo, & noſtra etiam hoc modo poterit perfici.

2 Præterea, Sicut habemus ſenſum, ita & intellectum: ergo ſicut propter ſenſum eſt proportionale oobis accipere ſenſibilia, ita propter intellectum erit proportionale oobis accipere intelligibilia.

3 Præterea, Per lumen nobis naturaliter inditum poſſumus in ea quæ ſunt tantum intelligibilia, cum inter ſcieotias metaphyſica ſit de intelligibilibus tantum, vt dicunt Philoſophi: ergo multò magis poteſt lumeo gratiæ nos ducere ad iotelligibilia ſine ſenſibilibus.

Solutio. Dicendum, quòd non poteſt congruè perfici noſtra hierarchia niſi manuductiooe ſenſibilium, com intellectus noſter accipiat cum continuo & tempore.

Ad primum diceodum, quod ſi in poteſtate intellectiua commonicemus cum Aogelis, differimus tamen in modo intelligendi: quia intellectus ooſter counitus eſt ſenſui, accipiens à ſenſu, quod non eſt de iotellectu Angeli.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet habeamus intellectum ſicot & ſenſum, tamen intellectus ooſter accipit à ſenſu: & ideò oportet vt per ſenſibilia perficiatur.

Ad tertium dicendum, quòd quia ea de quibus eſt metaphyſica, ſunt tantum intellectualia, ideò intellectus noſter ſe habet ad illa ſicut oculus veſpertilionis ad lucem ſolis, quamuis in ſe ſint manifeſtiſſima, vt dicit Philoſophus.

10. Reuelandæ tamen ſunt ſymbolorum rationes diuinis ſacris perfectoribus, quas non eſt iuſtum educere in adhuc perficiendos, ſciens quomodo ſacrorum, Deo tradenre, legiſlatores ornatuum ſtatutis & inconfuſis ordinibus, & vnoquoque ſecundum dignitatem accipiente, proportionibus & ſacris diſtributionibus hierarchiam ordinauerunt. Propter quod & tuis ſacris confeſſionibus credens (recordari enim earum ſanctum eſt) ſic omnem quidem ſuppoſitam hierarchiam ſanctam laudem non tradas alteri præter æquè ordinatos tibi, deiformes, ſacros, perfectoreſque, eoſque patieris confiteri ſecundum legem hierarchicam, mundorum quidem munda tangere, cõmunicareque ſolum diuinis deificatã, & perfectorum perfectiuis, ſanctiſque ſanctiſſima, aliaque hierarchicorum, & hæc tradidi diuino dono.

EXPOSITIO TEXTVS.

Reuelanda tamen ſunt, &c.

A HIc oſtendit qoibus reuelanda ſunt ſymbola, & quibus occultanda, dicens: Quamuis noſtri duces intellectualia ſymbola tradiderunt, *tamen rationes*, id eſt, ſignificationes *ſymbolorum ſunt reuelanda*, id eſt, exponendæ *ſacris diuinis perfectoribus*, id eſt, his qui in diuinis vltra alios commuoiter perfecti ſuot. *Quas* ſcilicet rationes *non eſt iuſtum educere* exponendo *in adhuc perficiendos*, quia oondum perfecti ſunt, ne ſcandalizentur & irrideant. Non eſt, dico, has iuſtum educere, ſcilicet *ſcientes quomodo* noſtri duces, *latores*, docendo vel ſcribendo, *legis ſacrorum ornatuum*, diuinæ, in qua ſcilicet ornatus ſacri & donorum ſpiritualium traduotur. Latores, dico, *Deo tradente*, quia non à ſeipſis, ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. 2. Pet. 1. Qnomodo, dico, iſti *ordinauerunt* noſtram *hierarchiam ſtatutis* firmis; & *inconfuſis*, vel ſeparatis à confuſionis diſcrimine, vel impermixtis *ordinibus & vnoquoque accipiente ſecundum dignitatem* ſui ordinis, vt non omnes æqualiter accipiant. Ordinauerunt, dico, *proportionibus* ex parte recipientium; *& ſacris diſtributionibus*, id eſt, donis ſacris diſtribuentes ſecundum proportiones dictas. *Propter quod* ſcilicet ſancti patres, ordinauerunt, *&*, id eſt, etiam ego *credens tuis ſacris confeſſionibus*: & dicuntur hic confeſſiones, quædam ſponſiones quę fieri ſolebant in primitiua Eccleſia, & adhuc fiunt in ordine Epiſcoporum & ſacerdotum, vt ſcilicet ſit dignus & caſtus, &c. inter quas etiam erat hoc qood ſpondebant, ſcilicet ſacra non communicare immundis. Vnde dicit *credens, &c.* id eſt, credens quod in memoria habeas quod promiſiſti ad obſeruandum: *enim*, id eſt, quia *ſanctum eſt recordari earum*, ſcilicet cooſeſſionum vt impleantur Ego, dico, *credens, tradidi* tibi ex *diuino dono* quo donata ſont mihi & hoc opos *aliaque* de nomero *hierarchicorum*, in aliis libris *ſic*, id eſt, tali pacto, vt *omnem quidem laudem*, id eſt, laodandam *hierarchiam ſuppoſitam*, id eſt, ooſtræ inferioris hierarchiæ doctrinam, *non tradas alteri præter æquè ordinatos tibi*, ſcilicet *deiformes, ſacros, perfectoreſque*, pro quo *patieris confiteri eos* quibus tradis, id eſt, recipies con-

feſſionem

feſſionem ab eis, *ſecundum prædictam legem hierarchicam* ſtatutam à Patribus: confiteri, dico, *munda quidem tangere* eos tantum qui ſunt de numero *mundorum*, *& communicare deificata*, id eſt, ſacramenta *ſolum diuinis* viris, quia pro *ſanctis ſanctiſſima* & non pro aliis.

CAPVT II.

De perficiendis in baptiſmate.

1. Dictum eſt igitur à nobis ſacrè quomodo ipſa eſt ſecundum nos hierarchiæ interpretatio ad Deum noſtra quantum licet & ſimilitudo & vnitas. Huius autem, vt diuina docent eloquia, piiſſimorum mandatorum dilectionibus & ſacris
Ioan. 14. actionibus iocundè perficimur. Seruabit enim, inquit, diligens me verbum meum, & pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Dictum eſt igitur à nobis ſacrè quomodo ipſa eſt, &c.

A In ſuperiori cap. determinatum eſt de Eccleſiaſtica hierarchia in communi in comparatione ad ſuum principium, & per differentiam à cæleſti. Hic incipit determinare de ſpiritualibus operationibus hierarchiæ: & ſicut dictum eſt ſuprà, non eſt intentio eius in hoc libro determinare de ſacramentis omnibus, ſed tantum de his in quibus tota virtus eſt ex operatione hierarchiæ. Operatio autem hierarcharum vel miniſtrorum Eccleſiæ eſt vel circa intrantes, vel circa exeuntes, vel circa progredientes: & ſecundum hæc hoc opus diuiditur in partes tres. In prima parte determinat de baptiſmo ſecundum quod eſt operatio hierarchiæ circa intrantes. In ſecunda de operationibus hierarchicis quæ ſunt circa progredientes, in tertio cap. ibi ſcilicet, *Sed euge quoniam eius commemoratio quadam erat, &c.* In tertia determinat de operationibus hierarchicis quæ ſunt circa exeuntes, ſcilicet mortuos, cap. 7. ibi ſcilicet, *Has autem diffinitis neceſſarium eſt, &c.* Prima pars diuiditur in tres partes. In prima determinat vtilitatem baptiſmi, determinando ea quæ perficiuntur circa nos in baptiſmo: & ideò intitulatur de perficiendis in baptiſmate. In ſecunda determinat ritum baptiſmi qui erat in primitiua Eccleſia, ibi, *Summus quidem ſacerdos, &c.* & intitulatur myſterium baptiſmatis, eò quod determinat figuras viſibiles quibus ſpiritualia occultantur. In tertia exponit ſignificationem ritus, ibi, *Hac quidem eſt quantum ad ſymbolum*, & eſt titulus eius, theoria, id eſt, ſpeculatio, quia ex ſenſibilibus ducit in ſpiritualium cognitionum contemplationem. Prima diuiditur in tres. In prima, vt continuet ſe ad præcedentia, oſtendit quibus perficitur noſtra hierarchia. In ſecunda oſtendit ſpecialiter quæ perficiantur in baptiſmo, ibi, *Huius autem vt diuina docent, &c.* Tertiò probat per authoritatem, ibi, *Seruabit enim, inquit, &c.*

Litera ſic exponitur. Hoc opus & alia tradidi tibi. *Igitur dictum eſt* tibi *à nobis* tertio cap. cæleſtis hierarchiæ *ſacrè*, id eſt, non tranſcendo limites ſacræ Scripturæ, vel confirmando authoritatibus, *quomodo* ipſa *interpretatio*, id eſt, diffinitio vel intentio (in Græco enim habetur *σκοπὸς*, quod eſt intentio) *hierarchiæ ſecundum nos*, id eſt, noſtræ, id eſt, ſecundum noſtram æſtimationem, vnde & in cæleſti hierarchia dicit, ſecundum me, *eſt hæc*, ſcilicet *noſtra & ſimilitudo* qua quiaſcamus, *& vnitas*, quantum ad id in quo quieſcimus, *ad Deum, quantum licet*, id eſt, poſſibile eſt nobis, quod non omninò. *Autem*, id eſt, ſed nos ſpecialiter *perficimur* in diuina ſimilitudine, *iocundè*, id eſt, ex hoc materiam gaudij habentes, *dilectionibus & ſacris actionibus piiſſimorum*, ſecundum quod pietas refertur ad cultum Dei, *mandatorum huius*, id eſt, noſtræ hierarchiæ, *vt docent diuina eloquia*, *enim*, id eſt, quia Dominus, *inquit* Io. 14. *diligens me, ſeruabit verbum meum, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus.*

DVBIVM.

SED VIDETVR, quòd dilectio & actio non ſint prima perficientia noſtram hierarchiam, & ita non debuerunt hîc poni. Totum enim per modum vniuerſalis ſe habens, eſt prius naturaliter parte: ſed dilectio eſt quædam pars gratiæ: ergo gratia prior. B

2 Præterea, Eſſe prius eſt quam operari, vt ipſe poſt dicet: ſed eſſe ſpirituale habet anima per gratiam: dilectio autem, cum ſit virtus, ordinatur ad operari, & actio eſt operatio ipſa: ergo gratia prior eſt perfectio noſtræ hierarchiæ quam dilectio & operatio. Si dicatur, quòd dilectio eſt prior virtus. Contra: Sicut oſtendit Apoſt. ad Heb. 11. fides eſt ſperandarum, &c. id eſt, fundamentum totius ſpiritualis ædificij: fundamentum autem eſt prima pars: ergo fides eſt prior dilectione.

3 Præterea, Sicut ipſe dicit in libro de diu. nom. cap. 7. fides collocat nos in veritate & veritatem in nobis: hoc autem eſt primum in perfectione ſpirituali: ergo fides eſt prima perfectio & non dilectio.

4 Item videtur, quòd timor propter id quod dicitur in Pſal. 110. Initium ſapientiæ timor Domini.

5 Item, Matth. 3. & 4. dicitur, Pœnitentiam agite, & dicit Gloſſa, quòd prima virtus eſt veterem hominem per pœnitentiam diuellere: ergo non videtur dilectio prior perfectio noſtræ hierarchiæ.

Solutio. Dicimus, quòd de iſta proprietate ſuper 4. ſententiarum ſufficienter notatum eſt, quantum tamen ad præſens pertinet, dicendum

quòd

quòd omnia iſta aliquo modo poſſunt dici prima. Quatuor tamen virtutes cardinales nullo modo in perfectione ſpirituali. Gratia autem eſt prior ſimpliciter in perfectione ſpirituali, ſicut dans eſſe ſpirituale: ſed hoc eſſe ſupponitur in hierarchia, quia omnes perfectiones hierarchicæ ſunt ſuperadditæ ad eſſe ſpirituale: & hoc primum eſt quod ſupponit in hierarchia, & ideò de gratia non facit mentionem. Inter alia autem quæ adduntur ſecundum rationem ſupra hoc eſſe ad perfectionem, quæ eſt in ſcientia & actione, quæ eſt eſſentia hierarchiæ, dilectio eſt prior ſimpliciter, quia ſecundum ſubſtantiam & definitionem, cum ſit forma vniuerſalis & perfectio omnium aliorum, & non è conuerſo: forma enim prior eſt ſubſtantia & definitione, cum materia non cognoſcatur niſi ſecundum analogiam ad formam, vt dicit Philoſophus. Fides eſt prior ſecundum quid, quaſi per modum temporis & generationis: quia primus motus in Deum eſt fidei. Timor eſt etiam quodammodo prior ex parte noſtra ſecundum receſſum à termino, quia timor expellit peccatum. Pœnitentia verò eſt prior quaſi immediatè purgans mentem à vitiis ad inſerendum virtutes, cum tamen præſupponat motum fidei & timoris. Quidam tamen dicunt, quòd non eſt inconueniens, quòd fides ſit prior quam dilectio, quia fides refertur ad intellectum, dilectio autem ad affectum: & ſic non ſecundum idem ſunt prius. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

2. Quoddam igitur eſt principium ſanctiſſimorum mandatorum ſacrę actionis, ad aliorum diuinorum eloquiorum & ſacrarum actionum ſuſceptiuam opportunitatem, formans animales noſtros habitus, ad ſupercęleſtis quidem anagogen noſtrum iter faciens, & diuiniſſimæ noſtræ regenerationis traditio. Vt enim communis ait magiſter noſter, ſecundum intellectum quidem in diuina primordialis motus eſt, Deo diuinaque dilectione ad ſacram operationem diuinorum mandatorum principaliſſima proceſſio, eſſendi diuinitus nos ineffabiliſſima creatio. Si enim eſſe diuinitus eſt diuina generatio, nequaquam aliquando quid nouerit Deo traditorum, neque quidem operatus ſit, qui neque ſubſiſtere diuinitus habuit. Aut nunquid, & nos humanum dicimus, ſubſiſtere oportet primum, deinde operari ſecundum nos, quomodo non exiſtentis, neque motum, ſed neque ſiſtentiam habentis, exiſtens illud ſolummodo operantis, aut patientis, in quibus eſſe natum eſt? Sed hoc quidem, vt æſtimo, apertum: deinde autem diuina diuinæ generationis inſpiciemus ſymbola. Et mihi nullus imperfectus in contemplationem veniat. Etenim non ſolares fulgores infirmis pupillis intueri non periculoſum, nec his quæ ſupra nos ſunt audere innocuum. Siquidem vera eſt iuxta legem hierarchia, Oziam quidem quia ſacra tractauit, ſubuertens, Core verò quia ſupra ſe ſacris, Nadab & Abiud, quia prophanè propriis abuſi ſunt.

DIVISIO TEXTVS.

Quoddam igitur, &c.

A Hic oſtendit quæ perficiantur in baptiſmo, & circa hoc tria facit. Primò proponit quod intendit. Secundò probat auctoritate Ierothei, ibi, *Vt enim communis, &c.* Tertiò probat idem per inconueniens ex ſimili in aliis rebus naturalibus, ibi, *Aut nunquid & nos, &c.*

DVBIVM.

B Circa primum eſt dubitatio de his quæ attribuit baptiſmo. Videtur enim primò, quòd non ſit principium mandatorum ſanctiſſimorum ſacræ actionis. Principio enim eſſentiali remoto, remouetur id cuius eſt principium: ſed baptiſmo remoto, remanent ſacra mandata, quia ſicut dicit Auguſtinus, fuit alius modus noſtræ ſalutis Deo poſſibilis quam per mortem Chriſti & baptiſmum & ſimilia, cum tamen ſine ſanctis mandatis non poſſit eſſe ſalus: ergo baptiſmus non eſt principium eſſentiale ſacrorum mandatorum: ſi verò non ſit eſſentiale, tunc non debuit ipſum ponere principium, quia principia per accidens non poſſunt determinari per artem, cum ſint infinita.

2 Præterea, Multi ſine baptiſmo benè operati ſunt in veteri lege: ſine principio autem non poteſt eſſe principiatum: ergo baptiſmus non poteſt eſſe principium mandatorũ ſacrę actionis.

3 Si dicatur, quòd dicitur principium tantum reſpectu ſacramentorum. Contra: Principium non ſequitur id cuius eſt principium: ſed pœnitentia & matrimonium ſunt ſacramenta quæ fuerunt ante baptiſmum inſtituta, quia in paradiſo, ſicut dicunt ſancti: ergo aliorum ſacramentorum baptiſmus non eſt principium.

4 Præterea, Matrimonium potuit eſſe inter

infideles in quibus non eſt baptiſmus : ergo baptiſmus non eſt principium matrimooij.

5 Pıætetea, Gratia ſacramentalis non eſt eadem cum gratia virtutum : vode qui habet vnam virtutein, habet omues, qood non eſt in ſacramentis : ſed virtures principaliter ordinantur ad operationes : ergo non debuit hoc alicui ſacramento attribuere, quod eſſet principium omnis actionis ſacræ, ſicut ipſe ſupta dixit.

6 Prætetea, Sicut dicitur Ioan. 14. In hoc cognoſcent omnes, quòd mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicem : ergo non debuit hoc baptiſmo attriboere.

7 Prætetea, Præceptum oon datur non capacibus pıæceprorum : ſed baptiſmus dstur pàruis qui non ſunt capaces præcepti : ergo oon eſt principium ſactorum mandstorum.

8 Item, Eſſentialis operatio ſemper ſequitur rem : ſed baptiſmus non ſemper format animales habitus noſtros ad ſpiritualia percipienda, cum quidam etiam poſt baptiſmum adhuc animales ſint, & non puſſiot capere ſpiritualia niſi per exercitium : ergo non videtut hæc eſſentialis operatio baptiſmi.

9 Prætetea, Habere fortes habitus ad diuina eſt perfectorum : baptiſmus autem, ſecundum omnes, eſt intraotium, qui nondum perfecti ſuot : ergo formare hic noſtros habitus non eſt baptiſmi.

10 Item, Omnia ſymbola, vt dictum eſt, faciunt nobis iter ad ſupercæleſtia : ergo non deboit hoc appropriare baptiſmo.

11 Item, Baptiſmus eſt intrantium, quorum non eſt diuiniſſima regeueratio, ſed perfectorum : ergo baptiſmus non debet dici diuiniſſimæ traditio regenerationis.

12 Prætetea hoc non videtur vniuerſaliter verum : quia ei qui fictè accedit, non traditut, quia Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Sap. 1.

13 Item queritur, cum vnius ſecundum quod vnum non ſit niſi operatio vna eſſentialis, quomodo hæc quatuor attribuantur baptiſmo?

Et ad hoc vltimum pòmò dicendum, quòd in baptiſmo intrinſecus præter exteriora ſymbola eſt tria conſiderare, ſcilicet quod fundat in eſſe ſpirituali, vt dicit Auguſtinus in lib. de bono coniugij : vnde etiam non baptizatus non poteſt recipere ordines, aot confirmationem, vel aliquid huiuſmodi : & ſecundum hoc conuenit ſibi quod ſit traditio regenerationis, qui eſt motus ad eſſe rei. Eſt etiam inuenire in ipſo id quod eſt tantum res, ſcilicet gratia, & ſecundum hoc dicitur principium ſacratiſſimorum mandatorum. Eſt etiam inuenire in ipſo id quod eſt res & ſacramentum, ſcilicet character quod eſt lumen quoddam aſſimilans nos Trinitati, in cuius inuocatione ſanctificatur baptiſmus, & etiam dat facilitatem capiendi ſpiritualia : & ſecundum hoc, quantum ad terminum à quo ſiue ex parte noſtra, conuenit ſibi formare aoimales habitus noſtros : quantum verò ad terminum ad quem, conuenit ſibi iter facere ad aoagogen cæleſtis quietis. Vel aliter, quia aut poſſumus conſiderare operationem ſanctam relatam ad finem, & ſic eſt tertium, quod eſt iter facere, &c. aut in ſe, & hoc dupliciter, quia vel quantum ad actum qui eſt principium operationis, & ſic eſt quartum, traditio, &c. quia generatio eſt motus ad formam : aut ſecundum operationem ipſam, & hoc quantum ad affectum, & ſic eſt primum qood eſt principium, &c. aut quantum ad intellectum, & ſic eſt ſecundum, ſcilicet quod eſt formans, &c.

Ad primom ergo dicendom, quod dicitur eſſe principium mandarorum ſecundum quod dat facultatem implendi mandata, ſecundum quod generat in eſſe gratiæ, cum non poſſit aliquis operari non habens eſſe, eſt enim operatio à principio eſſendi : vnde eſt eſſentiale principium, licet ſi non eſſet, poſſent tamen eſſe mandata ex alio principio : hæc tamen poteſtas non aufert ſibi, quin ſit eſſentiale principium ex quo eſt : ſicuti dies poterat eſſe ab alio quam à ſole, vt fuit in primis tribos diebus, ſi ſol non fuiſſet : ex quo tamen ſol eſt, eſt principium diei.

Ad ſecundum dicendum, quòd cum baptiſmus triplex ſit, omnes qui bene operati ſunt, aliquo modo baptizati ſunt, vel in eo quod eſt loco baptiſmi, ſicut morientes in ſanguine ſuo : vel in ſigno baptiſmi habendo fidem baptiſmi ad minus implicitè, ſicut dicit Apoſt. 1. Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & mari.

Ad tertium dicendum, quòd quædam ſacramenta ſunt officia perſooæ vel naturæ, ſicut pœnitentia inquantum eſt dolor de peccato, eſt officium ad actum perſonæ pertinens, & ſic poteſt eſſe ante baptiſmum : ſecundum verò quod habet virtutem ex eo quod deſcendit à paſſione Chriſti & ex virtute clauium, ſic eſt ſacramentum, & ſic non poteſt eſſe niſi in baptizato. Similiter matrimonium eſt officium ad progagationem naturæ, & ſic inſtitutum fuit in paradiſo, & poteſt eſſe in infidelibus : ſecundum verò quod eſt ſacramentom Eccleſiæ, ſignificans coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, & duarum naturarum in perſona vna, non fuit ante baptiſmum, nec eſt in non baptizato. Et quod aliquid accipiat à baptiſmo, patet ex hoc quod ante baptiſmum non eſt in eſſe indiuiſibile : quia ſi vnus coniugum conoertatur ad fidem, & alter non conſentiat cohabitare ſine contumelia creatoris, datur ſibi licentia oubendi alteri : ſed matrimonium quod eſt poſt baptiſmum, eſt omninò indiuiſibile. Et per hoc patet etiam ſolutio ad quartum.

Ad quintum dicendum, qoòd virtus eſt actionis vt forma immediatè perficiens potentiam ad agendum : ſed baptiſmus eſt primum principium per quod datur id quod eſt principium operandi & eſſendi ſpiritualiter : quod autem eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.

Ad ſextum dicendum, quòd dilectio eſt prior ſuppoſito eſſe ſpirituali quod datur in baptiſmo, vt prius dictum eſt.

Ad ſeptimom dicendum, quòd ſicut dicit Magiſter io ſententiis, prius dantur virtutes in munere, licet non habeant exercitium : dantur enim habitus gratiæ & virtutum quibus habiles ſint poſtea ad agendum ea quæ præcepta ſunt, quamuis ad præſens oon poſſunt exercere opera virtutum, explendo mandata, propter defectum organorum.

Ad octauum dicendum, quòd ſicot dicit Victorinus, natura habiles, ars poteutes, vſus faciles

ciles

ciles facit : ſimiliter dicimus, quòd gratia quæ datur in baptiſmo, eſt quædam facultas ad modum artis qua efficimur potentes ad capiendum ea quæ ſupra naturam ſunt, ad quæ tamen ex natura apti ſumus: & ſic omnes baptizati formatos habent habitus ad ſpiritualia, niſi ſint fictè accedentes ad baptiſmum: oportet tamen vt informentur per doctrinam & exercitium, vt faciles ſint ad ſpiritualia capienda. Et per hoc patet ſolutio ad nonum.

Ad decimum dicendum, quòd ſymbola omnia faciunt iter ad ſpiritualia per modum ſigni, ſicut circulus facit iter ad vinum: baptiſmus verò facit iter infundendo habitum inclinantem ad ſpiritualia, ſicut ſi ducerent aliquis ad vinum per guſtum vini.

Ad vndecimum dicendum, quòd non datur diuiniſſima regeneratio ex parte recipientis, ſed ex parte infundentis gratiam, ſcilicet Dei, quod æquè diuiniſſimum eſt infundendo intrantibus ſicut perfectis.

Ad duodecimum dicendum, quòd baptiſmus, quantum in ſe eſt, ſemper tradit diuinam regenerationem: ſi tamen fictus non recipiat, hoc eſt ex defectu ſuo: ponit enim obſtaculum gratiæ: ſicut ſi quis clauderet feneſtram ne illuminaretur domus à ſole, qui tamen ſol de ſe natus eſt eam illuminare: & ſimiliter etiam eſt de aliis ſacramentis.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Litera ſic exponitur. Ergo ex quo per dilectiones & actiones diuinorum mandatorum eſt noſtra perfectio, *traditio noſtra regenerationis*, qua ſcilicet regeneramur in eſſe ſpirituali, prius generati in eſſe naturæ, ſcilicet baptiſmus: regenerationis, dico, *ſacra* quantum ad eſſe in quo generat, *& diuiniſſima* quantum à quo eſt generatio, *eſt quoddam principium ſacræ actionis ſanctiſſimorum mandatorum* ſiue præceptorum. Principium, dico, *formans noſtros animales habitus*, ſcilicet naturales rationes & alias vires, quæ neſciunt de ſe accipere in materialibus niſi materialia, *ad opportunitatem* & humilitatem *ſuſceptiuam aliorum diuinorum eloquiorum & aliarum ſacrarum actionum*, quæ conſequuntur baptiſma, & *faciens iter noſtrum*, infundendo habitum inclinantem & ducentem *ad anagogen*, id eſt, ſurſum ductionem *ſupercaleſtis quietis*, ſpiritualium ſcilicet, quæ ſine motu ſunt, & hoc per contemplationem & deſiderium. Alia tranſlatio planior eſt, quæ ſic habet. *Igitur quod eſt principium venerandiſſimorum præceptorum?* interrogatiuè, *quod ad aliarum ſanctarum locutionum & ſanctificationum ſuſceptionem opportuniſſimè format noſtros animales habitus, quod ad ſupercæleſtis finis ſurſum actionem nos conducit, ſanctam & diuiniſſimam noſtram regenerationem nobis tradet.* Et ſumma eadem eſt, & expoſitio patet per prædicta. *Vt enim communis, &c.* hìc probat per auctoritatem quod ſit principium, dicens. *Enim*, id eſt, quia *magiſter noſter communis*, ſcilicet Ierotheus, qui vtriuſque magiſter fuit, vel inclytus ſecundum aliam literam, *ait*, *principaliſſima*, id eſt, prima *proceſſio* noſtra *ad ſacram operationem diuinorum mandatorum*, quæ eſt ex Deo tanquam principio primo influente: quæ, *Deo, diuinaque dilectione*, quaſi forma vniuerſaliter manente, ſcilicet baptiſmus: & hoc dictum eſt inquantum ex ea eſt prima facultas operandi ſpiritualiter: quæ iterum eſt *ineffabiliſſima*, non ex parte recipientium, ſed ex parte Dei influentis, *creatio*, quia non præſupponit aliquid aliud in eſſe gratiæ: & talis factio dicitur creatio, propter quod dicitur quod eſſe quod eſt primum, eſt per creationem, bonum per informationem: *eſſendi nos diuinitus*, id eſt, qua cauſatur in eſſe diuino: idem enim in ſpiritualibus eſt principium eſſendi & operandi, ſicut etiam in natura. Hoc, dico, *eſt quidam primordialis motus noſter in diuina ſecundum intellectum* noſtrum. Alia tranſlatio ſic habet: *Primus motus dilectio Dei eſt, ſancta verò dilectionis quæ eſt ad ſanctam operationem diuinorum præceptorum principaliſſimus proceſſus eſt eſſendi nos diuinè ineffabiliſſima diſpenſatio.* Et planum eſt: & hoc ſic probat. *Enim*, id eſt, quia *ſi diuina generatio eſt* cauſa *diuinitus eſſe*, id eſt, quod aliquis ſit in eſſe diuino, ille *qui neque habeat ſubſiſtere*, id eſt, eſſe *diuinitus*, ſcilicet ſecundum diuinum eſſe gratiæ, *nequaquam aliquando quid nouerit*, id eſt, ſciet, de numero *traditorum à Deo*: quia quod non eſt, non poteſt ſcire: & hoc dicitur quantum ad operationem baptiſmi, quæ eſt formare animales habitus noſtros: *neque quidem operatus ſit* aliquid diuinum: quia quod non eſt, non operatur: & hoc dicitur quantum ad omnem operationem quæ eſt principium mandatorum ſacræ actionis. Et ita patet, quòd baptiſmus qui eſt creatio eſſendi diuinitus, eſt primus motus in diuina & principium eorum quæ dicta ſunt.

Aut nunquid, &c. Hìc probat idem per inconueniens, à ſimili rationibus naturalibus, ſcilicet quòd aliquis non habens diuinum eſſe, non operetur vel patiatur aliquid diuinum: quia tunc aliquid operabitur & patietur non ſecundum quod natus eſt ex ſuo modo eſſendi: & huius contrarium patet in omnibus, quia homines non patiuntur neque operantur niſi humana.

Litera ſic conſtruitur: *aut nunquid*, id eſt, an non, debet enim reſponderi ad an non, cum tamen ad nunquid reſponderi deberet negatiuè, an non, dico, *nos habemus hoc humanum*, id eſt, in ratione humana apparens, ſcilicet quod *primum oportet ſubſiſtere*, id eſt, habere eſſe, *deinde operari ſecundum nos*, id eſt, in rebus quæ apparent apud nos, *quomodo*, id eſt, ſicut *non exiſtentis*, (more Græcorum qui carent ablatiuis, pro quibus ſolent ponere genitiuos) *neque motum*, id eſt, operationem, vel paſſionem, *neque ſubſiſtentiam*, id eſt, eſſentiam (alia litera habet eſſentiam) *habentis*, id eſt, habente, *exiſtens*, id eſt, exiſtente, *operantis*, id eſt, operante, *aut patientis*, id eſt, patiente illud *ſolummodo* quod eſt de numero eorum *in quibus natum eſt*, id eſt, quod ſuæ naturæ competit, ſicut actiones conuenientes ſuæ ſpeciei. Quaſi diceret: Nunquid hoc eſt rationale, quòd aliquis prius habeat eſſe & poſteà operari, cum non ens non habeat motum, ſicut neque eſſentiam: & quod non eſt, non habet operationem niſi ſecundum ſui eſſe? Quaſi diceret: ſic: & ita ſicut non ens non poteſt operari operationem huius, ſic quod non habet eſſe diuinum, non poteſt operari operationes diuinas.

Alia tranſlatio ſic habet: *ſicut quod nullo modo eſt, neque motum, ſed neque eſſentiam habet: illud verò quod aliquo modo eſt, illa ſolum operatur aut patitur in quibus eſſe natum eſt. Sed hoc quidem* apertum eſt, ſcilicet baptiſmum eſſe principium aptum, *vt æſtimo: deinde autem nos inſpiciemus ſymbola diuinæ generationis*, id eſt, quæ ſunt in baptiſmo. *Et nullus imperfectus*, id eſt, immundus *veniat in contemplationem*, id eſt, ad contemplandum ſpiritualia latentia ſub ſymbolis, quæ ego reſerabo. *Etenim non eſt non periculoſum intueri ſolares fulgores infirmus puppilis*, quia obcæcantur: *nec ſimiliter eſt innocuum*, ſed valdè nociuum præſumptuosè *audere*, id eſt, ingerere ſe *his quæ ſunt ſupra nos*, id eſt, ſupra capacitatem intellectus noſtri, quia non capientes, ſumimus materiam errandi. *Siquidem*, id eſt, certè, *vera*, id eſt, iuſta eſt *hierarchia*, id eſt, ſacra diſpoſitio *iuxta legem* hierarchicam: vel verum eſt hoc ſecundum legis dictum. Hierarchia, dico, *ſubuertens*, id eſt, percutiens lepra, *Oziam quidem, quia ſacra tractauit*, ingreſſus enim templum Domini voluit adolere incenſum ſuper altare Thymiamatis, quod non erat ſui officij, ſed filiorum Aaron. Et ſubuertens *Core*, Dathan & Abiron, *quia ſupra ſe ſacris* ſe ingerebant, contradicentibus Moyſi & Aaron: vnde murmurauerunt contra eos, dicentes, cur eleuarentur ſupra populum Domini, volentes ipſi ſuperiorum officia vſurpare: & ideò aperiens terra os ſuum deuorauit eos, vt dicitur Num. 16. *Et ſubuertens Nadab & Abiud, quia prophanè*, id eſt, illicitè *abuſi ſunt proprijs* officijs, offerentes Domino ignem alienum, cum tamen non eorum eſſet officium offerre Domino: & ideò ignis egreſſus à Domino deuorauit eos, vt dicitur Leuit. 10. Et ſimiliter ſubuertuntur in præſenti per infidelitatem, & in futuro per æternam mortem, qui in ea quæ ſupra ſe ſunt, præſumunt: propter quod non omnes ad contemplationem dicendorum ſignorum venire debent.

MYSTERIVM baptiſmatis.

In Græco habetur, *illuminationis.*

3. SVmmus quidem ſacerdos aſſiduè ad Deum ſimilitudine omnes homines volens ſaluos eſſe, & in agnitionem veritatis venire, prædicat omnibus ea quæ verè ſunt Euangelia, Deum manifeſtatum fuiſſe his qui in terra ſunt, ex propria exiſtentem & naturali bonitate firmiter adueniſſe, ad vnitatem ſuam per humanitatis dignitatem digna æſtimantem, & ad ſe, imitati inſtar ignis, aſſimilando ſibi vnita ſecundum ipſum propoſitum coaptantem. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt. Ioan. 1.

DIVISIO TEXTVS.

Summus quidem ſacerdos, &c.

POſitis his quæ efficiuntur in baptiſmo, oſtendit ritum baptiſmi, qui erat in primitiua Eccleſia: & ideò hæc pars intitulatur myſterium theletæ baptiſmatis, in Græco verò eſt illuminationis: & dicitur myſterium propter ſymbola quibus veritas ſimplex occultatur, theletæ verò dicitur ritus, baptiſmatis verò dicitur totum quantum ad totum ſacramentum, ſed illuminationis ſpecialiter quantum ad characterem qui eſt diuinum lumen. Sciendum autem, quòd non eſt intentio ſua dicere tantum ea quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti, ſed etiam ea quæ pertinent ad maximam ſolemnitatem ipſius, ſecundum ſcilicet quod ſolemniter celebratur ab Epiſcopo in cathedralibus Eccleſiis. Et hæc pars diuiditur in partes duas. In prima determinat qualiter baptizandus accedebat ad baptizantem. In ſecunda quid Epiſcopus operabatur circa ipſum, ibi, *Ipſo vero cum larua, &c.* Circa primum quatuor dicit. Primò qualiter Epiſcopus prædicabat inuitans ad baptiſmum. Secundò qualiter audiens conuerſus quærebat aliquem fidelem qui ſe induceret ad Epiſcopum, ibi, *Qui autem horum diligit, &c.* Tertiò qualiter ille promittebat ſibi ipſi, ibi, *Ipſe autem vniuerſaliter, &c.* Quartò qualiter eum ducebat, ibi, *Et qui accipit eum, &c.* A

DVBIVM.

CIRCA primum eſt dubium. Videtur enim, quòd baptizandum non debuerit introducere prædicando: officia enim prædicandi & baptizandi ſunt diſtincta: vnde dicit Apoſtolus 1. ad Corinth. 1. Non enim me miſit Chriſtus baptizare, ſed erudire: ergo non videtur ad eundem pertinere. B

2 Præterea, Baptizare eſt opus Dei, prædicare autem opus hominis: poſſum enim dicere Euangelium meum, ſed non poſſum dicere baptiſmus meus, ſed baptiſmus Chriſti: ergo non videtur eiuſdem eſſe baptizare & prædicare.

3 Præterea, Cum in principio mundi ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, quod eſt figura baptiſmi, videtur quod prædicationem ſuam debebat incipere inuitans ad baptiſmum ab initio mundi, ſicut etiam in ſabbato ſancto fit quando eſt ſolemnis baptiſmus, & non ab incarnatione Chriſti.

4 Præterea, Per alia ſacramenta aliquis perfectius vnitur Chriſto quam per baptiſmum: ergo hæc vnio non debebat attribui baptiſmo.

Solutio. Dicendum ad primum, quòd baptiſmus

ptiſmus & prædicatio conueniunt in relatione ad vnum principium à quo deſcendunt: ſicut enim iuriſdictio baptizandi deſcendit à Pontifice in alios, ita & prædicatio, ſicut dicitur Rom. 10. Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Vnde ponendo vtrumque officium circa vnam perſonam ſummi Pontificis, eſt intentio ſua oſtendere, quòd vtrumque deſcendat ab ipſo, non quod per diuerſos exerceri non poſſint. Coniunguntur autem ſimul: quia cum baptiſmus conſiſtat in operatione, præexigit prædicationem, vel per ipſum, vel per alium factam, quæ eſt illuminans & dirigens ad baptiſmi executionem.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet baptizare intrinſecus ſit opus Dei, tamen agitur miniſterio hominum exterius operantium.

Ad tertium dicendum, quòd baptiſmus non habuit virtutem niſi à tempore incarnationis Chriſti, qui tactu ſuæ mundiſſimæ carnis, virtutem rege etatiuam contulit, aliquid licet fuerit in aqua (ſcilicet aptitudo recipiendi talem virtutem) ab initio mundi.

Ad quartum dicendum, quòd baptiſmus eſt principium vniens, cum ſit fundamentum aliorum, vt dictum eſt: & ideò vnio ad Chriſtum, ſpecialiter attribuitur baptiſmo.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Litera ſic exponitur. *Summus quidem ſacerdos*, id eſt, Epiſcopus ſimilitudine *aſſiduè ad Deum*, id eſt, ſemper Deo aſſimilari cupiens, *volens omnes homines ſaluos eſſe, & in agnitionem veritatis venire*, ſicut dicitur de Deo, 1. ad Tim. 1. *prædicat omnibus ea quæ ſunt verè Euangelia*, id eſt, bona nuntia, quibus nobis noſtra ſalus nuntiatur, non enim dicuntur hic Euangelia, libri Euangeliorum, ſcilicet *Deum fuiſſe manifeſtatum* per aſſumptionem carnis, *his qui in terra ſunt*, ſcilicet hominibus, & ipſum ſic manifeſtatum *exiſtentem ex propria & naturali* ſibi *bonitate*, non noſtra *aduenisse* in mundum, *firmiter*, id eſt, in vera carne, non in phantaſtica: veniſſe dico ipſum *æſtimantem digna*, id eſt, homines dignos *ad vnitatem ſuam*, id eſt, vt ſibi vnirentur, *per humanitatem*, id eſt, pietatem ſuam, quia in quantū homines, hoc digni non ſumus, niſi quia ipſe nos miſericorditer dignos exiſtimauit. Et veniſſe dico, *aſſimilando ad ſe imitari inſtar*, id eſt, ſimilitudine *ignis, coaptantem* per aſſimilationem *ſibi vnita ſecundum ipſum propoſitum* ſuæ voluntatis, vel ſecundum præparationem recipientium. Alia tranſlatio ſic habet: *Miſericordem exiſtentem his qui in terra ſunt, ex propria & naturali bonitate ipſum ad nos venire, propter amorem hominum, dignatum eſſe, & vniendo ad ſimilitudinem ignis, aſſimilare ſibi vnita ſecundum ipſorum ad deificationem aptitudinem*: & hoc probat per auctoritatem Ioan. 1. dicens: *Enim*, id eſt, quia *eis* credentibus, *dedit poteſtatem filios Dei fieri*, per participationem diuinæ ſimilitudinis, *quotquot receperunt eum*, remouentes obicem gratiæ, qui ſcilicet filij *non nati ex ſanguinibus*, id eſt, ex commixtione ſanguinum, *neque ex voluntate carnis*, quæ eſt in coitu, *ſed ex Deo nati*, id eſt, diuina virtute: & per hoc diſtinguatur regeneratio ſpiritualis à generatione corporali.

DVBIVM.

D Sed circa hoc dubium eſt. Voluntati enim diuinæ nihil reſiſtit, vt dicitur Rom. 9. & in Pſal. 13. Omnia quęcumque voluit fecit: ſed non omnes ſaluantur: ergo Deus non vult omnes ſaluos fieri.

2 Item, Auguſtinus dicit, quòd tendere in Deum non eſt naturæ hominum, ſed gratiæ fidelium: quod autem eſt tantum per gratiam, non eſt in poteſtate noſtra, ſed tantum Dei: cum igitur per fidem fiamus filij Dei, videtur quòd non ſit data poteſtas hominibus filios Dei fieri.

3 Præterea, Apoſtolus dicit ad Epheſios. 2. quòd fides donum eſt Dei & non ex nobis: ergo non eſt ex poteſtate noſtra.

Solutio. Dicendum ad primum, quòd Deus vult voluntate ſigni omnes homines ſaluos fieri, & non voluntate beneplaciti: dat enim omnibus præcepta ſalutis. Etſi obiiciatur Damaſ. dicens, quòd ſit voluntas beneplaciti, dicendum quod ſecundū ipſum eſt duplex voluntas diuina, ſcilicet conſequens, quę habet relationem ad noſtra opera, & ſic dicit, quòd non vult omnes ſaluos fieri, cum non omnes operentur ad ſalutem, quos ſolos ſic vult ſaluare. Eſt etiam voluntas antecedens, quæ ordinatur ad effectus ordinatos ad ſalutem præcedentes opus noſtrum, & ſic vult omnes ſaluos fieri, cum omnibus det cognitionem boni, & liberum arbitrium, & naturalem inclinationem deſiderij ad bonum: & quia illos effectus ordinatos ad ſalutem vult voluntate beneplaciti, ideò dixit voluntatem beneplaciti pro omnibus eſſe ſalutis. Lib. 2. cap. 29.

Ad aliud dicendum, quòd dicitur in poteſtate noſtra filios Dei fieri, quia poſſumus nos præparare ad ſuſcipiendam gratiam, remouendo impedimenta: quo facto ipſe infundet gratiam, quamuis gratia virtute Dei perficiatur in nobis. Sicut dicitur aliquis habere voluntatem ſaluandi ſe, qui ſubmergitur, per hoc quod poteſt apprehendere lignum, quamuis non virtute ſua, ſed ligni liberetur. Et per hoc patet etiam ſolutio ad alterum.

Qui autem horum diligit verè ſupermundalium diuinam participationem, veniens ad quendam eruditorum ſuadet ſe duci ab eo ad ſummum ſacerdotem via. Ipſe autem vniuerſaliter ſubſecuturum eſſe promittit tradituros, & dignè acceſſionis eius, & ſimul omnis in id quod deinceps eſt vitæ, cognitionem recipere. 4.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde dicit. *Autem*, id eſt, ſed ille *qui diligit diuinam participationem horum ſupermundalium verè*, qui ſe prædicari audiuit, *veniens ad* quendam de numero *eruditorum*, id eſt, perfectorum in fide Chriſtiana, *ſuadet*, id eſt, petit

ſe

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſe duci ab eo, ſcilicet Chriſtiano, ea *via* quæ eſt *ad ſummum ſacerdotem*, id eſt, Epiſcopum. *Ipſe autem*, ſcilicet petens baptiſmum *promittit ſe eſſe vniuerſaliter*, id eſt, per omnia *ſubſecuturum* per fidem & mutationem vitæ, *traditores*, id eſt, eos qui ſibi fidem Chriſtianam tradent, promittit ſe *dignè*, id eſt, non ficto corde *recipere cognitionem* per fidem *eius acceſſionis*, ſcilicet baptiſmi, quo acceditur ad Deum, *& ſimul* cum hoc, *omnis vita* quæ eſt *in id quod deinceps eſt*, id eſt, quæ ſequetur baptiſmum vel eius acceptionem, quæ facit eum accedere ad ſacerdotem: & vocatur ille anadochus, id eſt, in ſuperiora docens, quem nos patrinum appellamus.

DVBIA.

B Sed videtvr, quòd non debeat alium quærere qui eum ducat, ſed per ſe ire, ſicut
Dubium 1. dicit Auguſtinus, Adultus debet loqui per ſe ipſum, quamuis ſufficiat paruis confeſſio patrinorum: ſed hic loquitur de baptiſmo adulti, quia per prædicationem conuertitur: ergo non oportet quærere anadochum.

2 Præterea, Vox propria magis ædificat quam aliena: ergo melius eſſet ſi per ſe quam per alium ducentem accederet ad Epiſcopum.

Dicendum, quòd non indiget anadocho vt confiteatur pro ipſo, cum ipſe per ſe confiteatur, vt iam dictum eſt, ſed vt perhibeat teſtimonium de ſeipſo apud Epiſcopum, quod non fictus accedit, & vt inſtruat eum in documentis fidei, & qualiter baptiſmum petere debeat, ad modum quo nouitij in religionibus magiſtro indigent, quamuis ipſi per ſe confiteantur voluntates ſuas per ſeipſos. Et ſimiliter dicendum ad aliud.

C Item quæritur, vtrum iſta promiſſio qua promittit ſe ſubſecuturum, ſit votum? & vi-
Dubium 2. detur, quòd ſic propter Gloſſam 6. ad Roman. quæ dicit, quòd eſt votum.

2 Præterea, Votum eſt ſpontanea obligatio: ſed iſte ſe ſponte obligat: ergo eſt votum.

Sed contra: Votum eſt melioris boni promiſſio, de libera actione & promiſſione firmata: ſed hæc promiſſio eſt de bono quod eſt neceſſarium ad ſalutem, & ſic non de meliori: ergo non eſt votum.

Quod concedimus: omne enim votum eſt de eo quod eſt voluntarium: nullus enim vouet ſe non occidere, quia ad hoc omnes determinatè tenentur.

Ad primum ergo dicendum, quòd Gloſſa largè accipit votum pro qualibet promiſſione quæ eſt de quolibet bono.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſpontaneum de quo eſt votum, eſt bonum quod non eſt neceſſitate impoſitum, ſed tantum voluntate aſſumptum: hæc autem promiſſio eſt ſpontanea, quia ei quod ab altero eſt impoſitum, voluntas accedit & liberè promittit.

5. Eum quidem illius ſalutem ſacrè amantem, at verò rei altitudinem contra menſurantem humanum horror quidem & impoſſibilitas ſubitò circunſtant: obedientibus tamen eis, perficit quod petitum eſt & deiformiter confeſſus eſt: & qui accipit eum, ducit ad hierarcham cognominatum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde dicit. *Quidem*, id eſt, certè, poſtquam audit hoc ab ipſo, *ſubitò horror*, id eſt, in momento, qui ex magnitudine phantaſiæ, *& impoſſibilitas* propter impotentiam hominis ad cauſanda actiua, *circumſtant eum*, ſcilicet Chriſtianum rogantem, *amantem quidem ſacrè*, id eſt, diuino amore ſalutem illius, *at verò*, id eſt, ſed eum dico, *menſurantem*, id eſt, comparantem *altitudinem rei* quam petit *contra humanum*, id eſt, humanam virtutem: & ideò quamuis incitetur ad conſentiendum ex amore ſalutis, retrahitur quodammodo ex tali comparatione: *tamen obedientibus eis*, id eſt, conſentientibus ſibi baptizando, Epiſcopus *perficit quod petitum eſt* ab eo, *& confeſſus eſt*, id eſt, promiſit ſe perficere *deiformiter*, id eſt, benignè ad ſimilitudinem Dei. Alia tranſlatio ſic habet. *Poſtremò autem ſe facturus tamen quod petitum eſt, benignè confitetur*: & ſic anadochus *qui accipit eum* in curam ſuam, *ducit ad cognominatum hierarcham*, id eſt, Epiſcopum. A

DVBIVM.

Sed videtvr, quòd non debeat duci ad Epiſcopum: quia quilibet ſacerdos poteſt baptizare, & etiam pater & mater in neceſſitate. B

2 Præterea, In baptiſmo Spiritus ſanctus datur tantum ad eſſe, vt prius dictum eſt, ſed in confirmatione datur ad robur: & ita confirmatio maius aliquid eſt: minora autem à minoribus ſunt danda: cum igitur confirmatio datur à ſolis Epiſcopis, baptiſmus debet dari ab aliis ſacerdotibus.

3 Præterea, Chriſtus, ſicut Ioan. 4. dicitur neminem baptizauit, ſed diſcipuli eius: Epiſcopi autem ſunt loco Chriſti in Eccleſia, & minores ſacerdotes loco diſcipulorum: ergo ipſi debent baptizare & non Epiſcopi.

Solutio. Dicendum ad primum, quòd ſicut dictum eſt, hic intendit tradere ritum baptiſmi ſecundum ſuam maximam ſolemnitatem: & hæc eſt ſecundum quod confertur ab Epiſcopis, à quibus primò deſcendit gratia diſpenſandi ſacramenta in alios, ſicut vnguentum in capite eius quod deſcendit in barbam barbam Aaron, & deinde in oram veſtimenti: & non intendit, quòd non poſſit dari ab aliis inferioribus.

Ad ſecundum dicendum, quòd baptiſmus poteſt dari à minoribus, ſed non propter minoritatem, cum ſit ianua & fundamentum ſacramentorum, ſed propter neceſſitatem, ne contingeret aliquem fraudari vita æterna ex defectu baptiſmi propter abſentiam Epiſcopi, maximè in paruis.

Ad tertium dicendum, quòd Chriſtus non baptizauit, diſpenſatione duplici, ſcilicet vt oſtenderet omnes baptizare interius qui nullum baptizauit exterius, & ne derogaret baptiſmo

priſmo Ioannis qui tunc baptizauit, quamuis ipſe Apoſtolos baptizauerit.

6. Ipſe verò eum lætitia tanquam in humeris ouem recipiens ambobus viris, vt diximus, primum quidem laudat per intellectuales euchariſtias & corporalem adoratio nem vnum benignum principium ex quo vocata vocantur, & ſaluata ſaluantur. Deinde omnem ſacram diſpoſitionem in cooparatione quidem & confeſtiuitate ſalutis viri, euchariſtiâ quoque diuinæ bonitatis, in ſacrum chorum congregans, in principio quidem eloquiis incumbentem eum omnibus Eccleſię plenitudinibus hymnum pſallit. Et poſt hęc diuinam ſalutans menſam, ad virum aduenientem accedit, & interrogat eum, quid volens venit: eo verò religioſè accuſante, iuxta anadochi traditionem, incredulitatem, ignorantiam veri boni, à diuina vita deſidiam, dignanteque per ſacram ſuam medietatem Deum & diuina conſequi, teſtatur quidem ipſi profuturam vniuerſalem fore propitiationem, tanquam perfectiſſimo & immaculato Deo.

EXPOSITIO TEXTVS.

Ipſe verò cum lætitia, &c.

A HIc ponit ea quæ operatur Epiſcopus poſtquam repræſentatur ſibi baptizandus, & ſunt 18. quorum primum eſt gratiarum actio pro bona voluntate eius. Dicit ergo: *Ipſe verò*, ſcilicet Epiſcopus ex *ambobus viris*, ſcilicet ducente & ducto, *vt diximus*, *recipiens* ductum *cum lætitia*, *tanquam ouem* portans *in humeris*, quæ perierat. Hoc ſumptum eſt de Iſa. 40. vbi ſic dicitur: Sicut paſtor gregem ſuum paſcit, &c. Vel melius Luc. 15. de oue perdita, quam cum inuenit paſtor, portat in humeris ſuis gaudens, *Ipſe*, dico, *primum quidem per euchariſtias*, id eſt, bonas gratiarum actiones, *intellectuales*, quia licet per vocem corporalem exprimat, ſunt tamen de rebus intellectualibus: nec dicuntur hic intellectualia, & ſeparata à materia. *Et etiam per corporalem adorationem laudat vnum benignum principium*, ſcilicet Deum, *ex quo vocata vocantur*, *& ſaluata ſaluantur*. Rom. 8. Quos vocauit, hos & iuſtificauit. Secundò *congregans* Epiſcopus *omnem ſacram diſpoſitionem*, id eſt, ordinem, hoc eſt, totum clerum *in ſacrum chorum in cooperatione quidem*, id eſt, vt cooperentur, *& confeſtiuitate ſalutis viri*, id eſt, vt gaudeant ſaluti baptizandi, *quoque*, id eſt, etiam in *Euchariſtia diuinæ bonitatis*, id eſt, vt gratias agant Deo, *pſallit hymnum*, id eſt, laudem diuinam cum cantico, *incumbentem eloquiis*, id eſt, qui innititur ſacræ Scripturæ, tractum ex ea, non ſolum ex pſalmis, vt dicit Commentator: & hæc, *cum omnibus plenitudinibus Eccleſiæ*, id eſt, cum toto clero. *Et poſt hæc* tertiò *ſalutans*, id eſt, oſculans, *diuinam menſam*, id eſt, altare, *accedit ad virum* baptizandum *aduenientem*, *& interrogat eum quid volens venit*: *eo verò* ſcilicet baptizato *religioſè accuſante incredulitatem* priorem *& ignorantiam veri boni*, ſcilicet Dei, *iuxta traditionem anadochi*, & ſic docuit eum doctor ſuus, & etiam accuſando præteritam *deſidiam*, id eſt, pigritiam *à diuina vita*, *que* pro & Epiſcopo *dignante conſequi* ipſum baptizandum *Deum* per vnionem ad ipſum *& diuina* dona, quibus vniatur *per ſuam ſacram medietatem*, id eſt, operationem ſui ſacrificij, quo medius inter Deum & homines conſtituitur. Qui, dico, accuſat ſe, rogans vt Epiſcopus dignetur admittere eum ad diuina ſacramenta, eo dico, ſic accuſante, Epiſcopus quidem *teſtatur vniuerſalem propitiationem*, id eſt, emendationem à peccatis ſecundum totam animam, ſic quod nulla peccati macula remaneat: vel iterum ſecundum corpus & animam, & vniuerſaliter: quia quantum eſt ex parte propitiantis, ad omnes ſe extendit, licet non omnes recipiant: hanc, dico, *fore profuturam ipſi*, ſcilicet baptizando, *tanquam quæ eſt à Deo perfectiſſimo & immaculato*: propter quod vniuerſaliter abſtergit peccati maculas.

D V B I A.

Sed videtur, quòd non debeat ſe accuſare: quia baptiſmus, ſicut dicit Auguſt. non requirit planctum pœnitentiæ: ergo ſimiliter nec confeſſionem. B

a Præterea, Baptiſmus habet virtutem tantum ex paſſione Chriſti: ergo non requirit aliquam operationem in baptizando.

Solutio. Dicendum ad primum, quòd baptiſmus in adulto requirit interiorem planctum de peccatis præteritis: aliter enim fictus accederet: planctum verò exteriorem non requirit: ſed planctus exterior non dicitur eſſe confeſſio peccatorum, quia ad hanc tenetur, cum ſcriptum ſit Luc. 3. quod veniebant ad baptiſmum Ioannis confitentes peccata ſua: dicitur autem planctus exterior ſatisfactio iniuncta pro peccatis: nihil enim debet eis iniungi faciendum.

Ad ſecundum dicendum, quòd virtus paſſionis Chriſti operatur in baptiſmo vt perficiens remiſſionem peccatorum & eſſe ſpirituale: nihilominus vt gratia non inueniat obicem, requiritur ex parte baptizandi deteſtatio poſteriorum malorum, ne ſit aliquod obſtaculum gratiæ ex illis.

* * *

7. Et diuinam ei conuerſationem introducens, & interrogans ſi ſic conuerſaturus eſt, poſt confeſſionem imponit eius capiti manum, & ſignans, deſcribi imperat ſacerdotibus virum & anadochum. Ipſis autem deſcribentibus virum, orationem ſacram facit, & hanc omni ſic Eccleſia faciente, ſubintroducit quidem eum, & exuit per miniſtros. Deinde ſtatuens in occiduis intentum & manus erigentem ad ipſam conuerſas regionem, exufflare quidem ipſi ter iubet ſathana, & adhuc quæ ſunt abrenunciationis confiteri. Et ter ei ab renunciationem conteſtans, confitentem ter hoc transducit ad Orientem, & ad cælum reſpicientem & manus extendentem, iubet coordinari Chriſto & omnibus à Deo traditis ſacris eloquiis. Eo verò & hoc faciente, teſtatur iterum ei ter confeſſionem: & iterum ipſo ter confitente, orans benedicit & manum imponit. Et ad ſummum exuentibus eum miniſtris afferunt quidem ſacerdotes vnctionis ſacrum oleum. Ipſe autem vnctionem per ſignationem ter incipiens, cæterum ſacerdotibus virum vngere omni corpore tradens: ipſe ad matrem filiolitatis venit. Et tunc aquam ſacris inuocationibus ſanctificans, & tribus ſanctiſſimi chriſmatis cruciformibus effuſionibus perficiens illam, & chriſmatis ſanctiſſimis immiſſionibus æquali numero ſacrum Deo acceptabilium Prophetarum inſpirationis melodema conſonans, iubet virum afferri: & quodam ſacerdote ex deſcriptione ipſum & anadochum prædicante, ipſe quidem à ſacerdotibus ad aquam ducitur ad ſummi ſacerdotis manum, & ad eum manuductus ipſe ſummus ſacerdos deſuper ſtans, reclamantibus iterum ad ſummum ſacerdotem iuxta aquam nomen perficiendi ſacerdotibus, ter quidem ipſum ſummus ſacerdos baptizat tribus perficiendi dimenſionibus & emerſionibus, trinam diuinæ beatitudinis inuocans ſubſtantiam. Accipientes autem eum ſacerdotes porrigunt acceſſionis & anadocho & duci, & cum ipſo accipientes veſtimenta perficiendorum, adunatum ad ſummum ſacerdotem iterum reducunt. Ipſe verò deificantiſſimo vnguento virum ſignans, participem manifeſtat de cętero ſacræ perfectiſſimę Euchariſtiæ. Hæc autem perficiens, ab ipſa in ſequentia proceſſione, iterum ad priorum extenditur contemplationem, quaſi per nullum tempus aut modum in alieno quodam præter propria conuerſatutus, ſed à diuinis in diuina attendens, & ſemper diuino Spiritu tranſordinandus.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde dicit: & tunc Epiſcopus *introducens ei*, ſcilicet baptizando *diuinam conuerſationem*, id eſt, exponens quid credere & operari oporteat diuinum virum, *& interrogans* eum, *ſi ſic eſt conuerſaturus*, id eſt, ſi proponit illa ſeruare, *poſt confeſſionem*, id eſt, poſtquam ille promiſerit ſe obſeruaturum, *imponit* quarto *capiti eius manum*.

D V B I V M.

B Sed videtur, quòd non debeat imponere: quia hoc pertinet ad confirmationem in qua datur Spiritus ſanctus ad robur, ſicut dicitur in Actibus de Apoſtolis, quòd imponebant eis manus & accipiebant Spiritum ſanctum.

2 Præterea, Quare capiti potius quam alteri membro imponit manum?

Et dicendum ad primum, quòd hæc impoſitio manuum non eſt ad idem propter quod eſt in confirmatione, in qua per impoſitionem manuum datur Spiritus ſanctus ad robur: ſed hæc impoſitio manuum operatur ad reprimendam virtutem dæmonis, quæ eſt in fomite, ne poſſit impedire effectum baptiſmi.

Ad ſecundum dicendum, quòd animales virtutes maximè manifeſtantur in capite: & ideò capiti manus imponitur ad repreſſionem omnium animalium motuum.

EXPO

EXPOSITIO TEXTVS.

C Deinde dicit : *&* ſic Epiſcopus *ſignans* baptizandum ſigno crucis, *imperat ſacerdotibus deſcribi virum*, baptizandum ſcilicet *&* eius *anadochum.*

DVBIVM.

D Sed videtvr, quòd non debeat deſcribi: quia deſcribere videtur pertinere ad ordinationes miniſtrorum.

2 Præterea quæritur, quare modo non deſcribantur baptizandi ſicut tunc? Item, in quo differt hæc deſcriptio à deſcriptione quæ fit in ordinibus?

Et dicendum, quòd ordinandi deſcribuntur ad ſpecialem titulum, ne alii ſe ingerant, & infeſtent Epiſcopum, petentes ſibi prouideri ſi non eſſent ad ſpecialem titulum ordinati: ſed baptizandi ideò deſcribebantur, legentibus presbyteris ſcripturam nominis eius & ſui anadochi, vt procederent tanquam recepti ab Epiſcopo, & ne aliquis infidelis in cauſam deriſionis ſe immiſceret, maximè cum quandoque eſſent multi baptizandi: modo autem hoc non eſt neceſſarium: quia omnes ſunt fideles ſeparati ab infidelibus. Et per hoc patet ſolutio ad totum.

EXPOSITIO TEXTVS.

E Deinde dicit : *Ipſis autem* ſcilicet ſacerdotibus, *deſcribentibus virum* vtrumque, Epiſcopus *facit aliquam ſacram orationem*, quintò, *& ſic omni Eccleſia faciente*, habeat orationem dicendo Amen, *ſubintroducit quidem* Epiſcopus *eum* ſcilicet baptizandum ad ſe, *&* ſextò *per miniſtros*, id eſt, diaconos *exuit* eum ſuperioribus veſtibus, *Deinde* ſeptimò Epiſcopus *statuens eum*, ſcilicet baptizandum *in occidum*, id eſt, in occidentali parte templi, eum, dico, *intentum* ad intelligendum quod fit ei, & erigentem, id eſt, excedentem *manus conuerſas ad ipſam regionem*, ſcilicet occidentalem, à qua veniunt tenebræ, per quas ſignificantur ſpirituales tenebræ, *iubet quidem ipſi* baptizando Epiſcopus *exsufflare ter ſatana*, id eſt, diabolo: & ſumitur indeclinabil ter ſatana hic: in quo ſignificatur expulſio omnis diabolicæ operationis, per hoc quod flatus expellitur: *&* iubet *adhuc* eum *confiteri*, ea *quæ ſunt abrenunciationis*, vt cum dicitur, Abrenuntias ſatanæ & omnibus pompis eius? *Et ſic ter conteſtans ei* Epiſcopus, *abrenunciationem, confitentem*, dicendo, abrenuncio, *ter hoc, transducit* octauò *ad Orientem*, id eſt, ad orientalem partem templi, vnde venit lumen, ſignificans ſpirituale lumen quod eſt à Chriſto: *&* ſic *iubet* eum *reſpicientem & manus extendentem ad cœlum coordinari*, id eſt, paciſcendo, ſe tradere *Chriſto & omnibus ſacris eloquiis traditis à Deo* ad obſeruandum ea. *Eo verò*, ſcilicet baptizando, *&*, id eſt, etiam *hoc faciente, iterum* Epiſcopus *teſtatur ei ter confeſſionem*, id eſt, vt confiteatur ſe obſeruaturum, *& iterum ipſo ter confitente*, Epiſcopus *orans benedicit* eum aliqua oratione, *& imponit ei manum*: qui iam recipiens eum ad baptiſmum (& hoc eſt decimum) *& ad ſummum*, id eſt, ad vltimum (vndecimò) *miniſtris*, id eſt, diaconibus ex toto iam *exuentibus eum* ſcilicet baptizandum, *ſacerdotes quidē afferunt ſacrum oleum vnctionis*, id eſt, ſanctum ad differentiam olei infirmorum. *Ipſe autem* ſcilicet Epiſcopus *incipiens vnctionem per ſignationem ter*, id eſt, tria ſigna crucis cum oleo faciens ſupra baptizandum, *tradens ſacerdotibus vngere cæterum virum*, id eſt, reſiduam viri partem, id eſt, *toto corpore, ipſe* Epiſcopus *venit ad matrem filiolitatis*, id eſt, aquam in qua fit ſpiritualis generatio.

DVBIVM.

Sed videtvr, quòd non debeat eum inungere: vnctio enim ſignificat habilitatem ad opus inquantum aufert rigiditatem membrorum: hæc autem habilitas pertinet ad confirmationem in qua datur Spiritus ſanctus ad robus operandi: ergo videtur, quòd baptizandus non debeat inungi. F

2 Præterea, Operari ſequitur eſſe: ſed iſte nondum habet eſſe ſpirituale, cum nondum ſit baptizatus: ergo non debet inungi ad habilitatem.

3 Præterea, Quare incipit Epiſcopus eum inungere?

4 Item quare non inungit eum oleo infirmorum?

5 Item quando inungitur?

Et dicendum, quòd olei vnctio remouet membrorum rigiditatem & per conſequens reddit expeditum ad operandum: & ſic etiam vnctio confirmationis. Item mitigat etiam dolorem corporis, & quantum ad hoc ſignificat mitigationem fomitis, & operatur ad hoc, & ſic requiritur ante baptiſmum, ne virtus dæmonis exiſtens in fomite impediat effectum baptiſmi: propter quod etiam fiunt exorciſmi: Epiſcopus autem incipit inungere, vt oſtendatur tota virtus baptiſmi deſcendere ab ipſo in ſubditos. Ideò autem non vngit oleo infirmorum, quia illud oleum ordinatum eſt contra infirmitates corporales, quæ cauſantur ex peccato, vt tales ſoluat: hic autem non habet talem infirmitatem corporalem, & ideò non eſt inungendus hoc oleo.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde dicit : *Et tunc* Epiſcopus poſtquam venit ad aquam (duodecimò) *ſanctificans aquam ſacris inuocationibus*, id eſt, inuocationibus vel exorciſmis, *& perficiens illam*, ſcilicet aquam *ſanctiſſimis tribus effuſionibus Chriſmatis cruciformibus*, id eſt, in modum crucis ter infundens & perficiens, *etiam ſanctiſſimis immiſſionibus Chriſmatis*, vt conſeruet à putredine peccati, propter balſamum quod corpora à putredine conſeruat, *& conſonans ſacrum melodema*, id eſt, Pſalmum *inſpirationis Prophetarum acceptabilium numero æquali*, ſcilicet tribus *effuſionibus*, id eſt, cantat tres Pſalmos in quibus fit mentio de baptiſmo, vt eſt ille, Vox Domini ſuper aquas. Sic, dico, ſanctificatâ aquâ, *iubet* (tertiodecimò) *afferri* ad ſe *virum* baptizandum, *&* tunc *quodam ſacerdote prædicante*, id eſt, nominante vel legente G

ipſum baptizandum *& anadochum* eius, *ex deſcriptione*, id eſt, ex libro in quo prius eos ſcripſerat: *ipſe quidem*, ſcilicet baptizandus, *ducitur a ſacerdotibus ad aquam* iam ſanctificatam, *ad manum ſummi ſacerdotis*, id eſt, Epiſcopi: *&* ſic poſtquam baptizandus eſt *manuductus ad eum*, ſcilicet Epiſcopum quartodecimò) *ipſe ſummus ſacerdos ſtans deſuper*, id eſt, in eminentiori loco, *& iterum ſacerdotibus reclamantibus ad ſummum ſacerdotem*, qui eſt *iuxta aquam, nomen perficiendi*, id eſt, baptizandi: ipſe dico, *ſummus ſacerdos*, id eſt, Epiſcopus (quintodecimo) *baptizat ipſum ter*, ibi, *tribus immiſſionibus & demerſionibus perficiendi*, id eſt, ter immergendo & extrahendo, qui & hoc facit *inuocans trinam ſubſtantiam*, id eſt, perſonam *diuinæ beatitudinis*, dicens, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. *Sacerdotes autem accipientes eum* iam baptizatum de manu Epiſcopi (ſextodecimo) *porrigunt eum & anadocho & duci acceſſionis*, id eſt, primo qui conduxit eum in accedendo, vt inſtruatur ab ipſo de rudimentis fidei: *&* tunc (decimoſeptimo) ſacerdotes *cum ipſo* anadocho *accipientes veſtimenta* alba, quæ ſunt *perficiendorum*, id eſt, baptizatorum, *reducunt iterum*, ſcilicet baptizatum *adunatum*, id eſt, aſſimilatum *ad ſummum ſacerdotem*, qui ſimiliter albo erat indutus. *Ipſe vero* (decimooctauo) *ſignans virum deificantiſſimo vnguento*, id eſt, confirmans eum Chriſmate quo adulti ſtatim confirmantur poſt baptiſmum, *manifeſtat* eum *de cætero* eſſe *participem ſacra perfectiſſima Euchariſtia*, id eſt, licere ſibi ſumere corpus & ſanguinem Chriſti: Epiſcopus *autem perficiens hæc*, id eſt, completis his, *iterum extenditur ad contemplationem primorum*, id eſt, eorum quæ ſupra ſe ſunt diuinorum, rediens ad altare: extenditur, dico, *ab ipſa proceſſione in ſequentia*, id eſt, poſtquam operatus eſt in eos qui poſt ipſum ſunt, baptizando & prædicando, ex quibus redit in prima, id eſt, ad hoc vt ſignificet, quod ipſe *per nullum tempus aut modum ſit conuerſaturus*, vel conuerſurus, *in quodam alieno* opere *præter propria*, id eſt, diuina opera, quæ ſibi facta ſunt propria per officium, *ſed* quòd ſit *tranſordinandus* proficiendo *a diuinis in magis diuina attendens*, id eſt, cum tota cordis affectione *& ſemper* proficiens, & hoc *diuino Spiritu*, id eſt, virtute Spiritus ſancti.

THEORIA.

8. HÆc quidem eſt, quantum in ſymbolis, ſacræ hoſtiæ diuina generatio, nil indecorum aut immundum, & ſenſibilibus habens characteribus, ſed Deo dignæ contemplationis ænigmata, naturalibus & humaniſsimis ſpeculis imaginata. Cur enim apparuerit refellens & diuiniorem rationem perficiendorum ſilentem, perſuaſerit contemplatiua, aduenientis fiduciam comparans ſacrè, & omnis ſimul malitiæ per eximiam & diuinam vitam purgatione per aquam naturali corporaliter ipſi denuntians. Hæc ergo etſi nihil quid diuinius haberet perficiendorum ſymbolica traditio, non immunda eſſet, vt æſtimo, doctrinam quidem rectæ vitæ introducens, perfectamque in malitia conuerſationis purgationem, vniuerſaliter corpore purgato naturaliter per aquam inſinuans. Sed ſit quidem hic imperfectis introductiuus animarum modus, & hierarchica & vniformia, quantum fas, à multitudine diſtinguens, & commoderans immundis ordinibus compactam conuerſationem. Nos autem aſcenſionibus ſacris in perfectorum principia reſpicientes, & ea diuinitus eruditi cognoſcemus, & quorum ſunt characterum effigies, & quorum ſunt inuiſibilium imagines. Sunt enim, vt in ea quæ eſt de inuiſibilibus & ſenſibilibus actione, apertè diſputatum eſt, quædam quidem ſenſibiliter ſacra inuiſibilium imaginationes, & in ea manuductio & via. Inuiſibilia verò eorum quæ ſecundum ſenſum hierarchicorum & principium & ſcientia.

DIVISIO TEXTVS.

Hæc quidem eſt quantum in ſymbolis, ſacra, &c.

IN parte iſta intendit proponere contemplationem ſiue ſpiritualem intellectum eorum quæ ſenſibilibus actionibus circa baptiſmum exerceri dixerat: vnde & Theoria intitulatur, & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quomodo conuenienter per ſenſibilia ſymbola exercetur perfectio Eccleſiaſticæ hierarchiæ in ſacramentis. In ſecunda accedit ad ſpiritualem intellectum ſymbolorum poſitorum circa baptiſmum, ibi, *Dicamus ergo quomodo*, *&c.* Prima diuiditur in tres. In prima dicit nos conuenienter perfici per materialia ſymbola. In ſecunda manifeſtat hoc ſpecialiter in baptiſmo, ibi, *Cur enim apparuerit*, *&c.* In tertia ex dictis ponit hunc modum qui eſt per ſymbola, & manifeſtat A

eſſe

eſſe noſtræ perfectionis quantum ad imperfectos, & qualiter circa hoc ſe habeant imperfecti.

DVBIVM.

B Sed videtvr circa primam partem, quòd inconueniens ſit nos perfici per corporalia: nihil enim debet quærere perfectionem à minori: ſed homo maior eſt dignitate naturæ, corporalibus, inanimatis maximè: ergo non debet in eis quærere ſuam perfectionem.

2 Præterea, Ad Gal. 3. increpat Apoſt. eos qui conuertuntur ad infirma & egena elementa, talia qualia ſunt ſymbola ſacramentorum, quia infimum dicitur defectu virtutis: hæc autem non videntur habere virtutem perficiendi hominem: ergo non debet homo in eis quærere ſuam perfectionem.

3 Præterea, Sicut dicit Philoſophus, ſi non tangit, non agit, nec ſequitur alteratio: ſed hæc ſymbola corporalia non poſſunt tangere animam quæ ſpiritualis eſt: ergo non poſſunt agere in ipſam nec aliquo modo immutare ipſam ſecundum perfectionem gratiæ.

Solutio. Dicendum ad primum, quòd maius niſi minoretur, non debet quærere perfectionem ſuam in minoribus: ſed homo à dignitate ſua per peccatum minoratus eſt: & ideò hoc ſibi in pœnam datum eſt, vt qui ſuo ſuperiori ſubiacere non voluit, aliquo modo ſubſit minoribus, perfectionem ſuam quærendo in illis. Et hæc ſolutio non videtur eſſe ſecundum intentionem authoris: & idcirco aliter poteſt dici, quòd homo non quærit perfectionem ſuam in rebus corporalibus inquantum minora ipſo ſunt, ſed ſecundum quod aliquo modo ſupra ipſum facta ſunt per virtutem diuinam quæ eſt in ipſis, non quantum ad dignitatem naturæ, ſed ſecundum quod homo per ipſa accipit perfectionem gratiæ à Deo: & hoc ideò quia proportionale eſt nobis accipere per ſenſibilia propter naturam intellectus noſtri: & hæc ſolutio videtur eſſe ſecundum intentionem Dionyſij.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſacramenta nouæ legis non ſunt infirma quæ cauſant gratiam, non ſunt egena quæ continent gratiam: Apoſtolus autem loquitur de ſacramentis veteris legis, quę tantum erant ſigna & nihil cauſare poterant, & maximè poſtquam conſummata erant.

Ad tertium dicendum, quòd eſt ibi quidam tactus corporalis corporis ad corpus: ſed virtus quæ eſt à Deo in ſacramento, tangit ſpiritualiter animam, & perficit eam.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Litera ſic exponitur. *Hæc quidem* quam diximus, *eſt diuina generatio*, quia per baptiſmum filij Dei naſcuntur, *ſacra hoſtia*, id eſt, immolationis qua homo immolatur Deo, *quantum in ſymbolis*, id eſt, quantum pertinet ad ſymbola huius ſacramenti. Alia tranſlatio habet, *ſancta perfectio Dei generationis*, quia ſcilicet diuina generatione perficitur. Hæc dico, *&*, id eſt, etiam ex ipſis *ſenſibilibus characteribus*, id eſt, figuris, *nihil habens indecorum*, ſed eſt ibi decor ex proportione ſenſibilium ad ſignificandum ſpiritualia, *neque immundum* propter ipſam rei puritatem: & hoc dicitur ad differentiam idololatriæ, in qua ipſa materia ſenſibilium ad ſignificandum fœtida & turpis eſt, quia perfundebant ſe ſanguine, & iacebant in pellibus immolatorum animalium, & ſimiliter etiam ſacramenta veteris legis in ipſis ſenſibilibus habebant immunditiam quandam ex cadaueribus immolatorum animaliũ: *ſed habens ænigmata*, id eſt, obſcuras repræſentationes, *contemplationis digna Deo*, id eſt, decentis Deum propter ſimilitudinem proportionis: *ænigmata* dico, *imaginata*, id eſt, *figurata*, *ſpeculis*, id eſt, creaturis repræſentantibus nobis ſpiritualia, *naturalibus* nobis, & *humaniſſimis*, id eſt, hominem maximè decentibus, cuius intellectus accipit cum continuatione & tempore propter hoc quod accipit à phantaſia & ſenſu. Ænigma autem propriè ſecundum Donatum eſt quædam obſcuritas verborum inuoluta: ſed hîc ſumitur pro qualibet obſcura repræſentatione, ſicut dicit Apoſt. 1. corinth. 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, vbi dicit Auguſt. quòd ænigma eſt obſcura allegoria. *Enim*, id eſt, quia ſi baptizans *perſuaſerit*, id eſt, docuerit baptizatum per ſenſibilia, *contemplatiua*, ſcilicet ſupernaturalia quædam *ſacrè comparans*, id eſt, ex comparatione ſenſibilium excitans *fiduciam aduenientis* ad baptiſmum de ſua ſalute, & hoc *denuntians ipſi* baptizando *omnis ſimul malitia*, id eſt, omnium peccatorum ſuorum, *per vitam eximiam*, id eſt, nobilem quantum ad dona, *& diuinam* quantum ad id quod in baptiſmo recipit, & hoc quantum ad vnionem cum Deo: hoc dico, denuntians *naturali purgatione corporaliter facta per aquam*, quæ naturaliter mondat corpora, & ſignificat purgationem animæ à peccatis: ſi, inquam, ſic perſuadeat, *cur apparuerit*, id eſt, quare poteſt videri aliquid *refellens*, id eſt, reprobare, *&*, id eſt, etiam *ſilentem diuiniorem*, id eſt, altiorem rationem *perficiendorum*, id eſt, eorum quæ perficiuntur in baptiſmo? Quaſi dicat: Nulla ratione perſona poteſt aliqua refellere baptiſmi ſacramentum quantum ad ſymbola, etſi nulla ratio eſſet niſi quę dicta eſt de mundatione aquæ, cum tamen plures ſint. Alia tranſlatio habet planius ſic. *Quid enim videatur peccare etſi diuinior ſermo eorum quæ fiunt taceatur perſuaſibilitate & contemplatione accedentis bonam vitam ſancti negotiata*, id eſt, procurata, *& vniuerſa ſimul malitia purgationem ipſi denuntians?* *Ergo* ex immediatè dictis *hæc ſymbolica traditio perficiendorum*, id eſt, ritus baptiſmi *non eſſet immunda, vt æſtimo*, id eſt, certè ſcio, *&*, id eſt, etiam ſi *nihil quid haberet* diuinius figuratum, *hæc* dico, *quidem introducens doctrinam rectæ vitæ*, id eſt, ſignificans per aquam, propter nitorem quam præbet, & *inſinuans purgationem conuerſationis præteritæ*, quæ fuit *in malitia*, *vniuerſaliter corpore*, id eſt, toto corpore *purgato naturaliter per aquam.*

DVBIVM.

Sed videtvr, quòd baptiſmus non debeat fieri in aqua, ſed magis in aliis liquoribus. D
In baptiſmo enim non ſolum aufertur peccatum, ſed etiam confertur gratia: ſacramentum autem

ſignificat quod efficit, aqua autem cum non adhæreat corpori, ſed tantum purget ſordes, non ſignificat aliquam collationem gratiæ, ſed tantum purgationem à culpa: ergo conuenientius fieret in oleo quod adhæret corpori, vel in aliquo alio liquore.

2 Præterea videtur, quòd in ſpeciebus aquæ poſſit fieri baptiſmus: aquæ enim non competit baptiſmos ſecundum quod eſt quoddam commune, ſed ſecundom eſſe quod habet in natura, quia ſecundum hoc habet proprietates ſignificantes effectum baptiſmi: ſecundum eſſe autem quod habet in natura, eſt in ſpeciebus ſuis: ergo aquæ ſecuodum ſpecies ſuas competit baptiſmus: ſed cum lixiuiom & vinum ſint ſpecies aquæ ſecondum Philoſophum, videtur quòd in eis poſſit fieri baptiſmos.

3 Præterea, Sicut dicit Philoſophus in libro de generatione, ſpecies ſimplicium elementorum manent in mixtis: ergo videtur, quòd in aqua ſecundum quod eſt io corpore mixto, poſſit fieri baptiſmus.

4 Item videtur qood in ceruiſia & in aquis permutatis per artem: ars enim ooo dat formam ſubſtantialem, qoia forma artis accideos eſt: ergo non mutatur aqua à ſpecie ſua: ergo in ea poteſt fieri baptiſmus.

Solutio. Dicimus, quòd aqua maximè competit baptiſmo inter alios liquores, & hoc propter tria: aqua eoim commuois & ideò communis materia debet reſpondere ſacramento neceſſitatis, ne propter defectum materiæ aliquis prioetur ſalute quæ eſt per baptiſmum. Secuodò quia alij liquores propter hoc qood adhærent corpori, non ſimpliciter mundant, ſed tiogunt: vnde noo ita congruè ſigoificant interiorem mundationem. Tertiò primum muodans eſt aqua, etſi enim aliqua mondent, habent hoc ſecuodom quod participant aliquid aquæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd effectus non eſt de eſſentia eius: effectus autem baptiſmum conſeqoens eſt conſecutio gratiæ: vnde non debet eſſe in Sacramento baptiſmi adhæſio prius conſecutioni gratiæ. Vel dicendum, quòd aqua per hoc quod abluit, facit etiam nitere, & illi nitori reſpondet collectio virtutum in re ſacramenti.

Ad id qood vlterius quæritur, dicendum quòd ſciendum, qnod in omnibus ſpeciebus in quibus manet aqua ſecundum ſuum effectum, ſcilicet cum impetu infrigidandi, mundandi & fluendi, poteſt fieri baptiſmus: vnde in quibuſdam aquis alchimicis, quæ per effectum manifeſtantur alterius eſſe ſpeciei, quia conuertunt metalla, quod non eſt effectus aquæ, & ſi non moueantur, ſtant & non fluunt, non poteſt fieri baptiſmus. Et ſimiliter in vino & oleo, quia non manet effectus mondandi. Sed in aqua calida poteſt, quia licet per violeotiam ſit in cootraria diſpoſitione, manet tamen naturalis virtus ad infrigidandum. Et ideò dicimus, qoòd in aqua ſecondum quod eſt in mixto, vt in oleo, vel vino, oon poteſt fieri baptiſmus: quia licet maneat in mixto ſecundum primum eſſe quod eſt à forma ſubſtantiali, non tamen manet ſecundum qood eſt io eſſe perfecto prout eſt actiuum & paſſiuum, quia qualitates permiſcentur, & efficitur alia qualitas media. Et ſimiliter etiam noo poteſt fieri in aquis permutatis per artem, ſi non remaneant effectus, ſicut in ceruiſia: licet enim ars agens inſtrumento artis quod eſt iſtud cuius eſt principium voluntas, vt dolabrum, non poſſit mutare ſpecies naturaliter, tamen cum agit per inſtrumentum naturale, vt per ignem, poteſt fieri tranſmutatio ſpeciei. Et per hoc patet ſolutio ad totum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde dicitur: *ſed* ex quo hæc traditio quæ E
eſt per ſymbola, nihil habet immundum, *ſit quidem*, id eſt, ſupponatur eſſe, *hic modus introductiuus animarum in ſalutem imperfectis*, id eſt, quantum ad imperfectos, *diſtinguens*, id eſt, ſeparans occultando, *& hierarchica* dona *& vniformia*, id eſt, ſimplicia, *à multitudine* infidelium ne irrideant, *quantum fas eſt*, id eſt, poſſibile occultari, *& commoderans*, id eſt, proportionaliter tradens, *compactam*, id eſt, conuenientem *conuerſationem immundis ordinibus*, id eſt, imperfectis, qui nondum mundati ſuot. Alia tranſlatio habet, *particularibus* actionibus, & ſunt actiones particnlares, vt incipientium, proficientium & perfectorum, quibus proportionaliter eſt per ſingula accipere. Alia litera habet, *incompactam*, id eſt, incompoſitam altitudinem ſupernaturaliom. *Nos autem* qui nec infideles nec imperfecti ſumus, *reſpicientes ſacris aſcenſionibus* intellectus, à ſtatu imperfectorum, *in principia perfectorum*, id eſt, de oumero diuinorum quæ ſuot ſcilicet principia quærenda ſymbola quaſi finis, *& eruditi diuinitus*, id eſt, à Deo ea principia cognoſcemus per hoc, *quorum characterum*, ſymbola ſunt *effigies*, id eſt, ſimilitudines, & hoc dicitur quantum ad id quod ſignificant & cauſant & continent, *& quorum inuiſibilium ſunt imagines*, id eſt, figuræ, & hoc dicitur quantum ad figurata, quia nec caoſant nec cootinent, ſicut gloriam. *Sunt enim, vt diſputatum eſt apertè*, id eſt, latios, *in ea actione quæ eſt de inuiſibilibus & de ſenſibilibus* (quem librum non habemus) *quadam quidem ſenſibiliter ſacra*, id eſt, ſenſibilia ſacra quæ ſuot *imaginationes*, id eſt, figuræ *inuiſibilium*, quantum ad materiam ſacramenti. *& manuductio in ea*, ſcilicet iouiſibilia quantom ad totum ſacrameotum, *& via*, quantum ad rem ſacrameoti, quæ iam dixerat inuiſibilia. *Inuiſibilia verò ſunt &*, id eſt, etiam *principium eorum hierarchicorum quæ* ſunt *ſecundum ſenſum*, id eſt, ſenſibilium ſymbolorum, ioquantum quæruotur ſenſibilia propter illa, *&* ſunt *ſcientia* rerum inquantum accipiuotur per ea, ſicut ſcientia concluſionum ex præmiſſis.

Dicamus ergo quomodo diuinæ 9.
beatitudinis bonitas ſemper iuxta eadem, & ſit ſic habens, proprij luminis beneficos radios in omnes copioſè expandit intellectuales vultus. Si quis ergo diſceſſerit ab inuiſibili lumine, aut inuiſibilibus, ſuperbus per ſe potens, malitiæ amore, intimans naturaliter inſperſas ei

ad illuminandum virtutes, protendit præſentis ſibi luminis, non recedentis, ſed ſuperlucentis ipſa triſtis & conuertens à currente deiformiter. Siquidem moderatè ipſa dati viſibili viſiones ſuperſiliet, & ad ipſas ſemper ſuum vultum claritates obtueri fiducialiter audebit, lux quidem operabitur præter lumen nihil, ipſa verò perfecta imperfectè concupiſcens, eo quidem quo inobediens eſt, non etiam intelliget: humile verò inornatè deſpiciens per ſeipſam reſtaurat. Veruntamen, quod quidem dixeram, beneficè ſemper in intellectualibus vultibus diuinum expanſum eſt lumen, inestque ei recipere præſente eo, & ſemper ad diuinam propriorum traditionem exiſtente paratiſſimo. Ad hanc diuinus ſummus ſacerdos formatur imitationem, luciformes ſuæ diuinæ doctrinæ claritates copiosè in omnes expandens, & ad uenientem illuminare Dei imitator paratiſſimus eſt, non inuidiosè neque immundè priori apoſtaſia immoderata quicquam ſemper vſurus, ſed diuinitus ſemper proueniemtibus ſuis in lucem ductionibus hierarchicè relucens in bono ornatu & ordine & analogia vniuſcuiuſque ad ſacra commenſurationis. Sed ſi quid ſanctę ordinationis eſt principium diuinum ſecundum quod ſeipſos cognoſcunt ſacri intellectus, ad conſequens naturæ viſibile recurrens, in principio quidem quis quando eſt, ipſe videbit & hoc accipiet primum ex reſpectu ad lumen ſacrum donum. Qui autem benè propria lumini impaſſibilibus oculis inſpicit, ex non lucentibus quidem reuertetur ignorantiæ obſcuris. Dei autem perfectiſſimam vnitatem & participationem, qui imperfectus eſt, non ipſe inde concupiſcet: in breui verò per ipſa ſua prima, deinde adhuc priora, & per illa præſtantia & perfecta, in ſublimiſſimam diuinam in ordine & ſacrè aſcendet communionem. Huius eſt ornatus, & ſacri ordinis imago aduenientis confuſio, & eorum quæ ſunt ſecundum ſeipſum cognitio ad ſummum ſacerdotem viæ anadochum habens ducem. Eum verò ſic aſcendentem diuina beatitudo in ſuam participationem recipit, & proprio lumine tanquam quodam ipſi ſigno tradit diuinum perficiens, & communicantem diuinorum partis & ſacræ ordinationis. Quorum eſt ſymbolum ſacrum à ſummo ſacerdote aduenienti donatum ſignaculum, & ſacerdotum ſalutaris deſcriptio in ſaluatis eum connumerans, & memoriis ſacris ponens apud eum anadochum, tanquam viuificæ ad veritatem viæ amatorem quidem, & conſequentem ducis diuini, non errantemque Deo traditis ductionibus ſequentis manuductorem. Sed non ineſt ſummè contraria ſimul participare, neque communionem quandam ad vnum habentem partitas habere vitas, ſi vnus recipit firmam participationem, ſed immenſurabilem eſſe, & inordinabilem in omnibus vniformitate diuiſionibus. Quod quidem ſymbolorum traditio ſacrè expãdens: aduenientem velut priorem vitam exuens, & vſque iuxta illam habitus ſoluens vltimos, nudum & diſcalceatum ſiſtit, ad occidua aſpicientem, & manuum abrenuntiatione obſcuræ malitiæ renuentem communiones, & ingenitum ſibi diſsimilitudinis habitum tanquam expirantem, & vniuerſales confitentem ad deiformis contrarium abrenun-

ciationes. Sic omninò non detentum ipſum & abſolutum factum, in conſpectum tranſducit in diuino lumine, ſtatum & reſpectum futurum fore mundè, in perfectiſſimo ex malitia reditu, promittens, & ſacras eius ad vnum rationabili intuitu confeſſiones vniformi facto per veritatis amorem reſpiciens.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Dicamus igitur, &c.

A Hic incipit ponere quid ſignificent ſymbola baptiſmi prius poſiti, & primò quid ſignificent ea quæ fiunt circa introducendum, ſecundò de his quæ fiunt circa baptizandum poſtquam introductus eſt, ibi, *Sed non ineſt ſummus, &c.* Prima diuiditur in tres, in prima oſtendit quid ſignificet prædicatio Epiſcopi. In ſecunda quid ductio anadochi, ibi, *Sed ſiquidem ſancta, &c.* In tertia quid conſcriptio ſacerdotum, ibi, *Eum verò ſic aſcendente, &c.* Circa primum, primò ponit ſignatum prædicationis quod eſt diuinum lumen, omnibus ſe offerens, quod tamen per ſe recipere, non debet quis præſumere. In ſecunda oſtendit quomodo prædicando Epiſcopus imitatur hæc, ibi, *Ad hanc dicimus, &c.*

B Litera ſic exponitur. *Ergo* ex quo inuiſibilia ſunt ſcientia ſymbolorum, *dicamus quomodo bonitas diuina beatitudinis ſemper* eſt manens *iuxta eadem*, quia non mutatur de vno in aliud, & quomodo ipſa *ſic ſit*, id eſt, ſimiliter ſemper ſe *habens, expendit copioſè beneficos radios proprij*, id eſt, ſui *luminis*, qui ſunt cauſa omnia boni in creatura, *in omnes vultus intellectuales*, id eſt, in omnes mentes angelicas vel humanas. *Ergo ſi quis*, id eſt, ſi *aliquis diſceſſerit ab inuiſibili lumine*, quantum ad theophaniam, quæ eſt medium ſub quo videntur diuina, *aut* ab *inuiſibilibus* diuinis in quæ ducit lumen theophaniæ, *ſuperbus per ſe potens*, id eſt, ſuperbè credens per ſe poſſe ſine magiſtro accipere lumen diuinum. Alia tranſlatio habet, *ſpontanea propria voluntas*, id eſt, quod ſua voluntate credit ſe poſſe in diuina, *amore malitia*, id eſt, mali, malum enim inquantum huiuſmodi non deſideratur, ſed in ſpecie boni quod eſt ſibi ſubiectum, & hoc fecerit *intimans naturaliter virtutes diuinas inſperſas ei ad illuminandum*, id eſt, præſumptuoſè ſe ingerens ad diuina vlterius perſcrutanda ex ſolis naturalibus, *ipſa* anima eius *triſtis*, id eſt, obtenebrata, *& conuertens*, id eſt, auertens (ſic enim habet alia litera) *ſe à currente*, id eſt, ab occurrente ſibi lumine *deiformiter*, id eſt, ſicut decet diuina, *protendit*, id eſt, deficit, vel ſuſpendit ſecundum aliam literam, *luminis*, id eſt, à lumine diuino, *præſentis*, id eſt, præſente ſibi, *non recedentis*, id eſt, recedenti ab ipſo, *ſed ſuperlucentis*, id eſt, ſuperlucenti: non enim priuatur diuino lumine, quia diuinum lumen deſerit eum, ſed quia ipſe ſe auertit, ſicut qui claudit oculus ad ſolem. *Siquidem præſumptuoſus ipſe ſuperſiliet*, in ſuperiora ſe erigens, non contentus ſibi proportionatis, id eſt, tranſcendet *viſiones* (Alia tranſlatio habet, terminos) *viſibilis dati ipſi moderate*, id eſt, proportionaliter ſibi, *& audebit fiducialiter*, id eſt, præſumptuosè *obtueri ad ipſas claritates* diuinas *ſuper vultum ſuum*, id eſt, quæ ſunt ſupra proportionem ſui intellectus, *lux quidem nihil operabitur præter lumen*, quia non faciet tenebras in ipſa anima, *ipſa verò* præſumptuoſa anima *concupiſcens perfecta*, id eſt, diuina, *imperfectè*, id eſt, inordinatè, *eo quidem* modo *quo eſt inobediens*, non contentus accipere per alios, vt ſibi conſtitutum eſt à Deo, *etiam* per ſe *non intelliget*: ea *verò* per ſe ipſam *deſpiciens humile*, id eſt, mediocre quod erat ſibi proportionatum, *inornate*, id eſt, indecenter, *per ſe ipſam reſtaurat*, id eſt, per ſe ipſam volens accipere amittit: vnde alia litera habet, *eo priuabitur*, & iterum alia litera habet, *refellet*, & ſic priuabitur. Magis ſuperius hæc habet: *quæ non ſunt propria quidem, non conſequitur: id autem quod eſt ſecundum menſuram, inordinatè contemnens, per ſe ipſam, eo priuabitur. Verumtamen* quamuis priuetur, *diuinum lumen ſemper eſt expanſum in intellectualibus vultibus beneficè* ad effectum bonitatis, *quod quidem* etiam prius *dixeram, quæ prius & ineſt eis*, ſcilicet vultibus, id eſt, in eis eſt *recipere ab eo* ſcilicet diuino lumine *præſente eo, & ſemper exiſtente paratiſſimo ad diuinam traditionem propriorum* donorum. *Diuinus ſummus ſacerdos formatur ad hanc imitationem*, ſcilicet diuini luminis: ſacerdos, dico, *copioſè expandens luciformes*, id eſt, luci diuinæ ſimiles, *claritates ſua diuina doctrina, & eſt paratiſſimus illuminare*, per prædicationem *aduenientem* ad ſe *Dei imitator*: in hoc ipſo, dico, *ſemper non vſurus*, id eſt, nunquam, *quicquam de priori apoſtaſia immoderatu*, id eſt, de priori vita ſua peccati, in qua recedens à Deo, menſura virtutis carebit, non vſurus, dico, *inuidioſè*, vt reſciat creditum ſibi donum, *neque immundè*, vt vita concordet doctrinæ, *ſed ſemper relucens* per doctrinam & exemplum, *hierarchicè*, id eſt, per actiones hierarchicas *ſuis ductionibus*, quibus ducunt ſubditos, *prouenientibus diuiniſsimè*, id eſt, Deo perficiente, *in lucem*, & hoc *in bono ornatu* quantum ad dona, *& ordine* quantum ad gradum, in quo per donum conſtituitur, *& analogia commenſurationis vniuſcuiuſque ad ſacra* quantum ad proportionem recipientis ad receptum.

Sed quidem, &c. Hic oſtendit quid ſignificet anadochi ductio, & primò ponit ſignatum quod eſt conditio ſuæ imperfectionis. Secundò conuenientiam ſignati ad ſignum, ibi, *Huius eſt ornatus, &c.* Litera ſic exponitur. *Siquidem principium diuinum ſancta ordinationis* ad Deum, id eſt, primum in conuerſione ad Deum, *eſt, ſecundum quod intellectus ſacri* hominum vel Angelorum *cognoſcunt ſeipſos quando quidem quis*, id eſt, aliquis *eſt in principio* conuerſionis ad Deum *recurrens ad viſibile conſequens*, id eſt, conueniens ſuæ *naturæ, ipſe* tunc *videbit* ſe ipſum, *&* C

primum

primum accipiet hoc donum, cognitionis ſcilicet ſui, *ex reſpectu ad ſacrum lumen*, id eſt, diuinum. Alia tranſlatio habet: *ſed ſi bona ordinationis principium diuinum eſt, ſecundum quod ſui ipſarum ſunt cognitrices ſanctæ mentes, qui ad proprium viſibile naturæ recurret, in principio quidem quæ ipſe eſt videbit. Qui autem bene*, id eſt, attentè *inſpicit propria*, id eſt, ſuam conditionem *lumini impaſſibilibus*, id eſt, non trementibus *oculis* mentis, ſed defixis ad hoc & non reſilientibus: qui autem volt videre propriam infirmitatem, *reuertetur quidem ex obſcuris*, id eſt, tenebris *ignorantiæ non lucentibus*: *autem* pro ſed, *non inde*, id eſt, ſtatim hoc facto, *ipſe qui imperfectus adhoc eſt, concupiſcet perfectiſſimam vnitatem & participationem Dei* ſicut habent perfecti: qui autem ſtatim vult aſcendere ad ſumma, *verò*, id eſt, ſed *in breui per ipſa* quæ in ſe cognouit, primo cognoſcet *prima ſua*, id eſt, ea quæ ſunt immediatè priora illis, *deinde adhuc* per illa alia *priora*, *& per illa* adhuc alia *præſtantia eis*, id eſt, ſuperiora, & ſic gradatim perfectus *in ordine*, id eſt, ordinatè, *& ſacrè*, id eſt, decenter *in ſublimiſſimam communionem diuinam aſcendet. Huius* quod diximus, *eſt ornatus*, id eſt, decens repræſentatio, *& imago*, id eſt, ſigna, dicti *ſacri ordinis*, qui eſt in aſcendente, *eſt confuſio*, id eſt, verecundia aduenientis ad baptiſmum, qua non ingerit ſeipſum ad Epiſcopum, *& cognitio eorum quæ ſecundum ſeipſum*, id eſt, ſuæ imperfectionis à qua cauſatur confuſio: hæc, dico, *confuſio*, *habens*, id eſt, quærere faciens habendum *anadochum ducem viæ* quæ eſt *ad ſummum ſacerdotem*.

D *Eum verò*, *&c.* Hîc oſtendit quid ſignificet deſcriptio, & primò ponit ſignatum quod eſt receptio à Deo in ſuam participationem. Secundò ponit eſſe ſignum huius quod dictum eſt, ibi, *Quorum eſt ſymbolum*, &c. Litera ſic exponitur. *Verò*, pro ſed, *diuina beatitudo recipit in ſuam participationem eum*, ſcilicet baptizandum, *ſic*, id eſt, gradatim *aſcendentem*, *& tradit* ipſi de *proprio lumine tanquam quodam ſigno*, per hoc ſcilicet conſignans eum omnibus, *perficiens* eum *diuinum* per aſſimilationem ad Deum, *& communicantem partis*, id eſt, diſtributionis *diuinorum* quantum ad dona, *& ſacræ ordinationis* inquantum per dona ponitur in gradu hierarchiæ. *Quorum*, ſcilicet eorum quæ modo dicta ſunt, *ſymbolum eſt ſacrum ſignaculum donatum aduenienti* ad baptiſmum *à ſummo ſacerdote*, quia dictum eſt, quod ſignabit eum crucis ſigno, *&* etiam *ſalutaris deſcriptio ſacerdotum*, quia eum præcepto Pontificis inter ſaluandos conſcribebant: deſcriptio quidem, dico, *connumerans eum*, ſcilicet baptizandum, *in ſaluatis*, id eſt, in numero ſaluatorum, *& in memoriis ſacris*, id eſt, ſcripturis, quæ propter memoriam ſunt, *ponens apud eum*, id eſt, cum eo *anadochum*, connumerans, dico, eum, ſcilicet baptizandum, *tanquam amatorem viuificæ viæ* quæ eſt *ad veritatem* ducens, & tanquam *conſequentem diuini ducis*, id eſt, ſecutorem ſui anadochi, & ponens anadochum tanquam *non errantem* quantum ad ſe ſcilicet *manuductorem ſequentis*, eum, ſcilicet baptizandi, *ductionibus*, id eſt, inſtructionibus *eruditus* ſibi à *Deo*.

E *Sed non ineſt*, *&c.* Hîc ponit ſignata eorum quæ exercentur circa baptizandum ſuſceptum, quorum primum eſt exutio veſtimentorum, quæ ſignificat receſſum à vitiis. Dicit ergo: Diximus, quòd ſcribitur quaſi iam receptus in diuinam participationem: *ſed non ineſt*, id eſt, non contingit *ſimul participare contraria ſummè*, id eſt, in perfecto actu, *neque contingit habentem quandam communionem ad vnum*, id eſt, ad Deum *habere vitas partitas*, id eſt, actiones vitæ diſperſas ad materialia quæ diuerſa ſunt. *Si tamen recipit firmam*, id eſt, conſtantem *participationem vnius*, id eſt, Dei: *ſed* oportet eum qui habet vitas partitas, *eſſe immenſurabilem*, id eſt, non contentum, vel regulatum in ſuis actionibus ſecundum formam vnius, *& inordinabilem*, propter defectum à fine, *in omnibus diuiſionibus* ab *vniformitate*, id eſt, vniformi, id eſt, quantum ad omnia in quibus ſeparatur à primo. *Quod*, ſcilicet id quod dictum eſt, *expandens*, id eſt, inſinuans, *ſacrè traditio ſymbolorum*, id eſt, per ſymbola, *exuens aduenientem* ad baptiſmum veſtimentis, *velut priorem vitam*, ſignificando exuitionem à vita peccati, *& ſoluens*, id eſt, auferens *vltimos habitus* animæ eius *vſque iuxta illam*, ſcilicet vitam peccati, quia totum ad illam pertinens deponitur: hoc, dico, faciens, *ſiſtit*, id eſt, ſtatuit baptizandum, *nudum*, vt ſignificetur depoſitio interiorum habituum, *& diſcalceatum*, vt ſignificetur purgatio à præteritis actionibus, quibus eſt ſpiritualiter progreſſus in bonum vel in malũ ſicut per pedes, *aſpicientem ad occidua*, id eſt, ad occidentales partes, *& renuentẽ communiones obſcuræ malitiæ*, id eſt, diabolicæ *abrenuntiatione manuum*, id eſt, extenſione quę abrenuntiationem ſignificat, *& eum tanquam expirantem*, id eſt, ad modum expirationis qua illud exufflat extra ſe mittendo, *ingenitum habitum diſſimilitudinis*, id eſt, habitum peccati, qui eſt ingenitus quantum ad cauſam, ſcilicet fomitem, & facit nos Deo diſſimiles, *& eum confitentẽ vniuerſales abrenuntiationes ad contrarium deiformis*, id eſt, ad omne quod contrariatur diuinæ gratiæ. Et *ſic* hoc facto *tranſducit in conſpectum*, id eſt, ad Orientem vnde venit lumen quo conſpicimus, *ipſum*, ſcilicet baptizandum, iam per abrenuntiationem oris & operis & cordis *factum non detentum*, ſeruituti peccati, *& abſolutum* ab eo, *promittens* ei *fore* ſibi *mundè*, id eſt, ſine peccati & ignorantiæ macula, *futurum ſtatum*, quantum ad affectum, *& reſpectum*, quantum ad intellectum, *in diuino lumine*, id eſt, ſi erit in participatione diuini luminis, *& hoc in reditu perfectiſſimo ex malitia*, id eſt, per hoc quod receſſit perfectè: & traditio, dico, *reſpiciens ſacras confeſſiones eius*, ſcilicet baptizandi, de fide *rationabili intuitu ad vnum*, ſcilicet Deum quem acquiſiuit in reſpiciendo ad diuinum lumen. Ipſo iam *facto vniformi*, per hoc, quia collectus eſt in vnum, *per amorem veritatis* primæ, non diuidens amorem ſuum circa temporalia. Et ſic expoſita eſt depoſitio veſtium, aſpectus ad Occidentem, extenſio manuum, quæ ſignificat renuntiationem operis, & exufflatio quæ ſignificat renuntiationem cordis, & confeſſio abrenuntiationis quantum ad os, & etiam ductio ad Orientem, & confeſſio eius.

DVBIVM.

F Dvbitatvr autem hîc de eo, quod dicit, quod non eſt ſimul contraria participare. Videtur enim, quòd ſimul culpa & gratia ſint in eodem, de quibus ipſe intendit. Cum enim ſanctificatur impius, aut eſt idem inſtans in quo vltimo eſt peccatum & primò gratia, aut diuerſum. Si diuerſum, cum inter quælibet duo inſtantia ſit tempus medium vt dicit Philoſophus, erit aliquod tempus, in quo neque eſt in peccato, neque in gratia, quod eſt inconueniens. Si autem eſt idem: ſed quæ ſunt in eodem inſtanti, ſimul ſunt: ergo gratia & peccatum ſimul ſunt.

2 Præterea, Vnum contrariorum expellit alterum, & gratia culpam: ſed non poteſt expellere eam quando non eſt, quia tunc non agit in ipſam: ſimiliter nec quando ipſa non adeſt, quia quod non eſt, non agit: ergo oportet, quòd ambo ſint ſimul.

3 Præterea, Non omne peccatum opponitur omni virtuti: ergo non remouet omnes virtutes: ergo peccatum & virtus poſſunt eſſe ſimul in eodem.

Solutio. Dicimus, quòd contraria non poſſunt eſſe in actu perfecto ſimul, & hoc eſt quod dicit ſummè contraria: ſecundum potentiam tamen poſſunt eſſe ſimul, & non tantum ſecundum potentiam receptibilitatis materiæ, quia ſic omnes formæ ſunt ſimul in materia in potentia, ſed etiam ſecundum motum in quo eſt potentia permixta actui: propter quod dicitur à Philoſopho, quod eſt actus imperfectus, quia quod alteratur, partim habet vtrumque terminum, ſicut eſt & in aliis motibus: ſed hoc non pertinet ad propoſitum, quia virtus & vitium non acquiruntur per motum, ſicut etiam dicit Philoſophus: vnde dicimus ſimpliciter, quòd non poſſunt eſſe ſimul.

Ad primum vero dicendum, quòd eſt idem inſtans, nec tamen oportet quod ſint ſimul in anima: quia alterum eſt in ea vt recedens, & alterum vt adueniens. Et hoc non poteſt eſſe in formis naturalibus quæ acquiruntur per motum: quia non eſt vltimum accipere in motu nec in tempore, propter hoc quod non permanet: vnde non eſt accipere vltimum inſtans, ſed diuerſa. Nec tamen ſequitur, quòd inter ea ſit aliquod tempus medium: hoc enim non ſequitur niſi de inſtantibus quæ ſunt termini temporis habentis continuitatem ex motu à magnitudine: ſed inſtantia non habent ex aliquo continuitatem, ſed potius menſurant vices.

Ad ſecundum dicendum, quòd peccatum eſt priuatio pura: & ſicut tenebræ non expelluntur per actionem lucis in ipſas, cum nihil ſint, ſed tantum per aduentum lucis, ita expulſio peccati nihil eſt niſi aduentus gratiæ: in aliis tamen contrariis quorum vtrumque eſt natura quædam, non ſequitur, quòd ſint ſimul in actu, ſed in potentia, ſicut in motu quo vnum ad eſſe, alterum ad non eſſe tendit.

Ad tertium dicendum, quòd virtus miſericordiæ non expellit niſi peccatum ſibi oppoſitum: ſed quia in virtute continetur gratia quæ opponitur omni peccato, ideò non compatitur ſecum aliquod peccatum, ſed expellit omne ex parte gratiæ. Quidam tamen dicunt, quod qui habet vnam virtutem, habet omnes: & ideò vna virtus expellit omne vitium: ſed hoc non eſt verum de omni virtute politica, ſed tantum de theologicis ratione gratiæ quæ cum illis ſupponitur.

Sed eſt ibi clarum, vt æſtimo 10.
hierarchicorum eruditis: quia deuictis in fortitudine ad vnum reſiſtentibus & contrariorum vniuerſalibus interemptionibus & abolitionibus immutabile valet ad intellectualia deiformis habitudinis. Non enim redire tantum oportet ab omni malitia, ſed & viriliter durum eſſe & intrepidum contra pernicioſam ſemper in eam ſubiectionem, neque templi veritatis amoris in quiete vnquam fieri: attentè verò & æternaliter in eam, vt virtus, extendi ad perfectiſſima diuinitatis aſcenſionem ſacrè ſemper augentem Vides autem horum diligentes imagines in hierarchicè perficiendis Deiformis quidem ſummus ſacerdos inchoat ſacram vnctionem, ſacerdotes verò ſub ipſo perficiunt vnctionis ſacrificium, ad ſacra in ſimilitudine perficiendos certamina euocantes ſecundum quæ ſub militante Chriſto factus eſt. Quoniam vt Deus eſt militiæ creator: vt ſapiens verò, leges eius poſuit: operatus eſt bonus, decorus, victoribus brauia. Et adhuc diuinius, quoniam quidem vt optimus in militibus effectus eſt, cum ipſis ſacrè pro eorum libertate & victoria ad mortis & corruptionis concertans poteſtatem, certantibus quidem tanquam Deus perfectus aſcendit gaudens. Manet autem in ſapientis legiſlationibus: & ſecundum eas ſine tranſgreſſione contendit ad bonorum præmiorum ſpem firmiter ſe habens ſub optimo militiæ domino & duce ordinatus.

EXPOSI-

EXPOSITIO TEXTVS.

Sed eſt ibi clarum, &c.

A HIc oſtendit quid ſignificet vnctin qoa ante baptiſmnm vngitur, & dicit, quod vngitur ad ſimilitudinem pugilis, vt fortiter dimicet contra aduerſantes ſibi, quantum ad gratiæ ſtatum. Dicit ergn, *Sed ibi*, hoc eſt, in hac materia, *vt æſtimo*, *clarum eſt*, id eſt, euidens *eruditis hierarchicorum*, id eſt, hierarchicis, hoc ſcilicet qnod *reſiſtentibus* ſibi, oe ſit in gratia, ſcilicet peccatis & dæmonibus, *deuictus in fortitudine ad vnum*, id eſt, per fortitudinem quam conſequitur ex eo quod colligit ſe in Deum, *& vniuerſalibus interemptionibus*, id eſt, deſtructionibus quaorum ad maculam, *& abolitionibus*, id eſt, deletionibus *contrariorum* gratiæ quantum ad reatum, *immutabile deiformis habitudinis* id eſt, immutabilis, non per oaturam, ſed gratiam virtus diuina, quæ eſt io baptiſmo, poſtquam ſuperauit pmpiia peccata præterita per conuerſionem ad Deum, *valet*, id eſt, vigornsè poteſt ſe extendere *ad intellectualia*, ſcilicet diuina intelligenda & ſaporanda. *Non enim oportet tantum redire ab omni malitia, ſed &*, id eſt, etiam *eſſe viriliter durum*, id eſt, firmum, *& ſemper intrepidum contra pernicioſam ſubiectionem in eam*, ſcilicet malitiam: hæc enim ſubiectin vitioſa eſt: *neque*, id eſt, & non oportet *fieri vnquam in quiete*, id eſt, in ceſſatione *templi*, id eſt, ſacri *amoris veritatis diuinæ*, id eſt, ab amore (alia tranſlatio, *refectione*) id eſt, onoquam tali amore faſtiditus ſarietur: *verò*, id eſt, ſed oportet eum *attentè*, id eſt, cum ſummn ſtudio, *& æternaliter*, id eſt, immutabiliter *extendi in eam* veritatem, *vt virtus*, id eſt, virtunsè, ipſum, dico, *ſemper ſacrè ſe agentem* per exercitium boni operis & ſanctæ meditationis *ad perfectiſſimam aſcenſionem diuinitatis*, ſicut dicitur in Pſal. Aſcenſiones in corde diſpoſuit, & ibunt de virtnte in virtutem, &c. *Vides autem*, id eſt, videre potes, vel interrogatiuè, *diligentes*, id eſt, expreſſas *imagines* vel figuras, *horum* qoæ antè dicta ſunt *in perficiendis hierarchicè. Summus quidem ſacerdos deiformis inchoat ſacram vnctionem*, vngens eum oleo ſancto, ter ſignans eum (vt dictum eſt) vt oſtendatur, quòd ipſe eſt hierarchicæ perfectinnis priocipium: *ſacerdotes verò* qui ſunt *ſub ipſo*, *perficiunt ſacrificium*, id eſt, ſacramentum *vnctionis*, *euocantes perficiendum*, id eſt, baptizandum, *ad ſacra certamina*, id eſt, vt certandn ad perfectinnes diuinas perueniat, & hoc, *in ſimilitudine*, id eſt, per ſymbola *ſecundum quæ*, ſcilicet ſacra dnna in baptiſmn percepta, *eſt factus ſub Chriſto militãte*: in Græco habetur athleta, quod eſt pugil, ſicut miles ſub rege militante, eſt enim ſimul & miles & Rex. *Quoniam vt Deus*, id eſt, inqnantum Deus, *eſt creator militiæ*, id eſt, militum ſpiritualium, & ſic eſt Rex eorum: *vero*, id eſt, ſed *vt* eſt *ſapiens*, id eſt, inqoantum eſt ſapiens, *poſuit leges eius*, ſcilicet militiæ quibus exerceatur: ſed *vt bonus & decorus*, id eſt, omnia decenter ordinans, *operatus eſt victoribus brauia*, id eſt, præmia: & dicitur brauium præmium quod datur in fine curſus. *Et adhuc diuinius*, id eſt, Deum maximè decens, *quoniam quidem vt* eſt *optimus*, *effectus eſt* carnem aſſumens *in militibus*, id eſt, inter milites *ſacrè concertans*, id eſt, ſimul certans cum ſuis militibus, *ad*, id eſt, contra *poteſtatem mortis & corruptionis*, quæ anoihilauit, & hoc *pro libertate & victoria eorum*, id eſt, ſuorum militum. Sic igitur inquaotum eſt Deus, militiæ creator & Rex: inquantum ſapiens, baptizatnr: inquantum bonus, præmiator: inquantum optimus, concertator: ipſe *quidem* Chriſtus *gaudens aſcendit tanquam Deus perfectus*, id eſt, tanquam in diuinis perfectus, ſic enim habet alia tranſlatio, *certantibus*, id eſt, certaminibus, hoc eſt, virtute ſuorum certaminum aſcendit ad plenitudioem diuinorum doaorum, ſicut dicitur ad Philippenſes. 2. Chriſtus factus eſt obedieos vſque ad mortem, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Vel aliter ſecundum Commentatorem, ipſe ordioatus ſub Chriſto aſcendit gaudens, certantibus ſecum aliis, tanquam perfectus diuinis, id eſt, ad perfectionem diuinnrum. *Autem*, id eſt, ſed ipſe *ordinatus ſub* Chriſto *optimo militiæ duce & Domino*, *manet in legiſlationibus* ſui ducis *ſapientiæ*, *& ſecundum eas* directus *contendit*, id eſt, certat *ſine tranſgreſſione* legis, ipſe dico, *habens ſe ſimiliter ad ſpem bonorum præmiorum*,

DVBIA.

B Dubium 1. SED VIDETVR, qoòd hæc vnctio noo debeat fieri nondum baptizatis: hic enim ſignificat maximam perfectionem, vt patet in litera, quamuis poſſibilis ſit alicui in hac vita accipere: ergo videtur, quòd maximè ingredientibus & nondum renatis onn deberet fieri talis inunctio.

2 Præterea, In regnn ſeculari non omnes eligantur, ſed tantum fortiores: cum igitur baptizandus eligatur ad ſpirituale regnum, videtur quod non debeat ſtatim inungi per modum athletæ vel militis in præparationem pugnæ. Si dicatur, quòd hæc vnctio ſit confirmatio, videtur eſſe falſum: quia in confirmatione non operantur ſacerdotes ſimplices, ſed tantnm Epiſcopus: hæc autem vnctio inchoata ab Epiſcopo, perficitur per ſacerdotes: ergo non eſt confirmatio.

Solutio. Dicendum ad hoc vltimum primò, quòd hæc vnctio non eſt confirmatio: datur enim confirmationis ſacramentum ad robur fidei: vnde etiam vt non erubeſcat quis confiteri fidem, ſignatur in fronte: hæc autem vnctio datur ad reprimendam poteſtatem dæmonis in fomite in præparamentum pugnæ contra ipſum: vnde pertinet ad exorciſmum: id autem quod ſupra dictum eſt, fuit de renuntiatione ad catechiſmum: quia per hoc inſtruitur à quibus diſcedendum, & quibus adhærendum ſit.

Ad primum dicendum, quòd non exigitur quod recipiens ſit taotum in tanta perfectione quanta dicitur hic figurari per ipſam vnctionem, ſed qood conetur ad ipſam quantum poteſt: vnde hoc quod hic dicitur, pertinet ad vigorem ipſius gratiæ quæ de ſe in hanc perfectionem poteſt, licet ſit defectus ex infirmitate recipientis vel inæqualitate.

Ad ſecundum dicendum, quòd in ſeculari regno eſt quædam generalis pugna, qua pugna-

tur

gnt contra inuaſnres pro libertate patriæ : & ab hac nullus excipitur. Eſt & quædam ſpecialis pro augmentanda & cnnſeruanda republica : & ad hanc verum eſt, quòd nmnea non aſſumuntur, ſed eliguntur fortes. Similiter in regon ſpirituali à generali pugna contra hnſtes qui nituntur nns excludere à libertate nnſtra, nullua excluditur, & ad hanc conſignantor per hanc vnctionem: ad pugnam verò ſpiritualem qua pugnatur contra infideles & tyrannos per veram confeſſionem, eſt confirmatio in qoa datur Spiritus ad robur.

C *Dubium 2.* Item videtur, quòd Chriſto oon cnnueniat. De Chriſto dupliciter poſſumus loqui, aut ſecundum diuinitatem, aut ſecundum humanitatem. Secundum diuinitatem quidem nullo modn perficitor in ſe. Secundum humanitatem verò perficitur dupliciter: quia aut ſecundum animam, aut ſecundum corpua. Item ſecuodum animam dupliciter, aut ſecundum gratiam, aut ſecundum ſcientiam. Secundum gratiam dupliciter, aot ſecundum meritum, aot ſecundum receptinnem. Quantum ad meritum quidem nnn profecit, vt oon ſua faceret ſua, ſecundum quod ex pluribns meritis efficiebantur ſua : quia per quamlibet actinnem meruit ſibi omnia. Quantum ad receptionem verò nnn pmfecit quantum ad præmium eſſentiale, quia ab initio fuit in perfecta fruitinne anima Chriſti: ſed pmfecit quantum ad præmium accidentale, ſicut dicitur, quòd per paſſionem meruit ſibi accelerationem reſurrectionis & impaſſibilitatem animæ, nnn enim ſemper fuit impaſſibilis. Qoantum ad ſcientiam verò non profecit quantum ad intellectualem ſcientiam, ſed tantum ſecundum experimentalem: quia quotidie experimentabatur aliquid qund ante nnn erat expertus. Quantnm verò ad corpus profecit: quia io reiurrectinne conſecutum eſt glorificationem, in aſcenſinne decentem locum.

11. Superans verò, diuinis veſtigiis militumq; primi, per bonitatem Deū imitantibus militiis, ad deificationem contrarias ei & reluctantes operationes & ſubſiſtentias, commoritur Chriſto, myſticè dicendum, peccato per baptiſmum, & ſapienter intelligit ſacra cum quanta pulchritudine habet ſymbola. Etenim quoniam quidem mors eſt in nobis, non eſſentiæ vel ſubſiſtentiæ, iuxta quod viſum eſt aliis, vnitorum verò ſeparatio in nobis in viſibile ducens, animam quidem vt in priuatione corporis ſemper futuram, corpus verò in terra occultum, aut iuxta quandam alteram corporalium mutationum ex ea quę eſt ſecundum hominem ſpecie demolitum, pulchrè per aquam vniuerſalis occultatio in mortis & ſepulturæ informitatis imaginem accipitur. Sacrè igitur baptizandorum ſymbolica doctrina myſticè docet tribus in aqua dimerſionibus & eleuationibus diuinam triduo totidemque noctibus in ſepultura Ieſu vitæ datoris imitari mortem, quantum poſſibile viris diuina imitatio. In quo, iuxta eloquij myſterialem & occultam traditionem, nihil inuenit mundi princeps.

EXPOSITIO TEXTVS.

Superans verò, &c.

A Hic oſtendit quid ſignificet ipſa immerſio in aquam baptiſmi, & dicitur, quòd ſignificat nos configurari morti & ſepulturę Chriſti, ſecundum quod mnrimur peccato ſine ſpe redeundi, vt dicit Apoſtolus, Rnm. 6. & eſt tertium. Dicit ergn: *Superans verò*, id eſt, poſtquam baptizandus ſuperauit *operationes*, quantum ad peccata, & *ſubſiſtentias*, id eſt, eſſentiam quantum ad dæmones, *contrarias ei & reluctantes*, ne deificetur, & hoc *militiis diuinis*, id eſt, quæ ſunt circa diuina *imitantibus Deum per bonitatem*, id eſt, tendentiboa ad imitationem Dei, *veſtigiis*, id eſt, qoæ ſunt veſtigia & ſimilitudines *primi militum*, id eſt, Chriſti, id eſt, per conformitatem ad ipſnm: ipſe, dico, *per baptiſmum commoritur Chriſto peccato*, & hoc *dicendum* eſt *myſticè*, id eſt, moritur peccato ad ſimilitudinem mortis Chriſti, & ipſe *ſapienter intelligit*, vel ſecnndum præexigentiam effectus, *cum quanta pulchritudine*, id eſt, ſpiritualibus pulchris donis pmportinnata ad ſigna corporalia, *habet*, id eſt, recipit *ſacra ſymbola* ſacramentorum. *Etenim*, id eſt, quia *mors* naturalis *in nobis*, *non eſt* mnrs vel corruptio *eſſentia*, id eſt, forma cuios actus eſt eſſe ſicut cauſæ, non cnmpoſiti niſi ſicut ſubiecti: propter quod nnn etiam propriè poteſt dici eſſentia: quia eſſentiæ actus eſt eſſe, ſicut locis lucere, ſecundum Auicennam: *vel ſubſiſtentia*, id eſt, materiæ, in qua eſt prima ratio ſubiecti, *iuxta quod viſum eſt aliis*: *verò*, id eſt, ſed eſt *ſeparatio vnitorum*, ſicut probat Philoſophus, forma enim non generatur neque corrumpitur per ſe, oeque materia per ſe, ſed compoſitum: & ideò generatin per ſe nihil aliud eſt quam coniunctio formæ cum materia, & corruptio ſeparatio eorundem: & ideò dicit Dionyſius in lib. de dio. nomi. quòd nihil exiſtentium corrumpitur, ſed circa exiſtens, commenſurationes, & modi: & maximè hoc eſt verum in anima rationali, quæ remanet poſt mortem, quamuis quibuſdam contrarium viſum eſt, dicentibus formas per ſe fieri & corrumpi, vel animam rationalem deficere: & hoc ideò dicit, vt oſtendatur, quòd mors con-

griuè ſignificat ſeparationem animæ à peccato. Hæc dico, ſeparatio *ducens animam quidem in nobis viſibile*, id eſt, ſecundum quod nobis videtur ſumma fidei, vel *inuiſibile nobis* ſecundum intuitum, id eſt, infernum, vel ad paradiſum, quæ loca ſunt inuiſibilia ſeoſibus: vnde & infernus dicitur in Græco id quod nou apparet ſecundum ſuam uaturam: animam dico *vt futuram eſſe ſemper in priuatione corporis*, id eſt, ſine ſpe redeundi ad corpus, quantum ad potentiam naturæ, licet reſurrectio fiat miraculoſe: & ſimiliter homo oon debet eſſe in ſpe redeundi ad peccatum: *verò*, id eſt, ſed ducens *corpus occultum in terra, aut demolitum*, id eſt, deſtructum *ex ea ſpecie qua ſecundum hominem eſt*, id eſt, ex ſpecie humana *iuxta quandam corporalium mutationem alteram*, ab occultatione qua in terra ſepultum occultatur, ſicut eſt putrefactio, & ſimilia: & ideò anima ſignificat hominem qui remanet, ſed corpus peccatum quod diſſipatur: ipſa, inquam, talis eſt mors, *pulchrè*, id eſt, decenter *vniuerſalis occultatio per aquam*, quâ ſcilicet totum corpus mergitur, *accipitur in imaginem*, id eſt, figuram *mortis & in imaginationem informitatis*, id eſt, obſcuritatis *ſepultura*.

B *Sacrè igitur baptizandorum.* Hîc dicit quid ſignificet trina immerſio, & dicit, qoòd ſignificat triduanam Chriſti ſepultoram, & eſt quartum. Dicit ergo: ergo ex quo immerſio ſignificat ſepulturam & mortem, *ſymbolica doctrina baptizandorum docet tribus dimerſionibus in aqua*, & tribus *eleuationibus* extra aquam, *quantum poſſibile* eſt *viris*, id eſt, hominibus tantum *diuina imitatio*, eius ſcilicet qui eſt Deus & homo, *diuinam mortem Ieſu datoris vitæ*, manentis *in ſepultura triduo*, id eſt, tribus diebus *totidemque noctibus*, *In quo* ſcilicet Ieſu *nihil inuenit princeps mundi*, id eſt, mundauorum, id eſt, diabolus quod ſuum eſſet, & hoc *iuxta myſteriatem & occultam traditionem eloquij*, quod ipſe Ieſus de ſe dixit Ioan. 15.

DVBIVM.

C Sed videtvr hoc eſſe falſum, ſcilicet quod manſerit tribus diebus & tribus noctibus io ſepulcro: fuit eoim ſepultus feria ſexta circa noctem, & reſurrexit die dominica in mane: ergo non fuit in ſepulchro tribus diebus, ſed vno die & duabus noctibus. Si dicatur, quòd locutio eſt intelligenda per ſinecdochen, pooitur enim pars diei pro toto die, adhuc non erit verum dicere, quòd fuerit in ſepulchro niſi duobus diebus & totidem noctibus: quia in oulla parte diei domioicæ fuit iu ſepulchro, & ſimiliter nec in nocte quæ præcedit ſextam feriam: ergo videtur quolibet modo eſſe falſum.

Si dicatur, quòd debet computari nox quæ præcedit ſextam feriam & dies reſurrectionis. Contra: Dies & oox ſequuntur motum cæli: ſed principium motus eſt in Orieote: ergo & principium diei erit io aurora: ſi igitur debet eſſe reuolutio io die, oportet quòd oox ſeqoens non præcedens computetur cum die.

Item quæritur, quare Chriſtus fuit io ſepulchro tantum die vno artificiali, & duabus noctibus?

Solutio. Dicendum, quòd accipitur dies pro parte diei per ſinecdochen, & debet computari nox præcedens ſextam feriam tanquam pars ſequentis diei, & ſimiliter dies reſurrectionis cum nocte præcedente tanquam pars diei naturalis: & licet quantum ad uaturam motus dies præcedat noctem, tamen quantum ad ſignificandum virtutem paſſionis Chriſti qui nos reduxit de teuebris in lucem, coouenienter poſt noctem computatur dies.

Ad aliud dicendum, quòd ideò remanſit in ſepulchro vno die & duabus noctibus artificialibus, vt oſtenderet quod per ipſoin qui eſt lux, deſtructa eſt iu nobis duplex tenebra, ſcilicet peccati & mortis.

Deindè verò luciformia veſtimenta induunt conſummatũ. Virili enim & deiformi contrariorum impaſſibilitate, & ad vnum firmo contuitu inornatum ornatur, & informe formificatur, luciformi vniuerſaliter vita ſplendens. Vnguenti autem perfectiua vnctio odoriferum facit perfectum. Sacra enim diuinæ generationis conſummatio coadunat conſummata diuino ſpiritui. Inuiſibiliter autem odorificum & perfectiuum aduentum ineffabiliter exiſtentem cognoſcere intellectualiter, concedo dignis ſecundum intellectum diuini ſpiritus ſacra & deifica communicatione. In fine autem omnium ſummus ſacerdos ad ſacratiſſimam Euchariſtiam vocat perfectum, & perfectiuorum myſteriorum ipſi tradit communionem. 12.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde verò, &c.

Hic oſtendit quid ſignificent veſtimenta alba, quia luciformem vitam, & eſt quintum. A Dicit ergo: *deinde verò*, id eſt, poſt baptiſmum *induunt* ſacerdotes *conſummatum*, id eſt, baptizatum *luciformia*, id eſt, alba *veſtimenta*, in albo enim eſt copia lucis. *Enim*, id eſt, quia *inornatum*, id eſt, qui prius non erat ornatus, *ornatur*, *& informe* prius *formificatur virili*, id eſt, conſtanti *& deiformi impaſſibilitate contrariorum*, id eſt, à contrariis, ſcilicet peccatis, *& firmo contuitu* intellectus *ad vnum*, ſcilicet Deum: ipſum, dico, *vniuerſaliter*, id eſt ſecundum omnes ſuos actus *ſplendens luciformi vita*, id eſt, lucenti. *Vnguenti autem.* Hic oſtendit quid ſignificet vnctio Chriſmatis, quia adunationem ad diuinum ſpiritum, propter odorem balſami, id eſt,

odor enim ſuauis attrahit ſpiritum ad ſe, & eſt ſextum. Dicit ergo: *unctio vnguenti*, id eſt, Chriſmatis *perfectiua*, id eſt, conſeruatiua *facit perfectum*, id eſt, baptizatum, *odoriferum* propter balſamum. *Sacra enim conſummatio diuina generationis coadunat conſummata*, id eſt, perfecta *diuino ſpiritu*, ſicut bonus odor adunatiuus eſt ſui ad trahentem: *ſed cognoſcere intellectualiter aduentum inuiſibiliter*, id eſt, inſenſibiliter, *odorificum & exiſtentem ineffabiliter*, id eſt, cognoſcere qualiter iſte ſpiritualis odor adueniat in hominem, quod eſt inſenſibiliter, & qualiter exiſtat in eo quod eſt ineffabiliter, ego *concedo* ſolis *dignis ſacra & deifica communicatione diuini ſpiritus ſecundum intellectum* ſpiritualibus ſpiritualia comparantes, vt dicit Apoſt. *Summus autem ſacerdos in fine omnium*, id eſt, omnibus completis *vocat perfectum*, id eſt, baptizatum *ad ſacratiſſimam Eucharistiam*, *& tradit ei communionem perfectiuorum myſteriorum*, & hoc eſt ſeptimum. Iam non ponit rationem: quia pertinet ad ſequens capitulum.

C A P V T III.

De perficiendis in ſynaxi.

1. SEd euge, quoniam huius commemoratio quidem erat, non mihi iuſtum eſt tranſcurrenti, hierarchicorum quid ante eam aliud laudare. Etenim eſt ſecundum noſtrum glorioſum magiſtrum hoſtiarum hoſtia: & oportet ante alias eam ſacrè ſcribens exponentem ex diuina, iuxta eloquia, & hierarchica ſcientia, in ſacram eius aſcendere diuino ſpiritu contemplationem.

D I V I S I O E T expoſitio textus.

Sed euge quoniam huius, &c.

A HAbitum eſt in præcedenti capitulo de baptiſmo qui eſt actio hierarchiæ circa intrantes: hic incipit determinare de actionibus hierarchicis quæ ſunt circa progredientes: & diuiditur in duas: in prima enim agitur de perfectionibus hierarchicis quæ perficiunt in via, in ſecunda de iis quæ perficiunt quantum ad terminum, viæ ſcilicet ad quam peruenitur per prædictas ſanctificationes, ibi, *Hac quidem diuiniſſimi vnguenti, &c.* Prima diuiditur in partes duas ſecundum quod per duo poteſt impediri proceſſus in ſpirituali, ſcilicet per defectum perducentis, contra quod ordinatur Eucharistia, quæ eſt ſpiritualis refectio animæ, vnde & viaticum dicitur, de qua agit in prima parte. Poteſt etiam impediri per impugnationem aliquorum, & circa hoc eſt confirmatio in qua datur ſpiritus, ſcilicet ad robur reſiſtendi omnibus aduerſantibus, de qua determinat in ſecunda parte ſecundum quatuor caſus, ibi, *Tanta ſanctiſſima ſynaxeos, &c.* Et eſt ratio apparens ordinis: quia primum per ſe iuuat proceſſum in via. Secundum per accidens, remouendo impedimentum, quamuis ponat rationem ex parte dignitatis. Præſens autem capitulum diuiditur in tres partes. Primò enim oſtendit qui perficiantur, vel quæ efficiantur per hoc ſacramentum. Secundò ponit ritum ſiue myſterium, ibi, *Summus quidem ſacerdos, &c.* Tertiò aſſignat ſignificationem vel theoriam myſterij, ibi, *Veni ergo ô puer bone.* Prima pars diuiditur in tres. Primò enim ponit ordinem huius ſacramenti ad ſequentia & rationem ordinis. In ſecunda oſtendit propoſitum, ſcilicet quid efficiatur in hoc ſacramento, ibi, *Et primo quidem hoc ſacrè.* In tertia continuat ſe ad ſequentia, ibi, *Hac autem dicentes.* Prima diuiditur in duas. In prima continuat ſe ad præcedentia ponens ordinem ad ſequentia. In ſecunda rationem ordinis aſſignat, ibi, *Etenim eſt ſecundum noſtrum glorioſum, &c.*

Litera ſic exponitur. *Sed euge*, aduerbium hortandi vel exultandi: eſt enim in dicendis materia ſpiritualis gaudij. *Quoniam* quidem *erat commemoratio huius*, ſcilicet Eucharistiæ in immediatè prædictis, *non eſt mihi iuſtum tranſcurrenti*, id eſt, breuiter ſacramenta tractanti (propter humilitatem hoc dicit quaſi ſit inſufficiens ad theorias eorum perfectè explicandas) ritum *laudare*, id eſt, cum reuerentia & laude tradere, *quid*, id eſt, aliquid, *aliud* de numero *hierarchicorum*, ſcilicet myſteriorum, *ante eam*, ſcilicet Eucharistiam. *Etenim ſecundum glorioſum magiſtrum noſtrum*, ſcilicet Ierotheum, qui virtuoſus magiſter fuit, Eucharistia *eſt hoſtia hoſtiarum*, id eſt, inter omnia quibus homines Deo ſacrificantur, dignius: vnde alia tranſlatio habet, *teleta teletarum*, ſicut dicitur virgo virginum: *& ideò oportet aſcendere* de ſymbolis *diuino ſpiritu* ducente *in ſacramenta contemplationis eius*, ſcilicet Eucharistiæ *ſacrè ſcribens*, neutrius generis, id eſt, eum qui ſacrè ſcribit: vnde alia litera habet, *ſcribentem*, ſcilicet *exponentem eam*, ſcilicet Eucharistiam *ante alias* hoſtias, *ex ſcientia diuina*, non humana, quantum ad primum à quo fluit, *& hierarchica*, quantum ad materiam, & hoc *iuxta ſacra eloquia.*

D V B I V M.

SED HIC eſt dubitatio. Videtur enim, quòd Eucharistia non ſit dignior inter alia ſacramenta. Sacramentum enim, quod maioris eſt effectiuum, dignius eſt ſacramentum: ſed baptiſmus eſt ſacramentum maximæ gratiæ, quia omnia peccata delet & non requirit vlteriorem planctum, quod non eſt in Eucharistia: ergo ipſa non eſt dignior inter alia. B

2 Præterea, Quod à digniori datur, videtur eſſe dignius: Eucharistiæ autem ſacramentum datur & conficitur à quolibet ſacerdote, confirmatio autem datur tantum ab Epiſcopo: ergo, &c.

3 Præterea, Sacramentum quod imprimit characterem,

characterem, eſt dignius eo, quod non imprimit: quia character eſt diuinum ſignaculum: ſed in baptiſmo, confirmatione & ordine, imprimitur character, in Euchariſtia non: ergo ipſa non eſt dignior illis.

4 Præterea, Quod conſtituit in aliquo gradu dignitatis, eſt dignius eo quod non conſtituit: ſed Euchariſtia non conſtituit in aliquo gradu dignitatis, ordo verò conſtituit: ergo ordo dignior eſt.

5 Præterea, Si Euchariſtia debuit poni ante alia, quia dignior eſt eis, cum ſit dignior omnibus, debuit poni ante baptiſmum.

Solutio. Dicendum, quòd Euchariſtia eſt digniſſimum ſacramentorum quantum ad id quod in ſe continet, continet enim in ſe totum Chriſtum ſecundum diuinitatem & humanitatem, cum illa non contineant niſi aliquam gratiam, & hoc eſt ſimpliciter eſſe nobilius. Alia autem poſſunt eſſe nobiliora ſecundum quid, ſcilicet ſecundum effectum quem habent maiorem & digniorem in recipiente: nec tamen hoc eſt ex defectu eius quod continet ſacramentum, quia illud ſecundum efficaciam & ſubſtantiam & quolibet modo dignius eſt, ſed propter institutionem, quia ſcilicet non fuit ad illos effectus inſtitutum. Et per hoc patet ſolutio ad quatuor prima.

Ad vltimum dicendum, quòd baptiſmus eſt fundamentum quod ſupponunt omnia alia ſacramenta: & ideò neceſſitate quadam oportuit primò de ipſo determinari.

2. Et primò quidem hoc ſacrè inſpiciamus propter quid commune aliis hierarchicis reſeris diſcretè huic vltra cætera deputatur & ſingulariter prædicatur communio & ſynaxis, vnaquaque perfectiua ſacra actione partitas noſtras vitas in vniformem deificationem colligente, & diuiſarum deiformi complicatione ad vnum, communionem & vnitatem donante.

DIVISIO TEXTVS.

Et primo quidem hoc ſacrè, &c.

A Hic oſtendit quæ ſit vtilitas huius ſacramenti: & diuiditur in tres partes. Primò enim mouet quæſtionem quandam per quam hoc explicat. Secundò determinat eam, ibi, *Dicimus autem.* Tertiò ſolutionem confirmat per ſimile, ibi, *Sic & ſacram.*

DVBIVM.

B Dubium 1 Est ergo quæſtio quare hoc ſacramentum ſingulariter dicatur communio. Et ad euidentiam literæ quæratur de hac eadem quæſtione. Videtur enim, quòd non debeat dici ſimpliciter communio. Proprium enim generis excedit ſpeciem, & non poteſt dici de ea vt proprium ſibi: ſed communio eſt proprium conueniens ſacramento in genere: ergo non debet ſpecialiter dici de Euchariſtia. Probatio minoris: ſanctorum communio dicitur in quibus ſancti communicant, ſicut ſumitur in ſymbolo, ſanctorum communionem: ſed in ſacramentis omnes ſancti communicant: ergo videtur, quòd omne ſacramentum ſit communio.

2 Præterea, Excommunicatio opponitur communioni: ſed per excommunicationem non tantum excluditur quis ab Euchariſtia, ſed etiam ab aliis ſacramentis, & quibuſdam aliis, ſicut à conſortio menſæ & ſalutationis: ergo communio non tantum continet in ſe Euchariſtiam, ſed etiam omnia alia.

3 Si dicatur, quod dicitur communio, quia multos reuocat ad vnum commune, hoc etiam conuenit aliis ſacramentis, imo magis: habitum enim eſt ſupra, quòd in baptiſmo ſeparatur per abrenuntiationem ab omnibus nequitiis & dæmonibus.

4 Præterea, Communicare videtur eſſe dilectionis: dilectio autem virtus eſt: ergo communio videtur potius eſſe virtutis quam ſacramenti actus.

Solutio. Dicendum, quòd propter tria ſpecialiter hoc ſacramentum dicitur ſpecialiter communio, propter effectum communionis, propter id in quo communicatur, & propter communicantes: eſſe enim effectiuum communionis ſecundum ſpeciem viſibilem ſoli iſti ſacramento conuenit, eſt enim ſacramentum, ſicut dicitur in 4. ſent. eius rei cauſa cuius imaginem gerit: vnde cauſalitas ſacramenti per ſe non extenditur vltra ſuam ſignificationem: in ſpeciebus autem iſtius ſacramenti ſignificatur communio quæ eſt vnio multorum in vno, ſcilicet in pane & vino, ex multis enim granis conficitur panis, & ex multis vuis colligitur vinum: & ideò per ſe cauſat communionem: in nullo autem aliorum ſacramentorum ſpecies componitur ex multis concurrentibus in vnum: & ideò non ſignificant communionem, nec cauſant eam niſi ſecundum accidens, ſcilicet ſecundum quod conſequitur gratiam quæ eſt res cuiuſlibet ſacramenti. Illud autem vnum in quo omnes communicantes vniuntur, eſt Chriſtus ſecundum diuinitatem & ſecundum humanitatem, & hæc eſt res contenta huius ſacramenti. Communicantes verò ſunt fideles qui ſunt corpus myſticum, & hæc eſt res huius ſacramenti non contenta, ſed ſignificata: & ideò dicitur communio, quia complectitur in ſe omne quod exigitur ad communionem: quod non eſt in aliis ſacramentis.

Ad primum ergo dicendum, quòd communio non perficitur niſi ſecundum quod vnum numero participatur à multis: in re autem contenta ipſius ſacramenti, quod eſt corpus Chriſti verum, omnes vniuntur, ſicut in eo quod eſt idem numero, quod vltimum eſt in quo ſicut in fine colliguntur: & ideò communio perficitur in hoc ſacramento: in aliis autem ſacramentis non percipitur idem numero, ſed eadem gratia ſpecie, quæ eſt vt diſpoſitio ad perfectam communionem.

Ad ſecundum dicendum, qnòd excommunicatin non opponitur communioni, ſed communicationi quæ eſt in plus quam communio propriè ſumpta, cum communicatin ſit in participatione vnius cum altero qnocumque modo, vel ſimpliciter, vel ad tempus, ſecundum etiam quod à Philoſopho dicitur quidam contractus, communio verò eſt in participandu ad vnum numero.

Ad tertium dicendum, quòd per baptiſmum ſeparatur quis à multis, tamen per ipſum non perficitur communio, quia non dat id quod eſt terminus motus, qui eſt de multis ad vnum, ſed tamen diſponit ad illud.

Ad quartum dicendum, quòd hoc ſacramentum eſt maximæ dilectionis, quia in eo eſt rememoratio dominicæ paſſionis: nihilominus aliter eſt dilectio cauſa communionis, & aliter hoc ſacramentum: dilectio enim facit communionem vt inclinans ad illam, ſed hoc ſacramentum vt nos coniungens illi vno in quo omnes vniuntur.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Litera ſic legitur. Diximus, quòd primò dicendum eſt de Euchariſtia, *& de ea primo quidem hoc inſpiciamus ſacrè*, id eſt, ſecundum regulas, *propter quid*, id eſt, quod *eſt commune omnibus aliis teletis*, id eſt, ritibus *hierarchicis diſcretè*, id eſt, ſingulariter *deputatur*, id eſt, attribuitur *huic*, ſcilicet Euchariſtiæ, *vltra cæteras* teletas, *& hoc ſit dum ſingulariter prædicatur*, id eſt, nominatur *communio* ex parte eius in quo vniuntur plures, *& ſynaxis*, id eſt, congregatio, ex parte eorum qui vniuntur in vno: ſic dico nominatur, *vnaquæque ſacra actione perfectiua*, id eſt, ſacramento *colligente*, id eſt, adunante *in vniformem deificationem*, id eſt, vnitatem diuinæ ſimilitudinis, *noſtras vitas*, id eſt, actiones & affectiones noſtræ vitæ, *partitas*, id eſt, diſperſas per diuerſa commutabilia dona. Et ſciendum, quòd partitas vitas ſemper vocat vitam peccati, quia diuiditur ſecundum quod finitur diuerſis creaturis: ſi enim eis vteretur, referret ea in vnum finem: & ſic non eſſet partita vita. Et etiam vnaquaque actione ſacramentali *donante communionem*, id eſt, participationem donorum ipſius, *& vnitatem ad vnum*, ſcilicet Deum ſecundum quod per prædictam venitur in ipſum Deum: & hoc *deiformi complicatione*, id eſt, congregatione *diuiſarum* vitarum.

3. Dicimus autem, quia eas aliorum hierarchicorum ſymbolorum participationem conſummationem ex iſtius diuinis & perfectiuis inuenire eſt donis. Non enim ineſt ferè quandam perfici teletam hierarchicam, niſi diuiniſſimæ Euchariſtiæ in conſummatione per ſingula perficiendorum ad vnum perficiente ſacrificio collectionem, & Deo tradita donatione perfectiuorum myſteriorum perficiente ipſius communionem ad Dominum. Si ergo vnaquæque hierarchicarum teletarum imperfecta quidem dum ſit, ad vnum noſtram communionem & ſynaxim non perficiet, & eſt telera, propter quod perfectiſſimum dedicat, finis autem totius & capitulum diuinorum myſteriorum perfectio traditio, meritò hierarchica intelligentia cognominationem ei propriam ex actionum veritate inuenit. Sic & ſacram diuinæ generationis teleram, quoniam primum lumen tradit & omnium eſt principium diuinarum in lumine introductionum, ex perfecto veram illuminationis nominationem laudamus. Siquidem omnibus commune hierarchicis lucem ſanctam tradere perficiendis. Sed hæc primum videre donauit mihi, & per ipſum eius principıle *[sic]* lumen in aliorum ſacrorum conſpectum lucidutor.

DIVISIO TEXTVS.

Dicimus autem, &c.

Hic ſoluit poſitam quæſtionem & primo ponit ſolutionem cum ſua probatione. In ſecunda concludit propoſitum, ibi, *Si ergo vna, &c.* Eſt ergo ſolutio, quod illa non perficiunt diuinam participationem, ſed habent perfectionem ab iſta, & ideò hæc dici.ur *[sic]* communio. A

DVBIA.

SVNT IGITVR hic duo dubia. Primò vtrum ex hoc ſacramento ſit perfectio in aliis. Secundò vtrum alia habeant perfectionem ex ſe. B

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd ex hoc ſacramento non ſit perfectio in aliis. Perfectum enim trahit virtutem à perficiente: ſed baptiſmus & alia ſacramenta ſine hoc habent ſuam virtutem: ergo hoc non eſt perfectio aliorum.

2 Præterea, Alia ſacramenta non dependent ab ipſo, ſed iſtud magis ab aliis, quia non conſecratur niſi per virtutem ordinis, & non datur niſi baptizato: ergo hoc magis habet perfectionem ab aliis.

3 Item, Nihil eſt perfectum niſi in agere: non poteſt autem aliquid agere niſi ſit perfectum in eſſe: ſed quodlibet ſacramentum eſt

perfectum

perfectum in ſua actione: ergo quodlibet habet perfectionem in ſe.

4 Præterea, Auguſtinus dicit, quòd virtus diuina perfecta eſt: ergo quodlibet ſacramentum in ſe perfectum eſt.

Et dicendum, quòd quodlibet ſacramentum eſt perfectum quantum ad ſuam operationem eſſentialem & virtutem, ſed quantum ad communicationem ad finem vltimum recipiunt perfectionem ab hoc ſacramento, quod continet in ſeipſo vnum quod eſt vltimus finis, ſcilicet Chriſtum:& quantum ad ſignificationem etiam per ſe totam communionem dicit, vt prius dictum eſt: hoc autem non eſt in aliis ſacramentis, & ideò perfectionem quæ eſt in communicatione ad finem vltimum, recipiunt ab hoc ſacramento. Et per hoc patet ſolutio ad totum.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Litera ſic exponitur. *Dicimus autem* ſoluendo ad prædicta, *quia eſt*, id eſt, contingit, *inuenire eas actiones aliorum ſymbolorum*, id eſt, ſignorum ſacramentalium, *participationem conſummationem*, id eſt, conſummatam participationem finis, *ex diuina & perfectiua dona iſtius*, ſcilicet Euchariſtiæ exire, quæ confertur in hoc ſacramento. *Enim*, id eſt, quia ferè, hoc dicitur propter ſacramenta quæ non ſunt tantum ſacramenta, ſed etiam officia. Vel melius quia de illis non eſt intentio in libro iſto, quia non diſtinguit per hoc inter ſacramenta, ſed inter diuerſas perfectiones ſacramentorum ſecundum coniunctionem ad vltimum finem, vel ſecundum effectum proprium, vt dictum eſt, *non ineſt*, id eſt, non contingit *quandam*, id eſt, vllam, *hierarchicam teletam perfici, niſi ſacrificio diuiniſſima Euchariſtia perficiente*, id eſt, ſacrificio *collectionem*, id eſt, reductionem in vnum *perficiendorum*, id eſt, eorum quæ perficiuntur *per ſingula* ſacramenta, perficiente, dico, *conſummatione* ad vnum, id eſt, adunando fini: & ſacrificio, dico, *perficiente communionem ipſius* per ſacramenta *ad Dominum, & hoc donatione perfectiuorum myſteriorum*, id eſt, ſymbolorum quæ ſignificant communionem, & per ſe cauſant, *tradita*, id eſt, inſtituta *à Deo. Si ergo nunquaque* de numero *hierarchicarum teletarum dum ſit imperfecta, non perficiet noſtram communionem & ſynaxim*, id eſt, congregationem *ad vnum, & eſt teleta*, id eſt, neceſſe eſt eſſe propter hoc quandam teletam, *propter quod dedicat*, id eſt, conſecrat *perfectiſſimum*, id eſt, ad hoc vt in fine perfectionis conſtituat: *autem*, id eſt, ſed, hæc *traditio diuinorum myſteriorum*, id eſt, ſymbolorum quæ ipſum Deum continent, *perfectio* per alia ſacramenta, *eſt finis & caput*, id eſt, ſumma totius hierarchicæ actionis, ſi, inquam, ita eſt, *meritò*, id eſt, rationabiliter, *inuenit ei propriam cognominationem ex veritate actionum*, id eſt, ea quod verè & perfectè facit, vocando eam communionem. *Sic & nos laudamus ſacram teletam diuina generationis*, id eſt, baptiſma per nominationem illuminationis, ſic enim in Græco nominatur, vt ſuprà dictum eſt ſecundo cap. *veram ex perfecto*, id eſt, quæ verè ſibi competit ex eo quod facit, *quoniam* ſcilicet *tradit primum lumen* fidei, *& eſt principium omnium diuinarum introductionum*, id eſt, actionum ducentium *in lumen* diuinum, vt dictum eſt. *Siquidem*, id eſt, certè, *omnibus hierarchicis commune eſt tradere ſanctam lucem*, ſcilicet gratiæ, *perficiendæ*, id eſt, recipientibus ſacramenta. *Sed hæc* teleta, ſcilicet baptiſmus, *primum donauit mihi videre* ſpiritualiter, *& per ipſum principale*, id eſt, primordiale *lumen eius luciducet*, id eſt, luceducat *in conſpectum*, id eſt, contuitum *aliorum ſacramentorum*: & ideò illuminatio ſpiritualiter vocatur, quia primò illuminat: ſimiliter Euchariſtia communio, quia complet communionem.

DVBIVM.

SED VIDETVR, quod baptiſmus non debeat dici ſpecialiter illuminatio: omnis enim gratia illuminat: omne ſacramentum nouæ legis confert gratiam: ergo omnia illuminant, & non hoc ſolum. D

2 Præterea, Philoſophus dicit, quòd oculi animalium, vltimò complentur, qui ſunt ſuſceptiui lucis: ſed hoc ſacramentum eſt primum: ergo debet dici illuminatio.

3 Præterea, Hoc ſacramentum dat eſſe ſpiritnale, vt ſuprà habitum eſt: ſed animal habet eſſe animal à tactu, non à viſu, iſte enim ſenſus eſt neceſſarius animali: ergo potius huic ſacramento nomen debet imponi ex eo quod conuenit tactui, quam ex eo quod conuenit viſui.

Solutio. Dicendum ad primum, quòd ordo eſt in ſacramentis ſicut in virtutibus: ſicut enim fides prima eſt virtus, & actus eius primus in accedendo ad Deum: ita & baptiſmus, cùm ſit ſacramentum fidei, in quo ſcilicet datur fides, habet propriè illuminare & primo propter fidem cui conuenit ratio luminis: & ideò ſpecialiter dicitur ſacramentum illuminationis, quamuis omnia illuminent.

Ad aliud dicendum, quòd aliter eſt proceſſus in perfectione quæ ſuſcipitur ab extrinſeco, & in perfectione quæ conſequitur naturam rei: quoniam in illis primum eſt eſſentia, & ab hac fluit potentia, & ex hac procedit actio: in perfectionibus autem quæ ſunt ab extrinſeco, oportet incipere ab actione, quia primum eſt obiectum quod infert actionem, & per actionem perficitur potentia, & per potentiam eſſentia: ſicut etiam dicimus, quòd quandoque eſt motus ab anima, & quandoque ad animam. Perfectio autem quæ acquiritur in ſacramentis, eſt ab extrinſeco: & ideò primum eſt actio, & poſt hanc potentia, & poſt eſſentia perfectionis particeps. Oportet autem vt recipiens extendat ſe in id à quo recipit perfectionem: primum autem dirigens eſt lumen: & propter hoc primum ſacramentum quod dat eſſe ſpirituale, debet denominari à lumine, quamuis hoc ſit vltimum in generatione naturali. Et ſimiliter dicendum ad tertium.

Hæc autem dicentes reſpiciemus & videbimus hierarchicè per ſingula diligentem ſanctiſſimæ teletæ actionem ſacram & contemplationem. 4.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde continuat procedens ad ſequentia, dicens: *Hac autem dicentes*, id eſt, his dictis, *reſpiciemus* inquirendo, *& videbimus* poſt inuentionem *hierarchicè*, id eſt, ſecundum principia hierarchiæ, *per ſingula*, id eſt, omnia conſiderando, *diligentem*, id eſt, decentem & ordinatam, *ſacram actionem* quantum ad ritum & ad prædicationem, *contemplationem* quantum ad ſignificationem *ſanctiſſimæ teleta*, id eſt, Euchariſtiæ.

MYSTERIVM *ſynaxis, id eſt, communionis.*

5. SVmmus quidem ſacerdos orationem ſacram ſuper diuinum altare perficiens, ex ipſo adolere inchoans, in omnem venit ſacri chori ambitum. Redienſque iterum ad diuinum altare, incipit ſacra Pſalmorum melodia, concinente ei pſalmificam ſacram orationem omni Eccleſiaſtica diſpoſitione. Deindè verò per miniſtros ipſa profeſſarum delrarum lectio conſequenter fit. Et poſt has foris fiunt ſacro ambitu catechumeni, & cum ipſis energumeni, & qui ſunt in pœnitentia. Manent autem diuinorum aſpectu & communicatione digni. Miniſtrorum verò alij quidem ſtant ad portas templi concluſas. Alij verò aliud quid proprij ordinis operantur. Alij autem miniſtratoria diſpoſitione diſcreti, cum ſacerdotibus ſuper diuinum altare proponunt ſacrum panem & benedictionis calicem, confeſſa ante ab omni Eccleſiæ plenitudine Catholica hymnologia. Cum quibus diuinus pontifex orationem ſacram perficit, & ſacram pacem omnibus promittit, & omnibus ſalutantibus inter ſeinuicem, myſtica ſacrorum voluminum prædicatio perficitur.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Summus quidem ſacerdos, &c.

HIc ponit ritum huius ſacramenti ſecundum maximam ſolemnitatem, qua Epiſcopus celebrat cum omni ornatu miniſtrorum. Et primò ponit ea quæ perficiuntur ante conſecrationem. Secundò ponit conſecrationem ipſam, & quæ conſequuntur, ibi, *Summus quidem ſacerdos*. Et ſciendum, quòd ponit ritum qui tunc temporis obſeruabatur, licet in aliquibus modo aliter obſeruetur. Litera ſic exponitur. *Summus quidem ſacerdos*, id eſt, Epiſcopus, *perficiens ſacram orationem ſuper diuinum altare*, ſicut quando dicit confeſſionem cum miniſtris, *inchoans adolere*, id eſt, thurificare, *ex ipſo* altari *venit in omnem ambitum*, id eſt, circuitum *ſacri chori* ad thurificandum. A

DVBIVM.

Sed qveritvr, quare baptiſmus incipiebatur prædicatione, & hoc ſacramentum à thurificatione? Et videtur primò, quod non debeat thurificare: quia odor ille videtur pertinere ad ſuauitatem Chriſti, cuius corpus necdum confectum eſt. B

Et dicendum, quòd baptiſmus datur illis qui ſunt extra Eccleſiam: ergo oportet, quòd baptiſmum præcedat vocatio per prædicationem. Hoc autem ſacramentum non datur niſi illis qui iam ſunt in Eccleſia: & ideò non oportet vt ante hoc ſacramentum fiat prædicatio: ſed oportet, vt excitentur ad deuotionem ſacramenti, in quo eſt Chriſtus: & hæc deuotio ſignificatur per thus, ſicut dicitur in Pſal. 140. Dirigatur Domine oratio mea, &c. Nec ſignificatur Chriſtus per hunc odorem, quia Chriſtus eſt maior omni odore.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde dicit: *Redienſque iterum* Epiſcopus à choro *ad diuinum altare, incipit* laudem diuinam cum *ſacra melodia pſalmorum*, incipiendo Tertiam, vel Gloria in excelſis, & hoc fit cum *diſpoſitione Eccleſiaſtica*, id eſt, cum toto clero, *concinente ei ſacram orationem Pſalmificam*, quia chorus proſequitur cantum. *Deinde fit conſequenter* poſt hæc *ipſa lectio delcarum profeſſarum*, in Græco eſt agiographa, id eſt, ex diuinis libris ſumpta, & hoc fit *per miniſtros*, id eſt, diaconos & ſubdiaconos & lectores, qui legunt epiſtolas, Euangelium, & prophetias: ſed quia ipſe conſueuit nominare miniſtros, ſolum diaconos, poſſumus dicere, quòd totum hoc & ſequentia faciunt diaconi per imperium, licet alij exequantur. *Et poſt has*, lectiones, *foris fiunt*, id eſt, expelluntur *ſacro ambitu*, id eſt, Eccleſia *catechumeni* inſtructi in fide, *& cum ipſis energumeni*, qui ſunt iam exorcizati, quibus non licet ſumere Euchariſtiam, quia nondum ſunt baptizati: *& qui ſunt in pœnitentia*, de nouo redeuntes à peccatis, vel qui faciebant ſolemnem pœnitentiam in cinere C

nere & cilicio, quia abſtinebant ad tempus propter reuerentiam ſacramenti.

DVBIVM.

Sed videtvr, quòd non debeant expelli: quia iſti magis indigent: ergo eſt eis magis ſubueniendum per ſacramenta.

2 Præterea, Matth. 9. Non eſt opus ſanis medico, ſed malè habentibus: ſed hoc ſacramentum eſt medicina: ergo ipſi infirmi ſpirituales, quales ſunt iſti, non debent excludi ab eo.

3 Præterea, Chriſtus increpat Petrum, quia dixit, Exi à me Domine, quia homo peccator ego ſum: imò, inquit, dicas, intra ad me, quia homo peccator ſum.

Et dicendum, quòd iſti indigent gratia & præſentia diuina per gratiam à qua non excluduntur, ſed excluduntur à receptione diuina, quæ eſt per participationem corporis Chriſti, propter reuerentiam: & hoc non eſt inconueniens. Et per hoc patet ſolutio ad totum.

EXPOSITIO TEXTVS.

E Deinde dicit. Iſtis excluſis, *autem*, id eſt, ſed, *manent* illi qui ſunt *digni aſpectu & communicatione diuinorum*: hoc ideò dicit, quia non omnes manent ad communicandum, ſed quidam ad videndum & ad adorandum corpus Chriſti. *Verò*, id eſt, ſed, *alij quidem miniſtrorum*, ſcilicet oſtiarij *ſtant ad portas templi concluſas*, prohibentes introitum immundis. *A ij vero* miniſtrorum *operantur aliud quid*, id eſt, aliquid *proprij ordinis*, ſicut acolyti portantes cereos. *Alij autem*, ſcilicet diaconi, *diſcreti*, id eſt, probabiles in vita, vel ſelecti, *miniſtratoria diſpoſitione*, id eſt, ad miniſtrandum, vel diuiſi veſtibus ſacris, ab alijs, ſimul *cum ſacerdotibus proponunt ſacrum panem*, conſecrandum in corpus Chriſti, *& calicem benedictionis ſuper diuinum altare, antè* tamen *confeſſa Catholica hymnologia*, id eſt, hymno fidei Catholicæ, ſcilicet ſymbolo Apoſtolorum, quod tunc erat tantum, *ab omni plenitudine Eccleſia*, id eſt, à tota Eccleſia. Ideò autem in hoc tantum ſacramento cantatur ſymbolum, quia maximè de eo requiritur fides, eò quod totum eſt ſupra rationem & circa ſenſum. *Cum quibus*, ſcilicet ſacerdotibus, *diuinus pontifex perficit ſacram orationem* dicendo, Per omnia ſecula ſeculorum, *& promittit ſacram pacem omnibus* dicendo, Per omnia ſecula ſeculorum, pax Domini ſit ſemper vobiſcum. *Et ſaluantibus*, id eſt, oſculantibus *omnibus inter ſe inuicem perficitur myſtica prælicatio ſacrorum voluminum*, id eſt, de ſacris libris, per quam excitantur ad fidem, & deuotionem ſacramenti. Ideò autem pax ſpiritualiter in hoc ſacramento datur: quia, vt dictum eſt, eſt ſacramentum communionis, quæ eſt per pacem.

DVBIVM.

F Sed videtvr, quòd non deberet dari ante conſecrationem, quia pax non datur eis qui non communicant loco communionis. Et præterea, pax noſtra eſt per Chriſtum.

Et dicendum, quòd promittit pacem ante conſecrationem, ſed promiſſam dat poſt ipſam conſecrationem. Vel poteſt dici, quòd dabatur tunc temporis vt præpararentur ad perceptionem vel conſpectum ſacramenti.

Et lauantibus manus ſummo ſacerdote & ſacerdotibus aqua, ſummus quidem ſacerdos in medio diuini altaris ſtat, circunſtant autem ſoli cum ſacerdotibus miniſtrorum ſelecti. Et ſacras diuinas actiones ſummus ſacerdos laudans, ſacrificat diuiniſſima, & ſub conſpectu ducit laudata, per ſacrè procumbentia ſymbola, & donationes diuinorum actuum oſtendens, in communionem eorum ſanctam ipſeque venit & alios adhortatur Accipiens verò & tradens diuinam communionem in Euchariſtiam ſacram definit. Multis quidem in ſola diuina ſymbola proſpicientibus, ipſo autem diuino ſpiritu ad ſancta perfectorum principia in beatis & intellectualibus ſpeculationibus hierarchicè in puritate deiformis habitus aſcendente. 6.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde dicit. *Et poſt hæc ſummo ſacerdote & alijs ſacerdotibus lauantibus manus aqua, ſummus quidem ſacerdos ſtat in medio diuini altaris, circunſtant autem* cum *ſoli ſelecti*, id eſt, præſtantiores de numero *miniſtrorum*, id eſt, diaconorum, *cum ſacerdotibus. Et* tunc *ſummus ſacerdos laudans diuinas ſacras actiones*, id eſt, cum laude dicens quomodo Chriſtus pridiè quam pateretur, accepit panem, &c. *ſacrificat diuiniſſima*, id eſt, corpus & ſanguinem Chriſti, *& ducit ſub conſpectu laudata*, id eſt, oſtendit omnibus conſecrata, *per ſymbola ſacrè procumbentia*, id eſt, velantia ſub ſpeciebus panis & vini, ſub quibus latet & corpus Chriſti verum & ſanguis, *& ſic oſtendens* populo *donationes diuinorum actuum*, id eſt, ſacramenta quæ diuina virtute agente donata ſunt nobis, *ipſe venit in ſanctam communionem eorum*, ſumendo corpus Chriſti, *& hortatur alios* ad communicandum. *Accipiens verò* ipſe *& tradens* alijs *diuinam communionem deſinit in ſacram Euchariſtiam*, ſacram gratiarum actionem, cum dicitur, Ite miſſa eſt, Deo gratias. *Multis quidem, &c.* Hic continuat ſe ad ſequentia, dicens: *Multis*, ſcilicet popularibus, *proſpicientibus* tantum *in diuina ſymbola*, vt pote qui eorum ſignificationem non capiunt, *ipſo autem*, id eſt, ſummo ſacerdote, ſanctè *aſcendente diuino ſpiritu*, id eſt, Spiritus ſancti ducta, *ad ſancta prius ipſa*, id eſt, A

ſignificata quæ ſunt principia in quæ tendunt ſigna, *perfectorum*, id eſt, quæ ſymbolicè ſunt in ſacramentis: & hæc *in beatis* ad finem & *intellectualibus ſpeculationibus hierarchicè deiformis habitus*, debet eſſe in pontifice, & ſecundum intellectum non admixtum phantaſticis opinionibus, & ſecundum affectum per ſeparationem à peccato ſcilicet ſanctè aſcendente & alijs proſpicientibus, deſinit.

THEORIA.

7. VEni ergo ô puer bone poſt imagines in ordine & ſacrè in deiformem principalium exemplorum veritatem. Illud in perfectis in coadunatam animarum ſuarum introductionem dicam, quomodo ſymbolorum varia & ſacra compoſitio non ſine intellectu eis ſubſiſtit, & non vſque ad ea quæ extra ſunt, apparens ſolummodo. Sacratiſſimi quidem enim eloquiorum cantus & lectiones doctrinam eis in virtute vitæ denunciant, & cum his perfectam corrumpentis malitiæ purgationem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Veni ergo ô puer bone, &c.

A IN parte iſta ponit intellectum ritus, quem circa communionem obſeruari dixerat, prout ſupra dictum eſt: quia ſpiritualia ſunt intellectus ſenſibilium ſymbolorum: & ideò pars hæc dicitur *theoria*, id eſt, intellectualis ſpeculatio, *ſynaxeos*, id eſt, communicans. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima ponit theoriam ritus communionis in communi. In ſecunda ſpecialius exponit ſignificationem vniuſcuiuſque eorum quæ in hoc ſacramento ſymbolicè aguntur, ibi, *Hæc igitur (vt dixi) in abditorum, &c.* Prima adhuc in duas. In prima inuitat ad ſpiritualem interpretationem eorum quæ dicta ſunt. In ſecunda exponit in communi, ibi, *Sacratiſſimi quidem.* Litera ſic exponatur. Dixi, quòd oportet Epiſcopum aſcendere ad intellectuales operationes: quia ergo tu es Epiſcopus *ô bone puer*, ſcilicet Timothee, quem puerum vocat propter puritatem, vel quia diſcipulus eius erat, dum eum in hoc opere inſtruebat, *veni* per intellectum *in deiformem veritatem*, quæ eſt figuratum *exemplorum*, id eſt, ſymbolorum quæ ſenſibiliter per modum exempli exponunt, *principalium*, id eſt, quæ decent principale ſacramentum, & hoc *in ordine*, id eſt, ordinatè, *poſt imagines*, id eſt, ſymbola cognita, & *ſacrè*, id eſt, in ſenſibilibus ſacra quærendo: ſed *dicam illud perfectis*, id eſt, qui perficiuntur: alia tranſlatio, *adhuc perficiendis: quomodo ſymbolorum varia compoſitio & ſacra, non ſubſiſtit eis*, id eſt, ad vtilitates eorum, *ſine intellectu*, id eſt, ſine cognitione ſpiritualium, quam ſupra dixit intellectum & ſcientiam horum, *& non* eſt *apparens ſolummodo vſque ad ea quæ extra ſunt*, id eſt, ſenſibilia, id eſt, apparet non tamen ſenſui, ſicut dico, ſubſiſtit & apparet *in introductionem animarum ſuarum*, id eſt, perficiendorum ad ſpiritualium contemplationem. *Sacratiſſimi quidem, &c.* Hic in communi dicit theoriam eorum quæ circa hoc ſacramentum aguntur, & primò eorum quæ aguntur ante conſecrationem. Secundò ipſius conſectatæ iam communionis, ibi, *Diuiniſſima autem, &c.* Litera ſic exponitur, iſta non non apparet ſolum, & hoc ad extra. *Enim*, id eſt, quia *ſacratiſſimi quidem cantus, & lectiones* altorum *eloquiorum*, id eſt, ex ſacra ſcriptura ſumptæ, quæ in principio *denuntiant eis*, ſcilicet perficiendis, *doctrinam vitæ* quæ eſt *in virtute*, *& ſimiliter cum his denuntiant perfectam purgationem malitia*, id eſt, à malitia, *corrumpentis*: docent enim illi cantus & lectiones fugere vitia & ſequi virtutes.

DVBIVM.

SED CVM hoc melius poſſit fieri per prædicationem quam per cantum, videtur quod deberet potius præmitti prædicatio quam cantus. B

2 Preterea, Philoſophus dicit, quòd doctrina moralis habet tantum virtutem perſuaſiuam, & propter hoc non ſufficit ad bene operandum, ſed oportet ſuperaddi leges quæ habent virtutem coactiuam: ergo deberent potius aliquæ leges recitari, quam talis doctrina moralis.

3 Præterea quæritur, quare tantum talis inſtructio inducitur?

4 Præterea, Malitia non videtur corrumpere, ſed eſſe ipſa corruptio: quia cum ſit priuatio, non poteſt agere: ergo malè dixit, malitiæ corrumpentis.

Et dicendum ad primum, quòd prædicatio debetur eis qui longè ſunt vt vocentur, qui non pertinent ad hoc ſacramentum, ſed cantus illis qui intra ſunt, quibus non eſt neceſſaria prædicatio niſi ad conſolationem: & ideò potius ſunt excitandi ad deuotionem ſacramenti per huiuſmodi deuotas lectiones & cantus, quam prædicandum ſit eis.

Ad ſecundum dicendum, quòd coactio diminuit rationem meriti, eò quod Deus quærit in nobis voluntarium obſequium: & ideò conuenientius ponuntur exhortationes quam coactiuę leges, quamuis in ciuilibus oporteat ſic fieri, quia legiſlator intendit, quocumque modo poteſt retrahere à vitiis, vt conſeruetur bonum commune.

Ad tertium dicendum, quòd doctrina admiſcetur cum cantu, vt non tantum veritas perueniat ad intellectum, ſed vt cantus excitet affectum ad deuotionem, ſicut dicit Auguſtinus de ſe in 9. confeſſionum: Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas in cor, & fluebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis. Cap. 7.

Ad quartum dicendum, quòd malitia non habet

habet virtutem corrumpendi niſi ex bono in quo eſt: vnde debet concretiuè intelligi malitia pro malo.

8. Diuiniſſima autem vnius & eiuſdem & panis & calicis communio, & pacifica traditio, ſimilem conuerſationem eis diuinam tanquam ſimiliter edentibus promulgat, & diuiniſſimam cœnam & principale ſymbolum perfectorum in memoriam ſacram ducit, iuxta quod & ſymbolorum ipſe conditor partitur ſanctiſſimè, non ſanctè ei & vnimodè ſacra concœnantem, docens facilè ſimul & deiformiter quomodo ipſa iuxta habitum vera in diuina aſſumptio ad ſimilitudinem eorum communionem ipſis aduenientibus donat.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde dicit theoriam ipſius communionis. *Diuiniſſima autem communio vnius & eiuſdem & panis*, ſcilicet corporis Chriſti, *& traditio pacifica*, id eſt, pacem faciens, per traditionem huius ſacramenti fit pax in nobis: vel *traditio pacifica*, quia ſcilicet ſibi in cœna pacem dant fideles in Eccleſia, *promulgat*, id eſt, oſtendit *eis*, ſcilicet perfectis, *ſimilem diuinam conuerſationem tanquam ſimiliter edentibus*, id eſt, ex hoc quod ſimiliter edunt corpus Chriſti in ſacramento. *Et ducit in memoriam, diuiniſſimam cœnam*, ſcilicet Chriſti cum diſcipulis, *& principale*, id eſt, primo inſtitutum *ſymbolum perfectorum*, id eſt, ſignum ſacramentale, quo perficiuntur. *Et docens facile*, id eſt, aptè *ſimul* cum hoc, & *deiformiter* cum hoc *quomodo ipſa aſſumptio in diuina*, quæ fit per ſumptionem Euchariſtiæ, *vera*, quia ipſe Deus ſumitur, non aliqua gratia, vt in aliis ſacramentis, non enim corporaliter, ſed *iuxta habitum*, id eſt, ſecundum cognitionem & affectum, *donat communionem* diuinorum *ipſis aduenientibus* ad ſe, *ad ſimilitudinem eorum*, quia peccantibus eſt in condemnationem, iuſtis in ſanctificationem. & hoc dicit, *iuxta quod & ipſe conditor ſymbolorum*, ſcilicet Ieſus, *ſanctiſſimè partitur*, id eſt, ſegregat ab aliis *concœnantem ei*, id eſt, Iudam, *non ſanctè & vnimodè* cum aliis, vnde poſt buccellam intrat in eum ſathanas, ſed Ioannes Euangeliſta recubuit ſuper pectus. Alia tranſlatio ſic habet: *quemmodum & ipſe ſignorum creator ſegregat iuſtiſſimè, non ſanctè & vno victu cum ipſo ſancta cœnantem.* Sic igitur communio tria ſignificat, concordiam vitæ, cœnam Chriſti, & diſcretionem ſumentium.

DVBIVM.

B Sed videtur, quòd non faciat pacem: pax enim eſt ad alterum, edulium autem dicit refectionem in ipſo: cum igitur in hoc ſacramento ſit ſpirituale edulium, non videtur facere pacem, ſed refectionem.

2 Præterea, Non omnium ſanctorum conuerſatio eſt ſimilis: vnus enim non eſt ſimilis alteri, ſicut cantatur de confeſſoribus, Non eſt inuentus ſimilis illi: ergo videtur, quod non faciat ſimilem conuerſationem.

3 Præterea, Hoc ſacramentum datur in publico, & non debet aliquis accedens repelli: ergo videtur, quòd diſcretio ſumentium non pertineat ad hoc ſacramentum.

Ad primum dicendum, quòd hoc ſacramen- poteſt dupliciter conſiderari, aut quantum ad oblatum ipſum, & ſic cum ſit in forma cibi non conuenit ei facere niſi refectionem ſpiritualem: ſecundum verò quod eſt in actu offerendi, eſt eius ſignificare & facere pacem: quare & communicatur à tota Eccleſia, & offertur pro pace, ſecundum quod dicitur in leuiticis multoties hoſtia pacifica.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet omnes ſancti non ſint ſimiles in conuerſatione quantum ad actus ipſos, ſunt tamen ſimiles quantum ad formam operationis quæ eſt charitas, ſecundum quam ſunt ſimiles etiam contraria operantes: & talis concordia ſignificatur per hoc ſacramentum vnionis.

Ad tertium dicendum, quòd diſcretio eſt referenda ad effectum ſacramenti, qui differt in bonis, in quibus eſt ad augmentum gratiæ, & in malis, in quibus eſt ad augmentum culpæ.

Hæc igitur, vt dixi, in abditorum atria bene deſcripta imperfectis adhuc ad contemplationem ſufficientem relinquentes, intremus à cauſalibus in cauſas iuxta ſacram noſtram ſynaxim, & decoram inuiſibilium Ieſu luciduco videbimus theoriam beatam declarantem manifeſtè principalium formarum pulchritudinem. Sed diuiniſſima & ſacra teleta circumpoſita tibi ſymbolicè veſtimenta ænigmatum reuelans nobis, ſplendidè manifeſtare, & intellectuales noſtros vultus vniformi & non velato lumine reple. Oportet igitur nos intus adeſſe ſacratiſſimorumque inuiſibile primi agalmatum denudantes in deiformem eius pulchritudinem intendere. 9.

***

DIVISIO ET expoſitio textus.

Hæc igitur, vt dixi, &c.

A HIc in ſpeciali oſtendit theoriam omnium eorum quæ aguntur circa hoc ſacramentum: & diuidit in partes duas. Primò enim ponit theoriam eorum quæ ante conſecrationem aguntur. Secundò eorum quæ in conſecratione, & deinceps, ibi, *Hæc autem ea quæ dicta ſunt, &c.* Prima in duas. Primò dicit de quo eſt intentio. Secundò exequitur, ibi, *Et ſummum ſacerdotem, &c.* In prima tria facit. Primò enim dicit de quo eſt intentio. Secundò inuocat Chriſti auxilium, ibi, *Sed diuiniſſima.* Tertiò reddit auditorem attentum, ibi, *Oportet igitur, &c.* Litera ſic exponitur. *Igitur* (*vt* ſupra *dixi*) quòd multi ſola ſymbola proſpiciunt, nos *relinquentes imperfectis adhuc ad contemplationem ſufficientem* huius ſacramenti, *hæc* ſymbola *bene deſcripta in atria abditorum*, id eſt, occultorum ſpiritualium vt ſunt contentiua, ſicut atrium domum circumdat: vel hoc dicit propter poſitam expoſitionem, quæ eſt quaſi oſtium ante atrium occultorum, quæ poſt conſideranda ſunt: nos dico, *relinquentes, intremus à cauſalibus*, id eſt, ſymbolis quæ ſunt cauſæ per modum ducendi in ſpiritualia, *in cauſas*, id eſt, ſpiritualia, quæ ſunt cauſæ finales ſymbolorum, *iuxta ſacram noſtram ſynaxim*, id eſt communionem, & ſic intrantes *Ieſu luciduce*, id eſt, per ſuam lucem nos ducente, *videbimus beatam theoriam*, id eſt, contemplationem *inuiſibilium* exteriori viſu: hanc dico, *manifeſtè declarantem pulchritudinem*, id eſt, decentiam *principalium formarum*, id eſt, ſymbolorum principalis ſacramenti, *ſed* ô Ieſu qui es *diuiniſſima & ſacra teleta*, id eſt, conſummatio, vel quia in hoc ſacramento continetur totus, *manifeſtare*, id eſt, manifeſta te *nobis ſplendidè*, id eſt, ſine velamine, *reuelans veſtimenta ænigmatum*, id eſt, ſpecies ſenſibiles, *circumpoſita tibi ſymbolicè*, ad modum veſtimenti, *& reple noſtros intellectuales viſus vniformi & non velato tuo lumine. Igitur* ô Timothee, ex quo hoc tam altum eſt, quod dicendum eſt, *oportet nos adeſſe intus* per intellectualem contemplationem & attentionem retrahentem nos à ſimilibus, *quæ*, pro & nos *denudantes inuiſibile primi*, id eſt, digniſſimi de numero *ſacratiſſimorum agalmatum*, id eſt, imaginum expreſsè & cum lætitia repræſentantium, id eſt, ſymbolorum ſacramentalium, *oportet intendere in deiformem pulchritudinem eius*, ſcilicet inuiſibiles ſpecies.

DVBIVM.

B SECVNDATVR malè dicere circumpoſita ſibi veſtimenta: quod enim circumponitur alteri, eſt in illo: ſed ſpecies ſenſibiles non ſunt in corpore Chriſti: ergo non ſunt circumpoſita.

2 Præterea, Habitus eſt in veſtito: cum ergo ſpecies non ſint in corpore, non debent dici veſtimenta eius.

3 Præterea, In hoc ſacramento inuocatur id quod continetur in ipſo, & non in aliis.

Solutio. Dicendum, quòd accidentia illa non poſſunt eſſe in corpore Chriſti: quia ducerent in ipſum ſicut in ſubiectum: & hoc non poteſt eſſe: quia repugnat glorificationi eius. Similiter etiam non poſſunt eſſe in alio corpore: quia non ducerent niſi in illud: & ideo congruè ſunt in nullo: ſic enim ducunt in corpus Chriſti ſicut ſigna in ſignatum ſecundùm proportiones ad actus proprios & propter hoc dicuntur circumponi & veſtimenta eſſe, quia per modum ſignorum ponuntur circa ipſum, & per ea occultatur. Et per hoc patet ad duo prima.

Ad tertium dicendum, quòd res contenta in hoc ſacramento debet inuocari: quia eſt ipſe Chriſtus Deus & homo: in aliis autem non eſt, ſed quædam gratia tantum.

Et ſummum ſacerdotem diuinitus videre à diuino altari vſque ad extrema templi, cum ſuaui odore venientem, & iterum in ipſo perfectiuè reſidentem. Ipſa enim ſuper omnia diuina beatitudo, etſi bonitate diuina proueniat in participantium ſua ſacra communionem, ſed non extra per ſubſtantiam immutabilem ſtatum & collocationem efficitur, & omnibus deiformibus proportionaliter illucendo, circa ſemetipſam verè exiſtit, & à propria omninò non tranſmutatur immutabilitate. Similiter diuina ſynaxeos teleta, etſi ſingulare & ſimplex habeat & complicitum principium, in ſacram varietatem ſymbolorum humanitus multiplicatur, & vſque ad omnem implet hierarchicam imaginum deſcriptionem. Sed vniformiter ex his iterum in propriam vnitatem colligitur, & vnificat in ſe ſacrè reductos. 10.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Et ſummum ſacerdotem, &c.

HIc incipit exponere ea quæ aguntur ante conſecrationem, & primò thurificationem, ſecundò Pſalmorum orationem, ibi, *Pſalmorum, &c.* tertiò quorundam excluſionem, ibi, *Horum alij, &c.* Circa primum duo facit. Primò ponit id cuius theoria quærenda. Secundò aſſignat triplicem eius theoriam, ibi, *Ipſa enim, &c.* Litera ſic exponitur. Et oportet *videre ſummum ſacerdotem diuinitus*, id eſt, ad ſimilitudinem Dei *venientem cum ſuaui odore à diuino altari* A

vſque

vſque ad extrema templi omnes thuriſicando, *&* ipſum *iterum reſidentem in ipſo*, ſcilicet altari *perfectiuè*, id eſt, perficientem ſacramenta. *Ipſa enim, &c.* Hic ponit triplicem eius theoriam Prima eſt ex parte eius cui offertur, qui omnia implet in ſeipſo manens. Secunda ex parte ipſius ſacramenti quod offertur: quia corpus Chriſti vnum in ſe, eſt in diuerſis ſymbolis, ibi, *Similiter diuina.* Tertia ex parte offerentis qui condeſcendens aliis in diuerſis figuris, ipſe manet in vniformi intellectu diuino, ibi, *Iuxta hunc autem deiformem, &c.* Litera ſic exponitur. Venientem, dico, diuinitus: *enim*, id eſt, quia *ipſa diuina beatitudo* quæ eſt *ſuper omnia, etſi*, id eſt, quamuis *proueniat in communionem participantium ſua ſacra, bonitate diuinâ* ſua inclinante in hoc, *ſed tamen non efficitur extra ſtatum*, id eſt, quietem, *& collocationem*, id eſt, firmam ſubſiſtentiam, *per*, id eſt, propter *ſuam beatam immutabilitatem: &* ipſa *illucendo proportionaliter omnibus deiformibus* per dona ab ipſa ſuſcepta, *verè*, id eſt, ſubſtantialiter *exiſtit circa ſeipſam*, nulli per eſſentiam mixta, *& omninò non*, id eſt, nullo modo *tranſmutatur à propria immutabilitate. Similiter diuina teleta ſynaxeos*, id eſt, communionis, *etſi*, id eſt, quamuis *habeat principium*, id eſt, contentum & ſignatum ſupernaturale (ſecundum quod ſupra dixit) *principium*, id eſt, Chriſtum, *ſingulare*, id eſt, diminiſſimum in ſe manens, *& ſimplex*, id eſt, non multiplicatum, *& complicitum*, id eſt, concluſum intra ſe, tamen *humaniter*, id aſt, clementer vel ſecundum formam humanam *multiplicatur in ſacram varietatem ſymbolorum*, id eſt, ſpecierum, *& implet hierarchicam deſcriptionem*, id eſt, figurationem *imaginum*, id eſt, ſpecierum, *vſque ad omnem*, id eſt, quamuis ipſe Chriſtus ſit vnus, in omnibus tamen ſpeciebus quæ conſecrantur, verè eſt. *Sed ex his* ſymbolis *iterum colligitur vniformiter in propriam vnitatem*, ſecundum quod ipſe manet *in cælo*, id eſt, propriam vnitatem nunquam deſerit, *vnificat reductos in ſe ſacrè*, id eſt, per ſacra.

DVBIVM.

B Sed videtvr, quòd Chriſtus non ſit in pluribus ſymbolis: quod enim eſt in pluribus non modo ſecundum eſſentiam, ſed etiam ſecundum eſſe, variatur in pluribus & ſecundum plura: ſed Chriſtus ſecundum ſuum eſſe eſt in omnibus ſymbolis: ergo videtur, quòd varietur ſecundum illa, quod eſt inconueniens.

2 Præterea videtur, quòd non ſit vnum ſacramentum quod ſumitur ab omnibus: ſacramentum enim eſt viſibile ſignum, vt dicit Hugo de ſancto Victore: ſed ſpecies ſenſibiles ſunt plures: ergo videtur, quòd ſacramenta ſint plura.

3 Præterea quæritur, quare hoc ſacramentum ſumitur in duplici ſpecie?

Solutio. Dicendum ad primum, quòd corpori Chriſti non conuenit eſſe in pluribus ſacramentaliter ſecundum vnionem ad diuinam naturam, neque inquantum eſt glorificatum, ſed inquantum eſt cibus ſpiritualis: & ideò eſt in omnibus ſpeciebus ſignificantibus ſpiritualiter refectionem, vbicunque conſecrentur, & eſt in omnibus ſecundum ſuum verum eſſe: non tamen oportet, quod varietur ſecundum illa niſi eſſe ſuum eſſet eſſe illorum, ſicu idem eſt eſſe vniuerſalis & particularis: hoc autem non eſt: & ideò eſſe in pluribus ſpeciebus eſt vnum ſimpliciter.

Ad ſecundum dicendum, quòd eſt tantum vnum ſacramentum numero vltima vnitate ab eo quod eſt res & ſacramentum, ſcilicet corpus Chriſti: & hoc eſt quod eſt ſacramentum principaliter, & eſt viſibile in aliis, ſcilicet ſpeciebus, licet non in ſe, ſicut etiam character: id autem quod eſt tantum res, eſt aliquid tantum ſacramenti, tamen de eſſentia ſacramenti: & ſimiliter quod eſt ſacramentum tantum, eſt aliquid ſacramenti, tamen de eſſentia ſacramenti, non tamen principale in ſacramento; & ideò ex his non multiplicatur ſacramentum.

Ad tertium dicendum, quòd ſacramentum hoc ſumitur propter refectionem, & propter hoc eſt ſpecies panis: & iterum propter redemptionem quæ eſt in ſanguine Chriſti, & ideò eſt ſpecies vini. Iterum in refectione corporali ſunt duo, ſcilicet cibus, & id quod ducit cibum per membra, & hoc eſt potus. Similiter Chriſtus ſpiritualiter eſt cibus reficiens, & diſtribuit etiam nutrimentum per corpus myſticum totum: & ideò debuit ſumi ſub ſpeciebus cibi & potus.

Iuxta hunc autem deiformem 11.
modum diuinus ſummus ſacerdos etſi vnitam ſuæ hierarchiæ diſciplinam deiformiter in ſubiectos deducit ſacrorum ænigmatum pluralitatibus vtens: ſed iterum tanquam abſolutus & minoribus immenſurabilis in proprium principium indiminutè reſtituitur, & in vnum ſuum intellectualem faciens introitum, videt purè perfectorum vniformes rationes, in ſecunda humanæ proceſſionis ſummum, in prima diuiniorem conuerſionem faciens. Pſalmorum autem ſacra oratio conueniens omnibus hierarchicis ferè myſteriis, nonne futurum eſt explicari omnium ſummo ſacerdotaliſſimo? Omnis quidem enim ſacra & agiographos deltos, aut ex Deo exiſtentium generalem ſubſiſtentiam, aut diſpoſitionem, aut legalem hierarchiam & conuerſationem, aut diuini populi hæreditatum diſtributiones & habitationes, aut iudicum ſacrorum, aut regum ſapientum, aut ſacerdotum

diuinorum

diuinorum intelligentiam, aut veterum virorum in varietate & multitudine anxietatum immutabilem in patientia philoſophiam, aut actionum ſapientes ſynagogas, aut diuinorum amorum cantica & diuinas imagines, aut propheticas futurorum prædicationes, aut viriles Ieſu diuinas actiones, aut ipſorum diſcipulorum Deo traditas, & Dei imitatorias conuerſationes, & ſacras doctrinas, aut occultam & myſticam viſionem ipſorum diſcipulorum dilectiſſimi, & diuini ac mirabilis ſupermundanã Ieſu theologiam ad deificationem opportunis narrauit, & ſacris teletarum deiformibus anagogis corradicauit.

DIVISIO ET expoſitio textus.

A Deinde ponit tertiã theoriam dicens: *Iuxta nunc deiformem modum* quem vidimus in Deo & in ſacramento, *diuinus ſummus ſacerdos eſſi*, id eſt, quamuis *diſciplinam ſuæ hierarchiæ vnitam in ſe*, id eſt, prout eſt in ipſo *deiformiter*, id eſt, ad ſimilitudinẽ Dei *deducit in ſubiectos* ſibi *vtens pluralitatibus ſacramentorum*, id eſt, particularum, ſecundum quod diuerſa diuerſis competunt: *ſed tamen iterum indiminutè reſtituitur in proprium principium*, id eſt, ſpirituale ſignatum, *tanquam abſolutus*, id eſt, liber ab imperfectione perficiendi & recipiendi per ſymbola, *& immenſurabilis minoribus*, id eſt, inferioribus, id eſt, excellens menſuram intellectus eorum, *& faciens ſuum intellectualem introitum in vnum*, ſcilicet Deum, *videt purè*, id eſt, ſine admixtione imaginum *vniformes rationes*, id eſt, ſignificationes *perfectorum* in ſacramentis, rationes, dico, *faciens conuerſionem in prima*, id eſt, in ſuperiora *diuiniorem* ea quæ eſt per ſymbola: has, dico, rationes *ſummorum*, id eſt, vltimum finem *humana*, id eſt, elementis *proceſſionis* ſuæ *in ſecunda*, id eſt, in inferiora.

B *Pſalmorum autem, &c.* Hic ponit rationem quare cantantur Pſalmi in hoc ſacramento, & eſt, quia Pſalterium continet omnem aliam diuinam ſcripturam. Primò ergo dicit continentiam librorum totius ſacræ Scripturæ canonis præter Pſalterium. Secundò ponit continentiam Pſalterij quod continet totum, ibi, *Diuinorum autem cantuum, &c.* Primò concludit propoſitum, ibi, *Cum igitur continua, &c.* Litera autem ſic exponatur. *Sacra autem oratio Pſalmorum conueniens ferè omnibus hierarchicis myſterijs*, id eſt, ſacramentis, *non eſt futurum*, id eſt, conſequens *eſt omnium explicari in ſummo ſacerdotaliſſimo*, id eſt, in digniſſimo ſacramento omnium ſacramentorum. Alia tranſlatio ſic habet: *Pſalmorum autem decantatio coexiſtens omnibus ferè hierarchicis myſterijs, non debuit ſuſpendi ab omnium principaliſſimo. Omnis enim quidem ſacra & agiographos deltos*, id eſt, diuina Scriptura, vel liber diuinus (ſunt enim nominati breuiter) *corradicauit*, id eſt, quaſi fundamẽtum & radicem poſuit, *aut generalem ſubſiſtentiam* rerum omnium *exiſtentium ex Deo* in Geneſi, *aut diſpoſitionem*, aut in Exodo & Leui. & Deut. *hierarchiam legalem* quantum ad ceremonialia, *& conuerſationem*, quantum ad moralia, *aut* in Num. & Ioſue *diſtributiones hæreditatum diuini populi*, ſcilicet Iſraelitici, *& habitationes* eius in locis iam diſtributis, *aut intelligentiam ſacrorum iudicum*, in libro Iudicum, *aut ſapientum Regum*, in libro Regum, *aut diuinorum ſacerdotum* in libro Eſdræ, *aut immutabilem in patientia* (duæ dictiones) *philoſophiam*, id eſt, ſapientiam, *aut veterũ virorum*, id eſt, Iob & Tobiæ, *in varietate*, id eſt, mutatione fortunæ *& multitudine anxietatum*, id eſt, tribulationum quantum ad librum Iob & Tobiæ & Iudith & Eſther, *aut ſapientes ſynagogas*, id eſt, congregationibus factas doctrinas *actionum* quantum ad Prouerbia & Eccleſiaſten, *aut cantica diuinorum amorum* in Canticis canticorum, *& diuinas imaginationes*, quibus in eodem libro Chriſtus deſcribitur in figura ſponſi, *aut propheticas prædicationes futurorum*, quantum ad duodecim Prophetas minores & quatuor maiores, *aut diuinas actiones Ieſu viriles*, quas in natura humana exercuit, in quatuor Euangelijs, *aut conuerſationes ipſorum diſcipulorum* Chriſti *traditas à Deo, & Dei imitatorias*, id eſt, in quibus Deum imitati ſunt, in Actibus Apoſtolorum, *& etiam ſacras doctrinas* eorum, in epiſtolis canonicis & epiſtolis Pauli, *aut occultam & myſticam*, id eſt, ſymbolicè traditam *viſionem* Ioannis Euangeliſtæ *dilectiſſimi ipſorum diſcipulorum*, id eſt, inter omnes diſcipulos à Chriſto, *& ipſius*, dico, *diuini ac mirabilis, qui narrauit ſupermundanam theoriam Ieſu* figuris *opportunis*, id eſt, congruis vt *ad deificationem* ducamur, & *corradicauit hanc Theologiam ſacris & deiformibus anagogis*, id eſt, ſurſum ductionibus *teletarum*, id eſt, eorum quæ in ſacramentis aguntur.

Diuinorum autem cantuum ſacra Scriptura intentionem habens & Theologias & diuinas actiones omnes hymnizare, & diuinorum virorum ſacras orationes & ſacrificationes laudare, vniuerſalem facit diuinorum cantum, & narrationem ad totius hierarchiæ teletæ ſuſceptionem & traditionem, habitum pulchrum efficiens diuinitus eam pſallentibus. 12.

Cum igitur continua ſacratiſſimorum hymnologia animales noſtros habitus coadunare diſpoſuerit 13.

ad

ad paululum ſacrificia exponenda, & diuinorum cantuum conſonantia ad diuina & noſmetipſos & inter nos inuicem conſenſum, vt vna & confeſſa ſacrorum regione promulgauerit, coordinata, & coadumbrata magis in intellectuali Pſalmorum pſalmodia per plures & apertiores imagines & prædicationes inueniuntur ſacratiſſimis profeſſarum conſtructionum lectionibus, in his aſpiciens, ſacrè videbit vniformiter vnam inſpirationem, vt ab vno diuino ſpiritu concluſam. Vnde pulchrè in mundo poſt antiquiorem traditionem Nouum Teſtamentum prædicatur, diuina etiam hierarchica ordinatione, illud, vt æſtimo, declarante, quomodo quidem ipſa dixit futuras Ieſu diuinas operationes, hoc verò perfecit: & quomodo quidem illa in imaginibus veritatem ſcripſit, hoc verò præſentem demonſtrauit. Illius enim prædicationibus, hoc per ſeipſam perfecta operatione veritatem cognouit. Et eſt Theologiæ diuina operatio, conſummatio.

14. Harum alij quidem non circumtubicinantes vniuerſaliter ſacrum teletarum, neque imagines vident, impudenter negantes ſalutarem diuinæ generationis doctrinam, & eloquiis perditè reſpondentes, Vias tuas ſcire nolumus Catechumenos energumenoſque & eos qui ſunt in pœnitentia, ſanctæ hierarchiæ lex permittit quidem audire pſalmicam ſacram orationem, & diuinam ſanctiſſimarum ſcripturarum lectionem. Iterumque deinde ad ſacrificationes & contemplationes non vocat tales, ſed perfectos perfectorum oculos. Eſt enim deiformis hierarchia iuſtitiæ ſacrè plena, & iuxta dignitatem vnicuique ſalutariter deſcribit compactam vniuſcuiuſque diuinorum participationem in commenſuratione & analogia ſecundum tempus ſacrè donans.

Vltimus igitur catechumenis diſtribuitur ordo: ſunt enim expertes & indocti omnis hierarchicæ perfectionis, neque iuxta diuinam comprobationem, diuinam habentes ſubſiſtentiam, ſed adhuc paternis eloquiis obſtetricati, & adhuc talibus formis informati ad eam ex diuina generatione primo vitalem & poſt illuminantem & beatam acceſſionem, tanquam imperfecti & informes proiecti, ſecundum carnem infantes propria obſtetricatione, velut obcæcati & abortiui, non genitalem, & non vitalem, & non illuminatum in terra caſum habebunt. Et nonne quidam ſapientium benè dicit, ad manifeſtum reſpiciens lumen, eos pręgrauari tenebris à vulua alienatos? Dicet enim fortaſſis corporum diſciplina ad hos, quæ eſt medicina, lumen operari in capacibus lucis. Sic & ſacrorum ſapientiſſima diſciplina, primò quidem eos formatiuorum & viuificatiuorum eloquiorum introductiuo alimento obſtetricat: perficiens autem antè diuina generatione eorum ſubſtantiam, dat ſalutariter eis in ordine ad lumen deiformem & perfectiuam communionem. Nunc autem tanquam ab imperfectis ſeparat perfecta, & bono ornatui ſacrorum prouidens, & catechumenorum in deiformi hierarchicorum ordine obſtetricationi & vitæ. 15.

Energumenum autem multitudo immunda quidem & ipſa, ſecunda verò ſurſum verſus catechumenum eſt extremitate. Neque enim æquale eſt, vt æſtimo, vniuerſaliter 16.

uerſaliter indocto & diuinarum teletarum ſummè non communicanti, quod participationem quandam ſacratiſſimarum habet conſummationum. Eſt autem contrarius aut poteſtatibus aut perturbationibus informatum. Sed & ab eis ſacratiſſimorum diuina communicatio corripitur valdè meritò. Sed eſt enim verè vt vniuerſaliter diuinus vir diuinis dignus ad ſuæ deiformitatis ſummum in perfectiſſimis & conſummatiuis deificationibus aſcendens: nec quæ carnis ſunt, operabitur præter naturæ valdè neceſſaria, vt hæc vtpote annullatim, templum autem ſimul & conſequens, in ſua ſublimiſsima deificatione diuini ſpiritus erit, ſimile in ſi nili collocans. Non fortaſsis talis aliquando à contrariis patietur phantaſiis aut erroribus: deridebit autem hæc, & cum aduenientibus luctabitur & perſequetur & operabitur magis quam patietur. Et adhuc proprio habitu in patiente & non indigente, & aliis medicus videbitur talium operationum.

17. Æſtimo autem ego magis aut apertè ſcio, hierarchicorum puriſſima diſcretio pro talibus nouit energumenum, per pollutiſſimam operationem, quicunque à deiformi diſcedunt vita, & conſentientes & ſimiliter conuerſantes perditis fiunt dæmonibus. Verè quidem exiſtentia & immortaliter creata, & æternaliter delectata per extremam & ſibimet pernicioſam inſipientiam auertentes, materialem verò & multum paſſibilem alienationem & perditas & corrumpentes delicias, & infirmam in alienis non exiſtentem: ſed opinabilem delectationem concupiſcentes & operantes. Primi ergo ipſi & potius illis à miniſtro diſcretiua voce ſegregantur. Non enim iuſtum eſt eis alterius cuiuſdam ſacri participare quam eloquiorum conuerſoriæ ad meliora doctrinæ. Ea enim diuinorum ſupermundanè ſacrificatio ab his qui ſunt in pœnitentia, & ad eam iam venientibus abſconditur, non omninò ad ſacratiſſimum admittens. Appellat verò & hæc caſtiſſimè, quia in aliquo ad deiformitatis ſummum imperfectè infirmantibus inuiſibilis vado & non communicabilis. Abigit enim per omnia clatiſſima vox non valentes coniungi diuinorum dignè communicationibus, multò magis paſſibiliter energumenum multitudo immunda erit, & omni alienata ſacrorum inſpectione & communicatione. Deinde diuino fiunt foris templo, & ſuperexcellenti eos ſacrificio teletarum indocti & imperfecti, & cum ipſis à ſacra appoſitaræ vita conſequenterque his aduerſus contrariorum & vincula & phantaſias propter infirmitatem benè patientes, quippe non peruenientes ad diuina per corroborarium & non indigentem contuitum in deiformis habitus incommutabile & actiuum. Deinde cum ipſis contraria quidem recedentes vita, nondum autem & phantaſiis eius habitu & amore diuino & claro purgati. Et poſt hos qui non omnimodo vniformes, & legaliter dicendum, immaculati & incontaminati ſunt perfectiſſimè.

Sanctiſſimi tunc ſanctiſſimorum ſanctificatores, & contemplationis amatores ſanctiſſimam teletam ſanctè & decenter inſpicientes laudant hymnologia Catholica beneficum & bonorum largiens principium ſubintroducentes ſalutares nobis reuelatæ ſunt teletæ ſanctam perfectorum deificationem ſacrificantes. 18.

tes. Hymnum autem hunc alij quidam hymnologiam vocant. Alij autem religionis ſymbolum. Alij verò, vt æſtimo diuinius, hierarchicam Euchariſtiam tanquam comprehenſiuam hymnos diuinitus præuenientium ſacrorum donorum. Videtur enim mihi laudandorum omnium diuinorum operum actionem circa nos fieri, eſſentiam quidem noſtram & vitam & deiformiter ſubſtituens, & principalibus exemplis & pulchris deiforme noſtrum formans, & diuinioris habitus & renouationis in participatione conſtituens, ſegregans autem ex negligentia ingenitam nobis ſolitudinem diuinorum, reficiens nos bonis in antiquum reuocat, ei perfectiſſima noſtrorum aſſumptione conſummatiſsimam propriorum traditionem optimè operatur, & hanc ſocietatem nobis Dei & diuinorum donat.

19. Sic autem diuina humanitate ſacrè laudata, occultus quidem diuinus panis apponitur, & benedictionis calix: diuiniſſima autem ſalutatio ſanctè agitur & agiographorum voluminum myſtica & ſupermundana recitatio. Non enim vnum eſt ad vnum congregare & vnius participare pacifica vnitate, non ad ſeipſos pacificatos. Si enim ab vnius contemplatione & ſcientia illuminati ad vniformem & diuinam congregationem vnificamur, non fortaſſis in partitas reſcindimur decidere concupiſcentias, ex quibus materiales creantur & paſſibiles aduerſus ſecundum naturam æquiforme infeſtationes. Hanc igitur, vt æſtimo, vniformem & inſeparabilem vitam, pacis ſacra actio promulgat, ſimili ſimile collocans, & à partitis ſeparans diuina & vnita ſpectacula.

20. Sacrarum autem tabularum poſt pacem recitatio, prædicat ſanctè firmatos, & ad ſtrenuæ vitæ conſummationem immutabiliter aduenientes. Nos quidem per ſimilitudinem eorum in beatiſſimum habitum & deiformem quietem hortans & manuducens, quibus tanquam viuentibus prædicat, & vt Theologia ait, non mortuis, ſed in diuiniſsimam vitam ex morte tranſeuntibus. Vide autem, quia & recordationibus ſacris reſtituuntur diuina memoria non humanitus memoratiua à phantaſia declarante, ſed veluti quis dixerit diuinitus ſecundum diuinorum deiformium pretioſam & immutabilem cognitionem. Nouit enim, vt eloquia aiunt, qui ſunt eius, &, pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius, morte ſanctorum pro in ſanctitate conſummatione dicta. Et hæc autem ſacrè intellige quomodo ſuperpoſitis diuino altari piis ſymbolis, per quæ Chriſtus ſignificatur & participatur, adeſt indubitanter ſanctorum profeſsio coniunctionem eorum inſeparabiliter manifeſtans ad eum ſupermundana & ſacra vnitate.

2.Tim.2.
Pſal. 115.

21. His autem ea quæ dicta ſunt lege ſacrificatis, ſtans in conſpectu ſanctiſsimorum ſymbolorum, aqua manus ſummus ſacerdos lauat cum pudico ſacerdotum ordine. Quia quidem, vt eloquia aiunt, qui lotus eſt, non indiget alterius niſi extremorum, id eſt, nouiſsimorum ſuorum lauationis: propter quam ſublimiſsimam purgationem in caſtiſsimo deiformitatis habitu, & ad ſecunda deiformiter proueniens, non retentus erit, & abſolutus tanquam perfectiſsimè vniformis, & ad vnum iterum adunatum conuertens, incontaminatam & im-

maculatam faciet conuerſionem quaſi deiformitatis ſaluans plenitudinem & integritatem. Sacet igitur luter, vt diximus, in ea ſecundum legem erat hierarchia. Nunc autem ſummi ſacerdotis & ſacerdotum manuum purgatio ipſum inſinuat. Eos enim ad ſanctiſſimam venientes immolationem purgare oportet, & extremas animæ phantaſias, & ſimilitudine ipſi tantum, quantum poſsibile eſt, aduenire in manifeſtiores ſic theophanias, ſuper quas ponentur, ſupermundanum fulgorum in conformium ſpeculorum claritatem vniuerſaliorem & lucidiorem apparentium peruenire proprium ſplendorem. Summi autem ſacerdotis & ſacerdotum vſque ad ſumma, id eſt, nouiſſima lauatio in conſpectu fit ſanctiſſimorum ſymbolorum tanquam in Chriſti omnes aſpicientis noſtras occultiſſimas notiones, & ſubtiliſſimæ purgationis in eius intenſiſſimis ſubtilitatibus & iuſtiſſimis & æquiſſimis iudiciis terminatæ.

12. Sic diuinus ſummus ſacerdos vnitur, & ſacras diuinas actiones laudans, ſanctificat diuiniſſima, & ſub conſpectu ducit laudata. Ergo eſſe in nos diuinas actiones dicimus, deinceps narrandum quanta virtus. Non enim omnes laudare ſufficiens ego, neque apertè ſcire, & alios in myſteria ducere. Quæcunque à diuinis ſummis ſacerdotibus conſequenter eloquiis laudantur & ſacrificantur hic, vt nobis poſſibile eſt, dicemus, hierarchicam inſpirationem ducem inuocantes.

13. Humanam naturam in principio ex diuinis bonis inſipienter perditam, multum paſſibilis vita ſuſcepit, & corrumpentis mortis finis: conſequenter enim, quæ verè eſt bonitate perdita apoſtaſia, ſacræ in paradiſo legiſlationis tranſgreſſione, recalcitrantem viuifico iugo, propriis motibus & fomentis aduerſarij & inimicis ſeductionibus contrariis diuinorum donorum tradidit. Inde miſerabiliter pro æterno quidem mortale mutauit: proprium autem principium habens in corruptibilibus generationibus, ad principij conſequentem merito ducta eſt finem. Sed ex diuina & ex ſurſum ducente vita voluntariè decidens in terram, contrariam extremitatem, grauata eſt multum paſſibili mutabilitate. Errans autem à directa via, quæ eſt ad verè exiſtentem Deum, vulnerata eſt, & perditis & maleficis ſubiecta multitudinibus, oblita eſt, non diis, ſed neque amicis, ſed inimicis famulans. Ipſis autem immiſericorditer ea ſecundum propriam humanitatem, ab illis autem crudeliter ſecundum propriam crudelitatem abutentibus, ad conſumptionis & deſtructionis miſerabiliter in aliud periculum in non ſubſtantias ſeruiliter incidit & perditionis periculum.

Diuinæ autem bonitatis maxima humanitas, per ſeipſam operatricem nobis diuinitus non indurauit prouidentiam, ſed in veritate in participatione quæ ſecundum nos ſunt, facta eſt omnium ſine peccato ad humile noſtrum vnificata, cum propriorum inconfuſo & immaculato perfectiſſimè habitu, ad ſe nobis communicationem tanquam congenitis de cætero donauit, & propriorum recepit participes bonorum. Apoſtaticæ quidem multitudinis, ſicut ſecreta traditio habet, quæ circa nos eſt, deſtruxit potentiam, non per virtutem ſuperans: iuxta verò myſticè traditum nobis eloquium, in iudicio & in iuſtitia. 24. Heb. 4. Col. 2. Ierem. 22.

iuſtitia. Quæ autem ſecundum nos ſunt, ad contrarium omninò benignè reparauit. Quod enim iuxta animum noſtrum obſcurum eſt, impleuit diuiti & diuiniſſimo lumine, & deiformibus ornauit informe pulchritudinibus: animæ verò habitaculum in perfectiſsima ſalute tantum decidentis noſtræ eſſentiæ, polluriſsimis paſsionibus & corrumpentibus maculis liberauit: renouationem noſtram ſupermundanam oſtendens, & multam perfectionem diuinam in ipſis ad eam noſtris ſacris, ſecundum quod poſſibile eſt, ſimilitudinibus.

25. Diuina verò imitatio quomodo aliter nobis ingenita ſit niſi ſacratiſsimarum diuinarum actionum memoria renouata, ſemper hierarchicis & ſacris orationibus & ſacrificationibus: hoc vero facimus, vt eloquia aiunt, in eius recordationem. Inde diuinus ſummus ſacerdos ad diuinum altare ſtans, laudat dictas ſacras actiones & diuinas Ieſu diuiniſſimæ noſtræ prouidentiæ, quas in ſalutem generis noſtri beneplacito ſanctiſſimi Patris in Spiritu ſancto, ſecundum eloquium, conſummauit.

26. Laudans autem & cultum earum & inuiſibilem contemplationem intellectualibus oculis inſpiciens, in ſymbolicam earum ſacrificationem venit, & hoc Deo tradente. Vnde & reuerenter ſimul & hierarchicè poſt diuinarum actionum laudes mirabiles pro ipſa ſupra ſe actione mirabili apologiam facit, primum ſacrè ad ipſum reboans,

Luc. 22. Tu dixiſti, Hoc facite in meam recordationem.

27. Deinde Deo ſimili & actione mirabili dignus petens fieri, & ad ipſum Chriſtum ſimilitudine diuina perficere & dare caſtiſſimè, & ſancta participantes diuinitus participare, ſacrificat diuiniſſima, & ſub conſpectum ducit laudata per ſacrè procumbentia ſymbola. Velatum enim & non diuiſum panem reuelans, & in multa diuidens, & vnionem calicis omnibus diſpertiens ſymbolicè vnitatem multiplicat & diſtribuit, ſanctiſſimam in his actionem ſactam conſummans.

Vnum enim & ſimplum & occultum Ieſu diuiniſsimi verbi ſecundum nos inhumanatione & compoſitum & viſibile immutabili bonitate & humanitate prouenit, & ad ſe noſtram vnificam ſocietatem benignè peregit, noſtra humilia diuiniſsimis ſuis ſummè adunans. Siquidem & nos tanquam membra corpori compaginamur ipſi ſecundum idipſum ad ſecundum idem immaculatæ & diuinæ vitæ, & non corrumpentibus paſſionibus morificati, incompacti, & deiformes & non inconuenientes efficimur ad diuina membra & ſaniſsima. Oportet enim nos ſi ad eum deſideramus communionem, in diuiniſsimam ſui ſecundum carnem vitam reſpicere, & ad eam ſimilitudine mirabili impeccabilitate in deiformem & immaculatum habitum recurrere. Sic enim compactè nobis ad ſimilem ſocietatem donabit. 28.

Hæc ſacris actionibus ſummus ſacerdos manifeſtat, velata quidem dona ad manifeſtum ducens, vniformeque eorum in multa diuidens, & diſtributorum ad ea in quibus fiunt ſecundum tempus imitari ſocios eorum perficiens participes. Deſcribit enim in his ſenſibilibus ſub conſpectum ducens Ieſum inuiſibilem noſtram quantum in imaginibus vitam ſecundum Deum ex occulto perfectiſsima & 29.

inconfuſa iuxta nos inhumanatione miſericorditer in naturam noſtram ſpecificatam & ad partibile noſtrum immurabilirer ex vno ſecundum naturam prouenientem & per benignam hanc humanitatis dilectionem, in participationem ſui & propriorum bonorum vocantem humanam gentem. Siquidem vnimur ipſi diuiniſſimæ viræ ad eam noſtra iuxta virturem ſimilitudine: & per hoc etiam ad veritatem communicatores Dei & diuiniſſimarum conſummationum erimus.

30. Accipiens autem & tradens diuinam communionem in Euchariſtiam ſacram definit cum omni Eccleſiæ ſacra plenitudine. Participatio enim traditionem ducit & myſticam diſtributionem myſteriorum aſſumptio. Ipſe enim eſt Catholicus diuinorum ornatus & ordo, primum in participatione fieri & conſummatione ſacrum ducem per ſe diuinitus aliis donandorum, ſicque & aliis tradere Propter quod & diuinis doctrinis quidam audacter aburentes, ante ſecundum eas conuerſationem & habitum, immundi & alieni omninò à ſacra ſunt legiſlatione. Vt enim ſolarium ſplendorum ſubtiliores & clariores eſſentiarum primæ influxu repletæ, omninò eas ſupereminens lumen in ea quæ poſt eas ſolſformiter in uehunt: ſic in diuino omni non audendum aliis dux eſſe, niſi ſecundum omnem habitum ſuum factus deiformiſſimus, & ad diuinæ intelligentiæ & iudicij compaginationem approbatus.

31. In his omnis ſacrorum diſpoſitio hierarchicè condeſcendens & diuiniſſimis communicans, cum gratiarum actione ſacra definit diuinorum actuum proportionaliter cognoſcens & laudans gratias. Itaque diuina non participantes & ignorantes, non etiam in Euchariſtiam venient. Et quidem iuxta propriam naturam dignis exiſtentibus gratiæ aguntur diuiniſſimis donationibus. Sed, quod quidem dixeram, aſpicere aliquando diuina dona ex eo qui in malo eſt contuitu, nolentes, ingrati ad magnas diuinorum actuum permanſerunt donationes. Guſtate autem, eloquia *Pſal. 33.*
aiunt, & videte. Nam mirabili diuinorum doctrina, magnificeas eorum qui diſcunt gratias cognoſcent, etiam diuiniſſimorum ipſorum altitudinem & magnitudinem in participatione ſacratiſſimè inſpicientes, ſupercæleſtes gratioſè laudabunt diuinæ actionis benignitates.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sacra autem Scriptura diuinorum cantuum, id eſt, Pſalmorum *intentionem habens*, *hymnizare*, id eſt, cantando exprimere, *& Theologias*, id eſt, diuinas doctrinas, *& omnes actiones diuinas*, vel in creando, vel in reſtaurando, *& habens ſacras orationes diuinorum virorum & ſacrificationes* eorum *laudare*, vel in ſacrificiis, vel in ſacris actionibus, *facit cantum diuinorum vniuerſalem*, id eſt, omnia continentem quæ in aliis libris continentur, & facit *narrationem* de rebus geſtis vniuerſalem *ad ſuſceptionem & traditionem totius hierarchiæ ſeleta*, id eſt, vt ſuſcipiatur ab inferioribus & tradatur à ſuperioribus in quolibet ſacramento: ipſa, dico, ſcriptura *efficiens habitum* mentis *pulchris* virtute & contẽplatione, *pſallentibus eam diuinitus*, id eſt, ſpiritu, non ore tantum. 12. C

Cum igitur continuo, id eſt, continuò cantata *hymnologia*, id eſt, laude *ſacratiſſimorum* Pſalmorum *diſpoſuerit coadunare noſtros animales habitus*, qui ſenſui inhærent, in quo cum aliis animalibus communicamus, *ad ſacrificia exponenda*, id eſt, diſponendo vel conſecrando, *ad paululum*, id eſt, paulo poſt: & cum *promulgauerit*, id eſt, indixerit ſignificando, *conſonantia diuinorum cantuum, conſenſum*, id eſt, pacem habendam *ad diuina & noſmetipſos, & inter nos inuicem* quantum ad proximum, *vt vna & confeſſa*, id eſt, authentica *regione*, id eſt, congregatione *ſacrorum*: quæ enim in aliis libris dicuntur, omnia in Pſalmis compilantur & congregantur: & ideò inuitamur per eos ad pacem, tum ex concordia ſacræ Scripturæ, tum ex concordia vocum in cantu: cum, inquam, ita fecerit ea quæ ſunt *coordinata*, id eſt, ſimul poſita, *& coadumbrata*, id eſt, propter breuitatem obſcura, *in intellectuali Pſalmodia Pſalmorum inueniuntur ſacratiſſimis lectionibus* 13. D

nibus profeſſarum conſtructionum, id eſt, Scripturarum *per plures & apertiores imagines*, id eſt, ſimilitudines, *& prædicationes*, id eſt, exhortationes, vel laudes: & ideò poſt Pſalmos leguntur aliæ lectiones: *in his*, quæ diximus, *aſpiciens*, id eſt, conſiderans *ſacrè videbis vnam inſpirationem vniformiter eſſe* in tota ſacra Scriptura, *vt concluſam* in vno libro Pſalmorum, *ab vno diuino ſpiritu: vnde*, id eſt, propter eandem vniformitatem oſtendendam, *pulchrè in mundo*, id eſt, in muudi conſuetudine, *prædicatur Nouum Teſtamentum poſt antiquiorem traditionem*, id eſt, poſt lectionem Veteris Teſtamenti, *diuina hierarchica ordinatione declarante*, illud ſcilicet *quomodo ipſa quidem* vetus traditio *dixit futuras diuinas operationes Jeſu, hoc verò*, ſcilicet Nouum Teſtamentum *perfecit*, id eſt, completum oſtendit: *&* etiam *quomodo quidem* vetus *illa* traditio *ſcripſit veritatem in imaginibus*, ſicut dicit Apoſtolus ad Heb. 2. Vmbram habens lex, &c. *hoc verò*, ſcilicet Nouum *demonſtrauit veritatem*, Chriſtum ſcilicet *præſentem. Hoc* enim, ſcilicet Nouum *cognouit veritatem ex prædicationibus illius*, ſcilicet veteris, *operatione perfecta per ſeipſam*, perficit enim per collationem gratię, nun expectans perfectionem ab alio ſicut vetus lex, quæ neminem ad perfectum adduxit: *&* ideò *diuina operatio*, ſcilicet Nouum Teſtamentum, *eſt conſummatio*, id eſt, perfectio *Theologiæ*, id eſt, veteris legis & nouæ, vt dicit Commentator: quia veterem ſcripturam vocat Theologiam, nouam verò Dei operationem: quia vetus tantum dicebat præcepta dinina, ſed noua confert gratiam ad operandum.

Harum alij, &c. Hic aſſi nat theoriam eo-
14. E rum qui excluduntur à communione, & primò exponit excluſionem quorundam. Secundò dicit quid peragatur à remanentibus ante conſecrationem, ibi, *Sanctiſſimi tunc ſanctiſſimorum, &c.* Circa primum, primò ponit excluſionem eorum in communi. Secundò in particulari, ibi, *Vltimus igitur &c.* Item primò ponit excluſionem, ſecundò excluſionis rationem, ibi, *Eſt enim deiformis.* Dicatur ergo quòd quidam qui omninò tenuiunt doctrinam baptiſmi, & prædicationem recipiunt, ad nihil admittuntur, nec etiam ad videndum ſymbola ſacrorum: ſed alij qui intendunt, ſunt tamen imperfecti, non excluduntur à Pſalmis & lectionibus, ſed tantum à ſacrificiis & contemplationibus ſymbolorum, quæ eis non referantur tanquam adhuc non capacibus, ſed ſolis perfectis. *Vniuerſaliter non circumubicinantes*, id eſt, nullo modo concinentes aliis, nec nec cantando Pſalmos, nec dicendo amen, tanqnam non audientes & omninò non inſtructi, & hi ſunt infideles, *impudenter*, id eſt, ſine reuerentia ad diuina *negantes ſalutarem doctrinam diuinæ generationis*, id eſt, baptiſmi, *eloquiis*, id eſt, prædicationibus quibns vocantur ad fidem, *perditè*, id eſt, ad ſuam perditionem, *reſpondentes, vias tuas ſcire nolumus.* Iob. 21. Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumns. *Catechumenos* qui ſunt inſtructi in rudimentis fidei, *energumenos*, in quibus per exorciſmos repreſſa eſt vis dæmonis, quæ erat in fomite, *& eos qui ſunt in pœnitentia*, ſcilicet ſolemni, *ſancta hierarchia lex, &c. Iterumque deinde* dictis Pſalmis & lectionibns *non vocat tales ad ſacrificationes, &c.* Plannm eſt.

Ratio autem excluſionis quam ſubiungit, eſt, quòd noſtra hierarchia diſtribuit diuina ſecundum proportionem vninſcniuſqne, & ideò nondnm perfectos excludit à perfectiſſimis, *compactam*, id eſt, conuenientem *ſecundum tempus*, ſcilicet perfectionis vel imperfectionis, id eſt, ſecundum exigentiam temporis.

Vltimus igitur, &c. Hic incipit exponere ex- 15.
cluſionem vniuſcuinſque in ſpeciali, & primò de F
catechnmenis. Secundò de energumenis, ibi, *Energumenum, &c.* Tertio de apoſtatis à fide & perfecta vita, ibi, *Æſtimo autem ego, &c.* Quartò de pœnitentibus, ibi, *Deinde cum ipſis contraria quidem, &c.* Dicit ergo, quòd catechnmeni bene nondum ſunt in ordine Eccleſiaſticæ hierarchiæ, quia nondnm recipiunt ſacramenta, nec doctrinam perfectorum, ſed tantum rudimentorum fidei, nec adhuc diuinum eſſe habent, quod datur in baptiſmo: vnde ſimiles ſunt infantibus, qui necdum vitam perfectam habentes, induſtria obſtetricis educnncur ab vtero matris, cum adhuc non habeant perfectum viuum. ſimiliter iſti educti ſnnt ad vitam ſpiritualem monitis prædicatorum per modum obſtetricationis & inſtructionis de minutis fidei rudimentis, quia cum nondum habent perfectam vitam, per quam ſint capaces perfecti luminis, habent tantam obſtetricationem: ſed oportet quòd primò detur eſſe ſpirituale per regenerationem baptiſmi. Et iterum excluduntur ab Euchariſtia & ab aliis perfectis: in quo & prouidetur ſacris, ne imperfectis tradantur. & ipſis recipientibus, vt per ordinem primò obſtetricationem, ſecundò vitam, poſt lumen perfectnm recipiant, ſicut & medicina corporalis non operatur, vt recipiant videndo lumen niſi in illis qui capaces ſunt luminis, habentes vitam, & potentiam paſſiuam. Sunt enim *expertes*, quia nondum receperunt ſacramentorum perfectionem, *& indocti*, quia nondum receperunt ſapientiam, de qua dicit Apoſt. Sapientiam loquimur inter perfectos. 1 Cor 2.

DVBIVM.

SEQVITVR ſecundnm hoc, quod non ſint G
in aliquo ordine Eccleſiæ, cum per ſacramenta recipiatur quilibet in Eccleſia. Et dicendum, quòd licet non receperunt aliquod ſacramentum, receperunt tamen aliquid ſacramenti, quia catechizationem quæ eſt diſpoſitio ad baptiſmum, & ideò dicuntur expertes perfectionis, quæ ſcilicet datur per ſacramentum, & non diſpoſitionis, & ſecnndum hoc aliquo modo ſunt in Eccleſia, & habent aliquem ordinem licet vltimum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Neque iuxta diuinam contemplationem, quia H
ſcilicet ſunt approbati à Deo, tanquam filij ipſius, habentes *diuinam ſubſiſtentiam*, id eſt, omne per qnod ſubſiſtunt ſpiritualiter, quod datur in baptiſmo, *paternis eloquiis*, id eſt, doctrinis eorum qui eos inſtruxerunt, qui ſunt patres eo- *obſtetricati*, id eſt, educati ad lumen fidei, ſicut per obſtetrices, *& adhuc ipſi* ſunt *informati*, id eſt, inſtructi *talibus formis*, id eſt, doctrinis, ſcilicet rudimentis fidei, vt perueniant *ad acceſſionem ad*

Denm *primò vitalem*, in qua primò ſpiritualia vita recipitur, *& primò illuminantem*, propter lumen receptum, *& beatam*, quia eſt initium futuræ gloriæ, quæ eſt in perfecta acceſſione ad Deum, quæ acceſſio eſt *ex diuina generatione*, ſcilicet baptiſmo, *tanquā infantes* in generatione quæ eſt *ſecundū carnē, propria*, id eſt, decenti eos *obſtetricatione proiecti*, id eſt, extracti ab vtero matris; *imperfecti & informes veluti obcæcati*, quia oculi vltimo cōplentur, *& abortiui habebunt caſū in terra non genitalem*, eò quod non habentes perfectā generationē, *& non vitalem*, propter imperfectam vitam, *& non illuminatam*, quia organum viſus necdum eſt completum in eis. *Et nonne quidā ſapientum benè dixit eos*, ſcilicet catechumenos vel abortiuos *prægrauari tenebris, alienatos*, id eſt, extractos *à vulua reſpiciens ad manifeſtum lumē*, id eſt, intuitu manifeſti luminis perfecti, qui dicit ſic: vbi noſtra litera habet, Alienati ſunt peccatores à vulua, &c. Alia tranſlatio habet, *& non aliquis ſapiens ad apparens aſpiciens dicat ad lumen iſtos produci à tenebris ventris abductos: fortaſſis enim diſciplina corporum, quæ eſt medicina, dicit ad hos*, ſcilicet abortiuos, debere *operari lumen, &c. Introductiuo alimento*, ſcilicet lacteo cibo rudimentorum fidei eos introducens ad perficiens. *Perficiens autem*, id eſt, poſtquam perfecerit *eorum ſubſtantiam*, id eſt, ſpirituale eſſe *diuina generatione*, id eſt, baptiſmo, *dat eis in ordine*, id eſt, ordinatè, *ſalutariter*, id eſt, ad eorum ſalutem, *diuiniformem & perfectiuam communionem ad* diuinum *lumen*, ſcilicet Euchariſtiam. *Nunc autem*, ſcilicet antequam baptizarentur, *prouidens bono ornatui ſacrorum*, id eſt, dignitati ſacramentorum, *& obſtetricationi* quæ eſt per eruditionem, *& vita* quæ eſt per baptiſmum, *catechumenorum*, quæ collocat eos in deiformi, &c.

16. *Energumenum autem, &c.* Hic determinat de excluſione energumenorum, & ſunt illi qui ſunt exorcizati, à quibus tamen non eſt ex toto excluſa poteſtas dæmonis: vnde dicuntur energumeni, quia adhuc interius laborantes: & dicit, quòd iſti ſunt adhuc immundi, quia nondum ſuſceperunt baptiſmum, per quem eſt perfecta munditia: & quod ordinantur in ſecundo gradu ſupra catechumenos aſcendendo, & hoc ideò, quia in iſtis eſt aliquo modo poteſtas dæmonis repreſſa quæ eſt in fomite, per exorciſmos: hoc autem non poteſt fieri niſi dirigant ſe in Deum, ad quod requiritur inſtructio diuinę cognitionis, quod fit per catechiſmos. Dicit ergo, quòd iſti qui ſunt ex toto imperfecti catechumeni, ad nihil admittuntur, nec etiam ad cantus & lectiones, quia adhuc ſub poteſtate peccati: ſed energumeni etiam excluduntur a communione, ſicet recipiantur ad lectiones tantum, quia ſacramentum hoc debetur tantum diuinis viris. Diuinus autem vir eſt, qui ad ſummum Dei ſimilitudinis, prout hoc poſſibile eſt, aſcendit, vt ſit templum Spiritus ſancti, & effectuum eius, recipiens eum in ſe iam ei aſſimilato, ita vt nec quæ carnis ſunt operetur præter neceſſaria naturæ. Et hoc etiam, quod non patitur, ita quod tranſmutetur à phantaſticis illicitis delectationibus, & ab erroneis opinionibus contra fidem, ſed magis vitet omnia talia in ſeipſo, & medebitur etiam aliis à talibus paſſionibus: & ſic eſt, quod cum energumeni adhuc patiantur, non ſunt diuini, & propter hoc excluduntur à diuiniſſimo ſacramento. *Energumenum*, id eſt energumenorum, & ſic vbique in lectione iſta eſt exponendum, *æquale*, id eſt, iuſtum, *ſumme non communicanti*, id eſt, nullo modo, ſic eſt infidelis adhuc. *Sed &*, id eſt, etiam *ab eis*, ſcilicet energumenis *corripitur*, id eſt, prohibetur, &c. *diuinis dignus*, id eſt, perfectiſſimis ſacramentis, *aſcendens in deificationibus ſanctiſſimus*, id eſt, ſecundum deificationes, id eſt, diuinorum participationibus, *ſimulatim*, id eſt, modicè, *conſequens*, id eſt, ſequax *in ſua*, id eſt, ſecundum ſuam, &c. *collocans ſimile*, ſcilicet ipſum, in ſe iam ſimili ei facto *operabitur*, id eſt, aget in illas quaſi ad deſtructionem eorum, *adhuc*, id eſt, poſt victoriam eorum, *proprio habitu* virtutum *impatiente*, id eſt, non imminuto per paſſionem, *& non indigente* alieno auxilio *talium operationum*, id eſt, infeſtationum per paſſiones.

Æſtimo autem ego, &c. Hic determinat ex- 17. K
cluſionem apoſtatarum. Dicit ergo, quòd ante energumenos in immunditia indicantur illi qui recedunt à ſancta vita & conſentiunt dæmonibus ſimiles in conuerſatione eis effici, quia reſpuunt æternas delectationes, & conuertunt ſe per deſiderium & opus ad fabulas peccati: & ideò iſti primò & poſtea energumeni excluduntur per vocem diaconi, qui clamat: Qui non communicant, recedant, quod erat in primitiua Eccleſia & etiam temporibus Gregorij, vt dicit in dialogo, quia non eſt dignum vt de ſacris aliud participent niſi monita ſalutis, per quæ conuertantur. Et hoc probat à minori: quia ſi pœnitentes excluduntur, multò magis & apoſtatæ. Vnde poſt vocem diaconi primò exeunt catechumeni, ſecundò apoſtatæ, tertio energumeni, & poſt hæc pœnitentes qui nondum ſunt purgati per amorem diuinum à peccato, & demum exeunt illi qui non ex toto perfecti ſunt in via Domini, quia ſolis perfectis permittitur communicare, vt dictum eſt. *Exiſtimo* quantum ad cognitionem humanam, *& aperte ſcio* diuino habitu, *puriſſima diſcretio hierarchica nouit*, id eſt, approbat *perpollutiſſimam*, id eſt, valdè pollutam *operationem*, vt ſupra, *energumenum pro talibus*, id eſt, quando tales *quicumque diſcedunt, &c. auertentes*, id eſt, reſpicientes vel deſerentes diuina dona, quæ *ſunt verè exiſtentia*, quia nihil imperfectionis habent immixtum, & faciunt verè eſſe, *& creata immortaliter*, id eſt, ad immortalitatem conferendam, *& æternaliter delectata*, quia in eis prægustantur in æternum duratura, *per extremum*, id eſt, maximam *inſipientiam & pernicioſam*, id eſt, mortiferam; *ſibimet: verò*, id eſt, ſed *concupiſcentes & operantes materialem alienationem*, id eſt, vanam vitam, quæ per modum materiæ mutatur, *& paſſibilem*, quia paſſionibus ſubiacet, *& delicias perditas & corrumpentes* veritates, *& delectationem in alienis*, id eſt, in peccatis quæ aliena ſunt à noſtra natura infirma, quia non poteſt præbere iocunditatem quam promittit, cum ſemper commiſceatur multis contriſtantibus, *non exiſtentem ſed opinabilem*, videtur enim eſſe delectatio & non eſt.

DVBIVM.

L Sed videtvr, quòd peccata non ſint aliena à nobis: quia ſumus domini noſtrorum actuum, & eſt in nobis facere peccatum.

2 Præterea, Peccati delectatio eſt quæ eſt ſecundum ſenſum: talis autem eſt verè delectatio: dixit enim Plato, quod delectatio eſt generatio in animam ſenſibilem: ergo delectatio peccati eſt verè delectatio, & non tantum opinata.

Et dicendum ad primum, quòd peccatum ſecundum ſuam naturam eſt corruptio naturalis boni quod eſt ordinabilitas ad gratiam, tamen quantum ad principium ſecundum quod eſt in actu noſtro, non eſt alienum à nobis.

Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt tantum delectatio ſecundum ſenſum, vt dixit Plato, propter quod reprehenditur ab Ariſtotele, ſed vniuſcuiuſque delectatio vera eſt ſecundum proprium habitum ſibi operatio non impedita: quod autem ſecundum ſenſum eſt, non eſt hominis proprium, ſed tantum id quod eſt ſecundum rationem.

EXPOSITIO TEXTVS.

M *Ipſi igitur*, ſcilicet apoſtatæ *primi & potius illis*, ſcilicet energumeni *ſegregantur*, id eſt, excluduntur à ſacramento communionis, *à miniſtro*, id eſt, diacono, *diſcretiua voce*, quæ diſcernit inter communicantes & non communicantes. *Appellat verò*, id eſt, prædicat altè diaconos, *& hoc caſtiſſimè*, id eſt, mundiſſimè, ſcilicet *quia ego vado ad ſummum diuiniformitatis in aliquo* in quo ſum *inuiſibilis* & *non communicabilis ab infirmantibus imperfectè*, id eſt, ab his qui nondum perfecti ſunt, ſed infirmi: quia dicit, ad aliquid licet mihi accedere quod non debent videre vel communicare imperfecti. *Abigit*, id eſt, expellit *vox* diaconi, *paſſibiliter*, propter paſſiones à quibus adhuc non ſunt perfectè liberati, *inſpectione & communicatione*, quia peccatores non ſolum à communione, ſed etiam à viſione corporis Chriſti ſe excludere vt indignos debent, ſicut dicitur de Publicano, quòd nolebat, nec ad cœlum oculos leuare. *Deinde*, id eſt, poſt vocem diaconi *indocti & imperfecti teletarum*, id eſt, de ſacramentis, ſcilicet catechumeni, *conſequenterque his* excluduntur energumeni, qui ſunt *benè*, id eſt, facilè *patientes propter infirmitatem, aduerſus & vincula*, id eſt, concupiſcentias à quibus trahuntur ad peccatum, *& phantaſias* quibus decipiuntur erroribus, *contrariorum*, id eſt, dæmonum vel peccatorum: ipſi quippe nondum peruenerunt *in incommutabile & actiuum deiformis habitus*, cuius ſeruitute potius agunt quam patiuntur in peccato. *Deinde cum ipſis recedentes à contraria vita*, id eſt, à peccato, ſcilicet pœnitentes pœnitentia ſolemni, &c. & *legaliter*, id eſt, ſecundum verbum legis, Beati immaculati in via.

18. N *Sanctiſſimi tunc*, &c. Hic ponit ea quæ aguntur à remanentibus, ante conſecrationem: & primò id quod peragitur ab omnibus, ſcilicet decantatio ſymboli. Secundò id quod peragitur ab his tantum qui aſſiſtunt altari, ibi, *Sic autem diuina*, &c. Dicit ergo primò, quòd exeuntibus his, quorum mentio facta eſt, remanent perfecti qui vel debeant ſacrificare, vel ex ſymbolis in contemplationem ſpiritualem venire deſiderant: vnde dignè inſpiciunt hoc ſacramentum non ſiſtentes in ſenſibilibus, & tales incipiunt laudare Deum dicentes eum datorem omnis boni decantando ſymbolum Catholicæ fidei: & hoc tunc temporis vocabatur à quibuſdam hymnologia, quia erat ſermo diuinæ laudis, à quibuſdam verò ſymbolum religionis, id eſt, fidei, eò quod continet articulos fidei: verum dignius vocatur gratiarum actio, eò quod continet in ſe omnes actiones diuinas peruenientes in nos, quas laudare debemus cum gratiarum actione. In eo enim dicitur quomodo noſtram eſſentiam & vitam inſtituit ad ſimilitudinem ſuam per creationem, & reſtituit per redemptionem: etenim ponuntur in eo acta paſſionis & operationes Chriſti, quibus renouamur in participatione diuinæ ſimilitudinis, & ſegregatur quod ex negligentia nobis ingenitum eſt, & quomodo Chriſtus per hoc reuocat nos in antiquam innocentiam, & aſſumendo ad ſe facit nos participes Dei & donorum eius: & ideò congruè dicitur in conſecratione huius ſacramenti, per quod hæc omnia beneficia participamus. *Sanctiſſimi*, id eſt, qui ſunt immaculati *tunc*, id eſt, poſt excluſionem prædictorum, *ſacrificatores ſanctiſſimorum*, id eſt, ſacrorum, *amatores contemplationis*, id eſt, quærentes ex ſymbolis ſpirituales contemplationes *hymnologia*, id eſt, ſermone laudis, eſt enim hymnus laus Dei cum cantico, *Catholica*, id eſt, vniuerſali, eò quod continet Catholicam fidem, *principium largiens*, id eſt, largitiuum *bonorum*, ſcilicet Deum à quo ſunt *reuelata* teletæ, &c. *Eucharisticam hierarchicam*, id eſt, gratiarum actionem noſtræ hierarchiæ. *Videtur enim actionem diuinorum operum*, quæ ſunt *circa nos fieri*, id eſt, memorari in ſymbolo, eò quod in eo dicitur creatio & reparatio quæ eſt per incarnationem & omnia quæ de Chriſto dicuntur: vel quia in hoc ſacramento ſumus participes omnium diuinorum operum circa nos: & ideò congruè cantatur in hoc ſacramento id quod continet omnia diuina beneficia. *Subſtituens eſſentiam noſtram deiformiter*, id eſt, ad ſimilitudinem Dei per creationem, id eſt, ſubſtitui recitans quantum ad primam expoſitionem: vel quia hoc ſacramentum in nobis operatur diuiniformem vitam quantum ad ſecundam: & ſic totum ſequens dupliciter poteſt exponi, vel quia referatur ad ſymbolum, vel ad ſacramentum. *Principalibus exemplis*, id eſt, actionibus Chriſti qui eſt caput noſtrum quantum ad primam expoſitionem, vel ſymbolis, quæ decent principale ſacramentum quantum ad ſecundam. Solitudinem, id eſt, peccatum quod animam noſtram ſterilem & deſertam à Deo facit. Alia tranſlatio deſertum: *ex negligentia propria ingenitam*, id eſt, inter nos genitam, quæ ſegregatur per ſacramentum vel per operationes Chriſti, quæ recitantur in ſymbolo: *in antiquum*, id eſt, ſtatum innocentiæ, *perfectiſſima aſſumptione noſtrorum*, id eſt, ſecundum quod perfectè nos ad ſe aſſumit per communionem, vel ſecundum quod naturam noſtram perfectè aſſumpſit per incarnationem: aſſumendo enim eam communicauit no-

 bis

bis ſua, ſcilicet vt *ſocietatem habeamus* Deì quantum ad ſubſiſtentiam eius, *&, diuinorum* quantum ad dona. Vel poteſt aliter exponi, quod intendit tangere ea quæ dicuntur in ſymbolo Apoſtolorum, eò quod ex eis circa nos aliqua diuina beneficia conſequuntur: hoc enim quod dicit, *eſſentiam quidem noſtram, &c.* refertur ad id quod in ſymbolo dicitur, creatorem cæli & terræ: quod verò ſequitur, *Principibus, &c.* ad id quod in ſymbolo ſequitur, Et in Ieſum Chriſtum, quæ de Chriſto dicuntur, vt dictum eſt. Quod verò ſequitur, *diuinioris habitus, &c.* ad id quod ſequitur, credo in Spiritum ſanctum, qui datur nobis ad noſtram renouationem in habitu gratiæ gratum facientis. Hoc quod ſequitur, *ſegregans, &c.* ad id quod dicitur, peccatorum remiſſionem. Quod ſequitur, *diuinorum, &c.* ad id quod dicitur, Sanctorum communionem, &c. Quod ſequitur, *in antiquum renocat, &c.* ad id quod dicitur, Carnis reſurrectionem, quo in vitam & immortalitatem reparamur. Hoc quod ſequitur, *perfectiſſimam, &c.* ad hoc quod dicitur, Vitam æternam, quam Filius Dei nobis dedit de proprio, accipiens carnem de noſtro.

O

19. *Sic autem diuina, &c.* Hic ponit ea quæ à miniſtris altaris ante conſecrationem perficiuntur: & primò ponit ritum. Secundò theoriam, ibi, *Non enim vnum, &c.* Dicit ergo primò, quòd poſtquam Deus laudatus eſt per ſymboli decantationem, ponitur panis conſecrandus occultatus ſuper altare, & ſimiliter calix: & tunc datur pax, & poſtea recitatur ad imitationem aliquid de eis qui bene mortui ſunt in Chriſto, ex ſacra ſcriptura, *humanitate*, id eſt, benignitate, *ſalutatio*, id eſt, occultatio. *Non enim, &c.* Hic oſtendit theoriam eorum: & primò pacis. Secundò recitationis mortuorum, ibi, *Sacrarum autem, &c.* De oſculatione pacis infra dicet. Dicit ergo primò, quòd diuiſos abinuicem non contingit congregari in vnum, & etiam quod congregatur ad vnum, non cadit in concupiſcentias quibus diuiditur à ſe & ab aliis ſuę ſpeciei: & ideò pax quę datur, ſignificat quòd oportet recipientes ſacramentum vnionis, pacem habere ad inuicem, *vt ſimili*, ſcilicet in pacificatis recipiatur *ſimile*, ſcilicet ſacramentum pacis, quod eſt Euchariſtia. *Non enim*, in Græco: *non eſt vnum*: & vbi habemos pacificatos, habet diuiſos: & ſic planum eſt, quòd hæc litera ſic debet legi: *Non vnum*, id eſt, nullus, *eſt*, id eſt, contingit, *congregare ad vnum & participare vnius*, id eſt, quod eſt in vno Chriſto, *non pacificatos ad ſeipſos*: & ſi ibi non ſit non, primum debet reſumi ſuper totum, *Reſcindimur*, id eſt, cogimur ſicut ſeparati abinuicem, *aduerſus æquiforme ſecundum naturam*, id eſt, contra æquitatem veritatis, quæ eſt connaturalis rationi noſtræ: vel ſecundum Commentatorem *æquiforme ſecundum naturam*, id eſt, quod eſt eiuſdem ſpeciei nobiſcum. *Collocans ſimile ſimili*, id eſt, ſacramentum pacis in pacificatis. Alia tranſlatio, *confirmans: ſeparans a partitis*, id eſt, diuiſis abinuicem, *ſpectacula*, id eſt, viſiones ſacramentorum, *diuina*, id eſt, quæ continent Deum, *& vnita*, quia nos vniunt. Alia tranſlatio, *diuinas & vnitiuas viſiones*.

P

20. *Sacrarum autem.* Hic ponit theoriam recitationis mortuorum, & eſt triplex. Secunda incipit, ibi, *quibus tanquam, &c.* Tertia, ibi, *Et hoc autem ſacrè, &c.* Dicit ergo primò, quòd recitatur nobis ex libris ſacris illi qui ſanctè mortui ſunt & peruenerunt ad beatum finem ſanctæ vitæ præteritæ, vt nos eorum exemplo manuducamur ad illam beatam quietem: *tabularum*, id eſt, librorum quorum folia in modum tabolarum coniunguntur, in quibus ſcilicet continentur geſta mortuorum, *prædicat*, id eſt, laudat *ſanctè formatos*, id eſt, eos qui in ſanctitate confirmati fuerunt in vita ſua. Alia tranſlatio, *illos qui ſanctè vixerunt*, *aduenientes*, id eſt, peruenientes (ſic enim habet alia tranſlatio) *immutabiliter*, quia ſine fine, *ad conſummationem*, id eſt, ad beatitudinem quæ eſt perfectio *vitæ* eius, *ſtrenuè*, id eſt, ſecundum virtutes, *in beatiſſimum habitum* beatitudinis creatæ, *& deiformem quietem*, quæ eſt in ipſo Deo, in quo quieſcit intentio quantum ad beatitudinem increatam. Secunda theoria eſt: quia per hoc quod laudantur tanquam viui, oſtenditur eos tranſire de morte in vitam, & per hoc quod memorantur, oſtenditur eos non excidiſſe à memoria Dei, non quia Deus habeat phantaſticam memoriam ſicut nos: ſed quia ſymbolicè de ipſo memoria dicitur. *Quibus*, id eſt, de quibus. Alia tranſlatio, *Illos autem tanquam viuentes prædicans, vt Theologia ait* Matth. 21. Non eſt Deus mortuorum: vel in Sapien. 5. Iuſti autem in perpetuum viuent. *Recordationibus ſacris*, id eſt, ſcripturis ſacris quoad recordationem ſcilicet *reſtituuntur*. Alia tranſlatio, *repoſiti ſunt*, *diuina memoria declarante*, id eſt, in ſe clarè habente, *memoria*, dico, quæ *non* eſt *humanitus*, id eſt, per modum quo eſt in nobis *phantaſia memoratiua*, id eſt, per phantaſiam à qua accipit memoriam in nobis: *ſed* eſt memoria in Deo *veluti quis dixerit*, id eſt, dicere poterit *diuinitus*, id eſt, per modum diuinum, ſicut alia ſymbolica, ſcilicet *ſecundum cognitionem pretioſam* quantum ad modum ſciendi, *& immutabilem*, id eſt, infallibilem *diuinorum* virorum *deiformium*, id eſt, Deo ſimilium, primò quantum ad vnitatem, ſecundò quantum ad ſimilitudinem: eſt enim ad Deum ſimilitudo & vnitas, vt ſupra habitum eſt.

COROLLARIVM.

Ex hoc accipitur, quòd non eſt propriè memoria in Deo, nec in aliqua intellectiua ſubſtantia, niſi ſymbolicè: ſed tantum in parte ſenſitiua, circa quam eſt phantaſia. Et hoc idem dicit Gregorius Nyſſenus & Damaſcenus & omnes philoſophi: & ad hoc poſſunt eſſe hæ rationes. Quæcumque enim potentia accipit cum determinata differentia ſenſibilis, non eſt intellectiua ſubſtantia: quia intellectus accipit ſine conditionibus indiuiduantibus vt hic & nunc: ſed memoria eſt acceptio alicuius cum determinata differentia ſenſibilis, ſcilicet cum determinato tempore, eſt enim ſemper præteriti: ergo non eſt circa intellectiuam ſubſtantiam. Q

Vide ſum. de creat. q. 38. a. 1. item in 2. diſt. 3. art. 6.

2 Ad idem, Nulla potentia, cuius deterioratur aut melioratur actus ex diuerſa complexione, eſt intellectiuæ ſubſtantiæ, eò quod intellectus nullius corporis eſt actus: ſed memoriæ actus deterioratur & melioratur ex diuerſa complexione: quia ſecundum frigidum & ſiccum eſt bene

memo

memoriæ, & ſecundum calidum & humidum male, vt dicit Philoſophus: & etiam pueri propter multos motus humorum non ſunt bene memores, ſimiliter neque decrepiti propter defluxum ſicut eſt in antiquis & ruinoſis ædificiis, vt dicit Philoſophus: ergo memoria non eſt potentia intellectiua.

3 Præterea, In quibuſcumque eſt memoria, eſt differentia ſecundum bene & male tenere: ſed in ſubſtantiis intellectiuis non eſt participatio alicuius ſecundum quod poſſit cauſare in eis bene & male retinere: ergo non eſt in eis memoria.

4 Præterea, In natura perfecta intellectiua non poteſt eſſe reflectio ſuper particulare, cuius eſt eſſe hic & nunc: ergo memoria non poteſt eſſe intellectiua natura, niſi æquiuocè ſumatur memoria, ſicut Auguſtinus ſumit pro notitia quæ eſt tam reſpectu præſentium quam præteritorum & futurorum: tempus enim præteritum cadit in definitione memoriæ.

EXPOSITIO TEXTVS.

Vt aiunt eloquia 2. Tim. 2. *morte ſanctorum dicta pro conſummatione*, id eſt, fine vitæ *in ſanctitate*, ſic quod ly ſanctorum teneatur formaliter, non tantum materialiter. Tertia theoria eſt, quod per hoc quod ſuperpoſito pane (per quem ſignatur Chriſtus) fit recitatio ſanctorum, ſignatur inſeparabilis ſocietas ſanctorum ad Chriſtum, *profeſſio*, id eſt, recitatio. Alia translatio, *deſcriptio*.

22. R *His autem ea quæ dicta ſunt*, *&c.* Hic ponit ea quæ ſunt eſſentialia ſacramento, ſcilicet conſecrationem ipſam: & primò ponit conſecrationem. Secundò ea quæ peraguntur poſt conſecrationem, ibi, *Deinde Deo ſimili hac actione*, *&c.* Circa primum duo facit: primò enim ponit præparationem conſecrantium per manuum lotionem. Secundò conſecrationem ipſam, ibi, *Sic diuinus*, *&c.* Circa primum iterum ponit ritum. Secundò ſignificatum, ibi, *Quia quidem vt eloquia*, *&c.* Primò ergo dicit, quòd paratis his quæ dicta ſunt, ſacerdos ſummus, cum aliis ſacerdotibus aſtantibus lauat manus coram altari, in quo iam ſunt poſita panis & calix, *lege*, id eſt, ſecundum hierarchicæ legis inſtitutionem, *ſacrificatis*, id eſt, ſacrè paratis, *ſymbolorum*, id eſt, panis & vini. *Quia quidem*. Hic ponit theoriam huius: & primò ipſius lauationis. Secundò quare ante ſacrificium, ibi, *Sacer igitur lauter*, Tertiò quare in tali loco, ibi, *Summi autem ſacerdotes*. Dicit ergo primò, quòd ſicut dicit Dominus, non oportet vt qui loti ſunt, &c. niſi vt extrema ſua lauent, vt non tantum ſint mundi à magnis peccatis, ſed à minimis, quantum eſt poſſibile, vt ſecundum quod progredientur in inferiores per operationes hierarchicas, non coinquinentur ex perfectiſſimis mundiſſimiſque, ſed maneant in ſua puritate, & alios reducant in ipſam. *Eloquia aiunt*, Ioan. 13. *extremorum*. Ibi tantum dicitur de pedibus: ſed ipſe accipit à ſimili de omnibus extremitatibus, *ſublimiſſimam*, quia non in extremis, *caſtiſſimo*, id eſt, mundiſſimo, *proueniens ad ſecunda*, id eſt, in ſubditos per diſpenſationem ſacrorum, quia fortè poſt lotionem ibat ad Chorum, nunc verò prouenit quodammodo ad ſecunda quando inuertit ſe, & petit orari pro ſe, *non retentus*, ſcilicet imperfectionibus inferiorum, *abſolutus*, id eſt, liber ab eis: *& iterum*, ſcilicet poſtquam prouenit in ſecunda, *conuertens ſe adunatum ad vnum*, ſcilicet Deum, *faciet conuerſionem* ad Deum: quod ſignificatur quando iterum conuertit ſe ad altare, *immaculatam* in ſe, *& incontaminatam* ab aliis *ſaluans*, id eſt, conſeruans. *Sacer igitur*, *&c.* Hic oſtendit quare lauentur manus ante immolationem. Et dicit, quòd idem ſignificat hæc lotio ante ſacrificium, quod olim ſignificabat vas aquæ quod erat in templo quo lauabantur ſacerdotes accedentes ad ſacrificia veteris legis, ſcilicet quod ſacrificantes etiam debent eſſe à minimis mundati, vt ſic aſſimulati Deo, quantum poſſibile eſt, veniant in contemplationem eorum quæ aſſignantur in ſacramentis & participationem, & ex hoc in apertam claritatem, in qua vident qui ſunt in patria. *Lauter* vas in quo eſt aqua, vt dicitur 36. Exod. & 3. Reg. 7. *Legem veracem*: *ipſum*, id eſt, aliquid. *immolationem*, id eſt, ſacrificationem: *extremas phantaſias animæ*, id eſt, minimas cogitationes & affectiones: *& oportet ſimilitudine ipſi*, id eſt, ad Deum, *quantum poſſibile*, *aduenire*, primò mundatas, *in theophanias*, id eſt, in contemplationes, *ſupermundalium fulgorum*, id eſt, ſpiritualium ſignificatorum, *manifeſtiores* quam ipſa ſymbola in quę intendunt alij, *circa quas* ipſi *ponentur*. Alia translatio, circum illi voluuntur: *fulgorum*, dico, *apparentium*, ſicut imperfectum appetit perfectionem, *peruenire proprium ſplendorem*, vniuerſaliorem ea quæ hic eſt, quia ad plura ſe extendit, *& lucidiorem*, quia ſine ſpeculo & ænigmate. Alia translatio habet, *fulgoribus & apparentibus*, & ſunt ablatiui abſoluti, & ſic etiam planius eſt ſub eodem ſenſu. *Summi autem ſacerdotes*. Hic oſtendit quare coram ſymbolis lauentur manus, & dicit, quòd hoc fit vt ſignificetur, quod nos purgamur, dum non viuimus in conſpectu Chriſti, qui omnia inſpicit, in quibus ſignificatur Chriſtum etiam occultas cordis diiudicare notiones, id eſt, cogitationes, *ſublimiſſima purgationis*, id eſt, ſublimiſſima purgatione, more Græcorum, *terminata*, id eſt, terminata, id eſt, diiudicata, ſicut eam determinat per ſententiam, *in eius ſubtilitatibus intenſiſſimis*, id eſt, ſubtilibus viſionibus, &c.

Sic diuinus ſacerdos, &c. Hic determinat de 23. S conſecratione ipſa, & primò ponit ritum, ſecundò theoriam, ibi, *Ergo in nos*, *&c.* Dicit ergo primò, quòd Epiſcopus paratis prædictis, laudat actiones diuinas, quæ operantur in ſacramento, dum dicit quomodo Chriſtus hoc ſacramentum instituit, & ſic conſecrat per verba Domini corpus & ſanguinem eius, & tandem oſtendit populo dum hoſtiam leuat. *Vnitur*, quia per eam vnimur ad Deum: *diuiniſſima*, id eſt, corpus & ſanguinem Chriſti, *ſanctificat*, id eſt, conſecrat *laudata*, id eſt, conſecrata. *Ergo in nos*, *&c.* Hic ponit dictorum theoriam, & primò dicit de quo eſt intentio, & facit inuocationem propter ſui magnitudinem. Secundò proſequitur, ibi, *Humanam naturam*, *&c.* Primò ergo dicit, quòd dicendum eſt primò actiones diuinas quæ laudantur in ſacrificio, & poſtcà

ſteà virtutem ſacramenti, in his qui ſumunt, non tamen omnes actiones diuinas quæ ſacramento repræſentantur, eſt ſufficiens ſcire aut exponere aliis, ſed tantum illa quæ habentur per ſacram ſcripturam: & vt hoc ſit poſſibile, inuocat eum à quo eſt omnis inſpiratio hierarchica. Vel aliter primò debemus dicere diuina beneficia quæ ſunt diuinæ actiones in nos, quæ in hoc ſacramento rememorantur, *deinceps narrandum* quod eſt ad propoſitum, ſcilicet ritus & myſterium, *quanta virtus eſt*, ſcilicet nobis ad talia dicenda: & cauſam ſubiungit. quia non eſt ſufficiens omnia dicere. *Ergo* ex quo laudat diuinas actiones, *nos dicimus diuinas actiones eſſe in nos*, id eſt, dicemus quas diuinas actiones in nos repræſentet nobis hoc ſacramentum. Alia tranſlatio, *igitur quas quidem eſſe ad nos, &c.* Deinceps in ſequenti parte narrandum quanta ſit virtus huius ſacramenti in ſumentibus ipſum. A diuiniſſimis ſacerdotibus, id eſt, qui tradiderunt ſcripturas canonicas, vel ab ipſis ſacrificantibus *laudantur* per memorationem, *& ſacrificantur* per conſecrationem, *conſequenter eloquiis*, id eſt, ſecundum quod conſonat ſacræ ſcripturæ, *hierarchicam inſpirationem, ducem*, id eſt, principium eius, &c.

Humanam naturam, &c. Hîc ponit theoriam
24. T eorum quæ dixerat, & primò eius quod dixerat de laude diuinarum in nos actionum. Secundò diuinam conſecrationem & reuerentiam circa ipſam, ibi, *audans autem, &c.* & quia actio quæ in hoc ſacramento commemoratur, eſt reparatio humanæ naturæ, ideò prima pars diuiditur in tres partes. In prima ponit perditionem humanæ naturæ, ſecundo reparationem per Ieſum Chriſtũ, ibi, *Diuina autem, &c.* In tertia adaptat ad propoſitũ, ibi, *diuina verò mutatio, &c.* Circa primũ quinque dicuntur, ſcilicet quomodo cecidit & in quod, & quæ fuit cauſa caſus, & quid conſecuta eſt per caſum, & quod vulnerata eſt peccato originali, & quod ſuperaddita ſunt multa alia ex hoc. Dicit ergo, quòd humanæ naturæ in principio ſuæ inſtitutionis ex bonis diuinis cecidit in vitam paſſibilem, & in mortem: per hoc enim quod tranſgreſſus eſt legem Dei ſibi poſitam, ſequens proprios motus & diaboli ſubiectiones, traditus eſt ex ſuo peccato in poteſtatem eorum quibus conſentiuit, vt ſcilicet ſit ſeruus peccati: & ideò pro vita æterna, qua ſcilicet poterat non mori, conſecutus eſt mortalem vitam, quæ ſcilicet neceſſitati mortis addicta, & vt incurrat finem mortis, qui competit principio ſuæ factionis, quo eſt compoſitus ex contrariis: & etiam ex vita qua ducebatur in ſupernis, ſcilicet in cælum, decidit in terram, & paſſibilis facta eſt, & errans à via recta mandatorum Dei, vulneratus eſt peccato originali, & ſubiectus dæmonibus, quorum tyrannide in plurima peccata deuenit. *Multum paſſibilis vita, & finis corrumpentis mortis ſuſcepit humanam naturam ex diuinis bonis*, ſic quòd poterat non mori, etiam non peccare, ex his quibus Deo ſimilis erat: conſequenter enim humana tradidit per conſenſum ſe *recalcit. autem*, id eſt, repugnantem *viuifico iugo*, id eſt, diuino præcepto ex *tranſgreſſione ſacra legiſlationis in paradiſo*, tradidit, dico, ſcilicet *propriis motibus & ſeductionibus inimici*, id eſt, ab inimico, *contrariis diuinorum bonorum*, id eſt, præceptorum & virtutum, & hoc *perdita apoſtaſia*, id eſt, per apoſtatas, *ea bonitate qua verè eſt. Ipſa habens proprium principium in corruptibilibus generationibus*, id eſt, per ſua principia, quibus componitur, ſcilicet contraria, *meritò ducta eſt ad finem conſequentem*, id eſt, conuenientem *principij*. Ex hoc patet, quòd homo in primo ſtatu fuit immortalis, non per immortalitatem naturalem, ſed per gratiam: quamuis aliqui contradicant, dicentes quod fuit compoſitus in ſumma æqualitate contrariorum, ita quod vnum non poterat agere in aliud. Sed hoc eſt impoſſibile: quia in mixtione oportet eſſe aliquod contrarium prædominans, aliter enim non conſequeretur mixtionem forma vna. Præterea, cum remaneant elementa ſecundum primum eſſe, oporteret quòd remanerent virtutes elementorum: & ſic neceſſariò ſecundum naturam eſſet actio & paſſio & corruptio. *Ex vita ſurſum ducente*, quia ex illo ſtatu tranſiuit *in terram, extremitatem contrariam*: terra enim eſt infimum, & cælum in quod aſſumendum erat, ſupereminet omnibus: *vulnerata eſt* peccato originali, ſicut legitur Luc. 10. de Samaritano, *multitudinibus*, id eſt, dæmonibus, *oblita eſt*, id eſt, decepta eſt. *In non ſubſiſtentias*, id eſt, peccata quæ nihil ſunt. *Ipſis autem, &c.* Alia tranſlatio ſic habet, *Illis autem crudeliter ſecundũ propriam crudelitatem abutentibus, ad conſummationis & deſtructionis miſerabiliter incidit periculum.* Corollariũ.

Diuina autem bonitatis, &c. Hîc ponit reſtaurationem per Ieſum Chriſtum, & primò dicit, 25.
quòd reparata eſt noſtra natura: ſecundò modum V.
quo reparata eſt, ibi, *Apoſtata quidem, &c.* Dicit ergo primò, quòd bonitas diuina non indurauit nobis, ſed per ſe operata eſt, non per Angelos vel quamcumque naturam, ſalutem: accepit enim verè noſtram naturam abſque peccato, permanens in natura immutatus, communicauit nobis & ſe & ſua bona, ſicut cantatur, Procedens homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuam deitatem. *Humanitas*, id eſt, benignitas, *prouidentiam* non indurauit, ſic quod non haberet curam de ſalute noſtra, *in veritate*, non phantaſticè, *omnium ſine peccato*, & animæ & corporis & pœnalitatum, *inconfuſe*; id eſt, incommixto, *tanquam congeneratis vel congenitis*, ſicut his qui de genere eius ſumus, ex quo naturam noſtram aſſumpſit. *Apoſtatica autem, &c.* Hîc oſtendit quomodo naturam noſtram reparauit: quia ſcilicet deſtruxit poteſtatem diaboli, qua nos opprimebat, non per virtutem, ſed per iuſtitiam: & ſic omne quod in nobis corruptum erat, reparauit, reducens in contraria bona, quia obſcœnitatem noſtram reparauit in lucem deiformem & pulchritudinem, & animam noſtram mundauit à maculis peccati, & oſtendit renouationem noſtram qua renouari debemus, & perfectionem per aſſimilationem ad ipſum. *Apoſtatica multitudinis, &c.* id eſt, diabolicæ, *ſicut ſecreta traditio habet.* Coloſſ. 2. Spolians principatus & poteſtates, &c. *per virtutem*, id eſt, per violentiam: *traditum eloquium.* Ierem. 22. Faciet iudicium & iuſtitiam in terra, *ad eſſe contrarium* noſtræ corruptioni, *diuiti*, id eſt, copioſo *lumine*, quod eſt medium cognoſcendi, *informe*, id eſt, non formatum *pulchritudinibus* quantum ad ipſa ſignata: *anima habitaculum*, id eſt, quæ eſt habitaculum Spiritus ſancti quantum

tum ad effectum, *in perfectiſſima*, id eſt, ſecundum perfectiſſimam. *Eſſentia noſtra tamen decidentis*: quia per ſe cadere poteſt, ſed non reſurgere, ſicut dicitur in Pſal. 77. Vadens & non rediens. *Supermundanam*, id eſt, ſupermundana virtute, *perfectam in ipſis*, id eſt, ſecundum ipſas, *ad eam*, ſcilicet diuinam bonitatem.

25. X *Diuina verò imitatio*, &c. Hîc aptat ad propoſitum. Dicit ergo, quòd diuina operata ad ſalutem non poſſunt nobis melius ad memoriam reuocari, niſi per operationes & ſacrificia: & ideò ſacerdos ſtans ante altare cum laude memorat actionem Chriſti ex voluntate Patris & cooperatione Spiritus ſancti, & reparationem noſtram. *Diuina imitatio*, id eſt, quod ipſum ſemper imitemur, *ingenita*, id eſt, per conſuetudinem quæ naturalis nobis facta eſt. *Prouidentia noſtra*, id eſt, de nobis, *ſecundum eloquium*, &c.

26. Y *Laudans*, &c. Hîc oſtendit quomodo ſacerdos cum reuerentia complet conſecrationem. Dicit ergo, quòd poſtquam ſacerdos laudauit cultum iſtius ſacramenti, quantum ad ſymbola ex inſtitutione Dei, & ſignificationem eius, rememorando noſtram reparationem, conſecrat, & ſignificatione vtens verbis Chriſti: tamen priuſquam conſecret, excuſat ſe de temeritate tam excellentis actionis, per hoc quod non ageret, niſi eſſet præceptum: vnde dicebat, *Tu dixiſti*, &c. *Sacrificationem ſymbolicam*, id eſt, ſymbolorum *Deo tradente*, id eſt, per verba Chriſti, *reuerenter* propter dignitatem ſacramenti, *hierarchicè* propter poteſtatem ordinis, *actione ſupra ſe*, id eſt, quam reputat ſupra ſe eſſe, *apologiam*, id eſt, excuſationem *facit*,

27. Z *Deinde Deo ſimili*, &c. Hîc ponit ea quæ peraguntur poſt conſecrationem: & primò ponit ea quæ aguntur circa ipſum ſacramentum. Secundò quomodo participatur á fidelibus, ibi, *Accipiens autem & tradens*, &c. Circa primum primò ponit ritum. Secundò myſterium, ibi, *Vnum enim & ſimplum & occultum*, &c. Dicit ergo primò, quòd poſtquam excuſauit ſe ſacerdos per præceptum diuinum, petit ſe dignum fieri vt perficiat conſecrationem ſecundum ſimilitudinem ad Chriſtum, & quod dignè aliis poſſit hoc ſacramentum diſtribuere, & alij dignè recipere, & tunc conſecrat hoc per recapitulationem Dei, & oſtendit populo conſecratum corpus Chriſti, quod tamen latet ſub ſymbolis, quia reuelat panem qui primò erat occultatus, & panem indiuiſum diuidit, & aliis diſtribuit, ſimiliter & vnum calicem, & in hoc completur actio conſecrationis. *Laudata*, id eſt, conſecrata, *per ſymbola ſacrè procumbentia*. Alia tranſlatio, *propoſita*, ſcilicet per ſpecies panis & vini quibus tegitur corpus Chriſti.

28. Aa *Vnum enim & ſimplum*, &c. Hîc ponit theoriam, & ſecundò aptat ad propoſitum, ibi, *Hac ſacris actionibus*, &c. Dicit ergo primò, quòd Ieſus, qui in diuina natura erat verbum occultum & ſimplex & vnum in ſe, ſuſcipiendo naturam humanam factus eſt viſibilis & compoſitus ex diuerſis membris, natura tamen diuina in nullo mutata, & ſic etiam nos tanquam verbo eius vnimur ſibi ſecundum immaculatam & diuinam vitam per ſeparationem à paſſionibus peccati, quibus natura noſtra corrumpitur, quia oportet nos, ſi ſibi volumus vniri, ita quod ſimus in verbo eius, & ſicut ipſe mundus fuit, ita & nos eſſe. *Vnum enim*, id eſt, id quod eſt primum ens, *Ieſu diuiniſſimi verbi &* id quod eſt *ſimplum* ipſius *& occultum inhumanatione*, id eſt, ſecundum aſſumptionem humanæ naturæ, *ſecundum nos*, id eſt, prout eſt in nobis, non phantaſticè, *prouenit*, id eſt, factum eſt *compoſitum* ex membris, *& viſibile* ad ſenſum, per hoc quod verbum caro factum eſt, *immutabili bonitate*, quia natura diuina immutata permanſit. Alia tranſlatio, *inuariabiliter, & humanitate*, id eſt, benignitate. Alia tranſlatio non habet. *Noſtra humilia*, id eſt, humanam naturam, *ſuis diuiniſſimis*, id eſt, diuinę, *ſummè adunans* in vnitate perſonæ.

D V B I V M.

Sed videtvr, quòd hæc vnio non ſit ſumma vnio. Maior enim eſt vnio quæ eſt per eſſentiam quam quæ eſt in perſona communicante. Bb In 3. d. 2. a. 12.

2 Præterea, Bernardus dicit, quòd maxima eſt diuinarum perſonarum in eſſentia, & poſt hanc vnitas naturarum in vna perſona.

Et dicendum, quòd licet non ſit ſumma vnio ſecundum eſſentiam, eſt tamen ſumma ſecundum eſſe: quia cum eſſe ſit ſuppoſiti, Chriſtus tantum habet vnum eſſe, cum ſit vnum ſuppoſitum, ſed ex duabus naturis proueniens. Vel dicendum, quod dicitur ſummè adunatum reſpectu creaturarum: & ideò alia adunata ſeparantur, ſed Dei verbum nunquam depoſuit hominem quem ſemel aſſumpſit, ſicut dicit Author.

EXPOSITIO TEXTVS.

Siquidem & nos. Alia tranſlatio, *ſic & vt nos, & nos compaginamur ipſi Chriſto immaculata & diuina vita*, id eſt, per immaculatam & diuinam vitam *ſecundum idem*, id eſt, ſecundum quod immaculatus fuit, tanquam membra corpori, ſumus enim myſticum corpus eius, quod habet compaginationem per ſpem, articulationem per fidem, conglutinationem per charitatem, vnitatem per ſpiritum adunantem. Alia tranſlatio, *ſecundum idem immaculata & diuina vita*: & nos dico, *non mortificati paſſionibus corrumpentibus*, ſcilicet peccatis, *& incompacti*, id eſt, non coniuncti eis, *& deiformes & inconuenientes* peccatis *efficimur* adunati *ad diuina membra & ſanctiſſima*, quæ ſunt abſque corruptione peccati, id eſt, ſi ſumus tales. Ex hoc poteſt haberi, quòd illi qui ſunt in peccato mortali, non pertinent ad corpus myſticum. Abſit enim, vt dicit Auguſt. quòd Chriſtus habeat membrum putridum, quamuis ſint aliquo modo de Eccleſia: hoc enim eſt eſſe ſecundum quid de corpore. Alia tranſlatio habet, *Non coherèdes*, &c. *non conuenienter & non coadaptati efficiamur diuinis membris & ſanctiſſimis ſimilitudine ad eam*, id eſt, ſecundum ſimilitudinem ad vitam Chriſti ſecundum carnem, *mirabili impeccabilitate*, id eſt, vt efficiamur quodammodo impeccabiles per confirmationem iuſtitiæ, ſicut ipſe fuit per vnionem diuinitatis, *compactè*, id eſt, conuenienter *ad ſimilem*, id eſt, ad ſe cui per puritatem vitæ aſſimilati ſumus. Cc Corollariũ.

Hac

39. *Hæc ſacris actionibus, &c.* Hic aptat quod
C c dixerat, ad propoſitum. Dicit ergo, quòd ſacerdos ſymbolis ſenſibilibus deſcribit nobis quod dictum eſt, quia per hoc quod propalat palam poſt occultum, ſignificatur quomodo Chriſtus aſſumptione noſtræ naturæ in ſymbolum apparuit: per hoc enim quod diuidit vnitum panem, ſignificat quòd ipſe ex indiuiſibilitate diuinitatis veniens ad noſtram diuiſibilitatem, natura tamen diuinâ in nullo mutatâ: per hoc verò quod diſtribuit, ſignificat quòd Chriſtus facit nos participes ſui & ſuorum donorum, quia aſſimilamur vitæ ſuæ ſecundum quod poſſumus per imitationem & per communicationem perfectionum diuinitatis ipſius. *Et perficiens participes eorum*, ſcilicet ſymbolorum, id eſt, communicantes, *ſocios imitatis diſtributorum*, ſcilicet ſymbolorum, *ad ea in quibus ſiunt*, id eſt, ad recipientes, id eſt, communicantes aſſociantur in vnitate quæ eſt ſymbolorum ad aſſumentes ea, & hoc, *ſecundum tempus*, id eſt, ſecundum proportionem ſumentium, quia ſecundum quod procedunt in tempore in fide, habent etiam perficere in ſanctitate. Alia tranſlatio habet, *& diuiſorum vnitione ad ea, in quibus fit ſecundum ſummum communicatores ipſorum faciens participantes. In ſenſibilibus*, id eſt, ſymbolis. Alia tranſlatio, *ſenſibiliter, noſtram vitam, Ieſum, inuiſibilem*, id eſt, qui eſt vita inuiſibilis animæ noſtræ: *ex occulto ſecundum Deum*, id eſt, ſecundum diuinam naturam, quia lucem habitat inacceſſibilem, *inconfuſo*, quia ſine permixtione naturarum, *perfectiſſima*, quia perfectus Deus, perfectus homo: *ſpecificatam*, id eſt, ſpeciem noſtram accipientem, *ex uno ſecundum naturam*, ſcilicet diuinam. *Diuiniſſima vita ipſi*, id eſt, humanitati, in *ſimilium line*, id eſt, per imitationem eius, & per hoc quod participamus vitam humanam ipſius in imitando, peruenientes *ad veritatem* quantum ad diuinam naturam, &c.

30. *Accipiens autem, &c.*, Hic ponit ea quæ peraguntur, ſcilicet acceptionem corporis Chriſti:
D d & primò ponit ritum: ſecundò exponit myſterium, ibi, *Participatio enim, &c.* Dicit ergo primò, quod ſacerdos primò accipit ipſam communionem, & tradit aliis, & cum tota Eccleſia fuerit in gratiarum actione, *in Euchariſtiam*, id eſt, gratiarum actionem. *Participatio enim, &c.* Hic oſtendit theoriam prædictorum, & primò quare ſacerdos primò accipit, & quomodo det aliis corpus Chriſti: ſecundo de gratiarum actione, ibi, *In his omnes ſacrorum, &c.* Dicit ergo primò, quòd ideò prius accipit quam diſtribuat: quia ſumere præcedit diſtribuere: hic enim eſt rectus ordo hierarchiæ, quod ille qui eſt dux aliis in diuinis, primò & maximè participet ea quæ aliis debet diſtribuere: & ideò illi qui prius docent diuina quam ſecundum ea viuant, ſunt alieni à ſacra lege: ſicut enim corpora ſubtiliora prius replentur lumine ſolis quam idem lumen transfundant in alia, ita non debet eſſe dux aliorum in diuinis, niſi per habitum mentis ſit Deo ſimilis factus, & ad officium prælationis iudicio diuino approbatus.

*

DVBIVM.

Sed videtur hoc eſſe hæreticum: quia videtur, quòd illi qui ſunt malæ vitæ, non poſſint aliis tradere ſacramentum. Et dicendum, quòd non intelligit hoc de actionibus ſacramentalibus: quia in talibus operator virtus diuina: homo autem eſt tantum miniſter exterior: & ideò æqualiter confertur gratia ſacramentorum per bonos & malos. Sed hoc intelligendum eſt de actionibus perſonalibus eorum qui ſunt in peccato mortali: omnes enim tales mortuæ ſunt operationes, vnde ſecundum eas non poſſunt transfundere aliis lumen gratiæ quo ipſi priuantur. E e

Participatio quantum ad ſe ipſum *ducit*, id eſt, prædicit, ſic enim habet alia tranſlatio, id eſt, præcedit *traditionem*, qua ſcilicet aliis tradit diuina, *& diſtributionem myſticam*, id eſt, myſteriorum, ſcilicet ſymbolorum quibus veritas occultatur. *Sacrum ducem*, id eſt, prælatum, *primum fieri in participatione donandorum per ſe aliis diuinitatis*, id eſt, ſpiritualium quæ per quo ſubditis tradi debent, ſecundum diuinam ſimilitudinem. *Audacter*, id eſt, præſumptuosè. *Vt enim ſubtiliores & clariores* de numero *eſſentiarum*, id eſt, corpora diaphana, & lucida vt vitrea, *prima*, id eſt, ante alia quibus lumen transfundunt, *omnino*, id eſt, ex qualibet parte *repleta influxu ſplendorum ſolarium*: & dicitur influxus, quia in talibus corporibus radius ſolaris infringitur & reflectitur ad punctum vnum, maximè ſi ſint ſphærica, *immittunt lumen ſuper eminens &c*, id eſt, lumen ſolis in ea quæ poſt eas ſunt in participatione luminis, *ſoliformiter*, id eſt, ad modum ſolis. Alia tranſlatio ſic habet: *quia ſunt in ſolaribus ſplendoribus ſubtiliores & clariores ſubſtantiæ prima influente fulgore adimpleta ſuper effuſum lumen ſecundum omnem partem ipſarum ad ſequentes ad modum ſolis ſupereuehunt. Sic, niſi* ſit *approbatus ad compaginationem*, id eſt, diſpoſitionem *diuina intelligentia, & diuini iudicij*, vt ſit diſpoſitor vel adaptator ſeu diſpenſator diuinorum iudiciorum & ſacræ intelligentiæ quæ eſt de diuinis. Alia tranſlatio, niſi *a diuina inſpiratione & iudicio adaptator demonſtratus*: & ſuper hoc dicit, quoniam quod hæc compaginationem poſuit, Græcus ἁρμοστὴν habet, quod aptius compaginatorem ſeu diſpoſitorem vel aptatorem dicere poſſumus. Denique ἁρμοστὰς dicebant Lacedæmones conſtitutum à ſe principem ab eo quod eſt vnire ſubditos, vt viuerent ſecundum leges, & ἁρμοσύνας vocabant Athenienſes eos qui ad alios dirigendos ad bene viuendum erant ordinati, vt euidenter ait Plato. Hic igitur ἁρμοστὴν Eccleſiæ principem propriè nominauit.

In his omnes ſacrorum, &c. Hic determinat de gratiarum actione, & primò ponit ritum. Secundò explicat myſterium, ibi, *Itaque diuina, &c.* Dicit ergo, quòd ex quo tota operatio hierarchici ordinis peruenit ad communionem, ſumunt ſacramentum cum gratiarum actione, quæ ex ipſa communione veniant in cognitionem gratiarum diuinorum actuum: quia ſcilicet ſunt ad noſtram ſalutem: *& laudans gratias* nobis factas, per gratiarum actionem, *omnis diſpoſitio ſacrorum*, id eſt, totus Eccleſiaſticus ordo,

condeſcen

condeſcendens, id eſt, finiens *in his*, quæ dicta ſunt, *hierarchicè*, id eſt, ſecundum diſpoſitionem hierarchicam, &c. *proportionaliter*, id eſt, ſufficienter à nobis nec cognoſci nec laudari poſſunt. *Itaque diuina, &c.*

Hic aſſignat huius theoriam. Dicit ergo, quòd ex quo communicantes & cognoſcentes gratias agunt, conſequens eſt vt illi qui non communicant neque cognoſcunt, non poſſint gratias agere: quamuis enim illis diuina dona quæ communiter exhibuit omnibus in reſtaurationem humanæ naturæ in collectione ſacramentorum, ex ſua natura ſint digna, nec pro eis gratiæ agantur: illi tamen qui non conuertunt ſuum ſpiritualem viſum ad ea, non poſſunt gratias agere pro eis, ſed ingrati permanent. Non poſſunt autem videre niſi guſtent participando: quia dicitur in Pſal. 33. Guſtate & videte: & ideò illi qui non participant, non poſſunt gratias agere: hoc participantes & vident & conuenienter gratias agunt: & hoc ſignificatur per hoc quod prius communicant, & poſteà gratias agunt. *Non in Euchariſtiam*, id eſt, gratiarum actionem. *Ex eo conuitiis qui in malo*, id eſt, nolunt conuertere viſum ſuum ex malo in diuina dona. *Diſcunt magnificas gratias eorum*, id eſt, donorum Dei, ex *mirabili doctrina diuinorum*, id eſt, quæ eſt de diuinis, eas cognoſcunt: & prius edocti per doctrinam ſacram, etiam poſtmodum *inſpicientes altitudinem*, &c. *in participatione*, id eſt, participando.

CAPVT IV.

De perficiendis in myro & in ipſo offerendis.

1. TANTA ſanctiſſimæ ſynaxeos ſunt & ſic bona inuiſibilia ad vnum nobis, ſicut ſæpè diximus, hierarchicè ſacrificantia ſocietatem & coordinationem. Sed eſt huius æquipotens altera perfectiua operatio, Chriſmatis hoſtiam duces noſtri quam nominant. Partes itaque eius in ordine ſecundum ſacras imagines intendentes, ſic ad vnum ipſius partes hierarchicas contemplationibus aſcendemus.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sancta ſanctiſſimæ ſynaxeos ſunt & ſic bona inuiſibilia, &c.

A IN præcedenti capitulo determinauit de operatione hierarchica quæ erat circa procedentes, & viaticum, ſic dictum, quia in via ſpirituali progredientes confortat, ſcilicet ad procedendum per reſtaurationem deperditorum. In iſta verò parte determinat de alia operatione hierarchica, quæ eſt etiam circa viatores contra impedientia proceſſum in via ſpirituali, & hæc eſt confirmatio. Diuiditur autem hoc capitulum in partes tres. Primò enim determinat ea quæ efficiuntur vel perficiuntur in hoc ſacramento. Secundò determinat ritum, ibi, *Iuxta eundem, &c.* Tertiò aſſignat theoriam, ibi, *Ipſa igitur introductiua, &c.* Prima autem pars ſic intitulatur: De perficiendis in myro, & in ipſo offerendis. Myron enim in Græco dicitur vnguentum, & ponitur hîc pro Chriſmate, cuius confectio eſt ex diuerſis, ſcilicet: oleo & balſamo in modum vnguenti. Dicitur ergo: *De perficiendis*, id eſt, efficiendis, *in myro*, id eſt, Chriſmate, id eſt, de effectibus eius, *& de offerendis in ipſo*, id eſt, de his qui offeruntur Deo conſecrati per Chriſma: quia vſus eius eſt in ordine, confirmatione & baptiſmo, quia baptizati vnguntur Chriſmate in vertice, quamuis hoc non ſit de eſſe ſacramenti, ſed ſacramentale: in aliis verò duobus eſt eſſentiale. In hac autem parte duo facit. Primò continuat ſe ad præcedentia dicens de quibus dictum eſt. Secundò accipit hoc de quo intendit, ibi, *Sed eſt huius.*

Litera ſic exponitur. Ea quæ *ſunt ſanctiſſimæ ſynaxeos*, id eſt, communionis, *tanta ſunt* tam magna & tot ſicut diximus, *& ſic* (*ſicut ſæpè diximus*) *bona inuiſibilia*, quæ in ipſa continentur & ſignificantur, *ſunt ſacrificantia*, id eſt, ſacrè facientia *ſocietatem hierarchicè* quantum ad participationem donorum, *& coordinationem* quantum ad ordinem hierarchicum, *nobis ad vnum*, ſcilicet ad Deum. Alia tranſlatio: *Tanta ſanctiſſima ſynaxeos vel congregationis ſunt & ita pulchra intelligibiles viſiones. Sed eſt huius, &c.* Hic accipit ſacramentum de quo intendit. Dicit ergo, quòd quædam alia ſacramentalis operatio eſt æqualis virtutis communioni, quæ à pluribus dicitur Chriſma: & ideò oportet vt ritum ipſius prius dicamus, & poſteà theoriam, ſicut de aliis factum eſt. *Huius*, ſcilicet communionis, *hoſtiam Chriſmatis*, quia ipſa conſecratus, offertur Deo. *Partes eius*, ſcilicet diuerſas operationes, in quibus eſt, *in ordine*, id eſt, ordinatè, *Intendentes ſecundum imagines*, id eſt, actiones ſenſibiles quæ in ritu eius exercentur, quibus aliquid ſpirituale ſignificatur, *aſcendemus ad vnum ipſius*, ſpirituale & intelligibile in quod ducit. B

DVBIVM.

SED VIDETVR, quòd non ſit æquè potens hæc operatio communioni: quia in communione continetur totus Chriſtus, in hoc autem aliqua gratia tantum: ergo non eſt æquè potens ei. C Dubium 1.

2 Præterea, Supra dictum eſt, quòd propter ſui dignitatem communionis operatio debet omnibus præponi: ſi igitur hæc operatio eſſet æquè potens illi, non debet poni poſt illam.

PRÆTEREA, Hic nullum effectum Chriſmatis dicit: ergo videtur, quòd hæc pars inconuenienter intelligitur de perficiendis, id eſt, de efficiendis in myro. Dubium 2

Dubium 3. PRÆTEREA quæritur, quare in hoc ſacramento confirmationis natura noo admioiſtret ſufficientem materiam, ſed oportet vt prius benedicatur per Epiſcopum, quia aliter de olei & balſami mixtione non poſſet fieri confirmatio, niſi prius eſſet benedicta: cum in baptiſmo & Euchariſtia natura præparet materiam propinquam, non enim oportet vt aqua io qua fit baptiſmus, primò cooſecretur quantum ad neceſſitatem ſacramenti, & ſi fiat, ad quandam ſolemnitatem pertinet: ſimiliter non oportet prins panem benedici quam couſecretur in corpus Chriſti.

Dubium 4. ITEM quæritur, quare non determinat de aliis vnctionibus ſacris, ſicot de oleo ſancto, & de oleo infirmorum.

Et dicendum ad primum, quòd ſacramentum Euchariſtiæ in ſe conſideratum ſimpliciter nobilius eſt hoc ſacramento: ſed tamen ſecundum quid æqoiporens eſt ſibi, ſcilicet in comparatione ad finem: quia hoc etiam reducit in vnum ſicut & illud: & hoc videtur tangere in litera. Et per hoc patet ſolntio ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quod materia huius ſacramenti eſt prius conſecrata: & ideò ex ipſa datur intelligi ſpiritualis effectus, & hoc non in baptiſmo, coios materia quantum ad neceſſitatem ſacramenti non eſt conſecrata. Vel dicendum, quòd Chriſmatis vſus non eſt tantum in vna operatione hierarchica, ſed in pluribus, vt prius dictum eſt: & ideò non poterat ſufficienter dici effectus Chriſmatis io partibos eius (quod ioſa io theoria faciet) cum io diuerſis operationibus diuerſos proprios effectus habeat. Sufficit aotem hic dicere in communi effectum eius, ſcilicet quod eſt æquiporens communioni in faciendo ſocietatem ad vnnm.

Ad quartum dicendum, quòd ad bene eſſe plura concurrunt quam ad eſſe: baptiſmus autem dat eſſe ſpirituale: & ideò ſofficit in eo materia ſecundum qnod eſt præparata à naturas & ſimiliter de Euchariſtia quæ eſt ſpirituale nutrimentum, & ſicut dicit Philoſophus in ſecundo de generatione, ex eiſdem outrimur & ſumns. Sed in hoc ſacramento confertur nobis ſpirituale bene eſſe, & ideò exigit aliquid vltra materiam præparatam à oatura.

Ad quintum dicendum, quòd non intendit in hoc libro agere de ſacramentis, vt dictum eſt ſuprà, niſi ſecundum quod cadunt in operationem hierarchicam ſcilicet miniſtrorum Eccleſiæ: oleum autem ſanctum & infirmorum conſecrantur ſimul ſub Chriſmate vt ſub eodem ritu, & ſic ea continet ſicut principalius, quamuis quodlibet habeat aliquos ſpeciales operationes: & ideò determinando de Chriſmate, determinat de aliis duobus.

MYSTERIUM.

teleta myri.

2. IVxta eundem ſynaxeos modum imperfectorum abſoluuntur ordines, accedenribus & hierarchico in omne templum bene olenri ambitu, & pſalmica ſacra cantatione, & diuiniſſimorum eloquiorum lectione, Deinde Chriſma ſummus ſacerdos accipiens ſuperponit in diuino altari circumuelatum à duodecim pennis ſacris, reboantibus ſimul omnibus ſanctiſsima voce ſanctum Deo acceptabilium prophetarum inſpirationis melodema. Et in ipſo perficientem orationem complens in ſanctiſsimis conſecrandorum hoſtiis educitur ad omnem ferè hierarchicam perfectiuam orationem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Iuxta eundem, &c.

HIc ponit ritum Chriſmatis, & primò ponit pertranſeundo ea, in quibus conuenit cum teleta commnoionis. Secondò id in quo diſtinguitur ab ea, ibi, *Denique Chriſma, &c.* Primò ergo dicit, quòd ſicut in ritu communionis excludantur imperfecti, poſtquam Epiſcopus thurificauit chorum & poſt cantum pſalmorum & poſt lectiones, ita fit hic *ſecundum modum ſynaxeos*, id eſt, ritum quem diximus obſeruari in communione, *imperfectorum*, ſcilicet catechumeni, eoergumeni, apoſtatæ, pœnitentes, & imperfecti, *accedentibus miniſtris*, id eſt, præcedentibus, ſic enim habet alia tranſlatio, *& hierarchico ambitu*, id eſt, poſtquam hierarcha præcedentibos miniſtris circuiuit *in omne templum*, id eſt, totum chorum, ambitu dico, *beneuolenti* propter thurificationem: alia tranſlatio, *Et hierarchica circumitione ad omnem ſanctum chorum.* A

DUBIUM.

SED SECUNDUM hoc videtur, quòd non oportuerit determinare de ritu Chriſmatis, determioato ritu Euchariſtiæ, cum eodem modo compleantur, ſicut ooo diffinitur de oleo ſancto & infirmorum propter hoc quod habent eundem ritum. B

Et dicendum, quòd omnes iſtæ vnctiones conſecrantur ſimiliter, & ideò ſub eodem numero ritu ſunt: ſed Euchariſtia & Chriſma non ſimiliter cooſecrantur, licet ſit ſimilis ritus: & ideò non eſt eadem ratio.

EXPOSITIO TEXTUS.

Deinde Chriſma, &c.

HIc ponit hoc in quo diſtinguitur iſte ritus à ritu cõmunionis. Dicit ergo, qoòd his perfectis ponit Chriſma conſecrandũ Epiſcopus ſu- C

per

per altare, & Chriſma erat velatum duodecim alis, & tunc omnes cantant canticum de inſpiratione prophetica, ſcilicet Sanctus, ſanctus, ſanctus, quod eſt Iſa. 6. vel pſalmos, vel alia: & tunc Epiſcopus dicens orationem, conſecrat Chriſma, & deinde vtitur eo ferè in omni operatione hierarchica. *Circumuelatum*, ſcilicet Chriſma, *pennis*, alia tranſlatio, *alis, reboantibus*, id eſt, cantantibus, *ſanctum melodema*, id eſt, canticum, *inſpirationis*, id eſt, traditum per inſpirationem, *prophetarum Deo acceptabilium*, ſcilicet Sanctus, ſanctus: hoc enim canticum de alis 12. eſt canticum Seraphin, *in ipſo*, id eſt, ſupra Chriſma, *orationem perficientem*, id eſt, conſecrantem, *vtitur eo*, ſcilicet Chriſmate iam conſecrato, *in ſanctiſſimis hoſtiis conſecrandorum*, id eſt, in conſecrationibus eorum qui offeruntur Deo, ſcilicet baptizatorum & confirmatorum & aliorum, *ferè*, hoc dicit propter matrimonium & quædam alia in quibus non eſt vſus Chriſmatis.

THEORIA.

3. IPſa igitur introductiua conſummatiuę huius ſanctificationis anagoge, per ea quæ ſecundum diuinum Chriſma ſacrè aguntur, illud, æſtimo, declarat quod circumuelatur ſanctis viris in animo ſacrum & bene redolens: quæ diuinitus iubet ſanctis viris non manifeſtas habere in gloria vana ſecundum virtutem occulti Dei bonas & ſuaue olentes ſimilitudines. Mundæ enim ſunt Dei ſecretæ, & ſuper animum ſuaue olentes pulchritudines, & inuiſibiliter oſtenduntur ſolummodo, intellectualibus conformes habere volentes per virtutem in animabus incorruptibiles imagines. Quæ enim imago Deum imitatur, ad illam inuiſibilem & bene olentem aſpiciens formam, ſic ſeipſam figurat & fingit ad formiſsimam imitationem. Et ſicut in ſenſibilibus imaginibus ſemper ad primam exemplarem ſpeciem ſcriptor inflexibiliter intendit, ad nullum aliud viſibilium retractus, aut ſecundum quid partitus, ſed ipſum illum qui eſt deſcribendus, ſi iuſtum dicere, effingit, & oſtendit alterutrum in alterutro præter eſſentiæ differentiam: ſic mundis in animo deſcribit ipſa ad bene olentem & occultam formam intenta & inflexibilis contemplatio, non errans deiformiſſimorum phantaſma. Iuſtè igitur ad ſupereſſentialiter ſuaue olentem & inuiſibilem pulchritudinem ad Deum conuerſi, intellectuale ſuum inconuerſibiliter ſpecificantes, nullam agunt in ſe Deum imitantium virtutum, in aſpiciendis, iuxta eloquium, hominibus, ſed ſanctè inſpiciunt tanquam in imagine diuino chriſmati, ab Eccleſia ſacratiſſima circumuelatam. Propter quod & ipſi ſecundum virtutem, ſanctum & deiformiſſimum intus Deum imitantis Deumque deſcribentis animi ſacrè circumuelantes, ad ſolam reſpiciunt archiformem intelligentiam: neque enim contemplatores tantum non ſunt diſſimilium, ſed neque ipſi ad illorum trahuntur viſionem: ſibimetque conſequenter neque viſibilium decores bonorum & iuſtorum, ſed eorum quæ ſunt verè, amant: nec gloriam vident à multitudine irrationabiliter beatificatam, ſed bonum vel malum in ſeipſo diuina imitatione iudicantes, agalmata diuina diuiniſſimæ ſunt beneolentiæ, quæ ex ſeipſa verum bene olax habens, ad multis diſſimiliter opinabile non conuertitur, ſuis veris pulchritudinibus vnum formans, quod eſt ſine ſimulatione.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Ipſa igitur introductiua, &c.

IN parte iſta ponit theoriam propoſiti titus in conſecratione Chriſmatis, & diuidit in partes duas. In prima parte aſſignat theoriam propoſiti titus in communi. In ſecunda deſcendit ad partes ipſius titus, ibi, *Fer eia reliquum, &c.* Circa primum tria facit. Primò namque aſſignat theoriam. Secundò inducit quoddam exemplum ad manifeſtationem eorum quæ dixerat, ibi, *Et ſicut in ſenſibilibus, &c.* Tertiò adaptat ad propoſitum, A

ſitum, ibi, *Sic immundus in animo, &c.* Circa primum, iterum primò ponit theoriam, ſecundò aſſignat rationem cuiuſdam quod dixerat, ibi, *Munda enim ſunt Dei ſecreta, &c.* Primò ergo dicit, quòd ex hoc quod agitur circa chriſma quantum ad eius occultationem ab aliis duodecim, ſignificatur per anagogen, id eſt, ſurſum ducentem contemplationem, quod interior gratia bene redolens, quæ ſignificatur per chriſma, propter odorem balſami quod in ipſo admiſcetur, occultatur in animo à ſanctis viris: hoc enim præcipitur ſanctis viris, quòd gratiarum dona, quæ ſunt ſimilitudines diuinæ bonitatis ſuauiter redolentes, non manifeſtent ad vanam gloriam. *Igitur* ex quo chriſma ſic velatur, *ipſa anagoge*, id eſt, contemplatio ſurſum ductiua *huius ſanctificationis*, id eſt, ritus qui eſt in ſanctificatione chriſmatis, *introductiua conſummatiua*, id eſt, quæ introducitur ad conſummationem in aliis ſacramentis, *declarat, &c.*

DVBIA.

B Dubium 1. SED VIDETVR, quòd non introducatur ad perfectionem in aliis ſacramentis: quod enim dat rei ſuam perfectionem, eſt eſſentiale ſibi: ſed chriſma non eſt eſſentiale baptiſmo, quia ſine eo poteſt eſſe: ergo non dat ſibi conſummationem.

Et dicendum, quòd conſummatiuum dicitur dupliciter, vel quod largitur rei propriam perfectionem, & ſic non eſt conſummatiuum chriſma baptiſmi: dicitur etiam conſummatiuum communiter, quod conſiſtit in quodam cumulo & aggregatione bonorum, & ſic quod addit aliquam perfectionem ſuper alterum, eſt conſummatiuum eius, & ſic chriſma eſt conſummatiuum baptiſmi, cum enim baptiſmus conferat eſſe ſpirituale, chriſma verò robur illius quod eſt bene eſſe, plura comprehendit quam baptiſmus facit, ſicut bene eſſe aggregat aliquid ſupra eſſe.

Sacrum & bene redolens, interior gratia quæ ſanctum facit & redolentem Deo & hominibus.

C Dubium 2. SED VIDETVR, quòd non debeat occultari, propter hoc quod dicit Apoſt. 2. Cor. 2. Odorem notitiæ ſuæ manifeſtauit per nos in omni loco: quia Chriſti bonus odor ſumus in iis qui pereunt, & in eis qui ſalui fiunt.

Et dicendum, quòd odor iſte & eſt Chriſti ſicut infundentis, & eſt noſter per aſſenſum & cooperationem. Inquantum igitur Chriſti eſt, ſic manifeſtandus eſt ad gloriam Dei, ſicut dicitur. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. Secundum autem quod eſt perſonalis habens aliquid ex parte noſtra, debet occultari: vnde dicit Gregorius, Sic opus fiat in publico, quatenus intentio maneat in occulto.

EXPOSITIO TEXTVS.

D *Quæ* ſcilicet anagoge *iubet* per modum regulę *ſimilis viris*, *diuinitate*, id eſt, ex inſtitutione Dei, ſcilicet, *non habere bonas & bene olentes ſimilitudines Dei occultè*, quæ ſunt *ſecundum virtutem*, id eſt, ſecundum proportionem & facultatem eius qui ſimilatur, qui tamen non poteſt ſimpliciter ſimilari, *manifeſtas in vana gloria*, id eſt, ad vanam gloriam, ſed ad gloriam Dei.

Munda enim, &c. Hic oſtendit rationem huius præcepti. Dicit ergo, quod gratiarum dona quæ ſunt in nobis, debent imitari diuinas pulchritudines ſecundum bonitates quarum ſunt imagines: ſed diuinæ pulchritudines ſunt ſecretæ, & non oſtenduntur ad ſenſum exterius, ſed tantum interius per participationem gratiæ: ſic & gratiæ noſtræ ſunt occultandæ humanis oculis per fugam vanæ gloriæ. *Pulchritudines* Dei quæ ſcilicet ſunt in eſſentia eius, *munda & ſuaueolentes ſunt ſecreta, &c.* ex hoc quia ſunt *ſuper animam & oſtenduntur ſolummodo inuiſibiliter.* E

DVBIVM.

SED HOC videtur falſum: hic enim principaliter intendit de gratiis ſecundum quod in ſacramentis conferuntur: gratiæ autem ſacramentales oſtenduntur in obiectis viſibilibus: ergo diuinæ pulchritudines non oſtenduntur tantum inuiſibiliter. F

Et dicendum, quòd hic loquitur de oſtenſione quæ eſt per participationem: participantur enim tantum à natura ſpirituali: & ideò dicuntur ſolum oſtendi inuiſibiliter quantum ad viſum exteriorem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Hæc dico, *pulchritudines, volentes habere*, id eſt, requirentes *in animabus* noſtris *imagines incorruptibiles*, quæ ſunt *per virtutem conformes*, *intellectualibus* diuinis pulchritudinibus, quæ ſunt in eſſentia eius. *Ad formiſſimam imitationem*, id eſt, ad pulchrum imitatum quod eſt Deus, *figurat*, id eſt, repræſentat *ipſam*, ſcilicet formam. G

Et ſicut in ſenſibilibus, &c. Hic ponit exemplum ſenſibile ad id quod dixerat quod noſtræ virtutes debent intendere ad imitationem diuinarum pulchritudinum quarum ſunt imaginationes. Dicit ergo, quòd hoc ita eſt, ſicut pictor ſemper intendit ad exemplar cuius vult imaginem effingere, & ad nihil aliud, ita facit imaginem, in qua ipſum exemplar videbitur propter perfectam imitationem, per hoc quod exemplar & imago differunt per eſſentiam. *Scriptor*, id eſt, pictor, *ad primam ſpeciem exemplarem*, quam ſcilicet *intendit* repræſentare per imaginem. H

DVBIVM.

SED VIDETVR, quod in ſpiritualibus, quorum gratia hoc dicitur, non ſemper fiat conformitas ad primum exemplar quod eſt Deus, ſed etiam quandoque ad exemplar Angeli vel hominis reducentis, ſicut dictum eſt in cæl. hier. 13. cap. quòd Angelus qui purgauit prophetam, dictus eſt Seraphin per conformitatem ad ipſum tanquam reductus ab eo. I

Et dicendum, quòd omnis illuminans, ſiue ſit homo, ſiue Angelus, reducit ad conformitatem primi exemplaris: quia non illuminat niſi ſecundum lumen diuinum, & ideò in diuinam ſimilitudinem reducit, reducendo in ſimilitudinem

pem luminis quod in ipſo eſt à Deo : ſi enim reduceret in id quod eſt ſimile ſecundum naturam ſuam , cum non habeat ex ſe lumen , non reduceret in lumen : ſicut ferrum ignitum aſſimilat igni id in quod agit ex virtute ignis , & non ſibi, eò quod non faceret optatum.

EXPOSITIO TEXTVS.

K *Ad nullum aliud retractus*, ita quod in hoc tendat ex toto , & non tendat ad aliud ſignificandum , *aut ſecundum quid partius* , ita quod partim intendat ad ſignificandum hoc , & partim ad ſignificandum aliud : *ſed ipſum illum qui deſcribendus eſt* , *effingit* , id eſt , quaſi alterum ipſum efformat, propter ſimilitudinem, *ſi tamen hoc eſt iuſtum dicere*, quòd in veritate non eſt ipſum : alia tranſlatio, *Duplicabit. Sic mundis in animo, &c.* Hic adaptat exemplum , & primò communiter , ſecundo ſpecialiter , quantum pertinet ad occultationem Chriſmatis, ibi, *Iuſtè igitur, &c.* Dicit ergo primo, quòd ſimile eſt in ſpiritualibus, quòd anima per contemplationem intenta ad diuinam odoriferam pulchritudinem, conformat ſe ſibi ſic quod in nullo erat à Dei ſimilitudine intendens ad aliquid aliud. *Sic ipſa contemplatio intenta ad formam*, ſcilicet diuinam pulchritudinem *benè olentem & occultam deſcribit, mundis* , id eſt , ſanctis *in animo phantaſma*, id eſt , ſimilitudinem *deiformiſſimorum* , id eſt, diuinarum formarum , *non errans* ab eius repræſentatione. Vel aliter, *deſcribit ipſam* ipſis , *contemplatio non errans* ſecundum *phantaſma*, id eſt, ſimilitudinem , &c. Alia tranſlatio , *phantaſmate.*

L *Iuſtè igitur, &c.* Hic adaptat exemplum ſpecialiter. Dicit ergo , quòd ex quo ſanctorum contemplatio debet eſſe intenta ad imitationem diuinæ pulchritudinis , rationabiliter tantum intendentes ad ipſam imitandam , quæ inuiſibilis eſt, nihil agunt vt videantur ab hominibus, ſed complent in ſeipſis quod repræſentat Eccleſia in Chriſmatis velatione : & ideò ſic velantes interiores virtutes reſpiciunt ſolum ad diuinum lumen , & cum ſint Deo aſſimilati, non ſolum auertunt ſe à temporalibus bonis, quantum ad amorem, quia hoc etiam imperfectorum eſt, ſed etiam quantum ad cogitationem, quia non cogitant quæ mundi ſunt , quomodo placeant mundo : ſed ipſi ſunt verè boni & diuina inſpiciunt & amant ea quæ ſunt verè bona tantum, & non apparentia bona, & ideò non attendunt ad gratiam humanam , quæ non eſt verum ſed apparens bonum ſecundum æſtimationem omnium , imitantes Deum , qui iudicat bona vel mala ea quæ in ſe ſunt verè , & non quæ ſunt ſecundum æſtimationem. *Igitur ſancti conuerſi ad Deum, ſpecificantes*, id eſt, formantes *intellectuale ſuum*, id eſt, intellectum *ad pulchritudinem, &c.* in *inſpiciendis hominibus*, id eſt , vt videantur ab hominibus, *ſecundum eloquium* Math.6. *tanquam in imagine* , id eſt , ſicut ſignificatur per ea quæ ſunt hic. *Propter quod & ipſi ſecundum virtutem*, id eſt, ſecundum ſimul poſſe , *ſanctum & deiformiſſimum*, id eſt, diuiniſſimam gratiam per quam ſunt ſancti & deiformes *reſpiciunt ad ſolam intelligentiam* , id eſt , Deum , *archiformem* , id eſt , principalem formam habentem. *Contem-*

platores ſecundum quod contemplatio dicit viſionem cum amore , quia vbi amor, ibi oculus: *diſſimilium* , non ſolum intelligitur de his quæ ſunt diſſimilia per effectum ſicut peccata quæ faciunt diſſimilem à Deo , ſed etiam de temporalibus quæ ſunt diſſimilia à Deo : *viſionem*, id eſt , ſimplicem cogitationem : *neque amant decores viſibilium bonorum* , ſcilicet horum quæ videntur bona , ſed eorum *quæ verè ſunt bona*, & hoc *conſequenter ſibi* , id eſt, ſecundum quod conuenit eis quæ ſunt verè bona. Alia tranſlatio: *Neque enim inuiſibiles ſunt ſolum diſſimilibus , ſed neque ipſi ad illorum trahuntur viſionem : vnde ſecundum conſequentiam ſuiipſorum, neque apparentia vanè pulchra & iuſta, ſed verè exiſtentia amant. Nec gloriam vident à multitudine*, id eſt , ab his qui non vniuntur ad vnum, *beatificatam*, id eſt, poſitam in beatitudine, vt dicit Philoſophus in primo ethic. *in ſeipſo* , id eſt , ſecundum ſui naturam, *agalmata* , expreſſæ imaginationes. Alia tranſlatio, *inſignia*, quæ ſunt in nobis exemplata : *beneolentia quæ habens ex ſeipſa*, id eſt, ex ſui natura, verum bene olens, *non conuertitur ad opinabile diſſimiliter multis* , de eo enim quod eſt opinabile bonum , eſt diuerſum iudicium , vel *diſſimiliter multis* qui conuertuntur ad opinabile bonum , *formans*, id eſt, mutans *ſui pulchritudinibus*, id eſt, donis gratiarum, *vnum* ſcilicet Deum, *quod eſt bonum ſine ſimulatione* , id eſt , verè , non tantum apparenter.

Fer eia reliquum , quoniam exterius pulchritudinem contemplati ſumus totius bonæ & ſacræ actionis, in diuiniorem eius reſpiciemus formam, ipſam in ſeipſa reuelatam velamina contemplantes, beatam, ſplendentem , manifeſtè claram , & incircumuelatè intellectibus replentem nos ſuaueolentiæ. Neque enim manifeſta myri perfecta operatio his qui circa ſummum ſacerdotem ſunt, incommunicabilis aut inuiſibilis eſt , ſed è contrario vſque ad eos perueniens , & ſtatuens ſupra multos contemplationem , ab ipſis circumuelatur ſacrè , & ex multitudine hierarchicè diſtinguitur. Diuinis enim viris ſacratiſſimorum radius tanquam cognationi ab inuiſibili luce purè & immediatè elucens , & intellectuales eorum receptiones incircumuelatè ſuauificans , ad ſubiectum non promptè peruenit , ſed ab ipſis vt ſecretorum inuiſibile contemplantibus ſine pompa , diſſimilibus in- 4.

contaminabile ſub pennatis ænigmatibus cooperitur, per quæ ſacra ænigmata ſubiectorum benè ornati ordines reducuntur ad ſacram ſuam analogiam. Eſt ergo, quod quidem dixeram, nunc laudanda nobis ſacra teletæ operatio conſummatiuæ hierarchicorum ordinationis & virtutis.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Fer eia reliquum, &c.

A DEterminata theoria huius teletę in genere, hîc incipit ponere eius theoriam in ſpecie, deſcendendo ad particulares eius operationes: & diniditur in partes duas. In prima parte ex ipſo ritu Chriſmatis oſtendit, quòd eius theoria & perfectis & ſacerdotalibus viris eſt inquirenda. In ſecunda incipit exponere ſignificationem propoſiti ritus, ibi, *Propter quod & hanc, &c.* Circa primum duo facit. Primò continuat ſe ad præcedentia dicens de quo eſt intentio. Secundò oſtendit, quòd de hoc conſiderandum ſit, ibi, *Neque enim manifeſtat, &c.* Dicit ergo primò, quòd quia contemplati ſumus pulchritudinem exteriorem ritus Chuiſmatis, reſtat reſpicere per contemplationem in diuiniorem eius pulchritudinem, quæ ſcilicet ſignificatur per ritum. *Fer reliquum, &c.* id eſt, da quod reſtat, *exterius*, id eſt, in ſymbolis, *totius bonæ actionis*, totius bonæ, eò quod eius vſus eſt ferè in omnibus alijs, vt prius dixit, *actionis*, ſcilicet conſecrationis Chriſmatis, &c. *formam*, id eſt, pulchritudinem ſpiritualem. *ipſam* ſcilicet formam *in ſeipſa reuelatam*, id eſt, reuelando eam in ſe, quia in ſe eſt manifeſta, *contemplantes velamina*, alia tranſlatio, *velantibus*. Et ponit ſex conditiones ipſius formæ quæ eſt terminus contemplationis: cum enim contemplatio reficiens animam ſit ad verum & bonum, poteſt accipi proprietas, vel ſecundum verum, vel ſecundum bonum, vel ſecundum modum accipiendi verumque. Si quantum ad bonum in ſe, ſic eſt *beata*, ſcilicet ſecundum hoc quod eſt obiectum beatitudinis, aut quantum ad ſequelam diuinæ bonitatis, quæ manifeſtat ipſam: & ſic eſt *replens* intellectuali *redolentia*, odor enim corporalis eſt ſequelà complexionis & ſignum eius. Si verò quantum ad verum, aut ſimpliciter, & ſic eſt *ſplendens*, verum enim eſt quod ſplendet in anima: aut in quantum eſt primum verum, & ſic dicitur *manifeſtè clara*, quia per ſe & non ab alio. Aut quantum ad modum participandi, qui eſt in prima, & ſic eſt *non velatè* quia ſine ſymbolis recipiunt. Alia tranſlatio: *beatum reſplendere facientem, à ſeipſa claritatem, & non velatè intellectualibus bono odore nos adimplentem.*

B *Neque enim manifeſta, &c.* Hic oſtendit ex ipſo ritu Chriſmatis, quod inſpiciendum ſit à perfectis in ſpiritualem formam quæ ſignificatur, licet non ab omnibus. Dicit ergo, quòd non eſt inuiſibilis ab his qui ſunt circa ſacerdotes, ſed ab his videtur, & celatur popularibus: & hoc ideò quia diuinus radius ſpiritualium contemplationum diuinis viris lucet ſine velamine, & ab eis occultatur velaminibus ſymbolorum minoribus, qui non poſſunt niſi in ſymbolis videre, vt proportionaliter ſibi ipſis reducantur in diuinum radium: & inde concludit, quòd à nobis qui ſumus in gradu diuinorum, eſt inſpicienda ſpiritualis forma huius teletæ. *Neque*, id eſt, & non, *operatio myri*, id eſt, Chriſmatis *perfecta* inquantum dat perfectionem in alijs ſacramentis, *manifeſta* in ſe, vel diuinis viris, *non eſt incommunicabilis aut inuiſibilis his*, ſcilicet miniſtris, *qui circa, &c. perueniens* à ſummo ſacerdote *vſque ad eos*, quod deſcendit in barbam & in oram veſtimenti, *ſtatuens*, id eſt, firmans, *contemplationem* ſui in eis *ſuper multos*, id eſt, populares, *diſtinguitur*, id eſt, ſeparatur *ex multitudine*, id eſt, à conſpectu multitudinis. *Diuinis enim viris radius ſacratiſſimorum*, id eſt, ſpiritualium contemplationum *tanquam cognationi* id eſt, ſicut cognatis ſibi, inquantum ſunt luciformes facti, *luce* ſcilicet diuina (qui lucem habitat inacceſſabilem) *purè*, id eſt, ſine admixtione ſymbolorum, *& immediatè*, quia ſunt ſupremi in noſtra hierarchia, &c. *incircumuelatè*, id eſt, ſine velamine.

DVBIVM.

C SED HOC videtur eſſe falſum: quia primo capitulo cæleſtis hierarchiæ dictum eſt, quòd non eſt poſſibile aliter nobis lucere diuinum radium niſi varietate ſacrorum velaminum anagogicè circumuelatum, & quia hoc eſt connaturale nobis: quantumcumque autem efficiantur ſancti, remanent in naturalibus: ergo non poſſunt accipere incircnmuelatè.

Et dicendum, quòd quantum ad principium acceptionis oportet quod ſemper accipiant per velamina ſenſibilium, quia intellectus noſter naturaliter proportionatur ad ſenſibilia, ſed ex ſenſibilibus diuini viri deueniunt in ipſam veritatem apertam: vnde hic loquitur quantum ad finem acceptionis.

EXPOSITIO TEXTVS.

D *Ad ſubiectum*, id eſt, inferiores *non promptè*, id eſt, non aptè, ſed per diuinos viros *incontaminabile*, ſcilicet ſpirituale: alia tranſlatio tamen habet, *non contaminatus cooperitur ſub pennatis ænigmatibus*, id eſt, ſub pennis aliquid ænigmaticè ſignificantibus, *ab ipſis diſſimilibus*, ſcilicet imperfectis, *vt à contemplantibus inuiſibile* de numero *ſecretorum* quod ſignificatur *ſine pompa*, id eſt, ſine honore, alia tranſlatio, *inegreſſibiliter.* Commentator tamen dicit θεωρούς, id eſt, contemplatores, & inconſpectores vocat Epiſcopos: theori namque vocabantur gentiles, qui proponebantur ab omnibus, ad Deum de futuris interrogandum. Et ſecundum hoc ſic debet legi, ab ipſis ſcilicet diuinis contemplantibus inuiſibile ſecretorum integreſſibiliter cooperitur diuinus radius incontaminatè, &c. *ad ſacram ſuam*, id eſt, radij *analogiam*, vel melius ſecundum

ipſorum

ipſorum proportionem. *Laudanda*, id eſt, cum laude *exponenda teleta*, ſcilicet Chriſmatis *conſummatiua operatio* quæ eſt perfectiua *ordinationis & virtutis* aliorum *hierarchicorum*, ſecundum ſcilicet quod conſtituunt in gradu diuino, & operantur diuinum effectum.

5. Propter quod & hanc diuini duces noſtri tanquam æquipotentem & eadem peragentem ſynaxeos ſacræ perfectionem eiſdem characteribus permulta, & myſticis diſpoſitionibus & ſacris orationibus ordinauerunt. Et quidem ſummum ſacerdorem tanquam ipſis aſpectibus ex diuiniore loco bonam ſuaueolentiam in ea quæ deinde ſunt ſancta proferentem, & ad ſe reuolutione docentem diuinorum participationem ſimul omnibus quidem fieri iuxta dignitatem ſanctis: indiminutam verò eſſe & incommutabilem omninò, & æqualitate ſecundum collocationem diuinam proprietatis incommutabiliter ſtantem. Deſiderio autem iterum eloquiorum cantus & lectiones imperfectos quidem erudiunt, ad viuiferám filiolitatem, conuerſionemque ſanctam faciunt pollutè energumenum, auferuntque contrariam vel qualemcumque tractam & inſanè energumenis, deiformis habitus & virtutis ſublimiſſimum proportionaliter eis oſtendentes, iuxta quam terrebunt maximè ipſi contrarias virtutes, & aliorum medicinam præſtabunt diurna imitatione, immobilem quidem ex propriis bonis, ad verò contrarios tumultus actuum non habentes tantum, ſed & donantes: his autem in intellectum diuinum ex peſſimis tranſeuntibus, habitum ſacrum imponunt ad non ſub malitia iterum errandum: quoſdam vt ſint caſtiſſimi, indigentes, conſummatè abſoluunt: quoſdam ſacros ducunt in diuinas imagines & inſpectiones earum & communicationes: reficiunt autem quoſdam ſacratiſſimè in beatis inuiſibiliter contemplationibus complendo vniforme eorum vno & viuificantes. Quid autem? Nonne & non omninò pucos, quorum iam memoriam fecimus ordines, clarè abſoluit ſecundum eundem ſynaxeos modum præſens nunc ſanctæ teletæ operatio, ſolum imaginibus videns obtutibus diuinis, & à ſolis immediatè ſacratiſſimis hierarchicis anagogis inſpecta, & ſacrificata?

DIVISIO ET expoſitio textus.

Propter quod & hanc diuini, &c.

HIc incipit exponere particulariter ſignificatum huius teletæ, & primò quantum ad ea in quibus conuenit cum communione, ſecundò quantum ad ea quæ ſunt propria ſibi, ibi, *Hac ergo iam ſæpè à nobis, &c.* Circa primom duo facit. Primò concludit ex dictis, quod rationabiliter eiſdem ſignificatur ſymbolis cum communione. Secundò exponit ſignificationem communem ſymbolorum, ibi, *Et quidem ſummum ſacerdotem, &c.* Dicit ergo primò, quòd propter hoc quod quod illa teleta eſt conſummatiua aliorum hierarchicorum, cum hoc idem agat communio, rationabiliter in multis conueniunt eorum ritus. *Noſtri duces*, id eſt Apoſtoli, *hanc perfectionem*, ſcilicet Chriſmatis, *eadem peragentem*. A

DVBIVM.

VIDETVR hoc eſſe falſum, cum ſint diuerſa ſacramenta: diuerſorum autem ſacramentorum diuerſus eſt effectus. B

2 Præterea, Communio non eſt communis omnibus hierarchicis: quia baptizati ſolum communicant: ergo videtur falſum quod dicit, quòd ſit eadem agens, Chriſmati ſcilicet, quod ferè eſt conſummatiuum in omnibus.

3 Præterea, Diuerſorum ſacramentorum diuerſa eſt materia, materia enim propria rei non eſt in alia re, ſed Chriſma eſt propria materia confirmationis: ergo videtur, quod non deberet eſſe vſus illius in aliis ſacramentis.

Et dicendum, quòd non dicuntur eadem agere, quia ſit idem effectus eorum, ſed quia vtrumque habet quandam communem perfectionem circa illa ſacramenta, quia & ordinati & baptizati in fine communicabantur & vngebantur Chriſmate tanquam perfectionem ab his reciperent, licet diuerſimodè, vt prius dictum eſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd Euchariſtia non eſt communis omnibus tanquam ſit de eſſe eorum, ſed quia eſt de bene eſſe.

Ad ſecundum dicendum, quòd Euchariſtia non eſt communis omnibus tanquam ſit de eſſe eorum, ſed quia eſt de bene eſſe.

Ad tertium dicendum, quòd chriſma propter balſamum, quod ſecundum ſe totum eſt odoriferum, ſignificat & confert robur contra impugnantes gratiam, & etiam propterea eſt materia in ſacramento confirmationis, in quo confertur robur vniuerſaliter quantum ad omnia: & ideò in omnibus aliis ſacramentis poteſt aſſumi ad præſtandum ſpiritualiter robur quantum ad aliquid, ſicut in baptiſmo quantum ad fidem, & in ordine quantum ad diſpoſitiones hierarchicas, & efficitur materia propria per aliquam ſpecialem operationem.

EXPOSITIO TEXTVS.

C *Characteribus*, id eſt, ſymbolis, *& diſpoſitionibus* quantum ad actiones: quia vtrobique fit velatio & thurificatio. *Et ſummum quidem ſacerdotem, &c.* Hîc ponit ſignificationem eorum in quibus conuenit cum communione, & primò ponit ſignificatum thurificationis, ſecundò cantuum & lectionum, ibi, *Deſiderio autem, &c.* Tertiò excluſionis imperfectorum, ibi, *Quid autem? Nonne & non omninò, &c.* Dicit ergo primò, quòd ordinatum eſt, quòd ſummus ſacerdos in hoc ſacramento ſicut in communione procedat ab altari per totum chorum, thurificet, & iterum reuertatur ad altare: in quo docetur, quòd diuina bonitas participat ſe omnibus ſecundum eorum dignitatem: ipſa tamen in ſe ſtat incommutabilis & indiminuta, firmiter ſtans in ſua proprietate, ſicut dictum eſt in explicatione Eccleſiaſticæ communionis. *Ipſis aſpectibus*, id eſt, omnibus aſpicientibus *ex diuiniore loco*, ſcilicet altari *bonam ſuaueolentiam*, id eſt, thus, *in ea quæ deinde ſunt ſancta, &c.* id eſt, in chorum, *ad ſe reuolutione*, id eſt, ſecundum quod reuertitur ad id à quo primò proceſſerat: *æqualitate*, quia nec maior fit nec minor, ſecundum *collocationem*, id eſt, firmitatem.

D *Deſiderio autem, &c.* Hîc exponit theoriam cantuum & lectionum, & primò oſtendit ad quid valeant in omnibus. Secundò qualiter diuerſimodè in diuerſis operantur ſecundum tres operationes hierarchicas, quæ ſunt illuminare, purgare, & perficere, ibi, *Hæ autem in intellectum, &c.* Dicit ergo primò, quod hi cantus quaſi obſtetricando præparant catechumenos ad baptiſmum, & energumenos conuertunt ab interiori pollutione, quæ eſt ſecundum quod adhuc ex toto non eſt repreſſa vis dæmonis in fomite, & quod in libidinoſis quos ſupra dixit apoſtatas, auferunt diſpoſitionem contrariam gratiæ, oſtendentes eis altiſſimum deiformis habitus & virtutis, ſecundum quam ipſi cantus vincent virtutes dæmonum, & præſtabunt victoriam contra impugnationes dæmonum: & non ſolum habent in ſe vnde terreant dæmones, ſed in hoc etiam aliis præſtabunt. *Deſiderio eloquiorum*, id eſt, deuotio excitatur per cantus, *& lectiones* circa ſacram Scripturam: *imperfectos*, id eſt, catechumenos *erudiunt*, id eſt, obſtetricant. Commentator μαιευτικ[illegible] (quod interpres erudiunt tranſtulit) eſt educere naſciturum: in eo enim obſtetrix interpretatur. *Ad viniferam filiolitatem*, id eſt, ad regenerationem baptiſmi, in quo confertur ſpiritualis vita, *energumenorum*, id eſt, energumenorum *pollutæ*, id eſt, qui ſunt polluti: *contrariam diſpoſitionem*, *vel quomodocunque contractam*, id eſt, ſiue ex origine, ſiue ex proprio actu, *energumenis*, id eſt, libidinoſis, *inſanæ* ſecundum quod concupiſcentia inſanire facit, abſtrahendo rationem, *oſtendentes* ſcilicet cantus, *eis* ſcilicet libidinoſis. *Iuxta quam*, ſcilicet virtutem, *ipſi* ſcilicet cantus *terrebunt contrarias virtutes*, id eſt, dæmones, *diuina imitatione*, id eſt, ſicut Deus facit, *habentes immobile*, id eſt, immobilem virtutem, ipſi cantus, *ex propriis bonis*, quæ ſcilicet in eis dicuntur: *vero*, id eſt, ſed *non habentes tantum actiuum ad*, id eſt, contra *contrarios tumultus* hoſtium, *ſed & donantes* aliis, habent enim per ſignificationem, & dant per deuotionem: quoniam excitat ipſos cantus. Vel aliter *iuxta quam ipſi* diuini viri, &c. Et hoc conſonat ei quod dictum eſt in tractatu communionis. *Hæ autem, &c.* Hîc oſtendit quomodo lectiones & cantus operantur tres actus hierarchicos in diuerſis, & primò de purgatione, ſecundò de illuminatione, ibi, *Quoſdam ſacros, &c.* Tertiò de perfectione, ibi, *Deficiunt autem, &c.* Dicit ergo, quòd his qui tranſeunt ex malis in intellectum diuinorum, imponunt cantus habitum, quo confirmentur in bono, vt non reuertantur iterum ad malitiam, ſicut catechumenis: & quoſdam qui non ſunt ex toto purgati (ſicut energumeni) perfectè mundant, quantum ad purgationem: quoſdam autem iam perfectè mundatos per baptiſmum, ducunt ad videndum ſymbola ſacramentorum, & contemplandum ſignificata eorum & communicandum eis, & hoc quantum ad illuminationem: quoſdam autem, ſcilicet iam perfectos, reficiunt per ſacras contemplationes, perficiendo eos in vno primo, quod eſt Deus, per perfectam reductionem, quantum ad perfectionem. *Ex peſſimis* ſcilicet infidelitate poſitis, id eſt, catechumenos: *quoſdam*, id eſt, energumenos, *indigentes, vt ſint caſtiſſimi*, id eſt, mundiſſimi, quia nondum ſunt ex toto mundati à fomite, *abſoluunt*, vt per hoc ſint caſtiſſimi. Alia tranſlatio, *Illos autem, qui non ſunt omninò caſti, perfectè mundant. Sacros*, id eſt, baptizatos: *imagines*, id eſt, ſymbola: *inſpectiones*, id eſt, ſpirituales contemplationes. *Quoſdam*, id eſt, perfectos *ſacratiſſimè*. alia tranſlatio, *ſanctiſſimos*: *vniforme*, id eſt, mentem quæ vno nata eſt informari, *vno*, ſcilicet Deo. *Quid autem, &c.* Hîc tangit excluſionem imperfectorum. Dicit ergo, quòd hæc teleta excludit imperfectos ſicut & communio, propter hoc quod ab imperfectis videtur *ſolum* in *imaginibus*, id eſt, ſymbolis, *videns*, id eſt, videre faciens. Alia tranſlatio, *viſa*, quantum ad imperfectos, *inſpecta* communiter quantum ad omnes, *& ſacrificata*, id eſt, conſecrata quantum ad ſacerdotes, *hierarchicis anagogis*, ab *obtutibus diuinis*, id eſt, his qui habent diuinum viſum, *& a ſolis ſacratiſſimis* viris *immediatè*, id eſt, ſine velamine inſpecta.

*

6. Hæc ergo iam ſæpè à nobis dicta, ſuperfluum eſt nobis, vt æſtimo, eiſdem reuoluere verbis, & non ad ea quæ deinde ſunt, tranſcendere, ſummum ſacerdotem diuinitus videntes à duodecim pennis circumuelatum habentem diuinum myron, & ſanctiſſimam in eo conſummationem ſanctificantem. Dicamus igitur quomodo eſt myri compoſitio. Congregatio eſt quædam bene ſpirantium materiatum in ſe copioſè habens qualitates odoriferas, quantum accipientes olfaciunt ſecundum analogiam, tanto ingenitæ eis bono odore participationis.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Hæc ergo iam ſæpè à nobis, &c.

A Poſita theoria eorum in quibus conuenit Chriſma cum communione, incipit hîc ponere theoriam de his quæ ſunt propria Chriſmati: & primò dicit de quo eſt intentio, & quid dimittendum. Secundò proſequitur intentum, ibi, *Dicamus igitur, &c.* Dicit ergo, quòd de excluſione immundorum & de cantibus & his de quibus prius dixerat, cum ſæpè dictum ſit, ſuperfluum eſt iterum dicere: & ideò prætermiſſis iis, eſt conſiderandum de iis, quæ ſunt propria Chriſmati, ſcilicet qualiter ſummus ſacerdos tenet Chriſma inuolutum duodecim alis, & conſecrat ipſum. *Sæpe*, ad minus bis in tractatu baptiſmi & communionis, *& non tranſcendere*, nos *videntes ſummum ſacerdotem habentem diuinum myrum*, id eſt, Chriſma *circumuelatum, &c. in eo* ſcilicet Chriſmate *ſacrificantem conſummationem*, id eſt, conſecrantem ipſum per aliquam orationem. *Dicamus igitur, &c.* Hîc exequitur propoſitum & diuiditur in partes tres. In prima determinat de confectione Chriſmatis ponendo theoriam. In ſecunda de velatione eius duodecim alis, ibi, *Eſt autem (vt æſtimo) clarum, &c.* Tertia de vſu eius in aliis hierarchicis teletis, ibi, *Et adhuc diuinus, &c.* Circa primum ponit primò ritum, ſecundo theoriam, ibi, *Credimus autem eſſe, &c.* Dicit ergo primò, quòd dicendum eſt de confectione Chriſmatis: conficitur autem ex rebus copioſè odoriferis, quia miſcetur balſamum cum oleo, quorum odorem participant olfacientes ſecundum ſuam analogiam: *benè ſpirantium*, id eſt, redolentium, *habens*, ſcilicet congregatio. *qualitates odoriferas tanto bono odore participationis* paſſiuè *ingenitæ*, id eſt, connaturalis eis qualitatibus, ſcilicet quantum bonus odor tantum participatur, *quantum accipientes*, id eſt, ſentientes *olfaciunt ſecundum* ſuam *analogiam.* Alia tranſlatio, *Quas participantes, bonis odoribus afficiuntur ſecundum quantitatem proportionis ingenita ipſis bene olentis narrationis.*

DVBIVM.

B Sed videtur, quòd non conficiatur ſecundum quantitatem ex rebus benè odoriferis: inueniuntur enim plura magis odorifera quam ea quæ ponuntur in confectione Chriſmatis.

2 Præterea, Oleum quod ponitur in eius confectione, non eſt multum odoriferum: ergo Chriſma non conficitur ex rebus copioſè odoriferis.

3 Iterum quæritur, quare conficiatur ex balſamo & oleo?

Dicendum ad primum, quòd ſicut dicit Philoſophus in libro de plantis, quædam plantæ ſunt odoriferæ ſecundum totum, id eſt, ſecundum radices, ſtipitem, & folia, Verbi gratia vt balſamus: & ideò dicitur copioſè redolens, quod ſecundum totum eſt bonæ olentiæ, quamuis fortè alia ſint vehementioris odoris. Præterea balſamus conſeruat à putrefactione: & ideò ponitur in Chriſmate propter odorem bonæ famæ ad alios, & propter incorruptionem à concupiſcentiis quantum ad ſeipſum. Oleum verò non propter hoc ponitur: & ideò non oportet, quòd ſit nimis redolens: ſed ponitur ad perfectionem conſcientiæ, ſecundum enim quod vngendo lenit, præſtat medicamentum circa præcedentia peccati vulnera: ſecundum verò quod lucet, confert ſplendorem virtutum, & competit characteri qui imprimitur in confirmatione, quod eſt lumen quoddam: ſecundum verò quod paſcit, competit refectioni affectus, qui eſt in ſummo bono. Et per hoc patet ſolutio ad alia.

Credimus autem eſſe diuiniſſimum Ieſum ſupereſſentialiter ſuaue olentem, inuiſibilibus diſtributionibus intellectuale noſtrum replentem diuina delectatione. Ipſa enim ſenſibilium ſuauitatum aſſumptio, ſaturitatem facit & nutrit cum delectatione multa olfacientium diſcretiuum, ſiquidem illæſum ſit ad bene olax in commenſuratione compactum. Et proportionaliter ſiquis dixerit intellectuales noſtras virtutes aduerſus in malum minorationem incorruptibiliter diſpoſitas in ipſa in nobis diſcretiui naturali valetudine, ſecundum deificas menſuras, & coadunatam animi ad Deum conuerſionem, in receptione diuinæ ſuaueolentiæ fieri, & benefacientiâ ſacta impleri, & 7.

diuiniſſimos

diuiniſſimo alimento. Non ergo myri ſymbolica compoſitio tanquam informatione informium ipſum nobis ſubſcribit Ieſum, fontem exiſtentem diuinatum ſuauium receptionum diuitem, proportionibus diuinis deiformiora intellectualium reddentem, diuiniſſimos declarantem vapores in quibus animi pacificè delectati, & diuinis aſſumptionibus repleti, eſca inuiſibili vtuntur ad intellectuale eorum introitu, iuxta diuinam participationem ſuaueolentium diſtributionum.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Credimus autem eſſe, &c.

A Hic ponit ſignificatum huius confectionis, & primò ponit ſignificatum ipſum. Secundò oſtendit ſimilitudinem ſigni ad ſignatum, ibi, *ipſa enim ſenſibilium, &c.* Tertiò concludit propoſitum, ibi, *Non ergo myri, &c.* Dicit ergo primò, quòd Dominus Ieſus replet intellectum noſtrom inuiſibilibus odoribus, ſcilicet diſtributionibos gratiarum cum magna delectatione, intellectuale noſtrum, id eſt, intellectiuam partem: & hoc eſt ſignificatum. *Ipſa enim, &c.* Hîc aſſimilat ſecundum proportionem ſignum ad ſignatum. Dicit ergo, quòd odor ſenſibilis facit delectationem & taturitarem in ſeoſu olfactus, dummodo organum ſit ſanum & proportionatum ad bonum odorem. Similiter intellectus noſter quando eſt ſanus, abſque ſcilicet corruptione peccati, & quando eſt proportiooatus ad diuina ſecundum menſuram oaturalis valetudinis & conuerſionis adunantis intellectum ad Deum, participat diuinos odores, id eſt, ſpirituales gratias, quibus repleatur delectatione & nutrimento ſiue ſatietate. *Suauitatum*, id eſt, odorum ſuauium, *diſcretiuum olfacientium*, id eſt, olfactibilium, hoc eſt, ſenſum olfactus, qui diſceroit inter odores, ſi quidem (duæ partes) *integrum*, id eſt, ſanom, ſic enim habet alia tranſlatio, *& illaſum ſit ad bene olēx*, ſcilicet diſcretiuum, *compactum*, id eſt, compoſitum, vel complexionatum. *Et proportionaliter*: noo enim eſt ſimilitudo corporalium ad ſpiritualia per participationem eiuſdem qualitatis, ſed ſecundum proportionem ad actum, qui attenditur. Eſt enim collectio duarum proportionum quarum vtraque eſt in duobus vel pluribus. *Siquis dixerit*, alia tranſlatio, *aliquis minorationem dicat quidem in malum*, id eſt, qua aliquis minoratur per peccatum: alia tranſlatio, *ſubiectionem: diſpoſitas*, hoc reſpondet ſanitati in corporalibus. Proportionaliter dico eſt, *ſiquis dicat has virtutes fieri in receptione diuina ſuaueolentia*, ſcilicet gratiarum, *& impleri per eam beneficentia*: alia tranſlatio, *delectatione, & alimento*, & hoc *ſecundum menſuras*, id eſt, proportiones *deificas*, id eſt, quibus accedimus ad Deum, quæ ſunt *in ipſa naturali valetudine diſcretiui*, id eſt, rationis quæ eſt *in nobis*, ſecundum quod minus accipimus Angelis & aliis creaturis Dei, *& ſecundum conuerſionem*, id eſt, iotellectus ad Deum & affectus: *coadunatam*, id eſt, vnientem, ſecundum quod quidam homines plus aliis recipiunt, & hoc reſpondet commenſurationi organi ſenſibilis. *Non ergo myri, &c.* Hîc concludit propoſitum. Dicit ergo, quòd confectio Chriſmatis, deſcribit nobis ipſum Ieſum, qui eſt foos diuinorum odorum, quibus animi noſtri delectantur, & ſatiantur, inuiſibili eſcâ vtentes, intrantes ad intellectualia, ſecundum quod participant ſpirituales ſuaues odores: ergo ex quo Chriſmatis confectio eſt ex odoriferis quæ ſenſum delectant & reficiunt, ſicut ſpirituales gratiæ emanantes à Chriſto in intellectum. *Non*, id eſt, nonne, quaſi dicat, ſic, pendet interrogatio vſque finem huius partis. Alia traoſlatio non poteſt legi interrogatiuè, per figuram figurata deſcribuntur: *fontem* ſicut corpus omnium odorum progredientium ab ipſo, vel per euaporationem, vel tranſmutationem. Alia tranſlatio, *fontanam diuitem*. Diues in omnes qui inuocant eum, Rom. 10. Alia tranſlatio, *copiam*. Ieſum, dico, *reddentem deiformiora* ſymbolicis de numero *intellectualium diuinis proportionibus*, id eſt, proportionaris ad diuina ſecundum eorum proportiones, & Ieſum *declarantem diuiniſſimos vapores*, id eſt, ſpirituales odores per contemplationem ipſorum. Alia tranſlatio, *ad deiformia intellectualium reddentem diuiniſſimas flagrantias in introitu eorum*, ſcilicet animorum, *ad intellectuale*, id eſt, ſecundum quod intueotur in illa. Alia tranſlatio, *alimento intelligibili vtuntur*, ſcilicet introitu *bene olentium diſtributionum* ad intellectuale ipſorum *ſecundum diuinam participationem*.

DVBIVM.

B Sed videtur, quòd incouuenienter aſſignet illam theoriam: odor enim balſami, vt dictum eſt, ſignificat aliquid exiſtens in nobis quantum ad famam, vel conſcientiam: ergo non debuit dicere quod ſymbolicè per talem comparationem Ieſus deſcribitur.

2 Præterea, Siccum euaporatum noo nutrit: in tali autem ſicco eſt odor, quia in fumali euaporatione, vt dicitur de ſenſu & ſenſato: ergo odori oon conuenit nutrire: & ita nec Chriſto proportio ad odores.

3 Præterea, Corpus Chriſti eſt glorificatum: in talibus autem corporibus non poteſt eſſe vapor reſolutos; ſicut nec in incorporalibus: ergo oon videtur, quòd declaret diuinos vapores per immiſſionem gratiarum.

4 Præterea, In quolibet corpore odorifero oportet eſſe calidum actu agens in ſiccum & humidum: vbi autem eſt talis actio corporea, ibi eſt corporale: ergo cum corpus Chriſti ſit incorporale, non videtur quòd competat ſibi eſſe fontem diffuſiuum odoris.

5 Præ

5 Præterea, Omnis ſatietas eſt ex impletione: impletio autem facit faſtidium, quia abſcindit deſiderium: cum igitur in diuina participatione non ſit faſtidium, qoia dicitur Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc eſurient, non videtur congruè dictum, quòd dioinæ diſtributiones impleant, vel ſatietatem aut ſaturitatem faciant.

Solotio. Dicendum ad primom, quòd ipſe non intendit hîc exponere moraliter, ſed anagogicè: & ideò reducit in ſummum in qood reduci poteſt, quod eſt Domious Ieſus Chriſtos: cui competit balſamom propter naturam diuinam, quæ eſt principium incorruptionis & totios ſpiritualis odoris, & obiectum ſecundum homanam naturam, per quam liniti ſumus ſacramentis ex paſſione Chriſti virtutem habentibus.

Ad ſecundom dicendum, quòd in notrimento eſt conuerſio cibi in notritum, & ſecundum hoc ex odore oon tranſomitur nutrinio io ſpiritualia, hoc enim eſt materiale in nutrimento, ſed delectatio quæ eſt in eo ex coniunctione cooueuientis in illo eſt quid formale: & ſecundum hoc transfertur in diuina per ſimilitudinem odorum, quia ſic odor corporalis etiam nutrit, & multò magis ſpiritualis, in quo eſt ſumma quies & delectatio.

Ad tertium dicendum, quòd in ſeoſibilibus eſt conſiderare naturæ actionem, ſicut qnod ſonus per commotionem aëris ſcindit lignum. Eſt & in eis conſiderare actionem animæ, quæ eſt in recipiendo intentionem ſenſibilis ſecundum quod ſenſibile habet eſſe corporale in re, & ſpirituale in ſenſo, ſicut dicit Commeorator. Quantum ergo ad actionem naturę, non eſt odor in corpore glorificato, ſeilicet per euaporationem, vel tranſmoratiooem, ſed tantum quantum ad actionem animæ: & ſic non oportet io eis eſſe calidum agens, vel vaporem, niſi vapor dicatur ipſa odoris intentio. Et ſimiliter dicendom ad quartum.

Ad quintum dicendom, qoòd ſaturitas ſaluatur quantum ad quietem quæ eſt io obiecto, qoia non quærit aliquid aliud, non tamen qoantum ad impletionem recipientis, quia quantò plus percipit intellectus ſpiritualia, tantò magis augetur capacitas eius: & ſic nunquam ſequitur faſtidium, ſed ſemper manet deſiderium.

8. Eſt autem, vt æſtimo, clarum, quia ſuper nos eſſentiis vt diuinioribus fontalis ſuaueolentiæ retributio propinquior quodammodo: adhuc enim & magis ſeipſam manifeſtat & diſtribuit in lucidiſſimum eorum & bene habile iuxta intellectum receptiuæ virtutis copioſè ſupermanans, & multipliciter occultata: ad verò intellectualium ſubiecta, & non eodem modo acceptiua, ſuper virtutem incontaminatè occultans viſionem, & participationem proportionalibus participantium vaporibus in commenſuratione diuina diſtribuitur.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Eſt autem, vt æſtimo, &c.

Hic oſtendit quid ſignificet velatio Chriſmatis à duodecim alis, ſcilicet quod per Chriſma ſignificatur Chriſtus, vt dictum eſt, & per duodecim alas ſignificantur Seraphin, de quibus legitur Iſa. 6. quòd ſtabant ſuper thronum, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Primò ergo ponit ſignificatum huius velationis Chriſmatis. Secuodò gratia huius pertranſeundo exponit quid ſignificant ea quæ de Seraphin in illa viſione dicta ſunt, ibi, *Incorporales Seraphin, &c.* Circa primum, primò dicit altitudinem ordinis Seraphin. Secundò qualiter ſignificetur in conſecratione, ibi, *Super nos ergo, &c.* Dicit ergo primò, quòd Ieſus qui eſt fons totius ſpiritualis redoleotiæ, propinquius influit cæleſtibus eſſentiis quam nobis, quibus per illas deferuntur ſpirituales emanationes, & inter eas magis manifeſtas & copioſius communicat lucidiſſimis earum, ſcilicet Seraphin: ſed ſumma viſio diuinorum occultatur inferioribus, & diſtribuitur eis tantum ſecundum proportionem ipſarum, qood proportionale eſt eis de ſpiritualibus odoribus. *Eſſentiis* quæ ſunt *ſuper nos*, id eſt, Angelis, *retributio fontalis ſuaueolentiæ*, id eſt, communicatio ipſius diuinæ bonitatis, quæ eſt fons omnis ſoauitatis, ſcilicet communicata ſecondom proportionem naturæ, vel meriti, *eſt propinquior*, ſcilicet quam nos, & *adhuc magis manifeſtat ſeipſam & diſtribuit copioſè ſupermanans in lucidiſſimum eorum*, id eſt, ioter ea, ſcilicet Seraphin, & in id quod eſt *bene habile receptiuæ virtutis*, id eſt, ad recipiendum, *iuxta*, id eſt, ſecoodum *intellectum*, & etiam ipſa retributio *multipliciter occultata* io hoc lucidiſſimo. A

DVBIVM.

Sed videtvr hoc eſſe falſum: quia infra dicet, quod manifeſtè ſummus ordo cognoſcit. Et dicendum, quòd dicitur occultata ad nos, eò quod ſimpliciſſima acceptione recipiuor, & ſic maximè elongator à cognitione noſtra. B

EXPOSITIO TEXTVS.

Alia tranſlatio, *interius*. *Ad verò* ipſa retributio *occultans* (Alia tranſlatio, *abſcondens*) *incontaminatè*, id eſt, decenter *viſionem ſuper virtutem* (Alia tranſlatio, *ſupremam* quæ eſt ſoper virtutem inferiorum) *& participationem ad ſubiecta*, id eſt, inferiora de oumero *intellectualium*, *& non acceptiua eodem modo* ſicut prima accipiunt, *diſtribuitur in commenſuratione diuina*, id eſt, ſecundum menſuram vnicuique præfixam à Deo, *vaporibus* ſpiritualibus odoribus *participantium proportionalibus eis*. C

Soper

9\. Super nos igitur ſanctarum eſſentiarum tantum ſuperpoſitus Seraphin ordo in alarum duodenatio ſignificatur, circa Ieſum ſtans & collocatus, beatiſſimis contemplationibus, quantum iuſtum, inhians, & inuiſibilis diſtributionis ſacræ in caſtiſsimis ſuſceptionibus repletus, & multum laudabilem, ſenſibiliter dicendo, non ſilentibus oribus reclamans Theologiam. Ipſa enim ſancta ſupermundalium animorum ſcientia ſimul erecta eſt, & inacceſſabilem habet diuinum amorem, malitiamque ſimul omnem ſuperat & obliuionem. Inde, vt æſtimo, hoc non ſilenti clamore inſinuat æternam eorum & incommutabilem in virtute omni & gratiarum actione diuinorum ſcientiam & intelligentiam.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Super nos igitur, &c.

A Hic oſtendit qualiter ſignificetur ordo Seraphin in conſecratione Chriſmatis, & primò quid ſignificatur in eis per alas, quæ Chriſmati circumponuntur. Secundò quid per cantum qui fit in conſecratione Chriſmatis, ſcilicet Sanctus, ſanctus, ſanctus, ibi, *Et multum laudabilem, &c.* Dicit ergo primò, quòd per duodecim alas quæ circumponuntur Chriſmati, quo ſignificatur Chriſtus, ſignificatur ordo Seraphin, qui propter ſuam eminentiam immediatè collocatur circa Chriſtum, intendens eius contemplationibus, & repletus eius ſuauitatibus, *quantum iuſtum*, id eſt, ſecundum proportionem ſuam, *inhians*, id eſt, cum deſiderio intendens. Poſteà dicit, quòd etiam ſignificatur per cantum, qui fit in conſecratione Chriſmatis prædictus ordo, ſecundum quod de eo legitur Iſa. 6. quòd indeſinenter clamabant, Sanctus, ſanctus, ſanctus. Et etiam hic continuus eorum cantus ſignificat eorum ſcientiam ſemper extenſam in Deum ſine aliqua obliuione eius, & indeficientem amorem diuinum, qui non interrumpitur aliqua malitia: & propriè ordo ſignificatur per cantum Chriſmatis, reclamans alter ad alterum, &c. *Senſibiliter dicendo*, id eſt, ſecundum quod per ſenſibilia figuratur, *oribus*, Alia tranſlatio, *buccis*, *Theologiam*, id eſt, Sanctus, ſanctus. *Animorum*, id eſt, intellectuum, ſcilicet Angelorum, *erecta*, id eſt, perfecta *ſcientia, & inceſſabilem habet diuinum amorem.*

DVBIVM.

B Sed videtur hoc eſſe falſum, quod habeant inceſſabilem diuinum amorem: non enim poſſunt ſimul moueri motibus diuerſarum virtutum, cum ſint eſſentiæ ſimplices: ſed quandoque mouentur motibus aliarum virtutum: ergo non habent inceſſabilem diuinum amorem.

2 Præterea, Scientia eorum non ſemper eſt in actu: quia non ſemper actu conſiderant idem, ſic enim nullo modo conſiderarent alia: quod autem quandoque conſiderat aliquid, & quandoque non, eſt in potentia quandoque ſecundum illud: ergo non habent ſcientiam incommutabilem de potentia in actum.

3 Præterea, Philoſophus dicit in vndecimo philoſophiæ primæ, quòd omnis intellectus habens diuiniorem ſe, reducitur de potentia in actum ab illo: ſed intellectus Seraphin habet alium diuiniorem ſe, ſcilicet diuinum: ergo reducitur de potentia in actum: non ergo Seraphin ſemper habet actualem ſcientiam. Tex. c. 30.

Si dicatur, quòd intelligit & quod habet ſemper ſcientiam & amorem, non actu, ſed habitu. Contra: Felicitas patriæ perfectior eſt felicitate viæ: ſed ſicut dicit Philoſophus in ethic. felicitas viæ non eſt habitus, ſed actus, vel operatio ſecundum perfectam virtutem: ergo & felicitas patriæ, quam conſtat eſſe in Angelis, & conſiſtit in ſcientia & amore actuali, non verò habituali.

2 Præterea, Habens habitum & non agens non differt à dormiente: ſed dormientem nullus diceret felicem: ergo cum Angeli ſint felices, non erit eorum habere habitualem amorem & ſcientiam, ſed actualem.

Solutio. Dicendum, quòd felicitas Angelorum non conſiſtit in habitu, ſed in actione: quia in operatione tantum eſt delectatio: & concedimus rationes ad hoc.

Ad primum ergo dicendum, quòd amor non tantum eſt ſpecialis quædam virtus, ſed eſt communis motor imperans actum elicitum ab omnibus aliis virtutibus: non eſt ergo ſemper actu hians vt ſemper eliciat proprium actum ſecundum quod eſt ſpecialis virtus, ſed ſecundum quod importat actus etiam aliarum, ſecundum quod etiam dicit Philoſophus, quòd vna dies non facit ver, ſed plures.

Ad ſecundum dicendum, quòd ratio felicitatis non eſt ex cognitione lapidis vel cuiuſcunque alterius obiecti, ſed ex eo quod eſt medium cognoſcendi omnia alia, quod eſt lumen diuinum primum, & huius ſemper habent actualem ſcientiam, licet non ſemper actu conſiderent ea quæ per hoc medium cognoſcuntur.

Ad tertium dicendum, quòd intellectus habere alium diuiniorem ſe dicitur, aut ſecundum efficientiam, eò quod faciat ipſam in actu potentiam: aut ſecundum participationem, quia anima actu participat ipſum: & ſic non oportet, quod quandoque ſit in potentia, quia inquantum participat ipſum, eſt actu: & ſic Angeli habent intellectum diuiniorem, ſed non primo modo, & Philoſophus loquitur ſecundum primum modum.

Incorporales

10. Incorporales ergo Seraphin proprietates in eloquiis, ſenſibilibus imaginibus & inuiſibilium manifeſtatoriis mirabiliter deſcriptas, in exornamentis ſupercæleſtium hierarchiarum, vt arbitror, benè contemplati ſumus, & tuis intellectualibus oculis oſtendimus: tamen quoniam quidem & nunc ſummum ſacerdotem ſacrè circunſtantes, ipſam nobis illam reformant excellentiſſimam diſpoſitionem, in breui & nunc ſanctiſſimis aſpectibus deiformiſſimam eorum claritatem videamus.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Incorporales ergo, &c.

A HIc incipit exponere ea quæ dicuntur de Seraphin in viſione Iſaiæ, & primo dicit de quo eſt intentio & remittit ad alium librum in quo ſufficienter hæc expoſita ſunt. Secundò exequitur propoſitum, ibi, *Multiforme igitur eorum, &c.* Tertiò redit ad propoſitum, ibi, *Non ergo diuiniſſimus, &c.* Dicit ergo primò, quòd in cæleſti hierarchia ſunt ſufficienter oſtenſæ proprietates ſpirituales Seraphin, quæ in Scriptura ſacra traduntur per figuras ſenſibiles: ſed quia eorum diſpoſitio repræſentatur in miniſtris habentibus alas ad velandum Chriſma, qui circunſtant ſacerdotem ſummum, oportet breuiter conſiderare nunc de eis. *In exornamentis hierarchiarum ſupercæleſtium*, id eſt, Angelorum, qui ſunt dignitate naturæ ſuper corpora cæleſtia, id eſt, in libro cæleſtis hierarchiæ, in quo ornatus eorum expoſiti ſunt: *& tuis*, quia illum librum ſibi tranſmiſerat: *reformant*, id eſt, repræſentant: *in breui*, id eſt, in compendio: *ſanctiſſimis*, id eſt, ſpiritualibus, *eorum*, ſcilicet Seraphin.

11. Multiforme igitur eorum & multiplex manifeſtatiuum eſt, vt æſtimo, multiuidæ eorum in diuiniſſimas illuminationes proprietatis, & ſemper motus, & multiuij diuinorum bonorum intelligibilium. Alarum autem, vt eloquia aiunt, expanſam poſitionem, non numerum ſanctum indicare arbitror ſecundum quod viſum eſt aliis, ſed quia circa Deum ipſius excellentiſſimæ eſſentiæ ordinis, anagogica & abſoluta perfectiſſimè ſunt, & ſupermundana prima & media & extrema intellectualium ſui & deiformium virtutum. Inde eloquiorum ſacratiſſima ſapientia alarum duplicationem ſanctè deſcribens, circa facies & media & pedes eorum imponit alas, vniuerſaliter volabile eorum inſinuans largiſſimum in id quod verè eſt anagogicæ virtutis. Si autem facies & pedes tegunt, & ſolis volant mediis alis, intellige ſacrè, quia tantum exaltatus excellentiſſimarum eſſentiarum ordo, timidus eſt circa intelligentiarum eius altiora & profundiora, & mediis alis in commenſuratione ad diuinam viſionem exaltatur, diuinis iugis ſupponens propriam vitam, & ab ipſis ſanctè directus ad ſuimet cognitionem. Quod autem eloquiis dictum eſt, veluti, clamabat alter ad alterum, iſtud æſtimo declarare quod deiuidis ſuis intelligentiis ſibi inuicem copioſè tradunt. Et hæc ſacra dignum iudicamus memoria, quomodo eloquiorum Hebræa vox, iuxta intelligibilem nominationem, vocat ſanctiſſimas Seraphin eſſentias, ex hoc quod ſunt igneæ & ſuperferuentes ſecundum diuinam & immobilem vitam, ex ipſa ſecundum diuinam & immutabilem vitam perflagrantia. Si ergo, vt qui Hebræorum ſunt interpretantes aiunt, diuiniſſimi Seraphin ardentes & calefacientes à Theologia nominati ſunt, manifeſtatiuo ſubſtantialis eorum habitus nomine, diuinique vnguenti, iuxta ſymbolicam imaginum deſcriptionem motiuas habentes virtutes, in manifeſtationem ipſius & efficaciorum vaporum diſtributionem euocantes. Ipſa enim ſuper intellectum ſuaueolens

lens eſſentia, ab ignitis & purgatiſſimis mentibus in notitiam moueri amat, & diuiniſſimas ſuas inſpirationes in ditiſſimis diſtributionibus donat, ſic ſe ſupermundanè euocantibus.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Multiforme igitur eorum, &c.

A HIc exponit ea quæ de Seraphin dicta ſunt in viſione Iſa. 1. & diuiditur in partes quinque. Primò enim exponit multitudinem pedum & vultuum. Secundò numerum alarum, ibi, *Alarum autem, &c.* Tertiò velationem faciei & pedum, ibi, *Si autem facies & pedes, &c.* Quartò clamorem vnius ad alterum, ibi, *Quod autem eloquiis, &c.* Quintò nomina eorum, ibi, *Et hac ſacra dignum, &c.* Dicit ergo primo, quòd multitudo vultuum eorum manifeſtat proprietatem eorum ſecundum quam ſunt illuminati multitudine diuinorum, eò quod viſus eſt in vultu. Sed multitudo pedum ſignificat motum ipſorum continuè & multis viis procedentem in diuina intelligibilia: pedes enim ſunt inſtrumenta motus. *Multiforme*, id eſt, multorum vultuum. Sunt ergo multitudi quantum ad multitudinem eorum quæ de Deo vident, multiuij quantum ad multos modos accipiendi ſecundum multas illuminationes quibus accipiunt, habent enim ſupremas & medias & infimas illuminationes, quia ab eis deſcendunt in inferiores: *& ſemper motus*, inquantum ſunt infatigabiles circa diuinam contemplationem. *Alarum autem, &c.* Hîc oſtendit quid ſignificet ſenarius alarum numerus in vnoquoque eorum. Dicit ergo, quòd non ſignificat id quod quibuſdam viſum eſt, dicentibus quod duabus alis velabant faciem ſedentis ſuper thronum, quia ignorabant ea quæ ſunt ante mundum: & duabus volabant, quia ea quæ in mundo, per rerum emanationem de Deo manifeſtantur, cognoſcerent: ſed ſignificatur per triplicem binarium alarum numerum, quòd habent illuminationes primas, medias & infimas tanquam excellentiori modo aliis habentes quicquid habent inferiores, ſed non è conuerſo. Et ideò ponuntur duæ alæ circa caput ipſorum propter volatum ſecundum ſupremas illuminationes: vna quarum reſpondet capacitati naturæ & altera illuminationi deſcendenti: quia his duobus eleuantur: duæ verò ponuntur circa pedes propter volatum ſecundum infimas illuminationes: duæ in medio propter medias: vt ſic inueniantur vniuerſaliter volantes in diuina. *Expanſam.* Alia tranſlatio, *ſextuplam: numerum ſanctum*, ſicut expoſitum eſt, vel quia fortè tres binarios referebant ad numerum perſonarum, *ſed arbitror indicare* quia *excellentiſſima eſſentia* illius *ordinis*, ſcilicet Seraphin, quæ ſunt circa Deum, *ſunt anagogica*, id eſt, ſurſum ductiua, *& perfectiſſimè abſoluta*, id eſt, libera ab omni ſubiectione, *& ſunt ſupermundana prima & media & extrema intellectualium*, id eſt, accipientia ſupermundanas illuminationes tam primas quam medias & vltimas intellectuales totius angelicæ hierarchiæ, ſcilicet *ſui* & aliorum inferiorum: *deiformium virtutum*, ſcilicet Angelorum. Alia tranſlatio. *Sed quod prima & media & extrema intellectualium & deiformium virtutum ipſius, exiſtentis circa Deum ſuprema ſubſtantia & ordinis ſurſum actiua & abſoluta perfectè ſunt & ſupermundana. Volabile vniuerſaliter*, id eſt, ſecundum omnem partem, *inſinuans largiſſimum*, id eſt, copiam *virtutis anagogicæ in id quod verè eſt* & dicitur. *Si autem facies & pedes, &c.* Hîc exponit velationem faciei & pedum. Dicit ergo, quòd per hoc quod dicuntur volare mediis alis tantum, & duabus tegere facies, & duabus pedes, ſignificatur quòd quamuis ſit ordo altiſſimus, tamen non præſumit ſe extendere in altiſſima diuinæ intelligentiæ, quæ pertinent ad eminentiam diuinæ naturæ, & hoc ſignificatur in velatione faciei: & ſimiliter non præſumunt ad profundiora quæ pertinent ad immenſitatem diuinæ ſapientiæ, & ſic velantur pedes qui ſunt in profundo corporis: ſed mediis volant, quia renouantur in diuina viſione ſecundum ſuam menſuram ſubmittentes vitam ſuam diuinis legibus, quibus diriguntur in ſui ipſorum cognitione. Tandem propter reuerentiam eius, ſcilicet anagogicæ virtutis *exaltatur*, id eſt, reuocatur, *inquo*, id eſt, legibus *ſanctè directis*. Alia tranſlatio, *intellectualiter diſpoſitus ad ſuiipſius cognitionem. Quod autem eloquiis, &c.* Hic exponit clamorem vnius ad alterum, & dicit, quòd hoc ſignificat quod ſibi mutuò oſtendunt receptas illuminationes. *Et hac ſacra, &c.* Hîc exponit nomina eorum, & primò ponit expoſitionem. Secundò adaptat ad propoſitum, ibi, *Diuinique vnguenti, &c.* Dicit ergo, quòd dicuntur Seraphin propter arduam ſecundum diuinam vitam: quia Seraphin interpretatur calefacientes, & ardentes, in quo manifeſtatur eorum naturalis habitus, ſcilicet amoris, quo in tali ordine collocantur. *Ex ipſa perflagrantia*, id eſt, ardore, quæ eſt *ſecundum diuinam, &c.* Alia tranſlatio, *ex hoc quod ſunt ignea & ſuperferuentes ſecundum diuinam & immobilem vitam. Subſtantialis.* Hoc non dicitur, quia habitus angelici ſint de ſubſtantia eorum, vt partes eſſentiæ, ſed quia conſequuntur naturam ipſorum, & eis immobiliter inhærent: quamuis dicant quidam, vt dicit Damaſcenus, quòd habitus eſt ipſa eſſentia animæ depurata, quæ poteſt in id in quod primò non poterat: & hoc poteſt eſſe verum ſi intelligatur depuratio reductio de potentia in actum: potentia tamen inquantum huiuſmodi eſt impura: quia non eſt determinata ad vnum, ſed eſt medium inter eſſe & non eſſe: puritaſque eius eſt ipſius actualitas, per quam res habet eſſe quo ſubſiſtat, per habitum eſſe ſecundum quod eſt principium alicuius operationis. Et ſimiliter eſt in Angelis. *Diuinique vnguenti, &c.* Hic adaptat ſignificationem nominis ad propoſitum. Dicit ergo, quòd ſymbolicè ſecundum expoſitionem nominis Seraphin habent virtutem mouentem Chriſma, vt manifeſtent & diſtribuant odores ipſius: ignis enim facit euaporare corpus odoriferum circa quod poteſt. Denique nominati ſunt vt haben-

tes

tes virtutes motiuas, *diuini vnguenti*, id eſt, Chriſmatis, *euocantes nos in manifeſtationem, &c. Eſſentia*, ſcilicet diuina, *amat*, vt oſtendatur voluntariè ſe communicare, non coacta ſicut vapor ab igne reſolutus: *euocantibus ſe* in Deum per deuotionem.

12. Non ergo diuiniſſimus ſupercæleſtium eſſentiarum ordo ignorauit diuiniſſimum intellectum in ſanctificandum deſcendentem: intelligit autem eum ſacrè in his quæ ſecundum nos ſunt, ſeipſum ſubiicientem per diuinam & ineffabilem bonitatem, & à Patre ſuo & à ſeipſo & Spiritu humanitus ſanctificatum: aſpiciens verò proprium nouit principium, in quibuſcunque diuinitus agit, ſecundum eſſentiam immutabile habens. Inde ſymbolorum ſacrorum traditio ſancto ſitato diuino Chriſmati, Seraphin circundat, incommutabilem videns, & deſcribens Chriſtum in ea quæ ſecundum nos eſt vniuerſali ad veritatem in humanatione.

EXPOSITIO TEXTVS.

Non ergo diuiniſſimus, &c.

A Hic redit ad propoſitum concludens ex prædictis. Dicit ergo, quòd ſanctus ordo Seraphin non ignorauit myſterium incarnationis, ſcilicet quod Dei Filius deſcendit humanam aſſumens naturam ad ſanctificandum nos, ſecundum quod ſanctus eſt ſeipſo ſecundum diuinitatem, minor ipſe ſecundum humanitatem, propter ineffabilem eius bonitatem, & ſanctificatus à tota Trinitate: nihilominus cognoſcit illum ſecundum quod immutabilis manſit in illo diuina natura, ſecundum quam eſt eius principium: & ideò circumponuntur alæ (quibus ſignificantur Seraphin) Chriſmati, per quod ſignificatur Chriſtus. *Ordo*, ſcilicet Seraphin *diuiniſſimum intellectum*, id eſt, Dei Filium, qui eſt verbum & ſapientia Patris, *deſcendentem* per aſſumptionem carnis, *in ſanctificandum*, id eſt, vt ſanctificaret nos, vel vt ſanctificaretur ſecundum humanam naturam. Alia tranſlatio. *Thearchiſſimum Ieſum, ad hoc vt ſanctificaretur, deſcendiſſe. Intelligit eum*, ſcilicet Ieſum ſecundum diuinam naturam *ſubiicientem ſeipſum*, ſcilicet eſſe maiorem ſeipſo *in his quæ ſunt ſecundum nos*, id eſt, quantum ad humanam naturam: vel *ſubiicientem*, id eſt, communicantem *ſeipſum in eis quæ ſecundum nos ſunt*, id eſt, in ſymbolis, & eum *humanitus*, id eſt, ſecundum humanam naturam, *ſanctificatum*, id eſt, in ſanctitate factum, non prius factum, & poſteà ſanctificatum: Luc. 1. Quod enim ex te naſcitur, &c. *Verò*, id eſt, ſed ille ordo *aſpiciens* in Chriſtum, nouit eum *principium proprium*, id eſt, ſui eſſe, principium, dico, *habens immutabile ſecundum eſſentiam*, ſcilicet diuinam, *in quibus agit diuiniens*: quamuis enim ſit homo factus, diuina tamen eſſentia immobiliter in ipſo permanſit, ſecundum quam habet diuinas operationes. *Videns traditio* per fidem (Alia tranſlatio, *ſciens*) *& deſcribens* ſymbolis in teleta myri *Chriſtum incommutabilem* ſecundum diuinam naturam, *in ea inhumanatione*, id eſt, humanæ naturæ aſſumptione, *quæ eſt ſecundum nos*, quia non eſt alterius ſpeciei homo factus: vel quia totam humanam naturam aſſumpſit: *ad veritatem*, quia non phantaſticam, vt Manichæi dicunt.

Et adhuc diuinius, quia vnguento vtitur ad omnis diuini perfectionem, oſtendens apertè, iuxta eloquium, ſanctificantem ſanctificatum, tanquam ſemper ipſum exiſtentem in ſeipſo ſecundum omnem diuinam beneficentiam. Propter quod & ſacræ diuinæ generationis perfectiua donatio & gratia in vnguenti perficitur diuiniſſimis conſummationibus. 13.

EXPOSITIO TEXTVS.

Et adhuc diuinius, &c.

Hic oſtendit theoriam Chriſmatis quantum ad hoc quod eſt vſus eius in omnibus ferè teletis, & diuidit in partes tres. Primo enim oſtendit quare vſus illius ſit in aliis teletis. In ſecunda oſtendit quare ſingulariter dicatur teleta, ibi, *Inde, æſtimo, &c.* In tertia oſtendit quare in conſecratione eius cantatur Alleluia, ibi, *Diuinum verò Deo, &c.* Prima pars iterum diuiditur in partes duas. In prima oſtendit qua ratione ſit vſus Chriſmatis in baptiſmo. In ſecunda de vſu eius in conſecratione altaris, ibi, *Et hoc hierarchica, &c.* Circa primum ponit theorias. Prima quomodo ſanctificatio quæ fit in baptiſmo per Chriſma, ſignificat participationem Chriſti. Secunda quomodo ſignificat effuſionem ſancti Spiritus, & hoc maximè in confirmatione, in qua datur Spiritus ſanctus ad robur, ibi, *Sed & ipſi perfectio, &c.* Circa primò ponit theoriam Chriſmatis ſecundum quod inungitur ipſe baptizatus in vertice. Secundò quantum ad effuſionem Chriſmatis in aquam baptiſmi, ibi, *Inde, vt æſtimo, &c.* Dicit ergo primò, quòd vſus Chriſmatis eſt in omnibus diuinis perfectionibus: in quo oſtenditur ipſe Chriſtus (qui ſanctificat ſanctificatos) eſſe per ſeipſum in omni diuina perfectione ſecundum quod Chriſmate, quo ſignificatur Chriſtus, alia ſanctificantur: & ideo baptiſmus perficitur Chriſmate, vt ſcilicet oſtendatur diuinam generationem

nem qua Filij Dei efficimur in baptiſmo, fieri per ſanctificationem quæ eſt à Chriſto. *Summe*, id eſt, dignius conſiderandum eſt in Chriſmare, *virtus* ſcilicet traditio *omnis diuini*, id eſt diuinæ actionis hierarchicæ: *ſanctificantem*, id eſt, Chriſtum, omnem *ſanctificantem, iuxta eloquium*, Qui ſanctificat ex vno omnes, Hebr. . & ſo rè erat antiquitus. Et vtrumque ſignificatur dictum, vt dicit Commentator. Vel aliter Chriſtum *ſanctificantem* inquantum Deus, ſe ipſum *ſanctificantem* inquantum homo. Ioan. 12. Ego ſanctifico meipſum. *Seipſo*, id eſt, ſeipſum *ſecundum omnem diuinam beneficentiam*, id eſt, in omnibus diuinis bonitatibus Hebr. . Accedens per ſemetipſum ad Deum. Vel aliter, *ſanctificantem*, id eſt, ſummum ſacerdotem, *ſeipſo*, id eſt, in ſeipſo perficitur quando baptizatus Chriſmate in virtute vngitur.

14. Inde, vt æſtimo, & purgatiuo baptiſterio vnguentum in cruciformibus ſymbolis infundens ſacerdos, ſuper conſpectum ducit contemplatiuis oculis, vſque etiam ſuam mortem per crucem Ieſum pro noſtra diuina generatione demerſum, hoc diuino & potentiſſimo deſcenſu in mortem ſuam, iuxta occultum eloquium, baptizatos ex corrumpentis mortis veteri abſorptione diuinitus emergentem & renouantem ad diuinam & æternam ſubſiſtentiam.

EXPOSITIO TEXTVS.

Inde, vt æſtimo, &c.

Dicit, quòd per hoc quod in aquam baptiſmi infundit Chriſma in modum crucis, ſignificatur quod Chriſtus humiliauit ſeipſum vſque ad mortem crucis, per quam eruit baptizatos à veteri morte, & renouauit eos perducendo ad eſſe diuinum. *Inde*, ſcilicet qui Chriſtus ſanctificans ſignificatur per Chriſma, *baptiſterio*, id eſt, in aqua baptiſmi, *vnguentum*, id eſt, Chriſma, *ſuper conſpectum ducit*, id eſt, apertè oſtendit demerſum, vt humilitatem mortis ſciăt. Philip. 2. Humiliauit ſemetipſum, &c. *iuxta occultum*, in Græco myſticum, *eloquium*, Rom. 6. *abſorptione*, id eſt, voragine *emergentem*, id eſt, extrahentem, *æternam*, vt non ſeruiamus vltra peccato.

15. Sed & ipſi perfecto ſacratiſſima diuinæ generationis teleta, diuini Spiritus ſuperaduentum vnguenti donat conſummatiua vnctio, characterizante, vt æſtimo, ſacra ſymbolorum imaginaria deſcriptione ab ipſo propter nos humanitus diuino Spiritu ſanctificato, immutabili ſubſtantialis diuinitatis habitu, diuiniſſimum ſpiritum donatum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sed & ipſi perfecto, &c.

Dicit, quòd etiam baptizato datur Spiritus A ſanctus ad robur per vnctionem Chriſmatis in confirmatione: in quo ſignificatur, quod ipſe Ieſus, qui ſignificatur per Chriſma, dat nobis Spiritum ſanctum inquantum Deus, quamuis inquantum homo ſit ſanctificatus à Spiritu ſancto, immutabiliter tamen habendo diuinam ſubſtantiam. *Ipſi perfecto ſacratiſſima, &c.* baptizatos *ſuperaduentum Spiritus diuini* ad robur in confirmatione, *characterizante*, id eſt, ſignificante *diuiniſſimum Spiritum eſſe donatum* ab ipſo Chriſto *ſanctificato diuino Spiritu humanitus propter nos*, id eſt, ſecundum humanam naturam quam propter nos aſſumpſit. Alia tranſlatio, *Vt decet hominem*. Donatum dico, ab ipſo *immobili habitu ſubſtantialis diuinitatis*, id eſt, ſecundum quod diuinam ſubſtantiam immobiliter retinuit. Non enim intelligendum eſt hîc, quòd ſit accidens diuinitatis, neque intelligendum eſt quod diuinitas ſit nomen ſubſtantiæ quantum ad id à quo imponitur, cum imponatur ab operatione, quamuis ſit vera ſubſtantia quantum ad id cui nomen imponitur: ſicut & ſcientia in Deo ſignificat ſubſtantiam: vnde Commentator dicit. Notandum illud quod ait, ſubſtantialis diuinitatis, & quia incommotabilis manſit. Deoque ſi in Angelis ſubſtantiales habitus audientes, non qualitates forinſecus per accidentia factas intelligimus, multò magis in Deo (qui & ſuper eſſentiam eſt) propriè habitum, nec qualitatem accipiemus, quæ in compoſito accidit, ſed habitum ſubſtantialem diuinitatis, quæ naturaliter habet ex ſe vniuerſa, quæ ſunt bonitatis, intelligendum verò quod diuinitas per ſemetipſam eſſentia eſt Dei. Sed hoc quod dicitur de Angelis, intelligendum eſt vt ſupra.

Et hoc hierarchię intellige: quia & diuini altaris ſacram conſummationem ſanctiſſimarum hoſtiarum, leg ſlatio ſacratiſſimi vnguenti perficit ſanctiſsimis effuſionibus Eſt 16.
autem ſuper cæleſtis & ſupereſſentialis theoria, omnis deificationis noſtræ & ſanctificationis principium & eſſentia & perfectiua virtus. Si enim eſt diuiniſſimum noſtrum altare Ieſus principale diuinum, diuinorum oblatio, in quo, iuxta eloquium, oblati, & myſticè holo

cè haulocoſtomati acceſſum habemus, ſupermundanis oculis videbimus ipſum diuiniſsimum altare, in quo perfecta perficiuntur & ſanctificantur ab ipſo diuiniſsimo vnguento perfectum. Sanctificat enim pro nobis ſemetipſum ſanctiſsimus Ieſus, & omni nos ſanctificatione replet in ſe perfectionum, diſpenſatoriè in nos tanquam Deo genitos, de cætero benignè deſcendentium.

EXPOSITIO TEXTVS.

Et hoc hierarchicè, &c.

A HIc determinat de vſu Chriſmatis in conſecratione altaris, ponens theoriam. Dicit ergo, quòd hîc intelligendum eſt, quòd altare conſecratur effuſione Chriſmatis: cum enim omnis noſtra conſecratio ſit per diuinam operationem, ipſe Ieſus eſt diuinum altare, in quo Deo offerimur & ſacrificamur: hoc ergo altare, quo ſignificatur Chriſtus, ſignificat quòd Chriſtus ſanctificat ſeipſum ſicut altare, & replet nos ſanctificatione, vt oblatos in ſe altari. *Hierarchicè* ſecundum principia hierarchica, quæ ſunt p incipia fidei, quia *legiſlatio ſanctiſſimarum hoſtiarum*, id eſt, lex per quam perficiuntur diuinæ oblationes ſecundum omnes actiones hierarchicas, *perfi it*, &c. *effuſionibus* ſuper quatuor angulos altaris. *Theoria*, id eſt, diuina operatio *deificationis* quantum ad vltimum finem, *ſanctificationis* quantum ad dona quæ ordinant ad finem illum, *principium*, ſcilicet quod eſt primum operans, *eſſentia*, id eſt, eſſentialiter cauſa, non per accidens, *perfectiua virtus* ſecundum quod complet in ſeipſa, *diuina oblatio*, id eſt, offerens: *diuinorum* ſcilicet virorum, *in quo, &c. Iuxta eloquium* Rom. 5. Per quem acceſſum habemus in gratiam iſtam, in qua ſtamus. Et 1. Pet. 3. Vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne. *Holocauſtomati*. Alia tranſlatio, *holocauſta*. *Sanctificat*. Ioan. 17. Ego pro eis ſanctifico meipſum. *Et replet nos omni ſanctificatione perfectionum in ſe*, id eſt, qui in Chriſto perficimur, *diſpenſatoriè*, id eſt, diuina diſpoſitione *deſcendentium benignè*, id eſt, ex diuina bonitate, *in nos tanquam Deo genitos, de cætero*, ex quo Chriſtus carnem noſtri generis aſſumpſit, ipſe enim factus de noſtro genere, fecit nos filios Dei congenitos ſibi. Rom. 8. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.

17. Inde, æſtimo, ſecundum intellectum hierarchicum Deo traditum, diuini noſtræ hierarchiæ duces pudiciſsimum hoc ſacrificium vnguenti teletam ex perfecto actuosè nominant: & tanquam ſi quis dixerit Dei teletam, vtroque intellectu diuinam ipſius perfectam operationem laudantes. Eſt enim ipſius hoſtia & propter nos humanitus ſanctificari, & deificè omnia perficere & ſanctificare perfecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

Inde, æſtimo, &c.

OStendit quare ſingulariter dicatur teleta, id eſt, perfectio, cum omnes ſint teletæ hierarchicæ actiones. A Dicit ergo, quòd ideò teleta ſimpliciter dicta nominatur Chriſma, quia ſignificat & repræſentat Chriſti perfectionem, quam habuit in vtraque natura, quia fuit perfectus Deus & perfectus homo, ſanctificatus inquantum homo, & ſanctificans inquantum Deus, ſicut Chriſma conſecratur & conſecrat alia. *Deo*, id eſt, à Deo. *Duces*, id eſt, Apoſtoli, *pudiciſſimum*, id eſt, ſanctiſſimum, *ſacrificium*, id eſt, conſecrationem, *vnguenti*, id eſt, Chriſmatis, *nominant teletam* abſolutè, id eſt, perfectionem, *ex perfecto*, quia teleta ex perfectione nomen habet, *actuosè*, id eſt, efficaciter ſiue congruè: *tanquam ſi quis dixerit Dei teletam*, id eſt, ac ſi per hoc quod dicitur ſimpliciter teleta, eſſet quis ſignificans perfectionem quæ eſt in Chriſto, *ipſi*, ſcilicet duces *laudantes diuinam perfectam operationem ipſius*, ſcilicet Chriſmatis, *vtroque intellectu*, id eſt, ſecundum quod intelligitur teleta ſimpliciter, & Dei teleta: vel ipſius, ſcilicet Chriſti, *vtroque intellectu*, id eſt, diuino & humano. Hæc *enim eſt hoſtia ipſius* Chriſti, id eſt, talis oblatio competit ſibi, ſcilicet *ſanctificari humanitus*, id eſt, ſecundum naturam humanam *propter nos* aſſumptam, & *deificè*, id eſt, operatione diuinæ naturæ *perficere omnia*, &c. Vel aliter, *ipſius*, ſcilicet Chriſmatis *eſt talis hoſtia*, id eſt, talis oblationis modus, *ſanctificari*, id eſt, conſecrari, *propter nos*, id eſt, propter noſtram ſanctificationem, *humanitus*, id eſt, diuina benignitate, & *deificè*, id eſt, ſecundum diuinam virtutem operantem in ipſo, *perficere omnia*, id eſt, alias teletas, &c.

Diuinum verò Deo accepta- 18.
bilium Prophetarum inſpirationis melodema aiunt, qui Hebræorum ſunt ſcientes, laudem Dei declarare, aut laudare Dominum. Totius igitur theophaniæ & creationis in varia compoſitione hierarchicorum ſymbolorum ſacrè deſcriptæ, non inconueniens eſt recordari Deo motam Prophetarum hymnologiam

giam. Docet enim & caſtè ſimul & diuinitus laudibus ſacris dignas eſſe diuinas actiones.

EXPOSITIO TEXTVS.

Diuinum verò, &c.

A Hic dicit, quod cantatur Alleluia in conſecratione Chriſmatis ſecundum antiquum morem. Dicit ergo, quòd Alleluia interpretatur laus Dei, vel laudare Deum, & ideò cantatur hoc canticum in omnibus hierarchicis, & præcipuè in hoc, quod eſt conſummatio aliorum, vt doceamur in omnibus & de omnibus actionibus diuinis laudare Deum. *Melodema*, id eſt, canticum, *inſpirationis Prophetarum*, id eſt, quod Prophetis inſpiratum eſt. Tob. 13. Per vicos etiam Alleluia cantabatur. Et ſimiliter in titulis aliquorum pſalmorum. *Declarare* hoc, id eſt, laus Dei, materialiter. *Igitur non inconueniens eſt recordari hymnologiam Prophetarum Deo motam*, id eſt, à Deo traditam, ſcilicet Alleluia, *in varia compoſitione ſymbolorum totius ſanctæ theophaniæ*, id eſt, cuiuſlibet ſpiritualis illuminationis, *& creationis*, id eſt, interioris operationis, ſicut dicitur in Pſal. 50. Cor mundum crea, &c. *Deſcripta, &c.* id eſt, figuratæ, *ſacrè*, id eſt, decoris & ſacris ſymbolis. *Docet*, ſcilicet hymnologia, *caſtè*, propter munditiam, *diuinitus*, propter deiformitatem quæ debet eſſe in iis qui laudant Deum.

19. Hæc quidem diuiniſſimi vnguenti perfecta operatio. Tempus autem fortaſſis ſit poſt diuinas ſacras actiones, ipſas exponere ſacerdotales ordinationes, & partes virtuteſque earum & operationes & conſummationes, & ſuper has trinitatem ſuperfirmantium ordinum, vt demonſtretur ſecundum nos hierarchiæ diſpoſitio, inordinatum quidem & inornatum & commixtum elarè diſtinguens, replens verò ornatum & ordinatum & inconfuſum, in ipſis ſeipſam manifeſtans ſanctorum ordinum analogiis.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Hæc quidem diuiniſſimi vnguenti, &c.

A Sicut dictum eſt prius, operatio hierarchiæ Eccleſiaſticæ eſt aut circa progredientes, aut circa exeuntes. Circa progredientes eſt duplex, aut quantum ad progreſſum in via, vel quantum ad terminum in quo conſummatur progreſſus. Quia igitur determinauit de operatione hierarchiæ, quæ eſt circa ingredientes, ſcilicet de baptiſmo, & de his quæ ſunt nouantia ſecundum progreſſum in via, vel reficiendo, vt Euchariſtia, vel tradendo vires contra impedimenta viæ, ſicut confirmatio Chriſmatis, in parte iſta incipit determinare de operibus hierarchicis quibus aliquis conſtituitur in aliquo gradu dignitatis ſuper alios, quod eſt quaſi vltimum & terminus in quo ſtat progreſſus hierarchicus. Diuiditur autem hæc pars in duas partes. In prima determinat de diſpoſitione Eccleſiaſticæ hierarchiæ, diuidendo eam in ſuas partes. In ſecunda determinat ſpecialiter de perfectionibus eorum qui in aliquo gradu Eccleſiaſticæ hierarchiæ collocantur, in quinto cap. ibi, *Lex quidem hæc eſt, &c.* Prima autem pars diuiditur in partes tres. In prima continuat ſe ad præcedentia dicens de quo eſt intentio. In ſecunda ponit ea in quibus vniuerſaliter conſiſtit omnis hierarchia, ibi, *Et omnis quidem hierarchia, &c.* In tertia ſubdiuidit ea in quibus noſtra hierarchia conſiſtit, ibi, *Vnaquæque verò, &c.* Primò ergo dicit, quòd dictis his quæ pertinent ad Chriſmatis operationem & aliorum, teſtat dicere de ordinibus, quibus ſacra miniſtrantur, & de officiis eorum & operationibus, vt cognoſcatur diſpoſitio noſtræ hierarchię, quę inordinata diſtinguit, & ordinata replet ſecundum vniuſcuiuſque analogiam. *Vnguenti*, id eſt, Chriſmatis, *operatio perfecta*, quia ſecundum eam perficiuntur aliæ teletæ. *Actiones* quæ ſcilicet pertinent ad vitam ipſam, *fortaſſis*, quia aliter poſſet videri, quòd deberet de aliis quę etiam pertinent ad progreſſum in via, determinare, ſicut eſt pœnitentia, de qua tamen non determinat, quia eius ritus conſiſtit potius in quibuſdam operibus virtutum ex parte pœnitentis, quam in miniſtris hierarchicis: & iterum non habet virtutem tantum ex operatione hierarchiæ, quantum ex ipſo pœnitente: ſed quantum pertinet ad operationem hierarchicorum prout pœnitens abſoluitur virtute clauium, determinabit de hoc cum ordinibus. *Sacerdotales*, id eſt, ſacra dantes per diſpenſationem ſacramentorum, *ordinationes*, id eſt, ordinibus.

DVBIVM.

Sed videtvr, quòd inſufficienter ibi determinet de ordinibus, cum ſint ſeptem, ipſe autem determinat tantum de tribus, ſcilicet Epiſcopis, Presbyteris & diaconis: cum tamen Epiſcopatus etiam non ſit ordo, vt probatur in 4. ſententiarum à Magiſtro. B Diſt. 24.

Et dicendum, quòd intentio ſua eſt determinare tantum de ordinibus ſacris, cum quibus in primitiua Eccleſia etiam inferiores ordines tradebantur propter paucitatem & idoneitatem miniſtrorum: in toto enim poteſtatiuo ſuperius continet in ſe omnia inferiora. Nunc autem quia miniſtri non ſunt ita idonei, oportet vt primò probentur inferioribus officiis, quam aſſumantur ad digniora. Et iterum quia Eccleſia multiplicata eſt, oportet miniſtros inferiores diſtinctos eſſe à ſuperioribus: quia non ſufficerent ad vtrumque.

DVBIVM.

EXPOSITIO TEXTVS.

C *Partes*, id eſt, ſpiritualia officia. Alia tranſlatio, *partitiones* : *virtutes*, id eſt, gratias quæ conferontur ordinatis, vt ſint potentes exercere actus ſoos officiis congruos, *operationes* qoas exercent in ſuo officio, io teletis, *conſummationes* quantum ad theorias teletarum : vel *operationes* quantum ad purgatiooem & illuminationem, *conſummationes* quantum ad perfectionem. Commentator tamen dicit, quòd virtutes & operationes pro eodem ſumuntur : ſed primum melius eſt. *Et exponere ſuper hac*, id eſt, circa hæc quæ diximus, *trinitatem ordinum ſuperfirmantium*, id eſt, tres ordines firmantes nos ſuper alios ſecundum miniſterium in iſtis. Alia tranſlatio, *ſub ipſis trinitatem ſubiectorum ordinum* : *ſecundum nos*, id eſt, noſtræ *hierarchia diſpoſitio diſtinguens clarè*, id eſt, apertè, *inordinatum*, primò cooferendo ei ſacrum ordioem qui eſt ſacra poteſtas, io quo differt ab idololatria, cuius Pontifices non diſtinguontur à plebe per aliquam poteſtatem quam habent : *inornatum*, conferendo ei ornameota gratiarum, quod ſimiliter ooo eſt io Pontificibus idolorum : *commixtum*, ſcilicet plebi diſtinguit à plebe, ſopercollocando eum aliis : ſed tam *ornatum replens* diuino lumine : iterum *inordinatum* ordinando : ſed magis participare facit diuinum lumen ſecundum quod in ipſum magis intenditur : *inconfuſum*, contra hoc quod dixit commixtum, *manifeſtans*, *&c.* quia per diuerſas analogias ordinum innoteſcit diſpoſitio.

20. Et omnis quidem hierarchiæ ternariam diuiſionem, in ipſis autem à nobis laudatis hierarchiis, vt æſtimo, bene expoſuimus, dicentes, quoniam ſecundum nos ſacra traditio habet omnem hierarchicam actionem in ſanctiſsimas teletas diuiſam, & diuinas earum ſcientias & doctrinas, & ab ipſis ſacrè perfectos.

EXPOSITIO TEXTVS.

Et omnis quidem hierarchia, &c.

A PRimò dicit in communi, ſecundò manifeſtat io omnibos hierarchiis, ibi, *Ergo ſanctiſſima quidem, &c.* Dicit ergo primò, quod ſicut patet ex his quæ dicta ſuot, omois hierarchia tria habet, ſcilicet miniſteriũ ſiue teletam, id eſt, actionem ipſam hierarchicã : miniſtros ſiue magiſtros, qui aliis teletas tradũt : & imbutos ſiue perfectos, qui ab eis ſecundum teletas perficiuntur. *Laudatis à nobis* in primo capitulo huius operis : *ſecundum nos*, id eſt, noſtræ hierarchiæ, *ſcientias & doctrinas* actiuè, id eſt, Doctores ſcire facientes. Alia tranſlatio, Doctos : *& ab ipſis*, alia tranſlatio, magiſtris.

Ergo ſanctiſſima quidem ſupercæleſtium eſſentiarum hierarchia teletam quidem habet ſecundum virtutem propriam Dei, & diuinorum immaterialiſſimam intelligentiam, & deiformitatis integritatem, &, vt eſt poſsibile, Deo ſimilem habitum. In lucem ducentes, & ad ſanctam ipſam conſummationem duces circa Deum primitiuas eſſentias, ſacroſque ordines deiformiter & proportionaliter tranſuehunt ad donatas ſemper eis deificas ſcientias ab ipſa, per ſeipſam perfecta, & ſapientifica diuinorum animorum diuinitate. Ipſæ autem autem primarum eſſentiarum ſubiectæ diſpoſitiones tanquam per illas diuinius exaltatæ ad deificam diuinitatis illuminationem, perfecti ordines & ſunt & verè nominantur. 21.

EXPOSITIO TEXTVS.

Ergo ſanctiſsima quidem, &c.

HIc incipit manifeſtare illa tria in omni hierarchia, & primò in angelica, ſecoodò io humana inqoantum ad veterem legem, ibi, *Poſt illam vero, &c.* In tertia quantum ad Euangelicam, ibi, *Antè verò perfecta, &c.* Circa primum primò ponit teletam cæleſtis hierarchiæ, ſecundò ducentes in perfectionem ſiue myſtas, ibi, *In lucē ducentes, &c.* Tertiò perfectos ſeu imbutos, ibi, *Ipſæ autem eſſentiarũ, &c.* Primò ergo dicit, quòd cæleſtis hierarchiæ teleta eſt immaterialis intelligentia diuinorum, & perfecta Dei ſimilitudo. *Teletam*, id eſt, operationem qua perficiuntur : *immaterialiſſimam*, quia oon per materiam accipiunt, ſed abſolutè ab omnibos conditiooibus materiæ : *intelligentiam*, actum dicit, non virtutem vel habitum, *Dei* ſcilicet *& diuinorum* quantum ad attributa vel dona ipſius : *integritatem deiformitatis*, id eſt, ex toto : *Deo ſimilem*, ſcilicet & ſecundum obiectum, quia non vident in ſpeculo & ænigmate, & quantum ad actum intelligendi, quia ſine inquiſitione, & qoantum ad ipſom intellectum, qui non commiſcetur continuo & tempore : *habitum quantum* ad dona io quibus confortatur potentia iotellectus ipſorum in talem actum. Deinde dicit, quòd cæleſtis hierarchia habet eſſentias ſoperiorum ordioum ducentes in perfectionem & illuminationem, ſicut myſtas, qui ducunt inferiores ad ſcientias datas eis immediatè à Deo. Et hierarchia cæleſtis habet *eſſentias primitiuas*, quæ ſunt *circa Deum*, id eſt, ſuperiores ordines, *ducentes* A

in lucem quantum ad illuminationem, *& duces ad ipſum*, *ordines*, ſcilicet inferiores, *tranſuehunt*, id eſt, ſurſum ducunt, *ad ſcientias ſemper deificas*, id eſt, in participationes diuinorum ſemper conſtituentes, *donatas eis ab ipſa diuinitate perfecta, & ſapientifica animorum*, id eſt, Angelorum, quæ ſapientes eos facit, *per ſeipſam*, id eſt, immediatè. Deinde dicit, quòd ordines qui ſubnciuntur primis, ſunt & dicuntur perfecti ſiue imbuti velut eleuari per primos ad diuinum lumen. *Primarum eſſentiarum*, id eſt, primis eſſentiis.

22. Poſt illam verò cæleſtem & ſupermundanam hierarchiam in ea quæ ſecundum nos ſunt beneficè diuinitas ſacratiſſimas ſuas donationes affert: craſſis quidem exiſtentibus, ſecundum eloquium, donauit iuxta legem hierarchicam, obſcuris verorum characteribus & longiſſimis principalium exemplorum imaginibus & difficilibus ad intelligendum ænigmatibus & figuris non facilè diſcretam habentibus, occultam eis contemplationem, quæ in ipſis, lucem infirmis aſpectibus, innocuè declarans Huic ſecundum legem hierarchiæ teleta quidem ad ſpiritualem Dei cultum anagoge. Manuductores autem ad eam ipſi ſanctum illud tabernaculum à Moyſe ſacrè eruditi, primo ſecundum legem pontificum duce & doctore: ad quod ſanctum tabernaculum introductiuè ſacrè ſcribens, ſecundum legem hierarchicam imaginemque formę oſtenſæ ei ſuper Syna montem, vocat omnia ſecundum legem ſacrificanda.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Et poſt illam verò, &c.

A HIc oſtendit hæc tria eſſe in hierarchia humana quantum ad veterem legem. Et primò ponit modum traditionis huius hierarchiæ. Secundò oſtendit quæ ſit eius telera, ibi, *Habet autem, &c.* Tertiò myſtas, ibi, *Manuductores autem, &c.* Quartò imbutos, ibi, *Illud ſanctum tabernaculum, &c.* Dicit ergo primò, quòd Deus dat ſua dona noſtræ hierarchiæ inferiori modo quam Angelis, quia in ſymbolis: ita tamen quod illis qui erant in veteri lege, quaſi rudibus & paruulis in diuina cognitione, tradiderit hierarchiam habentem veritatis ſpiritualium contemplationem obſcuris ſignis & allegoriis, ne lux aperta infirmos oculos potius offenderet quam iuuaret. *Poſt illam*, id eſt, inferiori modo ab illa, *craſſis*, id eſt, rudibus, qui non niſi materialia & groſſa capere poterant. Alia tranſlatio, *paruulis*, ſcilicet intellectu, *ſecundum eloquium*. 1. Cor. 3. Tanquam paruulis in Chriſto, &c. Melius Gal 4. Cum eſſemus paruuli ſub elementis huius mundi, &c. *Iuxta legem characteribus verorum*, id eſt, per quædam ſigna veritatis reuelandæ in noua lege. *Imaginibus*, id eſt, figuris, *principalium exemplorum*, id eſt, ſpiritualium intellectuum, *longiſſimis*, id eſt, remotiſſimis, quia eorum ſacramenta ſigna erant noſtrorum, quæ propinquius ſpiritualia ſignificant, tanquam Chriſti continentia *occultam contemplationem*.

DVBIVM.

B Sed videtvr hoc inconueniens: quia rudibus manifeſtiora ſunt proponenda. Et dicendum, quòd ſunt manifeſtiora ſimpliciter, ſed non quoad nos: ſimpliciter autem manifeſtiora non ſunt proponenda rudibus, quia ſpiritualia capere non poſſunt ſine imaginibus, quæ quamuis in ſe obſcuriora ſint eis, ſunt tamen manifeſtiora quantum ad recipientes, quia eis magis proportionata.

EXPOSITIO TEXTVS.

C *In ipſis*, id eſt, ſecundum proportionem ipſorum, *innocuè*, loquitur per ſimilitudinem corporalis viſus, qui corrumpitur à ſuperexcellenti luce. Deinde dicit, quod hierarchiæ legalis telera eſt ſurſum ductina ad ſpiritualem cultum Dei, per exteriora ſacrificia: & magiſtri ſunt illi qui ſunt eruditi de obſeruantiis tabernaculi à Moyſe primo magiſtro & duce ſacerdotum veteris legis: & imbuti quaſi per ſanctificationem ſecundum ſimilitudinem oſtenſam Moyſi in monte, vocantur ad ritus ſancti tabernaculi. *Manuductores*, id eſt, Doctores, *eruditi ſanctum tabernaculum*, id eſt, de obſeruantiis eius, *à Moyſe* primo *doctore & duce pontificum ſecundum legem* veterem, *ad quod ſanctum tabernaculum* Moyſes *ſacrè ſcribens* ſanctum tabernaculum, *introductiuè*, id eſt, prout competit introductioni rudium, *ſecundum legem*, id eſt, ſecundum quod competebat veteri legi, *imaginemque*, id eſt, & ſecundum imaginem, id eſt, ſimilitudinem *formæ*, id eſt, exemplaris *oſtenſa, &c.* Exod. 25. Ad quod. dico, *vocat ſanctificanda*, id eſt, ſacrificandos, ſcilicet imbutos, &c.

Ante verò perfecta à legalibus ſymbolis proportionaliter ad perfectiorem doctrinam reducimus. Perfectiorem autem doctrinam Theologia, ſecundum nos hierarchiam dicit, plenitudinem hanc illius vocans 23.

cans & ſanctum finem. Eſt autem & cæleſtis & legalis communicatiuæ, mediate extremarum recepta, ei quidem communicans intellectualibus contemplationibus, huic verò, quia ſymbolis ſenſibilibus variatur, & per ea ſacrè in Deum reducitur. Trinum autem ſimiliter habet hierarchicæ diuiſionis in ſanctiſſimas teletarum ſanctificationes diuiſa, & deiformes ſacrorum miniſtros, & ab ipſis proportionaliter in ſacra adducendos.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Ante verò perfecta, &c.

A HIc oſtendit qualiter prædicta tria inueniantur in hierarchia humana ſecundum Euangelium: & primò oſtendit modum quo tradita eſt iſta hierarchia: ſecundò qualiter dicta tria ſunt in ea, ibi, *Trinum autem ſimiliter, &c.* Dicit ergo primo, quòd ea quæ agebantur in veteri lege, reducenda ſunt ad doctrinam nouæ legis, quæ eſt perfectio & finis veteris, & hæc hierarchia nouæ legis eſt media inter angelicam & eam, quæ eſt veteris legis: & communicat cum angelica, quia intellectualia iam habet in te, habens ipſum Chriſtum in ſacrificio, & cum legali, quia adhuc vtitur ſymbolis, quibus tamen ipſa veritas continetur: & hæc etiam habet tria prædicta, vt dictum eſt de aliis. *Nos reducimus* exponendo *ante perfecta à legalibus ſymbolis*, id eſt, ea quæ ante fiebant in ſignis legis, *ad doctrinam perfectiorem*, ſcilicet nouæ legis. Alia tranſlatio, *qui autem perſicicbantur*, *erant* hi qui nunc reducti ſunt. *Secundum nos*, id eſt, nouæ legis in qua nos ſumus, *dicit perfectiorem*. Heb. 8 Nunc autem ſortitus es melius miniſterium quanto & melioris teſtamenti, &c. *Plenitudinem*. Math. 5. Non veni ſoluere legem, ſed implere. *Finem*. Rom. 10. Finis legis Chriſtus, &c. *Eſt autem* hæc hierarchia, *recepta communicatiuè extremarum*, ſcilicet *caleſtis*, &c. *ſanctificationis* quantum ad teletas, *miniſtros* quantum ad Doctores, *adducendos* quantum ad imbutos.

24. Vnaquæque verò trium noſtræ hierarchiæ diuiſionum conſequenter & legali & diuiniori, eorum quæ ſecundum nos hierarchiæ, prima & media & vltima ordinatur virtute, & diuina analogia præuiſa, & omnium bono ornatu, & ſecundum ordinem compacta, & coniunctiua ſocietate.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Vnaquæque igitur, &c.

HIc ſubdiuidit ea in quibus dixit conſtare noſtram hierarchiam, & primò ſubdiuidit. A
Secundò manifeſtat dictum per ſingula, ibi, *Sanctiſſima ergo teletarum, &c.* Tertiò oſtendit quid de his dictum eſt, & quid reſtat dicendum, vt compleatur cognitio noſtræ hierarchiæ, ibi, *Sancta ergo teletarum, &c.* Primò ergo dicit, quòd quodlibet iſtorum trium in quæ diuiditur noſtra hierarchia, ordinatur in tribus, ſcilicet prima virtute, media, vltima, ſcilicet purgatione, illuminatione, & perfectione: & ſic eſt proportionaliter & in ornatu in quadam ſocietate colligata. *Trium diuiſionum*, id eſt, membrorum diuiſionis, *noſtræ*, id eſt, Euangelicæ, *conſequenter*, id eſt, finaliter, *& legali & diuiniori*, id eſt, angelica quæ ſupra noſtram, quia illæ etiam in tribus ordinantur; vnaquæque, dico, *præuiſa* à Deo *diuina analogia*, id eſt, in quadam proportione ad diuina, *ornatu* quantum ad dona, *compacta*, id eſt colligata, *ſecundum ordinem* ad vnum finem, *ſocietate* ſecundum quod ſibi inuicem ſubieruiunt ad conſecutionem finis.

Sanctiſſima ergo teletarum ſacrificatio prima quidem habet deiformem virtutem, ſanctam imperfectorum purgationem: mediam autem per purgatorum illuminatricem doctrinam: nouiſſimam verò & priorum conſummatiuam, eruditorum in ſcientia pulchrarum doctrinarum conſummationem. 25.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sanctiſſima ergo, &c.

HIc manifeſtat primam virtutem, mediam & vltimam in vnoquoque dictorum trium, A
primò in teletis, ſecundò in doctoribus, ibi, *ipſa autem ſacrificantium, &c.* Tertiò in imbutis, ibi, *Perficientium autem, &c.* Et quælibet iſtarum partium diuiditur in tria ſecundum tres virtutes quas in qualibet aſſignat. Dicit ergo primò, quòd prima virtus teletarum eſt purgatio eorum qui perfici debent, media illuminatio iam purgatorum, ſed vltima, quæ eſt perfectiua præcedentium, eſt conſummatio in diuinis doctrinis. Similiter prima diſpoſitio magiſtrorum, eſt purgans imperfectos, ſecunda illuminans purgatos, vltima perficit illuminatos diuinis contemplationibus. Similiter prima virtus imbutorum eſt qua purgantur, media qua poſt purgationem illuminantur, & vltima qua perficiantur per contemplationem ſacrorum, ad quæ lumen illuminationis confortat, & ducit,

Ipſa

26. Ipſa autem ſacrificantium diſpoſitio in potenti virtute, prima per teletas purgans imperfectos, in media autem lu e purgatos ducit, in vltima verò & ſublimiſſima ſacrificantium virtutum perfi it diuino lumini communicantes in contem plabilium illuminationum ſcibili bus contemplationibus.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sacrificantium diſpoſitio, &c.

A ID eſt, operatio ſacrum faciens, *eruditorum*, id eſt, iam illuminatorum, *pulchrarum*, ſcilicet diuinarum per remotionem à priuationibus & materialibus conditionibus, *ducit in luce* quantum ad illuminationem: *ſacrificantium virtutum ſublimiſſima*, id eſt, inter tres virtutes ſacrificientes: *diuino lumini communicantes*, id eſt, illuminatos, *in ſcibilibus contemplationibus illuminationum*, id eſt, ad quas illuminationes ducunt, ſicut lumen intellectus agentis ad intelligi' ilia determinata. Alia tranſlatio, *conſummationibus*.

27. Perfi ientium autem virtus prima quidem eſt purgans: media verò poſt purgationem illuminans, & quorundam ſanctorum contem platiua: vltima autem & diuinior aliarum ipſa ſan torum photiſmatum q o um effi itur contemplatrix, declarans conſummatiuam ſcientiam.

EXPOSITIO TEXTVS.

Perficientium autem, &c.

A ALia tranſlatio, perfectorum, id eſt, imbutorum: *purgans* alia tranſlatio: purgatiua *illuminans*, alia tranſlatio, illuminatiua, *declarans conſummatiuam ſci n a n ſa ctorum baptiſmatum*, id eſt, illuminationum, id eſt, quæ eſt illuminationum conſummatio, ſiue finis.

28. Sanctæ ergo teletarum actionis trina virtus laudatur, ſanctæ qui dem Theogeneſiæ ex eloquiis comprobatæ, purgatione & purgatiua illuminatione: ſynaxeos autem & my t letæ con u mmatiuę diuinorum actuum cognitione & ſcientia, per quam ſacerdotium ad diuinitatem tanquam vnificam anagoge & beatiſsima communicatio perficitur. Nunc autem ſacerdotalis diſpoſitio conſequenter narranda, in purgatiuam, & illuminatiuam & conſummatiuam ordinationem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sancta ergo teletarum.

A HIc oſtendit quid dictum ſit, & quid reſtat dicendum, vt completa cognitio hierarchiæ habeatur. Dicit ergo, quòd a in teletarum quantum ad purgationem & illuminationem tractata eſt in tractatu hati mi, qui habet purgare à peccatis & illuminare per characteris impreſſionem & virtutum collationem, ſed quantum ad perfectionem per cognitionem communionis & Chriſmatis, quibus perficitur in diuina communione, & ſecundum diuiſionem p æha itam, tunc immediatè reſtat dicendum de diſpoſitionibus ſacra dantium, id eſt, Doctorum, quæ etiam diuiditur in purgationem, illuminationem, & perfectionem, vt dictum eſt, *Laudatur*, id eſt, cum laude exponitur quod à nobis iam completum eſt, & hoc *purgatione* quantum ad deletionem peccati, *& purgatiua illuminatione* quantum ad impreſſionem characteris, *Sancta Theogeneſia*, id eſt, diuinæ generationis, ſcilicet baptiſmi, *comprobata ex eloquiis*, Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Et laudatur congruè quantum ad ſymbola & quantum ad theoriam, *ſynaxeos*, id eſt, communionis, *& teletæ myr*, id eſt, Chriſmatis: *conſummatiuæ*: hoc ad vtrumque poteſt referri, quia vtraque conſummat hierarchiæ operationes: *per quam*, ſcilicet ſcientiam vel teletam, *tanquam vnifi am, anagoge ad diuinitatem perficitur. Sacerdotium*, id eſt, ſacrorum donatio, *& communicatio beatiſſima*, ſcilicet diuinorum. *Nunc autem ſacerdotalis*, id eſt, ſacra dans quantum ad myſtas, &c.

CAPVT V.

De ſacerdotalibus & conſummationibus.

1. EX quidem hæc eſt diuinitatis ſacratiſſima per prima ſecunda ad diuiniſſimam ſuam reducere lucem. Aut non ſenſibiles elementorum eſſentias videmus in magis eis cognotiora primum venientes, & per illa in alia propriam diuidentes operationem? Pulchrè igitur omnis

viſibilis & inuiſibilis boni otnatus principiũ & fundamentum, in deiformiores primos infert deificos radios venire, & per illos tanquã lucidiores animos, & ad participationẽ luminis & traditionẽ opportunum habentes, in ſubiectos proportionaliter eis illucet, & ſuperapparet.

DIVISIO TEXTVS.

Lex quidem diuinitatis hæc eſt, &c.

A IN parte iſta incipit determinare in ſpeciali de operationibus hierarchicis, quibus perſonæ Eccleſiaſticæ in aliquo gradu conſtituuntur: & diuiditur in partes duas. In prima agit de operationibus, quibus conſecrantur hi qui in grado ſuperiori ordinantur in Eccleſia. In ſecunda de conſummationibus eorum, io quibus ſtat ordo hierarchiæ, qui ſuper alios ſcilicet noo conſtituuntur, ibi, *Sacerdos quidem ſtat in conſpectu, &c.* Prima iterum diuiditur in partes duas. In prima determinat de tribus gradibus Eccleſiaſtici ordinis, qui eſt ſuperpoſitionis ad inferiores. In ſecunda de actionibus eorum quas habeot in ioferiores. 6. cap. ibi, *Hi quidem ſacerdotales ordines, &c.* Prima diuiditor in partes tres. In prima determinat perfectiones trium, ſcilicet Epiſcopi, ſacerdotis, & diaconi. In ſecunda ponit ritum conſecrationis eorum, ibi, *Summus quidem ſacerdos, &c.* Et in tertia aſſignat theoriam, ibi, *Communia quidem ſunt, &c.* Prima pars intitulatur de ſacerdotalibus coolummationibus, id eſt, in quibus perfectionibus conſtituuntur per ordines ſacra dantes inferioribus: & diuiditur in partes duas. In prima determinat de quolibet trium ordinum diuinorum. In ſecuoda agit de eis communiter ſecundum comparationem vnius ad alterum, ibi, *Ipſe quidem enim, &c.* Prima diuiditur in partes tres. In prima determinat de Epiſcopis. In ſeconda de ſacerdotibus, ibi, *Sacerdotum autem, &c.* Io tertia de diaconis, ibi, *Miniſtrantium vero, &c.*

DVBIVM.

B CIRCA primum, primò eſt dobitatio, vtrum Epiſcopatus ſit ordo. Et videtur, quòd non: quia non ſunt niſi ſeptem ordines: & Epiſcopatus non eſt vnos de illis: ergo noo eſt ordo.

2 Præterea, Secundum gradum actiooum debet eſſe grados ordinum, cum ordo ſit pars poteſtatis quæ determinatur ad actom: ſed nullus actus poteſt eſſe nobilior, quam conſecrare corpus Chriſti qui eſt actus ſacerdotij: ergo non eſt aliquis ordo ſuper ſacerdotium: & ſic Epiſcopatus noo eſt ordo.

In contrarium eſt quod dicitur hic, & in 4. ſent. vbi dicit Magiſter, quòd ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt. Diſt. 14.

Et dicendum eſt, quòd ſi ordo dicatur ſicut propriè dicitur ordo poteſtas ſpiritualis ad actus ſacramentales, ſic Epiſcopatus non eſt ordo diſtinctus à ſacerdotio, qoia noo poteſt in aliquem actum ſuperiorem quam ſacerdos. Si autem dicatur ordo poteſtas ſpiritualis ad actus qui pertinent ad vnum dictorũ, ſic Epiſcopatus dicetur ordo ſupra ſacerdotium: & ſecundum hoc loquitur Dionyſius. Et per hoc patet ſolutio ad totum.

DIVISIO ET
expoſitio textus.

DIuiditur autem hæc pars io tres partes. In prima oſtendit in diuinis illuminationibus recipiẽdis eſſe diſtinctos grados. Io ſecũda oſtendit, quòd ioter gradus noſtræ hierarchiæ ordo eſt prior, ibi, *Horum igitur eſt primorum, &c.* In tertia oſtendit quod idem eſt primus & nouiſſimus, ibi, *Sublimiſſimus autem, &c.* Primum autem ſic probat: Lex communis diuinitatis non deficit à noſtra hierarchia: ſed lex communis diuinitatis eſt diſtinctè reducere in ſuam lucem per prima media, & per hæc vltima: ergo in noſtra hierarchia debent eſſe ordines diſtincti, per quorum primos reducantur alij. Deinde probat, quòd ſit lex diuinitatis, ibi, *Aut non ſenſibiles, &c.* Et eſt ratio talis: elementa corporalia magis tradunt ſuas virtutes his in quibus primò ſunt, quibus mediantibus etiam aliis communicant, calidi namqoe virtus vel frigidi fortior eſt in mixtis tantum quam in complexionatis: & quantò plus receditur à ſimplicitate elementorum, magis debilitantur virtutes elementorum & reducuntur ad medium: ſed in ſpiritualibus communicationibus maior debet eſſe diſtinctio & ordinata pulchritudo quam in corporalibus: ergo & io ſpiritualibus ſuperiora plus participant de luce diuina & reducunt inferiora. C

DVBIVM.

SED VIDETVR, quòd hæc ratio non valeat: quia elementa intraot ſecundum eſſentiam compoſitionem corporum, diuina autem lux non eſt de compoſitione illuminatorum. D

Et dicendum, quòd licet non ſit ſimile ſecundum hoc, eſt tamen ſimile quantum ad propoſitum, ſcilicet quantum ad hoc quod virtus elementorum eſt fortior in primis compoſitis quam in aliis: & ſimiliter virtus diuina recipitur fortius in primis qoam in mediis.

EXPOSITIO TEXTVS.

Aut non, id eſt, nõne. Alia litera habet, an noo: *cognatiora*, id eſt, ſimiliora ſicut ſunt mixta tantum: *venientes, operationem diuidentes*, quia diuerſimodè participantur ſecuodom quod plus aut minus accedunt: *operationem* naturalem, vt calefacere vel accendere. *Pulchrè*, id eſt, congruè, Deus qui eſt *principium*, ſecundum quod producit in eſſe, & *fundamentum*, ſecundum quod portat omnia verbo virtutis ſuæ, *omnis ornatus*, id eſt, decoris *inuiſibilis*, quantum ad ſpiritualia, *& viſibilis*, quantum ad corporalia, *infert venire*, id eſt, vt veniant, *opportunum habentes*, id eſt, naturam habilem, *in ſubiectos*, id eſt, inferiores *eis*, Alia tranſlatio non habet: *ſuperapparet*, id eſt, in ſua ſuperioritate manens apparet, licet enim omnibus ſe communicet, tameo noo deficit à propria emineotia & ſimplicitate, vt in primo cap. cæleſt. hierar. dictum eſt. Et ad hoc poſſumus ſumere exemplum Auicen. eſt enim lumen E

corpous

corporis lucidi ſecundum extremitatem, quod contingit corpus terminatum, in quo eſt color, dans eſſe formale corpori: propter quod diffinitur ab Ariſtot. color ſecundum eſſe ſuum formale, quod eſt extremitas perſpicui tangentis extrema in corpore colorato. Si igitur ſit aliqua ſuperficies corporis terminati alicuius pluribus coloribus colorata, lumen quidem ſecundum quod tenet ſe in diaphano, ſic ſuperiacēt, vt vnum manifeſtans omnes colores ſubiacentes: ſecundum verò quod accipitur in coloribus diuerſis dans eis eſſe formale, commiſcetur eis & diuerſificatur ſecundum eos. Et ſimiliter dicit, quod intelligentia agens dat omnes formas exiſtentes in materiis, & quod forma exiſtens in materia, nihil eſt aliud niſi participatio huius quæ in quibuſdam differenter recipitur, ſecundum quod accedunt vel recedunt à ſimilitudine cæli. Et quia homo inter omnia plus accedit ad ſimilitudinem corporis cæleſtis, propter ęqualitatem cōplexionis minus participans qualitates contrarias, à quibus corpora cæleſtia ſunt omnino libera, ideò recipit lumen intelligentiæ modo ſimillimo prout eſt in ipſa intelligentia: & hoc tamen lumen ſecundum quod tenet ſe ex parte intelligentiæ, eſt vnum non immixtum aliis, quia ponebat intelligentiam ſeparatam. Et Tex. c. 15. hæc videtur eſſe opinio Ariſtot. in vndecimo philoſophiæ primæ, vbi dicit quòd non tota anima remanet in poſtremo, ſed tantum intellectus. Quicquid ſit verum de hoc, in hoc tamen eſt ſimile, quod diuinus radius ſecundum quod ſe tenet ex parte infundentis, ſupereminet & manet in ſua ſimplicitate, diuerſificatur tamen ſecundum quod recipitur in diuerſis diſſimiliter proportionatis ad ipſum.

2. Horum igitur eſt primorum deiuidum ſecundis copioſè in commenſuratione quæ iuxta eos eſt, oſtendere ab ipſis ſacrè contemplata diuina ſpectacula, & docere quæ hierarchica ſunt cum conſcientia conſummatiua diuina quęque eos qui poſt ſe ſunt hierarchiæ, ſimul omnia bene docentium, & perfectam docendi virtutem accipientium: & tradere ſecundum dignitatem ſacra, eruditè & integrè participātium ſacerdotali conſummatione. Non ergo diuinus pontificum ordo primus quidem eſt deiuidum ordinationum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Horum igitur, &c.

A HIc oſtendit, quòd ordo Epiſcopatus eſt primus noſtræ hierarchiæ, & eſt ratio talis. Primi ordinis eſt tradere ſacras contemplationes aliis, ſecundum proportionem eorum: ſed hoc operatur pontifex in omnes ordines noſtræ hierarchiæ: ergo ordo Epiſcopatus eſt primus. Primam ponit concluſionem, ibi, *Non ergo diuinus, &c.* Minorem etiam probabit. *Igitur* vt ex dicta ſimilitudine patet, *primorum deiuidum*, id eſt, deiuidorum *eſt*, id eſt, ad eos pertinet *oſtendere copioſè ſecundis*, id eſt, inferioribus *in commenſuratione, &c.* id eſt, proportionaliter eis ſcilicet, *&*, id eſt, etiam *ſpectacula inſpicienda* Dei magnalia *ab ipſis*, ſcilicet primis, &c. & etiam primorum ſcilicet *docentium ſimul omnia, hierarchia*, id eſt, ad hierarchiam, *bene*, ſcilicet ſecundum commenſurationem, & eorundem *accipientium à Deo perfectam virtutem docendi* alios, horum, dico, *eſt docere eos qui poſt ſe ſunt*, id eſt, inferiores, qui ſunt *hierarchic* quantum ad ritus, *cum conſummatiua ſcientia*, quàntum ad theorias, *diuina quęque* Alia tranſlatio, *quæ ſecundum eos eſt hierarchia vniuerſa bene ſunt docti*. Et etiam primorum *participantium ſacerdotali conſummatione, eruditè* quantum ad perfectam ſcientiam, *& integrè* quantum ad omnes ſacras operationes in quas poſſunt, *tradere ſacra* inferioribus, *ſecundum* ſuam *dignitatem*, id eſt, proportionem: vel *tradere eruditè* & ſanè primum. Concordat alia tranſlatio quæ ſic habet: *eſt eorum qui ſcienter, &c. Non ergo*, id eſt, nonne ergo *deiuidum*, id eſt, diuinorum.

Sublimiſſimus autem & nouiſsimus iterum idem: etenim in ipſum perficitur & impletur omnis noſtrę hierarchiæ diſpoſitio. Vt enim omnem hierarchiam videmus in Ieſum conſummatam, ſic vnamquanque in proprium diuinum ſummum ſacerdotem. Ipſa autem hierarchici ordinis virtus in omnibus locatur ſacris vniuerſitatibus, & per omnes diuinos ordines operatur propriæ hierarchiæ myſteria. Diſcretè autem huic vltra cæteros ordines in ſuam operationem diuina lex diſtribuit diuiniores ſacrificationes. 3.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sublimiſſimus autem, &c.

PRimò hic oſtendit, ſecundò probat quod ſuppoſuerat, ibi, *Hæ autem, &c.* Tertiò concludit ex dictis virtutem huius ordinis, ibi, *Eſt igitur ſanctificatus ordo, &c.* Dicit ergo primò, quòd hic ordo eſt ſublimiſſimus, vt probatum eſt, propter ſui gradus eminentiam, &c. Et etiam eſt nouiſſimus ſecundum quod ipſe quodammodo operatur in omnibus operationibus omnium perficiendo, & omnes reducunt operationes ſuas in ipſum ſicut in conſummationem A

ſecundum

ſecundum determinatam aliquam hierarchiam, ſicut omnis hierarchia reducit operationes in ſobiectum: ſed hic ordo habet aliquas ſpeciales operationes, quæ aliis non communicantur ſecundum quas non immiſcetur aliis, ſed ſupereminet. *Idem*, ſcilicet pontificum ordo. *Hierarchici ordinis*, id eſt, pontificalis, *locatur*, id eſt, recipitur, quia eius *virtus* recipitur *in omnibus vniuerſitatibus*, id eſt, vniuerſis ordinibus, *myſteria*, id eſt, occultæ operationes. *Diſcretè*, id eſt, ſingulariter, *diuiniores*, id eſt, digniores, *ſacrificationes*, ſicut eſt conſecratio Chriſmatis & altaris.

4. Hæ autem ſunt perfectrices virtutis diuinæ imagines, conſummantes omnia diuiniſſima ſymbola, & omnes ſacras diſpoſitiones. Etſi enim à ſacerdotibus perficiuntur quædam honorabilium ſymbolorum, ſed nunquam aliquando ſacram theogeneſiam ſacerdos operabitur ſine diuiniſſimo vnguento: neque diuinæ communionis perficiet myſteria, niſi diuiniſſimo altari communicatiuis ſuppoſitiuis ſymbolis: ſed neque ipſe ſacerdos erit, niſi à hierarchicis conſummationibus in hoc ſortitus. Inde diuina legiſlatio hierarchicorum ordinum ſanctificationem, & diuini vnguēti conſummationem, & ſacram altaris purgationem, diuinorumque pontificum perfectiuis virtutibus ſingulariter diuiſit.

5. Eſt igitur ſanctificatus ordo conſummatiuæ virtutis repletus perfecta hierarchicè diſcretè perficiens, in ſcientias ſacrorum manifeſtatiuorum eruditus, & docet proportionales eorum & ſacros habitus & virtutes.

EXPOSITIO TEXTVS.

Hæ autem, &c.

A Hic oſtendit quod dixerat, ſcilicèt quod operationes propriæ pontificum ſunt diuiniores. Dicit ergo, quòd huius operationes ad modum diuinæ virtutis perficiunt ſicut formæ exemplares omnia ſymbola & ſacros ordines omnes: quia etſi ſacerdos baptizet, non tamen perficitur baptizatus ſine Chriſmate: & ſimiliter quamuis conficiat corpus Chriſti, hoc tamen non poteſt ſine conſecratione altaris, & etiam ſine conſecratione in talem ordinem: & ideò hæc omnia tanquam perfectiua aliorum ſunt reſeruata ſolis Epiſcopis. *Hæ*, id eſt, ſacrificationes, *ſymbola* quantum ad teletas, *diſpoſitiones*, id eſt, ordines quantum ad myſtas. *Theogeneſiam*, id eſt, diuinam generationem, ſcilicet baptiſmi.

D V B I A.

SED VIDETVR hoc eſſe falſum: quia Chriſmatis vſus in baptiſmo eſt ſacramentale, & non de eſſentia ſacramenti: ergo ſine eo poteſt ſacerdos operari baptiſmum. B *Dubium 1.*

Et dicendum, quòd Dionyſius loquitur hîc de baptiſmo ſecundum maximam eius perfectionem, vel ſolemnitatem, quæ non eſt ſine Chriſmate. Licet baptiſmum conſequatur quis in aqua ſimplici, cum forma verborum, quantum ad eſſe baptiſmi abſolutè: quia tamen quædam alia ſunt de perfectione baptiſmi, ſupplentur in his in quibus omiſſa fuerint.

Vnguento, id eſt, Chriſmate: *communionis*, id eſt, Euchariſtiæ.

SED VIDETVR hoc iterum falſum: quia ſacerdos poteſt conficere corpus Chriſti in quocumque loco, etiam non conſecrato. C *Dubium 2.*

2 Item quæritur, vtrum oporteat obſeruare tempus ſicut & locum?

Et dicendum, quòd quantum eſt de poteſtate verborum & ordinis poteſt ſacerdos conficere in loco non conſecrato, & ſimiliter tempore non debito, ſcilicet poſt commeſtionem: ſed ſi faciat, peccat mortaliter: quia tranſgreditur conſtituta Eccleſiæ. Vnde de iure non poteſt: quia hoc poſſumus quod de iure poſſumus: & ſecundum hoc loquitur Dionyſius. Sed extra ordinem non poteſt quis conficere: quia hoc à Chriſto donatum eſt ſolis ſacerdotibus.

EXPOSITIO TEXTVS.

D *Symbolis*, ſcilicet panis & vini, *communicatiuis*, id eſt, continentibus id quod eſt communio, & communionem ſignificantibus, propter adunationem panis ex multis granis, & vini ex multis racemis. *Hierarchicis*, id eſt, pontificalibus, *conſummationibus*, id eſt, conſecrationibus, *ſortitus eſt*, id eſt, electus, *in hoc*, ſcilicet effectum, *purgationem*, id eſt, conſecrationem.

E Deindè concludit, quòd ordo Pontificum habet conſummatiuam virtutem ſingulariter perficiens ea quæ perficiuntur in hierarchia, & hoc quantum ad ſacram actionem: ſed quantum ad ſcientiam ſcit ſpirituales intellectus ſymbolorum, & docet hoc alios qui ſunt proportionati ad huiuſmodi cognoſcenda. *Sanctificatus ordo*, id eſt, pontificalis, *diſcretè*, id eſt, ſingulariter, *ſcientias*, id eſt, theorias, *ſacrorum* ſymbolorum *manifeſtatiuorum* ſpiritualis intellectus. Alia tranſlatio, *manifeſtatiuè*: *eruditus*, id eſt, vt aliis poſſit manifeſtare, *& docet ſacros habitus & virtutes* quantum ad capacitatem ingenij naturalis, *proportionales eorum*, ſcilicet ſacrorum, id eſt, qui per huiuſmodi habitus & virtutes proportionati ſunt ad hoc.

Sacerdotum autem lucidus ordo in ſanctas hoſtiarum inſpectiones manuducit perfectos ſub diuinorum pontificalium ordine, & poſt eum ſacrificans ſacra propria actio- 6.

nes, in quibus hæc quidem ipſe agit, deificas actiones oſtendens per ſacratiſſima ſymbola, & contemplatores aduenientes perficiens, & ſacratum teletarum communicatores: in ſummum autem ſacerdotem remittens ſcientiam contemplatarum ſacrificationum deſiderantes.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sacerdotum autem, &c.

A HIc oſtendit virtutem ſacerdotalis ordinis, dicens quòd ordo ſacerdotum eſt illuminatiuus, quia ducit perficiendos ad inſpicienda ea quæ pertinent ad ritum ſacrorum, quantum ad ſcientiam, & quantum ad ſacram actionem, & hoc agit ſub ordine Epiſcoporum, & oſtendit in ſymbolis diuinas actiones, inquantum facit venientes, vt perficiantur, contemplari ſymbols & communicare eis: ſed doctrinam de ſpirituali intellectu qui ſignificatur per ſymbola, reſeruat Epiſcopo. *Lucidus*, id eſt, illuminatiuus: alia litera, *luciducus*: *inſpectiones hoſtiarum*, qoia oſtendit ſymbola: *perfectos*, alia tranſlatio, *perficiendos*: *pontificalium*, alia tranſlatio, *pontificum*: *ſacrificans*, id eſt, faciè faciens: *deificas*, id eſt, diuinas actiones: *aduenientes*, alia tranſlatio, *progredientes*: *ſcientiam*, id eſt, ſpiritualem intellectum, *ſacrificationum*, id eſt, rituum, *deſiderantes*, ſcilicet perficientes ad hoc tendentes.

7. Miniſtrantium verò ordo purgatiuus & diſſimilium diſcretiuus, ante in ſacerdotum ſanctificationes acceſſionem purgat aduenientes, puros eos perficiens contrariis, & ad ſacrificam inſpectionem coaptatos. Inde in ſancta theogeneſia miniſtri aduenientem vetus denudant veſtimentum, adhuc & abſolutum, & ad Occaſum in abrenuntiationem ſtatuunt, & iterum ad Ortum tranſducunt. Purgatiuæ enim ſunt ordinationis & virtutis, repellere vniuerſaliter iubentes aduenientibus prioris vitæ amictus, & prioris conuerſationis tenebroſum oſtendentes, & edocentes eos reordinandos, ex non ſplendentibus in lucentia tranſcendere. Purgatiua igitur eſt miniſtratiua diſpoſitio, in manifeſtiſſimas ſacerdotum ſanctificationes reducens, purgatos & imperfectos iudicans & inflammans mundatiuis eloquiorum illuminationibus & doctrinis: & adhuc immundos ſacerdotibus inconfuſè ſeparans. Propter quod & ſanctis eam ſtatuit portis hierarchica legiſlatio, ad ſacra prouenientium introitum in perfectiſſimis purgationibus inſinuans, & ad ſanctas eorum ſuſpectiones & cõmunicationes deceſsũ purgatiuis virtutibus tradẽs, & per eas eos non impollutos accipiens.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Miniſtrantium verò, &c.

HIc determinat de ordine diaconorum: & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit virtutem huius ordinis. In ſecunda colligit, ea quæ dixerat de tribus ordinibus, ibi, *Oſtenſum eſt igitur*, *&c.* Circa primum tria facit. Primò oſtendit, quòd ordo diacooi eſt purgatiuæ & diſcretiuæ virtutis. Secundò oſtendit hoc ex officio eius in noua lege, ibi, *In ſancta theogeneſia*, *&c.* Tertiò oſtendit idem ex officio eorum in veteri lege, ibi, *Propter quod & ſanctis*, *&c.* Dicit ergo primò, quòd ordo diaconi habet purgare perficiendos, & diſcernere mundos ab immundis, vt ipſi deputari ab his quæ contrarientur ſanctitati, ſcilicet peccatis & erroribus, priuſquam perueniant ad ſanctificationes quæ fiunt per ſacerdotes, ſin apti ad inſpiciendum ſacramenta & participandum ea. *Miniſtrantium*, id eſt, diaconorum, quia diaconus interpretatur miniſter: *diſcretiuus diſſimilium*, id eſt, immundorum, ſeparat enim eos ſua voce ab aliis, vt dictum eſt ſupra: *ſanctificationes ſacerdotum*, id eſt, quæ per ſacerdotum mioiſterio fiunt, vt baptiſmus & communio: *acceſſionem*, alia tranſlatio habet, *acceſſum*: *à contrariis*, ſcilicet ſanctitati, *ſacrificam*, id eſt, ſymbolorum ſacrum facientium, *inſpectionem* & communicationem A

B Deinde dicit, quòd propter hoc ſnnt purgatiuæ virtutis ex hoc quod baptizandum & exutum ducunt ad Occidentem, vt abrenuntiet tenebroſis virtutibus, & poſtea reducunt ad Orientem: per hoc enim oſtenditur corum purgatiua virtus, quia per hoc docent baptizandum deponere habitum & opus peccati quantum ad intentionem, & tenebras priores per renuntiationem ad Occidentem, & quod tranſit ordinandus de tenebris ad lucem, per hoc quod ducunt eum ad Orientem, vnde venit lux. *Inde*, ſcilicet quia ſunt purgatiuæ virtutis, *in theogeneſia*, id eſt, baptiſmo, *miniſtri*, id eſt, diaconi: *abſolutum*, id eſt, denudatum, *prioris vita*, ſcilicet peccati: *tenebroſum*, id eſt, tenebras: *miniſtratiua*

tiua diſpoſitio, id eſt, nrdo diaconatus, *manifeſtatiuas* propter manifeſtum effectum, & *indicans*, id eſt. diſcemens, alia tranſlatio, purgans, *inflammans* in diuino amore, qnia ignis eſt purgare: *ſeparans adhuc immundos à ſacerdotibus*, id eſt, eorum ſacrificatinnibus, *inconfuſè*, id eſt, vt nnn permiſceaotur muodi immondis. quandn clamat: Si quis noo communicat, exeat.

C Deinde dicit, qoòd ideo etiam In veteri lege ponebantur leuitæ ad obſeruandas portas templi, vt oſtenderetur, qnòd introenntes ad ſacra videnda & communicanda debent eſſe purgati: pnpter quod tradunrur purgandi leuiticis, qui habent purgatiuas virtutes, vt per eas purgati recipiantur ad ſacra loſpicienda. *Eam*, ſcilicet miniſtratnriam diſpoſitinnem leuitarum, *legiſlatio*, id eſt, vetos lex, Nom. 3. & Eze. 44. *Inſinuans*, id eſt, oſtendens, *introitum prouenientium ad ſacra* eſſe debere *in purgationibus perfectiſſimis*, id eſt, ſecuodum perfectam purgationem, *& tradens acceſſum ad ſanctas inſpectiones eorum*, id eſt, ſacrorum, id eſt, accedentes, *virtutibus*, ſcilicet diacnni, *& per eas*, ſcilicet virtutes, *impollutos*, id eſt, purgatos, *eos*, ſcilicet accedentes.

8 Oſtenſus eſt igitur à nobis pontificum quidem ordo conſummátiuus & perfectiuus, ſacerdotum autem illuminatiuus & luciducus, miniſtrantium verò purgatiuus & diſcretiuus, ſcilicet hierarchico ordine non perficere tantum, ſed illuminare ſimul & mundare cognoſcentes, & ſacerdotum virtute habente in ſeipſa cum illuminatiua & purgatiuam ſcientiam.

EXPOSITIO TEXTVS.

A DEINDE concludit, quòd ſicut oſtenſum eſt, ordo Epiſcoporum eſt perfectious, ſacerdotum illuminatiuus, diaconorum purgatiuus, ita tamen quod Epiſcopus poteſt illuminare & purgare, & ſacerdos purgare, quia ſuperior poteſt in id in quod poteſt inferior ſicut in omni toto poteſtatiuo, *cognoſcentes* cognitione iuriſdictionis.

9. Ipſæ quidem enim minores in ea quæ meliora ſunt tranſmouere non poſſunt: eo quod iniuſtum ſit eis ad huiuſmodi conari maieſtatem: ipſæ autem diuiniores virtutes cum propriis, & ſubiectas ſuæ perfectionis ſacra ſcientia cognoſcunt. Similiter quoniam diuinarum ſunt actionum imagines ipſæ ſanctificatiuæ diſpoſitiones, bene ornati & inconfuſi diuinarum operationum ordinis in ſemetipſis oſtendentes ordinatas illuminationes, in primas & medias & vltimas ſacras actiones, & ordinationes in diſcretionibus hierarchicis ordinatæ ſunt, manifeſtantes, vt diximus, in ſeipſis diuinarum operationum ordinatum & inconfuſum. Quoniam enim diuinitas in quibuſcunque ineſt, animas purgat primum, deinde illuminat, & illuminatas conſummat ad deiformem perfectionem, meritò pontificalis diuinarum imaginum in diſcretas ſeipſam alternat ordinationes & virtutes, apertè oſtendens diuinas operationes in ſanctiſſimis & inconfuſis ordinibus ponderatè & inconfuſè ſtatutas. Sed quoniam ſanctificas ordinationes, & partitiones, virtuteſque eorum & operationes diximus, quantum nobis poſſibile eſt, & ſacratiſſimas eorum, quantum potentes ſumus, inſpiciamus conſummationes.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Ipſæ quidem, &c.

Hic determinat de tribus ordinibus in communi, & primò ponit comparationem trium ordinum adinuicem. Secundò oſtendit quomodo in diſtinctione ordinum repræſentatur ordo diuinarum operationum, ibi, *Similiter quoniam diuinarum, &c.* Tertiò continuat ſe ad ſequentia, ibi, *Sed quoniam ſanctificas, &c.* Dicit ergo primò, quòd inferiores ordines non poſſunt in ea quæ ſunt ſuperiorum, ſed è contrario eſt. *Minores*, ſcilicet virtutes ordinum, *in ea quæ ſunt meliora*, id eſt, quæ pertinent ad ſuperiores, *non poſſunt tranſmouere* nec ſe nec alios: *iniuſtum*, id eſt, illicitum, *maieſtatem*, id eſt, eminentiam. *Cum propriis* virtutibus quas ipſi ſoli habent: *ſubiectas*, id eſt, virtutes inferiores, *ſcientias perfectionis*, id eſt, perficiendi. Deinde dicit, qoòd ſacri ordines repræſentant in ſe diſtinctionem & ordinem diuinarum operationum per hoc qood diſtinguuntur in primas, medias, & vltimas actiones, qoia etiam Deus primò purgat, ſecondò illuminat, tertiò perficit. *Imagines*, id eſt, exemplata vel repræſentationes, *diſpoſitiones*, id eſt, ordines ſacri, *ſunt ordinatæ in primas*, &c. A

Ordinatum neutraliter, id eſt, ordinationem ipſorum. *Ineſt* per effectum gratiæ: *merito pontificalis* virtus *ſ ipſam æternat in ordinationes diuinas, &c.* id eſt, in ſe colligit alternatim operationes omnes Eccleſiaſticas, quæ ſunt imagines diuinæ: vnde poteſt dici, quòd ſolæ pontificales diſpoſitiones ſunt imagines diuinarum operationum, vt ſolum ad hunc ordinem referatur quod dictum eſt. Deinde continuat ſe ad ſequentia, dicens quòd dictum eſt de diuiſione ordinum in tres, & de ordinatione eorum adinuicem, & de virtutibus & operationibus eorum: reſtat nunc videre qualiter conſecrantur. *Eorum*, ſcilicet ordinum, *partitiones*, id eſt, diuiſiones: *conſummationes*, id eſt, conſecrationes.

MYSTERIVM ſacrificantium.

10. SVmmus quidem ſacerdos ad hierarchicam cõſummationem accedens, vtroque pede inclinans ante conſpectum altaris diuini, ſuper caput habet à Deo tradita eloquia, & hierarchicam manum, & hoc modo à perficiente eum ſummo ſacerdote ſanctiſsimis inuocationibus conſummatur. Sacerdos autem vtroque pede inclinans in conſpectum diuini altaris, ſuper caput habet hierarchicam dexteram, & hoc modo à perficiente eum ſummo ſacerdote ſacris inuocationibus ſanctificatur. Miniſter verò vnum de pedibus inclinans in conſpectu altaris, ſuper caput habet perficientis eum ſummi ſacerdotis dexteram, perficiendus ab ipſo miniſtrantium conſummatiuis inuocationibus. Vniquique autem eorum cruciforme ſignatur à perficiente ſummo ſacerdote ſignaculum, per vnumquemque prædicatio ſacra fit, & conſummatiua ſalutatio, ſalutante omni diuino præſente viro, & conſummante ſummo ſacerdote ad aliquid dictarum diuinarum ordinationum conſummatum.

*

DIVISIO ET expoſitio textus.

Summus quidem ſacerdos, &c.

HIc ponit ritum conſecrationis trium prædictorum ordinum, & hoc primo: deinde ponit id quod eſt commune omnibus, ibi, *Vnicuique autem eorum, &c.* Prima pars diuiditur in tres: primò enim ponit conſecrationem Epiſcopi. Secundò ſacerdotis, ibi, *Sacerdos autem, &c.* Tertiò diaconi, ibi, *Miniſter verò, &c.* Dicit ergo primò, quòd ille qui debet conſecrari in Epiſcopum, genufle ctit vtroque genu ante altare, & tenet ſupra caput libros ſacræ Scripturæ, & imponitur ſupra caput eius manus Epiſcopi conſecrantis ipſum, & dicuntur ſuper ipſum quædam orationes ab alio Epiſcopo qui conſecrat ipſum, & ſic completur ſua conſecratio. *Ad hierarchicam conſummationem*, id eſt, vt conſecretur in hierarcham: *vtroque pede*, id eſt, vtrumque genu figens in terra: *eloquia*, id eſt, Bibliam vel Eoangelia: *manum hierarchicam*, id eſt, Epiſcopi qui debet eum conſecrare: *inuocationibus*, id eſt, orationibus, *conſummatur*, id eſt, conſecratur. Deinde dicit, quòd ille qui eſt conſecrandus in ſacerdotem, genuflectit vtroque genu ante altare, & imponitur ſibi manus ab Epiſcopo, & ſic quibuſdam orationibus dictis ſupra eum conſecratur. Diaconus verò ſimiliter, niſi quod flectit tantum vnum genu ante altare. *Et inuocationibus*, id eſt, orationibus *conſummatiuis miniſtrantium*, id eſt, quibus conſecrantur diaconi. Deinde dicit, quòd cuilibet horum trium in conſecratione eſt commune, quòd ſignatur ſigno crucis, & quod recitantur ab Epiſcopo ex nomine, quòd ad talem ordinem aſſumantur, & quod oſculantur omnes ſanctos qui ſunt præſentes, & quod quilibet eorum ab Epiſcopo conſecratur. *Signaculum cruciforme*, id eſt, in modum crucis: *prædicatio* ex nomine, quia Epiſcopus dicebat, vngitur ille de ſacerdotibus in Epiſcopum, diuina eum præueniente gratia, & ſimiliter de aliis. *Salutatio*, id eſt, oſculatio. Et hic erat ritus conſecrationis in primitiua Eccleſia: vnus enim Epiſcopus poterat Epiſcopum conſecrare. A

THEORIA.

COmmunia quidem ſunt ſummis ſacerdotibus, & ſacerdotibus & miniſtris in ſanctificatiuis eorum conſummationibus, ad diuinum altare acceſſus, & inclinatio, hierarchicæ manus impoſitio, cruciforme ſignaculum, præconium, conſummatiua ſalutatio: ſeparata autem & diſcreta ſummis quidem ſacerdotibus eloquiorum ſuper caput impoſitio, non haben- 11.

tibus

tibus hoc minoribus ordinibus: ſacerdotibus verò ambobus pedibus inclinatio, non habente hoc miniſtrantium conſummatione. Miniſter verò, vt dictum eſt, vnum inclinat pedibus tantum.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Communia quidem ſunt, &c.

A Hic ponit theoriam propoſiti ritus, & primò colligit quod dicitur commune in conſecratione omnium, & quod proprium. Secundò ponit vtrorumque theoriam, ibi, *Igitur ad diuinum altare, &c.* Circa primum primò ponit commonia, ſecundò propria, ibi, *Separata autem, &c.* Dicit ergo primò, quòd hæc ſunt communia tribus ordinibus, quod conſecrandus accedit ad altare, & genuflectit, & imponitur ſibi manus ab Epiſcopo, & quòd ſignatur in modum crucis, & quòd recitatur ex nomine, & quòd dat pacem aliis. *Præconium*, quod ſupra prædicatio. Deinde dicit, quòd eſt proprium Epiſcopis, in quo non communicant inferiores ordines, ſcilicet quod imponuntur libri ſacræ Scripturæ ſuper caput ſuum: ſed proprium ſacerdotum eſt non ſimpliciter, ſed reſpectu diaconi quòd flectunt vtrumque genu: diaconi verò quòd flectit vnum tantum, proprium eſt. *Separata & diſcreta*, id eſt, diuiſim & propriè conuenientia.

12. Igitur ad diuinum altare acceſſus & genuflexio inſinuat omnibus ſanctificatè perficiendis ſupponere vniuerſaliter conſummationis principi Deo propriam vitam, & ſuam intellectualem vniuerſitatem caſtiſſimam ipſi oblatam accedere, & conformem, &, vt eſt poſſibile, dignam exiſtentem diuino & ſanctiſſimo & ſanctuario & altari, ſanctificante ſanctè deiformes mentes & ſacerdotali altari offerente ſanctificè deiformes intellectus.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Igitur ad diuinum altare, &c.

A Hic incipit ponere dictorum theoriam, & primò commonium, ſecundò propriorum, ibi, *Summus autem ſacerdos, &c.* Prima diuiditur in quinque partes. Primò enim oſtendit quid ſignificat genuflexio coram altari. Secundò quid impoſitio manus Epiſcopi, ibi, *Hierarchica autem, &c.* Tertiò quid ſignum crucis, ibi, *Cruciforme, &c.* Quartò quid recitatio, ibi, *Sacram verò conſummationem, &c.* Tertiò quid oſculatio, ibi, *Ipſa autem ad finem, &c.* Dicit ergo primò, quòd acceſſus & genuflexio ante altare ſignificat quod ordinandus in quolibet ordine debet ſupponere vitam ſuam Deo, & intellectus ſuus ex toto depuratus & oblatus Deo, debet attendere ad Deum qui ſignificatur per altare, vt dictum eſt ſupra, ſicut conformis & dignus participatione eius. *Inſinuat*, id eſt, oſtendit *Deo principi conſummationis*, id eſt, principio, *vniuerſaliter*, id eſt, ex toto, & ſignificat *ſuam*, id eſt, conſecrandi, *vniuerſalitatem intellectualem caſtiſſimam*, id eſt, totum intellectum eius ex toto caſtigatum ab erroribus & peccatis; *oblatam ipſi*, ſcilicet Deo, *accedere* ad Deum: hunc, dico, *& conformem exiſtentem, vt poſſibile eſt, dignam diuino & ſanctiſſimo, & ſacerdotali*, id eſt, ſacra danti, *altari*, ſcilicet Chriſto, ordinando *offerente* Deo patri *deiformes intellectus*, & ſui & aliorum in altari, quod eſt Chriſtus: ſicut offert ſymbolicas oblationes in materiali. Alia tranſlatio, *& ſanctuariò & altari, ſanctificante ſanctè deiformes mentes*, & ſecundum hoc planior eſt litera; quia ſanctificatio mentium refertur ad altare, quod eſt Chriſtus.

Hierarchicæ autem manus impoſitio ſimiliter quidem manifeſtat perfectiuam principalem protectionem, ſub qua tanquam diſciplinis ſancti cuſtodiuntur, paternè quidem ipſis habitum & virtutem ſanctificatiuam donantem, contrarias verò eis virtutes ſegregantem: docet autem & omnes ſimul perficere ſanctificatiuas operationes, tanquam ſub Deo agentes perfectos & propriarum operationum eum habentes in omnibus ducem. 13.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde dicit, quòd manuum impoſitio ſignificat diuinam protectionem ſub qua ſancti cuſtodiuntur, ſecundum quod manus habet protegere, & ſignificat, quod Deus dat ei virtutem ordinis exercendam ſecundum actum, manu enim donamus, & ſignificat, quòd Deus repellit ab eo virtutem inimici, inquantum manu nociua repellimus & hoſtes impugnamus, & docet ordinatum, quòd in omnibus operationibus ſui ordinis habeat Deum ducem, & ſub ipſo operetur, ſcilicet ſecundum ſuam voluntatem, & hoc ex ipſa ſuperpoſitione manus. *Hierarchica*, id eſt, Epiſcopalis, *protectionem principalem perfectiuam*, ſcilicet diuinam, cuius eſt primo perficere, *tanquam ſub diſciplinis paternè*, vt dicitur. Heb. 5. In Græco, tanquam pueri. Vel poteſt referri ad protectionem Epiſcopi conſecrantis, ſub quo ordinatus protegitur, & A

ſic etiam ſequentia dupliciter poſſunt exponi. *Habitum* quantum ad perfectionem in ſeipſo, *virtutem* quantum ad operationem ordinis, *ſanctificatiuam*, id eſt, ſanctificantem, *contrarias*, id eſt, diaboli & peccatorum, *ſegregantem*, id eſt, excellentem: *ſub Deo* ſequendo præcepta eius & referendo in ipſum.

14. Cruciforme autem ſignaculum omnium ſimul carnalium concupiſcentiarum interdictionem & Dei imitatricem vitam reſpicientem rectè & in virilem Ieſu & diuiniſſimam vitam vſque ad crucem & mortem cum diuina impeccabilitate venientis, & ſic viuentes tanquam conformes ſignantis in cruciformi propriæ impeccabilitatis imagine.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde dicit, quòd ſignaculum crucis ſignificat, quòd carnem ſuam debent ordinandi crucifigere cum vitiis & concupiſcentiis, ſicut dicit Apoſtolus: vnde ſignificat abrenuntiationem carnalium concupiſcentiarum, & quòd debent imitari vitam Chriſti, vt ſint ſine peccato ſicut & ipſe fuit, & quod debent eum imitari vſque ad mortem & crucem ſuſtinendo pro nomine ipſius ſicut & ipſe fecit pro nobis. *Interdictionem*, id eſt, remotionem, *virilem & diuiniſſimam*, quia Deus perfectus & verus homo, Ieſu dico, *venientis* in hunc mundum, *cum impeccabilitate*, id eſt, ſine peccato, & Ieſu, *ſignantis eos ſic viuentes tanquam conformes* ſibi, & hoc *in cruciformi imagine*, id eſt, per ſignum crucis, quod eſt figura & imago *propriæ impeccabilitatis*: & repetendum eſt docet vel inſinuat ipſe aut ſignificat tanquam cuius authoritate inſtitutum eſt ad ſignificandum.

15. Sacram verò conſummationem & conſummandorum prædicationem ſummus ſacerdos reboat, myſterio declarante, quomodo amicus Dei ſanctificator manifeſtator eſt diuinæ electionis, non ipſe propria gratia perficiendos in ſanctificatiuam ducens conſummationem, ſed à Deo motus in omnes hierarchicas ſanctificationes.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sacram verò, &c.

A Hic oſtendit quid ſignificat recitatio, & primò ponit theoriam. Secundò probat, ibi, *Ita Moyſes, &c.* Dicit ergo primò, quòd per hoc quod Epiſcopus recitat ipſum ex nomine aſſumendum diuinâ gratiâ ad talem ordinem, ſignificat ſe manifeſtare diuinam electionem de aſſumptione eius, non ita quod propria authoritate vel amore aſſumat eum ad ordinem, ſed in hoc ſequens diuinam voluntatem. *Conſummationum & conſummandorum*: quia dicebatur nomen ordinandi, & ordo ad quem aſſumebatur. *Reboat*, id eſt, apertè dicit, *myſterio*, id eſt, ritu, *ſanctificator*, id eſt, Epiſcopus conſecrator, *amicus Dei*, id eſt, ex diuino amore non carnali, *eſt* iterum *manifeſtator*, non ſua auctoritate eligens. Alia tranſlatio, *quod ſanctitatis perfector in amore Dei. Propria gratia*, id eſt, priuato amore eius quem ordinat.

Ita Moyſes legalis ſanctificator, 16.
neque fratrem, qui eſt Aaron, in ſacerdotalem conſummationem ducit, & amicum Dei ſe eſſe & ſanctificum æſtimans, donec diuinitus in hoc motus à perfectionis principe Deo ſacerdotalem hierarchicè perfectionem perfecit. Sed & diuinus noſter & primus ſanctificus (Factus eſt enim & hic propter nos humaniſſimus Ieſus) non ſeipſum glorificauit, vt eloquia aiunt, ſed qui locutus eſt ad eum. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Heb. 5.
Propter quod & ipſe in ſacerdotalem conſummationem ducens diſcipulos, & quidem ſubſiſtens vt Deus perfectionis princeps, tamen in ſanctiſſimum ſuum Patrem & diuinum ſpiritum perfectionis principalem retulit hierarchicæ perfectionem, annuntians diſcipulis, vt eloquia aiunt, Ab Act. 1.
Hieroſolymis non recedere, ſed expectare promiſſionem Patris, quam audiſtis mei, quia vos baptizamini Spiritu ſancto. Et quidem ipſe diſcipulorum vertex, cum de ordinata ſibi hierarchica decade in duodenarij diſcipulorum veniens ſanctificam conſummationem, in diuinitate electionem timidus reliquit: Oſtende dicens quem eligam: & diuina ſorte diuinitus oſtenſum in ſancti duodenarij numerum recepit hierarchicum. De diuina autem ſorte huic

te huic Matthiæ data, 'alij quidem alia dixerunt, nec rectè, vt æſtimo, meum verò & ipſe ſenſum dicam. Videtur enim mihi eloquia ſortem nominaſſe diuinum quoddam donum declarans illi hierarchico choro à diuina electione oſtenſum. Propter enim aliquid diuinum ſummus ſacerdos non per ſeipſum motus debet ſacerdotales facere perfectiones, ſed Deo ſubmouente eas hierarchicè & cælitus perficere.

DIVISIO ET expoſitio textus.

A DEinde probat, quòd hoc debeat eſſe, quatuor exemplis ſacræ Scripturæ. Secundum incipit, ibi, *Sed & diuinus noſter, &c.* Tertium, ibi, *Propter quod & ipſe, &c.* Vltimum adaptat ad propoſitum, ibi, *Præter enim aliquid diuinum, &c.* Dicit ergo primò, quòd modo quo dictum eſt, Moyſes in veteri lege quamuis æſtimaret ſe amicum Dei, non ordinauit Aaron in ſacerdotem Deo, niſi motus diuino præcepto, vt dicit Leuit. 8. &c. *Æſtimans ſe amicum, &c.* id eſt, quamuis ſciret ſe amicum Dei. Alia tranſlatio, *amatorem Dei ipſum eſſe & ſacerdotalem arbitratus*, ſcilicet Aaron, id eſt, ſacerdotio dignum, *diuinitus*, id eſt, diuino præcepto, *ſacerdotium perfecit* in ipſo, vel *perfecit eum ſacerdotalem* ſecundum aliam literam. Deinde dicit, quòd ſimiliter Ieſus primus noſter ſacerdos non ſe glorificauit vt ſacerdos fieret, ſed Deus Pater qui locutus eſt ad eum, Tu es ſacerdos, &c. *Sed & Ieſus humaniſſimus*, id eſt, benigniſſimus vt perfectus homo, *diuinus & primus noſter ſanctificus*, id eſt, primus nouæ legis ſacerdos, *non glorificauit, &c. eſt enim factus* ſacerdos *& hic propter nos*, id eſt, ſecundum humanam naturam quam propter nos aſſumpſit, & eſt interpoſitio, *eloquia* Heb. 5. Deinde dicit, quòd etiam ipſe Chriſtus quamuis ſecundum diuinam naturam eſſet principalis perfector, tamen inquantum homo retulit conſecrationem diſcipulorum in Patrem & Spiritum ſanctum, ſicut dicitur Act. 1. Præcepit eis vt ab Hieroſolymis non diſcederent. *Mei*, id eſt, à me, quam audiſtis per os meum. Deinde ponit quartum exemplum, ſecundò declarat quoddam quod poſſet eſſe dubium in auctoritate inducta, ibi, *De diuina autem ſorte, &c.* Dicit ergo primò, quòd ipſe Petrus Apoſtolus cum alijs decem reliquit electionem Mathiæ, qui debebat eſſe duodecimus, Deo, dicens, Oſtende ex his duobus quem elegeris, & ſic diuina ſorte receperunt Mathiam inter duodecim Apoſtolos. *Vertex diſcipulorum*, id eſt, Petrus, *coordinata ſibi*, id eſt, eiuſdem ordinis, *decade*, id eſt, decem Apoſtolis, *duodenary*, id eſt, duodecimi ſcilicet Mathiæ, *timidus*, id eſt, timens per ſe eligere: *oſtende quem eligam*: alia litera, *quem elegeris*. Deinde dicit quid ſit diuina ſors qua electus eſt Matthias, dicens quod de hoc diuerſa diuerſi dixerunt, & non rectè: quia dixerunt, quòd per ſortilegium fuit electus, quod non conuenit in electione alicuius rectoris: quia, vt dicit, bonus rector eſt eligendus de ſorte. Sed ipſe intelligit per ſortem aliquod diuinum donum vel ſignum oſtendens Apoſtolis quis à Deo eſſet electus, *choro*, id eſt, ſocietati Apoſtolorum. Deinde dicit, quòd intentum dictorum eſt, quod Epiſcopus non debet proprio motu ordinare aliquos, ſed aliquo diuino iudicio, quo oſtendatur hunc velle promouere Deum. *Sacerdotales perfectiones*, id eſt, ordines ſacra dantes, *Deo ſubmouente*, id eſt, promouente eos, *cælitus*, id eſt, per reuelationem de cælo.

Ipſa autem ad finem ſanctificæ 17.
conſummationis ſalutatio ſacram intelligentiam habet. Omnes enim quicunque adſunt ſanctificis exiſtentes ordinibus, ſed & ipſe perficiens ſummus ſacerdos ſalutat perfectum. Cum enim ſanctificatiuis habitudinibus & virtutibus & diuina vocatione & ſanctificatione ad ſanctificam perfectionem adueniat animus ſacer amabilis eſt coordinatis & ſacratiſſimis ordinibus in deiformiſſimam ductus pulchritudinem amantibus æquiformibus animis, & ab eis ſacrè adiutus in ſe adinuicem ſanctifica ſalutatio ſanctificatur æquiformium animorum ſacram ſocietatem declarans, & inter ſe inuicem amabilem lætitiam, tanquam integrè ſaluantem ſanctificatiua formatione deiformiſſimam pulchritudinem. Hęc igitur, vt diximus, ſunt communia totius ſanctificæ conſummationis.

EXPOSITIO TEXTVS.

DEINDE dicit, quòd ſanctus diuinus veniens diuina ſanctificatione & participatione virtutis & habitus hierarchici ad ſacrum ordinem, efficitur amabilis omnibus qui ſunt in ſacris ordinibus, ſicut ipſe amans eos & amatus ab eis propter diuinam pulchritudinem, quæ incitat ad amandum eos, qui eius participes ſunt: & hæc ſocietas & iocunda amicitia ſignificatur per oſculum inter Epiſcopum & omnes alios aſtantes, qui ſunt ſimiliter in ſacris ordinibus. *Ad finem ſanctiſſimæ conſummationis*, id eſt, quæ fit in vltimo conſecrationis ordinatorum. *Adiutus* per communem amorem, alia tranſlatio, *amatus*: tanquam diuina, &c. id eſt, ac ſi per pacem A

datam in conſecratione ordinati (quæ eſt forma & ratio interioris pacis) conſeruetur diuina pulchritudo, quæ eſt ratio amoris: propter hoc enim datur, vt per pacem interiorem quæ ſignificatur per exteriorem, conſeruetur diuina pulchritudo.

18. Summus autem ſacerdos diſcretè habet eloquiorum ſuper caput ſanctiſſimam ſuperpoſitionem. Quoniam enim conſummatiua totius ſacerdotij virtus & diſciplina diuinis ſummis ſacerdotibus à diuina donatur & perfectionis principe bonitate, pulchrè in hierarchicis capitibus ſuperponuntur Deo tradita eloquia continuatim & diſciplinatè manifeſtatoria totius Theologiæ, & theourgiæ & theophaniæ, vna ratione omnium diuinorum & ſacrorum operum & verborum, quę à benefica & diuina operatione noſtræ hierarchiæ donata ſunt, tanquam deiformi ſummo ſacerdote totius hierarchicæ virtutis integrè participante, omnium autem hierarchicarum ſanctarum laudationum & ſanctarum actionum, verum & Deo traditam ſcientiam non illuminationi tantum, ſed & aliis proportionibus hierarchicis tradente & perficiente in diuiniſſimis ſcientiis, & ſublimiſſimis anagogis hierarchicèque ſimul totius hierarchiæ perfectiſſima.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Summus autem ſacerdos, &c.

A HIc ponit theoriam eorum quæ ſingulariter obſeruantur in conſecratione cuiuſlibet trium dictorum ordinum. Et primò ponit theoriam eius quod propriè pertinet ad conſecrationem Epiſcopi. Secundò eius quod ad conſecrationem ſacerdotis, ibi, *Sacerdotibus autem, &c.* Tertiò quia diaconus non habet aliquid quod non habent ſuperiores ſecundum naturam totius poteſtatiui, comparat hunc ordinem ad ſuperiores ſecundum explanationem eorum quæ ſuperiores ſuper ipſum addunt, ibi, *Quoniam verò, vt ſæpe diximus, &c.* Dicit ergo primò, quòd Epiſcopi participant totam virtutem hierarchicam, non ſolum vt in ſe habeant, ſed vt poſſint aliis tradere: & ideò rationabiliter ſupra caput eorum quando conſecrantur, imponuntur libri ſacræ Scripturæ, quibus manifeſtantur omnia verba, vel opera diuina quæ nobis donata ſunt à Deo ad perfectionem noſtræ hierarchiæ. *Summus ſacerdos*, id eſt, ille qui in Epiſcopum conſecrari debet, *diſcretè*, id eſt, ſingulariter præ aliis. *Sacerdotij*, id eſt, ſacræ actionis *virtus* quoad ſacram actionem, *diſciplina*, id eſt, ſcientia, quia hæc duo ſunt de Eccleſiaſtica hierarchia, *bonitate diuina & principe perfectionis*, id eſt, quæ eſt principium omnis perfectionis, *pulchrè*, id eſt, rationabiliter, *capitibus hierarchicis*, id eſt, eorum qui in hierarchas vel Epiſcopos ſunt ordinandi, *eloquia* exiſtentia *manifeſtatoria continuatim*, id eſt, compendioſè, *& diſciplinatè*, id eſt, ſapienter: alia tranſlatio, *compenſiuè & ſcienter*: *totius Theologiæ*, id eſt, ſermonis qui eſt de Deo quantum ad laudes diuinas, *& theourgiæ*, id eſt, diuinæ operationis quantum ad ipſas actiones hierarcharum in quibus Deus operatur, *& theophaniæ*, id eſt, diuinæ apparitionis quantum ad ea quæ ſunt ſimilitudines diuinæ bonitatis, in quibus Deus apparet, ſicut ſunt diuinæ gratiæ. Alia tranſlatio addit, *ſanctæ locutionis* quantum ad verba diuina, quorum virtus operatur in ſacramentis, ſicut, Hoc eſt corpus meum. *Vna ratione omnium, &c.* id eſt, quaſi vna ratio complectens in ſe omnia diuina: alia tranſlatio, *vno verbo, diuinorum* quantum ad principium, *ſacrorum* quantum ad formam, *participante totius virtutis*, id eſt, quaſi virtute, *non tantum illuminationi, ſcientiam*, id eſt, per ſcientiam, quantum in ſe, *aliis proportionibus*, id eſt, ordinibus ſecundum ſuas proportiones, *& eo perficiente perfectiſſima*, id eſt, eminentiores, *hierarchicè*, id eſt, Catholicè.

Sacerdotibus autem pedum inclinatio conueniens eſt, vltra miniſtratiuam diſpoſitionem, tanquam vnum inclinante illa, & hoc hierarchico ſchemate conſummante. Ipſa igitur inclinatio ſignificat ſubiectam acceſſum accedentis referentis Deo quod diuinitus accedens. Quoniam verò, vt ſæpe diximus, tres ſacræ conſummantium diſpoſitiones, propter tres ſanctiſſimas teletas & virtutes ſuperſedent tribus conſummandorum ordinibus, & ſub diuina iuga ſalutarem eorum ſacrificant acceſſum aptè miniſtratiua diſpoſitio, tanquam purgatiuam vnam ſacrificat purgandorum acceſſionem, ſub diuinum eam ſupponens altare, tanquam purgatis animis in ipſo ſupermundanè 19.

mundanè oblatis. Sacerdotes autem vtroque pede inclinant, veluti à ſuis ſactè acceſſibus non ſolum mundantibus, ſed & manifeſtatiſſimis ſuis ſacrificationibus anagogicè purificatam vitam in contemplatiuum habitum & virtutem à ſacrificè conſummantibus. Summus autem ſacerdos vtroque pedę inclinans, ſuper caput habet tradita à Deo eloquia, Dei miniſtratiua virtute purgatos, & à ſacrifica illuminatos, ad inſpectorum ab ipſis ſacrorum proportionaliter eis ſcientiam hierarchicè ducens, & per eam conſummans accedentes ad integram ſecundum eos oblationem.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde dicit, quòd inclinare vtrumque genu vel pedem conuenit ſacerdotibus reſpectu diaconorum: ſed non reſpectu ſacerdorum, & in aliquid figuratur, quia inclinatio ipſa pedis, vt prius dictum eſt, ſignificat ſubiectionem qua ſubiicit ſe Deo qui accedit ad ſacerdotium, referens in ipſum ſicut in authorem hoc quod dignus eſt accedere ad tantum ordinem. Sunt autem ſicut tres teletæ ſiue virtutes, ſcilicet purgatiua, illuminatiua, & perfectiua, ſecundum iſta tria tres ordines perficientium & tres perfectorum, vt ſcilicet patebit: & quia diaconus ſecundum ſuum acceſſum facit tantum vnum ordinem ſanctorum accedere ad Deum, ſcilicet purgandos, ideò inclinat tantum vnum pedem, ſacerdus autem facit accedere ſuis acceſſibus purgandos & illuminandos, & ideò inclinat vtrumque pedem: Epiſcopus autem ſuper hoc ducit in perfectionem, & ideò inclinat vtrumque pedem, & ſuper hoc habet verba Dei ſuper caput, in quibus continetur tota perfectio noſtræ hierarchiæ. *Pedum*, id eſt, vtriuſque genuum: *miniſtratiuam diſpoſitionem*, id eſt, diaconatus ordinem, *ſchemate*, id eſt, figura implere, *hoc*, quia in figuram alicuius fit: alia tranſlatio, *conſummata*, ſcilicet inclinatio: *referentis Deo* per ſubiectionem & gratiarum actionem hoc *quod diuinitus*, id eſt, diuina virtute eſt *accedens* ad ipſum: alia tranſlatio, *supponentis Deo hoc quod ſanctè eſt adductum. Sub diuina iuga*, id eſt, ſub diuinas leges: *ſacrificant*, id eſt, ſacrefaciunt, *aptè*, id eſt, decenter, *vnam acceſſionem*, ſcilicet purgandorum: ſunt enim tres ordines inferiores perficiendorum, pedis autem eſt facere acceſſionem. *Altare diuinum*, ſcilicet ipſum quod dictum eſt quod inclinat ante altare, *à ſuis acceſſibus*, id eſt, per ſuos acceſſus in Deum faciunt alios accedere purgando & illuminando, *mundantibus* quantum ad purgationem, *ſed &*, id eſt, etiam à ſuis acceſſibus *conſummantibus in contemplationem, &c*, quantum ad illuminationem, *miniſtratiua virtute*, id eſt, diaconatus, *& ſacrifica*, id eſt, ſacerdotali, *ad ſcientiam*, id eſt, ſpiritualem intellectum, *ſacrorum inſpectorum ab ipſis*, ſecundum illuminationem ſacerdotum, *ſecundum eos*, id eſt, ſecundum proportionem eorum, *oblationem* qua offeruntur Deo: alia tranſlatio, *ſanctificationem: per eam*, ſcilicet ſcientiam.

CAPVT VI.

De perficiendorum ordinibus.

HI quidem ſacerdotales ordines & partitiones virtuteſque eorum & operationes & conſummationes: ſub ipſis autem trinitas conſummandorum ordinum deinde narranda. Dicamus igitur, quòd purgandi quidem ſunt ordines, ſacrificantibus & miniſtrantibus diſtinctæ multitudines, quarum iam memoriam fecimus: eius quidem tanquam adhuc ab ante miniſtrantibus obſtetricibus eloquiis ad vitalem approbationem & reformandę & figurandæ: eiuſque quaſi ad diuinam, quia ex ea apoſtatauit, vitam reuocandæ bonorum eloquiorum conuerſoria doctrina: eiuſque tanquam adhuc à contrariis tumultibus infirmiter timide, & à facientibus virtutem eloquiis corroborandæ: eiuſque velut adhuc ad ſacras actiones ex peſſimis traducendæ: eiuſque tanquam traductæ quidem, nondum verò caſtiſſimæ conuerſationem in diuinioribus habitudinibus & immutabilibus habentis. Iſti enim ſunt purgandi ordines adminiſtratiua obſtetricatione & purgatiua virtute. Hos miniſtri ſacris ſuis virtutibus perficiunt ad conſummatè purgatos eos illuminatricem manifeſtiſſimarum ſacrificationum contemplationem & communicationem tranſordinádos. 1.

* * *

DIVISIO

DIVISIO ET expoſitio textus.

Hi quidem ſacerdotales, &c.

A HIc determinat de ordinibus in quos tres ſupra determinati ordines oppoſitionem habent, vnde intitulatur de perficiendorum ordinibus, & dicuntur ordines non propter aliquam dignitatem in qua conſtituantur, ſed ſecundum quod recipiunt ordinatè operationes eorum qui ſupra eos ſunt. Diuiditur autem in partes duas. In prima dicit de quo eſt intentio, & continuat ſe ad præcedentia. In ſecunda exequitur, ibi, *Dicamus igitur, &c.* Dicit ergo primò, quòd poſtquam viſum eſt qui ſint ordines ſacra dantes, dicendum eſt de tribus ordinibus qui ſub eis ſunt recipientes ab ipſis. *Hi*, ſcilicet quos diximus, ſunt *ſacerdotales*, id eſt, ſacra dantes *ordines* quantum ad gradus ipſos, *partitiones* quantum ad diuiſiones eorum adinuicem, *virtutes* ſecundum quod vnus eſt purgatiuæ virtutis & alter alterius, *operationes* ſecundum quod operantur actus illarum virtutum, *conſummationes* inquantum reducunt in finem, vel quantum ad conſecrationes ipſorum: *trinitas*, ſcilicet purgandi, illuminandi & perficiendi. Deinde determinat de iſtis tribus ordinibus, & primò de purgandis per diaconos qui ſunt eiiciendi à communione & inſpectione ſacrorum. Secundò de illuminandis per ſacerdotes, qui dicuntur fidelis populus, qui admittitur ad communionem ſacrorum, ibi, *Medius autem, &c.* Tertiò de ordine monachorum qui ſunt purgati & illuminati & ſunt perficiendi, ibi, *Perficiendorum autem omnium, &c.* Circa primum primò numerat quinque ordines purgandorum. Secundò oſtendit quomodo purgantur à diacono, ibi, *Iſti enim ſunt, &c.* Dicit ergo primò, quòd purgandi ſunt illi qui per vocem diaconi ſeparantur à communicantibus, ſcilicet catechumeni qui ſunt obſtetricandi per doctrinas diaconorum ad regenerationem baptiſmi, & de nouo pœnitentes, energumeni, apoſtatæ & imperfecti: & hi omnes purgantur per diaconum, vt purgati poſtmodum illuminentur à ſacerdoribus. *Diſtincta*, id eſt, ſeparatæ à communicantibus, *ſacrificantibus*, id eſt, ſacerdotibus, & *miniſtrantibus*, id eſt, diaconis: *memoriam* in tractatu ſynaxeos: *eius quidem*, ſcilicet memoriam fecimus catechumenæ multitudinis *tanquam adhuc reformanda & figuranda*, id eſt, inferendæ & præparandæ, ſicut obſtetrix format partum, vt ſit decentis figuræ, *ad vitalem approbationem*, ſcilicet baptiſmum, per quem capientes ſpiritualem vitam approbantur à Deo, *obſtetricibus eloquiis ante miniſtrantium*, id eſt, diaconorum, qui ante operantur, ſacerdotibus præparando ad modum obſtetricis. Alia tranſlatio habet, *Huius* per totum. *Eiuſque reuocanda*, ſcilicet multitudinis pœnitentium, *eiuſque*, ſcilicet energumenorum multitudinis, *infirmiter*, id eſt, ex propria infirmitate, qua interius laborant, nondum ex toto repreſſa vi dæmonis in fomite: *contrariis tumultibus*, id eſt, infeſtationibus dæmonum vel concupiſcentiarum: *facientibus virtutem*, id eſt, formantibus ipſam: *eiuſque*, ſcilicet apoſtaticæ multitudinis *traducenda ex peſſimis*, ſcilicet erroribus & voluptatibus: *eiuſque tanquam traducta quidem*, id eſt, multitudinis imperfectorum, qui non ſunt confirmati in puritate bonæ vitæ: & dicuntur multitudines per oppoſitionem vnitatis perfectorum ex collocatione eorum in Deum: *adminiſtratiua obſtetricatione & purgatiua virtute*, id eſt, diaconis, qui ſunt quaſi obſtetrices & habent purgatiuam virtutem. *Perficiunt*, id eſt, perfectè purgant, *ad tranſordinandos eos purgatos*, id eſt, vt ipſi iam purgati vlterius ordinentur in illuminatione, &c. *ſacrificationum*, id eſt, ſacrarum actionum in ſacramentis, quæ fiunt per ſacerdotes.

Medius autem ordo eſt contemplatiuus, & quibuſdam ſacrificiis proportionaliter in puritate omni communicans, ſacerdotibus illuminandis ſe diſtributus. Etenim eſt, vt æſtimo, clarum, quomodo ipſe purgatus omni immunda macula, & caſtiſſimum habens proprij animi immutabile fundamentum, in contemplatiuum habitum & virtutem ſacrificè tranſit, & communicat per ſe diuiniſſimis ſymbolis, in contemplatione eorum & in communicatione, ſimul omnis lætitiæ ſacræ repletus, ac per hoc ad diuinum ſcientiæ eorum amorem ſanctiſſimis aſcenſionibus ſuis virtutibuſque proportionaliter eleuatus. Hunc ego dico ſancti Apoſtoli ordinem, tanquam per omnem venientem purgationem, & ſacra manifeſtatiſſimarum hoſtiarum inſpectione & communicatione, quantum iuſtum eſt, dignum. 2.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde dicit, quòd medius ordo perficiendorum eſt, qui iam depuratus à diacono participat ſacramento & contemplationes eorum & illuminatur à ſacerdotibus: quia oportet, quòd poſtquam aliquis eſt purgatus ab omni macula, & confirmatus in puritate, quòd tranſeat ad contemplandum & communicandum ſacrorum ſymbola, & in hoc repletur lætitia ſpirituali, & eleuatur ſic ad deſiderium ſpiritualis intellectus eorum, & ſic de illuminatione tranſit in perfectionem, quæ fit in Epiſcopis: & hic ordo medius illuminatorum dicitur ordo fidelis populi, qui per purgationem factus eſt dignus viſione & communicatione ſacramentorum, ſcilicet *ordo* laïcorum A

laïcorum, *contemplatiuus*, quantum ad inſpectionem ſymbolorum, *ſacrificiis*, id eſt, ſacramentis, *diſtributiuus*, id eſt, in partem veniens *ad illuminandum ſe*, id eſt, vt illuminetur ab *omni*, &c. *communicat per ſe*, id eſt, ſua virtute potens in hæc: *ſacrifice*, id eſt, ſacra vnctione, *ſcientia*, id eſt, ſpiritualis intellectus, *eorum oſtenſionibus*, id eſt, profectibus, *hoſtiarum*, id eſt, ſacramentorum, *manifeſtiſſimarum*, id eſt, expreſsè ſpiritualia manifeſtantium, *quantum iuſtum eſt*, quia ſimpliciter non eſt aliquis dignus ſecundum humanum modum.

3. Perficiendorum autem omnium altior ordo, monachorum ſacra diſpoſitio, omni quidem mundata purgatione, vniuerſali virtute & perfectiſſima propriarum actionum caſtitate, omnique quantacunque, vt decet eam contemplando, ſanctificatione in intellectuali theoria, & communicatione facta, & pontificum conſummatiuis virtutibus mancipata, & diuinis eorum illuminationibus, & hierarchicis traditionibus edocta, conſiderans per ſe ſacrarum hoſtiarum ſacrificationes, & à ſacra earum ſcientia proportionaliter in conſummatiſſimam aſcendens conſummationem. Inde diuini duces noſtri nominationibus eos ſacris dignati ſunt: alij quidem therapeutas: alij autem monachos ipſos nominantes ex Dei puro miniſterio & famulatu, & non partita & ſingulari vita tanquam vnificante eos inſeparabilibus ſacris complicationibus in deiformem vnitatem, & amicam Deo conſummationem. Propter quod & conſummatiuam eis donauit gratiam ſacra legiſlatio, & quadam eos dignata eſt conſecratiua inuocatione, non hierarchica, illa enim in ſolis fit ſanctificis ordinibus, ſed ſanctificata à ſanctis ſacerdotibus hierarchica perfectione ſecundò ſanctificata.

* *
*

DIVISIO ET expoſitio textus.

Perficiendorum autem omnium, &c.

A Hic ponit primum ordinem perficiendorum, qui eſt ordo monachorum, & primò oſtendit quod eſt eminentior inter omnes ſubditorum ordines. Secundò quod propter hoc ſpeciali nomine nominatur, non tamen nomine propriæ vitæ, ibi, *Inde diuini noſtri, &c.* Tertiò oſtendit, quòd propter ſui eminentiam habet conſecrari ſub alijs ordinibus ſanctorum, ibi, *Propter quod & conſummatiuam, &c.* Dicit ergo, quòd inter perficiendos altior eſt ordo monachorum, qui iam ſunt perfectè purgati per diaconum & illuminati per ſacerdotes ſecundum contemplationem & communicationem omnium ſacrorum, & de cætero non reſtat niſi quod perficiantur ab Epiſcopis, vt à contemplatione & communicatione ſacramentorum aſcendant doctrinis Epiſcoporum in altiſſimam perfectionem ſpiritualis contemplationis, cum quadam excellentia. *Ordo perficiendorum*, id eſt, inter ordines ſubditorum, *diſpoſitio mundata iam omni*, id eſt, perfecta *purgatione*, & poſtquam iam purgata eſt, *facta in intellectuali theoria*, ſecundum intellectum, *& communicatione* ſecundum affectum quantum ad perfectionem, *vniuerſali virtute* quantum ad perficientem, id eſt, à virtute pontificali, vel tota ſua virtute adunata in ſpirituali, *& caſtitate propriarum, &c.* quantum ad diſpoſitionem, *perfectiſſima*, id eſt, vt ſuæ actiones ſint caſtigatæ ab omnibus inquinantibus, *omnique ſanctificatione* quantum ad teletam, id eſt, participationem omnium ſacrorum, quæ ſupra dixit teletas, *contemplando quantumcunque virtutibus* in eis, *vt decet, eam*, ſcilicet diſpoſitionem, *conſummatiuis*, id eſt, perfectiuis, *mancipata*, ſcilicet diſpoſitio ſubiecta, *hierarchicis*, id eſt, Catholicis, *traditionibus*, id eſt, doctrinis, *conſiderans per ſe* propria virtute potens ad capienda talia, *& à ſacra ſcientia earum*, quantum pertinet ad illuminationem. Deinde dicit, quòd propter hoc quod ordo monachorum eſt altior, non dicitur ſimpliciter nomine plebis vel populi, ſed dicuntur ſpeciali nomine monachi, quaſi ſolitarij, vel ſingulares, à monos quod eſt vnum, propter hoc quod vita eorum non debet eſſe diuiſa in rebus temporalibus, ſed ſingulariter adunata in vno per reductionem in Deum: & dicuntur alio nomine therapeutæ, id eſt, famulatores vel placatores, quia debent purè Deo ſeruire, & propter hoc non habent ſpecialem conſecrationem præ aliis de populo: quoniam non conſtituuntur in dignitatis gradu ſuper gradum populi communis: quia hoc conuenit ſolis tribus ordinibus ſacra dantibus, de quibus ſcilicet actum eſt. *Inde*, ſcilicet propter huius ordinis altitudinem, *duces*, id eſt, Apoſtoli, *nominantes*, id eſt, ſingulariter nominantes. *Vnificante eos*, id eſt, ſingulari vita: *complicationibus*, id eſt, adunationibus, *inſeparabilibus*, id eſt, cogitationum & affectuum, quæ non diuiduntur in res ſeculares diuiſas: *conſummatiuam*, id eſt, conſecratiuam: *legiſlatio*, ſcilicet legis nouæ, *non hierarchica*, id eſt, non conſtituente

tuente in aliqua ſacra prælatione, ſed *inuocatione conſecratiua*, id eſt, ſacrè facta, vel à ſanctificatiua perfectione: *a ſanctis ſacerdotibus*, id eſt, ab ordinibus ſacra dantibus, quia hic ordo ſub eis eminenter, licet illi ſint perfectiores plebe: vel aliter; *non hierarchica*, id eſt, non Epiſcopali, quia non oportet, quòd conſecretur ab Epiſcopis, ſed tantum ordines ſupremi, ſed *ſanctificata inuocatione*, vt ſupra, *à ſanctis ſacerdotibus ſecundo hierarchica ſanctificata perfectione*, id eſt, conſecratione Epiſcopali, quia Epiſcopus conſecrat ſacerdotem, & ſacerdos ſecundò monachum. Alia tranſlatio. *Sed à ſanctis ſacerdotibus ſecundo à hierarchico perfectionis principatu ſanctificantur.*

MYSTERIVM monaſticæ conſummationis.

4. SAcerdos quidem ſtat in conſpectu diuini altaris, monachicam inuocationem pſallens. Conſummandus autem retro ſacerdotem ſtat, non vtrumque pedem inclinans, non vnum pedibus, non ſuper caput habens Deo tradita eloquia, tantum verò ſacerdoti aſtans pſallens ſuper ipſo myſticam inuocationem. Perficiens autem eam ſacerdos, ad perficiendum veniens, interrogat primum hoc, ſi primum abrenuntiat diuiſis, non ſolum conuerſationibus, ſed phantaſiis: deinde perfectiſſimam ei vitam narrat, teſtimonium ei perhibens, quia oportet eum media ſuperaſtare. Hæc autem omnia perficiente, intuſque confitente, cruciformi ſimilitudine ſignans ipſum ſacerdos tondet, trinam diuinæ beatitudinis inuocans ſubſtantiam, & veſtem omnem exuens, alteram induit, & cum aliis ſacerdotibus viris quicunque adſunt ſalutans eum ſocium perficit diuinorum myſteriorũ.

* *
*

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sacerdos quidem ſtat, &c.

QVia nullus ordo perficiendorum, qui non ponuntur in gradu prælationis ſuper alios, habet conſecrationem præter ordinem monachorum, ideò hîc agit de conſecratione ipſorum, & prius ponit ritum, ſecundò theoriam, ibi, *Quod neque pedibus, &c.* Titulus autem iſtius partis eſt, *Myſterium*, id eſt, ritos aliquid ſpirituale occultans, *monaſticæ conſummationis*, id eſt, conſecrationis. Erat autem ritus iſte in primitiua Eccleſia: ſacerdos ſtabat ante altare cantans aliquos Pſalmos conuenientes myſterio & hierarchiæ; & iſte qui erat conſecrandus in monachum, ſtabat poſt eum non genu vnum flectens ſicut diaconus, neque duo ſicut ſacerdos, neque habet librum ſupra caput ſicut Epiſcopus, ſed aſtat tantum ſacerdoti pſallenti: & quærebat ſacerdos ab eo ſi vellet renuntiare rebus ſecularibus, non tantum quoad conuerſationem, ſed etiam cogitationibus & affectibus earum: & exponebat ei perfectionem vitæ quam debebat de cætero ſeruare, & quod debebat in vita excedere illos de populo: & cum conſecrandus hoc promittendo confiteretur, ſignabat eum ſigno crucis, & tondebat eum inuocans Trinitatem, & exutis prioribus veſtibus, induebat eum aliis, & oſculabatur eum cum aliis ſacerdotibus qui aſtabant & dabant ſibi corpus Chriſti, *Sacerdos.* Notandum eſt, quòd hîc ſacerdos, non dicitur ſummus ſacerdos, quia non conſecrabatur ab Epiſcopo, vt dictum eſt; *inuocationem*, id eſt, Pſalmos, vel alias orationes: *conſummandus*, id eſt, qui debet conſecrari in monachum: *myſticam*, id eſt, ad ritum pertinentem; *perficiendum*, id eſt, conſecrandum. Alia tranſlatio, *ad eum qui perficitur. Diuerſis*, Commentator diuiſis, ſcilicet non diuerſoriis vel etiam diſtrahentibus, ſecularibus & multiplicibus ſtudiis, vt puta negotiationibus, aliiſque contractibus, hæc enim animum propter multas curas multum diſtrahunt: *phantaſiis*, id eſt, cogitationibus & diſſidiis: *perfectiſſimam vitam*, id eſt, obſeruationes regulares: *media ſuperaſtare*, id eſt, eſſe in perfectione ſuper populum, qui ſuprà dictus eſt medius ordo. *Perficiente*, id eſt, complente, ſcilicet ſacerdote: *confitente*, id eſt, promittente ſcilicet monacho, *intus*, id eſt, ex animo non timore: alia tranſlatio, *hæc autem omnia attente confeſſo*, *cruciformi ſimilitudine*, id eſt, ſigno crucis, *trinam ſubſtantiam*, id eſt, tres perſonas. Commentator, non ſubſtantiam vt interpretari quidam ſecurius poſſint, ſed ſubſiſtentiam. *Sacerdotibus*, id eſt, ſacra dantibus, non diaconis, *ſalutans*, id eſt, oſculans, *ſocium*, id eſt, communicatorem, *myſteriorum*, id eſt, Euchariſtiæ.

* *
*

THEORIA.

5. QVod neque pedibus inclinàre, neque ſuper caput habere à Deo tradita eloquia, aſtare autem ſacerdoti inuocationem pſallenti, declarat monachicum ordinem non eſſe prælatum aliis, ſed in ſeipſo ſtantem in ſingulari & ſacra ſtatione, ſacerdotales ſequentem ordines, & cum ipſis tanquam ſequentem in diuinam ſacrorum per ſe ſapientiam benè credens aſcendentem. Partitis autem non ſolum conuerſationibus, ſed etiam phantaſiis abrenuntiatio, conſummatiſſimam ſignificat monachorum philoſophiam, in ſcientia viuificantium mandatorum operationem. Eſt enim, vt diximus, non mediæ perficiendorum ordinum, ſed omnium altioris: propter quod & multa à media ordinatione indiſcretè energumenum interdicuntur modo quodam ſingularibus monachis tanquam ad vnum ſic debentibus vnificari, & ad diuinam vnitatem congregari, & ad ſanctificam, vt iuſtum eſt, vitam reformari, veluti cognationem eius habentem in multis, & magis ei vltra reliquas conſummandorum ordinationes proximantem. Cruciformis autem ſimilitudinis ſignaculum, ſicut iam à nobis dictum eſt, declarat omnibus ſimul carnalibus deſideriis otium. Capillorum verò tonſura ſignificat mundam non figuratam vitam, non in fictis figuris, animi libertatem ſuperpoſitè formantem, ſed ipſam in ſeipſa non humanis pulchritudinibus, ſed coadunatis & monachicis in deiformiſſimum reductam. Prioris aut veſtimenti expulſio & alterius aſſumptio à media ſacra vita in perfectiorem tranſordinationem ſignificat: ſicut in ſacra theogeneſia veſtimenti mutatio declarabat purgatam vitam in contemplatiuum & illuminatiuum habitum aſcendentem. Si autem & nunc ſacerdos & omnes quicunque adſunt ſancti, conſummatum ſalutant, ſanctam deiformium intelligẽ ſocietatem, charitatiuè in lætitia diuina condelectatam ſibi inuicem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Quod neque pedibus inclinare, &c.

HIc ponit theoriam ritus conſecrationis monaſticæ: & diuiditur in tres partes. In prima ponit theoriam eorum quæ dicta ſunt in ritu per ſingula. In ſecunda colligit ea quæ dicta ſunt, ibi, *Comprehenſum eſt igitur à nobis, &c.* In tertia ſoluit quandam quæſtionem quæ poſſet eſſe contra determinata, ibi, *Sed dices quia cæleſtibus, &c.* Prima diuiditur in partes ſeptem. Primò enim ponit theoriam quare ſtat retro ſacerdotem conſecrandus monachus non genuflectens. Secuodò theoriam abrenuntiationis, ibi, *Partitis autem non ſolum, &c.* Tertiò cruciformis ſignationis, ibi, *Cruciformis autem, &c.* Quartò tonſuræ capillorum, ibi, *Capillorum verò, &c.* Quintò mutationis veſtium, ibi, *Prioris autem veſtimenti, &c.* Sextò oſculationis, ibi, *Si autem nunc ſacerdos, &c.* Septimò communionis, ibi, *In fine autem omnium, &c.* Pιimo ergo dicit, quod per hoc quod oon genuflectit, neque vno pede ſicut diaconus, neque duobus ſicut ſacerdos, neque habet librum ſupra caput ſicut Epiſcopus ille qui conſecratur in monachum, ſignificatur per hoc quod non ſumitur ad ſtatum prælationis, vt alios accedere faciat in Deum, vel purgando ſicut diaconus, nec illuminando ſicut ſacerdos, ſed neque etiam perficiendo ſicut Epiſcopus: ſed ſtat, in ſeipſo cuſtodiens vnum, quod eſt Deus, vel quod eſt ipſe, hoc modo ſingularem vitam ducens: vnde monachus quaſi vnus cuſtos dicitur, & quod non conſequatur ordines ſacra dantes perficientium, aſcendens tamen in perfectiuam ſcientiam ſacrorum ſymbolorum: & hoc ſignificatur per hoc quod ſtat poſt ſacerdotem ante altare. *Quod neque inclinare*, ſupple, dicitur: *ſtatione* cuſtodiam ſignificat: *ſacerdotales*, id eſt, ſacra dantes, ſcilicet tres ſuperiores, *ordines ſequentem*. A

DVBIVM.

Ex hoc etiam videtur, quòd ſeculares ſacerdotes teneantur ad maiorem perfectionem quam religioſi non ſacerdotes. Sed ad hoc intelligendum, eſt, quòd eſt duplex perfectio, quædam ex numero obſeruantiarum, & ſic ſacerdotes B

cerdotes ſeculares non tenentur ad illas obſeruantias ad quas religioſi ſe ſpecialiter obligauerint, ſicut non comedere carnes, & huiuſmodi. Quædam verò perfectio eſt ex modo operis, & ſic tenentur ad maiorem perfectionem ſacerdotes ſeculares, vt ſcilicet ex maiori puritate & intenſiori ſanctitate faciant, velut Deo magis coniuncti, ex toto affectu ſe diuinis mancipantes.

EXPOSITIO TEXTVS.

C *Scientiam* intellectualem, in quo conſiſtit perfectio, *ſacrorum per ſe*, quæ inferiores ſymbolicè illuminati accipiunt, nondum ad perfectionis titulum peruenientes: *benè credens*, hoc eſt, recta fide. Alia tranſlatio, *facili fide*. Deinde dicit, quòd hoc quod renuntiat ſecularibus, ſignificat quod ipſe debet ſuperexcellere vitam populi, ſicque illud quod ab alijs licitè committitur, ſibi eſt illicitum: & ideò renuntiant quibuſdam quibus alij non renuntiant, tanquam debeant ſe ex toto colligere in Deum, vt in hoc conformentur ſacerdotali vitæ, cui ſimilior etiam eſt iſte ordo inter alios perficiendorum ordines. *Partitis*, id eſt, ſecularibus, quæ curam hominis in diuerſa diuidunt, cum in nullo eorum anima perfectam ſatietatem & ſufficientiam inueniat: *phantaſticis*, id eſt, non ſolum à malis, ſed etiam ab alijs quæ mala videntur abſtineant, ſicut dicit Apoſtolus 1. ad Theſſ. 5. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. *Philoſophiam*, id eſt, ſapientem mortem. Hoc autem eſt dupliciter, vel immorando in ſpeculatione eorum de quibus eſt philoſophia, vel præparando ſubiectum ad veritatis intelligentiam per remotionem impedimentorum, ſicut dicit Iſaac in libro de diffinitionibus, quòd Plato dixit, quòd philoſophia eſt cura & tædium & ſolicitudo mortis: cum enim dixit ſolicitudo mortis, voluit intelligi per ſolicitudinem, mortificationem prauorum deſideriorum & carnalium voluptatum: his enim mortificatis applicatur homo ad curam mortis & veritatis, & ſic ſumitur hic. *In ſcientia*, id eſt, ſecundum ſcientiam, *mandatorum* diuinorum, *viuificantium*, quibus homo colligitur in vnum, quod eſt Deus. *Non media*, ſcilicet diſpoſitionis, id eſt, popularis: ſunt enim medij inter immondos qui excluduntur ab inſpectione & communicatione ipſorum ſymbolorum ſacramentalium, & perfectos qui ſcientiam intelligibilem in ſymbolis contemplantur ex participatione ſacramentali, & ſpiritualem refectionem abundanter capiunt. *Altioris*, ſcilicet diſpoſitionis, *omnium*, id eſt, omnibus alijs perficiendis. *Propter quod*, ſcilicet propter altitudinem ordinis, *multa indiſcretè*, id eſt, non philoſophicè facta, *a media ordinatione energumenum*, id eſt, popularium, *interdicuntur*, id eſt, prohibentur, *monachis ſingularibus*, id eſt, quorum profeſſio eſt, vt ſint ſingularis vitæ per collectionem ſui *in vnum quodammodo*, id eſt, propter illum modum quo ſuper alios ſunt. Energumeni autem dicuntur ab ἐν quod eſt in, & γῆ, quod eſt terra, quaſi in terris laborantes ex melancholico humore, ſicut ſunt inſani: ſed inde tranſſumitur ad eos qui catechizati ſunt, & nondum baptizati: hi enim adhuc interius laborant. Alia tranſlatio, habet planius *propter quod & multa ſanctorum incondemnabiliter à medio ordine prohibentur modo omni ſingularibus monachis*. *Sic*, id eſt, per abſtinentiam ab his quæ alijs licita ſunt quæ animum in multa diſtrahunt: *reformari ad vitam ſacrificam*: alia tranſlatio, *ſacerdotalem*, vt perficiantur intellectu ſpiritualium: *veluti cognationem*, id eſt, ſimilitudinem. Deinde dicit, quòd ſignum crucis quo ſignantur, ſignificat abſtinentiam à carnalibus deſiderijs: *dictum eſt* in præcedenti capitulo: *otium*, id eſt, vacationem. Deinde dicit, quòd per tonſuram capillorum, ſignificatur quòd animus eſt liber ad intendenda diuina ſine ſuppoſitione ſenſibilium figurarum: diuinam enim pulchritudinem non per humanas pulchritudines contemplatur, ſed ſimplicem & ſpiritualem: & ſic reducitur in Dei perfectam aſſimilationem: capilli enim ſuperponuntur capiti in quo eſt ratio & intellectus. *Formantem*, id eſt, informantem *ſuperpoſitè*, id eſt, ſupponendo figuras velantes intellectum, quibus detineatur ne liberè in ſpiritualia procedat. Alia tranſlatio, *ſuper compoſitis monachicis*, id eſt, vniformibus & ſingularibus. Deinde dicit, quòd mutatio veſtimentorum ſignificat aſcenſum de medio gradu populi in perfectiorem vitam, ſicut baptizatus mutauit veſtes propter aſcenſum de gradu purgandorum ad medium qui eſt illuminandorum. *Expulſio*, id eſt, exuitio, *media*, id eſt, populari, *theogeneſia*, id eſt, diuina generatione, ſcilicet baptiſmo. Deinde dicit, quòd oſculum ſignificat ſanctorum virorum lætitiam, qui delectantur ſibi inuicem ſpirituali lætitia in alterius bonis. *Conſummatum*, ſcilicet monachum, *ſalutant*, id eſt, oſculantur.

In fine autem omnium ſacerdos in diuinam communionem vocat conſummatum, ſignificans ſacrè quoniam perfectus, ſi verè in monachicam peruenit & in coadunatam anagogen, non contemplator ſolummodo erit ſecundum ſe ſacrorum, neque iuxta medium ordinem in communionem veniet ſacratiſſimorum ſymbolorum, ſed cum diuina à ſe participatorum ſacrorum ſcientia altero modo ſupra ſacram plebem in aſſumptionem veniet diuinæ communionis. Propter quod & ſacerdotalibus ordinibus in ſacrè communicatiuis ſuis ſanctificationibus, in fine ſanctiſſimarum ſuarum oblationum ſanctiſſimæ Eucharistiæ communio traditur à conſummante eos ſummo ſacerdote, non ſolum quia diuinorum myſteriorum aſſumptio vniuſcuiuſque hierarchicæ partici- 6.

pationis

pationis eſt conſummatio, ſed quia & ipſam communionem & diuiniſſimam donationem proportionaliter eis ſecundum ſingulas ſacræ omnes ordinationes participant, ad propriam eorum poſitionis anagogen & conſummationem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

A DEinde ponit theoriam communionis, & primò oſtendit quare vltimò cõmunicatur. Secundò confirmat per ſimile in aliis, ibi, *Propter quod & ſacerdotalibus, &c.* Dicit ergo primò, quòd per hoc quod ſacerdos in fine dat ſibi corpus Chriſti, ſignificat quod ſi verè perueniat ad perfectionem ſuæ profeſſionis, non tantum intuebitur & ſumet ſymbola corporis & ſanguinis Chriſti, ſicut populus; ſed contemplabitur intellectualem eorum ſcientiam, & quodam ſuperiori modo à plebe particeps erit communionis, ſcilicet per interiorem refectionem in diuina delectatione diuinè guſtans & videns quam ſuauis eſt Dominus: & ideo etiam ſuperiores ordines quando conſecrantur, in fine communicantur, non ſolum quia omnis ritus hierarchici perfectio eſt Euchariſtia, ſed quia quilibet ordo participat hoc ſacramento ſecundum ſuam proportionem, ſuperiores ſcilicet eminenter quando ordinantur de ordine in ordinem, ſumunt corpus Chriſti, quod de cætero alio eminentiori modo participaturi ſunt. *Communionem*, ſcilicet corporis Chriſti: *conſummatum*, id eſt, monachum: *anagogen*, id eſt, ſurſum ductionem, *monachicam*, id eſt quæ profeſſionem decet monachi: *ſacrorum*, id eſt, ſymbolorum: *medium ordinem*, id eſt, populi: *ſcientia* per intellectum ſpiritualium: *ſacerdotalibus*, id eſt, ſacra dantibus de quibus dictum eſt, *ſanctificationibus*, id eſt, conſecrationibus: *oblationum* quibus offeruntur Deo in ſua conſecratione: *conſummante*, id eſt, conſecrante, *donationem*, ſcilicet Euchariſtiæ, *ad propriam anagogen poſitionis earum*, id eſt, ordinationum, *vt ſurſum ducantur* per hoc, ſecundum vniuſcuiuſque analogiam.

7. Comprehenſum eſt igitur à nobis quomodo ſanctæ quidem teletæ purgatio ſunt, & illuminatio, & conſummatio: miniſtri autem purgatiuus ordo: ſacerdotes verò illuminatiuus: conſummatiuus autem deiformes ſummi ſacerdotes. Purgatiuus verò ordo ſacræ inſpectionis & communionis non particeps quantum adhuc purgatus Contemplatiuus ordo ſacer populus. Conſummatus ordo eſt adunatorũ monachorum. Sicut enim ſecundum nos hierarchia Deo traditis ordinibus ſacrè diſpoſita cæleſtibus hierarchiis conformis eſt, diuinæ imitationis ſuæ, quantum in viris, ſaluans deiformes characteres.

EXPOSITIO TEXTVS.

DEINDE recapitulat, dicens, dictum eſt à nobis, quòd cum ſint tria in quibus conſiſtit hierarchiæ omnis (teletæ, perfectores & perfecti) quòd teletæ diuiduntur in tres, ſcilicet in in purgationem, illuminationem, quæ referuntur ad baptiſmum & ſunt eius, & conſummationem. Similiter perfectores quidam ſunt purgantes, vt diaconi: quidam illuminantes, vt ſacerdotes: quidam perficientes vt Epiſcopi. Similiter perfecti quidam ſunt in ordine purgatorum, ſcilicet qui excluduntur ab inſpectione & communione ſacramentorum, qui diuiduntur in quinque, vt dictum eſt, & illuminati, ſcilicet populus: & conſummati, ſcilicet monahi. Et ſic noſtra hierarchia conformis eſt angelicæ quæ conſiſtit in purgatione, illuminatione, & perfectione. *Miniſtri*, id eſt, diaconi: *quantum adhuc purgatus*, id eſt, ſicut decet eum qui adhuc eſt in ordine tali. Alia tranſlatio, *ſicut qui adhuc purgatur*. Noſtra dico, *ſaluans* in ſe *characteres*, id eſt, ſimilitudines diuinæ bonitatis, *diuinæ imitationis ſuæ*, id eſt, angelicæ, hoc eſt, quibus Deum imitantur. A

Sed dicis, quia cæleſtibus hierarchiis deſunt omninò purgati ordines (Non enim iuſtum neque verum dicere tanquam iam quædam cæleſtis diſpoſitio ſit polluta) Ego autem quia quidem immaculati perfectiſſimè ſunt, & caſtiſſimum ſupermundanè habent, confiteor omninò, ſi non omninò recido ſacratiſſimo intellectu. Si enim aliquis eorum à malitia reſpectus, cæleſti quidem & inconfuſa cadit diuinorum animorum harmonia, in obſcurum apoſtaticatum multitudinum euectus eſt caſum. Sed eſt dicendum mirabiliter in cęleſti hierarchia, quia purgatio in ſubiectis eſſentiis à Deo tanquam ignotorum illuminatio, in perfectiorem eis ſcientiam ducens diuinarum cognitionum, & ignorantiam eorum quorum nondum ſcientiam habe- 8.

bant, vtpote purgans per primas & diuiniores eſſentias reductas in ſuperiores diuinarum contemplationum & manifeſtiores claritates. Sic & illuminati ordines ſunt & conſummati, & purgatiui & conſummatiui ſecundum cæleſtem hierarchiam, tanquam excellentiſſimis & diuiniſſimis eſſentiis inferiores ſacras & cæleſtes diſpoſitiones, cum omni caſtitate purgantibus ordinibus & proportionibus cæleſtium hierarchiarum, implentibuſque eas diuiniſſimarum illuminatione,& conſummantibus in ſacratiſsima hierarchicarum intelligentiarum ſcientia. Etenim iam à nobis dictum eſt, & eloquiis diuinitus comparatur, non eas eſſe omnes cęleſtes diſpoſitiones in omnibus ſacris deiuidis illuminationum ſcientiis, ſed ex Deo quidem immediatè primas, per illas autem ſimiliter iterum ex Deo ſubiectas proportionaliter eis illuminari manifeſtiſſimis diuinitatis radiis claris.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sed dicis quia, *&c.*

A HIc ponit quæſtionem contra immediatè dicta, & primò ponit quæſtionem. Secundò confirmat eam, ibi, *Ego autem quia quidem*, *&c.* Tertiò ſoluit, ibi, *Sed eſt dicendum*, *&c.* Eſt ergo quæſtio contra hoc quod dictum eſt, quòd noſtra hierarchia eſt conformis angelicæ, in hoc quod habet purgandos, illuminandos & perficiendos: ſed hoc videtur falſum, in cæleſti hierarchia enim non videntur eſſe aliqui ordines purgandorum, cum non ſint ibi aliqui immundi qui excludantur à participatione diuinorum. Et hanc dubitationem confirmat dicens, quòd omnes ſunt mundiſſimi, & non fuit aliquis malus qui non ceciderit cum apoſtaticis Angelis, & remanſerit in illa hierarchia. *Iam*, id eſt, poſt caſum malorum & confirmationem bonorum, *quadam diſpoſitio caleſtis*, id eſt, aliquis ordo de cæleſti hierarchia: *caſtiſſimum*, neutrius generis. *A malitia receptus*, id eſt, malus factus, *inconfuſa*, id eſt, ſine mixtione malorum ad bonos, *cadit*, id eſt, cecidit. Vel loquitur ex hypotheſi, ſcilicet ſi poſſibile eſſet aliquem malum fieri ex eis, ſtatim caderet: vnde quoniam nullus cæleſtium animorum poſt dæmonum caſum malitia vnquam capens eſt: hoc enim neque à diuina didicimus ſcriptura, neque quiſquam ex diuinis ſapientibus Patribus dixit. Hæc autem ſciens per indulgentiam ait, ac ſi aliquis dicat, quomodo mundiſſimi quidem ſunt, immaculati & purgatione non indigent: verum & ſi daremus quemquam eorum in aliqua malitia factum, vtique in contrarias virtutes procederet, ita vt reliqui ſimiliter innocentiam habeant & purgatione non indigeant: & quod hoc ita ſit, manifeſtè monſtrauit, dicens enim ad obiectionem, proprium ſenſum,& verum ſubinferebat. *Multitudinum*, ſcilicet dæmonum. Deinde ſoluit dicens, quòd mirabilis purgatio cæleſtis hierarchiæ eſt per hoc quod inferiores ordines remouentur à neſcientia per hoc quod illuminantur à ſuperioribus, circa quædam diuina quæ ante neſciebant: quia non omnes omnia ſciunt, ſed inferiores de multis docentur à ſuperioribus. Et ſecundum hunc modum ſuperiores ſunt purgatores, illuminantes & perficientes, & inferiores purgati, illuminati & perfecti. Et hoc ſufficienter expoſitum & diſputatum eſt in tertio cap. cæleſtis hierarchiæ. *In ſubiectis*, id eſt, inferioribus, *à Deo*, quia non agunt niſi in virtute quæ procedat in ipſos à Deo: *ignorantiam*, id eſt, neſcientiam: eſt enim ignorantia propriè, vt dicit Auguſtinus, eorum quæ quis ſcire tenetur, & eſt peccatum. *Implentibus*, vel inmittendo nouas formas, vel eas quas habent magis ſimplificando: & quantò ſimplicior eſt, tantò eſt vniuerſalior & ad plura ſe extendit, ſicut dicit Auicenna, quòd ſuperiores eſſentiæ habent formas magis vniuerſales: & hoc idem dicitur in libro de cauſis: *dictum eſt* in cæleſti hierarchia. *Deiuidis*, id eſt, quibus Deus videtur: iterum *ex Deo* quia virtus diuina in omnibus operatur.

CAPVT VII.

De perficiendis in dormientibus.

HIs autem diffinitis neceſſarium eſt dicere, vt æſtimo, quæ à nobis ſacrę in dormientibus perficienda ſunt. Etenim neque hoc commune eſt ſanctis & immundis: ſed ſicut diuerſa forma eſt vtrorumque vitæ, ſic ad mortem venientes, qui quidem ſacram habent vitam, in veras promiſſiones diuinitatis reſpicientes, tanquam veritatem ſuam in ea quæ ſecundum ipſam eſt reſurrectione contemplaturi, cum firma & vera ſpe in lætitia diuina ad mortis ſummum veniunt, velut ad finem diuinorum certaminum, in perfectiſſima &

ma & non deficiente vita & ſalute, quæ ſecundum eos erunt omninò ſcientes per futuram ſuam vniuerſalem reſurrectionem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

His autem diffinitis, &c.

A IN parte ſuperiori determinatum eſt de operationibus hierarchicis, quæ ſunt circa ingredientes & proficientes, in parte vero iſta determinat de operibus hierarchicis, quæ ſunt circa exeuntes: & hi ſunt morientes. Mors autem duplex eſt, ſcilicet corporis, qua ſeparatur anima à corpore: & ſacramentalis, qua moritur quis veteri vitæ. Primò ergo determinat de operatione hierarchica, quæ eſt circa morientes prima morte. In ſecunda circa morientes ſecunda morte, ibi, *Quidam autem & pueros nondum diuina, &c.* Prima autem pars diuiditur in partes tres. In prima ponit quæ perficiuntur vel efficiuntur à Chriſto in morientibus: vnde intitulatur de perficiendis in dormientibus, id eſt, de his quæ in mortuis perficiuntur. Secundò ponit ritum, ibi, *Congregans diuinus ſacerdos, &c.* Tertiò ponit theoriam, ibi, *Sed hæc quidem ſi viderint, &c.* Prima autem pars diuiditur in partes tres. In prima oſtendit quid efficiatur à Chriſto in ſanctè morientibus. In ſecunda quid in non ſanctè morientibus, ibi, *Coinquinationibus autem pleni, &c.* In tertia comparat hos ad alios, ibi, *Talium autem nullo, &c.* Prima autem pars diuiditur in duas. In prima enim continuat ſe ad præcedentia. In ſecunda proſequitur, ibi, *Etenim neque hoc commune, &c.* Summa per ſe patet *His*, ſcilicet quæ pertinent ad ingredientes & proficientes, *diffinitis*, id eſt, determinatis, *in dormientibus*, id eſt, mortuis, ſunt enim quaſi dormientes apud Deum in cuius poteſtate eſt reuocare eos ad vitam quaſi à ſomno, quamuis in ſe ſint mortui. Deinde proſequitur, & diuidit in partes tres. In prima oſtendit quid ſpecialiter ab iniuſtis efficiatur in his qui ſanctè moriuntur quantum ad totius hominis vitam. In ſecunda ſpecificat & ſecundum animam & ſecundum corpus, ibi, *Sancta enim anima, &c.* In tertia ponit diuerſas opiniones ſuper his quæ determinata ſunt, ibi, *Immundos vero, &c.* Primò ergo dicit, quòd non idem agitur in ſanctè morientibus & immundis, ſicut nec ſimilis fuit eorum vita: ſancti enim intendentes ad diuina promiſſa, veniunt ad mortem cum gaudio ſicut ad coronã certaminis accipiendam: ſciunt enim indubitanter, quid eis futurum ſit in alia vita, quam habebunt per reſurrectionem. *Etenim*, quaſi dicat, Ideò dicendum eſt de perficiendis in dormientibus, quia huiuſmodi perfectiones ſunt propriè operationes hierarchiæ, in quibus infideles non communicant. *Immundis*, id eſt, infidelibus vel peccatoribus. *Venientes*, ſupple, diuerſimodè recipiunt: non enim in eodem loco ſepeliuntur: ita quod, *qui quidem, &c.* id eſt, qui ſanctè vixerint, *ſuam*, id eſt, diuinarum promiſſionum, *ſecundum ipſam*, ſcilicet veritatem vel diuinitatis virtutem, *contemplaturi* ſuſcipiendo quod promiſſum eſt: *firma* propter puritatem conſcientiæ, *vera* propter promiſſionem fidei *mortis ſummum*, id eſt, vltimum vel optimum quod tunc de laboribus præmiatur, *finem diuinorum certaminum*, id eſt, quibus pro Deo certarunt, pro his coronandi: ipſi, dico, *ſcientes omninò*, id eſt, indubitanter certitudine fidei, *quæ erunt ſecundum eos*, id eſt, quis erit eorum ſtatus in alia vita, *perfectiſſima*, quia omnis abſcindetur corruptio, *& non deficiente*, quia vita & ſalus erit eis, *per reſurrectionem ſuam futuram vniuerſalem*, quia omnes reſurgent etiam cum omnibus membris.

Sanctæ enim animæ ad eam in mala ſecundum hanc vitam potentem cadendo conuerſionem non venientes, in ea iterum generatione inconuerſibilem habebunt deiformiſſimam trãſordinationem. Munda autem ſanctarum animarum coniuga & coeuntia corpora conſcripta & commilitantia, ſecundum diuinas ſuas collocationes in animarum incommutabili ſecundum diuinam vitam fundamento recipient propriam reſurrectionem: eo enim quod in vita erant ſecundum hanc vitam in ſacris animabus, velut membra Christi facta, deiformem & incorruptibilem immortalemque & beatam recipient quietem. In his ergo ſanctorum eſt quies in lætitia & immobili ſpe, in diuinorum certaminum prouentura ſummum. 2.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sancta enim anima, &c.

HIc oſtendit ſpecialiter quid recipiant ſecundum animam primò, & ſecundum corpus, ibi, *Munda autem ſanctarum, &c.* Dicit ergo primò, quòd ſanctorum animæ in illa vita mutabuntur in quandam firmitatem, quia non poterunt conuerti à Deo cadendo in mala quæ ſunt ſecundum vitam iſtam: & ſimiliter ſancta corpora illis coniuncta in quibus animæ Deo militauerunt, recipient ſimul cum anima per reſurrectionem immutabilem vitam & beatam quietem, propter hoc quod membra Chriſti fuerunt vnita ſuis animabus. *Sanctæ animæ non venientes ad eam conuerſionem potentem in mala, quæ ſunt ſecundum hanc vitam cadendo*, quia potentia cadendi, *in ea iterum generatione*, id eſt, A

iterata corporis reſtitutione ſecundum reſurrectionem in *transordinationem deiformiſſimam immutabuntur inconuerſibilem*, id eſt, io hoc quod vlterius à Deo ad peccata conuetti non poterunt. Et hoc dabitur eis io præmium: quia quando potuerunt conuetti, noluerunt. *Coniuga* quantum ad vnionem ad eſſe vnum conſtituendum, *coeuntia* quantum ad vnitatem operationis *coambulabilia conſcripta* quantum ad diuinam prædeſtinationem: alia litera, *conſcripta commilitantia* quantum ad pugnam: & iterum, dico, hæc *conrecipient*, id eſt, ſimul cum animabus, *propriam reſurrectionem*, quia eadem numero reſurgent, *ſecundum diuinas ſuas collocationes*, id eſt, ſecundum diuerſa loca in quibus ſepulta ſunt: vel ſecundum hoc quod fuerunt firmiter collocata io Deo obediendo ſpiritui, & hoc *incommutabili fundamento animarum ſecundum diuinam vitam*, id eſt, quando animæ fundabuntur iocommutabiliter in diuina & incorruptibili vita. *Eo enim quod* corpora *erant mixta*, id eſt, coniuncta *velut membra Chriſti*. 1. Cor. 7. Et hoc etiam meritum *recipient* pro premio, *deiformem quietem*, id eſt, immotabilem, vel ſimilitudinem Dei, *& incorruptibilem* quantum ad particulares corruptiones, *immortalem* quantum ad vniuerſalem corruptionem, *beatam* quantum ad gloriam corporis. Sciendum tamen, quod ſola glorificatio cadit ſub merito ſanctorum, & non immortalitas, cum communiter boni & mali incorruptibiles reſurgant: ſed non omnes immutantur, vt dicit Apoſtolus. 1. Corinth. 15. Et ideò iſta immutatiu cadit ſub merito: immortalitas autem non eſt à natura, ſed ex merito Chriſti: meruit enim toti naturæ humanæ immortalitatem. *In hus*, ſcilicet prædictis bonis ipſa *quies prouentura in lætitia & immutabili ſpe in ſummum*, id eſt, præmium.

3. Immundos verò alij quidem in non ſubſiſtentiam irrationabiliter æſtimant redire. Alij verò corporalem in ſemel corrumpi propriatum animarum coniugationem velut incompactam eis exiſtentem deiformem vitam & beatam quietem, non intelligentes neque ſatis in ſcientia diuina eruditi inchoauerunt iam ſecundum nos in Chriſto deiformiſſimam vitam. Alij autem corporum aliorum diſtribuunt animabus coniugationes, iniuſtè agentes hoc in ipſis, vt æſtimo, ſuſpicantes diuinis animabus & à ſacris retributionibus non rectè priuantes ad finem venientia diuiniſſimorum curſuum. Alij autem, neſcio, quomodo ad materiales notiones reuocati, dixerunt conformem huius vitæ ſanctis repromiſſionem ſanctiſſimam & beatiſſimam quietem, & eſcas proprias mutatæ vitæ eis qui in Angelis ſunt, iniuſtè proiecerunt. Sed non recidet aliquis à ſacratiſſimis viris in tales errores: ſed confeſtim ſe ſuſcepturos eſſe Chriſtiformem quietem, ſcientes cum in finem venient huius vitæ in incorruptionem ſuam viam velut propinquiorem iam factam manifeſtius vident, & donationes diuinitatis laudant, & diuinæ delectationis implentur ad ea quæ retrò ſunt conuerſionem, non in aliquo timentes, ſed benè ſcientes, quia poſſeſſa bona firmiter & æternaliter habebunt.

EXPOSITIO TEXTVS.

Immundos verò, &c.

Hic ponit diuerſas opiniones de reſurrectione, & primò ponit quatuor falſas, ſecundò vnam veram, quæ eſt ſecundū fidem, ibi, *Sed non recidet aliquis, &c.* Prima ergo opinio erat, quòd anima ſecedebat in non ens, & hæc opinio fuit Empedoclis qui ponebat animam eſſe harmoniam: deſtructo enim harmonico, harmonia non remanet. Secunda opinio quæ incipit, ibi, *Alij verò corporalem, &c.* fuit Platonis, qui dicebat, quòd animæ in morte non corrumperentur, ſed redirent ad ſtellas quarum compares factæ ſunt, & à quibus in corpora infunduntur: & hoc quantum ad bonos. Malorum enim animas dicebat in vilius corpus deſcendere, ſicut de viro in mulierem, & deinde io aliud brutum, & de nobiliori in vilius, quouſque pœnitentiam egiſſent, & reciperentur ad ſtellas. Corpus autem tanquam non pertinens ad aliquam naturam ſtellarum perpetuam, dicebat non eſſe iterum animæ vniendum, vt cum ipſa immortalitatem participaret: & ſic negabat reſurrectionem corporum. Tertia opinio quæ incipit, ibi, *Alij autem corporum, &c.* dicebat, quòd in reſurrectione vniebatur anima corpori, in quo mortaliter viuebat, ſed non eidem quod depoſuerat: ſed aſſumebat corpus ſubtile æthereum: & hic fuit error Origenis in quibuſdam ſuis ſcriptis, quamuis in alijs neget, & tunc temporis erat forte opinio aliquorum hæreticorum, ſicut erant Simoniaci. Quarta opinio quæ incipit, ibi, *Alij autem neſcio, &c.* dicebat, quòd reſurget anima cum corpore eodem, ſed quod illud corpus vtetur cibis ſicut nunc, & alijs delectationibus corporalibus, & nihil eſſe beatitudinem; & hoc dixit Papias Hierapulites, quem A

ſecuti ſunt etiam in hoc Appollinariſtæ, & hoc etiam dicit Mahumet in lege ſua, & ſimiliter Iudæi in Talmuth dicentes quod comedent anteles in alia vita, & leuiathan. Primam opinionem non refutat, quia reputat eam omninò irrationabilem & à Philoſophis etiam refutatam. Secundam reprobat per hoc quod vita perpetua iam incœpit in corpore Chriſti, quod eſt eiuſdem ſpeciei cum noſtris corporibus, & ita noſtra corpora ſunt connaturalia incorruptibili rei. Tertiam reprobat per hoc quod non eſt iuſtum ſi cum anima præmiaretur, corpus (quod cum ipſa etiam laborauit in merito) eſſet expers à præmio. Quartam reprobat ex hoc quod ſanctis eſt repromiſſa vita ſimilis Angelis. Matth. 22. Erunt ſicut Angeli Dei. Vnde iniuſtum foret dicere futuram eis naturalem vitam: & propter hoc non eſt in hos errores cadendum ex vera fide Chriſti, qui docet, quòd in fine vitæ ſancti ſcient ſe recepturos quietem ſimilem Chriſto, & in anima & in corpore, & quod implebuntur diuinis delectationibus & non corporalibus, nec timebunt recidere in priores ærumnas & peccata, firmati æternaliter in beata vita. *Immundos*, id eſt, infideles, *in non ſubſiſtentiam*, id eſt, in non eſſe, *redire*, ſcilicet animam & corpus redire in elementa. *Alij verò* dicunt *corporalem coniugationem animarum propriarum*, id eſt, coniunctionem corporum ad animas proprias eſſe *in ſemel corrumpi*, id eſt, quouſque iterum ſemel corrumpatur homo, deinde non recipere eadem, *velut deiformem vitam*, id eſt, perpetuam, *incompactam eis*, ſcilicet corporibus, id eſt, inconuenientem, quia non ſunt de natura incorruptibilium, *non intelligentes* iſti errantes, quòd *ſancti iam inchoauerūt diuiniſſimam vitam in Chriſto ſecundum nos*, id eſt, quod noſtra immortalia vita iam incœpit in Chriſto, ſicut dicitur Col. 3. Vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto, Coniunctam cum eo quaſi habentes imo inchoatam. Et hoc concordat alteri tranſlationi quæ ſic habet: *Alij autem à proprijs animabus ſemel abrumpi corporalem communicationem ſicut inconuenientem ipſis in deiformi vita & bonis finibus, non intelligentes neque ſufficienter in ſcientia diuina docti inceptam iam in Chriſto noſtram deiformiſſimam vitam.* *Coniugationes*, id eſt, coniunctos, *ſuſpicantes*, id eſt, opinantes ipſi, *priuantes non rectè* corpora *venientia* perſeueratoter *ad finem*, ſcilicet mortem, ſcilicet *diuinis animabus*. *Materiales notiones*, id eſt, non cognoſcentes niſi materialia, *dixerunt ſanctiſſimam repromiſſionem ſanctis* factam *& beatiſſimam quietem eſſe conformem vitæ huius* corruptibilis, *& proiecerunt iniuſtè*, id eſt, indignè attribuerunt *eſcas proprias* huic *vitæ mutatæ*, id eſt, à qua mutati ſunt, vel quæ in motu eſt, *his qui in Angelis ſunt*, id eſt, qui in numero Angelorum computati ſunt. *A ſacratiſſimis viris*, id eſt, doctrinis Catholicorum Patrum. *Chriſtiformem*, id eſt, in corpore & anima ſicut Chriſtus. 1. Corinth. 15. Si Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus. *Scientes*, ſcilicet ſancti morſui, *vident viam in incorruptionem ſuam*, id eſt, corporis & animæ ſimul, *propinquiorem*, quam prius, quia oportebit prius mori, & deinde reſurgere, *manifeſtius* dotari vna ſtola & ſecuri de reliqua: *donationes* iam exhibitas, quoad animam, & expectatas ſecure quoad corpus, *laudant* per gratiarum actionem, *diuinæ*, non materialis, genitiuus pro ablatiuo, *non in aliquo*, id eſt, nullo modo *timentes conuerſionem ad ea quæ retro ſunt*, ſcilicet peccata, vel prætetitæ vitæ conditiones.

4. Coinquinationibus autem pleni & immundis maculis, qui quidem ſacram quandam conſecuti ſunt doctrinam, ipſi verò eam ex proprio animo perditè repercutientes, ſponte in corrumpentes ſe dederunt concupiſcentias, cum ad finem veniunt huic vitæ imparati, vt eos benè ſpernens manifeſtat eloquiorum diuina legiſlatio, perditas propriis paſſionibus voluptates aliis oculis inſpicientes, & ſacram vitam à quâ ſtultè receſſerunt, deificantes, miſerabiliter & coactiuè reſcinduntur hac vita, ad nullam ſacram ſpem manuducti propter peſſimam vitam.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde dicit, quòd illi qui coinquinantur maculis peccati, quamuis ſint conſecuti ſacram doctrinam, habentes fidem informem, quia tamen reſiſtunt doctrinæ ſanctæ, dantes ſe concupiſcentiis carnis, quando veniunt ad mortem, inueniuntur non præparati ad beatam vitam: & ideò ſacra doctrina in contemptum eorum docet, quòd poſt mortem condemnabunt vitam ſuam præteritam, & laudabunt vitam ſanctorum, à qua ſtultè receſſerunt, & ſic torquebuntur dolore interiori, non habentes ſpem vlterius perueniendi ad vitam ſanctorum, propter vitam præteritam ab eis malè peractam. *Maculis*, ſcilicet peccatorum, *doctrinam*, ſcilicet fidem informem, *ex proprio animo*, id eſt, proprium motum ſequentes, *perditè*, id eſt, ad ſuam perditionem, *repercutientes*, eò quod bonâ doctrinâ, quantum in ſe eſt, ad bonum, cui mali reſiſtunt, non vſi ſunt: *corrumpentes* virtutem & bonum naturæ, vel errantes, *ad finem*, ſcilicet mortis, *huic vitæ* quam conſequuntur, *eloquiorum*. Sap. 5. Quid nobis profuit ſuperbia noſtra, &c. *Perditas*, id eſt, perditionis cauſas, *aliis oculis*, non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum affectum, quia quod prius cum gaudio & amore viderunt, poſtmodum triſtitiæ cauſa eis erit, *à qua ſtultè*, *&c.* *Deificantes*, id eſt, glorificantes: alia litera, *beatificantes*, *reſcinduntur* contra ſeipſos pugnando, *coactiuè* propter impoſſibilitatem benè operandi, ex *hac vita*, in qua viuunt damnati, *peſſimam vitam* quam in hoc mundo egerunt.

*

5. Talium autem nullo futuro ſecundũ dormitiones ſanctorũ virorum. Ipſe quidem ad finem veniens propriorum certaminum, lætitia ſancta repletur, & cum delectatione multa ad viam aſcendit diuinæ iterum generationis. Dormientis autem domeſtici ſecundum diuinam familiaritatem, & ſimilem conuerſationem, ipſum qui eſt beatificant, ad palmiferum optatè venientem finem, & victoriæ cauſali gratulatorios cantus referunt, adhuc & ſe venturos fore ſimilem adoptantes quietem: accipientes verò eum ad ſummum ſacerdotem ducunt, tanquam ad coronarum diuinarum donationem. Ipſe autem cantans ſuſcipit & perficit ſecundum legem ſacram in ſanctè dormientibus perficienda.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde comparat ſanctos morientes malis, dicens, quòd nullus malorum moritur ſicut ſancti moriuntur: ſanctus enim vir veniens ad mortem in qua finiuntur ſua certamina, impletur gaudio, ſanctam reſurrectionem expectans, & tunc illi qui ſunt ſibi familiares vt conſortes diuinæ vitæ, reputant eum beatum, quia venit ad palmam quam optauit, de quo gratias Deo referunt optantes & ipſi ad ſimilem venire finem, & portant mortuum ad Epiſcopum, qui eſt loco Dei, ſicut ad accipiendum præmium à Deo pro bonis quæ geſſit: & Epiſcopus ſuſcipit eum cum cantu, & facit ea quæ ſunt facienda circa dormientes, vt poſt dicet. *Talium*, ſcilicet coinquinationibus pleoorum, *ipſe*, ſcilicet ſanctus vir, *iterum generationis*, id eſt, iteratæ factionis, ſcilicet reſurrectionis, *diuina*, id eſt, diuina virtute factæ, non naturali, *ad viam*, mors enim eſt via in reſurrectionem, quia non reſurgit qui non mortuus eſt, & quia ex glorificatione animæ venitur in gloriam corporis. *Dormientis*, id eſt, mortui *ſecundum diuinam familiaritatem*, non ſecundum carnalem cogitationem, *ipſum qui eſt*, ſcilicet mortuum, qui vtcunque eſt, vel qui verè incipit eſſe propter incorruptionem, *beatificant*, id eſt, beatum reputant, *ad palmiferum finem*, id eſt, ad mortem, in qua palmam pro victoria accipiat, *optatè* ſecundum eorum deſiderium, *cauſali*, id eſt, Deo qui eſt cauſa omnis victoriæ, *ſecundum legem*, id eſt, ſecundũ ordinationẽ hierarchicã.

*

MYSTERIVM *in ſanctè dormientibus.*

Congregans diuinus ſacerdos ſacrum chorum, ſiquidem ſanctifico fuerit ordine dormiens, in conſpectu diuini altaris recumbere faciens eum, initiatur Deo oratione & euchariſtia: ſi autem ſanctis monachis aut ſacro populo coordinatus eſt, ad honorabile ſacerdotium, ipſum recumbere facit ante ſacerdotalem introitum. Deinde perficit ad Deum euchariſtialem orationem ſummus ſacerdos: conſequenter autem miniſtri in diuinis eloquiis prolatas non mendaces promiſſiones de ſacra noſtra reſurrectione legentes, ſacrè confitentes, hæc cantant & potentes pſalmicorum eloquiorum cantus: deinde miniſtrantium primus reſoluit catechumenos, & prædicat iam dormientes ſanctos, cum quibus dignatur modo defunctum coordinata recitatione, & hortatur omnes in Chriſto petere beatam conſummationem. Deinde accedens diuinus ſummus ſacerdos orationem ſacratiſſimam ſuper eo facit, & poſt orationem ipſe ſummus ſacerdos ſalutat dormientem, & poſt eum præſentes omnes. Salutantibus autem omnibus infundit dormienti oleum ſummus ſacerdos, & pro omnibus orationem ſacram faciens reponit in domo honorabili corpus cum aliorum coordinatorum ſanctorum corporibus. 6.

* *
*

DIVISIO

DIVISIO ET expoſitio textus.

Congregans diuinus, &c.

A HIc ponit ritum eorum quæ per miniſtros Eccleſiæ circa mortuum agebantur, & primò ponit operationem ſacerdotum. Secundò operationem miniſtrorum, ibi, *Conſequenter autem miniſtri.* Tertiò operationem Epiſcopi, ibi, *Deinde accedens diuinus, &c.* Primo ergo dicit, quod ſacerdos, quando aliquis ſanctorum moritur, congregat totum chorum clericorum: & ſi mortuus fuerit de tribus ordinibus ſuperioribus, ponitur corpus eius ante altare: ſed ſi fuerit monachus, aut aliquis de populo, ponitur extra chorum: & circa Epiſcopus facit gratiarum actionem Deo pro defuncto, & diaconi legunt Scripturas, in quibus promittitur reſurrectio, & cantant idem, vnde cantant Pſalmos, & archidiaconus expellit catechumenos, & recitat alios ſanctos mortuos, & in fine recitat præſentem mortuum commemorans cum aliis ſanctè mortuis, & monet vt omnes petant beatam mortem in Chriſto: & tunc Epiſcopus accedit & oſculatur eum, & deinde omnes qui aſtant, & tunc vngit eum oleo ſancto, & faciens orationem ſepelit eum in cemiterio cum corporibus aliorum ſanctorum. De *ſanctifico ordine*, ſcilicet perficientium, vt Epiſcopus, vel ſacerdos, vel diaconus, *recumbere faciens*, reponens ante altare, *initiatur*, id eſt, conſecrat eum Deo, ſicut dixit Moyſes ad Phinees, Vos initiatis manus noſtras, &c. id eſt, conſecraſtis. *Eucharistia*, id eſt, gratiarum actione: *coordinatus*, id eſt, ſi fuerit de ordine monachorum vel populi: *ſacerdotium*, alia tranſlatio, *ſanctuarium*, id eſt, ante locum vbi ſtant ſacerdotes, id eſt, in introitu chori vbi ſtat populus: *euchariſtialem orationem*, id eſt, miſſam vel gratiarum actionem, quia ſicut dicit Auguſt. orationes vel eleemoſynæ pro valde bonis ſunt gratiarum actiones. *In diuinis eloquiis*, ſicut Theſſ. 4. & 1. Cor. 15. & Ioan. 11. *Potentes* virtute ad expellendos dæmones, quia continent in ſe totam ſacram Scripturam, vt ſuprà habitum eſt. *Primus*, id eſt, Archidiaconus, *reſoluit*, id eſt, expellit, *prædicat*, id eſt, laudat vel clarè annuntiat, *dignatur*, id eſt, dignum reputat vt cum aliis eum ordinet: *ſalutat*, id eſt, oſculatur, *infundit*, alia tranſlatio, *ſuperfundit*, quia fortè in fronte defuncti proiiciebat ſacrum oleum, *pro omnibus*, id eſt, coram omnibus, vel pro omnibus fidelibus defunctis, vel qui ibi ſepulti ſunt, *in domo honorabili*, id eſt, in dormitorio mortuorum, vel cemiterio, *coordinatorum*, id eſt, qui ſunt eiuſdem ordinis cum ipſo.

THEORIA.

7. SEd hæc quidem ſi viderint aut audiuerint immundi à nobis perficienda, latè ridebunt, vt arbitror, & erroris noſtri miſerebuntur. Non oportet autem ad hoc mirari: ſi enim non crediderint, vt eloquia aiunt, neque intelligent. Nos autem inuiſibilia perficiendorum inſpicientes, Ieſu luciduco dicimus quomodo non irrationabiliter ſummus ſacerdos in æquè ordinatum chorum introducit & imponit dormientem: ſignat enim mirabiliter ſecundum illos fore omnes in ipſa iterum generatione recubitus puram hîc propriam vitam implentes. Vtpotè, ſi deiformem quis habuit hic & ſacratiſſimam vitam, quantum viro Dei imitatio comprehenſibilis eſt, in diuinis erit per ſeculum futurum, & beatis quietibus: ipſi autem per formæ ſummam ſi ſubſiſtentiam ſacram ſimiliter, conformes & ipſa ſanctis recipient retributiones. Pro hac diuina iuſtitia ſummus ſacerdos gratias agens, orationem ſacram facit, & colendam laudat diuinitatem, tanquam deſtructiuam contra omnes nos iniuſtæ & tyrannicæ potentiæ, tranſducentemque nos in proprias iuſtificationes.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sed hæc quidem, &c.

IN parte iſta ponit theoriam teletæ dormientium, & diuiditur in partes duas. Primò enim A dicit quomodo ea quæ circa mortuos aguntur, videntur infidelibus deriſibilia. Secundò oſtendit non eſſe deriſibilia manifeſtando quid ſpirituale lateat in ſenſibilibus actionibus, ibi, *Nos autem inuiſibilia, &c.* Dicit ergo primò, quòd ſi infideles videant hæc quæ dicta ſunt circa mortuos peragenda, deridebunt & nos errare reputantes, miſericordia mouebuntur ad nos quaſi ad errantes: & hoc non eſt mirum, quia ſpiritualem intellectum harum actionum non capiunt, cum non credant. *Latè*, id eſt, lato ore, *erroris*, videtur enim eſſe erroneum mortuis cantare vel legere, qui non intelligunt, & immundum eſſe oſculari eos, & ſuperfluum orare pro eis, quia Philoſophi probauerunt, quòd mortui non tranſmutantur de bono in malum, nec è conuerſo. *Eloquia.* Iſa. 7. noſtra litera habet, Si non credideritis, non permanebitis. *Nos autem inuiſibilia, &c.* Hic incipit exponere quid ſpiritualiter ſignificant ea quæ circa mortuum aguntur. Et primò quid ſignificet quod ponitur

tur in choro ante altare, vel extra chorum ad introitum eius. Secundò quid cantus & lectiones, ibi, *Diuinarum quoque, &c.* Tertiò quid catechumenorum excluſio, ibi, *Intende quia, &c.* Quartò quid ea quæ per Epiſcopum vltimò complentur, ibi, *Deinde accedens diuinus, &c.* Primò ergo dicit, quòd quamuis illi derideant, nos, tamen debemus ſpirituale ſignum ipſorum dicere & contemplari: ideò enim ponitur mortuus in choro ſi fuit ſacerdotalium ordinum, vel extra ſi fuit de ordine monachorum aut plebis, vt ſignificetur, quòd in reſurrectione quilibet ponetur per modum vitæ ſuæ, ſcilicet in eminentiori quiete beatitudinis ſi fuerit perfectus in vita ſua, & inferius ſecundum quod inferioris vitæ in ſanctitate fuit: & propter hoc etiam repoſito corpore hic vel ibi, ſacerdos vel Epiſcopus gratias agit Deo, qui ſic iuſte diſtribuit beatam vitam & quietem ſecundum modum propriæ iuſtitiæ. *Inuiſibilia* viſu exteriori, id eſt, intellectualia quæ ſignificantur, *perficiendorum*, id eſt, ſymbolicarum actionum, *in æque ordinatum*, ſcilicet ipſi mortuo, vt ſi fuit in ordine ſacrãdantium, ponitur in eorum choro: & ſimiliter ſi fuerit de monachis aut de plebe ponitur extra chorum: *dormientem*, id eſt, mortuum, *ſignificat enim in ipſa iterum*, id eſt, iterata *generatione*, ſcilicet reſurrectione, *fore omnes recubitus*, id eſt, diuerſas quietes & manſiones *ſecundum illos, implentes propriam vitam puram hic*, id eſt, ſecundum quod aliquis in hoc mundo purè viuit. Alia litera, *in quibus hic propriam vitam ſortiti ſunt. Quis*, id eſt, aliquis. *quantum viro comprehenſibilis eſt imitatio Dei*, id eſt, quantum homo poteſt attingere ad imitationem Dei, *quietibus* Deo ſimilioribus & beatioribus: *ipſi autem*, vel alij, alia litera, ſcilicet qui ſunt inferioris vitę, *per ſummam ſubſiſtentiam forma*, id eſt, per hoc quod ſubſunt in forma viuendi his qui ſummam iuſtitiæ vitam agunt: alia litera, *per extremum*, id eſt, inferiorem, formæ ſcilicet viuendi demiſſionem, eò quod remiſſius viuunt, *ſacram ſimiliter* ſubiacentem vitam, quamuis vitam habentes ſicut & ſuperiores: vel cum, alia litera: *conformes* ſuis meritis *ipſæ* eorum animæ: alia tranſlatio, *ſi autem a deiformi ſecundum ſummum ſubiectam ſanctam. Contra omnes vos pugnantis*, *potentia*, ſcilicet dæmonem: *in proprias*, id eſt, in præmia propriarum virtutum.

8. Diuinarum quoque promiſſionum lectio & cantus, manifeſtatoria quidem ſunt beatiſſimarum quietudinum, in fragilitate habentes diuinam conſummationem æternaliter grauabunt: dormientis verò diuinitus receptiua, viuentium autem adhuc exhortatiua ad ſimilem conſummationem.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde dicit, quòd cantus & lectiones manifeſtant quietes ſanctorum in alio ſeculo & pœnas malorum: & ſic in receptione mortui oſtendunt in his quæ promittuntur, & viuentes hortantur vt taliter agant quod ad ſimilem finem veniant ſicut ille venit, vt & ipſi ſimiliter recipiant. *Quietudinum* in quibus ſancti requieſcunt, & lectiones *grauabunt æternaliter*, id eſt, in æternum puniendos oſtendunt, *habentes diuinam conſummationem in fragilitate*, id eſt, eos qui à diuina perfectione deficiunt, infirmitatem carnis ſequentes. Alia tranſlatio, *in quibus*, ſcilicet quietibus, *qui diuinam habuerunt æternaliter conſtituentur*, & ſic referatur totum ad ſanctos, & litera plana eſt: *receptiua*, ſcilicet lectio, id eſt, receptos eos oſtendens, *ad ſimilem conſummationem*, id eſt, vt ſanctè moriantur ſicut ille mortuus eſt.

Intende, quia nunc non omnes iuxta conſuetudinem purgandi ordines reſoluuntur: ſoli verò ſacris expelluntur choris catechumeni: etenim ipſe quidem ineruditus eſt vniuerſaliter omnis hoſtiæ ſacræ, & ad nullum neque paruum neque magnum ſacię conſummandorum inſpicere ei fas eſt, tanquam neque ſacrorum contemplationem virtutis participans per prælucentem & luciferam theogeneſiam. Cęteri verò purgandorum ordines in doctrina, iam fiunt quidem ſacræ traditionis, ſtultè autem ad ea quæ inferius ſunt iterum recurrentes, oportet in ea quæ ante ſunt propriam reductionem perficere, diuinorum quidem, quantum in ſymbolis, ſaciè aſpectibus & communicationibus rationabiliter ſegregantur: nocebunt enim immundè eorum participãtes, ad plurimum diuinorum, & ſuum venient contemptum. Non inconuenienter adſunt in nunc perficiendis, apertè edocendi & videntes ſecundum nos formidinem mortis & ſanctorum retributiones à veris eloquiis laudatas, & caligines fore talibus immundis infinitas Permittitur enim eis æquè vtile videntes ſacrè conſummatum ex miniſtratiua recitatione ſocium verè exiſtentem à ſeculo ſanctorum mirabiliter prædicatorum: & fortaſſis & ipſi ad ſimile deſiderium 9.

venient,

venient, & ex miniſtratiuà ſcientia edocentur beatam verè eſſe in Chriſto conſummationem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Intende quia nunc, &c.

A HIc dicit de excluſione catechumenorum. Dicit ergo, quòd in hoc ritu non excluduntur omnes ordines purgandorum, ſed ſolum catechumeni: hi enim, quia nondum ſunt conſecuti lumen diuinum per baptiſmum, non poſſunt aliquod ſacrum videre ſane, ſicut nondum habentes ſpirituale eſſe: & ideò ab omnibus excluduntur. Pœnitentes autem de nouo, & apoſtatæ quamuis excludantur à communione Euchariſtiæ, ne per indignam participationem & diuina & ſeipſos contemnant, ad ſuam perditionem ſumentes: ab hoc tamen ritu non excluduntur, vt inducantur in timorem mortis ex ipſa viſione mortui, & in deſiderium eorum quæ ſanctis retribuuntur, & fugiant ea quæ malis comminantur: & propter hoc etiam permittuntur audire recitationem qua præſens mortuus aliis ſanctis connumeratur à diacono, vt hoc & ipſi deſiderent, & docentur à diacono bonam eſſe mortem ſanctorum. *Nunc*, ſcilicet in hoc ritu, *conſuetudinem* Euchariſtiæ & Chriſmatis, *reſoluuntur*, id eſt, excluduntur *catechumeni*. Hic appellantur catechumeni vniuerſaliter omnes non baptizati & energumeni. *Hoſtia*, id eſt, cuiuſcumque ſacramentalis oblationis, *neque ius eſt*, &c. ne videntes, quæ ſpiritualiter non intelligunt, derideant, *contemplationem virtutis* ſpiritualis *ſacrorum*, id eſt, ſymbolorum, *theogeneſiam*, id eſt, baptiſmum, *luciferam*, quia eſt teleta illuminationis, vt ſuprà dictum eſt, *prælucentem*, quia eſt primum ſacramentorum. *Traditiones* eorum quæ pertinent ad fidem & ſacramenta, habens enim fidem informem, *quæ inferius ſunt*, ſcilicet temporalia bona, *in ea quæ ante ſunt*, ſcilicet ſpiritualia. Phil. 3. Quæ quidem retro ſunt, obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt anteriora, me extendo. *Segregantur* ab *aſpectibus ſacrè diuinorum*, id eſt, quibus diuina ſacrè videntur, *quantum in ſymbolis* videri poſſunt, & hoc quantum ad Euchariſtiam & Chriſma. *Enim*, id eſt, quia *immunde participantes eorum*, id eſt, eis ſcilicet diuinis, *nocebunt* ſibiipſis, *& venient ad plurimum* per hoc *contemptum diuinorum*, quæ immundo loco reponunt dum ſumunt: quia per hoc ſalutis ſuæ detrimentum patiuntur, ſicut enim dicitur. 1. Cor. 11. qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. *In nunc perficiendas* circa mortuum *fore*, id eſt, futura eſſe, *immundis*, id eſt, peccatoribus. *talibus*, quales ipſi ſunt, *infinitas*, id eſt, æternas. *Sanctorum*, qui fuerunt *a ſeculo*, id eſt, ab initio mundi, vt Abel, & Abraham, &c. *prædicatorum*, id eſt, laudatorum, *miniſtratiua*, id eſt, diaconi, *conſummationem*, id eſt, mortem *in Chriſto*. Apoc. 14. Beati mortui qui in Domino moriuntur.

10. Deinde accedens diuinus ſummus ſacerdos, ſacram orationem ſuper dormientem facit: & poſt orationem ſummus ſacerdos eum ſalutat, & deinde præſentes omnes. Ipſa igitur oratio diuinam bonitatem deprecatur omnia quidem dimittere per humanam infirmitatem commiſſa dormienti, ordinareque eum in lumine & regione viuentium, in ſinibus Abraham, Iſaac, & Iacob, loco quo expellitur dolor & triſtitia & anguſtia. Hæ quidem ergo, vt arbitror, claræ ſanctorum retributiones. Quid enim fortaſſis fiet perfectiſſimæ lætitiæ & illuminatrici immortalitati compenderatum? & ſi maximis noſtris proportionibus ſignificatiuis omni altiores animo promiſſiones ſignificatæ, ab actiua ſua veritate relictas habent nominationes. Verum enim eſſe eloquium exiſtimandum: Quia oculus non vidit, nec auris 1.Cor.2. audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Sinus autem ſunt, vt arbitror, beatiſſimorum Patriarcharum & reliquorum ſanctorum omnium diuiniſſimæ & beatiſſimæ quietes, deiformes recipientes omnes in eis ineffabilem & beatiſſimam conſummationem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Deinde accedens, &c.

HIc oſtendit quid ſignificent ea quæ per Epiſcopum vltimo aguntur, & primò repetit ritum: ſecundò ſignat theoriam, ibi, *Ipſa igitur, &c.* Primæ partis ſumma patet. *Salutat*, id eſt, oſculatur, *omnes præſentes*. ſupple, oſculantur capnt. *Ipſa igitur, &c.* Hic oſtendit quid ſignificat ipſe ritus, & diuiditur in partes tres. In prima oſtendit ad quid ſit oratio. Secundò mouet quæſtionem contra determinata, & ſoluit, ibi, *Dices forte vtique, &c.* Tertiò redit ad propoſitum, & complet theoriam, ibi, *De dicta autem oratione, &c.* Circa primum oſtendit ad quid ſit oratio. Secundò exponit quoddam quod in oratione dictum eſt, ibi, *Sinus autem ſunt, &c.* A

Primò

Primò ergo dicit, quòd Epiſcopus in oratione precatur Deum, quòd dimittat illi mortuo peccata quæ humana fragilitate contraxit, & quod conſtituat eum in luce & regione viuentium, in ſinibus Abraham, Iſaac, & Iacob, in loco vnde aufugit dolor & triſtitia, & per lucem & regionem viuentium ſignificans præmia quæ retribuuntur ſanctis, quæ ſignificantur iis quæ apud nos ſunt maximè: quamuis nihil horum quæ ſunt apud nos, proportionetur illis bonis. *Per humanam infirmitatem*, ſcilicet vel per ignorantiam, vel per ſubreptionem contigerunt propter multas concupiſcentias impugnantes nos. *Vt arbitror*: non propter dubietatem dicitur, ſed propter imperfectam expoſitionem. *Lætitia*, quę erit in patria: *componderatum*, id eſt, proportionatum, *etſi promiſſiones* factæ ſanctis *altiores omni animo* humano, quantum ad cognitionem & deſiderium, *ſignificata ſignificatiuis*, id eſt, ſimilitudinibus rerum, *maximis noſtris proportionibus*, quæ ſunt maximæ quoad nos ſcilicet, ſic, dico, & etiam *habent nominationes relictas*, id eſt, deficientes, *ab actima veritate eorum*, id eſt, ab his quæ ſecundum veritatem efficiunt in nobis: eorum interrogatiuè, quaſi dicat, quamuis nominentur his quæ ſunt optima apud nos, adhuc tamen ſecundum veritatem excedunt tales ſimilitudines & talia nomina. *Eloquium*, id eſt, 1.Cor.2. Iſaiæ.64. Deinde exponit quid dicatur ſinus Abraham, & de quo dicantur beatę quietes in quibus omnes ſancti recipiuntur ad ineffabilem perfectionem *Patriarcharum*, quibus ſpecialiter promiſſiones factæ ſunt, *omnes deiformes*, id eſt, omnes ſanctos, *conſummationem*, id eſt, perfectionem, ſcilicet beatitudinem.

11. Dices fortè, vtique hæc quidem rectè dicta eſſe à nobis, dubitare verò hoc, quare diuinam bonitatem ſummus ſacerdos deprecatur, peccatorum petens dormienti remiſſionem, & deiformibus æquipotentem & lucidiſſimam partem. Si enim retributiones recipiat vnuſquiſque à diuina iuſtitia, quæ in præſenti vita bonorum aut malorum peregit, finiuit autem ſecundum hanc vitam proprias operationes qui dormiuit, quomodo per quandam ſummus ſacerdos orationem in alteram requiem tranſuehet vltra dignitatem eius?

DIVISIO ET expoſitio textus.

Dices fortè, &c.

A HIc oſtendit contra determinata, & diuiditur in partes tres. In prima ponit dubium quod in ſecunda confirmat, ibi, *Et quidem huic vitæ, &c.* In tertia ſoluit, ibi, *Dico autem eloquia ſequens, &c.* Eſt ergo dubium contra hoc quod dictum eſt, quod ſacerdos petit mortuum fieri conſortem ſanctorum, quod remittantur ſibi peccata: retributiones enim in altera vita reſpondent operationibus iſtius vitæ, ſicut ait Apoſtolus ſed in morte finiuntur operationes præſentis vitæ: ergo fruſtrà petitur aliquid pro eo quod non poſſit fieri mutatio ſtatus eius. *Deiformibus*, id eſt, ſanctis, *qui dormiuit*, id eſt, qui mortuus eſt.

Et quidem huic vitæ reſpondentem habebit partem vnuſquiſque, 12.
bene ſcio eloquia ſequens. Sæpè enim inquit Deus aduerſum ſe: Et 2.Cor.5.
feret vnuſquiſque per corpus ea quę geſsit, ſiue bona, ſiue mala. Quia verò iuſtorum orationes & ſecundum hanc vitam & quantò magis poſt mortem in his qui digni ſunt ſacris orationibus, operantur tantummodo, eloquiorum nos docent traditiones verè? Aut quid à Samuel Saul adeptus eſt? Quid autem Hebræorum populo profuit prophetica oratio? Etenim tanquam ſi quis, ſole propria donante lumina, illæſis oculis, in participatione ſolaris luminis petit fieri, proprios aſpectus exterminans: ſic ad impoſsibiles concupiſcit & ſuperfluas ſpes, qui ſanctorum ſummè mirabilium orationes & ſecundum naturam eorum ſanctas operationes flagitans, per negligentiam diuinis donis & manifeſtiſsimis & deiformibus mādatis recedet.

EXPOSITIO TEXTVS.

DEINDE confirmat dubitationem, dicens, hoc certum eſſe ex diuina Scriptura, quod vnicuique retribuetur ſecundum quod in hac vita geſſit: ſi igitur malis orationes factæ non proſunt etiam dum in hac vita ſunt, ſi ipſi ad malum ſe conuertant recedentes à Deo, ſicut ſi quis eruens ſibi aut claudens oculos, peteret participare lumen ſolis, petitio & deſiderium ſuum eſſet vanum: multò minus malis mortuis proſunt ſanctorum orationes, quia viuentes adhuc habent operationes ſecundum hanc vitam quibus poſſunt mereri, mortui verò non. A

Sed ad huius euidentiam ſciendum eſt, quòd malis dum viuunt, valēt orationes ſanctorum, & merentur illis primam gratiam, ſicut Stephanus Paulo, quamuis ipſe malus nunquam cōſequatur gratiam, ſi ſemper auertatur à Deo, quia Deus non operatur gratiam in nobis ſi voluntas diſſentiat. De damnatis autem poſt mortem dicendū, quòd orationes B

oratio nes ſanctorum non valent niſi per accidens: cùm enim in pœna eorum ſit ignis exterius, & vermis conſcientiæ affligens interius, pœna quidem ignis nunquam diminuetur, non enim poteſt diminui peccatum cui debetur pœna: vermis autem conſcientiæ vel eſt de malo quod fecit, & ſic non diminuitur, cum peccatum non remittatur: aut eſt de bono quod debuit facere, & ſic etiam non diminuitur: aut eſt de hoc quod indignum ſe exhibuit vt pro ipſo aliquid boni fieret, & quantum ad hoc ſolum poteſt diminui pœna eius per ſuffragia viuentium, dum ſentit aliquid boni pro ſe fieri.
V de de ſacr. ſicio miſſæ tract. 3. cap. 16. Reputamus enim friuolum quod quidam dixerunt, quod poteſt ſuſpendi pœna damnatorum vſque ad diem iudicij, & quod alij dicunt, quòd proſunt ad hoc vt tormenta leuius ferant, quamuis ipſa non minuantur, volentes ſpiritualia conferre corporalibus: hoc enim eſt expreſsè contra Auguſtinum, qui dicit quòd ſi ſciret Patrem ſuum eſſe in inferno, non plus oraret pro eo quam pro diabolo, & quod ſuffragia Eccleſiæ pro valde malis ſunt viuorum ſolatia: & contra dictum Dionyſij hic: & contra dictum
Libro 34. moral. cap. Gregorij in moral. ſuper illud Iob, Æſtimabit abyſſum ſeneſcentem. Eadem, inquit, cauſa eſt, cur non oretur tunc pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nunc etiam cauſa eſt, vt non oretur pro diabolo angeliſque eius æterno igne deputatis. Non habent aliud pro ſe, niſi quod fruſtrarentur orationes ſanctorum: ſed quamuis non proſint illis pro quibus fiunt, proſunt tamen facientibus.

C *Bene ſcio, quod vnuſquiſque*, &c. *enim*, id eſt, quia, *ſæpè*, id eſt, in pluribus ſcripturæ locis dixit *aduerſum ſe*, id eſt, contra illos damnatos: Alia litera melius habet, *inquit*, ſcilicet eloquium, *Deus ſepſit aduerſum me*, & ſumitur de Iob. 19. Semitam meam circumſepſit, & tranſire non poſſum: in morte enim ſepiuntur viæ hominũ, vt vltra mereri non poſſint. *Et feret vnuſquiſque* 2. Cor. 4. *Traditiones eloquiorum nos docent*, quòd orationes ſanctorum *operantur tantummodo in his qui ſunt ſecundum hanc vitam*, ſcilicet viuentes, digni ſacris orationibus, *quantò magis poſt mortem*, id eſt, in mortuis tantum qui digni ſunt, valent. *Aut quid à Samuele, &c.* 1. Regum 16. Vſquequò tu luges Saul, cum ego proiecerim eum? *Prophetica oratio*, ſcilicet Moyſis: dicitur enim Exo. 32. quòd Moyſi pro populo oranti reſpondit Dominus, Ego in die vltionis viſitabo peccatum eorum. Et Iere. 17. Noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te. *Donante*, id eſt, immittente, *lumina illæſis oculis*, id eſt, ſanis. Et per hoc quod dicit donare, non eſt intelligendum quod immittat radios ex libertate voluntatis, cum neceſſitate ſuæ naturæ lumen immittat, donare autem propriè pertinet ad ea quæ per libertatem voluntatis communicantur: ſed loquitur per tranſſumptionem ſecundum quendam modum loquendi, quo inanimata etiam inducuntur ad loquendum: vnde dicit Commentator, Vide ne arbitreris, quòd ſolem dixeris dare ſua lumina (quomodo enim, cum inanimalis ſit, donaret?) voluntatis quippe eſt donatio: ſed eſt modus loquendi, velut ſi quis inducat ſolem dicere, Ego ſanis oculis do lumen, &c. *Exterminans*, id eſt, claudens, vel eruens, *aſpectus*, id eſt, oculos: *impoſſibiles ſpes* quas conſequi non poteſt, *& ſuperfluas*, quantum ad priuationem finis: *diuinis donis* quibus iuuatur ad bene operandum, *mandatis* quibus inſtruitur quid faciendum ſit, *manifeſtiſſimis*, quia homo dictat ſic eſſe faciendum, *deiformibus*, per effectum.

Dico autem eloquia ſequens, 13.
quòd vtiles omninò ſunt in hac vita ſanctorum orationes, ſecundum hunc modum, ſi quis diuina appetens dona, & ad participationem eorum ſacrum habitum habens, tanquam propriæ agnoſcens paruitatis, veniens ad quendam ſanctorum virorum dignatus fuerit eum ſui fieri adiutorem & conſeruum, lucrabitur omninò ex hoc orationis ſuperantem vtilitatem: conſequetur enim quæ petit dona diuiniſſima, recipiente eum diuina bonitate, & propria reuerenter conſcientia, & in ſanctis laude, petitarum ſacrarum petitionum laudabili deſiderio, & conſequenti & deiformi habitu. Eſt enim hoc diuinis iudicijs promulgatum, dignis diuina dona participare, in ordine diuiniſſimo donari per dignos tradere. Hunc ergo ſi quis dehonorauerit ſacrum ornatum, & ad militarem æſtimationem veniens, ſufficientem ſeipſum æſtimauerit ad diuinũ colloquium, & ſanctos contempſerit, & nullas petitiones dignas Deo & ne ſacras petierit, & deſiderium diuinis non corroboratum habuerit, & ſibimet conſequens conſequetur per ſeipſum imperitus petitionem.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde ſoluit, quòd orationes proſunt his, qui dignos ſe fecerunt vt eis prodeſſent, & non alijs, vt etiam dicit Auguſtinus. Dicit ergo, quòd orationes ſanctorum qui ſunt in hac vita, proſunt defunctis hoc modo, ſi aliquis veniens ad mortem habet deſiderium æternæ beatitudinis, vel etiam, viuens ſcilicet, donorum, quibus in hac vita iuuatur, & ad participationem eorum habet etiam gratiæ habitum, vt cognoſcat propriam infirmitatem, & veniat ad aliquem ſanctum virum, rogans eum orare pro ſe, con- A

ſequitur vtilitatem ſuper omnes vtilitates huius vitæ præſentis, ſcilicet diuina dona, vel in hac vita, vel in alia, & hoc propter quinque. Vnum eſt ex parte largientis, ſcilicet diuina bonitas, quæ ſui participes facit eſſe, ſecundum quod eſt proportionatur ad ipſum. Ex parte autem recipientis eſt humilitas, qua ſeipſum recognoſcens, de ſe non confidit. Aliud eſt reuerentia quam habet ad ſanctos. Aliud eſt deſiderium ad ſacra quæ petit. Præterea eſt habitus gratiæ, quâ dignus efficitur vt ſibi proſint ſanctorum orationes. Et ideò ei proſunt ſanctorum orationes, propter hoc quod dignus effectus eſt: cum ſit ſtatutum diuinum, quod communicet dona ſua dignis per alios digniores. Sed ſi aliquis præſumat de ſeipſo, volens per ſe accedere ad petendum à Deo, cum ſit indignus, & contemnat ſanctos, non petens eorum orationes, ſed ſuas indignas petitiones Deo offerens, & non habeat firmum deſiderium ſacrorum quæ petit, nihil conſequitur eorum quæ petit: quia per hoc indignus effectus eſt.

B *Eloquia*, Iacobi. 5. Multum valet oratio iuſti aſſidua. *Sanctorum*, qui ſunt *in hac vita*, *habitum*, id eſt, gratiam & charitatem vel affectum. Commentator quod interpres habitum tranſtulit, hic affectum dixit propriæ vitæ quæ ad virtutem tendit. *Agnoſcens*, id eſt, cognoſcitiuus propriæ infirmitatis, *& conſeruum*, id eſt, vt ſimul cum ipſo ſeruiat pro ſe ad Deum. Si enim non vellet ſeruire, oratio illius eſſet inutilis: *conſequetur enim* vtilitates huius vitæ: *& propria reuerente*, vel venerante ſecundum aliam literam, *conſcientia*, ſecundum quod de ſeipſo formidat, *& laude in ſanctis*, id eſt, ſecundum quod laudabiles ſanctos reputat, vt eorum auxilium quærat, Alia tranſlatio, *& p opria ſuiipſius cognitione & in ſanctis* reuerentia conſequenti, id eſt, conuenienti ad petita. *Hoc eſt promulgatum diuinis iudiciis*, vel indiciis, ſcilicet Deum *participare diuina dona dignis in ordine diuiniſſimo donari*, hoc eſt, ſecundum quod Deum maximè decet, ſcilicet tradere minus dignis per magis dignos: lex enim diuinitatis eſt per prima, ſecunda reducere: & ideò non eſt mirum ſi per ſanctiſſimos viros aliqui conſequantur ſalutem, dummodo digni ſint. *Si quis ergo dehonorauerit hunc ſacrum ornatum*, id eſt, ordinem quo inferiores per ſuperiores accipere debent, *& veniens ad militarem æſtimationem*, id eſt, ad hoc quod reputet ſe per ſe poſſe militare. Alia tranſlatio, miſeram ei actionem, & *ſufficientem ſe æſtimauerit ad diuinum colloquium*, id eſt, vt ipſe per ſe petat Deo, *& contempſerit ſanctos viros*, non petens orationes ipſorum, *&* ipſe pro ſe *nullas petitiones dignas Deo*, id eſt, apud Deum, vel vt Deus exaudiat, *& ne*, id eſt, neque *ſacras* in ſe *petierit*, *& deſiderium de diuinis non habuerit corroboratum*: ſi quis inquam talis eſt, & ideò *imperitus* per ſeipſum petens, *conſequetur per ſeipſum petitionem*, quæ eſt *ſibimet conſequens*, id eſt, ſecundum proportionem ſuorum operum. Vel aliter, & ſi quis non habuerit deſiderium de diuinis corroboratum, & conſequens ſibimet, id eſt, quod ſibi eſſet conueniens, nunquã talis conſequetur, &c. vt tota hæc clauſula quæ ſuſpenſiua eſt ab illo (*unc ergo*) interrogatiuè legatur, quaſi dicat, non, & huic concordat alia tranſlatio, quæ ſic habet. *Per ſeipſum priuabitur conſecutione petitionis impia.* Alia etiam litera habet *indiſciplinabilem*.

De dicta autem oratione, quam ſummus ſacerdos ſuperorat dormienti, in nos venientem ex diuinis noſtris ducibus traditionem dicere neceſſarium. Diuinus ſummus ſacerdos, vt eloquia aiunt, explanator eſt diuinarum iuſtificationum: Angelus enim Domini omnipotentis eſt: didicit ergo ex Deo traditis eloquiis, quia ſanctè viuentibus lucidiſſima & diuina vita ſecundum dignitatem à iuſtiſſimis redditur legibus, deſpiciente bonitate diuinæ humanitatis ingenitas eis ex humana infirmitate maculas: quoniam quidem nemo, vt eloquia aiunt, mundus à ſorde. Hæc quidem ergo ſummus ſacerdos ſcit promiſſa ex veris eloquiis: petit autem continuò fieri, donari ſanctè viuentibus ſacras retributiones, ſimul quidem in Dei imitationem deiformiter efformatas, & aliorum donatas ſicut proprias expetens gratias: ſimul autem & non mendaces promiſſiones ſciens futuras, & præſentibus manifeſtans apertè, quia ab eo ſecundum legem ſacram expetenda omnibus erit iuxta diuinam vitam conſummatis. 14.

DIVISIO ET expoſitio textus.

De dicta autem oratione, &c.

IN parte iſta Dionyſius redit ad propoſitum, & diuidit in partes duas. In prima complet theoriam orationis ab Epiſcopo factæ. In ſecunda ponit theoriam eorum quæ conſequuntur orationem, ibi, *Sed redeamus in dicta, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima complet theoriam orationis. In ſecunda oſtendit quare ſolus ſacerdos orationem dicit cui omnes intendunt, ibi, *Alij autem ſic in ſummos, &c.* Prima autem pars diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, quòd oratio ſummi ſacerdotis eſt de his quæ ſcit Deo accepta. In ſecunda oſtendit ipſi ineſſe virtutem diſcretiuam ne petat quod non eſt petendum, ibi, *Non enim ſummus ſacerdos, &c.* Dicit ergo primò, quòd de oratione quam facit Epiſcopus ſupra mortuum, oportet eum dicere A

ea quæ

ea qoæ per Apoſtolos in ipſum deueuerunt. Deinde dicit, quòd Epiſcopus debet aliis explanare ſacram Scripturam: nullus autem docere poteſt quod neſcit: ergo oportet eum ſcire ſacram Scripturam. Dicitur autem in ea, quod ſanctè viuentibus redditor à diuina iuſtitia ſecundum dignitatem ſuæ vitæ: & quamuis in eo ſint aliquæ maculæ ex infirmitate humana adhærentes (quia nullus eſt iu hac vita ſine ſorde peccati) nou tamen ſibi ea imputat diuina bonitas ex miſericordia: ergo hoc ſcit ſummus ſacerdos Deum velle, & ideò petit vt non obſtantibus peccatis illis, ſtatim defunctus conſequatur id quod ſibi debetur, ne ſcilicet differatur gloria ſua propter peccata illa leuia: & in hoc conformat ſe Deo dum procurat precibus aliorum ſalutem, vt oſtendat etiam diuinas promiſſiones eſſe veras, & quod ſancti conſequuotur illas: aliter enim fruſtrà peteret eas impleri, ſi Deus nòn decreuiſſet implere.

B *De dicta oratione* ſpecialiter, cum in communi dictum ſit, quòd orationes ſanctorum valent in iuſtis: vel ponit primum dictum referri ad orationes, quæ fiunt pro mortuis. *Dormienti*, id eſt, mortuo, *ducibus*, id eſt, Apoſtolis, *dicere*: alia litera, *diſcere*. *Explanator*, quia legem requirent ex ore eius, vt dicitur Mala. 2. *Iuſtificationum*, quibus pro meritis reddit vnicuique, vel etiam iuſti fiunt: *omnipotentis* nostra litera exercituum habet *Iugis*, id eſt, legibus, *deſpiciente*, id eſt, oou imputante, *humanitatis*, id eſt, motiuo benignitatis, *ingenitas*, quia ex corruptione fomitis in nobis quaſi ineuitabiliter cauſatas, *maculas*, ſcilicet venialia peccata, *vt eloquia*, Iob 15. Quid eſt homo vt immaculatus ſit? Et 1. Ioan. 3. Si dicimus quia peccatum, &c. *continuo*, id eſt, ſtatim, orat enim ne differatur gloria debita, & ſic oratio eius oou valet pro his qui in inferno ſunt, ſed qui in purgatorio. *In Dei imitationem*, qui noſtram ſalutem vult & operatur, *efformatus*, id eſt, confortatus, *expetens*, per orationem *donatas gratias aliorum* à ſe, id eſt, æterna præmia, quæ intantum gratiæ ſunt, inquantum ea non poſſumos mereri niſi per dona Dei: vnde & dona rectè dicuntur, *ſicut proprias* eis: quia ex quo iam meruerint per ſuſcepta, efficiuntur eis debita diuina per promiſſiones: vel *ſicut proprias* ſuas, quia eſt ſollicitus de ſalute aliorum non tantum de ſua: *præſentibus*, id eſt, ſanctis qui viuunt & offerunt, *manifeſtans quia expetenda ab eo* quæcunque petitio *ſecundum legem ſacram*, id eſt, quæ legi conſonat, *erit omnibus conſummatis, &c.* id eſt, adimplebitur in omnibus qui in ſancta vita ſunt mortui.

15. Non enim ſummus ſacerdos diuinæ iuſtitiæ propheta peteret aliquando, niſi à Deo amabilia, & ab eo donari diuinitus promiſſa. Propter quod pro immundis non orat hic dormientibus: quoniam non ſolum prophetico in hoc auerteretur ordine, & quid hierarchicorum ſuperbè auderet à perfectionum principe mouendus, ſed quia iniuſtam orationem non conſequeretur, à iuſto eloquio ipſe non immeritò audiens, Petitis, & non accipitis, quia malè petitis. Ergo diuinus ſummus ſacerdos expetit diuinitus promiſſa, & amabilia Deo, & omnino donanda: & hoc proprio deiformiter habitu oſtendens bonorum amicorum Deo, & præſentibus apertè manifeſtans ſanctis futura dona.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Non enim ſummus, &c.

Hic oſtendit, quòd ſummus ſacerdos habet diſcretiuam virtutem, ne pro indignis petat, & primò oſtendit hoc: deinde probat per authoritatem ſacræ Scripturæ, quod eorum eſt in diſcernendo ſequi diuinam determinationem, ibi, *Sic & diſcretiuas, &c.* Dicit ergo primo, quòd cum ſummus ſacerdos ſit doctor diuinæ iuſtitiæ, non petit niſi quæ Deo placent & quæ à Deo promiſſa ſunt: & ideò oportet, quòd ſciat diſcernere ſanctos ab immundis, ne immundis mortuis petat ſanctorum præmia, quæ illis dare non vult Deus, vt illis promiſit: ſi enim peteret pro talibus, peccaret contra gradum proprium, cuius dignitas eſt, vt ſemper moueatur ſecundum Deum, & præſumptione attentaret in ſacra quæ indignis peteret, vnde non exaudiretur: & ideò ſemper petit quæ Deo placent, & quæ ab ipſo donata ſunt: vnde cum petit pro ſanctis, oſtendit affectum ſuum conformem diuinæ voluntati, & quòd promiſſa complenda ſunt in ſanctis. *Non enim*, ac ſi diceret, quòd propter hoc manifeſtat, quia non peteret niſi Deo placerent. *Propheta*, id eſt, Doctor, *iuſtitiæ*, quæ ſecundum merita hominibus reddit, *immundis*, id eſt, damnatis in inferno: *quoniam* ipſe pontifex *mouendus* in omnibus: alia tranſlatio, *motus a principe perfectionum*, ſcilicet Deo, id eſt, qui in omnibus debet ſequi diuinam ordinationem, *non ſolum in hoc*, id eſt, propter hoc, ſed & faceret contra dignitatem ſui gradus ordinis, *& non ſolum ſuperbe*, id eſt, præſumptuosè, *auderet quid hierarchicorum*, id eſt, attentaret excedere hierarchiæ actiones, dum proprio nutu eis vteretur, non ſecundum quod à Deo ordinatú eſt, noo ſolum peccaret propter dicta, *ſed* etiam *quia non conſequeretur* ſuam *iniuſtam orationem*, qua damnatis præmia iuſtorum peteret: ipſe, dico, *audiens à iuſto eloquio non immeritò*, id eſt, non irrationabiliter tantum, *Petitis, &c.* Iacobi 4. *Expetit*, dico, *& oſtendens* hæc ſcilicet *eſſe amabilia Deo*, *proprio habitu*, id eſt, affectione, *deiformiter Deo amico bonorum*, ſuus enim affectus eſt deiformis, in hoc quod appetit bonum ſicut Deus etiam aliis, vt ſuprà, *& manifeſtans præſentibus ſanctis, &c.* vel *dona futura*.

16. Sic & diſcretiuas habent ſummi ſacerdotes virtutes manifeſtatorias diuinarum iuſtificarionum, non vt ipſorum irrationabilia deſideria ſapientiſſima diuinitate miniſtratoriè ſequente, ſed vt ipſis propheticè, ſubmouente perfectionis principe ſpiritu, vocatos Deo iuxta di-

Ioan. 20. gnitatem ſegregantibus. Accipite enim, air, Spiritum ſanctum: quorum dimiſeritis peccata, dimittuntur: quorum retinueritis, retinebuntur. Et diuina reuelatione ſanctiſſimi Patris illuminato eloquio

Matth. 16. aiunt: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis: tanquam Euangeliſta illo & omni iuxta ipſum ſummo ſacerdote ſecundum in eo factas paternarum ſanctificationum reuelationes, manifeſtator & conſummator, amicos Dei adducente, & impios exhæreditante. Sacram enim illam theologiam, vt eloquia aiunt, non per ſeipſum motus, neque carne & ſanguine reuelantibus, ſed à Deo inuiſibiliter eum propria docente reſpondit: Tu es Chriſtus filius, &c. Diuinis ergo ſummis ſacerdotibus ſic & diſcretionibus, & omnibus hierarchicis virtutibus vtendum, quoquo modo conſummationis princeps eos diuinitas mouerit.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sic & diſcretiuas habent, &c.

A HIc dicit per authoritatem ſacræ Scripturæ, quòd propter hoc habent virtutem diſcernendi, non vt Deus ſequatur eorum irrationabilia deſideria, ſed vt ipſi moti à Spiritu ſancto, diſcernant ſecundum quod à Deo diſcreti ſunt: & propter hoc quando Deus dedit poſt reſurrectionem diſcipulis poteſtatem ligandi atque ſoluendi, dixit eis, Accipite Spiritum ſanctum, vt oſtenderet, quòd non deberent hoc facere, niſi inſtinctu Spiritus ſancti. Et ſimiliter quando ſpecialiter datæ ſunt beato Petro claues, dictum eſt de eo, quod Pater cæleſtis & non caro aut ſanguis reuelauit ſibi teſtimonium quod de Chriſto protulerat, ſcilicet vt per hoc oſtenderetur quod ipſe & alij omnes Pontifices qui habent vicem eius, debent vſum clauium ſecundum diuinas reuelationes exercere, vel in excludendo malos à cæleſti hæreditate, vel introducendo bonos & amicos Dei: & ideò in hoc & in omnibus aliis hierarchicis actionibus debet Pontifex ſequi diuinum motum. *Diſcretiuas virtutes*, ſcilicet duas claues, ſecundum vnam quarum fit diſcretio inter lepram & non lepram, mundos & immundos, & ſecundum alteram fit executio ligando & ſoluendo, facta diſcretione inter ligandos & ſoluendos: *manifeſtatorias diuinarum ſanctificationum*, vt ſcilicet in ipſis videatur diuina iuſtitia per conformitatem ad ipſum: vel ita quod non propria authoritate & arbitrio hi audeant diſcernere bonos à malis, ſed ſolum manifeſtando aliis iudicium diuinum iuſtum hoc iam decreuiſſe, *vt*, tanquam, *miniſtratoriè*, id eſt, ancillariter, ancillaretur enim diuina ſapientia, ſi ſequeretur hominum deſideria, & non magis homines eius diſcriminationem: ſed hoc modo diſcretiuas, *vt*, id eſt, tanquam *ipſis* ſummis ſacerdotibus, *propheticè*, id eſt, diuina inſpiratione, *ſegregantibus vocatos à Deo*, à peruerſis, & hoc *Spiritu principe perfectionis*, id eſt, Spiritu ſancto, *ſubmouente*, id eſt, dirigente & inſtigante eos. *Ait* Dominus Ioã. 19. *Eloquio*. Matth. 16. Petro *illuminato*, *ſecundum diuinas reuelationes ſanctiſſimi Patris* Chriſti: alludit ad id quod dicitur, Sed pater meus, &c. *Tanquam illo Euangeliſta*, id eſt, beato Petro Euangelij præcone, *& omni ſummo ſacerdote iuxta ipſum*, id eſt, dignitatem eius habente. Alia tranſlatio, & omnis qui ſimilis eſt ei Pontifex. *Adducente amicos Dei* in regnum Dei, *& exhæreditante impios* à cæleſti hæreditate, *ſecundum reuelationes, &c.* ſicut qui eſt *manifeſtator* diuinorum iudiciorum & *conſummator*, id eſt, perfector ſubditorum: alia tranſlatio, *manifeſtatiuè* & *conſummatoriè*, & eſt planior, id eſt, illuminando & perficiendo in diuinis. *Theologiam*, ſcilicet, tu es Chriſtus filius Dei viui, *diſcretionibus* quantum ad vſum clauium, *& omnibus* quantum ad alia quæ ad actiones hierarchicas pertinent.

Aliis autem ſic in ſummos ſacer- 17.
dores in quibuſcunque agunt hierarchicè, attendendum tanquam à Deo commotos. Spernens enim Luc. 10.
vos, air, me ſpernit.

EXPOSITIO TEXTVS.

A DEINDE dicit, quòd cum ipſe debeat agere motus à Deo, alij ſubditi debent attendere ad ipſum, vt ſequantur eum & obediant ſibi tanquam moto à Deo: & hoc probat per authoritatem Euangelij, & hoc eſt quod ipſo ſolo orationem dicente, omnes ad ipſum attendunt. *Aliis*, ſcilicet ſubditis, *in quibuſcunque agunt hierarchicè*: quia ſi aliquid agunt contra ordinem hierarchicum, in hoc non ſunt ſequendi, ſicut dicitur Matth. 23. Quæcunque dixerit vobis, omnia facite, &c. Et Dominus Luc. 10.

18. Sed redeamus in dictæ orationis conſequentiam. Perficiens enim eam ſummus ſacerdos, & ipſe ſalutat dormientem, & deinde præſentes omnes: delectabilis enim eſt & honorabilis omnibus deiformibus ſecundum diuinam vitam conſummatus. Poſt verò ſalutationem infundit oleum dormienti ſummus ſacerdos. Memento autem, quòd ſecundum ſacram theogeneſiam ante diuiniſſimum baptiſma, prima participatio ſacri ſymboli donatur perficiendo, poſt vniuerſalem prioris veſtimenti depoſitionem vnctionis oleum: in fine autem omnium nunc ſuper dormientem oleum effunditur. Et tunc quidem olei vnctio ad ſacra certamina vocat conſummandum: nunc verò infuſum oleum manifeſtat, ſecundum ipſa ſacra certamina militantem conſummatum dormientem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sed redeamus, &c.

A HIc ponit theoriam eorum quæ conſequuntur orationem, & diuiditur in partes tres. In prima ponit theoriam oſculi. In ſecunda vnctionis, ibi, *Poſt ſalutationem vero, &c.* In tertia ſepulturæ, ibi, *Hæc perficiens ſummus, &c.* Primò ergo dicit, quòd dicta theoria orationis redeundum eſt ad ea quæ conſequuntur orationem. Hoc ergo, quòd Epiſcopus & omnes alij expleta oratione oſculantur defunctum, ſignificat quòd ille qui moritur in diuina vita, non eſt abominabilis, ſed delectabilis omnibus ſanctis. *Redeamus*, propter digreſſionem quam fecerat de virtutibus diſcretiuis & viu earum: *conſequentiam*, id eſt, in ea quæ conſequuntur ad orationem in ritu iſto. Alia litera, *conſequentia*. *Perficiens*, id eſt, explens *eam*, ſcilicet orationem, *honorabilis*, id eſt, reuerendus, *conſummatus*, id eſt, mortuus. Deinde dicit, quòd in baptiſmo primò recepit vnctionem, poſt veſtium depoſitionem tanquam vocandus ad certandum pro Chriſto: ita nunc vltimò inungitur oleo, vt oſtendatur mortuus pro Chriſto in hac vita militaſſe. *Salutationem*, id eſt, oſculum. *Prima*, quia ante hoc nullum ſacramentum dabatur neque ſacramentale, *perficiendo*, id eſt, baptizando, *theogeneſiam*, id eſt, diuinam generationem, id eſt, baptiſmum, *vniuerſalem*, quia erat primò quædam particularis exuitio quam non ſtatim ſequebatur vnctio, ſed abrenuntiatio, vt in ritu baptiſmi dictum eſt, *dormientem*, id eſt, mortuum.

19. Hæc perficiens ſummus ſacerdos reponit in domo pretioſa corpus cum aliorum æquipotentum ſacris corporibus. Si enim in anima & corpore Deo amabilem vitam qui dormiuit viuebat, pretioſum erit cum ſancta anima commilitans ei corpus ſecundum diuinas collationes: vbi diuina iuſtitia cum proprio corpore Chriſti donabit retributas quietes, tanquam coeunti & comparticipanti ſacræ aut contrariæ vitæ. Propter quod & ſacrorum diuina legiſlatio diuinas communicationes ambobus donat: animæ quidem, in pura contemplatione & ſcientia perfectorum: corpori verò per diuiniſſimum tanquam in imagine vnguentum, diuinæque communicationis ſacratiſſima ſymbola, totum hominem ſacrificans, & vniuerſalem eius ſalutem ſacrificans, & conſummatiſſimam ipſius reſurrectionem futuram fore denuntians, & Catholicam ſanctificationem. Conſummatiuas autem inuocationes non eſt iuſtum ſcripturas interpretantibus neque myſticum earum aut in ipſis operatas ex Deo virtutes ex occulto ad commune educere: ſed, vt noſtra ſacra traditio habet, ſine pompa eas edocens doctrinis: & ad diuinorem habitum & anagogen amore diuino & operationibus ſanctis perfectus, extra perfectiua illuminatione aſcendet ad excellentiſſimam eorum ſcientiam.

EXPOSITIO TEXTVS.

DEINDE dicit, quòd Epiſcopus his peractis reponit corpus defuncti in cimiterio cum corporibus aliorum ſanctorum: vt oſtendat, quòd ille qui ſecundum animam & corpus in ſeruitio vixerit, non ſolum ſecundum animam, ſed etiam ſecundum corpus recipiet quietem à Deo, quod animæ collaborauit: & ideò noſtra hierarchia communicat etiam diuina, vngendo Chriſmate, & dando Euchariſtiam: & animæ quæ contemplatur ſpiritualia in ſymbolis, & in eorum ſcientia perficitur: vt ſcilicet oſtendatur, quòd in A

reſurrectione perficietur anima & corpus. Vltimò dicit, quòd orationes quibus vtuntur ſummi ſacerdotes in conſecratione ſacramentorum, non debent publicari ab interpretatoribus ſacræ Scripturæ, neque etiam occulta myſteria quæ in illis continentur, neque diuinæ virtutes in ipſis exiſtentes, ſed debent occulta teneri ſicut nobis occultè tradita ſunt ſecundum diſpoſitionem noſtræ hierarchiæ: & ſoli illi qui ſunt perfecti diuino amore & ſanctis operationibus, poterunt aſcendere ex ſtatu illuminationis ad altiſſimam ſcientiam illarum inuocationum. *In domo pretioſa*, id eſt, in cimiterio, quia erat fortè aliqua honeſta domus iuxta Eccleſiam ad hunc vſum deputata: *aliorum* ſcilicet ſanctorum *æquepotentum* ſibi in ſanctitate, *qui dormiuit*, id eſt, qui mortuus eſt, *viuebat vitam*, ſicut etiam dicebat Priſcianus, Viuo vitam, ſedeo ſcamnum, ambulo iter. *Secundum diuinas collocationes*, id eſt, ſecundum loca in quibus collocabantur, vel ſecundum quod in Deo fuerunt in vita iſta firmiter collocati: alia tranſlatio, *ſudores ſecundum quod in diuino ſeruitio laborando ſudarunt*: *vbi*, id eſt, in quibus collocationibus *donabit* corpori defuncti *quietes* cum corpore Chriſti. Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Alia litera, *Ipſi*, ſcilicet animæ, *cum corpore proprio*, &c. *coeunti*, ſcilicet corpori, vel animæ ſecundum ſecundam literam, *comparticipanti*, id eſt, cooperanti: alia tranſlatio, *coambulabili*: *aut contraria*, ſcilicet *vita* peccati. *Legiſlatio*, ſcilicet hierarchiæ noſtræ, *ambobus*, ſcilicet animæ & corpori, *contemplatione* quantum ad illuminationem, *in pura* quantum ad purgationem, *ſcientia* quantum ad perfectionem: *vnguentum*, ſcilicet Chriſma, *in imagine*, id eſt, in figura alicuius ſpiritualis *communicationis*, id eſt, Euchariſtiæ, *ſacrificans*, id eſt, ſacrefaciens, *vniuerſalem*, id eſt, ſecundum animam & corpus, *conſummatiſſimam* propter perfectionem gloriæ ſuper perfectionem naturæ, *Catholicam*, id eſt, vniuerſalem. Alia tranſlatio, *Catholicis ſanctificationibus*, id eſt, quę ſecundum fidem Catholicam fiunt. *Inuocationes conſummatiuas*, id eſt, quibus ſacramenta conſecrantur, *myſticum*, id eſt, occultum, *virtutes ex Deo operatas*, quia virtus diuina in his operatur, *ad commune educere*, id eſt, publicare: *ſine pompa*, id eſt, ſine manifeſtatione. Alia tranſlatio, *inegreſſibilibus doctrinis*, quia non egrediuntur ad manifeſtum: & quamuis hoc ſit, tamen *perfectus diuino amore* quantum ad formam operis, *& ſanctis operibus* ad *diuiniorem habitum & diuiniorem anagogen* participandum quam alij participant, *aſcendet*, ex *illuminatione telearchica*, id eſt, quæ conſiſtit in ipſis teletis, ſecundum quarum communicationem & inſpectionem eſt ſtatus illuminatorum, *ad excellentiſſimam ſcientiam earum*, ſcilicet inuocationem, in quibus etiam eſt altior theoria quam in aliis quę pertinent ad teletam, & hoc dicitur ſecundum perfectionis ſtatum. Alia litera habet, *extra perfectiua*, id eſt, pluſquam perfectiua, & hoc reſpectu aliorum quæ ſunt in teletis. Alia tranſlatio, *perfectus ab illuminatione principij perfectionis*, id eſt, Dei, *ſurſum agens ad ſupremam*, id eſt, ad ſummam *iſtorum ſcientiam*.

Quod autem & pueros nondum diuina intelligere valentes, ſacræ participes 20.
fieri diuinę generationis, & ſacratiſſimarum diuinæ communicationis ſymbolorum, videtur quidem, vt ais, immundis blaſphemo riſu dignum, ſi audire non valentes edocent ſummi ſacerdotes diuina, & non intelligentibus imagines tradunt ſacras traditiones: & quod adhuc riſibilius, quomodo pro eis alij abrenuntiationes dicunt, & ſacras confeſſiones. Oportet tuam hierarchicam intelligentiam non anguſtari in errantibus, ſed & timens ſimul & eorum luciducatus gratiam diligens, defendere aduerſus ab eis prolatas inſidias, proponentem, & hoc iuxta legem diuinam, quia non in noſtra ſcientia omnia diuina circumſcribuntur, multa autem nobis ignotorum cauſas habent diuinas, nobis quidem ignotas, notas verò noſtrorum melioribus ordinibus. Multa autem & excellentiſſimas eſſentias latuere, & à ſola diligenter cognita ſunt ſapientiſſima & ſapientifica diuinitate.

EXPOSITIO TEXTVS.

Quod autem & pueros, &c.

IN parte iſta intendit quoddam dubium declarare, quare ſcilicet pueri recipiantur ad baptiſmum, cum nihil de diuinis intelligant. A

DVBIVM.

SED VIDETVR, quòd hoc pertineat ad baptiſmum, & quod debuerit determinari in tractatu baptiſmi, & non hic. B

Et dicendum, quòd baptiſmus habet quandam conuenientiam cum morte corporali: eſt enim mors ſpiritualis, qua homo peccato & concupiſcentiis carnis moritur, vnde dicitur Rom. 6. Conſepulti eſtis Chriſto per baptiſmum in mortem. Et hoc etiam in tractatu baptiſmi dixit Dionyſius: & ideò non fuit inconueniens, quod ea quæ pertinent ad baptiſmum, tractarentur in tractatu defunctorum, & præcipuè de baptiſmo paruulorum, qui non intelligunt ea quæ circa ipſos fiunt, ſicut nec mortui: vnde vtrumque dixit ſubiacere immundorum riſui. Et præterea hoc non pertinet ad tractatum baptiſmi: quia hîc non tangitur effectus baptiſmi, hic enim determinatus eſt, nec etiam pertinet ad alium tractatum: ſed ideò ponitur in hoc ſicut dubitatio incidens contra determinata, & pręcipuè cum hæc dubitatio ſit cõmunis duobus ſacramentis, ſcilicet baptiſmo & communioni.

DIVISIO ET *expoſitio textus.*

DIuiditur autem hæc pars in duas partes. In prima determinat dictam dubitationem. C
In ſecunda recapitulat quod dixerat in toto libro, ibi, *Tanta ô puer, &c.* Prima autem pars diuiditur

ditur in duas. In prima oſtendit neceſſitatem determinandi iſtam dubitationem. In ſecunda determinat, ibi, *Veruntamen & de hoc, &c.* Prima pars diuiditur in duas. In prima parte ponit neceſſitatem ex parte infidelium, ne ſcilicet derideant. In ſecunda ex parte ipſius Timothei, ibi, *Oportet tuam hierarchicam, &c.* Dicit ergo primò, quòd infidelibus videtur dignum riſu, ſi pueri recipiuntur ad baptiſmum, & ad communicationem corporis Chriſti, cum nihil intelligant de diuinis, & ita etiam deberent doceri à ſummis ſacerdotibus tradendo eis ſacramenta quæ ſunt ſigna ſpiritualium: & hoc videtur adhuc magis deriſibile, quod quando pueri baptizantur, patrini ipſorum, loco eorum confiteantur fidem & renuntient ſatanæ & pompis eius. Hoc *quod pueros diuina fieri*, &c. *Videtur*, &c. *Symbolorum*, id eſt, corporis & ſanguinis Chriſti.

DVBIVM.

D Sed videtur hoc eſſe falſum: quia paruis non datur communio corporis Chriſti.

Et dicendum, quòd non taliter intelligitur, quòd datur eis ſtatim poſt baptiſmum, dum adhuc ſunt lactantes, ſed quando aliquantulum creuerunt, ſicut quando ſunt quinque annorum, erat conſuetum eis dari vt nutrirentur & aſſueſcerent ſequi diuina. Vel aliter poteſt dici, quòd non dabatur eis corpus Chriſti, ſed aliquid de lotura calicis, in quo remanſerat aliqua pars ſanguinis, ſicut adhuc eſt conſuetudo apud aliquas Eccleſias, vt aliquo modo participes efficerentur diuinorum.

EXPOSITIO TEXTVS.

E *Vt ais*, id eſt, dicis, quia ad interrogationem eius hoc ſcripſit, & totum librum. *immundis*, id eſt, infidelibus: *imagines*, id eſt, ſpecies ſacramentales, quæ ſunt figuræ ducentes in ſpiritualia: *ſacras traditiones*, id eſt, ſacramenta, *pro eis*, ſcilicet pueris: *alij*, id eſt, patrini: *confeſſiones*, ſcilicet fidei. Deinde aſſignat neceſſitatem ex parte ipſius Timothæi. Dicit, quòd non oportet eum anxiari & curare deriſionem errantium, ſed debet aduerſum eorum inſidias veritatem fidei defendere: duo obſeruans, ſcilicet reuerentiam ad diuina, ne præſumptuosè vltra ea quæ nobis tradita ſunt, de diuinis præſumat: & amorem ſalutis errantium, vt per veritatem illuminentur, ne eos negligens à reddenda ratione deſiſtat: & vt reuerentiam diuinis ſeruet, debet hoc proponere eis quos vult inſtruere, quòd non omnia tradita ſunt nobis à Deo in ſcientia noſtræ hierarchiæ, ſcilicet in libris ſacræ Scripturæ: vnde in multis neſcimus reddere rationem de diuinis, quas tamen Angeli ſciunt, & multa etiam Angelos latent, quę ſoli Deo perfectè ſunt cognita. *Hierarchicam*, id eſt, quæ decent hierarchiam, vel de rebus hierarchicis, *anguſtari*, id eſt, coarctari, *in errantibus*, id eſt, propter deriſiones infidelium: ſed *oportet te defendere* fidei veritatem *aduerſus inſidias*, id eſt, anguſtias callidè fictas ad ſubuerſionem fidei, *prolatas ab eis*, ſcilicet infidelibus: ita tamen quod ſis timens, id eſt, reuerentiam ſeruans ad diuina, *& ſimul* cum hoc ſis *diligens gratiam luciducatus eorum*, id eſt, vt habeas gratiam ducēdi eos in lucem: defendere, dico, *proponentem* hoc & cætera *multa*, de numero *ignotorū*, *melioribus*, id eſt, angelicis eſſentiis, ſcilicet Angelis, *diligenter*, id eſt, perfectè.

Verumtamen & de hoc ea dicimus, quæ quidem deiformes noſtri ſancti perfectores ab antiqua erudiri traditione ad nos adducebant. Aiunt enim, quod quidem eſt verum, quia ſecundum legem diuinam ducti infantes, ad habitum ſanctum venient, omni purgandi errore & immunda vita. Multum hoc diuinis noſtris ducibus in animum veniens, probauerunt recipi infantes ſecundum hunc ſacrum modum, ita vt naturales adducendi pueri parentes, tradant puerum cuidam eruditorum bono in diuina pedagogo, & de cætero puerum ſub ipſo perfici tanquam ſub diuiniſſimo patre & ſalutis ſacræ anadocho. Hunc ergo ſummus ſacerdos confitentem iuxta diuinam educare puerum vitam, repetit abrenuntiationes confiteri & ſacras confeſſiones: non vt illi forſan ridentes dixerunt, alium pro alio diuina docens: neque enim hic ait, Sic ego pro puero abrenuntiationes aut ſacras confeſſiones facio, ſed quia puer abrenunciat, hoc eſt, Confiteor puerum credere in ſenſum ſacrum venientem, noſtris diuinis anagogis, abrenuntiare quidem vniuerſaliter contrariis, confiteri autem & cooperari diuinas confeſſiones. Nihil ergo, vt æſtimo, inconſequens, ſi ſecundum diuinam puer anagogen educatur, ducem anadochum ſacrum habens, habitum ſibi diuinorum inſinuantem, & cuſtodem à contrariis peritum. 21.

DIVISIO. ET expoſitio textus.

DEinde determinat dubitationem, & primò quantum ad baptiſmum, ſecundò quantum ad communionem, ibi, *Tradit autem puerum, &c.* Circa primum duo facit. Primò ponit cauſam per quam ſoluitur dubitatio, & à quibus accepta ſit. Secundò concludit propoſitum, ibi, *Nihil ergo, vt æſtimo, &c.* Dicit ergo primò, quòd in hac quæſtione oportet nos dicere ea quæ ab Angelis in nos deuenerunt: dicunt enim, quòd parui nutriti ſecundum legem diuinam quando veniunt ad perfectam ætatem, erunt liberi ab erroribus & peccatis, quia quod noua teſta capit inueterata ſapit: & hoc cogitantes Apoſtoli, placuit eis quòd parui recipiantur ad baptiſmum, cum etiam non ſit facile inueteratum in alio ritu, perfectè legi noſtræ ſe conformare, ſicut illi qui à pueritia ſecundum illam enutriti ſunt. Ita tamen voluerunt eos recipi, quòd parentes carnales pueri tradant eum alicui erudito in fide Chriſti inſtruendum, ſicut ſub ſpirituali patre: & hic eſt patrinus pueri: & ideò ſummus ſacerdos petit à patrino vt confiteatur fidem & abrenuntiet ſatanæ, non ita quod ipſe in perſona ſua loquens abrenuntiet loco pueri & confiteatur, A

tur, ſed confitetur, in perſona pueri loquens, ita quod abrenuntiatio & confeſſio referatur ad puerum: dicit enim abrenuntio, ac ſi diceret, Puer iſte abrenuntiat, & promitto quod puer iſte quando veniet ad perfectum vſum intellectus, credet ea quæ fidei ſunt, & abrenuntiabit contrariis: & ita non eſt inconueniens, ſi puer reducitur in diuina participando ſacramenta mediante patrino ſuo, qui debet eum inſtruere & cuſtodire à contrariis, quando ad ætatem peruenerit. *Veruntamen*, quaſi dicat: Quamuis multa nos neſciamus, in hac tamen quæſtione poſſumus dicere quod ab aliis accepimus. *Perfectores*, id eſt, Apoſtoli, *ab antiqua traditione*, id eſt, per doctrinam Chriſti qui dixit, Sinite paruulos venire ad me. Matth. 19. & à veteri lege, in qua pueri circumcidebantur & offerebantur. *Ducti*, id eſt, nutriti. *Ducibus*, id eſt, Apoſtolis, *in animum*, id eſt, in cognitionem & deſiderium, *probauerunt*, id eſt, approbauerunt: *adducendi*, ſcilicet ad baptiſmum, *cuidam bono* viro de numero *eruditorum* in fide Chriſti, *pedagogo in diuina*, id eſt, qui ad modum pedagogi eum in diuinis inſtruat, & tradant *puerum perfici*, id eſt, inſtrui *ſub ipſo*, *diuiniſſimo*, id eſt, ſpirituali, *anadocho*, id eſt, ſurſum ductore, id eſt, patrino. *Hunc*, ſcilicet patrinum, *confitentem*, id eſt, promittentem, *repetit*, id eſt, pluries petit: *illi*, ſcilicet infideles: *ait*, non in perſona ſua loquens, ſed in perſona pueri: *venientem in ſacrum ſenſum*, id eſt, in ætatem in qua ſacto intellectu ſecundum fidem vti poſſit: *anagogis*, id eſt, doctrinis quibus ſurſum ducetur: *contrariis*, ſcilicet erroribus & peccatis, *cooperari*, ſcilicet ſimul credendo, ſecundum ea cooperari. *Inconſequens*, id eſt, inconueniens, *æſtimo*, propter imperfectam expoſitionem, *educatur*, id eſt, nutritur, *anagogen*, id eſt, ſecundum vitam & doctrinam ſurſum ducentem, *inſinuantem*, id eſt, antecedentem vel docentem, *habitum*, id eſt, ſcientiam ſecundum fidem, *peritum*, id eſt, inſtructum.

22. Tradit autem puerum ſacris ſymbolis ſummus ſacerdos, vt in eis conuerſetur, & neque formetur vitam alteram, niſi diuina contemplantem ſemper, ſociamque eorum in profectibus ſanctis factam, habitumque ſanctum in eis validum educatumque pulchrè à diuino anadocho.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde dicit, quòd ideò ſacerdos ſummus tradit puero ſymbola corporis & ſanguinis Chriſti, vt in diuinorum participatione conuerſetur, & non informetur aliqua alia vita, niſi illa quæ eſt in contemplatione & participatione ſacramentorum, quam dixit eſſe fidelis populi, ita quod ſemper ſit de fidelium collegio, non declinans ad infidelium vitam, & vt ſemper ſit fortis in diuino habitu, in quo educatus eſt à ſuo anadocho. *Tradit puerum*, id eſt, facit eum participem, *ſymbolis* Euchariſtiæ, *in eis*, id eſt, in vſu participationis eorum, *formetur*, id eſt, informetur per aſſuefactionem, *ſociam*, id eſt, participem *eorum*, ſcilicet diuinorum, *in profectibus*, vt ſemper in ipſa proficiat: *& neque formetur* in alium habitum, *niſi habitum*, &c. *in eis*, ſcilicet diuinis, *validum*, id eſt, fortem, *educatum*, id eſt, nutritum.

Tanta ô puer & ſic bona noſtræ hierarchiæ videntur mihi vniformia ſpectacula, ab aliis autem ſimiliter intentius animo non hæc tantum viſa ſunt, lucidiora aiunt multa & deiformiora. Et tibi, vt arbitror, omninò lucebunt ſplendidiores formæ, & diuiniſſimis ductis his aſcenſionibus vtenti ad excelſiorem radium. Trade ergo ô amice & ipſe mihi perfectiori illuminatione, & oſtende meis oculis quaſcunque videre poteris pulchriores formas & vniformiores. confido enim ex his quæ dicta ſunt, ego repoſitos in te diuini ignis accendens vſque vapores 23.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde recapitulat dicens, quòd ea quæ dicta ſunt, ſunt ſpirituales contemplationes noſtræ hierarchiæ: ſed ab aliis qui intentius conſiderant, ſubtiliora videntur: & credit etiam eum per hæc quæ ei tradidit, quaſi quibuſdam gradibus poſſe pertingere ad altiora, quibus habitis petit ea ſibi tradi, ſicut & ipſe tradidit ei, quæ tempore videre potuit: & confidit, quòd per ea quæ dicta ſunt, accendet diuini amoris ignem in ipſo repoſitum, quo elenabitur ad ſublimiorem contemplationem. *Tanta*, id eſt, tam alta, vel tot, *ſic bona*, id eſt, tam vtilia ad ſurſum ducendum ſancta conuenientia, *ô puer*, ſcilicet quia miniſter Chriſti, vel propter vitæ puritatem, vel quia diſcipulus eius erat: *hierarchia*, id eſt, relatarum eius, *vniformia ſpectacula*, id eſt, contemplationes reducentes in vnum: *intentius animo*, id eſt, qui magis intenti diuinis fuerunt: hoc cauſa humilitatis dicit. *Formæ*, id eſt, ſpiritualia ſignata, *ductis*, id eſt, gradibus, *his* ſcilicet: quæ à me ſunt dicta tibi: quia *ego* ero *accendens* te *vſque* ad *vapores diuini ignis*, ſcilicet amoris, *repoſitos in te*, id eſt, quouſque diuinus amor in te repoſitus aſcendere te faciet per modum vaporis ad diuina. Alia tranſlatio, *accendam ſcintillas*, quarum ſimiliter eſt euolare ſurſum. A

D. ALBERTI MAGNI, RATISBONENSIS EPISCOPI, ORDINIS PRÆDICATORVM,

COMMENTARII

IN

LIBRVM B. DIONYSII AREOPAGITÆ Epiſcopi Athenarum, ad Timotheum Epiſcopum Epheſi,

DE MYSTICA THEOLOGIA.

PROOEMIVM.

VErè tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël Saluator. *Iſa.*45. *Ex verbis iſtis circa hanc doctrinam quæ intitulatur de myſtica Theologia, quatuor poſſunt extrahi, ſcilicet modus, materia, auditor, & finis. Modus tangitur in hoc quod dicitur,* verè, *& iſte modus eſt contentus in tota ſacra ſcriptura, quæ non rationibus humanis, plurimum dubietatis & erroris mixtum habentibus accipitur: ſed diuina inſpiratione, cui non poteſt ſubeſſe falſum & indubitata veritate firmatur. Vnde* Ioan. 17. *dicit Chriſtus ad Patrem ſuum, Sermo tuus veritas eſt. Et* Rom. 3. *Eſt autem Deus verax. &c.* Tit. 1. *Quam promiſit qui non mentitur Deus. Et* Num. 24. *Non eſt Deus vt homo vt mutetur, neque vt filius hominis vt mentiatur.* Hæbr. 6. *Impoſſibile eſt mentiri Deum.*

Materia autem huius doctrinæ tangitur in hoc quod dicitur, Deus abſconditus. *Dicitur enim myſtica, id eſt, occulta, vt in proœmio tranſlator dicit: quia tamen iuxta eum ad Dei ſapientiam per ablationem aſcenditur, tandem quid ſit Deus, clauſum & occultum relinquitur: & propter hoc occultum diuinitatis dicitur* 1. *ad* Tim. 6. *Qui habitat lucem inacceſſibilem quam nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt. Et* Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam. Et Chryſoſtomus dicit ibi, quòd nec ipſa cæleſtes eſſentiæ Deum vt eſt videre potuerunt.* Exod. 35. *Non videbit me homo, & viuet.* Iob. 36. *Vnuſquiſque intuetur eum procul. Et ſequitur ibidem: Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram.*

Primò ergo dicit, quòd Epiſcopus in oratione precatur Deum, quòd dimittat illi mortuo peccata quæ humana fragilitate contraxit, & quod conſtituat eum in luce & regione viuentium, in ſinibus Abraham, Iſaac, & Iacob, in loco vnde aufugit dolor & triſtitia, & per lucem & regionem viuentium ſignificans præmia quæ retribuuntur ſanctis, quæ ſignificantur iis quæ apud nos ſunt maximè: quamuis nihil horum quæ ſunt apud nos, proportionetur illis bonis. *Per humanam infirmitatem*, ſcilicet vel per ignorantiam, vel per ſubreptionem contigerunt propter multas concupiſcentias impugnantes nos. *Vt arbitror*: non propter dubietatem dicitur, ſed propter imperfectam expoſitionem. *Lætitia*, quę erit in patria: *componderatum*, id eſt, proportionatum, *etſi promiſſiones* factæ ſanctis *altiores omni animo* humano, quantum ad cognitionem & deſiderium, *ſignificata ſignificatiuis*, id eſt, ſimilitudinibus rerum, *maximæ noſtris proportionibus*, quæ ſunt maximæ quoad nos ſcilicet, ſic, dico, & etiam *habent nominationes relictas*, id eſt, deficientes, *ab actina veritate eorum*, id eſt, ab his quæ ſecundum veritatem efficiunt in nobis: totum interrogatiuè, quaſi dicat, quamuis nominentur his quæ ſunt optima apud nos, adhuc tamen ſecundum veritatem excedunt tales ſimilitudines & talia nomina. *Eloquium*, id eſt, 1.Cor.2. Iſaiæ.64. Deinde exponit quid dicatur ſinus Abraham, & de quo dicantur beatę quietes in quibus omnes ſancti recipiuntur ad ineffabilem perfectionem *Patriarcharum*, quibus ſpecialiter promiſſiones factæ ſunt, *omnes deiformes*, id eſt, omnes ſanctos, *conſummationem*, id eſt, perfectionem, ſcilicet beatitudinem.

11. Dices fortè, vtique hæc quidem rectè dicta eſſe à nobis, dubitare verò hoc, quare diuinam bonitatem ſummus ſacerdos deprecatur, peccatorum petens dormienti remiſſionem, & deiformibus æquipotentem & lucidiſſimam partem. Si enim retributiones recipiat vnuſquiſque à diuina iuſtitia, quæ in præſenti vita bonorum aut malorum peregit, finiuit autem ſecundum hanc vitam proprias operationes qui dormiuit, quomodo per quandam ſummus ſacerdos orationem in alteram requiem tranſueheret vltra dignitatem eius?

DIVISIO ET expoſitio textus.

Dices fortè, &c.

A Hic oſtendit contra determinata, & diuiditur in partes tres. In prima ponit dubium quod in ſecunda confirmat, ibi, *Et quidem huic vitæ, &c.* In tertia ſoluit, ibi, *Dico autem eloquia ſequens, &c.* Eſt ergo dubium contra hoc quod dictum eſt, quod ſacerdos petit mortuum fieri conſortem ſanctorum, quod remittantur ſibi peccata: retributiones enim in altera vita reſpondent operationibus iſtius vitæ, ſicut dicit Apoſtolus ſed in morte finiuntur operationes præſentis vitæ: ergo fruſtrà petitur aliquid pro eo quod non poſſit fieri mutatio ſtatus eius. *Deiformibus*, id eſt, ſanctis, *qui dormiuit*, id eſt, qui mortuus eſt.

Et quidem huic vitæ reſpondentem habebit partem vnuſquiſque, 12.
bene ſcio eloquia ſequens. Sæpè enim inquit Deus aduerſum ſe: Et 1.Cor.5.
feret vnuſquiſque per corpus ea quę geſſit, ſiue bona, ſiue mala. Quia verò iuſtorum orationes & ſecundum hanc vitam & quantò magis poſt mortem in his qui digni ſunt ſacris orationibus, operantur tantummodo, eloquiorum nos docent traditiones verè? Aut quid à Samuel Saul adeptus eſt? Quid autem Hebræorum populo profuit prophetica oratio? Etenim tanquam ſi quis, ſole propria donante lumina, illæſis oculis, in participatione ſolaris luminis petit fieri, proprios aſpectus exterminans: ſic ad impoſſibiles concupiſcit & ſuperfluas ſpes, qui ſanctorum ſummè mirabilium orationes & ſecundum naturam eorum ſanctas operationes flagitans, per negligentiam diuinis donis & manifeſtiſsimis & deiformibus mādatis recedet.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde confirmat dubitationem, dicens, hoc certum eſſe ex diuina Scriptura, quod vni- A
cuique retribuetur ſecundum quod in hac vita geſſit: ſi igitur malis orationes factæ non proſunt etiam dum in hac vita ſunt, ſi ipſi ad malum ſe conuertant recedentes à Deo, ſicut ſi quis eruens ſibi aut claudens oculos, peteret participare lumen ſolis, petitio & deſiderium ſuum eſſet vanum: multò minus malis mortuis proſunt ſanctorum orationes, quia viuentes adhuc habent operationes ſecundum hanc vitam quibus poſſunt mereri, mortui verò non.

Sed ad huius euidentiam ſciendum eſt, quòd
malis dum viuunt, valēt orationes ſanctorum, & B
merentur illis primam gratiam, ſicut Stephanus Paulo, quamuis ipſe malus nunquam cōſequatur gratiam, ſi ſemper ſtatuetur à Deo, quia Deus non operatur gratiam in nobis ſi voluntas diſſentiat. De damnatis autem poſt mortem dicendū, quòd orationes

oratio nes ſanctorum non valent niſi per accidens: cum enim in pœna eorum ſit ignis exterius, & vermis conſcientiæ affligens interius, pœna quidem ignis nunquam diminuetur, non enim poteſt diminui peccatum cui debetur pœna: vermis autem conſcientiæ vel eſt de malo quod fecit, & ſic non diminuitur, cum peccatum non remittatur: aut eſt de bono quod debuit facere, & ſic etiam non diminuitur: aut eſt de hoc quod indignum ſe exhibuit vt pro ipſo aliquid boni fieret, & quantum ad hoc ſolum poteſt diminui pœna eius per ſuffragia viuentium, dum ſentit aliquid boni pro ſe fieri.

Vide de ſacrificio miſſæ tract. 3. cap. 16.

Reputamus enim friuolum quod quidam dixerunt, quod poteſt ſuſpendi pœna damnatorum vſque ad diem iudicij, & quod alij dicunt, quòd proſint ad hoc vt tormenta leuius ferant, quamuis ipſa non minuantur, volentes ſpiritualia conferre corporalibus: hoc enim eſt expreſsè contra Auguſtinum, qui dicit quòd ſi ſciret Patrem ſuum eſſe in inferno, non plus oraret pro eo quam pro diabolo, & quod ſuffragia Eccleſiæ pro valde malis ſunt viuorum ſolatia: & contra dictum Dionyſij hic: & contra dictum

Libro 34. moral. cap. 19.

Gregorij in moral. ſuper illud Iob, Æſtimabit abyſſum ſeneſcentem. Eadem, inquit, cauſa eſt, cur non oretur tunc pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nunc etiam cauſa eſt, vt non oretur pro diabolo angeliſque eius æterno igne deputatis. Non habent aliud pro ſe, niſi quod fruſtrarentur orationes ſanctorum: ſed quamuis non proſint illis pro quibus fiunt, proſunt tamen facientibus.

C *Bene ſcio, quod vnuſquiſque*, &c. *enim*, id eſt, quia, *ſæpè*, id eſt, in pluribus ſcripturæ locis dixit *aduerſum ſe*, id eſt, contra illos damnatos. Alia litera melius habet, *inquit*, ſcilicet eloquium, *Deus ſepſit aduerſum me*, & ſumitur de Iob. 19. Semitam meam circumſepſit, & tranſire non poſſum: in morte enim ſepiuntur viæ hominũ, vt vltra mereri non poſſint. *Et ferret vnuſquiſque* 2. Cor. 4. *Traditiones eloquiorum nos docent*, quòd orationes ſanctorum *operantur tantummodo in his qui ſunt ſecundum hanc vitam*, ſcilicet viuentes, digni ſacris orationibus, *quantò magis poſt mortem*, id eſt, in mortuis tantum qui digni ſunt, valent. *Aut quid à Samuele, &c.* 1. Regum 16. Vſquequò tu luges Saul, cum ego proiecerim eum? *Prophetica oratio*, ſcilicet Moyſis: dicitur enim Exo. 32. quòd Moyſi pro populo oranti reſpondit Dominus, Ego in die vltionis viſitabo peccatum eorum. Et Iere. 17. Noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te. *Donante*, id eſt, immittente, *lumina illæſis oculis*, id eſt, ſanis. Et per hoc quod dicit donare, non eſt intelligendum quod immittat radios ex libertate voluntatis, cum neceſſitate ſuæ naturæ lumen immittat, donare autem propriè pertinet ad ea quæ per libertatem voluntatis communicantur: ſed loquitur per tranſſumptionem ſecundum quendam modum loquendi, quo inanimata etiam inducuntur ad loquendum: vnde dicit Commentator, Vide ne arbitreris, quòd ſolem dixerit dare ſua lumina (quomodo enim, cum inanimalis ſit, donaret?). voluntatis quippe eſt donatio: ſed eſt modus loquendi, velut ſi quis inducat ſolem dicere, Ego ſanis oculis do lumen, &c. *Exterminans*, id eſt, claudens, vel eruens, *aſpectus*, id eſt, oculos: *impoſſibiles ſpes* quas conſequi non poteſt, *& ſuperfluas*, quantum ad priuationem finis: *diuinis donis* quibus iuuatur ad bene operandum, *mandatis* quibus inſtruitur quid faciendum ſit, *manifeſtiſſimis*, quia homo dictat ſic eſſe faciendum, *deiformibus*, per effectum.

Dico autem eloquia ſequens, 13.
quòd vtiles omninò ſunt in hac vita ſanctorum orationes, ſecundum hunc modum, ſi quis diuina appetens dona, & ad participationem eorum ſacrum habitum habens, tanquam propriæ agnoſcens paruitatis, veniens ad quendam ſanctorum virorum dignatus fuerit eum ſui fieri adiutorem & conſeruum, lucrabitur omninò ex hoc orationis ſuperantem vtilitatem: conſequetur enim quæ petit dona diuiniſſima, recipiente eum diuina bonitate, & propria reuerente conſcientia, & in ſanctis laude, petitarum ſacrarum petitionum laudabili deſiderio, & conſequenti & deiformi habitu. Eſt enim hoc diuinis iudiciis promulgatum, dignis diuina dona participare, in ordine diuiniſſimo donari per dignos tradere. Hunc ergo ſiquis dehonorauerit ſacrum ornatum, & ad militarem æſtimationem veniens, ſufficientem ſeipſum æſtimauerit ad diuinũ colloquium, & ſanctos contempſerit, & nullas petitiones dignas Deo & ne ſacras petierit, & deſiderium diuinis non corroboratum habuerit, & ſibimet conſequens conſequetur per ſeipſum imperitus petitionem.

EXPOSITIO TEXTVS.

DAMNA ſoluit, quòd orationes proſunt his, A
qui dignos ſe fecerunt vt eis prodeſſent, & non alijs, vt etiam dicit Auguſtinus. Dicit ergo, quòd orationes ſanctorum qui ſunt in hac vita, proſunt defunctis hoc modo, ſi aliquis veniens ad mortem habet deſiderium æternæ beatitudinis, vel etiam, viuens ſcilicet, donorum, quibus in hac vita iuuatur, & ad participationem eorum habet etiam gratiæ habitum, vt cognoſcat propriam infirmitatem, & veniat ad aliquem ſanctum virum, rogans eum orare pro ſe, con-

ſequitur vtilitatem ſuper omnes vtilitates huius vitæ præſentis, ſcilicet diuina dona, vel in hac vita, vel in alia, & hoc propter quinque. Vnum eſt ex parte largientis, ſcilicet diuina bonitas, quæ ſui participes facit eſſe, ſecundum quod eſt proportionatur ad ipſum. Ex parte autem recipientis eſt humilitas, qua ſeipſum recognoſcens, de ſe non confidit. Aliud eſt reuerentia quam habet ad ſanctus. Aliud eſt deſiderium ad ſacra quæ petit. Præterea eſt habitus gratiæ, quâ dignus efficitur vt ſibi proſint ſanctorum orationes. Et ideò ei proſunt ſanctorum orationes, propter hoc quod dignus effectus eſt: cum ſit ſtatutum diuinum, quod communicet dona ſua dignis per alios digniores. Sed ſi aliquis præſumat de ſeipſo, volens per ſe accedere ad petendum à Deo, cum ſit indignus, & contemnat ſanctos, non petens eorum orationes, ſed ſuas indignas petitiones Deo offerens, & non habeat firmum deſiderium ſacrorum quæ petit, nihil conſequitur eorum quæ petit: quia per hoc indignus effectus eſt.

B *Eloquia*, Iacobi. 5. Multum valet oratio iuſti aſſidua. *Sanctorum*, qui ſunt *in hac vita*, *habitum*, id eſt, gratiam & charitatem vel affectum. Commentatur quod interpres habitum tranſtulit, hic affectum dixit propriæ vitæ quæ ad virtutem tendit. *Agnoſcens*, id eſt, cognoſcitiuus propriæ infirmitatis, *& conſeruum*, id eſt, vt ſimul cum ipſo ſeruiat pro ſe ad Deum. Si enim non vellet ſeruire, oratio illius eſſet inutilis: *conſequetur enim* vtilitates huius vitæ: *& propria reuerente*, vel venerante ſecundum aliam literam, *conſcientia*, ſecundum quod de ſeipſo formidat, *& laude in ſanctis*, id eſt, ſecundum quod laudabiles ſanctos reputat, vt eorum auxilium quærat, Alia tranſlatio, *& propria ſuiipſius cognitione & in ſanctis* reuerentia conſequenti, id eſt, conuenienti ad petita. *Hoc eſt promulgatum diuinus iudiciis*, vel indiciis, ſcilicet Deum *participare diuina dona dignis in ordine diuiniſſimo donari*, hoc eſt, ſecundum quod Deum maximè decet, ſcilicet tradere minus dignis per magis dignos: lex enim diuinitatis eſt per prima, ſeconda reducere: & ideò non eſt mirum ſi per ſanctiſſimos viros aliqui conſequantur ſalutem, dummodo digni ſint. *Si quis ergo dehonorauerit hunc ſacrum ornatum*, id eſt, ordinem quo inferiores per ſuperiores accipere debent, *& veniens ad militarem æſtimationem*, id eſt, ad hoc quod reputet ſe per ſe poſſe militare. Alia tranſlatio, miſeram ei actionem, & *ſufficientem ſe æſtimauerit ad diuinum colloquium*, id eſt, vt ipſe per ſe petat Deo, *& contempſeris ſanctos viros*, non petens orationes ipſorum, *&* ipſe pro ſe *nullas petitiones dignas Deo*, id eſt, apud Deum, vel vt Deus exaudiat, *& ne*, id eſt, neque *ſacras* in ſe *petierit*, *& deſiderium de diuinis non habuerit corroboratum*: ſi quis unquam talis eſt, & ideò *imperitus* per ſeipſum petens, *conſequetur per ſeipſum petitionem*, quæ eſt *ſibimet conſequens*, id eſt, ſecundum proportionem ſuorum operum. Vel aliter, & ſi quis non habuerit deſiderium de diuinis corroboratum, & conſequens ſibimet, id eſt, quod ſibi eſſet conueniens, nunquã talis conſequetur, &c. vt tota hæc clauſula quæ ſuſpenſiua eſt ab illo (*nunc ergo*) interrogatiuè legatur, quaſi dicat, non, & huic concordat alia tranſlatio, quæ ſic habet. *Per ſeipſum priuabitur conſecutione petitionis impiæ.* Alia etiam litera habet *indiſciplinabilem*.

De dicta autem oratione, quam ſummus ſacerdos ſuperorat dormienti, in nos venientem ex diuinis noſtris ducibus traditionem dicere neceſſarium. Diuinus ſummus ſacerdos, vt eloquia aiunt, explanator eſt diuinarum iuſtificationum: Angelus enim Domini omnipotentis eſt: didicit ergo ex Deo traditis eloquiis, quia ſanctè viuentibus lucidiſſima & diuina vita ſecundum dignitatem à iuſtiſſimis redditur legibus, deſpiciente bonitate diuinæ humanitatis ingenitas eis ex humana infirmitate maculas: quoniam quidem nemo, vt eloquia aiunt, mundus à ſorde. Hæc quidem ergo ſummus ſacerdos ſcit promiſſa ex veris eloquiis: petit autem continuò fieri, donari ſanctè viuentibus ſacras retributiones, ſimul quidem in Dei imitationem deiformiter efformatas, & aliorum donatas ſicut proprias expetens gratias: ſimul autem & non mendaces promiſſiones ſciens futuras, & præſentibus manifeſtans apertè, quia ab eo ſecundum legem ſacram expetenda omnibus erit iuxta diuinam vitam conſummatis. 14

DIVISIO ET expoſitio textus.

De dicta autem oratione, &c.

IN parte iſta Dionyſius redit ad propoſitum, & diuidit in partes duas. In prima complet theoriam orationis ab Epiſcopo factæ. In ſecunda ponit theoriam eorum quæ conſequuntur orationem, ibi, *Sed redeamus in dicta, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima complet theoriam orationis. In ſecunda oſtendit quare ſolus ſacerdos orationem dicit cui omnes intendunt, ibi, *Alij autem ſic in ſummos, &c.* Prima autem pars diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, quòd oratio ſummi ſacerdotis eſt de his quæ ſcit Deo accepta. In ſecunda oſtendit ipſi ineſſe virtutem diſcretiuam ne petat quod non eſt petendum, ibi, *Non enim ſummus ſacerdos, &c.* Dicit ergo primò, quòd de oratione quam facit Epiſcopus ſupra mortuum, oportet eum dicere A

ea quæ

ea quæ per Apoſtolos in ipſum deuenerunt. Deinde dicit, quòd Epiſcopus debet aliis explanare ſacram Scripturam : nullus autem docere poteſt quod neſcit : ergo oportet eum ſcire ſacram Scripturam. Dicitur autem in ea, quod ſanctè viuentibus redditur à diuina iuſtitia ſecundum dignitatem ſuæ vitæ : & quamuis in eo ſint aliquæ maculæ ex infirmitate humana adhærentes (quia nullus eſt in hac vita ſine ſorde peccati) non tamen ſibi ea imputat diuina bonitas ex miſericordia : ergo hoc ſcit ſummus ſacerdos Deum velle, & ideò petit vt non obſtantibus peccatis illis, ſtatim defunctus conſequatur id quod ſibi debetur, ne ſcilicet differatur gloria ſua propter peccata illa leuia : & in hoc conformat ſe Deo dum procurat precibus aliorum ſalutem, vt oſtendat etiam diuinas promiſſiones eſſe veras, & quod ſancti conſequuntur illas : aliter enim fruſtrà peteret eas impleri, ſi Deus nón decreuiſſet implere.

B *De dicta oratione* ſpecialiter, cum in communi dictum ſit, quòd orationes ſanctorum valent in iuſtis : vel ponit primum dictum referri ad orationes, quæ fiunt pro mortuis. *Dormienti*, id eſt, mortuo, *ducibus*, id eſt, Apoſtolis, *dicere* : alia litera, *diſcere*. *Explanator*, quia legem requirent ex ore eius, vt dicitur Mala. 2. *Iuſtificationum*, quibus pro meritis reddit vnicuique, vel etiam iuſti fiunt : *omnipotentis* i noſtra litera exercituum habet *legis*, id eſt, legibus, *deſpiciente*, id eſt, non imputante, *humanitatis*, id eſt, motiuo benignitatis, *ingenitas*, quia ex corruptione fomitis in nobis quaſi ineuitabiliter cauſatas, *maculas*, ſcilicet venialia peccata, *vt eloquia*, Iob 15. Quid eſt homo vt immaculatus ſit? Et 1. Ioan. 3. Si dicimus quia peccatum, &c. *continuo*, id eſt, ſtatim, orat enim ne differatur gloria debita, & ſic oratio eius non valet pro his qui in inferno ſunt, ſed qui in purgatorio. *In Dei imitationem*, qui noſtram ſalutem vult & operatur, *efformatus*, id eſt, conformatus, *expetens*, per orationem *donatas gratias aliorum* à te, id eſt, æterna præmia, quæ intantum gratiæ ſunt, inquantum ea non poſſumus mereri niſi per dona Dei : vnde & dona rectè dicuntur, *ſicut proprias* eis : quia ex quo iam meruerint per ſuſcepta, efficiuntur eis debita diuina per promiſſiones : vel *ſicut proprias* ſuas, quia eſt ſollicitus de ſalute aliorum non tantum de ſua : *præſentibus*, id eſt, ſanctis qui viuunt & offerunt, *manifeſtans quia expetenda ab eo* quæcunque petitio *ſecundum legem ſacram*, id eſt, quæ legi conſonat, *erit omnibus conſummatis, &c.* id eſt, adimplebitur in omnibus qui in ſancta vita ſunt mortui.

15. Non enim ſummus ſacerdos diuinæ iuſtitiæ propheta peteret aliquando, niſi à Deo amabilia, & ab eo donari diuinitus promiſſa. Propter quod pro immundis non orat hic dormientibus : quoniam non ſolum prophetico in hoc auerteretur ordine, & quid hierarchicorum ſuperbè auderet à perfectionum principe mouendus, ſed quia iniuſtam orationem non conſequeretur, à iuſto eloquio ipſe non immeritò audiens, Petitis, & non accipitis, quia malè petitis. Ergo diuinus ſummus ſacerdos expetit diuinitus promiſſa, & amabilia Deo, & omnino donanda : & hoc proprio deiformiter habitu oſtendens bonorum amicorum Deo, & præſentibus apertè manifeſtans ſanctis futura dona.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Non enim ſummus, &c.

Hic oſtendit, quòd ſummus ſacerdos habet diſcretiuam virtutem, ne pro indignis petat, & primò oſtendit hoc : deinde probat per authoritatem ſacræ Scripturæ, quod eorum eſt in diſcernendo ſequi diuinam determinationem, ibi, *Sic & diſcretiuas, &c.* Dicit ergo primo, quòd cum ſummus ſacerdos ſit doctor diuinæ iuſtitiæ, non petit niſi quæ Deo placent & quæ à Deo promiſſa ſunt : & ideò oportet, quòd ſciat diſcernere ſanctos ab immundis, ne immundis mortuis petat ſanctorum præmia, quæ illis dare non vult Deus, vt illis promiſit : ſi enim peteret pro talibus, peccaret contra gradum proprium, cuius dignitas eſt, vt ſemper moueatur ſecundum Deum, & præſumptione attentaret in ſacra quæ indignis peteret, vnde non exaudiretur : & ideò ſemper petit quæ Deo placent, & quæ ab ipſo donata ſunt : vnde cum petit pro ſanctis, oſtendit affectum ſuum conformem diuinæ voluntati, & quòd promiſſa complenda ſunt in ſanctis. *Non enim*, ac ſi diceret, quòd propter hoc manifeſtat, quia non peteret niſi Deo placerent. *Propheta*, id eſt, Doctor, *iuſtitiæ*, quæ ſecundum merita hominibus reddit, *immundis*, id eſt, damnatis in inferno: *quoniam* ipſe pontifex *mouendus* in omnibus : alia tranſlatio, *motus a principe perfectionum*, ſcilicet Deo, id eſt, qui in omnibus debet ſequi diuinam ordinationem, *non ſolum in hoc*, id eſt, propter hoc, ſed & faceret contra dignitatem ſui gradus ordinis, *& non ſolum ſuperbe*, id eſt, præſumptuosè, *auderet quid hierarchicorum*, id eſt, attentaret excedere hierarchiæ actiones, dum proprio nutu eis vteretur, non ſecundum quod à Deo ordinatú eſt, non ſolum peccaret propter dicta, *ſed* etiam *quia non conſequeretur* ſuam *iniuſtam orationem*, qua damnatis præmia iuſtorum peteret : ipſe, dico, *audiens à iuſto eloquio non immeritò*, id eſt, non irrationabiliter tantum, *Petitis, &c.* Iacobi 4. *Expetit*, dico, *& oſtendens* hæc ſcilicet *eſſe amabilia Deo*, *proprio habitu*, id eſt, affectione, *deiformiter Deo amico bonorum*, ſuus enim affectus eſt deiformis, in hoc quod appetit bonum ſicut Deus etiam aliis, vt ſuprà, *& manifeſtans præſentibus ſanctis, &c.* vel *dona futura*. A

16. Sic & diſcretiuas habent ſummi
ſacerdotes virtutes manifeſtatorias
diuinarum iuſtificationum, non vt
ipſorum irrationabilia deſideria ſa-
pientiſſima diuinitate miniſtrato-
riè ſequente, ſed vt ipſis propheti-
cè, ſubmouente perfectionis prin-
cipe ſpiritu, vocatos Deo iuxta di-
Ioan. 20. gnitatem ſegregantibus. Accipite
enim, ait, Spiritum ſanctum: quo-
rum dimiſeritis peccata, dimittun-
tur: quorum retinueritis, retine-
buntur. Et diuina reuelatione ſan-
ctiſſimi Patris illuminato eloquio
Matth. 16. aiunt: Quodcunque ligaueris ſuper
terram, erit ligatum in cælis: &
quodcunque ſolueris ſuper terram,
erit ſolutum & in cælis: tanquam
Euangeliſta illo & omni iuxta ip-
ſum ſummo ſacerdote ſecundum
in eo factas paternarum ſanctifica-
tionum reuelationes, manifeſtator
& conſummator, amicos Dei ad-
ducente, & impios exhæreditante.
Sacram enim illam theologiam,
vt eloquia aiunt, non per ſeipſum
motus, neque carne & ſanguine re-
uelantibus, ſed à Deo inuiſibiliter
eum propria docente reſpondit: Tu
es Chriſtus filius, &c. Diuinis ergo
ſummis ſacerdotibus ſic & diſcre-
tionibus, & omnibus hierarchicis
virtutibus vtendum, quoquo mo-
do conſummationis princeps eos
diuinitas mouerit.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sic & diſcretiuas habent, &c.

A HIc dicit per authoritatem ſacræ Scripturæ, quòd propter hoc habent virtutem diſcernendi, non vt Deus ſequatur eorum irrationabilia deſideria, ſed vt ipſi moti à Spiritu ſancto, diſcernant ſecundum quod à Deo diſcreti ſunt: & propter hoc quando Deus dedit poſt reſurrectionem diſcipulis poteſtatem ligandi atque ſoluendi, dixit eis, Accipite Spiritum ſanctum, vt oſtenderet, quòd non deberent hoc facere, niſi inſtinctu Spiritus ſancti. Et ſimiliter quando ſpecialiter datæ ſunt beato Petro claues, dictum eſt de eo, quod Pater cæleſtis & non caro aut ſanguis reuelauit ſibi teſtimonium quod de Chriſto protulerat, ſcilicet vt per hoc oſtenderetur quod ipſe & alij omnes Pontifices qui habent vicem eius, debent vſum clauium ſecundum diuinas reuelationes exercere, vel in excludendo malos à cæleſti hæreditate, vel introducendo bonos & amicos Dei: & ideò in hoc & in omnibus aliis hierarchicis actionibus debet Pontifex ſequi diuinum motum. *Diſcretiuas virtutes*, ſcilicet duas claues, ſecundum vnam quarum fit diſcretio inter lepram & non lepram, mundos & immundos, & ſecundum alteram fit executio ligando & ſoluendo, facta diſcretione inter ligandos & ſoluendos: *manifeſtatorias diuinarum ſanctificationum*, vt ſcilicet in ipſis videatur diuina iuſtitia per conformitatem ad ipſum: vel ita quod non propria authoritate & arbitrio hi audeant diſcernere bonos à malis, ſed ſolum manifeſtando aliis iudicium diuinum iuſtum hoc iam decreuiſſe, *vt*, tanquam, *miniſtratoriè*, id eſt, ancillariter, ancillaretur enim diuina ſapientia, ſi ſequeretur hominum deſideria, & non magis homines eius diſcriminationem: ſed hoc modo diſcretiuas, *vt*, id eſt, tanquam *ipſis* ſummis ſacerdotibus, *propheticè*, id eſt, diuina inſpiratione, *ſegregantibus vocatos à Deo*, à peruerſis, & hoc *Spiritu principe perfectionis*, id eſt, Spiritu ſancto, *ſubmouente*, id eſt, dirigente & inſtigante eos. *Ait* Dominus Ioã. 19. *Eloquio.* Matth. 16. Petro *illuminato*, *ſecundum diuinas reuelationes ſanctiſſimi Patris* Chriſti: alludit ad id quod dicitur, Sed pater meus, &c. *Tanquam illo Euangeliſta*, id eſt, beato Petro Euangelij præcone, *& omni ſummo ſacerdote iuxta ipſum*, id eſt, dignitatem eius habente. Alia tranſlatio, & omnis qui ſimilis eſt ei Pontifex. *Adducente amicos Dei* in regnum Dei, *& exhæreditante impios* à cæleſti hæreditate, *ſecundum reuelationes, &c.* ſicut qui eſt *manifeſtator* diuinorum iudiciorum & *conſummator*, id eſt, perfector ſubditorum: alia tranſlatio, *manifeſtatiuè & conſummatoriè*, & eſt planior, id eſt, illuminando & perficiendo in diuinis. *Theologiam*, ſcilicet, tu es Chriſtus filius Dei viui, *diſcretionibus* quantum ad vſum clauium, *& omnibus* quantum ad alia quæ ad actiones hierarchicas pertinent.

Aliis autem ſic in ſummos ſacer- 17.
dotes in quibuſcunque agunt hie-
rarchicè, attendendum tanquam
à Deo commotos. Spernens enim Luc. 10.
vos, ait, me ſpernit.

EXPOSITIO TEXTVS.

DEINDE dicit, quòd cum ipſe debeat agere motus à Deo, alij ſubditi debent attendere ad ipſum, vt ſequantur eum & obediant ſibi tanquam moto à Deo: & hoc probat per authoritatem Euangelij, & hoc eſt quod ipſo ſolo orationem dicente, omnes ad ipſum attendunt. *Aliis*, ſcilicet ſubditis, *in quibuſcunque agunt hierarchicè*: quia ſi aliquid agunt contra ordinem hierarchicum, in hoc non ſunt ſequendi, ſicut dicitur Matth. 23. Quæcunque dixerint vobis, omnia facite, &c. Et Dominus Luc. 10. A

Sed

18 Sed redeamus in dictæ orationis conſequentiam. Perficiens enim eam ſummus ſacerdos, & ipſe ſalutat dormientem, & deinde præſentes omnes: delectabilis enim eſt & honorabilis omnibus deiformibus ſecundum diuinam vitam conſummatus. Poſt verò ſalutationem infundit oleum dormienti ſummus ſacerdos. Memento autem, quòd ſecundum ſacram theogeneſiam ante diuiniſſimum baptiſma, prima participatio ſacri ſymboli donatur perficiendo, poſt vniuerſalem prioris veſtimenti depoſitionem vnctionis oleum: in fine autem omnium nunc ſuper dormientem oleum effunditur. Et tunc quidem olei vnctio ad ſacra certamina vocat conſummandum: nunc verò infuſum oleum manifeſtat, ſecundum ipſa ſacra certamina militantem conſummatum dormientem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sed redeamus, &c.

A HIc ponit theoriam eorum quæ conſequuntor orationem, & diuiditur io partes tres. In prima ponit theoriam oſculi. In ſecunda vnctionis, ibi, *Poſt ſalutationem vero, &c.* In tertia ſepulturæ, ibi, *Hæc perficiens ſummus, &c.* Primò ergo dicit, quòd dicta theoria orationis redeundum eſt ad ea quæ conſequuntur orationem. Hoc ergo, quòd Epiſcopus & omnes alij expleta oratione oſculantur defunctum, ſignificat quòd ille qui moritor in diuina vita, non eſt abominabilis, ſed delectabilis omnibus ſanctis. *Redeamus*, propter digreſſionem quam fecerat de virtutibus diſcretius & vſu earum: *conſequentiam*, id eſt, in ea quæ conſequuntur ad orationem in ritu iſto. Alia litera, *conſequentia. Perficiens*, id eſt, explens *eam*, ſcilicet orationem, *honorabilis*, id eſt, reuerendus, *conſummatus*, id eſt, mortuus. Deinde dicit, quòd in baptiſmo primò recepit vnctionem, poſt veſtium depoſitionem tanquam vocandus ad certandum pro Chriſto: ita nunc vltimò inungitur oleo, vt oſtendatur mortuus pro Chriſto in hac vita militaſſe. *Salutationem*, id eſt, oſculum. *Prima*, quia ante hoc nullum ſacramentum dabatur neque ſacramentale, *perficiendo*, id eſt, baptizando, *theogeneſiam*, id eſt, diuinam generationem, id eſt, baptiſmum, *vniuerſalem*, quia erat primò quædam particularis exutio quam non ſtatim ſequebatur vnctio, ſed abrenunciatio, vt in ritu baptiſmi dictum eſt, *dormientem*, id eſt, mortuum.

Hæc perficiens ſummus ſacerdos reponit in domo pretioſa corpus cum aliorum æquipotentum ſacris corporibus. Si enim in anima & corpore Deo amabilem vitam qui dormiuit viuebat, pretioſum erit cum ſancta anima commilitans ei corpus ſecundum diuinas collationes: vbi diuina iuſtitia cum proprio corpore Chriſti donabit retributas quietes, tanquam coeunti & comparticipanti ſacræ aut contrariæ vitæ. Propter quod & ſacrorum diuina legiſlatio diuinas communicationes ambobus donat: animæ quidem, in pura contemplatione & ſcientia perfectorum: corpori verò per diuiniſſimum tanquam in imagine vnguentum, diuinæque communicationis ſacratiſſima ſymbola, totum hominem ſacrificans, & vniuerſalem eius ſalutem ſacrificans, & conſummatiſſimam ipſius reſurrectionem futuram fore denuntians, & Catholicam ſanctificationem. Conſummatiuas autem inuocationes non eſt iuſtum ſcripturas interpretantibus neque myſticum earum aut in ipſis operatas ex Deo virtutes ex occulto ad commune educere: ſed, vt noſtra ſacra traditio habet, ſine pompa eas edocens doctrinis: & ad diuiniorem habitum & anagogen amore diuino & operationibus ſanctis perfectus, extra perfectiua illuminatione aſcendet ad excellentiſſimam eorum ſcientiam. 19.

EXPOSITIO TEXTVS.

DEINDE dicit, quòd Epiſcopus his peractis reponit corpus defuncti in cimiterio cum corporibus aliorum ſanctorum: vt oſtendat, quòd ille qui ſecundum animam & corpus in ſeruitio vixerit, non ſolum ſecundum animam, ſed etiam ſecundum corpus recipiet quietem à Deo, quod animæ collaborauit: & ideò noſtra hierarchia communicat etiam diuina, vngendo Chriſmate, & dando Euchariſtiam: & animæ quæ contemplatur ſpiritualia in ſymbolis, & in eorum ſcientia perficitur: vt ſcilicet oſtendatur, quòd io A

reſorrectione perficietur anima & corpus. Vltimò dicit, quòd orationes quibus vtuntur ſummi ſacerdotes in conſecratione ſacramentorum, non debent publicari ab interpretatoribus ſacræ Scripturæ, neque etiam occulta myſteria quæ in illis continentur, neque diuinæ virtutes io ipſis exiſtentes, ſed debent occulta teneri ſicut nobis occultè tradita ſunt ſecundom diſpoſitionem noſtræ hierarchiæ: & ſoli illi qui ſunt perfecti diuino amore & ſanctis operationibus, poterunt aſcendere ex ſtatu illuminationis ad altiſſimam ſcientiam illarum innocationum. *In domo pretioſa*, id eſt, in cimiterio, quia erat fortè aliqua honeſta domus iuxta Eccleſiam ad hunc vſum deputata: *aliorum* ſcilicet ſanctorum *aquepotentum* ſibi in ſanctitate, *qui dormiuit*, id eſt, qui mortuus eſt, *viuebat vitam*, ſicut etiam dicebat Priſcianus, Viuo vitam, ſedeo ſcamnum, ambulo iter. *Secundum diuinas collocationes*, id eſt, ſecundum loca in quibus collocabantur, vel ſecundum quod in Deo fuerunt in vita iſta firmiter collocari: alia tranſlatio, *ſudores ſecundum quod in diuino ſeruitio laborando ſudarunt*: *vbi*, id eſt, in quibus collocationibus *donabit* corpori defuncti *quietes* cum corpore Chriſti. Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Alia litera, *ipſi*, ſcilicet animæ, *cum corpore proprio*, &c. *coeunti*, ſcilicet corpori, vel animæ ſecundum ſecundam literam, *comparticipanti*, id eſt, cooperanti: alia tranſlatio, *coambulabili*: *aut contraria*, ſcilicet *vita* peccati. *Legiſlatio*, ſcilicet hierarchiæ noſtræ, *ambobus*, ſcilicet animæ & corpori, *contemplatione* quantum ad illuminationem, *in pura* quantum ad purgationem, *ſcientia* quantum ad perfectionem: *vnguentum*, ſcilicet Chriſma, *in imagine*, id eſt, in figura alicuius ſpiritualis *communicationis*, id eſt, Euchariſtiæ, *ſacrificans*, id eſt, ſacrefaciens, *vniuerſalem*, id eſt, ſecundum animam & corpus, *conſummatiſſimam* propter perfectionem gloriæ ſuper perfectionem naturæ, *Catholicam*, id eſt, vniuerſalem. Alia tranſlatio, *Catholicis ſanctificationibus*, id eſt, quę ſecundum fidem Catholicam fiunt. *Inuocationes conſummatiuas*, id eſt, quibus ſacramenta conſecrantur, *myſticam*, id eſt, occultum, *virtutes ex Deo operatas*, quia virtus diuina in his operatur, *ad commune educere*, id eſt, publicare: *ſine pompa*, id eſt, ſine manifeſtatione. Alia tranſlatio, *inegreſſibilibus doctrinis*, quia non egrediuntur ad manifeſtum: & quamuis hoc ſit, tamen *perfectus diuino amore* quantum ad formam operis, *& ſanctis operibus* ad *diuiniorem habitum &* diuiniorem *anagogen* participandum quam alij participant, *aſcendet*, ex *illuminatione telearchica*, id eſt, quæ conſiſtit in ipſis teletis, ſecundum quarum communicationem & inſpectionem eſt ſtatus illuminatorum, *ad excellentiſſimam ſcientiam eorum*, ſcilicet inoocationem, in quibus etiam eſt altior theoria quam in aliis quę pertinent ad teletam, & hoc dicitur ſecundum perfectionis ſtatum. Alia litera habet, *extra perfectiua*, id eſt, pluſquam perfectiua, & hoc reſpectu aliorum quæ ſunt in teletis. Alia tranſlatio, *perfectus ab illuminatione principij perfectionis*, id eſt, Dei, *ſurſum agens ad ſupremam*, id eſt, ad ſummam *iſtorum ſcientiam*.

Quod autem & pueros nondum diuina intelligere valentes, ſacræ participes fieri diuinę generationis, & ſacratiſſimarum diuinæ communicationis ſymbolorum, videtur quidem, vt ais, immundis blaſphemo riſu dignum, ſi audire non valentes edocent ſummi ſacerdotes diuina, & non intelligentibus imagines tradunt ſacras traditiones: & quod adhuc riſibilius, quomodo pro eis alij abrenuntiationes dicunt, & ſacras confeſſiones. Oportet tuam hierarchicam intelligentiam non anguſtari in errantibus, ſed & timens ſimul & eorum luciducatus gratiam diligens, defendere aduerſus ab eis prolatas inſidias, proponentem, & hoc iuxta legem diuinam, quia non in noſtra ſcientia omnia diuina circumſcribuntur, multa autem nobis ignotorum cauſas habent diuinas, nobis quidem ignotas, notas verò noſtrorum melioribus ordinibus. Multa autem & excellentiſſimas eſſentias latuere, & à ſola diligenter cognita ſunt ſapientiſſima & ſapientifica diuinitate. 20.

EXPOSITIO TEXTVS.

Quod autem & pueros, &c.

IN parte iſta intendit quoddam dubium declarare, quare ſcilicet pueri recipiantur ad baptiſmum, cum nihil de diuinis intelligant. A

DVBIVM.

SED VIDETVR, quòd hoc pertineat ad baptiſmum, & quod debuerit determinari in tractatu baptiſmi, & non hic. B

Et dicendum, quòd baptiſmus habet quandam conuenientiam cum morte corporali: eſt enim mors ſpiritualis, qua homo peccato & concupiſcentiis carnis moritur, vnde dicitur Rom. 6. Conſepulti eſtis Chriſto per baptiſmum in mortem. Et hoc etiam in tractatu baptiſmi dixit Dionyſius: & ideò non fuit inconueniens, quod ea quæ pertinent ad baptiſmum, tractarentur in tractatu defunctorum, & præcipuè de baptiſmo paruulorum, qui non intelligunt ea quæ circa ipſos fiunt, ſicut nec mortui: vnde vtrumque dixit ſubiacere immundorum riſui. Et præterea hoc non pertinet ad tractatum baptiſmi: quia hîc non tangitur effectus baptiſmi, hic enim determinatus eſt, nec etiam pertinet ad alium tractatum: ſed ideò ponitur in fine ſicut dubitatio incidens contra determinata, & pręcipuè cum hæc dubitatio ſit cõmunis duobus ſacramentis, ſcilicet baptiſmo & communioni.

DIVISIO ET *expoſitio textus.*

DIuiditur autem hæc pars in duas partes. In prima determinat dictam dubitationem. In ſecunda recapitulat quod dixerat in toto libro, ibi, *Tuam ò puer, &c.* Prima autem pars diuiditur C

ditur in duas. In prima oſtendit neceſſitatem determinandi iſtam dubitationem. In ſecunda determinat, ibi, *Verumtamen & de hoc, &c.* Prima pars diuiditur in duas. In prima parte ponit neceſſitatem ex parte infidelium, ne ſcilicet derideant. In ſecunda ex parte ipſius Timothei, ibi, *Oportet tuam hierarchicam, &c.* Dicit ergo primò, quòd infidelibus videtur dignum riſo, ſi pueri recipiuntur ad baptiſmum, & ad communicationem corporis Christi, cum nihil intelligant de diuinis, & ita etiam deberent doceri à ſummis ſacerdotibus tradendo eis ſacramenta quæ ſunt ſigna ſpiritualium: & hoc videtur adhuc magis deriſibile, quod quando pueri baptizantur, patrini ipſorum, loco eorum confiteantur fidem & renuntient ſatanæ & pompis eius. Hoc *quod pueros diuina fieri,* &c. *Videtur,* &c. *Symbolorum,* id eſt, corporis & ſanguinis Chriſti.

DVBIVM.

D Sed videtur hoc eſſe falſum: quia paruis non datur communio corporis Chriſti.

Et dicendum, quòd non taliter intelligitur, quòd datur eis ſtatim poſt baptiſmum, dum adhuc ſunt lactantes, ſed quando aliquantulum creuerunt, ſicut quando ſunt quinque annorum, erat conſuetum eis dari vt nutrirentur & aſſueſcerent ſequi diuina. Vel aliter poteſt dici, quòd non dabatur eis corpus Chriſti, ſed aliquid de lotura calicis, in quo remanſerat aliqua pars ſanguinis, ſicut adhuc eſt conſuetudo apud aliquas Eccleſias, vt aliquo modo participes efficerentur diuinorum.

EXPOSITIO TEXTVS.

E *Vt ais,* id eſt, dicis, quia ad interrogationem eius hoc ſcripſit, & totum librum. *immundis,* id eſt, infidelibus: *imagines,* id eſt, ſpecies ſacramentales, quæ ſunt figuræ ducentes in ſpiritualia: *ſacras traditiones,* id eſt, ſacramenta, *pro eis,* ſcilicet pueris: *alij,* id eſt, patrini: *confeſſiones,* ſcilicet fidei. Deinde aſſignat neceſſitatem ex parte ipſius Timothæi. Dicit, quòd non oportet eum anxiari & curare deriſionem errantium, ſed debet aduerſum eorum inſidias veritatem fidei defendere: duo obſeruans, ſcilicet reuerentiam ad diuina, ne præſumptuosè vltra ea quæ nobis tradita ſunt, de diuinis præſumat: & amorem ſalutis errantium, vt per veritatem illuminentur, ne eos negligens à reddenda ratione deſiſtat: & vt reuerentiam diuinis reſeruet, debet hoc proponere eis quos vult inſtruere, quòd non omnia tradita ſunt nobis à Deo in ſcientia noſtræ hierarchiæ, ſcilicet in libris ſacræ Scripturæ: vnde in multis neſcimus reddere rationem de diuinis, quas tamen Angeli ſciunt, & multa etiam Angelos latent, quę ſoli Deo perfectè ſunt cognita. *Hierarchicam,* id eſt, quæ decent hierarchiam, vel de rebus hierarchicis, *anguſtari,* id eſt, conturbari, *in errantibus,* id eſt, propter deriſiones infidelium: ſed *oportet te defendere* fidei veritatem *aduerſus inſidias,* id eſt, anguſtias callidè fictas ad ſubuerſionem fidei, *prolatas ab eis,* ſcilicet infidelibus: ita tamen quod ſis timens, id eſt, reuerentiam ſeruans ad diuina, *& ſimul* cum hoc ſis *diligens gratiam luciducatus eorum,* id eſt, vt habeas gratiam ducēdi eos in lucem: defendere, dico, *proponentem* hoc & cætera *multa,* de numero *ignotorū, melioribus,* id eſt, angelicis eſſentiis, ſcilicet Angelis, *diligenter,* id eſt, perfectè.

Verumtamen & de hoc ea dicimus, quæ quidem deiformes noſtri ſancti perfectores ab antiqua eruditi traditione ad nos adducebant. Aiunt enim, quod quidem eſt verum, quia ſecundum legem diuinam ducti infantes, ad habitum ſanctum venient, omni purgandi errore & immunda vita. Multum hoc diuinis noſtris ducibus in animum veniens, probauerunt recipi infantes ſecundum hunc ſacrum modum, ita vt naturales adducendi pueri parentes, tradant puerum cuidam eruditorum bono in diuina pedagogo, & de cætero puerum ſub ipſo perfici tanquam ſub diuiniſſimo patre & ſalutis ſacræ anadocho. Hunc ergo ſummus ſacerdos confitentem iuxta diuinam educare puerum vitam, repetit abrenuntiationes confiteri & ſacras confeſſiones: non vt illi forſan ridentes dixerunt, alium pro alio diuina docens: neque enim hic ait, Sic ego pro puero abrenuntiationes aut ſacras confeſſiones facio, ſed quia puer abrenuntiat, hoc eſt, Confiteor puerum credere in ſenſum ſacrum venientem, noſtris diuinis anagogis, abrenuntiare quidem vniuerſaliter contrariis, confiteri autem & cooperari diuinas confeſſiones. Nihil ergo, vt æſtimo, inconſequens, ſi ſecundum diuinam puer anagogen educatur, ducem anadochum ſacrum habens, habitum ſibi diuinorum inſinuantem, & cuſtodem à contrariis peritum. 21.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Deinde determinat dubitationem, & primò quantum ad baptiſmum, ſecundò quantum ad communionem, ibi, *Tradit autem puerum, &c.* Circa primum duo facit. Primò ponit cauſam per quam ſoluitur dubitatio, & à quibus accepta ſit. Secundò concludit propoſitum, ibi, *Nihil ergo, vt eſtimo, &c.* Dicit ergo primò, quòd in hac quæſtione oportet nos dicere ea quæ ab Angelis in nos deuenerunt: dicunt enim, quòd parui nutriti ſecundum legem diuinam quando veniunt ad perfectam ætatem, erunt liberi ab erroribus & peccatis, quia quod noua teſta capit inueterata ſapit: & hoc cogitantes Apoſtoli, placuit eis quòd parui recipiantur ad baptiſmum, cum etiam non ſit facile inueteratum in alio ritu, perfectè legi noſtræ ſe conformare, ſicut illi qui à pueritia ſecundum illam enutriti ſunt. Ita tamen voluerunt eos recipi, quòd parentes carnales pueri tradant eum alicui erudito in fide Chriſti inſtruendum, ſicut ſub ſpirituali patre: & hic eſt patrinus pueri: & ideò ſummus ſacerdos petit à patrino vt confiteatur fidem & abrenuntiet ſatanæ, non ita quod ipſe in perſona ſua loquens abrenuntiet loco pueri & confiteatur, A

rui, ſed confiteretur, in perſona pueri loquens, ita quod abrenuntiatio & confeſſio referatur ad puerum: dicit enim abrenuntio, ac ſi diceret, Puer iſte abrenuntiat, & promitto quod puer iſte quando veniet ad perfectum vſum intellectus, credet ea quæ fidei ſunt, & abrenuntiabit contrariis: & ita non eſt inconueniens, ſi puer reducitur in diuina participando ſacramenta mediante patrino ſuo, qui debet eum inſtruere & cuſtodire à contrariis, quando ad ætatem peruenerit. *Veruntamen*, quaſi dicat: Quamuis multa nos neſciamus, in hac tamen quæſtione poſſumus dicere quod ab aliis accepimus: *Perfectores*, id eſt, Apoſtoli, *ab antiqua traditione*, id eſt, per doctrinam Chriſti qui dixit, Sinite paruulos venire ad me. Matth. 19. & à veteri lege, in qua pueri circuncidebantur & offerebantur. *Ducti*, id eſt, nutriti. *Ducibus*, id eſt, Apoſtolis, *in animum*, id eſt, in cognitionem & deſiderium, *probauerunt*, id eſt, approbauerunt: *adducendi*, ſcilicet ad baptiſmum, *cuidam bono* viro de numero *eruditorum* in fide Chriſti, *pedagogo in diuina*, id eſt, qui ad modum pedagogi eum in diuinis inſtruat, & tradant *puerum perfici*, id eſt, inſtrui *ſub ipſo*, *diuiniſſimo*, id eſt, ſpirituali, *anadocho*, id eſt, ſurſum ductore, id eſt, patrino. *Hunc*, ſcilicet patrinum, *confitentem*, id eſt, promittentem, *repetit*, id eſt, pluries petit: *illi*, ſcilicet infideles: *ait*, non in perſona ſua loquens, ſed in perſona pueri: *venientem in ſacrum ſenſum*, id eſt, in ætatem in qua ſacro intellectu ſecundum fidem vti poſſit: *anagogis*, id eſt, doctrinis quibus ſurſum ducetur: *contrariis*, ſcilicet erroribus & peccatis, *cooperari*, ſcilicet ſimul credendo, ſecundum ea cooperari. *Inconſequens*, id eſt, inconueniens, *æſtime*, propter imperfectam expoſitionem, *educatur*, id eſt, nutritur, *anagogen*, id eſt, ſecundum vitam & doctrinam ſurſum ducentem, *inſinuantem*, id eſt, antecedentem vel docentem, *habitum*, id eſt, ſcientiam ſecundum fidem, *peritum*, id eſt, inſtructum.

22. Tradit autem puerum ſacris ſymbolis ſummus ſacerdos, vt in eis conuerſetur, & neque formetur vitam alteram, niſi diuina contemplantem ſemper, ſociamque eorum in profectibus ſanctis factam, habitumque ſanctum in eis validum educatumque pulchrè à diuino anadocho.

EXPOSITIO TEXTVS.

A DEINDE dicit, quòd ideò ſacerdos ſummus tradit puero ſymbola corporis & ſanguinis Chriſti, vt in diuinorum participatione conuerſetur, & non informetur aliqua alia vita, niſi illa quæ eſt in contemplatione & participatione ſacramentorum, quam dixit eſſe fidelis populi, ita quod ſemper ſit de fidelium collegio, non declinans ad infidelium vitam, & vt ſemper ſit fortis in diuino habitu, in quo educatus eſt à ſuo anadocho. *Tradit puerum*, id eſt, facit eum participem, *ſymbolis* Euchariſtiæ, *in eis*, id eſt, in vſu participationis eorum, *formetur*, id eſt, informetur per aſſuefactionem, *ſociam*, id eſt, participem *eorum*, ſcilicet diuinorum, *in profectibus*, vt ſemper in ipſa proficiat: *& neque formetur* in alium habitum, *niſi habitum*, &c. *in eis*, ſcilicet diuinis, *validum*, id eſt, fortem, *educatum*, id eſt, nutritum.

Tanta ô puer & ſic bona noſtræ hierarchiæ videntur mihi vniformia ſpectacula, ab aliis autem ſimiliter intentius animo non hæc tantum viſa ſunt, lucidiora aiunt multa & deiformiora. Et tibi, vt arbitror, omninò lucebunt ſplendidiores formæ, & diuiniſſimis ductis his aſcenſionibus vtenti ad excelſiorem radium. Trade ergo ô amice & ipſe mihi perfectiori illuminatione, & oſtende meis oculis quaſcunque videre poteris pulchriores formas & vniformiores. confido enim ex his quæ dicta ſunt, ego repoſitos in te diuini ignis accendens vſque vapores 23.

EXPOSITIO TEXTVS.

DEINDE recapitulat dicens, quòd ea quæ dicta ſunt, ſunt ſpirituales contemplationes noſtræ hierarchiæ: ſed ab aliis qui intentius conſiderant, ſublimiora videntur: & credit etiam eum per hæc quæ ei tradidit, quaſi quibuſdam gradibus poſſe pertingere ad altiora, quibus habitis petit ea ſibi tradi, ſicut & ipſe tradidit ei, quæ tempore videre potuit: & confidit, quòd per ea quæ dicta ſunt, accendet diuini amoris ignem in ipſo repoſitum, quo eleuabitur ad ſublimiorem contemplationem. *Tanta*, id eſt, tam alta, vel tot, *ſic bona*, id eſt, tam vtilia ad ſurſum ducendum ſancta conuenientia, *ô puer*, ſcilicet quia miniſter Chriſti, vel propter vitæ puritatem, vel quia diſcipulus eius erat: *hierarchiæ*, id eſt, celetarum eius, *vniformia ſpectacula*, id eſt, contemplationes reducentes in vnum: *intentius animo*, id eſt, qui magis intenti diuinis fuerunt: hoc cauſa humilitatis dicit. *Formæ*, id eſt, ſpiritualia ſignata, *ductis*, id eſt, gradibus, *his* ſcilicet: quæ à me ſunt dicta tibi: quia *ego* ero *accedens* te *vſque* ad *vapores diuini ignis*, ſcilicet amoris, *repoſitos in te*, id eſt, quouſque diuinus amor in te repoſitus aſcendere te faciet per modum vaporis ad diuina. Alia tranſlatio, *accendam ſcintillas*, quarum ſimiliter eſt euolare ſurſum. A

D. ALBERTI MAGNI, RATISBONENSIS EPISCOPI, ORDINIS PRÆDICATORVM,

COMMENTARII IN

LIBRVM B. DIONYSII AREOPAGITÆ Epiſcopi Athenarum, ad Timotheum Epiſcopum Epheſi,

DE MYSTICA THEOLOGIA.

PROOEMIVM.

VEre tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël Saluator. *Iſa.45. Ex verbis iſtis circa hanc doctrinam quæ intitulatur de myſtica Theologia, quatuor poſſunt extrahi, ſcilicet modus, materia, auditor, & finis. Modus tangitur in hoc quod dicitur,* verè, *& iſte modus eſt contentus in tota ſacra ſcriptura, quæ non rationibus humanis, plurimum dubietatis & erroris mixtum habentibus accipitur: ſed diuina inſpiratione, cui non poteſt ſubeſſe falſum & indubitata veritate firmatur. Vnde* Ioan. 17. *dicit Chriſtus ad Patrem ſuum, Sermo tuus veritas eſt. Et* Rom. 3. *Eſt autem Deus verax. &c.* Tit. 1. *Quam promiſit qui non mentitur Deus. Et* Num. 24. *Non eſt Deus vt homo vt mutetur, neque vt filius hominis vt mentiatur.* Hæbr. 6. *Impoſſibile eſt mentiri Deum.*

Materia autem huius doctrinæ tangitur in hoc quod dicitur, Deus abſconditus. *Dicitur enim myſtica, id eſt, occulta, vt in proœmio tranſlator dicit: quia tamen iuxta eum ad Dei ſapientiam per ablationem aſcenditur, tandem quid ſit Deus, clauſum & occultum relinquitur: & propter hoc occultum diuinitatis dicitur* 1. *ad* Tim. 6. *Qui habitat lucem inacceſſibilem quam nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt. Et* Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam. Et Chryſoſtomus dicit ibi, quòd nec ipſæ cæleſtes eſſentiæ Deum vt eſt videre potuerunt.* Exod. 35. *Non videbit me homo, & viuet.* Iob. 36. *Vnuſquiſque intuetur eum procul. Et ſequitur ibidem: Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram.*

Quales autem eſſe debeant auditores huius ſcientiæ, tangitur in hoc quod dicitur, Iſraël, *quod interpretatur rectiſſimus, vel vir videns Deum: vnde oſtenditur intellectus, qui requiritur in auditore huius ſcientiæ, ſcilicet limpiditas ad videndum Deum, & rectitudo operis, per quam ad dictam limpiditatem vel acumen deuenitur. Non enim auditor debet eſſe puer nec ætate nec moribus, ſicut dicit Philoſophus in ethicis, de auditore Ciuilis ſcientiæ: vnde & beatus Bernardus ſuper cantica, primo ſermone dicit: Ante carnem diſciplinæ ſtudiis edomitam, & mancipatam ſpiritui, ante ſpretam & abiectam ſeculi pompam & ſarcinam, indignè ab impuris lectio ſancta præſumitur.* Iſa. 28. *Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus. Præterea* 1. ad Cor. 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos. Et in eodem loco: Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei.* Matth 7. *Nolite ſanctum dare canibus.*

Lib. 1. c. 3.

Finis autem tangitur in hoc quod dicitur, Saluator. *Finis autem huius doctrinæ non eſt tantum vt ſciamus, neque vt ſolum per opera boni ſimus, ſicut in ethicis: ſed vt vlterius ad æternam ſalutem perueniamus, in qua quod hic de Deo occultum nobis relinquitur per negationes, ſine aliquo velamine & apertè nobis obiicietur.* Sap. 15. *Noſſe te conſummata iuſtitia eſt: & ſcire iuſtitiam & veritatem tuam, radix eſt immortalitatis.* Gene. 32. *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.*

QVÆSTIO PROOEMIALIS, QVALITER HÆC SCIENTIA DICATVR MYSTICA.

His igitur prælibatis quærendum eſt de nomine iſtius ſcientiæ, quare myſtica dicatur: in quo etiam intentio eius aperietur. Videtur enim, quòd nulla ſcientia debeat dici myſtica: omne enim quod ſcitur, ex principiis ſuis in aperto ponitur: quod autem in aperto poſitum eſt, non eſt occultum: ergo videtur, quòd nulla ſcientia, ſicut nec iſta debeat dici myſtica vel occulta.

2 Præterea, Illud quod eſt totum occultum, magis eſt dicendum occultum vel myſticum quam illud quod quantum ad principium ſui eſt manifeſtum: ſed negationes de Deo per quas procedit iſta ſcientia (ſicut in cap. 3. infrà dicemus) procedunt à manifeſtis ſenſibilibus, quæ remouentur à Deo: diuinæ autem perſonæ, de quibus agitur, ſicut hic de ipſo, in aliqua doctrina, ſunt ex toto occultæ: ergo videtur, quòd illa doctrina magis debeat dici myſtica quam iſta.

3 Ad idem, Illud maximè debet dici myſticum vel occultum, quod maximè eſt remotum à cognitione noſtra: ſed diſtinctio perſonarum eſt maximè remota à cognitione noſtra: vnde dicit Ambroſius, Impoſſibile eſt ſcire illius, id eſt, æternæ generationis ſecretum: mens deficit, vox ſilet, non noſtra tantum, ſed & Angelorum: ergo videtur, quòd illa doctrina in qua agitur de diſtinctione perſonarum, maximè debet dici myſtica.

In lib. de fide ad Gratianũ, cap. 5. ante medium.

4 Ad idem, Sicut dicit Auguſt. Cum aliqua quæ Trinitatis ſunt, legantur quodammodo in libris Platonis, tamen hoc quod dicitur, Verbum caro factum eſt, ibi non inuenitur: vnde Auguſtinus de ſe dicit in lib. confeſſ. quod quia

Libro 7. confeſſion. cap. 9.

quid ſacramenti haberet, verbum caro factum eſt, nec ſuſpicari quidem poterat: ſed illud ad quod poſſunt Philoſophi minus peruenire, eſt magis occultum rationi humanæ: ergo cum myſterium incarnationis traditum ſit à Dionyſio in aliqua doctrina, cum diſtinctiuis perſonarum, ſicut innuit in lib. de diuinis nominibus in cap. de pace, videtur quòd illa ſcientia maximè debeat dici myſtica.

5 Præterea, Quamuis dicamus, quòd Philoſophi habuerint aliquam ſcientiam de diuinis perſonis vel cognitionem per appropriata, tamen propria ipſarum perſonarum nullo modo cognouerunt: ſic ergo videtur, quòd ſcientia quæ eſt de propriis perſonarum, maximè debeat dici occulta & myſtica.

6 Præterea, Tota certitudo ſcientiæ procedit ex principiis: ſcientia ergo quæ quantum ad principium ſui eſt occulta, magis debet dici myſtica quam quæ quantum ad principium ſui eſt manifeſta, quia procedit incipiens à ſenſibilibus remouendo ea à Deo: ſcientia autem de diuinis nominibus, quantum ad principium ſui eſt occulta, quia oſtendit qualiter de occulto diuinitatis omnia manifeſta nobis procedunt: ergo illa doctrina magis debet dici myſtica quam hæc.

7 Præterea, Illud quod ſupereminet omnibus entibus, eſt occultum noſtræ cognitioni, cuius cauſa eſt, quòd ſit ſuper entia: ſed in libro de diuinis nominibus docuit eminentia nomina diuina exponere per eminentiam: ergo & illa ſcientia debet dici myſtica.

8 Præterea, Sicut dictum eſt in primo & ſecundo capite cœleſtis hierarchiæ, ſacra Scriptura diſtribuit nobis diuina per ſymbola, vt proportionaliter nobis, per ea quæ nobis ſunt nota, reducamur in diuina: ſi ergo iſta ſcientia debet dici myſtica, quia ducit nos à manifeſtis, & relinquit nos in occulto, videtur etiam, quòd propter finem occultum ſymbolica Theologia debeat dici myſtica.

Sed dicendum, quòd negatiuæ Theologiæ, ſicut in capite tertio infrà dicemus, incipiunt à manifeſtis nobis ſenſibilibus negando ea de Deo, & ſic procedentes remouendo omnia ab ipſo relinquunt intellectum noſtrum in quodam confuſo circa id à quo negantur omnia quæ nouit, & de quo non poteſt affirmare quid ſit: affirmatiuæ autem Theologiæ producunt nobis occultum diuinitatis in manifeſtum, ſecundum quod ſignificant ab omnium cauſa procedere ea quæ ſunt manifeſta nobis: ſicut cum dicitur Deus bonus, ſignificatur id à quo omnis bonitas in creaturis eſt: & cum dicitur Pater, id à quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur: & ideò quia hæc doctrina conſiderat huiuſmodi remotionem quæ eſt per negationes, aliæ verò conſiderant affirmationes de Deo, hæc dicitur magis myſtica quam aliæ, ex hoc quod in occulto nos relinquit, aliæ verò ex occulto nos trahunt in manifeſta.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſcientia quæ procedit ex principiis rationis, ponit in aperto ea ad quæ ducit: hæc autem ſcientia non procedit ex talibus principiis, ſed potius eſt ex quodam lumine diuino, quod non eſt enunciatio per quam aliquid affirmetur, ſed res quædam conuincens intellectum, vt ſibi ſuper omnia adhæreat, nec elucidat intellectum ad id quod excedit ipſum, propter quod remanet intellectus in quodam non determinatè verò: & hoc lumen proportionatur lumini, quo corporalis viſus confortatur ad videndum, & tamen non facit alicuius viſibilis determinatam cognitionem, cum nullius ſpecies propria ſit: lumen autem principiorum rationis aſſimilatur magis ipſis ſpeciebus propriis terminis viſibilium, quibus viſus determinatè apprehendit hoc vel illud: & ideo hoc ducit in determinatam cognitionem rei.

Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis diuinæ perſonæ ſint occultæ ſecundum rem, tamen modus tractandi de eis non eſt occultus: quia per hoc quod affirmatur aliquid de eis in illa doctrina, vt quod Pater generat, vel quod ſunt tres perſonæ, trahitur intellectus noſter ex occulto diuinitatis ad res manifeſtas in quibus aliquod iudicium inuenitur, & dictum in eis ex cauſa prima: hæc autem ſcientia dicitur myſtica quantum ad modum, vt dictum eſt: & per hoc patet ſolutio ad tertium, quartum, & quintum.

Ad ſextum dicendum, quòd ſcientia & quælibet res, maximè debet denominari à fine: & ideò quia iſta ſcientia relinquit in fine occulto, magis debet dici myſtica quam ſcientia de diuina nominatione, quæ oſtendit proceſſum ab occulto in manifeſtum, præcipuè per proceſſionem, cum etiam principium non conſideretur ibi vt occultum, ſed vt manifeſtatur per proceſſionem rerum ab ipſo, conuenientium ſecundum proportionem imitationis cum ipſo.

Ad ſeptimum dicendum, quòd ſupereminentia quæ conſequitur ſcientiam de diuinis nominibus, eſt ſupereminentia cauſæ: & ideò non ſtatuit nomina ſicut in occulto, ſed procedit per cauſalitatem in effectus manifeſtos.

Ad octauum dicendum, quòd quamuis ſecundum ordinem quoad nos incipiamus in ſymbolis ab his quæ manifeſta ſunt, tamen ſecundum naturalem ordinem huius doctrinæ itur ab occultis ad manifeſtum: quia prius eſt proprium quam appropriatum: appropriatio enim non poteſt fieri niſi per proportionem ad propria, ſicut non poteſt ſciri quod Deus dicatur dormiens, niſi prius ſciatur quomodo prius eſt diſſimulans: propria autem ſunt occulta, appropriata verò manifeſta: & ideò etiam ibidem eſt proceſſus ab occultis ad manifeſta.

CAPVT I.

De myſtica Theologia.

TRinitas superſubſtantialis, & 1.
ſuperdea, & ſuperbona inſpectrix diuinæ ſapientiæ Chriſtianorum, dirige nos ad myſticorum eloquiorum ſuperignotum & ſuperſplendentem ſummum verti-

cem, vbi ſimplicia & abſoluta & inconuertibilia Theologiæ myſteria cooperta ſunt ſecundum ſuperſplendentem occultè docti ſilentij caliginem, in obſcuriſſimo ſuperclariſſimum ſuperſplendere facientem, & in omninò impalpabili & inuiſibili ſuperpulchris claritatibus ſuperimplentem non habentes oculos mentes. Igitur iſta mihi quidem ſint oratione poſtulata.

DIVISIO TEXTVS.

A Hıs dictis accedendum eſt ad diuiſionem iſtius libri. Sciendum igitur, quòd ſicut dicit Philoſophus in ſecundo metaphy. non ſimul oportet quærere modum ſecundum quem res declaratur & rem ipſam, ſed prius quærendus eſt modus: & ideò hic liber in duas partes diuiditur. In prima declaratur modus huius doctrinæ. In ſecunda ponitur ipſa doctrina, in quarto capite, ibi, *Dicamus igitur, quod omnium cauſa, &c.* Modus autem doctrinæ eſt duplex, ſcilicet modus tractantis, & modus tractatus: & ideò prima pars diuiditur in duas partes. In prima ponit modum tractantis, in ſecunda modum tractatus in tertio cap. *Igitur in Theologicis.* Modus autem tractantis diuina eſt duplex, quorum primus conſiſtit in cognitione, ſecundus in imitatione ad Deum: quia ſicut in cęleſti hierarchia dictum eſt, hierarchia eſt ſcientia & actio, & ad Deum, quantum poſſibile eſt, ſimilitudo & imitatio: & ideò prima pars diuiditur in duas. In prima ponit modum cognoſcendi diuina, in ſecunda modum imitationis ad Deum in ſecundo cap. *In hac ſuperlucenti, &c.* Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ponitur modus docentis, in ſecunda modus audientis, ibi, *Tu autem, ô amice, &c.* Modus autem docentis diuina eſt, vt per gratiam, veritatem diuinorum impetret quam tradere alıis debet: quia in omni theologico negotio incipiendum eſt ab oratione, vt in tertio cap. de diuinis nominibus dictum eſt, & ideò prima pars diuiditur in duas. In prima ponit orationem, in ſecunda recapitulat, ibi, *Igitur iſta mihi quidem, &c.*

DVBIA.

B Sed videtvr, quòd modus docentis non ſit per orationem procedere: docentis enim eſt inducere veritatem in animam audientis: hæc autem non poteſt poni, niſi per orationes ſignificantes verum, vel falſum: cum igitur deprecatiua oratio non ſignificet nobis verum vel falſum, videtur quòd non ſit modus docentis per orationem procedere.

Dubium 1.

2 Præterea, Doctrina debet procedere à magiſtro in diſcipulum: ſed veritas per orationem impetrata, æqualiter poteſt ſe habere ad magiſtrum & diſcipulum, & non reſpicit ordinem magiſterij, ſed potius ordinem ſanctitatis: ergo videtur, quòd non ſit modus docentis per orationem procedere.

Ad oppoſitum, veritas quæ eſt ſupra ſcientiam noſtram, non poteſt accipi niſi ſua benignitas inclinetur ad hoc quod infundat ſe nobis: cum igitur talis ſit veritas, quæ hic quæritur, & diuina benignitas non inclinetur niſi per orationem, videtur quòd oratio debeat eſſe modus docentis ſecundum hanc doctrinam.

Sed dicendum, quòd ſicut Gregorius dicit in principio moralium, ad diuina capeſcenda magis orando quam diſputando peruenitur: & huius ratio eſt: quia cum diuina veritas ſuperet noſtram rationem, nos ex nobis eam inclinare non poſſumus, niſi dignetur ſeipſam infundere: ipſa enim eſt magiſter interior, vt dicit Auguſt. Nec tamen ſuperflua eſt doctrina exterior, quæ eſt ſicut inſtrumentum, ſicut dicitur in Pſal. 44. Lingua mea calamus ſcribæ, quo ſe inſinuat in animo auditoris per propoſitiones ſignificantes verum vel falſum: & ideò propter vtrumque magiſterium, vtraque neceſſaria eſt, ſcilicet enunciatio quæ reſpicit ordinem magiſtri ad diſcipulum, & deprecatio: & per hoc patet ſolutio ad obiecta.

C Ad evidentiam literæ quæritur de quibuſdam quæ in litera dicuntur: ſplendor enim habet naturam manifeſtationis: ſed manifeſtum & ignotum ſunt oppoſita: ergo videtur oppoſita dicere de eodem, cum dicat ignotum & ſuperſplendentem.

Dubium 1.

2 Præterea, Vnumquodque ſimplex eſt, quia à materia abſolutum eſt: & ita videtur ſuperfluus ponendo hæc duo, ſcilicet ſimplicia & abſoluta: & eſt ſuperfluum addere inconuertibilia, quia tam ſimplicia quam immaterialia habent rationem immobilitatis.

3 Præterea, Omne quod docetur, edocetur per aliquod verbum, ſiue interius, ſiue exterius: ſed quando verbum promitur, non videtur eſſe ſilentium: ergo videtur contraria adiungere, cum dicit docti ſilentij.

Sed dicendum ad primum, quòd dicitur ſuperſplendens in ſe, occultus autem nobis: quia manifeſtiſſima naturæ ſe habent ad oculum noſtrum ſicut oculus noctuæ ad lumen ſolis. Vel dicendum, quòd eſt occultus ſecundum ſe in altitudine ſuæ naturæ, ſuperſplendens autem ſecundum quod ſe nobis immittit.

Ad ſecundum dicendum, quòd in inferioribus ſumenda ſunt ſimplicia ſecundum modum intelligendi eorum, quæ ſecundum eſſe compoſita ſunt, & dependent à materia (ſicut eſſentiæ rerum naturalium) & hæc eadem per ſe immobilia & incorruptibilia ſunt, ſed per accidens corrumpuntur, ijs corruptis in quibus ſunt. Sed Deus & ſecundum intellectũ ſimplex eſt, & ſecundum eſſe abſolutum non dependens ab aliquo: quoniam in ſe perfectum eſt, & non mouetur, neque per ſe, neque per accidens.

Ad tertium dicendum, quòd ſilentium eſt ſimpliciter, quia de Deo non poteſt dici quid: ſed doctrina eſt ſecundum quid, inquantum dicitur de ipſo quia.

EXPOSITIO TEXTVS.

D Omiſſis autem ſalutarione quæ præmittitur, quia alibi expoſita eſt & per ſe patet, & titulo, qui etiam ex diſputatione primi articuli per ſe patet, accedamus ad orationem quam præmittit. Orat ergo & dicit. *Trinitas superſubſtantialis*, quæ omnia eſſe facis, *& ſuperdea*, quantum ad hoc quod iam exiſtentibus prouidet, *& ſuperbona*, in quantum ea dirigit in finem, *inſpectrix ſapientiæ diuinæ*, id eſt, quæ de Deo eſt, *Chriſtianorum*, id eſt, à Chriſtianis habita: quia ipſe ſolus perfectè ſui contemplationem habet, & ideò dicit, *inſpectrix*, quaſi intimè ſpectans. Et dicit Chriſtianorum ad differentiam ſcientiæ diuinæ, quam de Deo Philoſophi habuere, quæ plurimis erroribus immixta fuit, propter imbecilli atem rationis humanæ. Tu, inquam, quia perfectè te vides, *dirige nos ad ſummum verticem myſticorum eloquiorum*, ſecundum quod in negationibus omnium, in ipſum, quaſi in quoddam occultum venimus, vt dictum eſt. *Verticem*, dico, *ſuperignotum, &c. vbi*, id eſt, in quo vertice, *myſteria Theologiæ ſunt cooperta*, id eſt, abſcondita à nobis, *ſecundum caliginem docti ſilentij ſuperſplendentem occultè.* Sicut ex nimio ſolis fulgore efficitur quædam tenebroſitas in oculo debili, nulla caligine in ſole exiſtente: ita in Deo non ſunt vllæ tenebræ, ſed ex nimio eius ſplendore obtenebratur noſter oculus, quia impotens eſt ad tantum ſplendorem, & per iſtam caliginem occultantur nobis diuina myſteria, dico, *ſimplicia, &c.* Verticem, dico, *facientem ſuperſplendere*, in mente, *ſuperclariſſimum*, ſcilicet diuinum lumen, *in obſcuriſſimo*, diuinæ eminentiæ, quia quamuis ob obſcuritatem relictam in nobis ex eminentia ſplendoris, deficiamus à comprehenſione diuinę eminentię, tamen adhuc attingitur. Alia litera, *ipſa relictis omnibus ædificatur & illuminatur.* Et ideo ſubdit, *& ſuperimplentem mentes* noſtras, & Angelorum, *non habentes oculos* corporeos, *ſuperpulchris claritatibus* diuinarum illuminationum, *in* ſummo illo *omnino impalpabili*, quia non cognoſcitur viſu exteriori, *& inuiſibili* quantum ad viſum interiorem. Deinde recapitulat dicens. *Igitur, &c.* per ſe patet.

2. Tu autem ô amice Timothee, circa myſticas viſiones forti contritione, & ſenſus derelinque, & intellectuales operationes, & omnia ſenſibilia, & intelligibilia, & omnia exiſtentia & non exiſtentia, &, ſicut eſt poſſibile, ignotè conſurge ad eius imitationem, qui eſt ſuper omnem ſubſtantiam & cognitionem: etenim exceſſu tuiipſius & omnium irretentibili & abſoluto mundè ad ſuperſubſtantialem diuinarum tenebrarum radium, cuncta auferens & à cunctis abſolutus, ſurſum ageris.

DIVISIO ET expoſitio textus.

DEinde ponit ipſius addiſcentis modum: & diuiditur in duas partes. In prima ponit modum ipſius. In ſecunda probat quod dixerat per authoritatem, ibi, *Ita igitur diuinus Bartholomæus, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima ponit modum diſcipuli in accipiendo, in ſecunda communicando alijs, ibi, *Vide autem vt nullus, &c.* Modum autem, quem docet Timotheum, circunſcribit, quo teneat formam diſcipuli, & eſt vt circa intellectus myſticos relinquat ſenſus & intellectuales operationes, *forti contritione*, quaſi conterendo ſub lumine diuino, & quòd derelinquat omnia ſenſibilia & intelligibilia, quia nihil horum eſt Deus, & dicuntur hæc intelligibilia, quia intellectu comprehendi poſſunt: & ſic debet relinquere omnia exiſtentia in actu, & non exiſtentia, quæ ſunt tantum in potentia: quia Deus non coordinatur aliquibus exiſtentibus, ſicut in genere eorum exiſtens, & ſic debet conſurgere ad vnionem Dei qui eſt ſuper omnem ſubſtantiam & cognitionem ſecundum quod mens, in qua eſt imago reformata per habitum gloriæ vel gratiæ, actu Deum imitatur. Alia tranſlatio, *imitationem*, vt ſcilicet Deo vniatur: & hæc concordat alteri tranſlationi quæ habet *vnitatem*, id eſt ſimplicitatem: & ſic ſurſum agatur *ad radium diuinarum tenebrarum, cuncta auferens*, id eſt, deſerens excedendo ſeipſum, *irretentibili*, quaſi non retinendo ſe intra principia rationis. A

DVBIVM.

SED QVÆRITVR, quare diligentius hic inſtruit diſcipulum quam in aliis libris? B

2 Præterea, Sine intellectualibus operationibus nihil poteſt ſciri: & ita cum ipſum in quandam ſcientiam inducere velit, non debet eum monere vt relinquat, ſed potius vt fortiter aſſumat intellectuales operationes.

3 Præterea, In negationibus diuinis quas conſiderat hæc ſcientia, vt dictum eſt, oportet incipere à ſenſibilibus: & ideò non debet inſtruere vt relinquat ſenſus.

4 Præterea, Nihil excedit ſeipſum, & ita cum ad hoc hortatur eum, videtur hortari ad impoſſibile.

Sed ad primum dicendum, quòd in aliis libris quos de Deo facit, afferuntur diuina ad nos in manifeſtis, vt dictum eſt, in hoc autem oportet nos ire in Deum, & vniri ſibi: & ideò hic eſt tota perfectio diuinæ ſcientiæ: vnde requiritur maior perfectio in auditore.

Ad ſecundum dicendum, quòd monet relinquere intellectuales operationes connaturales nobis, & non eas quæ ſunt in nobis ex lumine diuino.

Ad tertium dicendum, quòd monet relinquere ſenſus quantum ad occultationem quæ eſt in ipſis: non tamen quod non liceat per negationes ſenſibilium per ſenſus acceptorum ire in Deum.

Ad quartum dicendum, quòd non excedit ſe ſecundum eſſe: ſed virtus ſua poteſt extendi ſuper ipſum inquantum ſertur in Deum, qui eſt eleuatus ſuper ipſum, & ad hoc eum hortatur.

3. Vide autem, vt nullus indoctorum iſta audiat: iſtos autem dico qui in exiſtentibus ſunt formati, nihil ſuper exiſtentia ſuperſubſtantialiter eſſe opinantes, ſe putantes ſcire ea quæ ſecundum ſeipſos eſt

Pſal. 17. cognitione eum qui ponit tenebras latibulum ſuum. Si autem ſuper iſtos ſunt diuinæ doctrinæ myſteriorum, quid dicat quidem aliquis de magis indoctis, quicunque omnibus ſuperpoſitam cauſam & ex poſtremis in exiſtentibus figurant, & nihil ipſam habere dicunt ſuper compoſitas ab ipſis impias & multiformes formationes: oportet enim in ipſa & omnes exiſtentium ponere & affi mare poſitiones, ſicut omnium cauſa, & omnes ipſas magis propriè negare, ſicut ſuper omnia exiſtente, & non negationes oppoſitas opinari eſſe affi mationibus, ſed multò prius ipſam ſuper priuationes eſſe, quæ eſt ſuper omnem ablationem & poſitionem.

DIVISIO ET *expoſitio textus.*

A Deinde ponit modum in communicando, & ſecundò præuenit quæſtionem reſponſione, ibi, *Oportet enim in ipſa & omnes, &c.* Circa primum primò remouet à communicatione huius ſcientiæ Philoſophos. Secundò idololatras, ibi, *Si autem ſuper iſtos, &c.* Dicit autem primò, quòd hic cauere debet ne aliquis indoctus in diuina doctrina audiat iſta myſtica: dicit enim illos indoctos, qui cum ſint informati & ſecundum affectum & ſecundum intellectum exiſtentibus à quibus ſcientiam accipimus, nihil credunt eſſe ſuper entia. *Superſubſtantialiter*, id eſt, ſine proportione ad iſta: vnde etiam Philoſophi dicunt, quòd primus motor eſt proportionatus mobili primo, *ſed putantes ſcire eum qui ponit eſſe, &c.* ſcilicet Deum, *ea cognitione quæ eſt ſecundum ipſos*, id eſt, per principia rationis, ſicut dicitur de Auguſt. quòd tumens inani philoſophia, volebat humana ratione comprehendere, quod pia mens viuacitate fidei nititur apprehendere.

DVBIVM.

Sed videtvr, quòd iſti qui non ſunt ſic formati ſecundum exiſtentiam, ſicut iam docti & edocti, non ſunt docendi: & ita videtur, quòd potius eos, qui ſunt formati, docere debeat. B

a Præterea, Sicut dicit Philoſophus, multi ſunt ſcientes & contraria operantes: ergo nihil prohibet aliquos poſſe ſcire diuina, quamuis ſint ſecundum affectum male exiſtentium ſcientia formati.

Sed dicendum, quòd diuina non accipiuntur per principia rationis, ſed quodam experimento ſecundum paſſionem ad ipſa, ſicut ipſe dicit Dionyſius, quòd didicit diuina, patiendo diuina, ſed affectus infectus illicito rerum amore, non ſentit dulcedinem diuinæ inſpirationis: & ideò deficiente cognitione quæ eſt per experimentum, poteſt quidem formare ſyllogiſmos & dicere propoſitiones, ſed realem ſcientiam non habet quæ eſt pars beatitudinis.

Ad primum ergo dicendum, quòd docti non ſunt docendi, ſed illi qui ſunt præparati ad diuinam doctrinam per purgationem affectus & intellectus ab erroribus & concupiſcentiis.

Ad ſecundum dicendum, quòd verbum Philoſophi intelligitur de ſcientia per principia rationis & non per experimentum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde excludit idololatras à communicatione huius doctrinæ: quia ſi diuina doctrina de myſticis eſt ſuper omnes doctos qui rationem ſequuntur, multò magis eſt ſuper indoctiores qui tantum ſenſum ſequuntur, nihil ſupra ſenſibilia eſſe putantes, ſed figurant ſibi Deum imaginibus ex poſtremis in exiſtentibus, ſicut dicitur Rom. 1. quòd mutauerunt gloriam Dei, in imagines volatilium & ſerpentum: vnde putant, quòd Deus non ſit aliquid melius, quam illæ impiæ imagines, quas ipſi faciunt. Et quia aliquis defendendo iſtum errorem poſſet dicere, quod de Deo, qui eſt omnium cauſa, oportet omnia affirmare, & ita quod Deus eſt homo, & debet in imagine hominis adorari, & ſimiliter in imagine ſerpentis & aliorum. Reſpondet huic quæſtioni faciens antipophoram, & dicit, quòd Deus eſt cauſa omnium, & tamen eſſentialiter eſt ſuper omnia: & ideò quamuis ponantur taliter omnium affectiones in ipſo, tamen multò magis eſſentialiter omnia remouentur ab ipſo, quia ipſe nihil eſt eorum: & illæ negationes non ſunt oppoſitæ illis affirmationibus, quia non ſunt ſecundum idem: ſed oportet cauſam omnium ponere & ſuper negationes & ſuper affirmationes, quia per neutrum eorum comprehenditur quidditas Dei. C

DVBIVM.

Sed videtvr, quòd non poſſint omnium affectiones poni in Deo. Cauſa enim aliqua quæ in nullo conueniens eſt cauſato, non recipit prædicationem ſui cauſati: ſicut non dicimus, quòd ſol eſt homo, ſed dicimus, quòd ſol lucens ſuper terram eſt dies: quia forma ſolis, quæ eſt lux, D

facit diem: ſed Deus in nullo communicat cum aliqua creatura, neque in genere, neque in ſpecie, neque in analogia: ergo affectiones cauſatorum non poſſunt poni in Deo.

2 Præterea, Nos non poſſumus dicere, quod faber eſt cultellus, quamuis operetur cultellum per intentionem quam habet apud ſe: ergo videtur, quòd quamuis rationes omnium rerum ſint apud Deum, quòd non debeant prædicari de ipſo.

3 Præterea, Cauſæ propinquæ non ſemper prædicantur de ſuis effectibus, nec è conuerſo: ergo multò magis nec cauſa prima, nec remotiſſima.

4 Præterea, Affirmatio & negatio opponuntur contradictoriè, quando idem de eodem affirmatur & negatur, ſicut fit in propoſito: ergo videtur, quòd iſtæ affirmationes & negationes ſint oppoſitæ.

Sed dicendum, quòd ad hoc quod effectus prædicetur de cauſa, oportet quod cauſa & effectus ſint communicantia aliquo modo: vnde dico, quòd quamuis Deus non communicet cum creaturis in genere, vel ſpecie, vel analogia per quam aliquid vnum ſit in ipſo & creaturis; communicat tamen quadam analogia imitationis, ſecundum quod alia imitantur ipſum, quantum poſſunt: quædam tamen imitantur ipſum Deum vt ideata, ſicut ea quæ non ſunt per prius in ipſo, ſicut aſinus & lapis in formis ſuis, & iſta non prædicantur de Deo eſſentialiter, ſed cauſaliter tantum: quædam verò imitantur ipſum vt imago vel ſimilitudo illius, quæ per prius ſunt in ipſo, ſicut ſapientia, & bonitas, &c. & iſta dicuntur de ipſo eſſentialiter & cauſaliter: & non eſt ſimile de fabro qui non eſt ratio cultelli quam habet, ſed Deus eſt omnes rationes rerum quas habet, quia eſt quicquid habet, & ideò recipit quodammodo omnium prædicationem: ſicut etiam ſpecies artis dicitur domus à qua procedit domus in lapidibus & lignis, vt dicit Philoſophus. Et per hoc patet ſolutio ad tria prima.

Ad vltimum dicendum, quòd affirmantur de Deo ſecundum quid, ſcilicet cauſaliter, & negantur ſimpliciter, quia per eſſentiam: ſimpliciter autem negatum & ſecundum quid affirmatum non contrariantur, ſicut album ſecundum dentes & non album ſimpliciter.

4. Ita igitur diuinus Bartholomæus dicit, & multam Theologiam eſſe, & minimam, & Euangelium latum & magnum, & rurſus conciſum: vt mihi videtur, illud ſupernaturaliter intendens, quia & multorum ſermonum eſt bona omnium cauſa, & breuium dictionum ſimul & irrationabilis, ſicut neque rationem habens neque intellectum, propter hoc quod omnibus ipſa ſuperſubſtantialiter eſt ſuperpoſita, & non ſolum non velatè & verè apparet his qui immunda & munda tranſeunt, & omnem omnium ſanctarum extremitatum aſcenſum ſuperueniũt, & omnia diuina lumina & ſonos & ſermones cæleſtes derelinquunt, & ad caliginem introeunt, vbi verè eſt, ſicut eloquia dicunt, qui eſt ſuper omnia.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Ita igitur diuinus Bartholomæus, &c.

OStendit ſuperius quantæ perfectionis oporteat eſſe etiam auditorem huius ſcientiæ propter altitudinem materiæ & difficultatem: ideò ad probandum difficultatem materiæ huius doctrinæ inducit duas authoritates, vnam Bartholomæi Apoſtoli, alteram Moyſis, quæ incipit ibi, *Etenim non ſimpliciter diuinus, &c.* Prima diuiditur in duas partes. In prima ponit authoritatem, in ſecunda exponit, ibi, *Et mihi videtur, &c.* Vt ergo primò diximus, propter celſitudinem diuinæ maieſtatis de ipſa omnia eſſentialiter negantur, & tamen de ipſa omnia etiam cauſaliter affirmantur. *Ita igitur*, id eſt, propter hoc, *diuinus Bartholomæus*, id eſt, Apoſtolus *dicit* (Euangelio quod ſcripſit, quo nos non vtimur) *Theologiam*, id eſt, ſermonem de Deo abſolutè *eſſe multam* propter effectus & figuras, *& minimam* quantum ad id quod verè in ſtatu viæ de Deo capere poſſumus, & ſpecialiter *Euangelium*, quod eſt doctrina verbi incarnati, dicit eſſe *latum* propter multitudinem parabolarum, *& magnum* propter profunditatem materiæ & myſteriorum, *& rurſus conciſum*, id eſt, breue quantum ad id ad quod eſt, ſcilicet ad manifeſtandum nobis Deum, de quo nec partem accipere poſſumus, & ideò de Euangelio inducit Apoſtolus ad Rom. 9. illud Iſa. 10. Verbum abbreuiatum faciet Deus ſuper terram. Deinde exponit authoritatem poſitam dicens, Diuinus dico Bartholomæus, *vt mihi videtur*, cauſa humilitatis dicit, *intendens ſupernaturaliter*, id eſt, diuino lumine motus, *illud* ſcilicet dixit, nempe quòd *omnium cauſa*, ſcilicet Deus, eſt *multorum ſermonum*, inquantum narratur per nomina ſuorum cauſatorum, *& breuium*, id eſt, paucarum, *dictionum ſimul*: quia parum eſt quod de eo dicere poſſumus ſecundum ſe: & dicitur, quòd eſt *irrationabilis*, quia de ipſo ratiocinari non poſſumus, ſicut *neque habens rationem*, id eſt, diffinitionem, *neque intellectum*, id eſt, intellectus comprehenſionem paſſiuè: *propter hoc quod ipſa* cauſa *eſt ſuperpoſita omnibus*, quantum ad altitudinem ſuæ naturæ, *ſuperſubſtantialiter* quantum ad modum eſſendi, *& apparet non velatè*, quantum ad modum accipiendi ipſum, *& verè*, quantum ad veritatem obiecti quod videtur, *ſolis his qui* tendentes in Deum, *tranſeunt*, id eſt, tranſcendunt *immunda*, id eſt, materiales doctrinas, *& munda*, id eſt, immateriales,

& qui *veniunt ſuper omnem aſcenſum omnium ſanctorum extremitatum*, id eſt, angelicarum, & dicuntur extremitates, illud in quo inferior non attingit ſuperiorem, & in cuius infimo attingit eam inferior, non in ſummo ſui, & quia ipſe eſt ſuper omnem naturam, oportet omnes huius extremitates tranſcendere, vt veniatur ad ipſum: & qui *derelinquunt* etiam *omnia diuina lumina & ſermones cæleſtes*, id eſt, immiſſiones ipſas quæ ſunt à Deo, quæ tamen non ſunt Deus, & qui *introeunt ad caliginem*. id eſt, in occultum diuinitatis, quæ caligo eſt extremum aſcenſus, *vbi eſt verè* Deus, *qui eſt ſupra omnia, ſicut eloquia dicunt*, in Pſal. 17. Caligo ſub pedibus eius.

DVBIVM.

B SED VIDETVR ſibi contradicere in his quæ hic dicit: in primo enim capite cæleſtis hierarchiæ dixit, quòd impoſſibile eſt nobis aliter lucere diuinum radium niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum, hîc autem dicitur, quod illis qui omnia tranſcendunt, apparet non velatè: ergo videtur ſibi contrarius.

2 Præterea, Accipere diuina lumina non velatè, eſt prima reuelatione accipere: ſed prima reuelatione accipere eſt impoſſibile homini, quia per hoc differt anima ab Angelo, vt dicit Alexander: ergo videtur, quòd in hac vita ad minus non poſſumus diuina videre non velatè.

3 Præterea, In cæleſti hierarchia dictum eſt, quòd inferior natura in ſummo ſui attingit vltimum ſuperioris naturæ: ergo impoſſibile eſt, quòd attingat vltra extremitatem ipſius: ſed Angeli ſunt ſuperioris naturæ quam nos: ergo videtur, quòd ſit impoſſibile, quod nos tranſcendamus extremitates Angelorum, quod tamen litera dicit.

4 Præterea, In libro de diuinis nominibus, in capite de pace dixit, quòd oportet omnes animas vniri in ſeipſis primò, & poſtmodum per immaterialem & ſimplicem intellectum peruenire ad imitationem diuinam: ergo videtur, quòd non debeamus relinquere Angelos qui ſunt immateriales intellectus, ſed vniri nos ſibi, quantum poſſumus, ad hoc vt veniamus in Deum.

5 Præterea, Diuina lumina dantur nobis vt confortent intellectum ad cognoſcendum Deum: ſed eunti ad finem non eſt relinquendum illud quod iuuat aſcenſum ad finem: ergò videtur, quod non debeamus relinquere diuina lumina ad cognoſcendum Deum, ſed fortiter eis inhærere.

6 Præterea quæritur, quæ ſit differentia inter diuina lumina, & cæleſtes ſonos, & ſermones.

Sed dicendum ad primum, quòd contemplatio Dei poteſt dupliciter conſiderari, aut quantum ad id in quo contemplamur Deum, ſiue quantum ad principium contemplationis, & ſic loquitur Dionyſius in cæleſti hierarch. quòd non poſſumus videre diuinum radium in hac vita ſine velamine ſignorum & effectuum: quia nunc videmus per ſpeculum & in ænigmate. Vel quantum ad finem contemplationis, ſiue quantum ad id quod per contemplationem quærimus, & ſic eſt ipſe Deus non velatus, ad quem ſecundum vltimum noſtræ naturæ peruenimus, in quo intellectuales naturas attingimus: fruſtra enim eſſet ratiocinatiua inquiſitio, niſi perueniretur ad intellectiuam viſionem: & ſic loquitur hic.

Ad ſecundum dicendum, quòd idem eſt quod omnes contemplantes Dei quærunt videre: vnde ex illa parte non eſt diuerſitas, ſed ex ea in qua videtur, eo quod quibuſdam eſt naturale ſine velamine accipere.

Ad tertium dicendum, quòd pertranſire aliquem contemplatione dupliciter dicitur. Vel quantum ad vim contemplatiuam: & ſic neque tranſcendere neque æquari poſſumus Angelis in hac vita, quamuis per lumen diuinum eleuemur ſupra facultatem naturæ noſtræ. Vel quoad obiectum contemplationis: & ſic quia quod quærimus, eſt ſuper omnia, etiam ipſos Angelos contemplando tranſimus, ſicut in Cantic. tertio dicitur, Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea.

Ad quartum dicendum, quòd non debemus eis vniri ſicut obiecto, ſed per illuminationes deſcendentes in nos per eos, quibus eleuamur in diuinam contemplationem.

Ad quintum dicendum, quòd diuinis luminibus, id eſt, à Deo nobis immiſſis debemus inhærere, non ſicut obiecto, ſed ſicut his ſub quibus videtur obiectum & quibus confortatur intellectus noſter, quia in eis non ſiſtit deſiderium noſtrum ſicut in ſummo bono.

Ad vltimum dicendum, quòd intellectus noſter dupliciter eleuatur in Deum, vt per modum inuentionis, quaſi conſurgat ex ſe in ipſum, & ſic dirigunt diuina lumina in Deum, lumen enim eſt perfectio viſus qui ſeruit inuentioni: aut eleuatur in ipſum per quædam ſigna immiſſa ab ipſo in quibus exprimitur Deus, ſicut res percipitur in voce ſignificante ipſam, & hoc ſignum vel eſt ad affectum, qui impletur gaudio inexplicabili, & quod etiam concipi non poteſt, & ipſum ad hoc dicitur, *ſonos*, quibus paſſiones quæ exprimi non poſſunt intentionibus, ſignificantur, ſicut eſt iubilus, de quo dicitur ſuper illud Pſal. 46. Aſcendit Deus in iubilo, quod eſt ineffabile gaudium quod nec taceri poteſt nec exprimi valet. Vel eſt ad intellectum ſecundum quod concipit aliquid de Deo, & ipſum ad hoc dicitur, *ſermones*, qui ſunt voces exprimentes conceptus mentis: & hæc omnia oportet tranſcendere, quia nullum eorum eſt obiectum quod quærimus in contemplatione.

Etenim non ſimpliciter diuinus Moyſes mundari ipſe prius præcipitur, & rurſus ante à talibus ſegregari, & poſt omnem mundationem audit multarum vocum buccinas, & videt lumina multa cum fulgore emittentia mundos & multum effuſos radios: poſtea à multis ſegregatur, & cum electis ſacerdotibus ad ſummitatem diuinarum aſcenſionum pertingit. Quamuis 5.

per hæc

per hæc quidem non ſit cum Deo, Exo.33. ſed contemplatur non ipſum (inuiſibilis eſt enim) ſed locum vbi eſt.

DIVISIO ET expoſitio textus.

A Deinde oſtendit difficultatem materiæ, ſimul & quod neceſſaria præparatio magna auditori, per exemplum Moyſis, & ſumitur de Exo. 19 cap. Diuiditur autem hæc pars in duas partes. In prima ponit hiſtoriæ narrationem. In ſecunda exponit ſignificationem eius, ibi, *Hoc autem puto, &c.* Dicit ergo primò, quòd debet ab omnibus mundari, qui ad myſticum diuinæ caliginis vult aſcendere. *Etenim non ſimpliciter,* id eſt, non ſine magno ſignificationis myſterio, *diuinus Moyſes præcipitur ipſe prius mundari,* & quantum ad affectum ab omnibus terrenis, & quantum ad intellectum ab omnibus quæ non ſunt Deus: *& rurſus* ſecundò præcipitur *ſegregari à non talibus*, id eſt, à non mundis, ne ab eorum conſortio coinquinetur, & ne ipſis ſacra viſa communicet: & poſt omnem mundationem, tertiò *audit buccinas multarum vocum*, quæ ſunt diuina præcepta mirabiliter à ſe tonantia: & quartò *videt multa lumina*, quæ ſunt diuinæ reuelationes, *emittentia radios*, id eſt, cognitiones, *mundos* à materialibus phantaſmatibus, *& multum effuſos*, id eſt, ſuper multa cognita quæ et innotecunt: præterea quintò *ſegregatur à multis*, id eſt, à multitudine populi, ſicut dicitur Exod. 20. quòd ſtetit populus de longe, & acceſſit Moyſes ad caliginem in qua erat Deus: qui enim diuina contemplatur, non ſolum ab immundis, ſed etiam ab imperfectis ſegregatur: & ſextò *cum ſacerdotibus electis* à Deo, *pertingit ad ſummitatem diuinarum aſcenſionum*, id eſt, ad altiſſimos gradus diuinæ contemplationis, ſicut legitur Exod 24. Moyſi quomodo dicit Deus, Aſcende ad Dominum tu & Aaron, Nadab & Abiu, &c. *Quamuis per hæc quidem non ſit cum Deo*, id eſt, non vidit ipſum Deum: ſed ſeptimo, *contemplatur, non ipſum Deum (inuiſibilis eſt enim) ſed locum vbi eſt*, id eſt, videt ipſum in eminentibus creaturis, in quibus eſt ſicut in terminis ſuis: & hoc ſumitur de Exo. 33. cap. vbi dicit Dominus ad Moyſen, Non videbit me homo & viuet. Et iterum, Ecce, inquit, eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram.

6. Hoc autem puto ſignificare diuiniſſima viſorum & intellectorum eſſe ſubiectas quaſdam rationes ſubiectorum omnia excedenti, per quę præſentia eius, quæ eſt ſuper omnem cogitationem, monſtratur intelligibilibus ſummitatibus ſanctiſſimorum locorum eius ſuperueniens: tunc & ab ipſis abſoluitur viſis, & videntibus, & ad caliginem ignorantiæ intrat, quæ caligo verè eſt myſtica, in qua claudit omnes cognitiuas ſuſceptiones, & impalpabili omninò & inuiſibili fit omnis exiſtens eius qui eſt ſuper omnia, & nullius, neque ſuiipſius, neque alterius omninò, aut ignoto vacatione omnis cognitionis ſecundum melius vnitus, & eo quod nihil cognoſcit, ſuper mentem cognoſcens.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde exponit dicens: *Hæc autem* quæ dicta ſunt, *puto ſignificare*, quod dicam, ſcilicet *diuiniſſima viſorum & intellectorum*, id eſt, ea quæ videmus de Deo nobiliſſimis reuelationibus, & alia quæ intelligimus altiſſimis contemplationibus in hac vita, *eſſe* non Deum, ſed *quaſdam rationes*, id eſt, ſpecies *ſubiectorum*, id eſt, rerum quæ ſubiiciuntur Deo, *excedenti omnia: ſubiectas*, id eſt, inferiores Deo in ipſis nobiliſſimis creaturis & effectibus ſui, & etiam *per quę*, diuiniſſima, *præſentia eius*, ſcilicet Dei, *quæ eſt ſuper omnem cogitationem* materialium, eſt enim præſens omnibus effectibus ſuis & aliquo ſpeciali modo effectibus gratiæ vel gloriæ: præſentia dico *ſuperueniens monſtratur intelligibilibus ſummitatibus ſanctiſſimorum locorum eius*, ſcilicet Dei, & dicuntur loca Dei, Angeli qui ſecundum ſui ſupremas virtutes recipiunt Dei præſentiam in ſe ſuperuenientem per ſuos effectus gloriæ, in quorum lumine anima noſtra diuina videt, ſecundum quod ab ipſis de diuinis illuminamur. *Tunc*, quando ſcilicet diuiniſſima videt Moyſes, *abſoluitur ab ipſis viſis* radiis, quia non ſunt obiectum contemplationis, *&* ab aliis ſecum *videntibus*, quos dixit ſacerdotes: vnde dictum eſt aliis Exod. 24. Adorabitis procul, ſoluſque Moyſes aſcendet ad Dominum: *&*, ſic remotus ab omnibus, *intrat ad caliginem ignorantiæ*, de qua dicitur quia abierat Deus: quia nobis ignotus eſt, *quæ caligo verè eſt myſtica*, id eſt, occulta, *in qua claudit* Moyſes *omnes cognitiuas ſuſceptiones*, id eſt omnes virtutes naturales animæ per ſuſceptionem cognoſcentes, quæ ab aliis remotæ, ſola diuina caligine implentur, & ſic fit per adhæſionem intellectus: & dicit, *non palpabili & inuiſibili*, quia id quod ſic inuenit, neque ſenſibile eſt, neque intelligibile per comprehenſionem: ipſe, dico, ſic fit, *exiſtens omnis*, id eſt, totus, *eius qui eſt ſuper omnia*, ſcilicet Dei, per omnimodam conuerſionem ad ipſum, *& nullius* præter Deum exiſtens, *neque ſuiipſius, neque alterius*: quia ad nihil præter Deum conuertitur: *autem*, id eſt, ſed *vnitus ſecundum melius*, id eſt, ſecundum meliorem modum ſuæ vnitionis, *omnino ignoto*, ſcilicet Deo, *vacatione omnis cognitionis* naturalis, quia ad alia non conuertitur naturaliter cognita, ſed ad ſolum Deum qui nulla cognitione naturali cognoſcitur, & ſic vacant naturales cognitiones:

gnitiones: *& eo quod*, id eſt, inquantum *nihil cognoſcit*, cum naturali cognitione *ſuper mentem cognoſcens*, id eſt, ſuper naturam ſuæ mentis lumine diuino deſuper infuſo, quo mens ſupra ſe eleuatur.

DVBIA.

B Ad horvm euidentiam quæ hic dicuntur, tria quæruntur. Primò, vtrum omnis taliscontemplatio Dei ſit raptus. Secundò, vtrum ſecundum id quod melius eſt ſui, mens noſtra vniatur omninò ignoto. Tertiò, vtrum Moyſes viderit ipſum Deum.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Videtur, quòd in omni contemplatione ſit raptus. Quandocunque enim ſola ſuperiori potentia remanente in actu, fit abſtractio ab omnibus inferioribus potentiis, eſt raptus: ſed hoc contingit in tali contemplatione Dei, quia contemplator omnis cognitionis vacatione melius ignoto Deo coniungitur: ergo videtur, quòd ſpiritus in contemplatione Dei ſit raptus.

2 Ad idem, Quandocunque inferior natura ſequitur impetum ſuperioris, tunc rapitur in illam: ſed hoc contingit in Dei contemplatione, quia ſic fit totus eius qui eſt ſuper omnia, ſicut hic dicitur: ergo videtur, quòd ſpiritus in Dei contemplatione ſit raptus.

3 Præterea videtur, quòd caligo luminis incircumſcripti, non claudit omnes cognoſcitiuas ſuſceptiones: ſenſus enim eſt virtus per ſuſceptionem ſpeciei cognoſcens, ſicut dicit Philoſophus, nec tamen eſt ſuſceptibilis diuini luminis, nec poteſt ſe extendere in illud, cum ſit immateriale: ergo non clauditur eius caligine: & ſi clauditur, per otium ipſius videtur ſemper eſſe raptus.

4 Præterea videtur, quòd ſi contemplator nullo modo eſt ſuipſius, ſicut ipſe dicit, tunc abſtrahitur ab omnibus quæ ſunt eius: ſed naturalia ſunt eius: ergo abſtrahetur à naturalibus, quod videtur eſſe falſum, quia naturales operationes in eo ſicut nutritio, & digeſtio, & huiuſmodi, non ceſſant.

5 Præterea, Anima contemplatoris in via ſecundum aliquid eſt in corpore: ſed virtutes naturales ſunt primæ: ergo ſi ab ipſis fiat abſtractio, ſecundum nihil remanebit in corpore, quod eſt falſum.

6 Præterea quæritur, in quo differat cognitio iſtarum contemplationum in via, à comprehenſione veritatis in patria? & videtur, quòd ſecundum nihil, cum vtraque abſorbeatur diuino lumine.

Sed dicendum, quòd in omni diuina contemplatione non eſt raptus: ſed ea quæ hic dicuntur de contemplatione, conueniunt omni contemplationi, & non raptui, qui eſt melior pars contemplationis.

Ad primum ergo dicendum, quòd in raptu fit abſtractio ab vſu potentiarum inferiorum, quia tunc nihil vtitur eis: ſed in diuina contemplatione communiter non fit abſtractio ab vſu potentiarum, quia remanent ſecundum aliquem vſum, ſed tantum ab actu ſecundum intenſionem, quia anima non attendit operationibus ipſarum, & actio debilitatur, quia quando vna virtus intenditur in ſuo actu, actus alterius virtutis debilitatur, ſicut dicit Philoſophus.

Ad ſecundum dicendum, quòd in diuina contemplatione ſequitur natura inferior impetum ſuperioris naturæ, ſicut obiecti, quia in ipſam ſolam ſicut in obiectum ſe conuertit: non tamen ſequitur impetum eius ſicut circa eam ſtans, & à ſuo vſu ſegregata, ſicut fit in raptu.

Ad tertium dicendum, quòd incircumſcriptum lumen claudit quaſdam cognoſcitiuas virtutes ſecundum ſe, ſcilicet intellectiuas quæ in ipſum ſe extendunt, quaſdam autem per redundantiam, ſcilicet ſenſitiuas, ſecundum quod ſuperiores virtutes mouent inferiores, & efficiunt quædam ſigna ſuperiorum in ipſis.

Ad quartum dicendum, quòd contemplator ſegregatur etiam à virtutibus naturalibus, non quantum ad vſum ipſarum, ſed quantum ad actum: tamen quia anima non attendit operibus ipſarum, non ſunt intenſi actus ipſarum, & propter hoc parum conſumitur in eis de nutrimento, & multum poſſunt ieiunare: ſicut è conuerſo dicit Philoſophus, quod in ſomno propter otium virtutum animalium potentia nutritiua melius agit opus ſuum, quam in vigilia quando ſenſus ſunt ſoluti. Et per hoc etiam patet ſolutio ad quintum: quia anima eſt in corpore ſecundum vſum ipſarum.

Ad ſextum dicendum, quòd vtraque cognitio differt: quia in patria videtur Deus per ſe, in contemplatione viæ videtur in effectibus gratiæ & luminis deſcendentis in ipſam. Iterum in patria viſio eius liberata erit perfectè ab omni miſeria: quod non eſt hic. Et iterum ibi erit per habitum gloriæ: hic autem per habitum gratiæ.

C Dubium. Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur enim, quòd intellectus non ſecundum melius ſui coniungatur illi omninò ignoto: omnis enim virtus coniuncta excellenti, deſtruitur: ſed illud cui vnitur aliquid ad deſtructionem, non vnitur ſecundum ſui melius: ergo cum illud ignotum ſit propter luminis ſui excellentiam ignotum, videtur quòd non vniatur ſibi mens noſtra ſecundum melius.

2 Præterea, Intellectus melius vnitur noto quam ignoto, quia vnio ſua eſt per cognitionem: & ita videtur, quòd non ſecundum melius vniatur ignoto.

3 Præterea, Illud de quo ſcitur quia, non eſt omninò ignotum: de Deo autem ſcimus quia: ergo non eſt omninò ignotus.

4 Præterea, Quando aliquid abſorbetur, non delectatur: ſed optima vnitio eſt, quam ſequitur delectatio: ſi igitur intellectus contemplatiuus abſorbeatur in diuino lumine, videtur quòd non ſecundum melius ſibi vniatur.

Sed dicendum, quòd optima vnitio vniuſcuiuſque eſt, quando vnitur ſuæ vltimæ perfectioni, & quando vnitur optimo: Deus autem eſt optimum, & vltima perfectio noſtri intellectus: & ideò ſibi vnitur ſecundum melius ſui.

Ad primum ergo dicendum, quòd illud verum eſt in potentiis ſenſitiuis, quæ propter hoc quod materiales ſunt, & organis affixæ, deſtruuntur per corruptionem organorum ab excellenti ſenſibili, & ipſe Philoſophus etiam dicit

in primo

Tex 7. in tertio de anima, quòd non eſt ita de intellectu, qui cum accipit maximè intelligibilia, non minus accipere poteſt minima, ſed magis: & ideò intellectus non corrumpitur, ſed roboratur ex vnione ad lumen diuinum. Vel dicendum, quòd ſi etiam corrumperetur virtus excellenti lumine, naturalibus diſpoſitionibus ſolis remanentibus, ſupernaturalibus tamen eleuantibus eam ſuper ſuam naturam non corrumpitur, ſed perficitur.

Ad ſecundũ dicendũ, quòd ignoto in ſe non bene vnitur intellectus noſter: ſed notiſſimo in ſe & ignoto nobis, optimè vnitur: quia per vnionẽ ad ipſum, cognitionem eius acquirit magis ac magis: & tale ignotum eſt Deus, ſicut dicit Philoſophus.

Ad tertium dicendum, quòd de Deo neſcimus quia, ſecundum quod eſt quidam naturalis modus cognitionis in Philoſophia determinatus: quia Philoſophus determinat, quod ſcientia quia, eſt per cauſam remotam, vel per effectum conuertibilem & proportionatum cauſæ; ſed neutro modo poſſumus ſcire aliquid de Deo; & ita nulla cognitione naturali notus eſt, neque quia, neque propter quid, neque ſenſu, neque ratione, neque intellectu: ſed cognoſcimus quadam ſupernaturali cognitione ſub quadam confuſione.

Ad quartum dicendum, quòd abſorptũ quod tranſmutatur à natura ſua, inſenſibile efficitur, & non delectatur: ſed id quod à ſua perfectione abſorbetur, abſorptum perficitur, delectatur pleniſſimè.

D Circa tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Moyſes viderit ipſum Deum: videtur enim Deus

Dubium 3. viſione quæ eſt facie ad faciem, quia iſta viſio promittitur nobis in patria ab Apoſt. 1. ad Corinth. 13. ſed Moyſes vidit ſic: quia dicitur de ipſo Exod. 33. Loquebatur autem Deus cum Moyſe facie ad faciem: alioquin fruſtra fuiſſet oratio, qua à Deo petiit dicens, Oſtende mihi faciem tuam: ergo videtur, quòd viderit ipſum Deum.

Quæritur, quomodo poteſt eſſe, quòd aliquis contempletur Deum nobiliſſima contemplatione, & non videat ipſum Deum, ſicut Moyſes contemplabatur: & cum in nobis concurrant plura in naturalibus intellectionibus, ſcilicet abſtractio ſpeciei à phantaſmatibus, & vnio ad intellectum poſſibilem, & illuſtratio intellectus agentis, cui horum aſſimilatur illa cognitio contemplationis tam ſublimis?

Sed dicendum, quòd Moyſes non vidit ipſum Deum in ſe, ſed in nobiliſſimis ſuis effectibus, ſcilicet gratiæ, theophaniarum, quæ ſunt ſimilitudines expreſſæ diuinæ bonitatis.

Ad primum ergo dicendum, quòd videre faciem eſt dupliciter, ſcilicet in ſe ſine velamine, & ſic videbitur facies Dei in patria: ſed ſic non vidit Moyſes, ſed vidit faciem in ſignis quibuſdam diuinorum effectuum, quæ hic Dionyſius vocat rationes ſubiectas, & in Exodi capitulo citato vocantur poſteriora Dei, vnde Deus dixit ad eum: Videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.

Ad ſecundum autem dicendum, quòd ſicut eſt continuatio ſenſibilium luminum, ita eſt continuatio intelligibilium: cum igitur diuina accipi non poſſint per connexiones probabiles vel neceſſarias ex principiis primis, in quæ ſola poteſt lumen intellectus agentis, ſicut in propria ſua inſtrumenta, oportet ad ea cognoſcenda, vt veniat ſibi lumen intellectus angelici, quod multiplicat in animis noſtris ſpecies, in quibus videntur diuina, quæ apud ipſum ſunt magis vnitæ, ſicut in cæl. hierar. oſtenſum eſt: & ſicut etiam dicit Philoſophus de diuinationibus ſomniorum, quòd quia ex principiis primis per modum ſcientiæ ſpeculatiuæ concludi non poſſunt, vnitur ad ea accipienda intellectus noſter motoribus ſuperioribus: & multo magis roboratur anima ad diuina videnda ſecundum quod diuinum lumen deſcendit in ipſam, & fortè coniungitur vterque modus, & iſtud lumen vocatur ſpeculum æternitatis, in quo viderunt Prophetæ, quod ſpeculum non eſt Deus, ſed à Deo: & aſſimilatur illuſtrationi intellectus agentis illuſtrati ſuper ea quæ ſunt naturaliter cognita: & iſtæ ſunt rationes, de quibus hic loquitur Dionyſius, quæ dicuntur eſſe diuina viſa, & ſic patet qualiter non videtur ipſe Deus in nobiliſſimis contemplationibus: & hoc eſt quod quærebatur.

CAPVT II.

Quomodo oportet & vniri & hymnos reponere omnium cauſæ exiſtenti & ſuper omnia.

In hac ſuperlucenti caligine fieri nos precamur, & per non videre & per ignorare, videre & cognoſcere eum qui eſt ſuper omnem viſionem & cognitionem, in ipſo non videre & non cognoſcere, & ſuperſubſtãtialiter laudare per omnium exiſtentium ablationem, ſicut ipſius naturæ inſigne facientes, auferentes prohibitiones officientes mundæ occulti viſioni, & ipſam in ſeipſa ablatione ſola occultam manifeſtãtes pulchritudinem. 1.

DIVISIO ET expoſitio textus.

In hac autem ſuperlucenti caligine nos fieri precamur, &c.

In præcedenti capitulo ponit modum vtentis iſta ſcientia, tam docentis quam audientis quantum pertinet ad perceptionem huius doctrinæ: & quia perceptione huius doctrinæ peruenitur ad vnionem qua vnimur diuinis, ideò in iſto capitulo determinat modum quan- A

tum ad vnionem, quomodo oportet ſcilicet per intellectum vniri Deo, & voce laudare ipſum: & hoc patet ex titulo capituli qui talis eſt: *Quomodo oportet & vniri & hymnos reponere cauſæ omnium exiſtenti.* Diuiditur autem præſens capitulum in duas partes. In prima ponit modum in quo vnimur Deo, quia per negationes. In ſecunda oſtendit differentiam negationum ad affirmationes diuinas, ibi, *Oportet autem ſicut arbitror, &c.* Et ſicut in ſuperiori capitulo ponens modum perceptionis, incœpit ab oratione propter doctrinæ altitudinem, ita & hic, dicens, *Precamur nos fieri* à Deo *in hac caligine*, in qua eſt Deus obſcuratus quoad nos, *ſuperlucenti* in ſe, & precamur *in ipſo non videre & non cognoſcere*, id eſt, in hoc ipſo dum noſtræ cognitiones vacant per non videre & ignorare ſicut per quandam viam, *videre & cognoſcere eum qui eſt ſuper omnem, &c.* ſcilicet Deum: & videre refertur ad ſimplicem intuitum intellectus qui eſt principiorum, & cognoſcere ad notitiam concluſionum, quæ oriuntur ex principiis: & ſecundum hoc Deus cognoſcitur vt principium, quando accipimus ipſum vt lumen intellectus noſtri, & per lumen diuinum ducimur in diuina attributa ſicut in concluſiones quaſdam, dum cognoſcimus eum ſapientem, bonum, &c. & precamur *laudare ſuperſubſtantialem* Deum *ſuperſubſtantialiter*, id eſt, ſupereminenter omnibus entibus, *per omnium exiſtentium ablationem* ab ipſo: nos dico *facientes ſicut* quoddam *inſigne*, id eſt, expreſſam repræſentationem *naturæ ipſius*, id eſt, dum auferimus ab oculis mentis noſtræ, *prohibitiones officientes*, id eſt, impedientes & contrariantes *munda viſioni occulti* Dei, qua in ſe videtur ſine aliquo offuſcatione rerum, & ſic *manifeſtantes ſola ablatione* cæterorum ab ipſo, *occultam Dei pulchritudinem in ſeipſa*, quaſi dicat, per hoc, ſicut per quandam expreſſam imaginem repræſentatur eminentia diuinæ pulchritudinis, quod omnia ab ipſa negantur: vel aliter, ſicut vult Commentator, quòd ſicut quando ſaxa abſcinduntur, remanent in ſuperficie lapidis quæ prius erat tecta alia parte, per remotionem iſtius partis, quædam rerum imagines, puta tauri, vel leonis, vel canis, aut aliquid ſimile, quæ tamen non ſunt res illæ: ita per remotiones rerum à Deo, inuenimus aliquid ſimile diuinæ naturæ, quæ tamen non eſt diuina natura in ſe, ſed manifeſtat eam: ſicut per hoc quod remouemus ab eo non viuentia, relinquitur quod ſit viuens, cum tamen vita ſecundum quod nomine ſignificatur, ſignificet vitæ proceſſionem, quæ non eſt diuina natura, ſed aliquid manifeſtans ipſam ſicut ſua ſimilitudo.

2. Oportet autem, ſicut arbitror, ablationes laudare contrariè quam poſitiones. Etenim illas à primis incipientes, & per media & vltima deſcendentes, ponebamus: hic autem ab vltimis ad principaliora aſcenſus facientes, & per media rurſus ad extrema, omnia auferimus, vt reuelatè cognoſcamus illam ignorantiam ab omnibus noſcibilibus in omnibus exiſtentibus circumuelatam, & ſuperſubſtantialem illam videamus caliginem ab omni lumine in exiſtentibus occultam.

EXPOSITIO TEXTVS.

A DEINDE oſtendit diuerſitatem inter negationes & affirmationes diuinas, & dicitur, quòd in affirmationibus diuinis incipimus *à primis*, id eſt, nobilioribus, & quòd *per media*, deſcendimus vſque ad *vltima* de Deo: in libro de hypotypoſibus, quæ ſunt propria ipſius in ſe: deinde in libro de diuinis nominibus proprias proceſſiones ipſius intellectuales, & inter has etiam poſt nobiliores, ſicut bonum, & ens: & vltimò ſenſibilia ſymbola, in libro de ſymbolica Theologia. Sed in negationibus diuinis eſt è contrario: quia oportet nos negando res à Deo, incipere *ab vltimis*, id eſt, ab infimis, & per *principaliora* vltimis, quæ ſunt media, aſcendere *ad extrema*, id eſt, ad ſumma: ſicut ſi primò dicamus, quòd non eſt lapis, & deindè, quòd non eſt leo, & ſic de aliis ſenſibilibus, & deinde quod non eſt viuus, nec vita, &c. & hoc modo procedentes in negationibus *cognoſcamus illam ignorantiam*, id eſt, diuinam eminentiam ignotam nobis, *reuelatè*, ſine aliquo velaminè creaturæ: ipſam dico *circumuelatam ab omnibus noſcibilibus*, quæ ſunt *in omnibus exiſtentibus*: in omnibus rebus quæ cognoſcuntur per ſuas formas, ipſæ formæ ſunt imagines diuinæ pulchritudinis, per quarum cognitionem venimus in illud occultum, quòd velatè repræſentabatur in eis. Et ad idem redit quod ſequitur, *& videamus illam ſuperſubſtantialem caliginem* diuinæ eminentiæ, *occultam*, id eſt, occultatam *ab omni lumine* quod eſt *in exiſtentibus*, ſicut veritas rei occultatur in imagine repræſentante ipſam in aliena natura.

DVBIA.

B AD EVIDENTIAM eorum quæ dicuntur in hoc capitulo, tria quæruntur. Primò, Vtrum per non videre & non cognoſcere, poſſimus Deum videre & cognoſcere. Secundò de modo, quem ponit, diuinæ imitationis. Tertiò de hoc quod dicitur, contrarium eſſe ordinem affirmationum & negationum.

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur enim, quòd per non videre non poſſit Deus cognoſci: omne enim per quod cognoſcitur alterum ſicut per medium, oportet quod habeat aliquam habitudinem per quam illud poſſit concludi ex primo, ſicut eſt in ſyllogiſmis, vel ad minus quod habeat aliquam viam per quam poſſit deueniri in illud, ſicut per lumen fidei infuſum deuenimus in articulos: ſed non videre & non cognoſcere, non habet aliquid talium: ergo per non videre & non cognoſcere, non poſſumus cognoſcere Deum. *Dubium 1.*

a Præterea, Per priuationem non venitur in habitum,

habitum, ſed è conuerſo: ſed noo videre & non cognoſcere dicunt priuationem cognitionis & viſionis: ergo per ea non venitur in cognitionem & viſionem Dei.

3 Ad idem, Aut non videre iſtud, per quod Deus videtur, ponit aliquid, aut nihil. Si nihil, cum ex puris negationibus non poſſit aliquid concludi, quia oon eſt ex puris negationibos aliquis ſyllogiſmua, vel ex omnibus negatiuis, per hoc non venietur ad aliquam cognitiooem. Si autem ponit aliquid, & negat aliquid, aut eſt principium cognitionis diuinæ ſeu via quædam per hoc quod negat, & boc iterum non poteſt eſſe, propter id quod dictum eſt: aut per id quod ponit, & ſic magis debebat ſignificari via diuinæ cognitionis per affirmationem quam per negationem viſionis.

4 Ad idem, Nobiliſſimus modus viſioois maximè remotus eſt ab omni negatione viſionis, ſicut maximè album maximè remouetur à nigro: ſed ſicut dicit Auguſtinus, nobiliſſimo modo videntur ea quæ ſunt io anima per ſui eſſentiam, inter quæ eſt Deus: ergo modus videndi Deum eſt maximè remotus ab omni noo videre.

Sed dicendum, quòd in Deo vacant omnes modi cognoſcendi nobis naturales, quibus ſcientias acquirimus: neque per ſe notua eſt ſicut principium: neque propter quid, quia non habet cauſam: neque quia, cum non habeat effectum proportionatum: ſed mens noſtra ſuſcipit quoddam lumen diuinum, quod eſt ſupra naturam ſuam, quod eleuat eam ſuper omnes modos viſionis naturales, & per quod venit ad viſionem Dei, confusè tamen & non determinatè cognoſcens: & ideò dicitur, quòd per noo videre videtur Deus, ſcilicet per non videre naturale.

Ad primum ergo dicendum, quòd in anima ſuſcipitur quoddam lumen quod cauſat non viſionem ſecundum modos naturales: & illud lumen habet viam confuſam in Dei cognitionem, & per illud non videre habet viam.

Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt ibi pura negatio, ſed receptio cuiuſdam luminis habitualis, per quod deuenit ad actum diuinæ viſionis. Et per hoc etiam patet ſolutio ad tertium, quòd non eſt pura negatio, ſed negatur modus naturalis viſionis, & relinquitur ſuſceptio ſupernaturalis luminis, quod tamen magis notificatur per negationem, eò quod non inueoimus aliquid notum nobis, qood propriè de Deo prædicemus, propter eminentiam ſimplicitatis eius, cum prædicationis veritas fundetur in alia compoſitione: ſed, ſicut dicit Gregorius, balbutiendo excelſa Dei reſonamus.

Ad quartum dicendum, quòd nobiliſſimos videndi modus, eſt duplex: vel ex parte medij, ſicut ſcientia ſecundum qoid, & iſte modus maximè eſt remotus à viſiona Dei, & ſic non eſt modus nobiliſſimus diuinæ viſionis: vel ex parte obiecti, vt dicatur nobiliſſimus modus viſionis ſed iſte propter eminentiam obiecti habet plurimum non viſionis, vt dicit Philoſophus. Sciendum tamen, quod dictum Auguſtini habet calumniam, non enim ſufficit aliquid eſſe in intellectu formali ad hoc quod cognoſcatur, niſi informetur forma eius, & ſic fiat actu, ſicut materia fit actu per formam agentia in ipſa, & non per eſſentiam ipſios, etiamſi in ea eſſet: vnde dicit Philoſophos, quòd intellectus intelligit ſe ſicut & alia.

C Dubium.

Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd creaturæ noo efficiant diuinam viſionem: non enim eſt idem adminiculans & efficiens: ſed creaturæ, cum in eis ſit veſtigium & imago Dei, adminiculantur ad Dei cognitionem: ergo non efficiunt.

2 Præterea, Eadem eſt via compoſitionis & reſolutionis: quia per eadem media de primo venitur ad vltimum, & de vltimo ad primum: ſed via qua proceditur à cauſa prima io effectus ſoos, in quos ſe infundit, eſt quædam via compoſitionis, & ſignificatur affirmatiuè, quia omnia dicuntur de ipſo per cauſam; ergo ſic per affirmationes erit via redeundi in ipſum ad vnionem ſuiipſius, & non per negationes.

3 Præterea, Negationes nihil inferunt niſi ponantur cum aliquo communi, ſicut ſi eſt animal, & non rationale, dicitur, ergo irrationale, & ſic de aliis: ſed Deus non eſt io aliquo communi cum aliis: ergo per negationes nihil poteſt de ipſo inferri.

Sed dicendum ad primum, quòd creatura poteſt dupliciter conſiderari, aut in ratione veſtigij inquantum ducit in Deum, & ſic confert ad cognitionem ipſius qua cognoſcitur vt cauſa: aut inquantum procedit in diuerſitate eſſentiæ & ſpeciei & generis & principiorum, ſicut ens eſt commune ſubſtantiæ & accidenti, & hoc modo efficit ad cognitionem ipſius qua videtur io ſua natura: & hanc cognitionem vocat increatam viſionem, quia eſt ſine reſpectu ad cauſata.

Ad ſecundum dicendum, quòd in via compoſitionis io eſſentialibus rei proceditur affirmando, & ſimiliter in reſolutione, ſicut de ſubſtantia in corpus, & de hoc in animal, & ſic vſque ad induidua prædicando, & è conuerſo ſubiiciendo, quia non differunt per eſſentiam: ſed in via compoſitionis, quæ eſt de cauſa ſeparata per eſſentiam in cauſata, eſt modus affirmationis: quia ſic manifeſtatur cauſa vt cauſa, quæ inquantum hac recipit prædicationem effectuum: ſed ſi reditur io ipſam, quæritur ipſa eſſentia cauſæ: & ideò cum ſit ſeparata ab omnibus cauſatis, oportet quod per negationes procedatur.

Ad ſecundum dicendum, quòd Deus non habet aliquid commuoe, quod ſit io ipſo & creaturis, nec vt ſpecies, nec vt genus, nec vt principiom analogiæ: ſed eſt ibi tantum communitas imitationis, qua cauſata imitantur cauſam quantum poſſunt: & hæc noo eſt vera communitas: & ideò nulla eſt de Deo vera prædicatio apud nos, ſed loquimur ſicut poſſumus de ipſo.

D Dubium 3.

Circa tertium ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit neceſſarium in negationibus ab infimis procedere: ſicut enim per eſſentiam ab ipſo infima, ita & media & ſumma remouentur: ergo indifferens eſt à quocumque incipiatur.

2 Præterea, Illud à quo omnia remouentur, nihil eſt omnium: ſi igitur à Deo omnia remooentur, vt hic dicitur, videtur quòd ipſe nihil ſit omnium, & ſic non erit falſum quod inſipiens in corde ſuo dixit.

3 Præterea, Omnis negationis cauſa eſt aliqua oppoſitio vel diſparatio: hæc autem reducuntur ad aliquam communitatem, Deus autem nihil habet commune cum aliis, quia eſſet compoſitus & haberet aliquas differentias conſtituentes: ergo videtur, quòd non poſſit aliquid de ipſo negari, neque ſuprema, neque infima.

Sed dicendum ad primum, quòd negatio cauſatur ab aliqua diſtantia, & ideò infima quæ magis à Deo diſtant, naturali ordine negationis prius ab ipſo remouentur: ſed affirmationes diuinæ fundantur ſuper influxum cauſæ in cauſata: & quia infima non habent influxum in prima, ſed è contrario, ideò eſt naturalis ordo, vt procedatur in affirmationibus à ſupremis ad infima.

Ad ſecundum dicendum, quòd per hoc quod omnia à Deo remouentur, ſequitur quód non ſit aliquid omnium quaſi coordinetur eis, ſed quod ſit ſuper omnia quæ eum imitantur, & per hoc non remouentur.

Ad tertium etiam patet ſolutio per ea quæ prius dicta ſunt: quia quamuis non ſit communitas Dei ad alia, & aliorum adinuicem, eſt tamen communitas imitationis.

CAPVT III

Quæ ſint affirmatiuæ Theologiæ, quæ negatiuæ.

1. IGitur in theologicis quidem hypotypoſibus maximè propria affirmatiuæ Theologiæ laudamus quomodo diuina & bona natura ſingularis dicitur, quomodo trina, quæ ſecundum ipſam dicta paternitas, & filiatio, & quid vult monſtrare Spiritus Theologia: quomodo ex immateriali & ſimplici bono, in corde manentia bonitatis pullulauerunt lumina, & quomodo à manſione in ipſo, & in ſeipſis, & in ſe inuicem coæterna pullulatione permanſerunt ingreſſibilia: quomodo ſuperſubſtantialis Ieſus humanę naturæ veritatibus ſubſtantia factus eſt, & quæcunque alia ab eloquiis expreſſa in theologicis hypotypoſibus laudantur. In libro autem de diuinis nominibus, quomodo bonus nominatur, quomodo exiſtens, quomodo vita & ſapientia & virtus, & quæcunque alia intelligibiliter ſunt Dei nominationes. In ſymbolica autem Theologia, quæ ſunt à ſenſibilibus ad diuinas Dei nominationes, quæ ſunt diuinæ formæ, quæ figuræ diuinæ, & partes, & inſtrumenta, quæ diuina loca, & qui ornatus, qui furores, quæ triſtitiæ, & inſaniæ, quæ ebrietates & crapulæ, quę iuramenta, quæ maledictiones, qui ſomni, & quæ vigilationes, & quæcunque aliæ ſanctæ formationes compoſitę ſunt ſymbolicæ deiformationis.

DIVISIO TEXTVS.

Igitur in theologicis quidem hypotypoſibus, &c.

IN hoc capite intendit ponere modum tractatus, vt patet e. prius poſita diuiſione: & quia tractatus iſte procedit per negationes, vt prius dictum eſt, ideò intendit ponere principaliter modum diuinarum negationum: & quia modus negationis cognoſcitur per modum affirmationis, ideò præmittit modum diuinarum affirmationum: & hoc patet ex titulo qui talis eſt, *Quæ ſint affirmatiuæ Theologiæ, quæ negatiuæ.* Vnde diuiditur hoc capitulum in duas partes, In prima ponit modum affirmationum, in ſecunda modum negationum, ibi, *Et ibi quidem à ſuperiori ad extrema, &c.* Prima pars diuiditur in duas. In prima ponit modum affirmationum diuinarum, in ſecunda excitat Timotheum ad conſiderandum modum ipſarum, ibi, *Et te arbitror conſpexiſſe, &c.* Prima diuiditur in partes tres, ſecundum tres libros quos ipſe fecit de diuinis affirmationibus, ſcilicet de diuinis hypotypoſibus: & affirmationes ibi determinatas tangit primò, & ſecundò determinatas in libro de diuinis nominibus, ibi, *In libro autem de diu. nom. &c.* Et tertiò determinatas in libro de ſymbolica Theologia, ibi, *In ſymbolica autem, &c.* A

DVBIVM.

HIC AVTEM quæritur de ſufficientia iſtorum librorum. Videtur enim, quòd theologicum negotium quantum ad diuinas affirmationes non ſufficienter tradatur in his tribus libris: ſunt enim quædam propria diuinarum perſonarum, quorum doctrina non continetur in his tribus primis libris: ergo videtur, quòd non ſufficiant. B

2 Præterea, De voluntate Dei, de præſcientia, de prædeſtinatione, ipſe in nullo horum determinat: cum tamen pertineant ad theologicum negotium, & ſpecialem tractatum efflagitant, vt dicit Magiſter in ſententiis: ergo videtur, quòd iſti tres libri non ſufficiant.

3 Præterea, Sicut ſunt quædam proceſſiones perſonarum æternæ, ita ſunt & quædam temporales, de quibus non agitur in aliquo horum

trium

prium librorum : ergo videtur, quòd non ſoſſiciant.

4 Præterea, Ipſe fecit alios libros, ſicut librum de Eccleſiaſtica hierarchia, in quo per ſingula docet ire in diuina : & ſimiliter librum de viſibilibus & inuiſibilibus : & hos non numerat : ergo videtur inſufficiens.

Sed dicendum, quòd theologicum negotium dicit hîc, non quo manifeſtatur Deus in aliquo effectu, vel dono ſuo, ſed quo manifeſtatur in ſe : & hoc ſufficienter comprehenditur quantum ad affirmationes tantum in his tribus libris: quia aliquid de Deo vel dicitur tranſumptiuè, & ſic eſt liber de ſymbolica Theologia : vel propriè, aut proprietate perſonæ, & ſic eſt de diuinis hypotypoſibus, aut in proprietate naturæ, & ſic eſt liber de diuinis nominibus.

Ad primum ergo dicendum, quòd appropriata ſunt naturaliter communia, ſicut bonitas, ſapientia, & potentia, & de his agitur in libro de diuinis nominibus.

Ad ſecundum dicendum, quòd prædeſtinatio & præſcientia differunt à ſcientia & ſapientia tantum in modo anteceſſionis, qui importatus per præpoſitionem, & ideò comprehenduntur in tractatu de ſapientia Dei in lib. de diu. nom. modus autem iſte quem addunt, exigit alias ſpeciales quæſtiones, quæ magis pertinent ad tractatum creaturarum quam ipſius Dei in ſe: & ſimiliter voluntas determinatur cum bonitate quæ eſt diſpoſitio eius, quia æquiualentia oportet ex iiſdem regulis accipere, ſicut in fine de diu. nom. dicit.

Ad tertium dicendum, quòd temporales proceſſiones manifeſtant æternas : ergo illæ determinantur cum æternis : tamen ſicut effectus clauduntur in determinatione de diuinis nom. vbi proceſſiones diuinæ in creaturas determinantur.

Ad quartum dicendum, quòd in illis libris non manifeſtatur Deus in ſe, ſed in aliquibus effectibus, ſicut in gratia ſacramentali in Eccleſiaſtica hierar. vel in viſibilibus rebus, ſicut in alio libro.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Dicit ergo primò. *Igitur in theologicis hypotypoſibus*, id eſt, in libro quem fecit de diuinis perſonis, *maximè laudauimus* : alia tranſlatio, laudamus, *propria affirmatiua Theologia*, id eſt, affirmationes diuinas, quæ propriè pertinent ad diuinas perſonas, ſcilicet *quomodo diuina & bona natura dicitur ſingularis*.

D V B I V M.

D Sed contra hoc Hilarius dicit, quod in Deo non eſt ſingularitas neque ſolitudo.

Lib. 7 de Trin. non longè à fine.

2 Præterea, Omne ſingulare eſt diſtinctum accidentibus : ſed in Deo non ſunt accidentia: ergo non eſt ſingularis.

Sed dicendum, quòd Hilarius negauit à Deo ſingularitatem perſonarum : Dionyſius autem loquitur de ſingularitate eſſentiæ, quæ etiam propriè non dicitur ſingularis, ſicut eſt ſingulare in inferioribus, ſed quia non multiplicatur nec actu nec potentia. ſicut ſingularia. Et per hoc patet ſolutio ad totum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Dicit ergo, *quomodo natura diuina dicitur ſingularis*, id eſt, vna non multiplicata in tribus perſonis, *quomodo trina* trinitate perſonarum, *quæ eſt paternitas ſecundum ſeipſam dicta, & filiatio*, & ſecundum quod etiam manifeſtantur temporali proceſſione, *& quid vult monſtrare Theologia Spiritus*, id eſt, hoc quod in Deo dicimus Spiritum ſanctum, *& quomodo lumina bonitatis*, id eſt, Filius & Spiritus ſanctus, *pullulauerunt ex ſimplici & immateriali bono manentia in corde bono*. E Quod videtur eſſe contra rationem inferiorum: quia pullulans non manet in eo ex quo pullulat.

D V B I V M.

F Sed contra : Bonum eſt nomen eſſentiale : ſed eſſentia neque generat, neque generatur: ergo non videtur pullulare natura ex bono.

2 Præterea quæritur, quid ſignificetur per cor?

Præterea exemplum luminis videtur inconueniens : quia lumen non eſt ſubſtantia, ſed perſonæ ſunt ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, & ita malè ſignificantur per lumina.

Sed dicendum ad primum, quòd bonum hîc ſumitur pro diuina natura ſecundum quod eſt in Patre principium generationis : quia Pater generat virtute naturæ, quæ quidem ſecundum quod in ſe conſideratur, eſt abſolutum & eſt in tribus perſonis : ſecundum autem quod refertur ad actum generationis, eſt tantum in Patre, & dicitur ad aliquid, ſicut etiam dicitur de potentia generandi. Quod ergo obiicit, quòd eſt eſſentiale nomen : dicendum eſt verum eſſe, tamen quia ſignificat eſſentiam concretiuè in ſuppoſito, ideò poteſt trahi ex adiuncto ad ſupponendum pro perſona, ſicut dicitur etiam, Deus de Deo.

Ad ſecundum dicendum, quòd quia proceſſio affectionum vel cogitationum eſt à corde immaterialiter, ideò ad ſignificandam immaterialitatem diuinæ generationis aſſimilatur natura cordi ſecundum quod in Patre eſt principium proceſſionis Filij & Spiritus ſancti : & quia procedunt perſonaliter à Patre & remanent in eſſentia ſua, ideò dicuntur manentia in corde.

Ad tertium dicendum, quòd lumina ponit, non ad denuntiandam perfectionem diuinarum perſonarum, ſed ad demonſtrandam proceſſionem immaterialem ipſarum : quia ſicut lumen eſt de lumine, ita Deus eſt de Deo.

EXPOSITIO TEXTVS.

G Deinde dicit *quomodo permanſerunt inegreſſibilia à manſione in ipſo*, ſcilicet corde inquantum manent in vna eſſentia, *& in ſeipſis*, id eſt, inquantū vnaquæque perſonarum manet in ſe, *& in ſemuicem*, ſecundum quod Filius eſt in Patre, & Pater in Filio, quamuis vna perſona procedat ab alia, *coæterna pullulatione*, quia generatio non præcedit Filium, ſicut nec proceſſio Spiritum ſanctum, cum non ſit exitus de potentia ad

actum: & etiam *quomodo Ieſus ſuperſubſtantialis,* quantum ad diuinitatem, *factus eſt ſubſtantia* manens in *veritatibus humanæ naturæ*, ſcilicet veri corporis & veræ animæ, *& quæcunque alia expreſſa ab eloquiis laudantur* à nobis *in theologicis hypotypoſibus.*

DVBIVM.

H Sed videtur, quòd de verbo incarnato non pertineat determinare ad librum illum. Quæ enim diuerſis principiis concluduntur vel terminantur, non ſunt eiuſdem doctrinæ: ita quod etſi eadem etiam concluſio per alia & alia principia demonſtretur, pertinet tamen ad diuerſas ſcientias, ſicut quod terra eſt ſphærica demonſtratur à naturali & aſtrologo per diuerſa principia: ſed incarnatio verbi, & diſtinctio perſonarum determinantur per diuerſa principia, proceſſio enim perſonarum determinatur per relationes æternas, incarnatio autem per operationes quaſdam temporales: ergo videtur, quòd non pertineant ad eandem doctrinam.

Et dicendum, quòd cum incarnatio verbi conueniat ſingulariter Filio, conuenienter determinatur cum aliis propriis perſonarum, determinatur enim per eadem principia in communi, quia per relationes æternas & diſtinguentes perſonas: Filius enim eadem filiatione eſt ab æterno Filius Patris & in tempore Filius matris, & eadem perſonalitate eſt hic Deus & hic homo: & ſi addantur etiam quædam principia propria ad determinationem incarnationis, non eſt inconueniens, quia quæ determinantur in eadem ſcientia, bene poſſunt differre in principiis propriis.

EXPOSITIO TEXTVS.

I Deinde dicit, quòd in lib. de diu. nom. determinatur *quomodo Deus* dicatur *bonus*, & cætera alia quę pertinent ad intellectuales Dei nominationes, quæ ſcilicet in intellectu ſuo non exprimunt aliquid ſenſibile. Deinde dicit, quòd in ſymbolica Theologia determinatæ ſunt Dei nominationes quæ tranſumuntur à ſenſibilibus in Deum, ſcilicet quæ ſunt diuinæ formæ, & quæ figuræ diuinæ: ſumitur hic pro eodem forma & figura, in re ſcilicet, differunt tamen ratione per interius & exterius, non enim ſumitur pro forma ſubſtantiali, & ſimiliter de omnibus aliis quæ de Deo ſymbolicè dicuntur.

2. Et te arbitror conſpexiſſe, quomodo plurium ſermonum ſunt vltima quam prima: etenim oportebat theologicas hypotypoſes & diuinorum nominum reſerationem pauciorum ſermonum eſſe quam ſymbolicam Theologiam: quoniam quantum ad ſuperius reſpicimus, tantum ſecundum ſermones conſpectibus intelligibilium contrahimur: quemadmodum & nunc & caliginem, quæ eſt ſuper mentem, introeuntes, non ſermonum breuitatem, ſed irrationabilitatem perfectam & imprudentiam inueniemus.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde monet eum vt conſideret quomodo inferiora nomina habent plures ſermones quam prima nomina, quia in theologicis hypotypoſibus & in libro de diu. nom. vius eſt paucioribus ſermonibus quam in ſymbolica Theologia: & ratio huius eſt, quod quantò nos magis inferiora tranſcendimus, tantò ſermones intelligibilium contrahuntur magis & determinantur conſpectibus noſtris: & ideò in hac doctrina in qua extendimus nos, quantum poſſumus, in ipſam eminentiam diuinæ naturæ, non inuenimus neque etiam paucos ſermones quos de ipſa affirmare poſſimus, ſed inuenimus ibi perfectam irrationabilitatem & imprudentiam: quia cum intellectus noſter nihil determinatè in ipſa aſpiciat, non poteſt exprimere per aliquas affirmationes, ſed tantum per negationes: & ideò hæc ſcientia tantum negationibus completur. A

Et ibi quidem à ſuperiori ad extrema deſcendens ſermo ſecundum quantitatem deſcenſus, ad proportionalè dilatabatur multitudinem: nunc autem ab inferioribus ad ſupremum aſcendens, ſecũdum menſuram aſcenſionis contrahitur, & poſt omnem aſcenſionem totus ſine voce erit, & totus vnietur ineffabili. 3.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde ponit modum negationum per oppoſitionem ad modum affirmationum: & primò ponit ipſum modum, ſecundò mouet quandam quæſtionem, & ſoluit, ibi, *Dicis autem quare, &c.* Dicit ergo primo, quòd in affirmationum tractatibus incipiens à ſuperioribus, quantò magis deſcendebat, tantò magis dilatabat ſermonem ſuum, ſecundum proportionem rerum, quæ magis multiplicantur ſecundum quod magis elongãtur à primo, & proprietates earum ſunt magis notæ nobis quam proprietates primarum: ſed in negationibus, de quibus eſt nunc mentio, aſcendimus ab inferioribus ad ſuperiora, remouendo omnia à Deo: & ideò ſecundum quod aſcendimus, ſermo noſter contrahitur, id eſt, abbreuiatur: quia pauca ſunt, quæ de illis comprehendimus, & ad vltimum quando omnia remouerimus, totus ſermo erit ſine voce, quia vnietur ei qui eſt ineffabilis, ſcilicet Deo, & propter hoc ſcientia dicitur myſtica A

ſtica

ſtica præ aliis, qoia iu occulto terminatur, da quo non poſſumus, omnibus remotis, aliquid decenter affirmare.

4. Dicis autem, quate totaliter à primo ponentes diuinas poſitiones, ab vltimis inchoamus diuinam ablationem? Quoniam hoc quod eſt ſuper omnem poſitionem, ponentes, à magis ipſi cognato ſuperpoſitiuam affirmationem oportebat ponere: illud autem quod eſt ſuper omnem ablationem, aufeτentes, à magis diſtantibus ab ipſo auferre: an non magis vita & bonitas, quam aër & lapis? & magis non eſt crapula & non inſania, quam non dicitur nec intelligitur?

EXPOSITIO TEXTVS.

A Deinde quærit, quare io affirmatiooibus oportet incipere à ſuperiotibus, & io negationibus è conuerſo, & ſoluit, ibi, *Quoniam hoc quod eſt, &c.* Quia cum conuenientia ſit cauſa affirmationis quando volumos aliquid ponere de Deo, *qui eſt ſuper omnem poſitionem, affirmationem ſuperpoſitiuam*, quia nihil affirmamus de ipſo ſecundum quod eſt, ſed nominamus eum nomine ſui cauſati (vt dicit Philoſophus) quod ſibi ſupponitur, oportet incipere ab his quæ ſunt magis ſibi propinqua: & quia negationis cauſa eſt diſtantia vel diuerſitas, ea quæ magis diſtant ab ipſo, oportet ab eo prius remoueri: Deus enim eſt magis vita & veritas, quam aër vel lapis: vnde iſta prius de ipſo dicere oportet: *& magis non eſt crapula*, & magis *non eſt inſania*, id eſt, magis remouentur ab ipſo, quam quod *non dicitur neque intelligitur*, id eſt, quam remoueantor non dicibile & non intelligibile, quæ magis ſunt ſibi propinqua, & ideò prius illa ſunt neganda.

CAPVT IV.

Quod nihil ſenſibilium eſt, qui eſt omnis ſenſibilis cauſa ſecundum exceſſum.

1. Dicimus igitur, quòd omnium cauſa & ſuper omnia exiſtens, neque ſine ſubſtantia eſt, neque ſine vita, neque ſine ratione, neque ſine mente, neque corpus eſt, neque figura, neque forma, neque qualitatem aut quantitatem aut pondus habet, neque in loco eſt, neque videtur, neque tactum ſenſibilem habet, neque ſentitur, neque ſenſibile eſt, neque inordinationem habet, neque turbationem, à paſſionibus materialibus perturbata, neque impotens eſt, ſenſibilibus ſubiecta caſibus, neque indigentia eſt luminis, neque variationem aut corruptionem aut diuiſionem aut priuationem aut paſſionem aut fluxum aut aliquid aliud ſenſibilium neque habet, neque eſt.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Dicimus igitur, quòd omnium cauſa, &c.

Hic incipit ponere primò ſuum tractatum, A in quo iotendit omnia remouere à Deo: & dioiditor in duas partes. In prima remouet ab ipſo ſenſibilia, in ſecunda iotelligibilia, cap. 5. ibi, *Rurſus autem aſcendentes, &c.* Et hæc diuiſio trahitur ex rubricis capitulorum. Poteſt autem artificialius diuidi hoc modo. In prima parte ponit ea ſine quibus non eſt Deus. In ſecunda oſtendit quæ non ſunt Deus, ibi, *Neque corpus eſt, &c.* Dicit ergo primò, quòd oportet ire in diuinam caliginem prædicto modo. *Dicimus*: alia tranſlatio, Dicamos, quia incipit hîc ſuum tractatum, ſcilicèt quòd Deus qui eſt omnium cauſa & ſuper omnia, non eſt ſine ſubſtantia, neque ſine vita, neque ſine ratione, neque ſine mente, quamuis iſta non poſſint affirmari de ipſo: non enim eſt ſine illis, cum formaliter ab ipſo iſta procedant. Vel ſecundum primam diuiſionem poteſt dici, quòd per hoc remouet conditiones ſenſibiliom à Deo: eſſe enim ſine ſubſtantia eſt tantummodo accidentis, & eſſe ſine vita inanimatorum eſt, & ſimiliter patet de aliis.

Deiode ſecundom diuiſionem ſecondam remouet ab eo quod non eſt Deus & ſenſibilia, B quia magis diſtant ab ipſo ſecundum artem traditam: ſecuodò intelligibilia & ſpiritualia in cap. 5. ibi, *Rurſus autem aſcendentes, &c.* Dicit ergo primò, quòd Deus *neque eſt corpus, neque figura, neque forma.* Forma poteſt hic ſumi dupliciter, aut ſecundum quod eſt forma materiæ, quæ tantum eſt in ſenſibilibus, & ſic differt re à figura: vel ſecundum quod eſt iu quarta ſpecie qualitatis, & ſic forma & figura ſunt idem re, ſed differunt ratione. Quia cum figura dicat terminationem quantitatis, dicitor per reſpectum ad extrema: forma autem dicitur per reſpectum ad intra ſecundum quod dat aliquod eſſe ei in quo eſt: figuræ enim ſunt formæ artificiales. *Neque in loco eſt*, ſicut io continente

quomodo ſenſibilia ſunt in loco, cum tamen vbique ſit ſicut omnem locum continens: *neque videtur* viſu corporali, *neque tactum ſenſibilem habet*, quia non habet aliquam tangibilem qualitatem: & per hos duos ſenſus dat ſubintelligere omnes alios medios: vnus enim horum eſt maximè ſpiritualis, & alter maximè materialis inter ſenſus: *neque ſentitur* actu, *neque ſenſibile eſt*, in potentia, *neque inordinationem habet* ſicut entia imperfecta aut monſtruoſa, *neque habet turbationem* cauſa omnium vt *perturbata à materialibus paſſionibus*, ita quod per aliquas paſſiones debilitetur in ſuis operationibus, *neque impotens eſt ſubiecta ſenſibilibus caſibus*, ſicut materia efficitur impotens ſeparata à forma per actiones ſenſibilium.

C Vel dicatur, quòd primò remouet à Deo corporalia & diſpoſitiones eorum, & poſtea ſenſibilia: & tunc intendit remouère defectus ſenſibilium, & primò defectum in appetitiua quantum ad paſſiones innatas, & ſic remouet *inordinationem*: vel quantum ad paſſiones illatas, & ſic remouet *turbationem*: & quia etiam neque ſibi inferiora poſſunt, remouet quod non eſt ſubiectus caſibus, & quod non eſt impotens, caſus enim eſt in non intellectualibus, fortuna verò in rationabilibus: *neque eſt indigentia luminis* corporalis, per hoc remouet defectum in cognoſcitiua & cæteris, viſus enim inter cæteros ſenſus nobilior eſt, cuius perfectio eſt lumen. Et poſtea remouet defectus corporalium quos non habet Deus, *neque variationem* in accidentibus, *neque corruptionem* in ſubſtantia, *aut diuiſionem* materiæ, *aut priuationem* formæ à materia, vel naturalium habituum, *aut paſſionem* ab extrinſeco per quam ſuſcipiat peregrinas impreſſiones, *aut fluxum* per actionem contrariorum, ex quibus componatur, in inuicem agentium, vel per mutationem de diſpoſitione in diſpoſitionem, ſecundum aliam ſpeciem motus. Et in fine colligitur, quòd nihil de ſenſibilibus *neque habet* ſcilicet diſpoſitiones defectuoſas, *neque eſt*, ſicut ſenſibilia.

CAPVT V.

Quod nihil intelligibilium qui omnis intelligibilis ſecundum ſuperexcellentiam cauſa.

R Vrſus autē aſcēdentes dicimus, quòd neque anima eſt, neque mens, neque phantaſiam neque opinionem aut rationem aut intellectum habet, neque ratio neque intellectus dicitur neque intelligitur, neque numerus eſt, neque ordo, neque magnitudo, neque paruitas, neque æqualitas, neque ſimilitudo, neque ſtat, neque mouetur, neque ſilentium habet, neque virtutem habet, neque virtus eſt, neque lumen, neque vita eſt, neque viuit, neque ſubſtantia eſt, neque æuum, neque tempus, neque tactus intelligibilis eſt, neque ſcientia, neque veritas, neque regnum, neque ſapientia, neque vnum, neque vnitas, neque deitas, aut bonitas, neque ſpiritus eſt ſicut nos videmus, neque filiatio, neque paternitas, neque aliquid aliud cognitum à nobis aut ab alio quodam exiſtentium, neque aliquid exiſtentium, neque aliquid non exiſtentium eſt: neque ipſam cognoſcunt exiſtentia ſecundum quod ipſa eſt, neque ipſa cognoſcit exiſtentia ſecundum quod exiſtentia ſunt: neque ratio ipſius eſt, neque nomen, neque cognitio eſt: neque tenebræ, neque lumen, neque error, neque veritas, neque ipſius vniuerſaliter poſitio, neque ablatio, ſed eorum quæ ſunt poſt ipſam poſitiones & ablationes facientes, ipſam neque ponimus, neque auferimus, quoniam & ſuper omnem poſitionem eſt perfecta & vnitiua omnium cauſa, & ſuper omnem ablationem eſt exceſſus ab omnibus ſimpliciter abſoluti & ſuper tota.

EXPOSITIO TEXTVS.

Rurſus autem aſcendentes dicimus, &c.

IN hoc capitulo intendit remouere à Deo omnia intelligibilia, ſicut vitam, ſubſtantiam, &c. A

DVBIVM.

ET VIDATVR, quòd hæc non ſint ab eo remouenda: ſicut enim dicit Anſelmus, ab omnibus nominatur Deus, quæ ſimpliciter melius eſt eſſe in omnibus, quam non eſſe: ſed vita, ſapientia, & huiuſmodi ſunt talia: ergo ab iſtis debet nominari Deus, & ſic non ſunt neganda ab ipſo. B In monologio. c. 14.

a Ad idem, Illud quod propriè conuenit alicui, melius nominat ipſum & prædicatur de ipſo quam de eo cui non propriè conuenit: ſed ſicut dicit Boëtius, eſſe ſoli Deo conuenit: ergo eſſentia

eſſentia vel ens verius de Deo dicitur, quam de creaturis: & ſic cum non remoueatur à creaturis, multò minus debet remoueri à creatore.

3 Ad idem, Cui conuenit aliquid per ſe, verius ei conuenit, quam ei, cui per aliquid conuenit: ſed omnia iſta conueniunt creaturis per aliquid, quia à Deo habent vitam & ſubſtantiam, & ſic de aliis: & ſimilis eſt ratio de omnibus iſtis nominibus, & ſic idem quod prius.

4 Si dicatur, quòd res iſtorum nominum verius ſunt in Deo, non autem nomina, quæ illa ſignificant ſecundum quod veniunt in notitiam noſtram, & ſic verius conueniunt creaturis, de quibus notitiam habemus, & remouentur à Deo cuius cognitio à nobis non comprehenditur. Contra: Per hoc quod aliquid conuenit vel remouetur ab aliquo quoad nos, non ſequitur quod ei ſimpliciter non conueniat, aut non remoueatur ab eo, quia manifeſtiſſima naturæ, ſicut dicit Philoſophus, quoad nos ſunt ignota: ergo per hoc quod iſta nomina verius conueniunt creaturis quoad nos, non ſequitur quod ſimpliciter à Deo remoueantur.

Lib.2 metaphy t.1.

Præterea, Non ſequitur, cælum non eſt continuum ſicut elementa, ergo non eſt continuum: vel homo non eſt animal ſicut aſinus, ergo non eſt animal: ergo ſimiliter non videtur eſſe conueniens, ſi Deus non eſt ſapientia, ſicut ſapientia in nobis, quòd ipſe non ſit ſimpliciter ſapientia.

Sed dicendum, quòd ſicut dicit Anſelmus, res ſignificatæ per hæc nomina, non remouentur à Deo, ſed verius ſunt in ipſo, quam in creaturis in quas ab ipſo deſcendunt, & in ipſis ſunt quædam imagines primæ vitæ & ſapientiæ, &c. ſed quantum ad modum quo ſignificantur per nomina, ſunt melius in creaturis quam in ipſo Deo à quo remouentur. Nos enim imponimus nomina ſecundum quod concipimus de rebus in intellectu: quia verbum eſt nuntius intelligentiæ, vt dicit Damaſc. ſcientia autem noſtra cauſatur à rebus, & ideò nomina ſignificant per modum rerum à quibus accipimus ſcientiam, ſcilicet cum compoſitione, vel cum tempore, vel per alias conditiones: & ſic nullo modo conueniunt: & ideò dicit, quòd quamuis omnis paternitas à Patre cæleſti deriuetur, tamen hoc nomen, Pater, familiarius ſignificat paternitatem, quæ eſt apud nos. Vel poteſt dici, quòd neque etiam quantum ad rem ipſam ſignificatam verè poſſunt dici de Deo: in omni enim prædicatione oportet accipere id quod ſubiiciatur, & id cui ſubiicitur, & quod ſic in ipſo habeat aliquam compoſitionem cum ipſo: & ideò oportet accipere veram proportionem ſubiicibilitatis in ſubiecto, & prædicabilitatis in prædicato, quia non omne prædicatur de omni, ſed in Deo nulla eſt compoſitio, & ideò neque aliquid in aliquo ſubiecto, & ideò ipſa res diuina excedit omnem proportionem ſubiicibilitatis & prædicabilitatis: & propter hoc verè & propriè de Deo non poteſt formari propoſitio, ſicut probat Commentator in vndecimo metaph. ſed vtimur loquentes de ipſo accommodatis verbis, & ſignificamus idem in ſubiecto & prædicato: & non eſt alia dialectica rei, ſed tantum in modo intelligendi, qui fundatur in diuerſo reſpectu ad extra: vnde patet, quod nihil nec ſecundum modum nominis, nec ſecundum rem poteſt propriè prædicari de Deo: & propter hoc omnia ab eo verius remouentur. Vnde dictum eſt in cæleſti hier. 2.cap. quòd negationes in diuinis ſunt veræ, & affirmationes incompactæ. Et per hoc patet ſolutio ad primas obiectiones.

Lib.1. fidei ortho. cap 13.

Ad quartum dicendum, quòd aliquando id quod eſt ſecundum notitiam noſtram, opponitur ad id quod eſt ſecundum naturam, quando ea quæ ſunt poſteriora in natura, ſunt priora quoad nos, & tunc id quod eſt ſecundum noſtram notitiam, eſt ſecundum quid, & non poteſt inferre quod eſt ſimpliciter: ſed ſecundum quod notitia noſtra dicitur communiter, prout claudit inſuper illud quod eſt notum nobis & à priori & poſteriori, tunc poteſt inferri ſimpliciter id quod eſt ſecundum notitiam noſtram: quod enim nullo modo cognoſcitur, neque cognoſcibile eſt à nobis, non poteſt à nobis ſignificari per nomen.

Ad quintum dicendum, quòd cælum habet aliquam naturam continuitatis & homo naturam animalitatis: ſed de Deo non poteſt dici, quòd habeat aliquid, nec quod ſit aliquid, nec quod inſit ei aliquid: quia in omnibus talibus ſignificatur aliqua diuerſitas & compoſitio, quæ procul ſunt à Deo: & ideò non eſt ſimile.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Dicit ergo primò. *Rurſus autem aſcendentes* à ſenſibilibus ad intelligibilia dicimus, quòd Deus *non eſt anima*, quantum ad inferiorem partem, ſecundum quòd animat corpus: *neque mens*, quantum ad ſuperiorem partem, quæ eſt oculus animæ, ſecundum quod mens dicitur à metiendo. Vel anima refertur ad homines, & mens ad Angelos. *Neque phantaſiam habet.*

Commentator diſtinguit hîc duas ſpecies phantaſiæ, quarum neutra cadit in Deum. Prima eſt quæ ex ſenſibili natura, primò in inſtrumento ſenſuum naſcitur, & imago in ſenſibus expreſſa propriè vocatur: altera verò eſt ipſa quæ communi ordine ex prædicta imagine formatur, & eſt ipſa phantaſia, quæ propriè ſenſus interior conſueuit vocari: & illa prior corpori ſemper adhæret, poſterior verò animæ: & prior quamuis in ſenſu ſit, ſeipſam non ſentit, poſterior verò & ſeipſam ſentit & priorem ſuſcipit. Et videtur innuere, quòd prima phantaſia ſit ſenſus communis, & ſecũda eſt quam communiter vocamus imaginationem, quam definit Philoſophus, quòd eſt motus à ſenſu ſecundum actum factus: & ipſe etiam innuit hanc diffinitionem: & verum eſt, quòd vtraque remouetur à Deo: ſed falſum eſt, quòd ſenſus communis non ſentiat ſeipſum, quia proprius actus eius eſt, quod videat ſe videre, & quod componit & diuidit ſenſibilia. Si tamen volumus ipſum ſaluare, tunc dicendum, quòd phantaſia dicitur ab eo quod eſt videre, ſicut dicit Philoſophus, & tunc phantaſia primo modo ſumpta erit ſenſus exterior: at ſecundo modo ſumpta ponetur pro viribus ſenſitiuis interioribus, ſicut ſenſus communis & imaginatio: & tunc planum eſt quod dicit.

Neque opinionem, quæ eſt acceptio per ſigna, & ideò eſt cum formidine contrarij : *aut rationem*, quæ reſoluit exteriora in principia intrinſeca eſſentialia : *aut intellectum*, qui ſtat in ipſa quidditate rei, & primis principiis tanquam terminis rationis : *neque eſt aliquid eorum*, *neque dicitur*, *neque intelligitur* quid vel quia determinatè, ſed confuſè tantum : *neque numerus eſt*, *neque ordo*, qui ſequitur numerum, in quo eſt prius & poſterius : *neque magnitudo*, ſcilicet ſpiritualis, & ſimiliter intelligendum eſt de omnibus quæ ſequuntur, ſicut determinatum eſt de eis in lib. de diuinis nomin. *neque ſilentium habet* quantum ad pacis nomen : *neque lumen intelligibile*, *neque tactus intelligibilis eius eſt*, qui ſcilicet ſit ſuper terminos rei : dicit enim Auguſtinus, quòd attingere mente Deum magna eſt beatitudo : & tactus tunc referatur ad principia. *Neque ſcientia* ad concluſiones, *neque veritas* ſecundum quod opponitur falſo per reſpectum ad res, quia eſt adæquatio rei & intellectus : & cætera per ſe patent. *Aut ab alio quodam*, ſicut ab Angelis, *neque eſt aliquid non exiſtentium*, ſicut ſunt ea quæ ſunt in potentia : *ſecundum quod eſt ipſa*, id eſt, cognitione, quia determinatè vel quid, *neque cognoſcit exiſtentia ſecundum quod ſunt exiſtentia*, ita quod exiſtentia ſint cauſa cognitionis ipſius, ſicut ſunt in nobis : *neque ratio ipſius eſt*, per quam ſcilicet de ipſo ratiocinari poſſimus, *neque tenebræ* ex parte ipſius, *neque error* quantum ad ignorantiam diſpoſitionis per malum vſum principiorum, *neque veritas* ſecundum quod opponitur apparenti, & ita aliter quam ſupra : *neque ablatio* propriè, quia omnis negatio fundatur ſupra affirmationem aliquam, vnde vbi non eſt verè affirmatio, non eſt verè negatio, quamuis verius ſit in Deo negatio quam affirmatio : ſed in negationibus diuinis & affirmationibus neque ipſum Deum ponimus neque negamus, ſed ea quæ ſunt poſt ipſum, ſicut cum dicimus, Deus eſt ſapientia, vel non eſt ſapientia, ſapientiæ enim nomen ſignificat ſapientiam quæ eſt apud nos, quæ non eſt ſapientia diuina. Vnde patet, quod enuntiatio & vnitio prædictæ primæ cauſæ eſt ſuper omnem affirmationem : quia cum omnes nobilitates ſint in ipſo, ſunt tamen idem re cum ipſo : omnis autem affirmatio ponit aliquam compoſitionem, & exceſſus eius qui eſt ſuper omnia, excedit omnem negationem, ideò dictum eſt quod nomina quæ negantur ab ipſo, negantur propter ſui exceſſum, & non propter defectum qui eſt in creaturis : & ideò exceſſus ſuus ſeparat omnem negationem : & ideò neque negationes neque affirmationes pertinent ad ſufficientiam laudis ipſius, cuius eſt virtus & magnificentia infinita & æternitas per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

D. ALBER

D. ALBERTI MAGNI, RATISBONENSIS EPISCOPI, ORDINIS PRÆDICATORVM,

COMMENTARII IN

EPISTOLAS B. DIONYSII AREOPAGITÆ, Epiſcopi Athenienſis & Galliarum Apoſtoli.

EPISTOLA PRIMA

CAIO MONACHO.

1 TENEBRÆ occultantur lumine, & magis multo lumine: ignorantiá occultanr cognitiones, & magis multæ cognitiones. Hæc exceſſiuè, ſed non ſecundum priuationem accipiens, enuntia ſupervere, q:od latet habentes exiſtens lumen & exiſtentium cognitionem, ſecundum Deum ignorantia: & ſuppoſitæ ipſius tenebræ & cooperiuntur omni lumini, & abſconduntur omni cognitioni. Et ſi aliquis videns Deum, intellexerit quod vidit, non ipſum vidit, ſed aliquid eorum quæ ſunt eius, quæ exiſtunt & cognoſcuntur: ipſe autem ſuper mentem & ſuper ſubſtantiam ſupercollocatus, in ipſo vniuerſaliter non cognoſci neque eſſe, & eſſe ſuperſubſtantialiter & ſuper mentem cognoſcitur. Et ſecundum melius perfecta ignorantia, cognirio eſt eius qui eſt ſuper omnia quæ cognoſcuntur.

DIVISIO ET expoſitio textus.

IN hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me. Iere. 9. Ex verbis iſtis ſumi poteſt occaſio ſcribendi iſtas epiſtolas, quas Dionyſius ſcribit Caio monacho. Iſte enim Caius, vt dicit Commentator, fuit cui Ioannes etiam Euangeliſta tertiam ſuam canonicam ſcripſit: ex quo datur intelligi, quòd fuit quidam à principio hoſpes ſanctorum, & poſtmodum in virtute creſcens factus eſt monachus. Dicitur autem monachus A

ſicut

ſicut in cap. Eccleſ. hierar. dictum eſt, vnius cuſtos, ſcilicet Dei: quia à rebus mundanis diuiſus & ſecularibus curis & carnalibus deſideriis, ſe Deo cuſtodiebat, & Deum ſibi, quaſi id in quo ſolum gloriabatur. Cuſtodire autem Deum eſt dupliciter, & ſecundum eſſe & ſecundum ſcire, vt ſcilicet in ſupereminentia eſſe ipſius, gloriam quis habeat, & in cognitione ipſius. Cognitio autem Dei eſt vel in ſe, vel in natura humana aſſumpta, quod etiam poteſt ſignificari in auctoritate dicta: quia ſcientia cum ſit de intellectualibus, poteſt referri ad cognitionem Dei in ſe: notitia autem noſtra eſt de ſenſibilibus: & ideò id quod dicit noſſe, poteſt referri ad cognitionem deitatis in natura humana ſenſibili aſſumpta, ſecundum quod viſibilis mundo apparuit. Et quia Caius iſte verè monachus in Deo tantum gloriam habebat, quaſi verus Dei cuſtos, de eſſe Dei & eius notitia quæſiuit, cuius quæſtionibus reſpondet Dionyſius in quatuor epiſtolis: quæſtionibus enim de Deo in ſe factis reſpondet in prima parte, quæ continet duas epiſtolas: quæſtiones verò de diuinitate in humanitate, in ſecunda parte determinat, quæ incipit ibi, *Subitò eſt quod eſt præter ſpem, &c.* Prima pars diuiditur in duas epiſtolas, in quarum prima reſpondet quæſtioni illius de cognitione diuina, in ſecunda quæſtioni de eſſe diuino, ibi, *Quomodo quidem eſt ſuper omnia, &c.* Prima epiſtola diuiditur in duas partes. In prima parte ponitur epiſtola Caij, in ſecunda reſponſio Dionyſij, ibi, *Hæc exceſſiue, &c.* Occaſionatur autem quæſtio iſtius Caij ex dictis Dionyſij in libro de myſtica Theologia: dixerat enim ita Dionyſius, quòd cum maximè proficimus in diuina cognitione, intramus in quaſdam tenebras, quibus nobis occultatur idipſum quod eſt. Contra hoc obiicit Caius, ſic quærens: luminis eſt deſtruere tenebras, ſed & maioris luminis, magis deſtruere: ſed cognitio eſt quoddam lumen ſpirituale, ignorantia autem tenebræ: ergo cognitio deſtruit ignorantiam, & plures cognitiones magis deſtruunt: ergo ſecundum quod plus cognoſcimus de Deo, minùs inuenimus de ignorantia & tenebris. Sciendum autem, quod alia litera habet *quid*, quod eſt ſignum interrogationis: & tunc legetur ſic litera. Quid eſt quod dicis, nonne *tenebræ occultantur lumine*; id eſt, deſtruuntur, &c. ergo *ignorantiam* Dei *cognitiones occultant*, id eſt, deſtruunt, &c. Secunda autem iſta tranſlatio legatur remiſſiuè, & diſtinguatur tamen in poſitionem, & concluſionem.

D V B I V M.

B Et adhvc obiicitur de quæſtione Caij. Ioan. 1. dicitur: Lux in tenebris lucet, Chriſtus ſupple, ad deſtructionem tenebrarum: ſed ſimpliciter ſequitur ad ſimpliciter, & magis ad magis, & maximè ad maximè, vt dicit Philoſophus: ergo multiplicato lumine multiplicatur deſtructio tenebrarum, & ita multiplicatis cognitionibus de Deo per acceſſum in ipſum imminuuntur tenebræ, & in perfecta vnitione penitus annullantur.

2 Ad idem, Sicut dicit Auicenna, vnum oppoſitorum non iuuat aliud ad eſſe: tenebræ autem & lumen, ſiue ignorantia & cognitio ſunt oppoſita: ergo ex multitudine luminis vel cognitionis non confortantur tenebræ vel ignorantia.

3 Ad idem, In multiplicatione luminis multiplicatur virtus eius: ſed virtus luminis eſt pellere tenebras: ergo multiplicato lumine magis poterit ſuper tenebras, & ſic idem quod prius.

4 Ad idem, Quæ eſt proportio luminis corporalis ad tenebras corporales, eadem eſt proportio luminis ſpiritualis ad ſpirituales tenebras: ſed corporale lumen multiplicatum magis deſtruit tenebras: ergo & cognitiones multiplicatæ magis deſtruunt ignorantiam, & hoc eſt exemplum ſuum, per quod exemplum corporalis luminis concludit de ſpirituali.

Sed ad hoc dicendum eſt, ſicut dicit ipſe Dionyſius, quòd tenebræ cauſantur dupliciter: aut ex defectu luminis, & ſic verum eſt quod multiplicato lumine attenuantur tenebræ: ſed quando tenebræ cauſantur ex abundantia luminis & per exceſſum ſuper virtutem cognoſcitiuam: & tunc quantò maius eſt lumen, tantò magis multiplicantur tenebræ: ex lumine enim diuino obtenebratur oculus, ſicut ex lumine ſolis: ſimiliter quantò maiorem ignorantiam habemus de Deo, tantò magis cognoſcimus eminentiam ipſius ſuper nos, & ſic magis inuenimus intellectum noſtrum deficere à comprehenſione Dei. Vnde dicit Gregorius, quòd tunc magis ſe æſtimat longè à Deo, quando ſibi magis propè eſt. Et per hoc patet ſolutio ad primum: quia lumen diſſipat tenebras, quando naſcuntur ex defectu luminis.

Ad ſecundum dicendum, quòd oppoſitum non conducitur à ſuo oppoſito ad eſſe per ſe, ſed per accidens, ſicut dicit Philoſophus in 8. phyſic. quòd frigidum calefacit quodammodo corpus quod ambit, inquantum conſtringendo poros, includit intus calorem, & ſic calor multiplicatur, cum non poſſit exire: ſimiliter & calidum per accidens iuuat ad maiorem infrigidationem, inquantum patefacit meatus, & frigus vehementius intrat: propter quod aqua calefacta citius congelatur, & in æſtate fiunt maiores grandines. Similiter multum lumen inducit per accidens tenebras, inquantum excedit proportionem videntis. Et per hoc patet ſolutio ad duo alia.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Deinde ſoluit & ponit ſolutionem quæ C modo dicta eſt: diuiditur autem in duas partes. In prima ſoluit, in ſecunda confirmat ſolutionem per experimentum, ibi, *Et ſi aliquis videns Deum, &c.* Dicit ergo primo, O Caj tu *accipiens hæc exceſſiue, ſed non ſecundum priuationem*, id eſt, ſi accipis tenebras quæ cauſantur ex exceſſu & non ex defectu luminis, *enuntia*, id eſt, dicere potes ſine impedimento poſitæ obiectionis, *quod lumen* diuinum *ſu.eruere exiſtens*, id eſt, omnem veritatem ſuperans, *latet habentes, & ignorantia ſecundum Deum*, id eſt, Dei quæ cauſatur

cauſatur in nobis ex abundantia ſui luminis, *latet habentes cognitionem exiſtentium* proportionatam eis, *& tenebræ ipſius*, ſcilicet Dei, *ſuperpoſitæ*, id eſt, ex eminentia ipſius in noſtro intellectu relictæ, *& cooperiuntur omni lumini*, id eſt, nullum lumen ſufficit ad palpandas eas, *& ideò abſconduntur omni cognitioni.*

D V B I V M.

D Hic qværitvr, ſi ex abundantia diuini luminis relinquantur tenebræ in intellectu noſtro, & vtrum hoc etiam ſit verum in intellectibus Angelorum. Et videtur, quòd non: ex abundantia luminis non relinquuntur tenebræ, niſi propter victoriam obiecti ſuper potentiam viſiuam, ſiue viſu interiori, aut exteriori: ſed potentia omnibus modis ſeparata non vincitur ab obiecto, quia victoria talis non fit niſi inquantum obiectum excellens ſoluit harmoniam quæ eſt in organo: intellectus autem angelicus, non vtitur organis, neque ſecundum ſe, ſicut virtutes ſenſitiuæ, neque quantum ad virtutem à qua accipit, ſicut intellectus noſter, qui accipit à virtutibus affixis organis, ex qua parte accidit ſibi fatigatio in ſua operatione: ergo in intellectu Angeli non relinquuntur tenebræ ex abundantia diuini luminis.

2 Ad idem, Ex eodem accidit quod potentiæ & debilitentur & vincantur: ſed debilitas accidit virtutibus ex obligatione ad materiam: vnde dicit Philoſophus in 1. de anima, quòd virtu-
Tex. 65.
tes animæ per ſe non ſeneſcunt: & quod ſi ſenex accipiat oculum iuuenis, videbit ſicut iuuenis: cum igitur intellectus Angeli nullo modo ſint obligati ad materiam, videtur quòd non accidat eis victoria vel debilitas ex abundantia luminis diuini.

3 Ad idem, Quod maximè manifeſta ſint nobis ignota (vt dicit Philoſophus) non con-
2. metaph tex. 1.
tingit ex parte ipſorum, cum ipſa ſint in ſe maximè nota, ſed ex adiunctis, quia ſcilicet accipiuntur in intellectu noſtro cum continuo & tempore: ſed intellectus angelicus non accipit cum continuo & tempore, & non accipit neque à ſenſibus neque ab imaginatione: ergo manifeſtiſſima naturæ quæ ſunt diuina, non erunt eis aliquo modo tenebroſa.

4 Ad idem, Quorum eſt ſymbolum, facilis eſt tranſitus & vnio: ſed intellectus ſeparatus omninò, ſicut intellectus Angeli, habet conuenientiam vel ſymbolorum cum Deo, in hoc quod vterque ſeparatus eſt: ergo poteſt maximè Deo vniri: ſed tenebræ non proueniunt ex abundanti lumine niſi propter defectum participationis vel vnionis: ergo intellectus angelicus non habet tenebras ex abundantia diuini luminis.

Ad oppoſitum: Illud quod eſt connaturale alicui, nunquam aufertur, quantumcunque res illa perficiatur, quia natura ſubſtat perfectioni: ſed lumen intellectus angelici quo conſtituitur in eſſe intellectuali, eſt ſibi naturale: ergo quantumcunque illuminetur, ſemper ſub illo videbit quicquid videbit: hoc autem conſtat quod eſt deficientius quam lumen diuinum: cum igitur maius lumen non manifeſtetur perfectè in minori, videtur quod intellectus angelicus ſit aliquis intellectus terminatus, & quantumcunque perficiatur per gratiam vel gloriam, nunquam lumen diuinum perfectè inſpiciet, & ſic ſemper relinquetur ignorantiæ tenebroſitas.

2 Ad idem, Secundum proportionem luminis eſt proportio viſus in claritate: vnde in lumine candelæ non ita clarè videtur res ſicut in lumine ſolis: ſed lumen naturale intellectus angelici vel cuiuſcunque alterius creati, à quo nunquam abſoluitur, eſt minus quam lumen diuinum in infinitum: ergo quilibet intellectus creatus in infinitum diſtat à limpiditate qua Deus ſuo lumine clarè ſe videt, & ſic quod prius.

3 Præterea, Videmus in eclipſibus, quòd propter minorationem luminis videntur res minoris claritatis, & ſic alba videntur pallida, & ſimiliter in lumine lunæ ea quæ in lumine ſolis videntur alba: ergo intellectus creatus nunquam limpide etiam videbit claritatem diuini luminis, ſed in quadam obſcuritate propter defectum ſui luminis naturalis.

Et hoc concedimus, & rationes ad hoc concedimus.

Ad primum verò dicendum, quòd cum obiectum ſit proportionatum alicui potentiæ, Deus non poteſt dici propriè obiectum intellectus creati: non enim eſt poſſibile alicui intellectui, quòd recipiat in ſe formam ipſius, & ideò quilibet intellectus creatus deficit à cognitione perfecta ipſius. Quod autem obiicit, quòd illud quod non habet harmoniam, non vincitur obiecto: dicendum quòd verum eſt de victoria diſſolutionis proportionis organorum ſenſuum, ſed intellectus Angeli non corrumpitur lumine diuino: ſed vincitur, quia deficit à comprehenſione tantæ claritatis. Et ſimiliter dicendum etiam ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quòd manifeſta naturæ dicuntur à Philoſopho principia entium, quæ ſunt inter nos & habent proportionem ad lumen intellectus: vnde in eis non cauſatur tenebroſitas ex eminentia, ſicut eſt in diuina cognitione, ſed tantum ex adiunctis, vt dictum eſt: & ideò non eſt ſimile.

Ad quartum dicendum, quòd quamuis intellectus angelicus ſit ſeparatus, tamen non dicitur habere ſymbolum ad ipſum Deum, quia non habet aliquam proportionem ad ipſum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde confirmat ſolutionem ſuam per experimentum videntium Deum, dicens quod *& ſi aliquis videns quidem Deum, intellexit quod vidit, non ipſum* ſcilicet Deum, *vidit, ſed aliquid eorum*, id eſt, de numero eorum *quæ ſunt eius*, id eſt, quæ ſunt ab ipſo, *quæ exiſtunt & cognoſcuntur*, id eſt, quæ ſunt coordinata aliis exiſtentibus & cognoſcibilibus. E

D V B I V M.

Sed cum illud quòd eſt ab ipſo, ſit effectus eius, videtur quod Deus non poſſit in ſe videri, ſed tantum in effectibus ſuis: & hoc eſt contra Apoſtolum 1. ad Cor. 13. Videmus nunc per ſpeculum & in ænigmate, tunc autem facie F

ad faciem

ad faciem. Et ideò Ioan. in canonica ſua prima dicit: Videbimus eum ſicuti eſt.

Ad hoc dicendum, quod hoc quod dicitur, quod videns Deum non vidit ipſum, intelligendum eſt ſecundum aliquid quod eſt ipſius videntis, vel quia non determinatè, ſed tantum confuſè & deficienter, vt dictum eſt: & hoc eſt verum tam in via quam in patria. Quod verò dicit, ſed aliquid eorum quæ ſunt eius, intelligendum eſt quantum ad principium cognitionis, quæ quidem incipit ſemper ab aliquo effectu eius, vel in quo videt ſicut in ſpeculo, vel ſub quo videt ſicut ſub lumine: ſed intellectus figitur in ipſo Deo ſicut in termino viſionis: quia intellectus accipiens effectus eius, profundat ſe in ipſo, & videt ipſum Deum: vnde ſubdit.

EXPOSITIO TEXTVS.

Ipſe autem, Deus ſcilicet, *ſupercollocatus ſuper mentem & ſuper ſubſtantiam*, quia non coordinatus exiſtentibus, neque cognoſcibilibus, *in ipſo vniuerſaliter non cognoſci, neque eſſe*, id eſt, ex hoc ipſo quod non perfectè cognoſcitur neque ſecundum aliquem modum aliorum cognoſcitur, *ſuper mentem*, id eſt, ſicut ſupra mentem exiſtens, & ex hoc quod non habet eſſe per modum aliorum, *ſuperſubſtantialiter*, id eſt, ſuper omne eſſe. Quaſi dicat, Non negatur ab eo eſſe & cognoſci propter ſuum defectum, ſed propter eminentiam. *Et perfecta ignorantia ſecundum melius*, id eſt, in hoc quod aliquis cognoſcit ſe proficere & deficere à comprehenſione eius propter ſui melioritatem, *eſt cognitio eius quæ eſt ſuper omnia quæ cognoſcuntur*, ſcilicet Dei. Et ſic patet, quòd non vult, quod nullo modo videatur Deus, ſed quod in ipſa ſui ignorantia videtur.

EPISTOLA II.

Eidem Caio monacho.

1. QVomodo quid eſt ſuper omnia, & ſuper thearchiam eſt & ſuper boni principatum? Si deitatem & bonitatem intellexeris, id quod eſt vſus benefici & deifici doni, & non imitabilis imitationem & ſuperdei & ſuperboni, ſecundum quam deificamur & boni efficimur. Etenim ſi hoc principium ſit deificandi & bonos faciendi deificatos & bonos factos, qui eſt ſuperprincipalis omni principio, ita vt ſupra prædictam deitatem & bonitatem eſt, ſicut thearchiam & boni principatum: inquantum non imitabilis & incomprehenſibilis, excedit imitationes & habitudines & imitantium & participantium.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Quomodo qui eſt ſuper omnia & ſuper thearchiam, &c.

HÆc eſt epiſtola ſecunda Dionyſij, in qua reſpondet quæſtioni eius de eſſe diuino, & occaſionatur eius quæſtio ex verbis Dionyſij in libro de diuinis nominibus, vbi dixit, quòd Deus eſt ſuper diuinitatem principalem, & ſuper bonitatem principalem: videtur enim, quòd ſi Deus eſt thearchia, & ipſe ſit ſuper thearchiam, quod ſit ſuper ſeipſum. Diuiditur ergo iſta epiſtola in duas partes. In prima ponit quæſtionem, in ſecunda reſponſionem, ibi, *Si deitatem, &c.* Quærit ergo primò Caius, *quomodo* Deus *qui eſt ſuper omnia*; id eſt, in eſſe, *& ſuper thearchiam*, id eſt, ſuper principalem deitatem, *quomodo eſt ſuper boni principatum*, id eſt, ſuper principium omnium bonorum, cum ipſa ſit principalis deitas, & principalis bonitas. A

DVBIVM.

Sed videtvr, quòd obiectio Caij procedat: eorum enim quæ ſunt in vna coordinatione, eſt tantum vnum primum principium: ſed principalis bonitas vel deitas dicit primum principium in genere bonorum & deificatione: ergo eſt vna principalis bonitas tantum: ſi ergo Deus eſt principalis deitas & ſuper principalem deitatem, videtur quòd ſit ſuper ſeipſum. B

2 Ad idem, Principalis deitas eſt, qua omnes deificati deificantur: ſed ſicut dicit Hugo de ſancto Victore, Deus deificat & beatificat omnes ſeipſo, & non alio: ergo ſi eſt ſuper principalem deitatem, Deus erit ſupra ſeipſum

3 Præterea, Ipſe idem Magiſter Hugo ponit exemplum de ferro ignito: quod ſicut nihil aliud eſt ſimile igni niſi per ignem, ita deificati per nihil aliud ſunt ſimiles Deo quam per ipſum Deum: ſed id quod aſſimilat Deo, eſt principium deificationis: ergo tantum Deus eſt principalis deitas, & ſic idem quod prius.

Si dicatur, quòd aliquid aliud eſt deificans ſicut diſpoſitiones. Contra: Omnis diſpoſitio diſponit ad aliquid aliud: ſed nullum tale eſt vltimum: ergo illud non erit vltimum & principale deificans, ſed tantum Deus.

Præterea, Apoſtolus dicit 1. Cor. 15. quod erit Deus omnia in omnibus: & ſic verum videtur, quod per ſe beatificat ipſos beatos: & ſic idem quod prius.

Sed dicendum, quòd aliquid eſt principium deificationis dupliciter, ſcilicet effectiuè, & ſic ſolus Deus eſt principium deificans: eſt etiam aliud deificans formaliter, ſicut ipſa participatio deitatis aſſimilans Deo, vel per gratiam, vel per gloriam, & hoc eſt aliud quam Deus. Si igitur thearchia dicatur principium deificans effectiuè, ſic Deus non eſt ſuper thearchiam, ſed ſolum ſuper thearchiam quæ eſt principium formaliter

maliter beatificans: & ſecundum hoc procedit ſolutio Dionyſij : & per hoc patet ſolutio ad omnia obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Dicit ergo, quòd cum Deus dicitur eſſe ſuper omnem bonitatem & deitatem, *ſi intellexeris bonitatem & deitatem, id quod eſt vſus benefici & deifici doni*, id eſt, ipſam participationem diuini muneris, qua formaliter efficiuntur dij & boni: & ſic intelliges per eandem *imitationem* ipſius *ſuperdei & ſuperboni non imitabilis*, id eſt, naturam ipſam formalem quam Imitamur, *ſecundum quam efficimur* formaliter *boni*, *& deificamur*, nullum accidet inconueniens, ſupponendum eſt. Et hoc probat: quia cum ipſe Deus excedat omne principium, erit etiam ſuper bonitatem & deitatem formalem, quæ dicuntur principalitatis nomine inquantum ſunt principia formalia: & hoc conuenit, quia cum ipſe non ſit perfectè capabilis, vel comprehenſibilis, neque imitabilis, excedit omnes participationes imitantium ipſum: & hæc ſunt formalis deitas & formalis bonitas. Vnde per iſta patet, quod pars in qua ſoluit, diuiditur in duas, ſcilicet in ſolutionem, & in probationem, quæ probatio incipit, ibi, *Etenim ſi hoc principium, &c.* Et litera per ſe plana eſt.

EPISTOLA III.

Eidem Caio monacho.

3. SVbitò eſt, quod eſt præter ſpem, & non ex apparente ad manifeſtum eductum. In benignitate autem ſecundum Chriſtum, & hoc arbitror Theologiam ſignificare, ex occulto ſuperſubſtantiali ad noſtram manifeſtationem humanè ſubſtantiam factum peruenisse. Occultus autem & poſt manifeſtationem: aut, vt diuinius dicam, & immanifeſtationem. Et hoc enim Ieſu abſconditum eſt, & nullo ſermone, nulla mente quod ſecundum ipſum eſt eductum, eſt myſterium, ſed & dictum inffabile manet & intellectu ignotum.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Subitò eſt, quod eſt præter ſpem, &c.

A IN ſuperioribus epiſtolis reſpondet Dionyſius quæſtionibus Caij monachi de diuinitate: nunc incipit reſpondere quæſtionibus eius de Chriſti incarnatione, & hoc in duabus epiſtolis, in quarum prima reſpondet quæſtioni factæ de incarnatione quantum ad ipſum fieri: in ſecunda quæſtioni de incarnatione quantum ad factum eſſe, quæ incipit, ibi, *Quomodo dicis, &c.* quæſtio prima occaſionabatur Malach. 3. Statim veniet ad templum ſuum dominator, &c. Pro quo habet Græca litera quæ eſt ſeptuaginta interpretum, Et ſubitò veniet. Videbatur enim Caio de hoc eſſe dubitandum : quia quod per longa tempora differtur, non dicitur ſubitò accidere: ſed Chriſti incarnatio fuit longo tempore poſt illam prophetiam : ergo non ſubitò venit. Huic ergo quæſtioni reſpondet Dionyſius in hac epiſtola: & quia in reſponſione oriebatur alia quæſtio, ideò illi quæſtioni reſpondet in ſecunda parte epiſtolæ, ibi, *Occultus autem, &c.* Prima pars autem diuiditur in duas. In prima diffinit ly *ſubitò*. In ſecunda adaptat ad propoſitum, ibi, *In benignitate autem ſecundum Chriſtum, &c.* Dicit ergo primò, quòd illud dicitur ſubitò fieri & eſſe, *quod eſt præter ſpem*, & quod educitur *de non apparente*, id eſt, ex occulto *ad manifeſtum*: ſicut dicitur, aliquis ſubitò venit, cuius aduentus non expectabatur, qui manifeſtatur nobis per præſentiam ſuam, qui prius non apparebat in ſua abſentia. Deinde dicit: *Et hoc arbitror Theologiam*, id eſt, ſacram ſcripturam *ſignificare in benignitate ſecundum Chriſtum*, & materialiter ſumatur, id eſt, in benigna Chriſti incarnatione, quando dicit eam ſubitò affuturam, id eſt, ipſum Chriſtum, *factum ſubſtantiam humanè*, id eſt, factum in natura humana, *peruenisse ex occulto ſuperſubſtantiali*, id eſt, ex occulto diuinitatis, *ad noſtram manifeſtationem*, qua nobis vel in noſtra natura viſibilis apparuit: eo enim eſt miſſus & venit, quo factus, vt dicit Auguſtinus.

DVBIA.

B HAEC SVNT duo dubia. Primò, vtrum in Chriſto fuerit aliquid ſubitum. Secundò, vtrum incarnatio eius fuerit ſubita.

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur, quòd in Chriſto nil fuit ſubitum: quod enim non eſt præter præſcientiam, non eſt præter ſpem, vel expectationem: ſed Chriſto, qui omnium præſcientiam habuit ab æterno, nihil accidit præter præſcientiam: ergo in Chriſto nihil fuit ſubitum. Dubium 1.

2 Ad idem, Ei qui omnium plenam ſemper ſcientiam habuit, nihil eſt occultum: ſed Chriſtus etiam ſecundum quod homo, ex primo inſtanti ſuæ conceptionis, omnium plenam ſcientiam habuit, ſicut & modo habet: ergo nihil potuit educi ſibi de occulto in manifeſtum, & ita nihil fuit factum ſibi ſubitò ſecundum diffinitionem hîc poſitam.

3 Ad idem, Nihil præordinatum, eſt ſubitum: ſed Chriſtus ab æterno præordinauit omnia ſua & quæque aliorum: ergo nihil potuit eſſe ſibi ſubitum.

4 Præterea, Quamuis in Chriſto ſint duæ voluntates & duæ ſcientiæ, tamen eſt vnus ſciens & vnus volens, vt dicit Damaſcen. quia ſciens refertur ad ſuppoſitum, ſecundum quod actus ſuppoſitorum ſunt: ſi ergo acciperet ali-

quid eſt ſubitum, tunc ipſum ſuppoſitum æternum diuinæ naturæ accipetet aliquid ſubitum: hoc autem eſt impoſſibile: ergo Chriſto oon fuit aliquid ſubitum.

Ad oppoſitum. Luc. 2. dicitur, quòd puer Ieſus proficiebat ſapientia & ætate apud Deum & homines: ſed ei qui proficit in ſapientia, venit in manifeſtum quod prius erat occultum, hoc autem eſt ſubitò: ergo Chriſto fuit aliquid ſubito.

In 3. d. 15. 2 Præterea, Magiſter dicit, quòd in Chriſto fuit paſſio triſtitiæ: ſed paſſio eſt ſubitus motus: ergo in Chriſto fuit aliquid ſubiti.

Sed dicendum, quòd ſubitò tribus modis ſumitur. Vno enim modo dicitur illud ſubitò, quod eſt in nunc temporis, ſicut generatio vel quilibet terminus motus dicitur ſubitò eſſe. Alio modo dicitur ſubitò, quod fit quidem in tempore, ſed imperceptibili propter breuitatem, ſicut motus ſagittæ. Tertio modo dicitur ſubitò aliquid, oon ex parte temporis, ſed ex parte cognitionis, quando ſcilicet aliquid apparere incipit, vel ſecundum ſenſum, vel ſecundum intellectum, quod prius non expectabatur, neque inquirebatur: ſicut dicitur, quòd venerunt ſubitò dolores partus non præexpectati: & ſic definitur hîc ſubitò. Primis igitur duobus modis potuit eſſe aliquid ſubitò in Chriſto, ſed tertio modo non, ſicut probant quatuor primæ rationes: vnde eas concedimus.

Ad quintum dicendum, quòd ſecundum vnam viam ſolutionis dicitur Chriſtus profeciſſe ſapientia, quia ad modum proficientis ſe habuit, dum ſapientiam ſuam quam à principio conceptionis perfectam habuit, magis ac magis manifeſtauit ad inſtructionem hominum, & laudem Dei. Vel aliter dicamus & melius, quòd non profecit ſapientia per incrementum habitus ſapientiæ, ſed per experientiam particularium ſenſibilium, dum aliquid ſenſibili cognitione acciperet quod prius expertus non fuerat: ex tali autem experimento in addiſcente generatur ſcientia: non autem ſic fuit in Chriſto, ſicut nec in ſcibilibus generatur habitus ſcientiæ ex experimento ſenſibilium: quia duæ qualitates eiuſdem rationis non poſſunt eſſe in eodem, ſicut nec duæ albedines.

Ad vltimum dicendum, quòd paſſio triſtitiæ non fuit in Chriſto prout dicitur ſecundum priuationem præuiæ conceptionis in patiente, quia ipſe totum præuidit quod paſſus eſt: ſed fuit in Chriſto paſſio ſecundum quod dicit priuationem moræ: dicitur enim paſſibilis qualitas, quæ diu manet, paſſio autem quæ non manet, ſed facilè tranſit: propaſſio verò adhuc minus habet, quia ſolum tangit & non manet: triſtitiæ enim motus ſolum tangebat Chriſtum, ſed quid naturale erat non deducens neque obtenebrans in aliquo rationem, ſed ordinata erat ab ipſa ratione.

C Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur,
Dubium 2. quòd incarnatio Chriſti non fuerit ſubita. Quia ſecundum quod hîc dicitur, ſubitum eſt, quod eſt præter ſpem: ſed incarnatio Chriſti fuit expectata à ſanctis Patribus: ergo non fuit ſubita.

Præterea, Omnia procedunt ex occulto diuinæ ſapientiæ, vt dicitur Hebr. 11. Vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent: ſi igitur propter hoc dicatur ſubita, quia venit ex occulto diuinitatis in eſſe ſenſibile, videtur quòd omnia ſenſibilia debeant dici ſubita, quod falſum eſt.

Sed dicendum ad primum, quòd ſpes ponitur hîc largè pro expectatione: dicitur autem expectatio vel ſpes dupliciter, ſcilicet gratiæ, & naturæ, ſicut dicitur Rom. 4. quòd contra ſpem, in ſpem gratiæ: dicitur enim ſpes gratiæ, quando aliquid expectatur ſecundum ordinem gratiæ tantum, & ſic incarnatio Chriſti fuit tantum expectata. Sed ſpes naturæ dicitur, quando aliquid expectatur ſecundum ordinem principiorum naturalium, & ſecundum hoc incarnatio Chriſti præter ſpem & ſubita eſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis Deus operetur occultè in omni opere naturæ, cum tamen operetur per principia aliqua nobis apparentia, in quibus præcognitiones & præexpectationes rerum poſſumus accipere, propter hoc non dicuntur ſubita.

EXPOSITIO TEXTVS.

D Deinde facit antipophoram, reſpondens tacitæ quæſtioni, quæ ex poſita ſolutione videtur oriri: quia enim dixerat, quod venit Chriſtus per incarnationem de occulto ad manifeſtum, poſſet aliquis quærere, verum poſt incarnationem fuerit omninò manifeſtus ipſe & ſua vnio & incarnatio. Et ad hoc reſpondet dicens, quod venit quidem ad manifeſtationem, *occultus autem manſit & poſt manifeſtationem, aut, vt diuinius dicam, & immanifeſtationem*, id eſt, poſt incarnationem, quæ manifeſtatio ipſius dicitur, quia per illam nobis viſibilis apparuit, ſed dignius dicitur immanifeſtatio propter occultum vnionis. *Et hoc enim Ieſu*, id eſt, ipſum etiam ſacramentum incarnationis Ieſu Chriſti non ſolum myſterium diuinitatis ipſius eſt abſconditum, *& myſterium*, id eſt, occultum, *quod eſt ſecundum ipſum*, ſcilicet Chriſtum incarnatum, *nullo ſermone, nulla mente eſt eductum*, id eſt, explicitum: *ſed &*, id eſt, etiam *dictum manet ineffabile, & intellectu manet ignotum*: quia nec ſufficienter dici, nec ſufficienter intelligi poteſt.

DVBIVM.

Sed videtvr hoc eſſe falſum: hæc enim ſunt oppoſita, dictum & ineffabile, & intellectum & ignotum: ſed oppoſita non ſunt vera de eodem: ergo falſum dicit.

2 Præterea, Super illud Iſa. 53. Generationem eius quis enarrabit? dicit Hieron. quod ſi intelligatur de generatione æterna, quis, ponitur pro impoſſibili: ſi autem intelligatur de generatione temporali, quis, ponitur pro difficili: ſed quod difficile eſt, fieri poteſt: ergo ipſius incarnatio dici poteſt.

3 Præterea, Chriſtus fuit vnius rationis in humanitate cum aliis hominibus qui ſunt dicibiles: ſed quod eſt vnius rationis cum dicibili, eſt etiam dicibile: ergo Chriſti incarnatio eſt effabilis.

Sed dicendum, quòd humana natura in Chriſto poteſt

tio poteſt dupliciter conſiderari, aut in ſe, & ſecundum quod eſt ſubſtantia quædam, & ſic eſt eiuſdem rationis cum humana natura, quæ eſt in aliis hominibus, & dici & effari poteſt: ſi autem conſideretur ſecundum quod ipſa eſt alterum membrum vnionis, cum illa compoſitio inexplicabilis ſit, quæ non eſt partium ratio, vt dicit Auguſtinus, quia diuina natura non poteſt eſſe pars, cum omnis pars ſit imperfecta, nec etiam humana natura, quia completa eſt, erit ineffabilis & non intelligibilis, quia inueniuntur in ea plura quæ ſunt contra principia, ex quibus accipimus rerum ſcientiam, ſcilicet quod ſit vnum ſuppoſitum diuiſarum naturarum, ſcilicet genere & ſpecie differentium, & multa huiuſmodi.

Ad primum ergo dicendum, quòd dicitur ſecundum quid, & eſt ſimpliciter ineffabile, & hæc non ſunt oppoſita.

Ad ſecundum dicendum, quòd Hieron. dicit generationem humanam, genealogiam, quæ deſcendit à Patribus: & non loquitur de ipſa incarnatione.

Ad tertium dicendum, quòd naturam humanam in Chriſto, ſecundum quòd conſideratur vt alterum extremum vnionis, circumincedunt proprietates diuinæ, quamuis non miſceantur, & ſic eſt ſupra alios homines, vt in ſequenti epiſtola plenius patebit.

EPISTOLA IV.

Eidem Caio monacho.

1. QVomodo dicis, Ieſus qui eſt ſuper omnia omnibus eſt hominibus ſubſtantialiter ordinatus Non enim ſicut cauſa hominum hic dicitur homo, ſed ſicut ipſe ſecundum ſubſtantiam totam verè homo exiſtens. Nos autem Ieſum non humanè diffinimus (neque enim homo eſt tantum, neque ſuperſubſtantialiter ſecundum quod homo tantum) ſed ſecundum quod homo verè qui differenter eſt amator hominum ſuper homines, & ſecundum homines ex ſubſtantia hominum, qui eſt ſuperſubſtantialis ſubſtantia factus. Eſt autem nihil minus ſuperſubſtantialitate ſuperplenus, qui ſemper eſt ſuperſubſtantialis, videlicet huius abundantia: & ad ſubſtantiam vere veniens, ſuper ſubſtantiam eſt ſubſtantia factus, & ſuper hominem operatur ea quæ ſunt hominis. Et monſtrat Virgo ſupernaturaliter concipiens: & aqua inſtabilis, materialium & terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem, & non ſuccedens, ſed ſupernaturali virtute ad indiffuſum conſiſtens Quid quidem aliquis reliqua exiſtentia multa pertranſeat? per quæ diuinius videns, ſuper mentem cognoſcit & ea quæ ſunt in benignitate Ieſu affirmata, virturem excedentis negationis habentia. Etenim, vt colligentes dicamus, neque homo erat, non ſicut non homo, ſed ſicut ex hominibus vltra homines & ſupra hominem verè homo factus. Et reliquum non ſecundum Deum diuina faciens, non humana ſecundum hominem, ſed Deo homine facto, noua quadam Dei & hominis operatione nobis conuerſatus.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Quomodo dicis, Ieſus qui eſt ſuper omnia, &c.

IN hac quarta epiſtola, reſpondet Dionyſius quæſtioni Caij de ipſo Chriſto incarnato, qui eſt terminus incarnationis: & iſta quæſtio oritur ex verbis Dionyſij in lib. de diu. hipotypoſibus, vel de diu. nom. 2. cap. vbi dixit, quòd Chriſtus ſecundum quod homo coordinatus eſt nobis. Contra hoc obiicit Caius: quia quod eſt ſuper omnes homines, non eſt coordinatus hominibus: ſed Chriſtus eſt ſuper omnia, ſicut dicitur Ioan. 3. Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt: ergo non eſt coordinatus hominibus. Et huic quæſtioni reſpondere intendit in hac epiſtola: vnde diuiditur in duas partes. In prima mouet quæſtionem, in ſecunda ponit ſolutionem, ibi, *Non enim ſicut cauſa, &c.* Quærit ergo primò Caius, *quomodo*, ô Dionyſi, *dicis*, quòd *Ieſus qui eſt ſuper omnia*, vt in Euangelio legitur, *eſt ordinatus omnibus hominibus ſubſtantialiter*, id eſt, ſecundum ſubſtantiam vel naturam aſſumptam Deinde ſoluit, & primò mouet falſam ſolutionem, ſecundò ponit veram, ibi, *Nos autem Ieſum, &c.* Poſſet autem aliquis dicere, quòd dicitur homo, quia eſt cauſa hominum, & ideò non eſt coordinatus hominibus niſi ſicut cauſa, & ſic eſt ſuper omnia: ſed hoc dicit eſſe falſum: quia non dicitur homo propter hoc quod ſit cauſa hominum, eò quod ſic etiam diceretur lapis: ſed quia eſt verè homo habens totam A

ſubſtantiam humanam, id eſt, carnem & animam. Poteſt etiam intelligi, quod hæc verba ſint obiicientis, qui remouet hanc ſolutionem.

Deinde ponit veram ſolutionem, & primò ponit eam, ſecundò probat, ibi, *Et monſtrat Virgo, &c.* Eſt ergo ſolutio ſua, quòd Deus non eſt tantum homo, ſed homo & Deus: & inquantum Deus eſt ſuper omnia, inquantum homo eſt coordinatus hominibus. Primò ergo ponit hanc ſolutionem: ſecundò oſtendit quod in humanitate ſua, eſt ſuper homines, ibi, *Videlicet huius abundantia, &c.*

DVBIA.

B Ad evidentiam eorum quæ dicuntur in litera, quæruntur hic duo, Vtrum Chriſtus ſecundum humanitatem ſit eiuſdem rationis cum aliis hominibus & coordinatus eis. Secundò, Qualiter dicatur Deus factus homo.

Dubium 1. Circa primum ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit coordinatus aliis: quæcunque enim ſunt coordinata, communicant in aliqua natura communi, quæ inuenitur in vtroque: ſed ſicut dicit Damaſc. In Domino Ieſu Chriſto non eſt communem ſpeciem accipere: ergo ipſe non eſt coordinatus aliis hominibus.

2 Ad idem, Quidquid coordinatur his quæ ſunt in aliqua ſpecie, recipit differentiam ſpeciei: ſed, ſicut dicit in litera, Ieſum non definimus humanè: ergo non coordinatur aliis hominibus.

3 Ad idem, Coordinatio aliquorum adinuicem fit gratia naturæ: ſed in Chriſto non fuit tantum natura humana, ſed & diuina quæ exaltauit humanam: ergo ipſe non eſt coordinatus aliis.

4 Ad idem, Quæ vniuocantur in vna forma, ſecundum propagationem ab vno principio habent illam formam: propter quod ſtellæ non ſunt eiuſdem ſpeciei: ſed Chriſtus non accepit naturam per actionem principij à quo propagantur alij homines, quia non eſt conceptus ex ſemine: ergo natura humana in ipſo non eſt vnius ſpeciei vel rationis cum aliis hominibus.

5 Ad idem, Omnis natura habet propriam operationem, ſicut dicit Philoſophus: quod ergo non habet operationem vnius rationis, non habet naturam vnius rationis: ſed Chriſtus operabatur humana ſuper hominem, vt dicitur hic litera: ergo Chriſtus non habuit naturam humanam vnius rationis cum aliis hominibus.

Sed dicendum, quòd Chriſtus fuit verus homo, & eiuſdem ſpeciei cuius nos ſumus.

Ad primum dicendum, quòd communis ſpecies poteſt conſiderari dupliciter, aut quantum ad naturam, aut quantum ad hypoſtaſes. Quantum ad naturam dicitur communis ſpecies ſecundum quod terminat omnia principia naturalia in vnam formam totius, & ſic non fuit accipere communem ſpeciem in Chriſto: quia oportuiſſet, quòd vna forma terminaſſet vtramque naturam in Chriſto, & quod vtraque fuiſſet in potentia reſpectu illius. Quantum autem ad hypoſtaſes dicitur communis ſpecies ſecundum habitum prædicationis, & hoc modo fuit communis ſpecies in Chriſto: quia ſic vniuocè prædicatur de ipſo & de Petro & Martino: quia compoſitionem animæ & corporis conſequitur in ipſo natura humana, ſicut in aliis.

Ad ſecundum dicendum, quòd litera legenda eſt cum præciſione, id eſt, non humanè tantum definitur, quia eſt Deus & homo: vnde alia tranſlatio habet, ſegregamus, quaſi ſeparando vnionem naturarum in perſona vna.

Ad tertium dicendum, quòd natura humana ſecundum quod in ſe conſideratur, eſt vnius rationis in Chriſto & in aliis: ſed ſecundum quod circumincedunt eam proprietates diuinæ propter vnionem eius, communicant ſibi prædicata ſua, ita quod id quod poteſt dici de homine, poſſit dici de Deo, & è conuerſo ſine confuſione naturarum, & ſecundum hoc non coordinatur aliis, ſed eſt ſupra.

Ad quartum dicendum, quòd illa ratio bene procedit in naturalibus, in quibus agentia ſunt determinatæ virtutis ad inducendam hanc formam & non aliam: vnde per accidens conſideratur vnitas agentis ad vniuocationem inquantum conſequitur ex ea vnitas formæ & naturæ, quæ per ſe facit vniuocationem. Vnde ſi ars poſſet inducere formam humanam veram, nihilominus ille diceretur vniuocè homo cum aliis qui à natura producti eſſent: & ſic dicimus Chriſtum operatione diuina habuiſſe naturam humanam eiuſdem rationis cum aliis hominibus qui generantur ex ſemine.

Ad quintum dicendum, quòd hoc, quod Chriſtus in humanis operabatur ſupra hominem, erat ex hoc quod circumincedebant naturam humanam proprietates diuinæ, & hoc erat ſupra hominem.

Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd hoc ſit falſum, Deus factus eſt homo. Omne enim factum eſt terminus alicuius fieri: ſed Deo non conuenit aliquod fieri: quia omne quod fit, eſt imperfectum & in potentia ad ſuum fieri: ergo Deo non conuenit factum eſſe, & ſic non eſt factus homo. Dubium 2. In 3 dist. 6. art. 2.

2 Ad idem, Quod dicitur aqua facta vinum, oportet quòd aqua ſubiecta ſit ipſi fieri, & quòd ſuccedant ſibi in ipſa formæ contrariæ: ſed hoc non poteſt dici de Deo, quia nullius rei ſubiectum eſt: ergo non poteſt dici, quod ſit factus homo.

3 Præterea, Cum dicitur, Deus factus eſt homo, ly Deus aut ſtat pro natura diuina, aut pro ſuppoſito, aut pro natura in ſuppoſito. Si pro natura, tunc eſſet ſubiectum factionis, quod non poteſt eſſe. Similiter propter idem inconueniens non poteſt ſtare pro ſuppoſito, nec pro natura diuina in ſuppoſito: ſed nec pro natura humana in ſuppoſito diuino, quia ipſa eſt terminus fieri, & idem non poteſt eſſe ſubiectum fieri & terminus: ergo videtur, quòd hæc propoſitio omnibus modis ſit falſa.

4 Præterea, Omne quod dicitur fieri, mutatur de forma in formam: ſed hoc Deo non conuenit: ergo non poteſt dici factus homo.

Si dicas, quòd locutio eſt conuertenda, vt intelligatur, Deus factus homo, quia homo factus eſt Deus. Contra: Omne quod fit aliquid, ipſum erat ante factionem: ſicut ſi aqua fit vinum, prius erat aqua: ſed Chriſtus non fuit

homo

homo ante vnionem: ergo non poteſt dici, quòd ſit factus Deus.

2 Præterea, Idem non eſt ſubiectum factionis & terminus: ſed homo eſt terminus iſtius factionis: ergo non eſt ſubiectum, quod tamen ſignificatur io locutione, cum dicitur, homo factus eſt Deus.

Si dicatur, ſicut quidam dixerunt, quòd hæc eſt impropria, Deus eſt factus homo, vel è conuerſo, ſed quod eſt reſoluenda hoc modo, Deus factus eſt homo, id eſt, factum eſt quod Deus eſſet homo. Sed contra: In qualibet factione oportet inueoire aliquod factum quod ſit ſubiectum factionis, & ſic redibit eadem difficultas.

Sed dicendum, quòd vtraque eſt vera, & Deus factus eſt homo, & homo factus eſt Deus. Et ſi quæratur quo factus eſt, dicendum quod vnione: ſicut enim probatum eſt in philoſophia, fieri eſt terminus motus: motus autem in philoſophia dicitur dupliciter, ſcilicet propriè, & ſic eſt in tribus generibus, quorum eſt motus per ſe. Dicitur etiam motus communiter, & ſic eſt in omnibus geoeribos, quia io omnibus eſt motus per accidens, vt dicitur in quinto phyſicor. quia res cuiuſlibet generis naſcitur ex motu, vel per ſe, vel per accidens: ſic enim dicimus eſſe motum in geoere, quando eſt ad rem illius generis: quia in motu oportet, quòd ſit illud ad quod eſt influxus, & ſic in relatione eſt motus. Dicimus ergo, quòd fieri, quod importatur in hoc quod dicitur, Deus factus, non eſt termious motus per ſe & propriè dicti, ſed motus communiter accepti: poteſt enim hic motus eſſe in relatione, & hunc motum dicit vnio, cuius terminus eſt vnitum eſſe: ſecundum hoc enim dicitur Deus factus homo, quia natura humana vnita eſt vel aſſociata diuinæ, vel è conuerſo. Nec oportet, quòd fieri illius præcedat factum eſſe tempore, ſed natura tantum, etiamſi eſſet terminus motus per ſe, quia fieri in generabilibus etiam eſt in inſtanti. Iſte aotem motus non ponit aliquam tranſmutationem in Deo, ſed in humana natura, quæ deciſione à reliqua carne Virginis & operatione Spiritus ſancti formata eſt: tamen ex iſtis mutationibus non relinqueretur natura vnionis, niſi ipſa diuina natura aſſociaret ſe humanæ quæ eleuatur ad vnionem in perſona diuina, natura diuina ſeſe per ſimiliter ſe habente. Contingit enim innaſci relationem io vno extremorum ſine ſui mutatione, ſed tantum per motationem alterius: & tunc in illo erit relatio quædam tantum rationis, in altero autem erit realis. Et ſic dicimus, quòd relatio vnionis io natura diuina eſt rationis tantum, in humana autem eſt realis relatio. Et per hoc patet ſolutio ad omnia obiecta quæ procedunt de fieri quod eſt terminus motus per ſe.

EXPOSITIO TEXTVS.

D Litera ſic exponitur. *Nos autem non diffinimus Ieſum humanè* tantum, *neque enim eſt homo tantum, neque tantum ſuperſubſtantialiter*, id eſt, Deus *ſecundum quod homo*, ita ſcilicet quod dicat vnitatem ſuppoſiti & non commixtionem naturæ, *ſed eſt vere homo, quia amator hominum*, id eſt, ex amore quem habuit ad homines, *differenter eſt ſuper homines & ſecundum homines*, id eſt, in ſpecie naturæ coordinatus, *qui eſt ſuperſubſtantialis*, id eſt, Deus, & ſecundum hoc ſuper homines. Et quamuis ſit factus homo, *eſt autem ſuperplenus ſuperſubſtantialitate*, id eſt, eminentia, *qui eſt ſemper ſuperſubſtantialis*, id eſt, qui nunquam deſiit eſſe Deus. Deinde oſtendit, quòd in humanis eſt ſuper homioes, non tantum inquantum Deus, dicens, *Abundantia quæ eſt videlicet huius*, ſcilicet diuinitatis, id eſt, ex redundantia plenitudinis diuinitatis in humanam naturam, *verè veniens factus eſt ſubſtantia*, id eſt, hypoſtaſis humanæ naturæ, *ſuper ſubſtantiam*, id eſt, eminens aliis qui ſunt eiuſdem naturæ, *& operatur ea quæ ſunt hominis ſuper hominem*, inquantum in operatione humana operatur etiam virtus diuina: quamuis enim diſtinctæ ſint operationes ſicut & naturæ, tamen circumincedunt ſe. Deinde probat tribus argumentis, quòd in humanis ſit ſuper hominem. Primum eſt ex partu Virginis, ſecundum ex ambulatione ſuper aquas, ibi, *Et aqua inſtabilis, &c.* Tertium communiter ex omnibus operibus ipſius, ibi, *Quod quidem aliquis, &c.*

DVBIVM

E AD EVIDENTIAM primæ partis quæritur, vtrum Beata Virgo naturaliter genuerit Christum. Et videtur, quod ſic: quod enim habet virtutem fœcundatiuam, generat naturaliter: ſed Spiritus ſanctus (vt dicit Damaſc.) dedit Virgini virtutem fœcundatiuam & verbi generatiuam: ergo ipſa naturaliter genuit. In 3 d.4. art. 5.

2 Ad idem, Quamuis cæcus miraculosè accipiat viſum, tamen poſtea habens viſum, naturaliter videt: ſed ſicut viſus eſt principium videndi, ita potentia generatiua quæ data eſt Virgini, eſt principium generandi: ergo ipſa naturaliter genuit Chriſtum.

3 Item, Ad hoc quod mater concipiat naturaliter & gignat filium, non exigitur niſi quod virtus generatiua ipſius excitetur: ſed virtus generatiua Virginis fuit excitata per operationem Spiritus ſancti: ergo naturaliter genuit.

4 Ad idem, Mater non dicitur niſi quia genuit: ſed Virgo naturaliter eſt mater, quia Chriſtus naturaliter eſt filius hominis & filius Dei: ergo naturaliter genuit.

Ad oppoſitum. Omnis operatio quæ egreditur ab aliquo, maoeote impedimento illius operationis, eſt ſupra naturam, ſicut ſi cæcus manens cæcus videat: ſed virginitas quæ ſemper maoſit io Virgine, eſt impedimentum conceptionis: ergo non coocepit naturaliter, ſed ſupernaturaliter

2 Ad idem, Operatio naturalis dicitor, quæ eſt ex principio actiuo naturali: ſed principium actiuum generationis in animalibus eſt in ſemine maris & non in matre: cum ergo Chriſtus non fuerit conceptus ex ſemine maris, ſed ab agente ſupernaturali, ſua conceptio fuit ſupernaturalis, & natiuitas.

Et hoc quidem concedendum eſt, & contrarium pro hæreſi habendum.

Vnde ad primum dicendum, quòd Spiritus ſanctus dedit Virgini virtutem fœcundatiuam,

quæ eſt matris, cuius eſt tantum miniſtrare materiam & facere ammeliorationem conceptus propter diſpoſitionem matricis, ſicut dicit Auic. in lib. de diluuiis : tota autem actio eſt in ſemine maris qui dat animam ſenſibilem.

Ad ſecundum dicendum, quòd illud non eſt ſimile niſi in cæco maneret cæcitas : ſic enim totus actus eſt miraculoſus.

Ad tertium dicendum, quòd à gratia collatum eſt Virgini, vt naturaliter eſſet mater Chriſti, vt patet ex prædictis.

Ad quartum dicendum, quòd ſicut aliquid poteſt moueri per ſe in loco, cum non ſit in loco niſi per accidens, ſicut cælum, ita poteſt eſſe mater naturaliter, quæ non generat naturaliter : quia ad hoc quod ſit mater naturaliter, non oportet quod habeat in ſe niſi diſpoſitiones paſſiuas, vt dictum eſt, & hoc fuit in Beata Virgine perfectè. Vnde dicit.

EXPOSITIO TEXTVS.

F *Virgo ſupernaturaliter monſtrat*, quòd humana ſunt in Chriſto ſupereminenter : quod enim concipiatur, ex natura humana eſt, ſed quod ex Virgine virtute diuina, eſt ſuper naturam. Deinde ponit ſecundum argomentum ad idem, dicens : Et monſtrat idem *aqua inſtabilis* ſecundum ſuam naturam, quia non continetur terminis propriis : *ſuſtinens grauitatem pedum* Chriſti ſuper ipſam ambulantis, *materialium & terrenorum*, quia eiuſdem compoſitionis ſicut in nobis : & aqua, dico, *non ſuccedens*, id eſt, non diffuſa in ſeipſam, *ſed conſiſtens ad indiffuſionem ſupernaturali virtute*, id eſt virtute diuina : quod enim ambulauit, humanum fuit : ſed quod ſic ambulanti aqua ſubſtitit, diuinum fuit & ſupra naturam. Et ſic patet, quòd in humanis operatus eſt ſupra naturam noſtram humanam virtute diuina : vnde operatio ſua dicitur theandrica, quaſi diuina, ſicut dixit ſæpè Dionyſius in Eccleſiaſtica hierarchia.

D V B I V M.

G Ad evidentiam autem quæritur, vtrum Chriſtus habuerit dotem agilitatis. Et videtur, quòd ſic : Hugo enim de ſancto Victore dicit, quod Chriſtus aſſumpſit ante paſſionem dotes quando voluit, ſicut dotem claritatis in transfiguratione, & dotem ſubtilitatis quando egreſſus de vtero virginali clauſtra pudoris incorrupta reliquit, dotem impaſſibilitatis in cœna quando corpus ſuum diſcipulis maſticandum præbuit ſine ſui paſſione, dotem agilitatis quando ſuper aquas ambulauit.

2 Præterea, Cuius eſt actus, eius eſt potentia & habitus, ſicut dicit Philoſophus in principio de ſomno & vigilia : ſed Chriſtus habuit actionem dotis agilitatis cum ambulauit ſuper aquas : ergo habuit & dotem.

3 Præterea, Sicut dicit quædam Gloſſa ſuper Matth. 17. Chriſtus venit docere beatitudinem corporis : ſed non potuit docere niſi in ſeipſo exhiberet : ergo videtur, quòd ipſe dotes aſſumpſerit.

Ad oppoſitum. Corpori habenti dotem agilitatis naturale eſt ambulare ſuper aquas : ſed illa ambulatio fuit ſupernaturalis, vt hîc dicitur : ergo Chriſtus non habuit dotem agilitatis.

2 Præterea, Si Chriſtus habuiſſet dotem, fuiſſet hoc ex operatione dotis : ergo per hoc non probaretur, quòd eſſet diuinum, ſicut dicitur hîc, cum alij habentes dotem poſſint idem facere, & non ſicut vniti diuinitati.

Sed dicendum, quòd quidam dicunt, quòd Chriſtus aſſumpſerit dotem agilitatis, quando ambulauit ſuper aquas : ſed hoc eſt manifeſtè contra Dionyſium hîc, qui dicit, quòd fuit ſupernaturale & diuinum : & ideò dicendum, quòd Chriſtus non habuit dotem, ſed fuit virtute diuina illa talis ambulatio : & concedimus rationes ad hoc.

Ad primum ergo dicendum, quòd Magiſtrum Hugo. non eſt verum ſuſtinere, quod in multis male dixit : ſi tamen debet in hoc ſuſtineri, tunc dicatur, quòd loquitur de vſu dotis, & non de habitu.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet in Chriſto fuerit operatio dotis, non tamen fuit per modum quo eſt à dote, ſed operatione diuina, & ideò non ſequitur, quòd habuerit dotem, ſicut aliquis caſtè operatur qui non habet habitum caſtitatis, quia non operatur ſicut caſtus.

Ad tertium dicendum, quòd futura beatitudo maximè docetur per miracula : & ideò decentius fuit, quòd doceret miraculosè ambulando ſuper aquas quam per habitum dotis.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde oſtendit hoc communiter per omnes operationes ſuas dicens : quare nouum ſermonem, vt *pertranſeat aliquis*, id eſt, multa de aliis operationibus Chriſti, in quibus idem apparet, ſicut quod tetigit leproſum, humanum fuit, quod verò tangendo ſonauit, diuinum fuit, & ſimiliter de multis aliis, *per quæ ſi aliquis diuinius* facta ipſius conſideret, & *cognoſcit* cognitione diuina, quæ eſt *ſuper mentem*, quod illa quæ affirmantur de *benignitate*, id eſt, de humanitate Ieſu, quam ſua benignitate aſſumpſit, habent virtutem negationum per eminentiam dictarum, ſicut dicitur Deus non ſapientia, quia eſt ſuper omnem ſapientiam : ſimiliter cum dicitur Ieſus non homo, intelligendum eſt, quod non tanquam deſit ei humanitas, aut ſicut non eſſet homo, ſed quod eſt ex hominibus habens naturam humanam vltra homines, inquantum natura humana eſt in ipſo eleuata ſuper alios, propter vnionem ad naturam diuinam. *Et reliquum* : alia tranſlatio, cæterum *non faciens diuina ſecundum Deum*, tantum, *non humana ſecundum hominem* tantum, *ſed Deo facto homine, noua quadam operatione Dei & hominis*, quæ dicitur theandrica, eſt *nobis conuerſatus*, ſecundum quod naturæ circumincedunt ſe in ſuis operationibus : & ſic non ſolum eſt homo ſuper homines, ſed & operatur humana ſuper homines. H

* *
*

EPISTOLA

EPISTOLA V.

Dorotheo miniſtro.

1. Diuina caligo eſt inacceſſibile lumen, in qua habitare Deus dicitur. Et inuiſibilis quidem exiſtens, propter excedentem claritatem, & inacceſſibilis idem propter exceſſum ſuperſubſtantialis luminis effuſionis, in hac fit omnis qui Deum cognoſcere & videre eſt dignus habitus, per ipſum non videre neque cognoſcere, in eo qui eſt verè ſuper viſionem & cognitionem factus, hoc ipſum cognoſcens quod poſt omnia eſt ſenſibilia & intelligibilia, & prophetice dicens:
Pſal.138. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, fortis facta eſt, non potero ad eam. Sic quidem & diuinus Paulus cognouiſſe Deum dicitur, cognoſcens ipſum ſuper omnem exiſtentem intellectum & cognitionem: propter quod & inueſtigabiles eſſe
Rom.11. vias eius dicit, & inſcrutabilia iudicia eius, & inenarrabilia dona eius, & pacem eius excedentem omnem mentem: ſicut qui inuenit exiſtentem ſuper omnia, & hunc ſuper intellectum cognouit, quoniam vltra omnia eſt omnium cauſa exiſtens.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Diuina caligo eſt inacceſſibile lumen, &c.

A NOn videbit me homo & viuet, Exod. 33. ſuper quo dicit Gregorius, quod nullus humana vita viuens Deum videre poteſt: qui enim ad interius lumen ſe colligit, nportet quòd exterinti lumini oculos claudat, ſicut idem dicit: hoc autem lumen exterius eſt humanæ vitæ lumen connaturale homini, & ideò Deus videri non poteſt, niſi deſerta vita quæ eſt per humanum lumen, & diuinâ quâdam vitâ viuere incipiat participatione diuini luminis: & ideò ex verbis præpoſitis, poteſt trahi materia huius epiſtolæ, in qua reſpondet Dionyſius Dorotheo miniſtro, id eſt, diacono quæſtenti de caligine in quâ dicitur Deus eſſe & videri. Et quæſtio iſtius oriebatur ex quadam repugnantia quæ videtur eſſe in ſacra Scriptura, quæ alicubi perhibet eum habitare in caligine, ſicut Exodi 20. dicitur, quòd ingreſſus eſt Moyſes in caliginem in qua erat Deus. 3.Reg.8. Dixit Dominus, vt habitaret in nebula. Et in Pſal. 17. Qui poſuit in tenebris latibulum ſuum. Et hæc videntur eſſe contraria illi quod in 1. Tim. 6. dicit: Qui lucem habitat inacceſſibilem: qui enim inhabitat lucem, non inhabitat caliginem vel tenebras. Huic ergo quæſtioni reſpondet B. Dionyſius in hac quinta epiſtola, quæ diuiditur in duas partes. In prima ponit ſolutionem, in ſecunda confirmat per authoritatem, ibi, *Et propheticè dicens, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit quomodo Deus inhabitat caliginem. In ſecunda oſtendit, quòd omnes videntes Deum, ipſum in caligine vident, ibi, *In hac fit omnis, &c.* Circa primum duo facit. Primò dicit, quòd primum inacceſſibile lumen & caligo in qua habitare dicitur Deus, in prædictis authoritatibus, eſt ipſum inacceſſibile lumen, ſed caligo non cauſatur ex lumine, ſed ex defectu videntis, qui cum non totum accipiat, ſemper remanet ad aliquid in potentia, & ſic in quadam caligine neſcientiæ. Deinde dicit, quòd Deus dicitur inuiſibilis, ex quo oritur ratio caliginis, & non propter defectum ſui, ſed propter claritatem excedentem noſtrum intellectum, vnde relinquitur caligo in ipſo: inacceſſibilis autem dicitur propter excedentem effuſionem ſui luminis. Vnde per hoc quod dicitur inuiſibilis, ponitur ſupra intellectum, qui non ſufficit comprehendere ipſum in ſe: per hoc verò quod dicitur inacceſſibilis, ponitur ſupra inueſtigationem rationis, quæ per effuſiones inquirendo venit in principium fundens: diuini autem luminis effuſio eſt infinita ex parte fundentis, non proportionata ad aliquam receptionem ipſius rationis: & ideò non poteſt accedi ad eam per inueſtigationem rationis.

B Deinde dicit, quòd ex quo ipſe Deus habitat in caligine, oportet quod in ipſa diuina caligine fiat quicunque eſt dignus habitus Dei viſione & cognitione: vt cognitio referatur ad ſcientiam concluſionum, & viſio ad intellectum principiorum, ſicut in myſtica Theologia dictum eſt. Et qualiter aliquis fiat in diuina caligine, exponit: quia per non videre & non cognoſcere ſicut per ignorantiam naturalium, quæ eſt obtenebratio luminis naturalis, fit verè (per adhæſionem intellectus) in eo quod eſt ſuper viſionem & cognitionem, dum cognoſcit eum eſſe poſt omnia ſenſibilia, & poſt omnia intelligibilia ex reſolutione cauſatorum in cauſas & ordinatione ad finem: & ſic quod eſt poſt, eſt nobilius.

C Deinde probat ſolutionem per authoritatem Pſalmi. Secundò per authoritatem Apoſtoli, ibi, *Sic quidem & diuinus. &c.* Dicit ergo primo. *Et propheticè dicens, Mirabilis facta eſt &c.* ſcilicet Deo manifeſtante quod dictum eſt. Et dicitur ſcientia diuina mirabilis, non ſolum materialiter, quia ſcilicet eſt de altiſſimis ſicut ſumitur in principio de anima: ſed etiam formaliter, ſicut ſumit Auguſtinus miraculum, quod ſupra

facultatem admirantis apparet : ſcientia enim diuina eſt ſupra facultatem noſtram, quia oon poſſumus ad eam,

Deinde probat eam per authoritates doas Apoſtoli. Pnma ſumitur ex epiſtola ad Rom. 11. & dicit, quòd beatus Paulus, qui verè *di itur cognouiſſe Deum, cognoſcens eum exiſtentem ſuper omnem cognitionem & intellectum* : & ideò exclamat & dicit, O altitudo Dei,&c.

DVBIVM.

E Sed videtur falſum quod hîc dicitur : viæ enim Domini per quas inueſtigare ipſum poſſumus, ſunt creaturæ eius, & in quas ipſe etiam procedit per influentiam ſuorum donorum : ſed creaturæ poſſunt inueſtigari : ergo viæ eius non ſunt inueſtigabiles.

2 Præterea, Illud quod omnibus reuelatur, non eſt inſcrutabile : ſed iudicia Domini omnibus reuelabuntur, ſicut in Iſaia dicitur : ergo iudicia Dei non ſunt inſcrutabilia.

3 Præterea, Iob. 12. dicit, Angelus enarrat omnia mirabilia eius : & loquitur de donis quæ eis largitus eſt Deus : ergo videtur, quòd dona eius ſint enarrabilia.

Sed dicendum, quòd creaturæ & iudicia Dei materialiter accepta & diuina ſecundum quod ſunt in recipientibus, dupliciter poſſunt conſiderari : aut per ſuam ſubſtantiam, & ſic poſſunt inueſtigari : aut ſecundum quod exeunt à ſapientia infinita, & ſic ſunt inſcrutabilia & inueſtigabilia & inenarrabilia : tamen quod dicit inenarrabilia dona eius, non habet noſtra litera, ſed eſt in litera ſeptuaginta interpretum. Noſtra autem litera, Aliquis prior dedit ei,&c.

EXPOSITIO TEXTVS.

F Deinde ponit ſecundam aothoritatem Apoſtoli ad idem, & dicit, quòd propter idem Apoſtolus dicit pacem Dei excedere omnem mentem : & ſumitur de epiſtola ad Philipp. 4. vbi litera noſtra habet, Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum : & hoc ideò dixit Apoſtolus, quia ipſe inuenit eum qui eſt ſuper omnia, & cognouit eum eſſe ſuper omnem intellectum: quia cauſa omnium debet eſſe ſuper omnia.

DVBIA.

G Et qvia hæc eſt vltima epiſtola in qua tractat de viſione Dei, ideò quærantur hîc tria, quæ remanent quærenda de ipſa. Primò, vtrum intellectus poſſit attingere vel accedere ad diuinum lumen, quod Deus eſt. Secundò, vtrum Deus impleat intellectum videntis ipſum, vt vltimum agens & determinans cognitionem. Tertiò, qualiter viſio Dei impleatur, vtrum per omnes potentias, vel ſecundum quaſdam tantum. Alia quæ hîc quærenda eſſent, ſupra quæſita ſunt, de viſione Dei.

H Circa primum ſic proceditur. Videtur, quòd intellectus creatus attingat ad ipſum Deum : omnis enim finis attingitur ab his quæ ſunt ad finem illum, alioquin eſſet fruſtrà, ſecundum diffinitionem Philoſophi in ſecundo philoſophiæ, qui dicit, quod fruſtrà eſt, quod eſt ad finem quem non attingit vel non inducit : nihil autem eſt fruſtra in operibus naturæ, & multò minus in operibus diuinis: ſed Deus eſt finis omnis intellectus : ergo attingitur ab intellectibus. *(Dubium 1.)* *(2. metaph. tex. 8)*

2 Ad idem, In excedenti nulla eſt delectatio : ſed in viſione diuina ſumma eſt delectatio: ergo non eſt viſio excedentis, ſed eius quod totum attingitur ab intellectu.

3 Ad idem, Sicut dicit Dionyſius in libro de diuinis nominibus, cap. 4. delectatio fit conuenientis cum conueniente conueniens autem eſt quod eſt proportionatum, & maximè proportione æqualitatis : ergo cum in viſione Dei ſit ſumma delectatio, oportet quòd intellectus coniungatur proportionato æquali ſibi : & ſic attinget Deum ſecundum totum.

4 Ad idem, Scientia quæ eſt pars beatitudinis & quæ habetur modo diuino, oportet vt habeatur vt poſſeſſio, id eſt, ad nutum : ſi enim cum difficultate & inquiſitione haberetur, eſſet pœnoſa : & hoc dicit Philoſophus in primo philoſophiæ, & etiam Boëtius in libro de conſolatione : ſed excedens non habetur vt poſſeſſio; cum igitur ſcientia diuina ſit pars beatitudinis, videtur quod non ſit viſio excedentis : & ſic idem quod prius,

5 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus in decimo ethicor. delectatio eſt operatio proprij & connaturalis habitus, non impedita : ſed in viſione Dei eſt maxima delectatio : ergo eſt delectatio exiens à naturali perfectione & propria, talis autem perfectio non eſt excedentis : cum igitur ipſe Deus, vt dicit Magiſter Hugo de ſancto Victore, ſic perficiat quia ipſum videmus, videtur quod non ſit excedens : & ſic ſecundum totum attingi ipſum intellectus.

Ad oppoſitum, Deus eſt obiectum in infinitum excedens potentiam creatam : ergo eſt inacceſſibilis, nec poteſt perfectè attingi.

2 Præterea, Ioan. 1. dicitur : Deum nemo vidit vnquam, vbi dicit Chryſoſt. Quod creabilis eſt naturæ, qualiter videre poterit quod increabile eſt ? Et loquitur de perfecta viſione : ergo intellectus creatus non poteſt perfectè attingere ad ipſum Deum.

3 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus in eth. & Boëtius 5. de conſolat. actus actiuorum ſunt in patiente & recipiente ſecundum poſſibilitatem recipientis : ſed poſſibilitas omnis intellectus creati eſt minor diuina claritate : ergo nullus intellectus vidit eum perfectè, cum non videat niſi ſecundum id quod capit de ipſo.

Sic concedimus, quòd intellectus creatus non poteſt attingere perfectè ad Deum, ita vt nihil de cognitione ipſius maneat extra eum, ſed ſub quadam confuſione iungitur ei quaſi excedenti: eò quod non poteſt de ipſo accipi quid ipſius, quia non habet terminationem : neque propter quid, quia non habet cauſam : neque quia, quia non habet cauſam remotam, nec effectum proportionatum : & ideò nec in via nec in patria videtur de ipſo niſi quia confuſum : quamuis ipſe Deus videatur clarius vel minus clarè, ſecundum diuerſos modos viſionis & videntium. Et concedimus rationes ad hoc.

Ad primum verò dicendum, quòd finis qui eſt intra

eſt intrinſecus, attingitur ſecundum totum & includitur in re ipſa & perficit rem: ſed non eſt neceſſarium de fine qui eſt extra, perficiens ad bene eſſe: & talis finis eſt Deus, non ſolum intellectus, ſed & omnium creaturarum; vnde dicit Philoſophus in ſecundo cæli, quòd omnia tendunt ad diuinam bonitatem ſicut ad finem, quem non omnia æqualiter attingunt, ſed quædam vno modo, quædam pluribus: nihil tamen ipſum perfectè conſequitur, ſicut ipſe ſe habet.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſenſibile excellens agit actione animæ & actione ſenſibilis: & ideò corrumpitur organum, & non eſt delectatio in ipſo: ſed ſi ageret tantum actione animæ, fieret tantum intentio ipſius in ſenſu, & non corrumperet: ſed quantò magis eſſet excedens, tantò magis delectaret: ſed in ſenſibili non poſſunt ſeparari duæ dictæ actiones ſecundum eſſe: ſed intelligibile agit tantum actione animæ, & ideò excellens intelligibile non corrumpit, ſed maximè delectat.

Ad tertium dicendum, quòd ad delectationem non exigitur conuenientia æquiparantiæ, ſed ſufficit conuenientia ſecundum ordinem eorum quæ ſunt ad ipſum finem.

Ad quartum dicendum, quòd excedens quod facit reſiſtentiam, non habetur vt poſſeſſio, & hoc eſt excedens & corrumpens, & tale non eſt Deus.

Ad quintum dicendum, quòd Deus eſt perfectio naturalis, non ſicut exiſtens de conſtitutione naturæ, ſed ſicut id ad quod natura eſt ordinata: & talis perfectio naturaliter bene poteſt eſſe excedens. Et ſecundum hunc modum dicuntur quatuor virtutes naturales in Gloſſa ſuper Lucam de paralytico, quæ quatuor inferebant.

I CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur, *Dubium 2.* quòd Deus non ſit illuminans & perficiens intellectum videntis ipſum: illuminans enim eſt naturaliter agens non determinans cognitionem vnius rei tantum: ſed intellectus non poteſt ab eodem ſecundum idem determinatè & indeterminatè moueri: cum igitur Deus non perficiat intellectum niſi ſecundum quod eſt poſſibile perfici, videtur quod non ſecundum idem perficiat & illuminet.

2 Præterea, In viſu exteriori, lumen quod viſum illuminat, non diſtinguit cognitionem alicuius viſibilis, ſed oportet eſſe aliud diſtinguens quod eſt ſpecies abſtracta à ſenſibili: ergo in viſione intellectus qua videtur Deus, non ſecundum idem Deus illuminat & determinat intellectum.

3 Si dicas, quòd in his quæ non videntur propria luce, tenet prædicta ratio, & non in iis quæ videntur per propriam lucem, & tale eſt Deus. Contra: Sol videtur per propriam lucem, & lux quidem ſua eſt determinata ad talem figuram & ad hanc materiam, quibus amotis remouetur lux determinata: ergo ſi tantum lux ſolis videatur, erit viſio indeterminata, & ad hoc quod determinetur, oportet accipi figuram ipſius & hunc ſolem: ergo etiam in iis quæ per ſuam lucem videntur, eſt aliud illuminans & aliud determinans cognitionem: ergo & in Deo oportet illud eſſe.

4 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus in octauo phyſicorum, omnia quæ ſunt inter primum mouens & vltimum motum, ſunt mouentia mota & ſunt mouentia imperfecta: quia ceſſante à motu, primo motore, nullum erit in actu mouens: vnde oportet, quòd imperfectio impleatur à primo motore: ſed intellectus agens in nobis eſt medium mouens inter lumen diuinum & intellectum poſſibilem: ergo eſt imperfectus ad mouendum, & perficitur ad hoc quod moueat: ſed cum moueat ad omnes ſpecies cognoſcibiles, non mouet ſecundum determinationem alicuius formæ: ergo oportet, quòd perficiatur à primo agente, ſcilicet lumine diuino, non ſecundum aliquam formam determinatam: ſed poſſibilis perfectibilis eſt ſecundum aliquam formam determinatam, ſicut materia non perficitur ab agente niſi per aliquam formam determinatam receptam in ipſa: ergo aliud perfectibile eſt intellectus agens, & alio modo perficitur quam intellectus poſſibilis: ſed diuerſorum perfectibilium diuerſæ ſunt perfectiones: ergo videtur vel quòd Deus non perficiat vtrumque, vel quod non ſecundum idem: & ſic idem quod prius.

Ad oppoſitum, Illud in quo nullus eſt numerus, non habet in ſe aliud & aliud: ſed ſicut dicit Boëtius, Deus eſt verè vnus, in quo nullus eſt numerus: ergo non ſecundum aliud & aliud illuminat & terminat & perficit intellectum.

Sed dicendum, quòd ſecundum aliud & aliud Deus terminat intellectum videntis ipſum & illuminat eum ad videndum: illuminat ſiquidem inquantum eſt lux quædam per modum ſeparati accepta: quia vniuerſaliter agens oportet eſſe non mixtum alicui, ſicut lux non moueret ad omnes colores, ſi eſſet de compoſitione alicuius coloris: & propter hoc quidam poſuerunt, quòd intellectus agens animæ non eſt pars animæ, ſed ſeparatum quid, quamuis hoc ſit error: ſed perficit ad determinatam cognitionem ſecundum quod eſt quoddam determinatum, non per materiam, ſed per ſuam naturam & per attributa naturæ, & ſecundum quod ſunt perſonæ determinatæ ſuis proprietatibus. Hæc autem duo non ſunt alia & alia res, ſed ſunt aliud & aliud ſecundum rationem, quæ tamen ratio fundatur in re: quamuis enim alia ratio ſit quæ non inferatur ad rem ſicut demonſtratio mathematica, quæ demonſtrat eſſe rectam lineam quæ non eſt recta: tamen ſi non poſſet aliquo modo referri ad rem, eſſet ratio ratiocinantis & fruſtrà referretur etiam ad lineam, quæ per eam intelligitur: & ſecundum hoc ratio lucis & bonitatis & aliorum omnium referuntur ad rem diuinam ſecundum modum attribuendi, quia verè vnumquodque eorum eſt in ipſo: & cum ſint diuerſæ rationes ſecundum quod habent relationes ad proprios actus, accidit eis quòd ſint idem re propter ſimplicitatem diuinæ eſſentiæ: & per hoc patet ſolutio ad totum.

CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur etiam, K quòd ſenſitiuæ potentiæ perficiantur diuina viſione: viſio enim, vt dicit Aug. eſt tota merces: *Dubium 3.* ſed omnes potentiæ cooperantur ad meritum: ergo omnes debent remunerari diuina viſione.

2 Præterea, Ioan. 10. dicitur, Egredietur & ingredietur

ingredietur & paſcua inueniet : ſed non inuenit paſcua anima niſi in diuinitate : cum igitur ingreſſus referatur ad intellectum, & egreſſus ad ſenſum, videtur etiam quod ſenſus perficiatur diuina viſione.

3 Item videtur, quòd ratio poteſt in apprehenſionem ſpiritualium : quia inquirit de eis: ſed datur ſibi omnis perfectio cuius eſt capax: ergo datur ſibi viſio Dei.

4 Præterea, Sicut dixit Aug. viſio Dei ſuccedit viſioni quæ eſt per veſtigium : hæc autem cognitio cum ſit inquiſitiua, eſt in ratione : ergo & viſio Dei erit in ratione.

Sed dicendum, quòd omnes potentiæ animæ perficientur diuina viſione : ſed quædam immediatè, ſcilicet ſuperiores, quædam mediatè, ſcilicet inferiores per redundantiam à ſuperioribus: videmus enim, quòd propter hoc quod omnes potentiæ ſunt in vna eſſentia animæ, quando ſuperior pars animæ eſt in vehementi delectatione, quæ eſt ex conſideratione theorematum, omnes contrahuntur ad delectationem illam, ſed debilitantur in propriis operationibus. Erit igitur viſionis delectatio immediatè in intelligentia, & poſt ordine quodam in intellectu, à quo redundabit ſecundum rationem in vires ſenſitiuas. Et ideò dicitur in lib. de ſpiritu & anima, quod ſenſus vertetur in rationem, & ratio etiam in intellectum : non quod trahantur à ſuis naturis ſecundum eſſe, ſed quod conuertentur inferiores ad delectationem ſuperiorum. Sed ad euidentiam huius ſciendum eſt, quòd intelligentia tripliciter ſumitur : quandoque enim dicitur ipſe actus intellectus, ſicut dicit Philoſophus in primo de anima, quod intelligentia omnis ſcientia eſt. Quandoque verò dicitur natura intellectualis ſeparata, ſicut ſumitur in lib. de cauſis. Quandoque etiam dicitur ſuprema virtus noſtræ animæ, & diſtinguitur à ratione & intellectu, vt dicit Hugo de ſancto Victore : quia ratio eſt corporum, intellectus ſpirituum creatorum, & intelligentia ſpiritus increati : & hæc diſtinctio ſumitur penes obiecta ſecundum quod ſunt obiecta, ſecundum quod ſunt maioris vel minoris ſimplicitatis, quamuis intentio vna abſtracta à re non ſit ſimplicior altera, niſi quia eſt ſimplicioris rei: eſt enim ſimplex per abſtractionem quamlibet, & negatio non dicitur ſecundum maius vel minus. Poteſt etiam aliter diſtingui, quòd ratio conſiſtit in compoſitione collatiua quia ſecundum quod dicit Iſaac, deducit cauſam in cauſatum, vel cauſam conſequendi, vel cauſam eſſendi : intellectus autem eſt ſimplicior ſecundum quod ſtat in vnitate principiorum : ſed quia principia complexa ſunt, ſunt in intellectu ſimplicius, ſecundum quod eſt quædam virtus recipiens ipſum lumen ſimplex quo omnia vniuntur, & hæc eſt intelligentia. Et ſciendum, quod ratio à Philoſophis ſumitur ſecundum quod eſt cum compoſitione collationis prædicta, & hoc ſolum quantum ad compoſitionem probabilem : quia inquiſitio non eſt quando habentur cauſa proxima rei ex qua neceſſariò concluditur res : ratio autem eſt inquiſitiua, & ideò per ſigna plurima procedit, ex quibus inueniat aliquam probabilitatem : & ideò dicit Philoſophus in Eth. quòd ratio eſt coniugatorum, & ſcientia neceſſariarum concluſionum, & intellectus principiorum. Et Iſaac dicit, quòd ratio oritur in vmbra intelligentiæ, quæ accipit ſimplices quidditates rerum, ex quibus de neceſſitate concluditur aliquid. Sancti autem non faciunt vim in verbis, & ideò nominant rationem vniuerſaliter omnem virtutem, cuius obiectum eſt ſeparatum à materia & appendiciis eius : & ſic ratio immediatè videbit : ſed ſi diſtinguantur iſtæ virtutes, vt dictum eſt, tunc intelligentia immediatè videbit vel intellectus ſi non fiat vis in diſtinctione vtriuſque. Et per hoc patet ſolutio ad omnia obiecta.

EPISTOLA VI.

Soſipatro ſacerdoti

NE opineris hoc victoriam ſancte Soſipater, quòd contra religionem aut opinionem non bonam apparentem facies contumeliam : neque enim oportet, ſi iudicare ipſum redargueris, iam ea quæ ſunt Soſipatri bona: poſſibile enim eſt te & alios in multis falſis & apparentibus vnum exiſtens & occultum verum latere. Neque enim ſi aliquid non eſt rubeum, iam eſt album : neque ſi aliquis non eſt equus, de neceſſitate eſt homo. Ita autem facies mihi credens, abſtinebis quidem ne dicas contra alios, pro veritate autem verè dicas, ſicut omninò eſſe irreprehenſibilia quæ dicuntur. 1.

EXPOSITIO TEXTVS.

Ne opineris hoc victoriam Soſipater, &c.

SI quis videtur inter vos contentioſos, nos talem conſuetudinem non habemus. Ita 1. Cor. 11. Ex verbis iſtis poteſt trahi huius epiſtolæ materia, in qua Dionyſius arguit Soſipatrem ſacerdotem, de hoc quod contendebat cum idololatris, erat enim homo multum zelans fidem Chriſti : & ideò ſemper volebat arguere idololatras, & improbare cultum eorum, cum ipſe prius non perſuaſiſſet eis fidem ſuam eſſe bonam : vnde illi ſcandalizabantur, & à fide auertebantur. A

DVBIVM.

SED VIDETVR, quòd non rectè arguat eum: Apoſtolus enim ad Titum dicit de ſacerdote, B

quòd

quòd debeat eſſe potens exhortari in doctrina ſana & contradicentes arguere : ſed idololatræ contradicunt doctrinæ ſanæ : cum ergo ille eſſet ſacerdos, debebat arguere, & non erat de hoc arguendus.

2 Ad idem, Nullum opus ſapientis eſt reprehenſibile : ſed manifeſtare mentientem eſt opus ſapientis : idololatræ enim ſunt maximè mentientes : quia mendacium quod eſt contra fidem, eſt maximum, vt dicit Auguſt. ergo non debet reprehendi de hoc quod manifeſtabat eis errorem ſuum.

3 Ad idem, Sicut dicit Philoſophus, omni malo eſt iniuriandum : ſed idololatria eſt maximum malum : ergo non debet argui, quòd idololatriæ iniuriabatur.

4 Præterea, Si dicitur oppoſitum de oppoſito, vt dicit Philoſophus, & propoſitum de propoſito : ſed omnis virtus eſt laudabilis : ergo omne vitium eſt vituperabile : & ſic iſte bene reſpondebat vituperando idololatriam.

Sed dicendum, quod ille in hoc quod arguebat idololatras non peccabat, ſed ex modo quo mouebatur : vnde Dionyſius reprehendit eum de inſufficientia : quia dum aliorum ſectas reprobauit, fidem ſuam non perſuadebat : & etiam de ordine : quia prius erat eis oſtendenda virtus Dei, vt ſic allicerentur : poſtmodum erant eis eorum errores demonſtrandi. Iſte autem è contrariò volebat facere : & ideò non connectebantur, ſed trahebantur : quia ad fidem non conuertuntur per coactionem rationis, ſed per voluntatem, & ideò ſunt alliciendi ad amorem veritatis : quamuis contrario modo ſit procedendum quando veritas cogit per demonſtrationem : tunc enim ſunt prius reprehendendæ falſæ opiniones, vt dicit Philo. opus in 1. cæl. & mundi : & per hæc patet ſolutio ad obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

C Diuiditur autem hæc epiſtola in duas partes. In prima reprehendit eum. In ſecunda ponit rationem reprehenſionis, ibi, *Neque enim oportet ſi iudicare, &c.* Dicit ergo primò, quod non debet hic reputare victoriam ſi contra alienam religionem faciat contumeliam increpando eam aut reprehendendo : & vocat eum ſanctum propter rectitudinem intentionis, quamuis erraret in modo. Religio autem hîc dicitur, ſecundum quod diffinit eam Tullius, dicens, quòd religio eſt quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam vocant, curam cæremoniamque affert. Sed quia per idololatriam non colitur aliqua res diuina, ideò non potuit rectè dici religio, ſed falſa opinio, & propter hoc corrigit ſe, & dicit, *Aut opinionem, &c.* Deinde ponit rationem reprehenſionis primò, & ſecundò probat rationem illam, ibi, *Neque enim ſi aliquid non eſt rubeum, &c.* Dicit ergo primò, *Neque enim ſi redargueris*, id eſt, ſi contingat te redarguere, *iudicare ipſam*, id eſt, quod illa opinio iudicio toto ſit condemnanda, ſequitur quòd tua ſit bona. Alia tranſlatio habet, *iudicatam redarguas*: quia poteſt eſſe, quod tu & alij multi detenti in falſis opinionibus fuerint, & verum ſit omnibus nobis occultum : & ideò non ſequitur, ſi opinio illorum ſit falſa, quod tua ſit vera. Deinde

Lib. 2. de Inuen.

hoc probat per exemplum : quia non ſequitur, ſi hoc non eſt rubeum, quòd ſit album : neque ſequitur, ſi non eſt equus, quod ſit homo : quia poteſt eſſe, quòd vtraque opinio ſit falſa, quamuis vna repugnet alteri. Et in fine conſulit ſibi, vt abſtineat à contradictione aliorum, ſed primò loquatur ad perſuadendam veritatem, & taceat de falſitate aliorum, ac ſi eſſent irreprehenſibilia quæ ab aliis dicuntur. Vel aliter : loquaris pro veritate, vt quæ tu dicis, ſint omnino irreprehenſibilia : ſi enim prius perſuadeant veritatem, placebunt : ſi autem prouocentur per contradictionem, reprehendent rationem & non conſentient veritati.

EPISTOLA VII.

Policarpo hierarchæ.

EGo quidem non ſum aduerſus A Græcos aut aduerſus alios dicens, ſufficere arbitror ſanctis viris, ſi verum ipſum in ſeipſo poſſint & cognoſcere & dicere, ſecundum quod verè habet. Hoc enim quodcunque eſt ſecundum legem veritatis rectè demonſtrato & puro exiſtente, omne quod aliter habet, & veritatem ſimulat, reprehendetur, & alterum exiſtens à verè exiſtente, & diſſimile & apparens illud magis quam exiſtens. Superfluum igitur eſt veritatis manifeſtatorem aduerſus iſtos aut illos dimicare : dicit enim vnuſquiſque ſe habere numiſma regale, & forſan quidem habet quandam deceptiuam imaginem cuiuſdam veri numiſmatis : & ſi iſtum redargueris, & alius & rurſus alius de eodem litigabit. Vera autem ipſa poſita ratione, & ab omnibus aliis irreprehenſibili manente, omne quod non ita ſecundum omnia ſe habet, ipſum in ſeipſo inuincibili ſtatione verè veri deponitur. Igitur hæc quidem, ſicut arbitror, verè cognoſcens non ſtudui aduerſus Græcos aut aduerſus alios dicere : ſed ſufficiens mihi, & hoc Deus donet, de veritate ſcire primum, poſteà ſcientem dicere vt oportet.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Ego quidem non ſum aduerſus Græcos, &c.

A Timothee depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & opiniones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt 1. ad Tim. vlt. In verbis iſtis exhortatur Apoſt. diſcipulum ſuum ad tria, ſcilicet ad cuſtodiendam fidem, quæ eſt theſaurus nobis à Deo commiſſus & apud nos depoſitus: vt quantum poſſumus, cuſtodiamus eam, & in nobis & in alijs, & maximè ad quos pertinet ex officio prælationis. Et hoc notatur in hoc quod dicit, depoſitum cuſtodi. Secundò hortatur vt abſtineat à contentioſa diſputatione, quæ ad nihil valet, niſi ad ſubuerſionem audientium: hæc enim litigia ſunt, prophanæ vocum nouitates: quia ſunt præter Eccleſiæ conſuetudinem. Tertiò hortatur vt iis qui ſub nomine ſcientiæ fidem impugnant, reſiſtatur, & hoc eſt quod dicit, & opiniones, &c. Vnde ex verbis iſtis poteſt intelligi materia iſtius epiſtolæ, quam Policarpo hierarchæ, id eſt, Epiſcopo ſcribit. Hic autem Policarpus fuit martyr quidam Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus, hic familiaris fuit cuiuſdam Apollophanij qui fuerat in philoſophia magiſter Dionyſij, qui cum viſitaretur à Policarpo, & prædicaret ſibi fidem, arguebat Dionyſium, quod ſcientia quam à Philoſophis didicerat, contra Philoſophos vteretur: & hoc Policarpus ſignificauit Dionyſio, petens etiam ab eo, vt ſcriberet aliquid quibus poſſet trahi ad fidem: & ideò Dionyſius reſcribit per hanc epiſtolam, in qua fidem cuſtodire principaliter intendit, excuſando ſe à contentione ſibi impoſita & inuitando illum ad fidem ex principiis diſciplinis eius.

B Vnde diuiditur in duas partes. In prima negat contentionem ſibi impoſitam. In ſecunda ex oppoſitione contra ſe facta, inuehitur contra alios Philoſophos, & maximè contra Apollophanem, trahendo eum ad fidem, ibi, *Tu autem dicis, improperare mihi, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima ponit quod intendit. In ſecunda oſtendit rationem eius, ibi, *Sufficere arbitror, &c.* Primo ergo dicitur, quòd ipſe non intendit ad contradicendum neque Philoſophis neque aliis à fide errantibus ſicut idololatræ, qui etiam irridentur à Philoſopho in tertio metaph. Vnde deridet opinionem Platonis quia ſimilis eſt dæmoni fingentium Deos eſſe. Græcos autem appellat Dionyſius Philoſophos: & quamuis philoſophia fuerit primò apud eos & Ægyptios, cum tamen fuerit apud eos ſecundum multos erroneſ, apud Græcos fuit primo correcta, à quibus exercitia correcta in omnes alias nationes tranſlata ſunt.

C Deinde oſtendit rationem ſui dicti, & primò ponit rationem, ſecundò concludit propoſitum, ibi, *giturbar quidem vt arbitror) &c.* Circa primum duo facit. Primò dicit, quòd ſufficit veritatem dicere & cognoſcere. Secundò oſtendit, quod ſuperfluum eſt nitſi contendere contra errorem ſingulorum, ibi, *Superfluum igitur eſt, &c.* Ratio ergo ſua prima talis eſt. In cognitione alicuius rei non ſunt inquirenda, niſi vt ponatur veritas, & reprehendatur falſitas, & detegatur apparentia eius quod non eſt verum ſed hæc duo vltima ſufficienter habentur ex primo. Quia ſi verum demonſtraretur, quicquid ſit illud, *ſecundum legem veritatis*, id eſt, ſecundum propria principia, *rectè*, vt principia debito modo ducantur, in concluſiones, & exiſtat purum ab omni ſuſpicione contrarij, qualis eſt in opinionibus, ſimul etiam hic *reprehenditur omne quod aliter habet*, id eſt, falſum, & quod *veritatem ſimilat*, id eſt, apparens, eſſe *alterum a vero*, quantum ad falſum & eſſe *aſſimile & magis apparens illud*, ſcilicet verum, quam exiſtens: ſimilitudo enim ad veritatem cauſa eſt apparentiæ.

D Deinde concludit partim ex dictis, & partim ex dicendis, quod ſuperfluum eſt contra diuerſos errores contendere: motus enim ille ſuperfluus eſt ſi aliter in illum finem deueniatur ſufficienter: per oſtenſionem autem veritatis ſufficienter depellentur omnes errores, vt oſtenſum eſt, ad quod per contentiones non poteſt deueniri. Et hoc probat per exemplum: ſicut ſi aliquis haberet vnum numiſma, in quo eſſet imago regalis, & vellet redarguere aliquem quod haberet falſum numiſma, in quo eſſet aliqua pars veræ imaginis (quia alias non eſſet imago deceptiua) quamuis tamen conuinceret, in urgeret alius qui haberet aliquam aliam partem, & oporteret iterum cum eo contendere, & hoc nunquam haberet finem: ſed oſtenſo, quod ſuum numiſma verum eſſet, oſtenderetur quod omnia alia falſa eſſent. Similiter enim omne verum ſit imago veritatis, ſententia vera habet perfectam imaginem: apparentes autem & falſæ habent aliquid imaginis per aliquam apparentiam, alioquin non deciperent: & quia infinitis modis contingit errare à veritate, nunquam diſputando contra ſingulos, omnes poterunt comprehendi: ſed hoc optimè fit per vnam veritatem fundatam, per quam omnes errores manifeſtantur: ergo ſuperfluum eſt inſiſtere contentione contra ſingulos errores.

E Deinde concludit propoſitum, & dicit, quòd ipſemet cognoſcens ea quæ dicta ſunt, non ſtuduit vt contradiceret Græcis aut aliis: ſed hoc reputat ſibi ſufficere ſi veritatem primò ſciat, & poſtmodum dicat aliis, ſicut oportet, & hoc à Deo ſibi dari petit, & dicit, *ſicut arbitror*, cauſa humilitatis, non propter dubitationem. Vnde dicit Philoſophus in ſecundo cæli & mundi, quòd hoc fuit cauſa erroris Philoſophorum, quod non ſtudebant ad inueniendum veritatem, ſed ad contradicendum aliis: & hoc ſibi ſufficere putabant, ſi deducebant quæſtionem ad hoc, quod non poſſet eis reſiſti: & ideò non videtur, ſed quibuſdam (quorum tota ratio & intentio eſt vt contradicant dictis aliorum, quidquid ſit illud) quod ad veritatem, quam non conquirunt, vnquam attingant: ſed detinentur in quibuſdam apparentibus.

DVBIVM.

F Hic est dubitatio, vtrum in theologica cognitione

gnitione ſufficiat cognoſcere & dicere veritatem ſine contradictione errorum. Et videtur, quòd non: quia ſicut dicit Boëtius, bono ſcientia mali deeſſe non poteſt: ſed ſcientia mali eſt ad reprehendendum malum: ergo oportet, quod ſciatur etiam reprehenſio mali.

2 Ad idem, In ſcientiis habetur ſimpliciter inſtrumentum procedendi, ſcilicet ſyllogiſmus oſtenſiuus & deducens ad impoſſibile & vterque neceſſarius eſt: ſed per ſyllogiſmum ducentem ad impoſſibile improbantur errores, & ad hoc eſt: ergo non eſt ſuperfluum inſiſtere contradicendis erroribus.

3 Præterea, Eadem ſcientia eſt ſanitatis & ægritudinis corporalis, ſcilicet medicina: ſed veritas eſt ſanitas animæ, falſitas autem eſt quædam infirmitas eiuſdem: ergo videtur, quòd Theologiæ ſit arguere falſitatem, & non ſolum fundare veritatem.

4 Præterea, Scientiæ nobiliſſimæ, cui omnes aliæ famulantur, eſt probare principia: ſed principia non poſſunt probari, niſi per deſtructionem errorum, qui ſunt contra principia, ſicut facit Philoſophus in quarto metaph. ergo Theologi eſt non ſolum fundare veritatem, ſed etiam arguere errores.

5 Præterea quæritur, quare aliæ ſcientiæ communicantur malis cum Theologiæ præcipiatur non communicare malis Matth. 10. Nolite ſanctum dare canibus, neque margaritas ſpargere ante porcos.

Sed ad hoc vltimum dicendum eſt, quòd veritas aliarum ſcientiarum trahitur per connexiones ſyllogiſticas neceſſarias, quæ habent ordinem ad principia rationis, ex quibus deducitur. & ideò habet vi tutem coactiuam, & etiam reſiſtentes inuitos trahit ad ſe, ſicut dicit Philoſophus in 5. met. & ideò poteſt communicari malis & reſiſtentibus: ſed veritas ſacræ Scripturæ eſt ſupra principia rationis, vnde non deducitur ex illis per aliquas connexiones argumentorum, ſed manifeſtatur quodam ſimplici lumine diuino, quod eſt quædam res informans conſcientiam vt ſibi conſentiatur: & ideò non communicatur niſi iis qui deuotè ſe conuertunt ad ipſam. Huiuſmodi autem deuotio impeditur duobus, ſcilicet per intentionem reſiſtendi: & ideò prohibetur dari canibus, per quos ſignificantur ij qui fidei veritatem corrodere nituntur. Impeditur etiam per immunditiam corporis: vnde dicit Apuleius, quòd Deum ſapientes, vix intelligere poſſunt, cum à carne etiam, quantum poſſibile eſt, ſe abſtraxerunt: & ideò prohibetur dari porcis, per quos ſignificantur voluptatibus carnis dediti: & ideò dicitur Sap. 1. In maleuolam animam non introibit ſapientia, quantum ad primum: neque habitabit in corpore ſubdito peccatis, quantum ad ſecundum. Et per hoc etiam patet ſolutio quantum ad primum quæſitum: quia propter hoc quod veritas Theologiæ non deducitur ex principiis rationis, non poſſunt per eam conuinci errores, niſi ipſa prius fundetur: in aliis autem ſcientiis quæ procedunt ex principiis rationis, poteſt haberi via ad remouendum aliquid ex erroribus, & per hoc ducitur ad veritatem: quamuis etiam in aliis non debeat eſſe tota intentio ad contradicendum: quia propter contradictiones tales deuenerunt Philoſophi aliqui in hunc errorem, quòd dicerent nihil eſſe verum, quia quodlibet habet contradictionem.

Ad primum dicendum, quòd Theologus per ſcientiam boni habet ſcientiam mali ad reprehendendum: quia rectum eſt index ſui ipſius & obliqui. Et ſimiliter dicendum ad tertium.

Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis ita ſit in aliis ſcientiis, tamen in Theologia hoc non poteſt fieri ratione prædicta: & ideò ſignanter datur ſanctis viris.

Ad quartum dicendum, quòd Theologia de qua nunc loquimur, non eſt principalis vniuerſalitate ſubiecti ſub quo ordinentur ſubiecta aliarum ſcientiarum ſicut ſub vniuerſali: & ideò non eſt ſuum probare principia aliarum ſcientiarum, ſed met. aliæ autem famulantur ei inquantum ipſa vtitur eis ad ſuum obſequium.

Tu autem dicis, improperare mihi ſophiſtam Apollophanem, & parrum verberatorem appellare, & ſicut his quæ ſunt Græcorum contra Græcos non ſanctè vtenrem. Et quidem aduerſus ipſum eſſet verius nos dicere, quòd Græci diuinis non ſanctè contra diuina vtuntur, per ſapientiam Dei, tentantes expellere diuinam venerationem. Et non multorum ego dico opinionem affectu materiæ, & paſſibiliter in dictis poëtarum permanentium, & creaturæ præter creatorem diuinum cultum exhibentium. Sed & ipſe Apollophanes non ſanctè diuinis contra diuina vtitur: etenim exiſtentium cognitione pulchrè dicta ab ipſo philoſophia, & à diuino Paulo ſapientia Dei appellata, ad cauſam & iſtorum exiſtentium & cognitionis ipſorum oporteret ſurſum agi veros Philoſophos. Et vt non aliorum quam ipſius propter hoc quod videtur opinionem reprehendam, oporteret Apollophanem ſapientem exiſtentem cognoſcere, non aliter aliquando poſſe aliquid conuerti cæleſtis ordinationis & motus, niſi contentorem eſſentiæ ipſius & cauſam haberet ad hoc mouentem, qui facit omnia, & mutat ſecundum ſanctum ſermonem. 2.

DIVISIO ET expoſitio textus.

A DEinde inuehitur ex obiectione ſibi facta contra aliquos Philoſophos,& primò contra Philoſophos in communi. Secundò contra idololatras,ibi, *Et non multorum ego dico,&c.* Tertiò contra ipſum Apollophanem ex proprijs ſuæ ſcientiæ, ibi, *Sed & ipſe Apollophanes, &c.* Circa primum duo facit. Primò ponit obiectionem contra ſeipſum. Secundò inuehitur contra oppoſitis, ibi, *Et quidem aduerſus, &c.* Erat ergo obiectio Apollophanis, talis: Iniuſtum eſt vt aliquis vtatur aliquo contra illud à quo accepit: ſed Dionyſius accepit ſcientiam à Græcis: ergo non iuſtè facit, quod vtitur philoſophia in reprehenſionem Græcorum: & ideò vocabat eum patrum verberatorem: quia illos à quibus ſcientiam acceperat (qui Patres dicuntur) arguendo verberabat. Nominat autem Dionyſius Apollophanem ſophiſtam, propter iſtam obiectionem quæ ſuperpoſita eſt,quamuis eſſet magnus Philoſophus.

DVBIVM.

B SED VIDETVR, quòd hoc non ſit arguendum, ſcilicet quod aliquis philoſophia vtatur in aſſertionem fidei: quia Exodi 12. dicit Gloſſa, quòd in auro & argento & veſtibus Ægyptiorum, quæ Deus præcepit filijs Iſraël vt peterent ab Ægyptijs, ſignificantur Ægyptiorum doctrinæ, ſcilicet ſeculares ſcientiæ, quæ ex ipſa conſuetudine Gentium vtiliter quæruntur: & ideò non videtur eſſe inconueniens ſi quis philoſophia vtatur ad aſſertionem fidei.

2 Præterea, Dan.1. ſuper illud, Vt doceret eos literas, &c. dicit Gloſſa, Liberales ſcilicet artes: ſed illi parui propoſuerunt, ſicut ibi dicitur, non contaminari: ergo diſcendo liberales artes non contaminabantur: & ſic licitum eſt eis vti & diſcere & docere.

3 Præterea, Auguſtinus in libro de Ciuitate Dei, in primis decem libris diſputat contra paganos de ſcriptis eorum: ſimiliter facit hic Dionyſius contra Apollophanem, & omnes alij ſancti vtuntur philoſophia & rhetorica ad affirmationem fidei: ergo videtur, quòd hoc licitè poſſit fieri,& debeat.

Sed dicendum, quòd in aſſerenda fidei veritate non ſunt introducendæ rationes philoſophicæ: ſed probatur tanquam ex priori ex inſpiratione Spiritus ſancti, tanquam verò ea poſteriori ex miraculis, quæ diuinam oſtendunt potentiam & philoſophiæ veritatem, ſicut dicit Petrus in itinerario Clementis:& ideò ad Heb.2. dicit Paulus Apoſtolus, Conteſtante Deo ſignis & portentis & Spiritus ſancti diſtributionibus: ſed ſicut ſecundariæ induci poſſunt, & ſunt maximè vtiles contra Philoſophos, qui propter hoc quod ſunt nutriti in verbis perſcrutatis, verſum eſt eis quaſi in naturã, quod non poſſunt recipere ſine ſermone perſcrutato: & ideò ſancti vtuntur contra eos ad aſſertionem fidei rationibus proprijs ipſorum, nec hoc eſt inconueniens, & concedimus rationes ad hoc. Et per hoc patet etiam ratio omnium quæ contra obijci poſſunt: quamuis quidam qui neſciunt, omnibus modis volunt impugnare vſum philoſophiæ, & maximè in prædicatoribus, vbi nullus eis reſiſtit, tanquam bruta animalia blaſphemantes in ijs quæ ignorant.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde ex propria obiectione arguit eum, quòd iſtam obiectionem verius poteſt facere ipſe contra Philoſophos, quaſi è conuerſo, qui ſapientia diuina, id eſt, à Deo eis data, ſicut dicit Apoſtulus ad Rom. 1. Deus enim illis reuelauit, vtuntur contra eum, & per eam volunt repellere diuinum cultum, dum fidem veram impugnant, quantum poſſunt. C

Deinde prætermittendo arguit poëtas, tranſiens ad Apollophanem ſpecialiter, & dicit, quòd ipſe non curat dicere eſſe reprobandam opinionem multorum, id eſt, popularem & idololatrarum, qui permanent in dictis poëtarum, & ſeruiunt creaturæ, impendentes ei cultum debitum creatori, propter affectum quem habent ad res materiales & paſſiones vitiorum quæ ei idolorum cultum non prohibent, ſed magis permittunt & præcipiunt. Poëtæ enim enim non ſunt Philoſophi niſi ſecundum quid: finis enim poëtæ eſt perſuadere vel diſſuadere aliquid ex ijs quæ præueniunt iudicium rationis, inducendo terrorem vel etiam abominationem aliquorum, ex aliquibus fabuloſis, quæ vel terrorem vel abominationem incutiunt, & poſteà reditur ad rationem: ſicut ſi aliquis velit perſuadere ne comedatur mel, & dicat mel eſſe choleram quam aliquis vomuit, & ex hoc antequam per rationem diſcernat hoc eſſe falſum quod dicitur, ſubitò generatur tanta abominatio, quod etiam poſt iudicium rationis abominetur illud. Idolorum autem cultura non habebat aliam perſuaſionem ex ijs quæ probare poſſunt in iudicio rationis, quam fictiones poetarum, dum dicebant vnum conuerſum in ſolem, & alterum in ſtellam. Et ideò idololatras dicit permanere in dictis poëtarum: quia detinebantur in ijs quæ præueniunt rationem, & non veniebant ad iudicium rationis. D

Deinde ſpecialiter arguit ipſum Apollophanem ex proprijs eius inuitans eum ad fidem, & primò ponit multa quæ poſſunt eum trahere ad fidem. Secundò committit Policarpo, vt ipſe addat ſecundum quod ſibi videbitur expedire, vt trahat eum ad fidem ibi, *Tui autem erit ſufficienter, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit per dicta ipſius Apollophanis, quòd Philoſophi debent ſurſum agi in Deum per ſuam philoſophiam. In ſecunda oſtendit quomodo Apollophanes per propriam ſapientiam, ſcilicet per viam aſtrorum, quam doctus erat, in Deum duci poterat, ibi, *Et vt non aliorum, &c.* Primo ergo dicit, ſic non oportet me dicere de multis alijs qui non ſunt Philoſophi, *ſed & ipſe Apollophanes*, qui eſt magnus Philoſophus, *non ſanctè*, id eſt, indecẽter *vtitur diuinis*, id eſt, ſcientia philoſophiæ, *contra diuina*, id eſt, contra fidem. Quod ſic probat: quia Apollophanes diffiniens philoſophiam, dixit quòd philoſophia eſt cognitio exiſtentium, & hoc eſt quod philoſophia diuiditur E

dicitur ſecundum diuiſionem entis : & Paulus vocat philoſophiam Dei ſapientiam 1. ad Cor. 1. Nam quia non cognouit mundus in Dei ſapientia, &c. ſiue quia à Deo data eſt, ſiue quia in Deum ducit, quod inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta, &c. ad Rom. 1. & ideò oportebat, quòd veri Philoſophi ſurſum agerentur in Dei cognitionem, ex his de quibus eſt philoſophia, quia eſt exiſtentium, de quibus poſſunt venire in cauſam exiſtentium : & ex ipſa philoſophia, quia ex cognitione debet deueniri in datorem & cauſam cognitionis.

D V B I V M.

F Sed videtur hoc eſſe falſum : quia veros Philoſophos non oportet ſurſum agi niſi ad ea ad quæ ſufficiunt principia philoſophiæ, ſed ad veritatem diuinorum non ſufficiunt principia philoſophiæ, quia diuina ſunt ſupra principia rationis ex quibus philoſophia procedit : ergo Philoſophos non oportet ſurſum agi in Deum.

2 Ad idem, Ad cauſam quæ non tota manifeſtatur in effectu, non poteſt deueniri per ſuum effectum : ſed Deus cum ſit in infinitum excedens creaturam, non manifeſtatur totus in aliquo effectu : ergo ex effectibus eius, de quibus eſt philoſophia, non poteſt ſurſum agi in ipſum.

3 Ad idem, Vbi eſt proceſſus de effectu ad cauſam, ibi eſt è conuerſo proceſſus de cauſa ad effectum : ſed per cauſam primam non poteſt concludi aliquis effectus : ergo nec ex effectibus poteſt deueniri in ipſam.

4 Præterea, Omnis relatio effectus ſtat in cauſa proportionata : ſed talis cauſa non eſt Deus : ergo ex effectibus non poteſt deueniri in ipſam.

Sed dicendum, quòd ſurſum agi in aliquid, ſtat dupliciter : vel ſimpliciter, ſicut in id quod demonſtratione concluditur, & ſic Philoſophi non poſſunt ſurſum agi in diuina : vel per admirationem, dum probarent aliquid in cuius comprehenſionem ratio non poteſt, & ſic oportebat eos ſurſum agi in diuina : quamuis enim philoſophia nihil probet contra diuinam veritatem, quam tradit fides, cum non pertingat ad ipſam, habet tamen aliquem terminum in quem deueniat, & ſcit ſe non comprehendere totum : & ideò debet admirari, non impugnare, ſicut per philoſophiam probatur, quòd in Deo ſunt perfectiones omnium generum, & quòd in eo eſt ſumma ſimplicitas, & quod ipſe eſt ſua actio, & multa huiuſmodi quæ non videntur inter ſe poſſe comparari ſecundum principia rationis ex quibus procedit in aliis rebus : & ideò dicit Philoſophus, quòd cauſa prima eſt ſupra narrationem & rationem. Et per hoc patet ſolutio.

D I V I S I O E T *expoſitio textus.*

G DEinde dicit quomodo ex ſcientia aſtrorum in qua peritus erat, poterat Apollophanes ſurſum agi in Deum : & primò in generali, ſecundò ſpecificat in tribus exemplis, ibi, *Quomodo igitur non veneratur, &c.* Dicitur ergo primò, quia non eſt quod ipſe immoretur ad reprehendendum aliorum opinionem, quam ipſius Apollophanis. *Propter hoc quod videtur*, id eſt, propter id quod manifeſtè verum eſt, oporteret quòd Apollophanes ſciret, ſicut ſapiens in aſtris, quòd ordo cæli (quantum ad hoc quod ordo vnius eſt ſub alio) & motus orbium non poteſt peruerti niſi per operationem cauſæ quæ continet cælum in ſe, & cauſat ipſum per creationem quæ facit omnia & mutat ſolo verbo ſuo ſancto : & ita cum aliquando tranſmutatus fuerit ordo & motus cæleſtium, non eſt dubium, quòd ille qui tranſmutauit, Deus eſt, & ipſum venerari & colere debemus.

D V B I V M.

Sed ad euidentiam eorum quæ hîc dicuntur, quæritur de iſta ſubuerſione cæleſtis ordinis. Et videtur, quòd non potuerit ſubuerti. H Vniuerſali enim cauſa ſubuerſa peruertitur cauſatum vniuerſaliter : ſed ordo cæleſtis eſt cauſa vniuerſalis inferiorum : ergo cum inferiora omnia non fuerint ſubuerſa, videtur quod non fuerit peruerſus ordo cæleſtis.

2 Ad idem, Philoſophus dicit in 8. phyſic. quòd motus cæli eſt vt vita quædam naturæ omnibus ſubſiſtentibus : ſed hoc non eſt, niſi quia continet ea : ergo ſi motus cæli fuit ſubuerſus, omnia fuiſſent deſtructa : cum igitur hoc non contigerit, videtur quòd motus cæli nunquam fuerit ſubuerſus.

3 Præterea, Sicut dicit Philoſophus, ea quæ ſunt raro, deſcendunt ab iis quę ſunt frequenter, & ea quæ ſunt frequenter, accipiunt ab iis quæ ſunt ſemper : & hoc quod eſt ſemper, ponunt in motibus : ergo ſi motus cæli fuiſſet ſubuerſus, nihil remanſiſſet, neque frequenter, neque raro : conſtat autem hoc eſſe falſum : ergo non fuit motus cæli ſubuerſus.

4 Præterea, Si aliquid eſt vniformiter mobile, & motor vniformis motus eius, non poteſt peruerti : ſed ſicut probat Philoſophus, cælum eſt vniformiter mobile, quia non recipit peregrinas impreſſiones, & motor ſuus eſt omninò vniformis : ergo non poteſt accedere aliqua diuerſitas vel ſubuerſio in motu ſuo.

5 Præterea quæritur, cum Deus potuerit aliter dare victoriam Ioſue, & ſanitatem Ezechiæ, & manifeſtare pendentem in cruce Deum eſſe, quare hoc voluit facere per mutationes cæleſtium, ſcilicet per ſtatum ſolis, & eclipſim, & retrogradum ?

6 Præterea, Auguſtinus dicit, quòd Deus non facit contra rationes quas rebus inſeruit, ſicut nec contra ſeipſum : cum ergo hoc fuerit contra rationes ordinis & motus cæleſtium, videtur quòd hoc Deus facere non potuerit.

Solutio. Ad primum dicendum, quòd duplex eſt vniuerſalis cauſa, in genere corporum, & ſimpliciter. In genere corporum motus aſtrorum eſt vniuerſalis cauſa : ſimpliciter autem Deus eſt vniuerſalis cauſa. Et quidem ſi cauſa vniuerſalis quæ ſimpliciter eſt vniuerſalis, peruerteretur, tunc cauſatum peruerteretur vniuerſaliter : ſed non contingit hoc neceſſariò, quando peruertitur cauſa vniuerſalis in genere cor-

porum : quia prima cauſa non indiget motu aſtrorum , ſed ſine eis poteſt vniuerſaliter ſupplere cauſatis eſſe & continentiam & ordinem.

Ad aliud dicendum, quòd motus ſuperiorum non eſt vita exiſtentibus, niſi ex virtute motoris : vnde ad potentiæ ſuæ demonſtrationem, hæc vita communicari poteſt etiam ſine motibus ſuperiorum.

Ad aliud dicendum, quòd hoc eſt ſecundum curſum cauſarum naturalium ad propagationem mundi ordinatarum : ſed miracula non accipiunt cauſam in iis niſi obedientialem : cauſam autem veram accipiunt in voluntate & ſapientia diuina.

Ad aliud dicendum, quòd hoc intelligitur de motore intraneo & eſſentiali ipſi mobili : ſed primus motor non ſic ſe habet, ſed potius ad voluntatem mouet omnia, & idcirco ſtare poſſunt quandoque ſecundum ſuam voluntatem.

Ad aliud dicendum, quòd cauſa peruerſitatis, eſt generalitas vtilitatis miraculi : cauſa enim fuit vtilitatis miraculi, ſuſceptio legis & Euangelij, quæ ad omnes deriuari debebat : & ideò neceſſe fuit vt miraculum fieret in ſuperioribus, vbi omnibus innoteſcere poſſet.

Ad aliud dicendum, quòd Auguſtinus ibi vocat naturam in communi prout abſtrahit à curſu naturali & miraculoſo: ſic enim naturæ in prima creatione indidit vt obediat creatori, & ad naturæ propagationem, & ad potentiæ ſuæ in miraculis demonſtrationem : & contra hanc nihil fecit. Quod autem hoc non ſit irrationabile, accipitur à Ptolemæo, lib. 13. Almageſti,

Cap. 2. vbi ſic dicit : Non eſt in cælis natura prohibens neque impediens ad negandum aliquem motum, imò tota natura eorum eſt conueniens vt obediat & aptetur & offerat ſe vtrique motuum naturalium, quamuis contrarij eſſe videantur. Et ſicut obedit naturali motori naturaliter, rationabile eſt vt obediat in miraculoſis.

3. Quomodo igitur non veneratur cognitum nobis, & ex hoc & verè exiſtentium Deum, mirans ipſum de omnium cauſa & ſuperineffabili virtute, quando ab ipſo ſol & luna ſecundum virtutem & ſtationem ſupernaturaliſſimam ſimul cum omni ad omninò immobile diffiniuntur, & tota die in eiſdem ſignis ſtant omnia ? aut tantò quidem amplius ſi totis & melioribus & continentibus ita portatis non circumagebantur contenta. Et quando alius quidem dies ſecundum continuitatem ferè triplicatur, & in viginti omnibus horis aut omne tanti patris contraria portatione regreditur & conuertitur, ita naturaliſſimis contrariis circumactionibus : aut ſol proprio curſu motum ipſius omnimodo in horis decem colligens reſolutiuè rurſus toto illo nonâ viam quandam terens in aliis. Hoc quidem fuit quod & Babylonios conuenienter in ſtuporem mouit, & ſine pugna Ezechiæ ſubiecit ſicut cuidam æquali Deo & homines excedenti. Et non dico eas quæ fuerunt in Ægypto magnas operationes, aut alia quædam alibi Dei ſigna facta, ſed communia & cæleſtia in omni & in omnibus triumphantia. Dicit autem omninò Appollophanes, non eſſe iſta vera. Igitur maximè quidem hoc Perſarum ſacerdotibus affertur memoriis, & adhuc magi memorialia triplicati ſolis perficiunt, ſed ipſi propter ignorantiam aut inexperientiam non credere volunt. Dic autem ipſi, Quid dicis de defectu facto in cruce ſaluatoris? Ambo enim apud Heliopolim tunc præſentes & coaſtantes, inopinabiliter ſoli lunam incidentem videbamus (non enim erat conuentus tempus) & rurſus ipſam à nona hora vſque ad veſperam ad ſolis diametrum ſupernaturaliter reſtitutam. Rememora autem & quiddam aliud ipſi : nouit enim, quod eclipſim ipſam ex Oriente vidimus inchoatam, & vſque ad ſolarem terminum venientem, poſtea regredientem, & rurſus non ex eodem & defectum & repurgationem, ſed è contrario ſecundum diametrum factam. Talia ſunt eius temporis ſupernaturalia, & ſoli Chriſto qui eſt omnium cauſa poſſibilia, qui facit magna & mirabilia quorum non eſt numerus.

Hæc hic non licet tibi : & ſi poſſibile eſt, Apollophanes reprehende, & contra me tunc compræſentem tibi, & ſimul inſpicientem, & 4.

ſimul

ſimul iudicantem, & ſimul admirantem. Siquidem & diuinationem tunc neſcio. Vnde Apollophanes incipit & ad me ſicut quæ fiunt conferens dixit: Hæc, ô bone Dionyſi, ſunt mutationes diuinarum rerum. Tanta ſicut in epiſtola à nobis ſunt dicta. Tui autem erit ſufficienter & deficientia adimplere & adducere perfectè Deo virum ſapientem in multis exiſtentem, & forſitan non dedignaturum manſuetè diſcere ſuperſapientem religionis noſtræ veritatem.

DIVISIO TEXTVS.

Quomodo igitur non veneratur, &c.

A HOc dicens Dionyſius particulariter tangit miracula facta in motibus aſtrorum. & primò quidem ſtatum qui fuit ſub Ioſue 10. Secundo triplicationem ſub Ezechia, ibi, *Et quando alius quidem dies, &c.*

DVBIVM.

B OBIICITVR autem ex dictis Rabbi Moyſi, qui dicit, quòd ſol non ſteterit tunc, ſed cauſa longioris diei fuit, quod Ioſue de Ægypto veniens à meridie in terram promiſſionis, quæ eſt ad Aquilonem reſpectu Ægypti, inuenerit latius clima, & per conſequens longiorem diem. Quod autem hoc falſum ſit, probatur: quia Ieruſalem non dicitur habere niſi latitudinem 32. graduum, & Ægyptus 30. gradus habet, ſecundum quod colligitur ex tabulis longitudinis ciuitatum: adiectio autem duorum graduum per latitudinem, quantitatem ſenſibilem non ponit in longitudine diei: Ægyptus enim eſt in tertio climate, cuius longior dies eſt quatuordecim horarum æqualium: Ieruſalem autem eſt in principio quarti climatis, cuius latitudo eſt 36. graduum, & dies longior eſt quatuordecim horarum æqualium, & 30. minutorum: Ieruſalem autem deficit à 36. gradibus, 4. gradibus: & ita longior dies Ieruſalem non vincit longiorem diem Ægypti niſi decem minutis vnius horæ, quæ non eſt quantitas ſenſibilis: vnde patet, quòd ſecundum Rabi Moyſen textus ſaluari non poteſt, qui ſic dicit Ioſue 10. Stetit itaque ſol in medio cæli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei. Non fuit ante & retro tam longa dies, obediente Deo voci hominis.

Item obiicitur ſuper hoc, quod tota die in iiſdem ſignis ſtant omnia: hoc enim non videtur inconueniens, cum luna quæ velocioris eſt motus quam ſol, & aliæ ſtellæ duobus diebus etiam & plus ſtent in eodem ſigno: motus enim eius diurnus eſt 13. gradus, & 10. minuta, & 35. ſecunda: motus autem ſolis diurnus eſt 59. minuta, & 8. ſecunda.

Sed ad hoc dicendum, quòd ſignum hoc dicitur figura, ſecundum quod ſtellæ in cælo reducuntur ad figuras quaſdam, ſicut dicimus Caſſiopeiam & Herculem, & huiuſmodi.

EXPOSITIO TEXTVS.

Et quando alius quidem dies, &c. Nota quod C cum in hemiſphærio ſint 6. ſigna, & motus horæ ſecundum reuolutionem æquinoctialis ſit 15. gradus, oportet quod dies ſit 15. horarum ſecundum diuiſionem alterius hemiſpherij: quia diei ſigna continent 180. gradus, qui faciunt duodecies 15. Propter quod etiam in aſtrolabio duodecim horæ limantur: & ſecundum hoc horologium Achaz habuit duodecim lineas, & deſcenderat iam ſol per decem, & reaſcendit per decem, & iterum rediuit per decem, quod faciebat decem horas: remanſerant autem duæ lineæ quas non deſcenderat dies: ergo totus habuit 32. horas, nec defuerunt à tribus diebus artificialibus, niſi quatuor horæ: quod notatur quando dicitur, *ferè triplicatur. Aut ſol proprio curſu, &c.* Alia tranſlatio: *quinquiformem ſuum motum*: & Commentator dicit, quòd loquitur ſecundum quoſdam Philoſophos, qui diuidebant annum in quinque partes, in hiemem, ver, æſtatem, pomarium, & autumnum: & hoc nihil eſt: Philoſophi enim non loquuntur de diuiſione anni niſi dupliciter, ſecundum mutationem ſuperiorum, & ſecundum mutationes inferiorum, ſicut dicit Auicenna in primo canone, & ait in quadam epiſtola quæ intitulatur, de regimine diuinorum: vnde Auicenna dicit hæc verba: Secundum Aſtronomos quatuor tempora ſunt, mutationes ſolis in vnaquaque quadra circuli ſignorum, à puncto incipientes vernali. Secundum medicos verò, ver in terris temperatis eſt tempus in quo non tantum ſunt neceſſariæ res cooperientes vel calefacientes propter frigus, vt inde ſit multum curandum, neque euentatio in eo eſt neceſſaria, de qua ſit curandum propter calorem. Et in ipſo quidem eſt principium frondendi arbores. Vnde incipit ſole exiſtente in piſcibus circa medietatem, ſicut & autumnus ſole exiſtente in Virgine, hiems ſole exiſtente in ſagittario.

Dicendum ergo, quòd ſol habet circulum D eccentricum, qui habet duos motus, ſcilicet æqualem, quem Aſtronomi vocant medium: & motum augis, id eſt, ſummè eleuans à centro terræ: & ſecundum primum quidem vna die mouetur 59. minuta, & 8. ſecunda. Iuxta ſecundum autem, vt dicit Ptolemæus, centum annis mouetur vno gradu. Habet etiam circulum ſignorum, ſub quo mouetur, ad quem cum appropinquet, eleuando & deprimendo plus vel minus, neceſſe eſt, quòd diuerſimodè moueatur, quare vocatur motus eius diuiſus. In ſignis enim quæ ſunt ab ariete ad cancrum, moratur 94. diebus, & 30. minutis, quibus contingit de circulo ſignorum 93. gradus & nouem minutis. In ſignis autem quæ ſunt à cancro ad libram, moratur 92. diebus, & 30. minutis, quibus contingunt 91. gradus & 2. minuta: totus autem ſemicirculus ab ariete ad libram ſecun-

dum motum ſolis in ipſo 184. gradus habet & 20. minuta. Quarta autem quæ eſt à libra in capricornum, dies 88. habet & octauam diei, & comprehendit de gradibus ſignorum 86. & 51. minuta. Et quarta reſidua à capricorno in arietem, dies habet nonaginta & octauam diei, & de gradibus ſignorum. 88. & 49. minuta: & totus ſemicirculus à libra in arietem 176. gradus 20. minutis minus. Ex quo patet, quòd motus ſolis in quartis circulis ſignorum non eſt æqualis. Hic ergo motus eius dicitur diuiſus, & eſt circulus motus ſolis. Præterea ſol habet motum octaui, qui eſt motus capitis arietis & libræ, & motus acceſſiuus & receſſiuus, & multiplicitet motum diurnum ab Oriente in Occidentem, qui vocatur motus totius: & iſti ſunt duo motus, de quibus Dionyſius dicit, & Aſtronomi non ponunt plures.

E *Dic autem ipſi, Quid dicis de defectu, &c.* Circa eclipſim tria conſiderat Dionyſius, ſcilicet tempus, & modum, & modum repugationis. Tempus: quia repugatio incœpit ea Occidente: ad hoc autem verificandum in reuolutionibus annorum ſecundum doctrinam Ptolemæi reduxi ſtellas quantum ad modum coniunctionis, id eſt, præuentionis humanum, abiectis omnibus circulis integris qui fuerunt in mille ducentis & ſexdecim annis. Et quia Deus noſter Ieſus Chriſtus in martio noſcitur eſſe paſſus trigeſimo quarto ætatis ſuæ anno, & annus ſecundum aſtronomos incipiat à martio, in quo ipſe de anno trigeſimo quarto tranſiuerat tres menſes, dimiſi tres menſes, & à martio primum annum natiuitatis ſuę computando, accepi triginta tres annos perfectos: quia hoc eſt idem ac ſi acciperentur à die natiuitatis triginta tres menſes. Inueni autem in tempore præuentionis ſolis & lunæ tempus oppoſitionis lunæ æquatum, & diuerſum nullum menſem. 23. dies. 15. horas, 55. minuta horæ, & 14. ſecunda. Et cum dies ſecundum aſtronomos incipiat à meridie, fuit oppoſitio ſolis & lunæ in nocte quæ ſequitur decimamquartam diem martis, nouem horis à crepuſculo, ſcilicet tribus horis poſt mediam noctem: ergo nouem horis ante meridiem, vigeſima quinta die mercurij, ſecundum Calendas autem vigeſima quinta die martij paſſus fuit Deus in meridie, & tunc luna non cecidit ab angulo plenitudinis niſi motu nouem horarum, qui eſt motus quatuor graduum, 56. minutorum & 28. ſecundorum. Et hoc concordat alteri epiſtolæ Dionyſij, in qua dicit ad Apollophanium, Cum lunæ deeſſet, & non eſſet coitus ipſi: & concordat Calendario, in quo ſcribitur, quòd octauo calendas aprilis, paſſus eſt Deus, qui eſt dies 25. martij: in quo luna ſecundum Euangeliſtam fuit 15. Illo autem tempore, vnus motus ſolis ſine motu octaui fuit, vel in ſignis octo in gradibus, tria in minutis, & 26. in ſecundis: motus autem in eodem tempore lunæ 19. horis ante meridiem. 26. diei fuit, ſex ſigna, 8. gradus, tria minuta, & 23. ſecunda: ergo ſol in nono gradu arietis fuit, & luna in nono gradu lunæ: ergo diametraliter opponebantur: & hoc concordat verbo Dionyſij hic dicentis, quòd ad veſperam luna ad ſolis diametrum ſupernaturaliter fuit reſtituta: luna enim non eſt in veſpera oppoſita ſoli, niſi quando eſt plena, motus autem octaui illo tempore habuit octo gradus & quatuordecim minuta, & vnum ſecundum, & ſecundum doctrinam fuit ex arcubus qui diminuuntur in meridie, hoc eſt, quod caput arietis vltra æquinoctialem in meridie fuit, ſecundum quantitatem prædicti ſpatij: & ideò diminuendus prædictus motus fuit à motibus ſtellarum, qui ſi diminuantur à motu ſolis ſuperius habito, remanebit motus ſolis vndecim ſigna, & 30. gradus, 19. minuta, & 25. ſecunda. Motus autem lunæ ſi ab eo remoueatur prędictus motus, erunt 5. ſigna, 29. gradus, 19. minuta, & 25. ſecunda: ergo ſecundum hoc ſol fuit in trigeſimo gradu piſcium, & luna in trigeſimo virginis: & iterum hoc concordat ſuperioribus: & iterum ibi opponuntur: conuentus autem in eodem menſe præceſſerat ſolis & lunæ, qui quidem fuit ſecundum diligentiſſimam æquationem vndecima die martij: habuit enim tempus nullum menſem, decem dies, quindecim horas, triginta ſex minuta, & viginti tria ſecunda. Luminaria autem ambo ſimul, ſine ablatione motus octaui habuerunt vndecim ſigna, viginti duos gradus, quadraginta ſex minuta, 51. ſecunda: ergo vel ſteterunt in vigeſimo tertio gradu piſcium: ablato autem octauo fuit motus lunarius vndecim ſigna, quatuordecim gradus, triginta duo minuta, & 50. ſecunda: & ſecundum hoc in quintodecimo gradu piſcium ſimul ſteterunt: ſi igitur tempus coniunctionis ſubtrahatur à tempore oppoſitionis, erit differentia inter oppoſitionem & coniunctionem 13. dies & vna hora ferè: cum autem decimuſtertius dies terminetur in meridie quartædecimæ diei, patet quòd ætas lunæ fuit à coniunctione ad tempus, in quo Deus pependit in cruce, 15. dies ferè, & ad noctem captiuitatis 14. quia poſt oppoſitionem (vt prius habitum eſt) pependit in cruce. Et hoc concordat Euangelio & dictis ſanctorum: quia decima die menſis lunaris agnus ferebatur in caſtra, & illa fuit dies palmarum, quando præſentauit ſe Deus in Ieruſalem, & ita luna fuit vndecima die lunæ poſt palmas, duodecimo verò feria tertia, & decimotertio feria quarta, & decimoquarto feria quinta quando captus fuit: cum ergo ſol non poſſit eclipſari niſi à luna ex coniunctione, vt probatum eſt in aſtronomia, & tunc non fuit coniunctio, ſed præuentio, patet quòd eclipſis fuerit miraculoſa: licet enim mercurius & venus ſint ſub ſole, tamen nunquam in ita eclipſis contingit: ſecundum Geber autem & ſuos ſequentes ſunt ſupra ſolem, & ſecundum hoc patet, quòd non poſſunt eclipſare, quia non eclipſat ſolem niſi quod eſt ſub eo, cum eclipſis ſolis non contingat niſi ex oppoſitione alicuius corporis inter nos & ſolem.

Noui enim, quod eclipſim ipſam ex Oriente vidimus, &c. F Hîc notat Dionyſius modum eclipſationis miraculoſum: cum enim eclipſis ſolis, vt habitum eſt, non contingat niſi in coniunctione ſolis & lunæ, coniunctio autem non contingit niſi ex hoc quod luna velociorem motum habeat quam ſol, & conſequatur ſolem motu naturali qui eſt ab Occidente in Orientem, patet quòd luna nunquam coniungitur ſoli, niſi veniendo per arcum qui eſt inter

ſolem

ſolem & Occidentem : ergo omnis naturalis eclipſis incidit ex parte Occidentis : miraculoſa ergo oſtenditur, quæ tunc ex Oriente incohauit, vt dicit litera. Naturalis autem eclipſis notatur per hoc quod dicitur in litera, *Vſque ad ſolarem terminum venientem*, hoc eſt, quod diametra ſolis tota obſcuretur, quæ ſecundum Aſtronomos habet duodecim puncta. *Poſtea regredientem*. In hoc notatur triplex miraculum, quorum quodlibet maius fuit quam ipſa eclipſis. Primum eſt, quod lunam oportuit moueri ad ſolem in arcu, qui fuit inter ſolem & Orientem, quod eſt contra naturam ipſius. Secundum, quòd infra nonam & veſperas, vt dicit in litera, luna bis fuit 85. gradus: tempore enim oppoſitionis diſtabat 180. gradibus, quibus ſi addatur motus nouem horarum, quas habuit vltra oppoſitionem, erunt gradus in prædicto numero, quo luna ſola fuit accedendo ad ſolem & ſola recedendo inter ſextam & veſperas : compleuit ergo infra 6. horas motum ferè quindecim dierum. Tertium miraculum eſt, quia ſicut probat Ptolemæus, in auge eſt in oppoſitione, & in auge cum coniunctione, oportuit ergo quod aux circuli lunæ in eodem ſpatio temporis cum luna ad ſolem accederet, & cum luna recederet, quod eſt contra naturam, cum aux circuli lunæ ad oppoſitum moueatur.

G *Et rurſus non ex eodem & defectum & repurgationem*. Hic notat modum repurgationis. Notandum autem, quòd ſecundum naturam quando repurgatur eclipſis & ſoli claritas priſtina reſtituitur, eadem extremitas ſolis quæ prius obtenebratur, primò illuminatur : cum enim luna moueatur ad ſolem, vt prius dictum eſt per arcum qui eſt inter ſolem & Occidentem, primò obſcurabit partem occidentalem corporis ſolaris, deinde velocitate motus ſui tranſeundo ſub ſole præuenit ſolem, & ita retrahit ſe à parte occidentali corporis ſolaris: ergo illa prius illuminatur, & ſucceſſiuè aliæ, donec totus ſol illuminetur, quando ſe tota luna ſubtraxit: tunc autem quia luna venit ad ſolem per arcum qui fuit inter ſolem & Orientem, vltimò obſcurauit partem occidentalem corporis ſolaris, & quia rediuit ad diametrum ſolis per eundem arcum, primò illuminabatur pars occidentalis, quæ vltimò fuit obſcurata, & hoc eſt contra naturam, vt patet ex præhabitis : & hoc notat Dionyſius circa eclipſim. Secundum æquationem autem diligentem latitudo lunæ in illo tempore fuit ſex ſigna, quatuordecim gradus, viginti quinque minuta, & quatuor ſecunda, quæ dicitur in aſtronomia argumentum meridionale minus : in hoc autem argumento lunaria non ſunt infra gradus eclipſis, niſi latitudo habeat ſex ſigna, minus 13. gradibus, cum igitur habuerit plus, patet quòd non habuit gradus eclipſis : ergo ſi tunc coniunctio fuiſſet ſolis & lunæ, nulla eclipſis fuiſſet : quod ſi daretur quod tunc fuiſſet infra gradus eclipſis cum argumentum ſit meridionale, tenebræ eclipſis non fuiſſent directæ niſi in meridie, & ad ſeptentrionem nullæ fuiſſent in quarto & quinto climate & in tertio, & forſan paruæ & parum in ſecundo & primo : eſt autem Ieruſalem in quinto climate : ergo nullæ tenebræ ibi apparuiſſent. His habitis redeundum eſt ad literam.

H Dicit ergo primò, ex quo nihil poteſt mutari in cæli motu niſi moueat ad hoc cauſa quæ facit omnia : *quomodo igitur* Apollophanes *non veneratur* Deum *cognitum a nobis*, *ex hoc* ſcilicet quod motum in ordine cæli mutat quando vult : *verè exiſtentem Deum*, id eſt, qui per hoc apparet quod verus Deus : quomodo, dico, non veneratur ipſum, *mirans ipſum de omnium cauſa*, id eſt, de hoc quod eſt omnium cauſa, *& ſuperineffabili virtute*, id eſt, quæ exprimi non poteſt, propter abundantiam infinitatis ſuæ, non enim poſſet alia cauſa virtutis finitæ cæli ordinem mutare : quomodo dico, ſic non miratur ipſum, *quando ſol & luna diffiniuntur*, id eſt, determinantur *ab ipſo* Deo *ad omninò immobile*, id eſt, quod nullo modo moueantur, *ſimul cum omni*, id eſt, cum vniuerſo, quantum ad illam opinionem quæ ponit, quòd omnia ſimul ſteterunt : & hoc *ſecundum ſupernaturaliſſimam virtutem* facientis illam quietem, *& ſtationem* ſupernaturaliſſimam, quantum ad immobilitatem ipſorum corporum, & quando *ſtant omnia* corpora cæleſtia *in eiſdem ſignis*, id eſt, in imaginibus, *tota die*? Vſque huc pendet interrogatio: quaſi dicat: Mirum eſt quod non veneratur. Et tangitur hic miraculum Ioſue factum, quod ponitur Ioſue 10. dicitur enim ibi, Stetit itaque ſol in medio cæli, & non feſtinauit occumbere ſpatio, &c. Deinde tangit aliam opinionem quæ dicit, quòd ſuperioribus motis ſol quieſcebat, dicens. *Aut tanto quidem amplius* miraculum fuit, *ſi totis*, id eſt, omnibus aliis corporibus cæleſtibus, *& melioribus*, id eſt, dignioribus, quam ſol & luna, *& continentibus* ea, quantum ad orbes ſuperiores, *portatis ita*, id eſt, ſuo motu naturali vectis, *contenta*, ſcilicet ſol & luna, *non circumagebantur*, id eſt, non mouebantur circulariter.

I Deinde ponit retrogradationem ſolis quæ facta fuit ſub Ezechia : & primò ponit ipſum miraculum : ſecundò effectum miraculi in Babylonia, ibi, *Hoc quidem fuit, &c.* Et tertiò affert ſibi alia negando, ibi, *Et non dico eas, &c.* Dicit ergo primò, & quomodo non veneratur Deum, *quando ab ipſo altus quidem dies ferè triplicatur*, ſub Ezechia : legitur enim Iſaiæ 38. quòd reuerſus eſt ſol decem lineis per gradus quos deſcenderat, & ita dies ferè fuit triplicatus, vt ſupra oſtenſum eſt : & quia hoc totum fuit ſine alia interiectione, dicit, *ſecundum continuitatem*. Hoc autem potuit eſſe duobus modis : quia vel ſolus ſol, vel etiam omnes orbes in tempore illo reuertebantur : & ideò dicit, *& in omnibus viginti horis* ſuperadditis diei, *aut omni*, id eſt, totum cælum *regreditur*, *contraria portatione tanti temporis*, id eſt, contrario motu per tantum ſpatium quantum motum fuerat in decem horis illarum viginti, & conuertitur rurſus ad locum vnde regredi cœperat in aliis decem : *ita ſupernaturalibus circumactionibus*, id eſt, miraculoſis circumuolutionibus *contrariis* ſibi : *ſiue* ſolus *ſol proprio curſu colligens in decem horis* de illis viginti, *motum ſui ipſius*, id eſt, recolligens ſe ad locum vbi ante decem horas erat, *rurſus reſolutiuè*, id eſt, redeunte iterum regreditur in decem aliis horis *toto illo* ſpatio quo alia corpora pertranſierat, vt rediret ad eandem imaginem cum aliis corporibus, quæ eſſe debuiſſet ſi na-

naturaliter motus fuiſſet, *tenent quandam nouam viam*, id eſt, rediens per aliam breuiorem viam quam illa per quam regreſſus fuerat, vt per illam poſſet peruenire in decem horis illuc quo naturali via deueniſſet in tertio.

S Deinde ponit effectum illius miraculi, ſcilicet ſtuporem Babyloniorum dicens, *Hoc quidem miraculum fuit quod conuertit in ſtuporem Babylonios*, qui ſoliciti erant conſiderare motum cæli, *& ſubiecit eos ſine pugna Ezechiæ, ſicut cuidam æquali Deo & homines excedenti*. Propter quod talia contingebant: legitur enim Iſaiæ 39. quòd rex Babylonis miſit libros & munera ad Ezechiam. Deinde excludit viam contradicendi, & dicit, quòd non dicit ibi illa miracula quæ fuerunt facta in alia regione ſpeciali, non quæ fuerunt in plagis Ægypti, aut alia ſigna, quæ in aliis locis facta ſunt, *ſed* ſigna *communia* toti mundo *& cæleſtia*, quod non potuit aliqua naturali virtute fieri, *triumphantia*, id eſt, conuincentia ad oſtenſionem diuinæ virtutis, *in omni mundo, & in omnibus* partibus eius. Sed *Apollophanes* fortè *dicit*, quòd iſta non ſunt vera: quamuis ſubſtantiale hoc ſibi ſit, per hoc quod continetur in memoriis ſacerdotum Perſarum, qui colentes ſolem ex illo die faciunt feſtum triplicati ſolis: ſed quia aut ignorat, aut per experientiam non didicit hæc, liceat ſibi non credere iſta. Et nota, quòd vocat illos magos: quia magi dicuntur ſapientes & maximè in aſtrologia: quia illa ſcientia eſt de maximis rebus. Alia tranſlatio, Triplaſij mithri, qui dicuntur ſacerdotes ſolis, mithra enim Perſicâ linguâ dicitur ſol, & triplaſij mithri dicuntur ſacerdotes ſolis, qui prædicta feſta triplicati ſolis colebant.

T Deinde ponit tertium miraculum de eclipſi facta in paſſione Chriſti: & primò ponit miraculum, ſecundò aufert ſibi omnem materiam negandi, ibi, *Hæc hic non licet tibi: & ſi poſſibile eſt, &c.* Dicit ergo primò: quamuis prædicta ſibi liceat negare, ô Policarpe, *dic ipſi* Apollophani, *quid dicat de defectu ſolis*, id eſt, de eclipſi, *facto in cruce ſaluatoris*, id eſt, Chriſto patiente in ligno: quia hoc non poteſt negare: *ambo enim*, ſcilicet ipſe & ego, *tunc temporis apud Heliopolim* quandam ciuitatem Ægypti, quæ dicitur ciuitas ſolis, *tunc præſentes & conſtantes*, id eſt, ſimul ſtantes ad videndum eclipſim, *videbamus lunam inopinabiliter*, id eſt, non naturaliter, *incidentem ſoli*, id eſt, ſupponere ſe ſoli, & ideò inopinabiliter, quia *non erat temporis coniunctionis*, id eſt, coniunctionis, vt oſtenſum eſt. Hoc ergo fuit vnum miraculum: quia præter tempus fuit vniuerſalis eclipſis. *Et rurſus* videbamus *ipſam* lunam *ſupernaturaliter*, id eſt, diuina virtute *reſtitutam à nona hora vſque ad veſperam ad ſolis diametrum*: quando enim luna eſt in plenilunio, ſicut tunc erat, in hora veſpertina debet eſſe in Oriente, quia hora nona fuerat ſub ſole in medio, & adhuc magis in Occidentem reuerſa eſt in illo ſpatio temporis, ita quod die ſecundo viſa fuit in Oriente, quod non potuiſſet euenire ſi naturaliter mota fuiſſet verſus Occidentem, niſi ferè in vno die naturali: & ſic dicitur reſtituta ad diametrum ſolis, quia ſole exiſtente in Oriente, ipſa ex prima fuit in Oriente.

Deinde ponit aliud miraculum, dicens: *Rememora autem ipſi & quiddam aliud* miraculum: *Nouit enim, quod eclipſim ipſam vidimus inchoatam ex Oriente*, id eſt, in orientali parte ſolis: *& venientem* vſque *ad alterum ſolarem terminum*, id eſt, occidentalem: in quo notatur, quòd eclipſis fuit vniuerſalis: *& poſtea* eclipſim *regredientem*: quia incœpit ex parte orientali & peruenit ad occidentalem, & è conuerſo receſſit: vel hoc intelligitur de luna, quæ ſuppoſita ſoli eclipſim facit. V

Deinde ponit aliud miraculum dicens: *Et rurſus* vidimus *non ex eodem*, id eſt, ex eadem parte incœpiſſe *defectum*, id eſt, eclipſim, & *repurgationem*, id eſt, illuſtrationem, *ſed* repurgationem *factam è contrario ſecundum diametrum* ei à quo incœpit eclipſis: vnde prius luna ſubmiſit ſe ſoli, & ab Occidente incœpit repurgatio, quia ex illa parte prius ſeparari incœpit à ſole: è contrario autem eſt in eclipſi naturali: quia luna quam partem ſolis prius occupat, illam prius dimittit. Deinde concludit, quòd talia miracula quæ fuerunt in illo tempore, fuerunt poſſibilia ſoli Chriſto, qui facit magna quorum non eſt numerus, & ſumitur de Iob. 5. X

Deinde remouet negationem eius, dicens: Hæc dicta ſunt de eclipſi: & ideò licet tibi ſicut in præſentia mea reprehendere Apollophanem: *& tamen ſi poſſibile eſt, reprehende, &* maximè *tibi me tunc compræſentem*, id eſt, ſimul tecum compræſentem in Heliopoli, *& ſimul inſpicientem* eclipſim, *& ſimul iudicantem*, quod non erat naturalis, *& ſimul* tecum *admirantem*. *Siquidem & tunc Apollophanes incipit quandam diuinationem* facere, *neſcio vnde*, id eſt, quo inſpirante, *& dixit ad me ſicut conferens* mecum de eclipſi: *ô bone Dionyſi, hæ ſunt mutationes diuinarum rerum*, id eſt, aliqua mutatio accidit contra diuina: & ideò motus diuinus peruertitur. Y

Deinde committit Policarpo, quòd suppleat illud quod epiſtolæ deeſt. *Tanta ſunt dicta à nobis vt in epiſtola*, id eſt, ſicut decet breuitatem epiſtolæ: ſed tuum erit ô Policarpe, adimplere ea quæ deficiunt, & reducere ad Deum Apollophanem *virum exiſtentem ſapientem in multis* ſcientiis, qui non dedignabitur *manſuetè diſcere veritatem noſtræ religionis*, id eſt, Chriſtianæ fidei. Et ſumitur religio hic ſicut diffinit Tullius, quæ diuinæ naturæ cultum affert: quia ſapientis eſt manſuetè addiſcere omnem veritatem. Z

EPISTOLA VIII.

Demophilo monacho, de propria operatione & bonitate.

HEbræorum hiſtoriæ dicunt, ô nobilis Demophile, & ſanctum illum Moyſen propter multam manſuetudinem Dei apparitione dignum habitum. Et ſi aliquando ipſum extra diuinam viſio- 1.

nem

nem deſcribunt, non ante à Deo excludunt quam à manſuetudine. Dicunt autem, quòd valdè ſuperbienti & diuinis conſiliis reſiſtenti iratus eſt furore Dominus. Quando autem ipſum commendabilem faciunt à Deo indicatis dignitatibus, ex præeminente manſuetudine boni Dei imitatione commendatur: etenim erat manſuetus valdè, & propter hoc dicitur famulus Dei, & ad Dei inſpectionem vniuerſis Prophetis dignior. Sed &
Num. 10. quando aduerſus ipſum & Aaron crudeles quidam pro principatu ſacerdotij & principatu gentis litigabant, exceſſit quidem vniuerſam iactantiam & ambitionem, & concedebat à Deo indicato populi prælationem. Poſtquam autem & ſurrexerunt in ipſum, & de prioribus improperantes minabantur, & iam penè præualuerant, inuocabat quidem manſuetus bonum ad ſaluationem, confidebat autem valdè manſuetè, quòd aggreſſio nullorum erat cauſa malorum: ſciebat enim, quòd oportet colloquentem Deo bono ac quam maximè ſimillimum, ſicut eſt poſſibile, figurari, & ſibi ipſi conſcium eſſe Deo amabilium operationum.

2\. Quid autem Dei patrem Dauid faciebat Dei amicum? Etenim de iſto bono exiſtente & contra inimicos bono dicit ſuperbonus & amator boni. Inueni virum iuxta cor meum. Et quidem & lex bona data eſt, iumentis inimici prouidere. Et Iacob ſicut innocentiam habens, iuſtificatus eſt. Et Ioſeph de inſidiatoribus fratribus non ſe vindicauit. Et Abel ſimpliciter & ſine ſuſpicatione ambulabat cum fratre occiſore. Et omnis Theologia bonos commendat, non præintendentes mala, ſed neque ab aliorum

Pſal. 88. Exod. 23. Geneſ 33. Geneſ. 50. Geneſ. 4.

malitia ex bono tranſmutatos, ſed è contrario deiformiter malis bene facientes, & extendentes ad ipſos multam ipſorum bonitatem, & ad ſimile manſuetè vocantes.

Sed & ad ſuperius reſpiciamus, 3.
non virorum ſanctorum manſuetudines, non homines amantium Angelorum bonitates enunciantes miſerantium gentes, & pro ipſis bonum deprecantium, & perditas Zach. 1.
& malum operantes multitudines Apoc. 9. Dan 10.
increpantium, & contriſtatorum Luc 15. Tob. 8.
quidem in malum, lætantium au- et 9.
tem in ſaluatione ad bona tranſductorum, neque quæcunque alia de beneficis Angelis tradit Theologia.

Sed verè boni & ſuperboni Chri- 4.
ſti beneficos radios in ſilentio recipientes, ab ipſis ad diuinas eius operationes illuminemur. Nunquid enim non eſt ineffabilis & ſuper intellectum bonitatis, & quod exiſtentia eſſe facit, & quod omnia ipſa ad eſſe perduxit, & omnia vult ſemper fieri ſimilia ipſi, & participantia his quæ ſunt eius ſecundum ſingulorum opportunitatem? Quid autem & quod recedentes amabiliter habet, & contrectat & rogat non deſpici ab amatis & contemnentibus ſeipſos, & vanè incuſantes ſuſtinet, & ipſe excuſat, & magis promittit ſe curaturum, & adhuc ipſis longè exiſtentibus, tamen accedentibus occurrit & obuiat, to- Luc. 15.
tus totos amplectens oſculatur, & non accuſat de prioribus, ſed diligit præſentem, & feſtum facit, & conuocat amicos, videlicet bonos, vt ſit omnium lætantium habitatio. Pſal 86.

Demophilus autem, & ſi quis 5.
alius bonis inimicatur, valdè iuſtè increpatur, & edocetur bona, & bonum ei impenditur. Quomodo enim

enim oportebat, dicit, bonum in ſaluatione perditorum lætari, & vita mortificatorum? Siquidem & ſuper humeros leuat, difficultet ab errore conuerſum, & bonos Angelos ad lætitiam congregat, & bonus eſt ingratis, & oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & ipſam animam ſuam ponit pro refugientibus. Tu autem, ſicut literæ tuæ monſtrant, & procidentem ſacerdoti, vt dicis, impium & peccatorem, neſcio quomodo contra ipſum præſens retruſiſti: poſtea ille quidem deprecabatur & ad medicinam malorum confitebatur, tu autem non ſolum horruiſti, ſed & bonum ſacerdotem temerè cum iniuria corporis repuliſti, dicens, miſerabilem eſſe qui pœnitentem & impium iuſtificauit: & ad finem dixiſti ſacerdoti, Exi, cum ſimilibus, & inſiluiſti, eum non eſſet fas, ad adita & ſancta ſanctorum confregiſti: & ſcribis nobis, corrumpenda ſancta, prouiſiuè ſaluaui, & adhuc immaculata cuſtodio.

Math. 5. Ioan. 10.

6. Nunc igitur audi noſtra: Non eſt fas ſacerdotem à miniſtris qui ſunt ſuper te, aut coordinatis tibi monachis corrigi, quamuis impiè agere contra diuina videatur, etſi aliquid aliorum prohibitorum feciſſe redarguatur. Si enim inornatus & inordinatio diuiniſſimarum & diffinitionum & legum ſunt exceſſus, non habet rationem pro Deo à Deo traditum peruerti ordinem. Non enim in ſeipſo verbum diuiſum eſt. Quomodo enim ſtabit regnum eius? Et ſi Dei eſt iudicium, vt eloquia dicunt, Sacerdotes autem poſt hierarchas ſunt Angeli & recitatores diuinorum iudiciorum, ab ipſis, ſicut tibi conuenit, per medios miniſtros diuina edocere, per quos & eſſe monachus habitus es.

Matth. 12. Iſa. 30. Rom. 2.

7. An non ſancta ſigna iſtud clamant? Etenim non ſimpliciter ab vniuerſis quidem ſegregata ſunt ſancta ſanctorum: appropinquat autem magis ipſis ſanctitatis perfectorum ornatus, poſteà Sacerdotum ornatus, poſt illos autem conſequenter ornatus miniſtrorum: ordinatis autem monachis portæ aditorum ſunt ſegregatæ, iuxta quas perficiuntur & aſſiſtunt, non ad cuſtodiam ipſorum, ſed ad ordinationem & cognitionem ſuipſorum magis quam populus ſacerdotibus propinquantes. Vnde ſanctorum ſanctus ordinationis principatus ſanctè ſtatuit, ipſos ſumere de diuinis, aliis videlicet interioribus ipſorum traditionem imponens: etenim circa diuinum altare ſtantes, vt ſignificatiuè dicatur, vident & audiunt diuina dare ipſis reuelata, & procidentes boniformiter ad ea quæ ſunt extra diuina velamina, ſubiectis monachis & ſancto populo & ordinibus qui purgantur, manifeſtant ſecundum dignitatem ſanctam incontaminata pulchrè cuſtodita.

8. Donec tyrannicè ipſis inſiliens, eduei tibi ſancta ſanctorum non volentia coëgiſti, & dicis te habere ſancta & cuſtodire: & quidem neque nouiſti, neque audiuiſti, neque habes aliquid conuenientium ſacerdotibus, ſicut nec veritatem eloquiorum cognouiſti, vnaquaque ipſa die verbo impugnans in perueſionem audientium.

9. Et quidem ſi de principatu gentis aliquis inuaſiſſet quod ſibi à rege ordinatum fuiſſet, iuſtè puniretur: & ſi principem iuſtificantem quoſdam aut condemnantem, aſſiſtens aliquis ſub ipſo ordinatorum redarguere auſus eſſet, non enim dico contumelia, contactu corporis

ris repellere, ſimul & à principatu expellere videretur. Tu autem homo audax es contra manſuetum & bonum & hierarchicam ipſius legiſlationem.

10. Et hoc oporteret dicere, quando ſuper dignitatem aliquis præſumens, tamen conuenientia facere videretur: etenim neque hoc deſi-
2. Paral. 26. derabile eſt vlli. Quid enim inconueniens Ozias faciebat, Deo incen-
1. Reg. 13. et 15. Marc. 3. ſum offerens? Quid autem Saul ſactificans? Quid autem tyrannici dæmones verè theologizantes Ieſum? Sed interdictus eſt à Theolo-
1. Cor 14. Leuit. 16. Heb. 9. gia omnis alienus Epiſcopus, & vnuſquiſque erit in ordine ſuæ miniſtrationis, & ſolus princeps ſacerdotum ad ſancta ſanctorum ingredietur, & ſemel in anno, & hoc in omni ſecundum legem hierarchica
Num 4. munditia. Et ſacerdotes cooperiunt ſancta, & leuitæ non tangent ſancta
2. Paral. 26. Num. 12. vt non moriantur. Et iratus eſt furore Dominus in proteruitate Oziæ, & Maria leproſa fit, legiſlatori legem ponere conata: & in filios Sce-
Act. 19. uæ inſiluerunt dæmonia. Et, Non
Ierem. 23. mittebam eos, dicit, & ipſi currebant: & non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant: & impius qui ſacrificat mihi vitulum, ſicut qui
Iſa. 66. occidit canem. Et vt ſimpliciter dicatur, non ſuſtinet peruerſores le-
Matth. 7. gis perfecta Dei iuſtitia. Dicentibus autem rurſus ipſis, In nomine tuo virtutes multas fecimus, Non noui vos, reſpondetur, diſcedite à me omnes operatores iniquitatis.

11. Quare non eſt fas, ſicut ſancta
1. Reg. 15. eloquia dicunt, neque ea quæ ſunt iuſta, non ſecundum dignitatem
Rom. 11. et 12. exequi. Oportet autem vnuquemque ſibiipſi attendere, & non altiora & profundiora intendere, deliberare autem ea ſola quæ ſunt ſecundum dignitatem ipſis ordinata.

Quid igitur, dicis, non oportet 12.
ſacerdotes impiè agentes, aut de Rom. 2.
alio quodam inconuenientium reprehenſos caſtigari, ſolis autem gloriantibus in lege licebit per tranſgreſſionem legis Deum inhonorare? Et quomodo ſacerdotes Dei ſunt manifeſtatores? Quomodo enuntiant primo diuinas virtutes, ipſatum poteſtatem non cognoſcentes? Aut quomodo illuminabunt qui ſunt obtenebrati? Quo- Act. 19.
modo enim diuinum tradent ſpiritum, cum ſi eſt Spiritus ſanctus, habitu & veritate non crediderint?

Ego autem reſpondebo tibi ad 13.
hæc: etenim non eſt inimicus Demophilus, neque ſuſtinebo te aequiti à ſatana. Etenim vnuſquiſque ornatus eorum qui ſunt circa Deum, eſt diuinior magis abſiſtente, & luculentiora ſimul & magis illuminantia, ſunt magis vero lumini propinqua. Et non localiter accipias appropinquationem, ſed ſecundum recipiendi Deum idoneitatem. Si igitur ſacerdotum ornatus eſt illuminatiuus, perfectè cecidit à ſacerdotali ordine & virtute qui non eſt illuminatiuus, magis autem qui non eſt illuminatus. Et audax quidem mihi videtur talis, ſacerdotalibus manum apponens, & non timet neque verecundatur, diuina præter dignitatem exequens, putans Deum ignorare quæ ipſe in ſeipſo cognouit, & decipere æſtimat falſo nomine ab ipſo patrem appellatum, & audet ipſius immundas infamias (non enim dicam orationes) ſuper diuina ſigna Chriſtiformiter enũtiare. Non eſt iſte ſacerdos, non eſt iſte, ſed inimicus doloſus, deluſor ſuiipſius, & lupus ſuper diuinum populum pelle ouina armatus.

Sed

14. Sed neque Demophilo eſt fas iſta caſtigare. Si enim Theologia iuſta iuſtè præcipit exequi (iuſta autem exequi eſt quando attribuere velit aliquis vnicuique ſecundum dignitatem) iuſtè hoc eſt omnibus exequendum, non præter dignitatem ipſorum aut ordinem: quoniam & Angelis iuſtum eſt determinare ea quæ ſunt ſecundum dignitatem, & determinantur, ſed non à nobis ô Demophile, ſed per ipſos nobis ex Deo ex ipſis per præeminentes amplius Angelos. Et vt ſimpliciter dicatur, in omnibus exiſtentibus per primos ſecundis attribuuntur ea quæ ſunt ſecundum dignitatem in omnibus bene ordinata & iuſtiſſima prouidentia. Igitur qui ſunt ordinati à Deo vt aliis principentur, diſtribuunt ſequentibus & obedientibus ea quæ ſunt ſecundum dignitatem.

15. Demophilus autem ſermoni & furori & concupiſcentiæ ea quæ ſunt ſecundum dignitatem determinet, & non iniuriam faciat ipſi ordinationi, ſed principetur ſubiectis ſuperpoſita ratio. Si enim in foro videntes ſeruum Domino, & iuniorem ſeniori, aut & filium patri maledicentem ſimul & ſuperuenientem, & plagas imponentem, impiè agere videremur niſi ſuper currentes melioribus auxiliaremur, etſi illi forſitan quidem prius iniuriam accepiſſent, quomodo non verecundabimur, ſuſtinentes à furore & concupiſcentia iniuriarum factum verbum, & à principatu à Deo dato expulſum,& in nobiſipſis impiam & iniuſtam inordinationem & litem inordinatam excitantes? Conuenienter beatus noſter ex Deo legiſlator non dignatur Eccleſiæ Dei præponere eum qui propriè domui bene iam non præfuit: etenim qui ordinauit ſeipſum, & alium ordinabit: & qui alium, & domum: & qui domum, & ciuitatem: & qui ciuitatem, & gentem. Et vt ſimpliciter dicatur, vt eloquia dicunt, qui eſt in minimo fidelis, & in multo fidelis erit: & qui eſt in minimo infidelis, & in multo infidelis erit. Igitur ipſe quidem concupiſcentiæ & furori & ſermoni ſecundum dignitatem determina.

2.Tim.3. Tit.1. Luc.16.

16. Tibi autem diuini miniſtri, & iſtis ſacerdotes, hierarchæ verò ſacerdotibus, & hierarchis Apoſtoli & Apoſtolorum ſucceſſores. Et ſi aliquis in illa conueniente deficiat, à coordinatis ſanctis corrigetur, & neque peruertetur ordo ſuper ordinem, ſed vnuſquiſque in ordine ſuo & in miniſtratione ſua erit. Tanta igitur à nobis vt ſcias & facias quæ ad te pertinent.

17. Sed de inhumanitate in virum (ſicut dicis) impium & peccatorem, neſcio quomodo plangam contritionem dilecti mei, etenim cuius arbitraris famulum te eſſe à nobis ordinatum: etenim niſi boni omnino, & à nobis & à famulatu toto qui eſt ſecundum nos, neceſſe eſt te eſſe alienum: & vide tibi & Deum quærere, & ſacerdotes alios, & ab illis deprædari magis quam perfici, & eſſe amicæ inhumanitatis inflexibilem miniſtrum. Nunquid enim noſmetipſi ad omninò ſanctum perfecti ſumus, & non indigemus diuinæ nobiſipſis benignitatis? Aut duplex peccatum, ſicut eloquia dicunt, ſecundum impios committimus, neſcientes in quo offendimus, ſed & iuſtificantes noſipſos, & arbitrantes videre, verè autem non videntes. Stupuit cęlum in hoc, & horrui ego, & incredulus ſum mihiipſi. Et bene ſcias, niſi tuas nactus eſſem, ſicut nollem, literas, ſed alij

alij quidam perſuadere dignarentur, non perſuaſiſſent, quòd Demophilus putat Deum qui eſt bonus ad omnia, non eſſe & amatorem hominum, neque ſe indigere miſerentis aut ſaluantis: ſed & ſacerdotes degradat, dignatos bonitate portare ignorantias populi, & benè ſcientes, quòd & ipſi circumuallantur infirmitate.

18. Cæterum thearchicus ſanctitatis perfector alia perfectus eſt via, & Heb. 7. hoc cum à peccatoribus, vt eloquia dicunt, fuit ſegregatus, & ſuæ dilectionis demonſtrationem fecit ouium paſcendarum manſuetum Ioan. 10. Luc. 15. officium. Et malignum quidem vocat non dimittentem conſeruo debitum, neque particulariter donantem de donata ſibi multa bonitate. Iudicat autem ipſum propria recipere, quod neceſſarium eſt timere Matth. 18. Luc. 23. & me & Demophilum. Etenim & ipſis in eum impiè agentibus in ipſa paſſione, remiſſionem producit à Luc. 9. patre. Increpat autem & diſcipulos qui immiſericorditer precati ſunt iudicare de impietate Samaritanos ipſum perſequentes.

19. Hæc quidem multiplex eſt locutio tuæ quidem temerariæ epiſtolę. Surſum enim & deorſum fremis, quòd non teipſum, ſed Deum vindicaſti Per malitiam, dic mihi bo- Heb. 4. Matth. 11. num? Abſit. Non habemus pontificem non valentem compati infirmitatibus noſtris, ſed & innocens Iſa. 42. eſt & miſericors. Non contendet neque clamabit: & ipſe eſt mitis & propitiatio de peccatis noſtris. 1. Ioan. 2. Quare non recipimus tuos non zelabiles motus, ſed neque ſimiles reſumas Phineen & Eliam: hæc enim audienti Ieſu non placuerunt: tunc enim mitis & boni ſpiritus non par- 2. Tim. 2. ticipes erant diſcipuli. Etenim diuiniſſimus noſtræ ſanctitatis perfector in manſuetudine docet reſiſtentes doctrinæ Dei. Doceri enim non puniri conuenit ignorantes, ſicut & cæcos manuducimus, ſed non punimus. Tu autem & viro reſpicere ad lumen incipienti contra maxillam dans impegiſti, & cum multa verecundia accedentem, temetariè repuliſti (Hoc igitur multo horrore dignum) quem Chriſtus bonus exiſtens in montibus errantem inquirit, & fugientem aduocat, & inuentum difficulter ſuper humeros leuat.

Ne, rogo, ne malè de nobiſipſis 20 conſiliemur, neque in noſipſos enſem impingamus: etenim qui iniuriam quidem aliquibus facere, aut è contrario proficere nituntur, illis quidem omninò non fecerunt quibus volunt, ſibiipſis aut malitiam aut bonitatem conquirentes, aut diuinis virtutibus aut inhumanis pleni ſunt paſſionibus. Et iſti quidem Angelorum bonorum ſequaces erunt, & coambulantes & hîc & ibi cum omni pace & liberatione ab omnibus malis, in æuo ſemper exiſtente beatiſſimos hęreditabunt fines, & cum Deo ſemper erunt, qui eſt omnium bonorum maximum. Illi verò cadunt à diuina ſimul & ſua pace, & hîc & poſt mortem ſimul cum crudelibus erunt dæmonibus. Cuius quidem gratia nobis eſt multum ſtudium cum Deo bono fieri, & eſt ſemper cum Domino, & non cum malis à iudice ſegregari, ſecundum meritum ex ipſis ſuſtinentes, quod ego plus quam omnia timeo, & rogo non participes eſſe omnium malorum.

Et ſi vis & diuinam viſionem 21. ſancti cuiuſdam viri memorabor, & non rideas, vera enim dicam. Me exiſtentem aliquando in Creta ſanctus hoſpitio recepit Carpus vir,

& ſi aliquis altus propter multam munditiam mentis ad Dei inſpectiones aptiſſimus. Et quidem neque ſanctis myſteriorum perfectionibus manum apponebat, niſi prius in orationibus quæ ſunt ante perfectionem, ipſi ſancta & amica viſio inferretur. Dicebat igitur, quod cum contriſtaſſet eum quidam infidelium, triſtitia autem hæc erat, quòd ab Eccleſia ille quendam ad infidelitatem errare fecerat: adhuc letis diebus ipſi factis oportebat pro vtriſque benignè orare, & Deum ſaluatorem ſuſceptorem ſumētem: hunc quidem conuertere, illum autem bonitate vincere, & non deficere admonentem per vitam omnem vſque hodie, & ita ad diuinam ipſos rurſum agere cognitionem, ſicut iam & his quæ erant dubia ipſis indicans, & quæ irrationabiliter temerariè fecerant, legali iuſtitia caſtigari compulſis.

22. Sed in ſeipſo non prius hæc patiēs, neſcio quomodo multas quaſdam inimicitias & amaritudinem intexens: infirmatus eſt quidem ita malè habens (veſpera enim erat) circa medias verò noctes, conſueuit enim in hoc tempore ipſe apud ſe ad diuinos hymnos euigilare, conſurgit quidem neque à ſomnis multis quidem ipſi exiſtentibus & ſemper inciſis extra turbationem expergiſcens, ſtans tamen ad diuinam locutionem, non religioſè triſtabatur & moleſtatus eſt, dicens non eſſe iuſtum ſi viuant homines impij & peruertentes vias Domini rectas. Et hoc dicens rogabat Deum, vt combuſtione quadam amborum ſimul immiſericorditer abrumperet vitas.

23. Hæc autem dicens dicebat ap parere videre ſubitò domum, in qua ſtabat, commotam prius ex vertice in duo media diuiſam, & quandam fornacem multi luminis in conſpectu eius: & hinc videbatur ei poſteà (ſub æthere locus) ex cæleſti throno vſque ad ipſam deſcendentem: cælum autem ipſum apertum, & ſuper dorſa cæli Ieſum infinitis humana ſpecie ipſi aſſiſtentibus Angelis. Et hæc quidem videre deſuper & ipſum mirari.

Deorſum autem inclinatum ſe Carpus dixit videre & ſolum ipſum ad triſtem hiatum & obſcurum, & viros quidem illos quibus calumniabatur, ante ipſum iuxta hos aſtare hiatus tremulos, miſerabiles, iam penè deponendos propriorum pedum inſtabilitate. Deorſum autem ab hiatu ſerpentes ſurſum repere, & circa pedes ipſorum ſuppoſitos, aliquando quidem abſtrahere inuolutos ſimul aggrauantes & trahentes, aliquando autem dentibus aut palatis percutientes aut ſuburgentes, & per omne ad triſtitiam mittere machinatos: eſſe autem & viros quoſdam in mediis ſerpentibus contra viros conſtitutos commouentes ſimul & ſubimpingentes & percutientes. Videbantur autem eſſe caſuri illi, partim quidem inuiti, partim autem & voluntarij, aut à malo aut coacti paulatim ſimul & perſuaſi. 24.

Dicebat autem Carpus ſeipſum delectari & deorſum inſpicientem, ſuperiora verò negligere: moleſtari autem & puſillanimem eſſe, quoniam nondum ceciderant & rei, multotiens ſuperpoſitum & debilitatum & contriſtatum fatigari: & reſpicientem difficulter videre quidem ſurſus cælum ſicut ante viderat. 25.

Ieſum autem, miſeratum quod fiebat, conſurgere ex ſupercæleſti throno, & vſque ad ipſos deſcendentem, 26.

dentem, manum bonam extendere, & Angelos cum ipſo accipientes alium aliunde tenere viros, & dicere Carpo Ieſum : Manu iam extenta percute contra me, de cætero paratus enim ſum & rurſus pro hominibus ſaluandis pati : & hoc amicum mihi, non quod alij peccent homines. Sed vide ſi bene habent tibi manſionem in hiatu & cum ſerpentibus commutare pro manſione cum Deo & bonis amatoribus hominum Angelis. Hæc ſunt quæ ego cum audierim, credo vera eſſe.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Hebræorum hiſtoria dicunt ô nobilis Demophile, &c.

A ALtiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, Eccl. 3. In his verbis præcipitur, ne aliquis aſſumat ſibi ea quæ ſunt ſupra ſuam poteſtatem, quæ altiora dicuntur : & ne ingerat ſe in digniora, quia propriè ſtulto conuenit : quæ dicuntur fortiora, quia inſcrutabilia debent eſſe his qui non ſunt digni habiti ad participationem eorum. Vnde ex verbis iſtis poteſt trahi materia huius epiſtolæ, in qua Beatus Dionyſius arguit Demophilum de temeritate & impietate. Cum enim quidam peccator ad pœnitentiam conuerſus veniſſet ad ſacerdotem quendam, abſolutionis cauſa, ſacerdos induxit eum in ſancta ſanctorum, qui erat locus vbi ſacerdotes intererant diuinis myſteriis : & quia hoc erat contra conſuetudinem (quia tunc de nouo pœnitentes computabantur inter ordines purgandorum qui excludebantur à ſacris, & non licebat eis accedere ad ſacra loca, vt patet ex Eccleſ. hierarchia) iratus Demophilus monachus intrauit in ſancta ſanctorum, & eum iniuria corporali & verbis iniurioſis excluſit ſacerdotem ſimul & pœnitentem, quamuis pœnitentes precarentur ne hoc fieret, & excluſo ſacerdote retinuit ſibi cuſtodiam ſanctorum, & ſcripſit Dionyſio commendans ſe de hoc facto, quaſi liberantem ſancta loca ab immunditia. Et Dionyſius arguit eum in hac epiſtola de duplici temeritate : quia ſacerdotem arguere auſus fuerit : & quia in ſancta intrauit, cum hoc non liceret monachis, ſed debent ſtare ad oſtium chori. Arguit etiam eum de impietate, qua pœnitentem petentem veniam excluſit. Diuiditur ergo iſta epiſtola in duas partes. In prima arguit eum ex ſacris ſcripturis. In ſecunda ex viſione cuiuſdam ſancti viri, ibi, *Et ſi vis & diuinam viſionem, &c.* Prima autem diuiditur in duas. In prima arguit ipſius impietatem ex teſtimoniis Scripturæ. In ſecunda arguit temeritatem eius ex ordine hierarchico, ibi, *Nunc igitur audi noſtra, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima contra ipſius impietatem ponit teſtimonia Scripturæ, quibus manſuetudo vel pietas commendatur. In ſecunda arguit eum de hoc quod contraria fecit, ibi, *Demophilus autem, &c.* Prima diuiditur in tres. In prima commendat manſuetudinem ab exemplis Patrum Veteris Teſtamenti. In ſecunda ab exemplis Angelorum, ibi, *Sed ad ſuperius reſpiciamus.* In tertia per exemplum ipſius Chriſti, ibi, *Sed verè boni, &c.* Circa primum ponit ſex exempla, primum de Moyſe, ſecundum de Dauid, ibi, *Quid autem & Dei patrem, &c.* Tertium de quodam præcepto veteris legis, ibi, *Et quidem & lex bona, &c.* Quartum de Iacob, ibi, *Et Iacob, &c.* Quintum de Ioſeph, ibi, *Et Ioſeph, &c.* Sextum de Abel, ibi, *Et Abel ſimpliciter, &c.* Circa primum duo facit. Primò commendat manſuetudinem Moyſis. Secundò oſtendit in quo fuit manſuetus, ibi, *Sed & quando aduerſus, &c.*

Dicit ergo primo, quod Hebraicæ hiſtoriæ tradunt Moyſen dignum factum Dei apparitione, propter multam manſuetudinem : & hoc probat dupliciter : primò quia ſi aliquando ſcriptura perhibet eum excluſum à viſione diuina, prius excludit ipſum à manſuetudine, ſicut dicitur, quod Moyſi ſuperbienti & diuinis conſiliis reſiſtenti iratus eſt Dominus furore. Hoc quidem noſtra litera non habet, ſed ſumitur de circunſtantia literæ de 20. Num. vbi dicitur ad eum & Aaron : Quia non credidiſtis, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, non introduceris hos populos, &c. Manſuetudinem quidem amiſerat, quando propter tumultum populi in dubietatem verſus, non ſanctificauit Dominum, dicens, Audite rebelles & increduli, num de petra hac aquam poterimus elicere? & Deut. 3. dicitur, Mihi quoque propter vos iratus eſt Dominus. Secundò probat : quia quando commendatur ſicut dignus dignitatibus prælationis populi, per indicationem diuinam, ſibi collatis, laudatur ex eminenti Dei imitatione, ſcilicet ex manſuetudine ſuper omnes homines : quia dicitur Matth. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum, &c. Dicitur enim (quando Maria & Aaron iurgati ſunt contra ipſum, de prælatione populi) quòd erat manſuetus valde ſuper omnes homines qui morabantur in terra. Num. 12. Et propter hoc ſtatim in eodem capitulo vocabatur famulus Dei, & magis dignus ad viſionem Dei, quam aliquis aliorum Prophetarum : vnde ibi dicitur. Si quis fuerit Propheta inter vos, in viſione apparebo ei : at non talis ſeruus meus Moyſes : ore enim ad os ei loquar : & non per ænigma & figuras Deum videt. Vnde patet per hoc, quod manſuetudo facit dignum Dei viſione : quia ea amota, amouetur, & poſita, ponitur. B

DVBIVM.

C SED VIDETVR hoc eſſe falſum : quia manſuetudine componitur corpus vel quietatur : ſed viſio Dei eſt perfectio animæ : ergo videtur, quòd non debeatur manſuetudini viſio diuina.

2 Præterea, Matth 5. promittitur viſio mundis corde, mitibus autem poſſeſſio terræ : ergo

non debetur manſuetis diuina viſio.

Sed dicendum, quòd in anima (cum ſit ſimplex) non eſt aliqua differentia ex ipſa, ſed tantum ex corpore, cuius turbatione turbatur anima: & ideò ad compoſitionem vel quietem corporis, ſequitur quies in anima, & fit potens ad intelligendum, ſicut dicit Philoſophus, quòd in ſedendo, & quieſcendo, id eſt, in reſidentia & quiete humorum fit anima prudens & ſciens. Et ideò dicimus, quòd manſuetudo eſt diſpoſitio remota, ad viſionem Dei præparans animam per compoſitionem corporis ſiue quietationem: ſed cordis munditia eſt propinqua. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

D Deinde oſtendit in quo fuerit manſuetus, & ponit duo in quibus apparuit eius manſuetudo. Primum eſt Num. 16. quando Chore & Dathan & Abiron ac Hon de tribu Ruben inſurrexerunt contra eum, pro principatu ſacerdotij & principatu gentis: volebant enim principatum populi ſibi vendicare Hon, qui erat de tribu Ruben, & Chore qui erat de tribu Leui, volebat enim eſſe ſummus ſacerdos. Sed ipſe *exceſſit*, id eſt, dimiſit *omnem iactantiam & ambitionem*. Non enim prætulit ſe illis, neque pugnauit pro principatu: ſed conceſſit, quòd acciperet populi prælationem quemcumque Dominus iudicaret. Vnde dixit: Quemcunque elegerit Dominus, factus erit. Secundum eſt Num. 14. Et conſurrexerunt in ipſum multitudo filiorum Iſraël, murmurantes contra eum & Aaron, & comminabantur improperantes priora, dicentes: Vos interfeciſtis populum Domini: & iam orta ſeditione & tumultu populi creſcente, pene præualuerant contra eum, niſi quod fugit ipſe & Aaron in tabernaculum: & Moyſes inuocabat Dominum ad ſaluationem populi, & dixit ad Aaron, quòd acciperet thuribulum & iret ad populum, & rogaret pro eis. Confidebat enim, quod ipſe non eſſet cauſa *in aggreſſis*, id eſt, in malis quæ populus incohauerat: & ſciebat, quòd ille qui debet loqui Deo, oportet eum fugari à contrariis ad ſimilitudinem Dei quantum poſſibile eſt, vel melius figurari: & oportet, quòd ſit ſibi conſcius operationum quas Deus amat, quæ ſunt manſuetæ operationes. Vnde dicit Philoſophus in ethi. quòd ſi aliquæ operationes humanæ amarentur à Diis, illæ maximè ſunt in quibus homines imitantur Deos.

E Deinde ponit ſecundum exemplum de Dauid, qui dicitur Dei pater, quia ex ipſo natus eſt Chriſtus ſecundum carnem: & de hoc quidem dicit Dominus, Inueni virum ſecundum cor meum: quaſi ita miſericors & manſuetus ſicut & ego: quia erat in ſe bonus & inimicis bonus: quia Saul perſequentem ipſum noluit occidere, vt patet in primo Regum. Deinde ponit tertium exemplum de lege, quæ præcipit iumentis inimici prouidere Exod. 22 Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduces eum. Deinde ponit quartum exemplum de Iacob, qui per innocentiam iuſtificatus eſt, dum ad fratrem perſequentem manſuetè ſe habuit, fugiendo eum, & verba pacifica loquendo. Deinde ponit quintum exemplum de Ioſeph, qui non ſe vindicauit de fratribus qui eum vendiderant, ſicut patet. Geneſ. vltimo. Deinde ponit ſextum exemplum de Abel, qui ambulauit cum fratre homicida ſine ſuſpicione. Deinde colligit vniuerſaliter, quòd omnis ſacra Scriptura laudat bonos, qui non prætendunt alijs facere malum, neque per malitiam aliorum tranſmutantur à prima bonitate (ſicut enim dicit Gloſſa Matth. 5. mitis eſt, quem nec rancor nec ira afficit, ſed omnia æquanimiter ſuſtinet) ſed ad ſimilitudinem Dei malis & inimicis benefaciunt, & extendunt etiam in eos ſuam bonitatem, & prouocant eos per manſuetudinem ad ſimilem bonitatem.

Deinde manifeſtat (quaſi tranſeundo) per exemplum Angelorum, & dicit, quòd vult reſpicere *ad ſuperius* quaſi ad ipſius Dei manſuetudinem, & non curat dicere manſuetudines ſanctorum virorum, neque bonitates Angelorum, qui amant homines & miſerantur gentium, ſicut patet in Dan. quòd Angelus egreſſus eſt in auxilium populi Hæbreorum: & deprecantur etiam Deum pro hominibus, ſicut patet Zach. 1. de Angelo qui clamauit ad Deum, & dixit: Vſquequò Domine non ædificabuntur ciuitates Iudæ? Et etiam increpant *multitudines*, id eſt, populos malum operantes, ſicut patet in lib. Iudicum, quando apparuit Angelus, & reprehendit filios Iſraël. Et etiam triſtantur in malis hominum: vnde dicitur Iſa. 34. Angeli pacis amare flebant. Et gaudent in ſaluatione hominum, qui conuertuntur ad ſalutem, ſicut dicit Luc. 15. Gaudium erit ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Nec oportet alia dicere quæcunque ſacra Scriptura tradit de beneficiis Angelorum, & commemorat. F

Deinde ponit exemplum de manſuetudine Chriſti, & primò reſpectu omnium cauſatorum, ſecundò etiam reſpectu eorum, qui ab ipſo recedunt, ibi, *Quid autem & quod recedentes, &c.* Dicit ergo primò: ita non oportet dicere de bonitate hominum & Angelorum, ſed ipſius Chriſti *radios beneficos*, id eſt, emanationes, ſuæ bonitatis oſtenſiuas, quibus nobis bonum facit, *in ſilentio*, id eſt, in quiete mentis tacitis, *recipientes*, *ab ipſis*, id eſt, vt per ipſos *illuminemur* ad videndum & imitandum diuinas Dei operationes: ex ineffabili enim bonitate eius eſt, quod omnia ad eſſe perduxit, & quòd omnia eſſe facit conſeruando in eſſe, & omnia vult aſſimilare ſibi, communicans eis propria ſua, ſecundum eorum capacitatem. Deinde oſtendit manſuetudinem eius circa inimicos, dicens, quòd etiam *recedentes* ab ipſo, amat, & certat reuocare ad ſe, & vult, quòd non deſpiciantur ab amicis ſuis: etiam amabiliter ſe habet, *conterentibus ſeipſos*, id eſt, eos qui ſua bona delicioſè viuendo conſumunt, ſicut dicitur de filio prodigo: *Et vanè incuſantes* patienter *ſuſtinet* ſicut fratrem maiorem: *& ipſe excuſat*, dicens: Perierat, & inuentus eſt: & promittit, quòd curabit eos, & reſtituet in propria bona &c. Proſequitur enim parabolam de filio prodigo recepto à Patre, *vt ſit omnium lætantium habitatio*, Hoc ſumitur de Pſal. 68. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. G

H Deinde arguit Demophilum de hoc quod contraria prædictis fecit, dicens, quòd Demophilus rectè increpatur, & quicunque alius, non ſolis malis, ſed & bonis mala inferens, & in hoc bonum ei impeditur, dum prouocatur ad Dei ſimilitudinem. *Inquam*, id eſt, dico, vel inquit ſecundum aliam tranſlationem, id eſt, aliquis verè poteſt dicere, quòd Deum bonum decet lætari in perditorum ſaluatione & vita morientium, ſicut Deus dicit de filio prodigo: Mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. *Et ſuper humeros leuat difficulter conuerſum, & conuocat bonos Angelos ad lætitiam.* Hoc ſumitur de parabola de centum ouibus, Luc.15. *Et ingratis eſt bonus, & ſolem ſuum, &c.* Matth.5. *Et animam ſuam ponit pro refugientibus*, id eſt, inimicis. Rom.5. Sed tu non ita feciſti; ſed, ſicut ſcripſiſti mihi, *retruſiſti*, id eſt, excluſiſti peccatorem pœnitentem procedentem ad pedes ſacerdotis. *neſcio quomodo præſens*: quia non licebat tibi intrare locum illum: & ille pœnitens precabatur te, & confitebatur ſe veniſſe ad pœnitentiam, *& tu non horruiſti*, id eſt, non miſeratus es eius: *ſed & ſacerdotem temerè repuliſti* à ſacro loco, *cum iniuria corporis*, iniecisti enim ei manus violentas, & dixiſti eum eſſe miſerabilem, quia iuſtificauit impium. Et dixiſti ad vltimum, *Exi cum ſimilibus*, id eſt, cum peccatoribus, ſicut tu es: *& inſiliiſti ad adita*, id eſt, ad portas ſanctorum, ſcilicet chori, *cum non eſſet* tibi *fas*, *& ſancta ſanctorum confregiſti*, id eſt, locum, vbi colebantur diuina, & vbi ſunt clerici: & tamen commendaſti te, quod ſaluaueris loca ſancta, quæ corrumpenda erant, & quod adhuc cuſtodias ea.

I Deinde arguit temeritatem ipſius, ex ordine hierarchico, & primò oſtendit propoſitionem. Secundò inducit ſimilitudinem in principatibus humanis, ibi, *Et quidem de principatu gentis, &c.* Circa primum tria facit. Primò oſtendit quomodo ſecundum ordinem hierarchicum non liceat ſibi arguere ſacerdotem. Secundò ponit quomodo hoc ſignificatur ex ordine hierarchico, ibi, *An non ſancta ſigna iſtud clamant, &c.* Tertiò oſtendit, quòd ipſe totum peruertit, ibi, *Donec tyrannicè, &c.* Circa primum duo facit. Primò ponit propoſitionem, ſecundò remouet quandam excuſationem illius, ibi, *Si enim inornatus, &c.* Dicit ergo primò: Nunc audi quid ego reſcribo ad tuas literas: dico ſcilicet, quod *non eſt fas miniſtris*, id eſt, diaconis, qui ſunt ſupra te, & multò minus tibi, & monachis qui ſunt de ordine tuo, redarguere ſacerdotem, etiamſi fecerit aliquid contra legem Dei impiè vel contra ordinationem Eccleſiæ.

DVBIVM.

K SED VIDETVR hoc eſſe falſum: quia à correctione nullus excluditur: ergo etiam ſacerdotes & prælati corrigendi ſunt à ſubditis.

Dicendum ad hoc, quòd non intendit prohibere correctionem, quæ eſt ex charitate, cuius ordinem Deus in Euangelio docet Matth.18. ſcilicet quòd prius arguas eum inter te & ipſum ſolum, &c. ſed correctionem quæ eſt ex authoritate, quæ eſt ſuperiorum in ſubditos, & non è contrario: & hanc ſibi iſte aſſumpſit, quia impoſuit pœnam excludendo eum à ſacris.

EXPOSITIO TEXTVS.

Et tunc quia poſſet dicere, quod hæc fecerit propter Deum, conſequenter dicitur, quòd nullam rationem habet vt ſit pro Deo illud quod eſt contra ordinem traditum à Deo: quia *inornatus*, id eſt, vitium, quod opponitur virtuti quæ ornat animam, & *inordinatio* contra ordinem hierarchicum, *eſt exceſſus diuiniſſimarum & diffinitionum*, id eſt, determinationum ad ſtatuendum, *& legum* quæ ſunt ſcriptæ. *Verbum enim Dei non eſt diuiſum in ſeipſo*, quia non poſſet ſtare regnum Dei: omne enim regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Matth.12. Eſt autem diuina lex talis, quòd iudicium omnium eſt Dei per authoritatem, ſicut dicitur Deuter.1. *Sacerdotes autem poſt* Epiſcopos, quos vocat *hierarchas ſunt Angeli*, id eſt, nuntij, & *recitatores diuinorum iudiciorum*, ſicut Mala.3. Angelus enim Domini exercitiuum eſt. *Ab ipſis*, ſcilicet ſacerdoribus *edocere*, paſſiuum, id eſt, diſce, *diuina per medios miniſtros*, id eſt, diaconos, *ſicut tibi conuenit*, id eſt, ſecundum diſpoſitionem tui ordinis: quia diaconi ſunt medij inter ſacerdotem & populum, *per quos*, ſcilicet ſacerdotes, *& eſſe monachus dignus habitus es*: quia ſacerdotes conſecrabant monachos vt dicitur in Eccleſiaſtica hierarchia: & ita fuit tranſgreſſio diuinæ legis, quando exercuiſti iudicium in ſacerdotes, per quos in te debuit deuenire: & ſic non potuit eſſe pro Deo. L

Deinde probat hunc ordinem, per ea quæ ſymbolicè fiunt in Eccleſia. Quia *ſancta ſanctorum*, id eſt, altare, ſunt ſeparata ab omnibus, quibus ſignificatur Deus, & *eis appropinquant perfectores*, id eſt, Epiſcopi, & poſt ſacerdotes, & poſt diaconi: & vocat *ornatos* ordines, propter characterem, quo anima ornatur: & poſt eos ordinantur monachi iuxta portas chori, *iuxta quas, & perficiuntur*, id eſt, conſecrantur, & ſtant iuxta eas dum diuina peraguntur, non tanquam cuſtodes ipſarum (quia hoc potius eſt diaconorum, vel oſtiariorum) ſed vt cognoſcant ſeipſos eſſe medios inter populum, qui eſt extra, & ſacerdotes qui intus ſunt. Vnde patet per ipſam diſpoſitionem, qua ſtant in Eccleſia ſinguli in locis ſuis, quòd per principatum ſanctorum ordinationis, ſcilicet per Deum, vel per Apoſtolos, ſtatutum eſt, quòd monachi ſumant diuina mediantibus illis qui ſunt intra chorum, ſcilicet ſacerdoribus & diaconis, ita quod illi ſumant, & illi interiores tradant ea: quia illi aſtant circa altare & vident diuina ſine velatione: in quo ſignificatur, quòd debent ea tradere illis, qui ſunt extra, ſcilicet monachis, qui ſunt in ordine perficiendorum: & populo, qui eſt in ordine illuminatorum: & purgandis ſicut cathecumenis, & alijs, de quibus dictum eſt in Eccleſiaſtica hierarchia. M

Deinde oſtendit qualiter ipſe tranſgreſſus eſt iſtum ordinem, dicens: Hæc quæ dixi, hactenus obſeruata ſunt, donec tu violenter eduxiſti ad tuam poteſtatem *ſancta ſanctorum non valentia*, id eſt, non decentia te: & tamen laudas te de hoc, quod cuſtodis ea, cum tamen nihil N

dignum ſacerdotio habeas, cui ordini commiſſa eſt corona : & cum veritatem ſacræ Scripturæ non didiceris, non times quotidiè impugnare ipſam, per auerſionem audientium, dum eam malè exponis, aſſumens ſacerdotum officium, quorum eſt docère legem.

O *Et quidem ſi de principatu, &c.* Hîc oſtendit per ſimilitudinem principatus humani, quod non debuit vſurpare ea quæ non erant ſui gradus. Et diuiditur in duas partes. In prima oſtendit eum reprehenſibilem de temeritate etiam ſi licitum actum exercuiſſet. In ſecunda autem arguit eum de inhumanitate actus, ibi, *Sed de inhumanitate, &c.* Prima diuiditur in duas : in prima arguit eum de hoc quod vſurpat alienum officium, etiamſi rem licitam feciſſet. In ſecunda ponit excuſationem eius, & remouet eam, ibi, *Quid igitur dicis, &c.* Circa primum tria facit. Primò oſtendit per ſimilitudinem humani principatus, quod reprehenſibile eſt ſuperioris officium vſurpare. Secundò per exaggerationem eius oſtendit, quòd etiamſi licitum ſit quod exercetur, & bonum in ſe, tamen reprehenſibile eſt, ibi, *Et hæc oporteret dicere, &c.* Tertiò excludit propoſitionem, ibi, *Quare non eſt fas, &c.* Circa primum tria facit. Primò ponit quomodo punitur tranſgreſſio, quæ eſt contra officium humanum. Secundò quomodo punitur tranſgreſſio, quę eſt contra ipſum principem, ibi, *Et ſi principem, &c.* Tertiò concludit ex hoc, eum eſſe reprehenſibilem, ibi, *Tu autem homo audax, &c.* Dicit ergo primò, quòd in humanis officiis ſi aliquis ſibi vſurparet aliquid de principatus poteſtate, quod ſibi non eſſet commiſſum à Rege, iuſtè puniretur, quaſi tranſgreſſor contra vſurpatum officium : vt ſi miles tribuni officium vſurparet : eſt enim officium, ſecundum Tullium, congruus actus perſonæ, ſecundum ſtatuta patriæ, quæ principis authoritate firmantur : & ideò officium per ſe inuadens, iuſtè à principe punitur : & multò magis ſi in ipſum principem inſiliat, arguens eum, quod quoſdam abſoluit & quoſdam condemnat : quia ſi verbis, necdum iniuria corporis, eum arguat, videtur quòd auferat ei principatum, dum ſuper eum ſe exaltat, eum arguendo : & ideò iuſtè punitur. Deinde quod concludendo miratur quomodo ipſe cum ſit homo, ita præſumptuoſus fuerit contra ipſum bonum Deum, & eius legis ordinationem, quæ ſupra poſita eſt.

P Deinde oſtendit, quòd ſi licitum actum feciſſet, reprehendi debebat : quia alienum officium vſurparet. Et dicitur : *& hoc oportet dicere*, contra eum qui ſupra ſuam dignitatem præſumens, recta ageret. Quaſi dicat : Ego contra te habeo grauiorem reprehenſionem : quia etiam non conuenientem, ſed illicitum actum perpetraſti, quia etiam hoc nullus debet conſiderare quaſi bonum, ſcilicet facere bona quæ ſunt ſupra ſuam dignitatem. Quia Ozias nihil inconueniens facere volebat, cum aſſumpto thuribulo thus adolere volebat : tamen quia non erat ſui officij, lepra percuſſus eſt. Legitur 2. Paral. 26. Et ſimiliter Saul ſacrificans, bonam rem fecit : tamen quia non erat ſuum, à Samuele reprehenſus eſt. 1. Reg. 13. Similiter dæmones euangelizantes Chriſtum, inquietantur à Chriſto, quia non erat ipſorum. Luc. 4. Et ſimiliter in lege interdicitur ne ſit aliquis Epiſcopus vel ſummus ſacerdos alienus à ſemine Aaron. Exodi. 28. & Eze. 44. Et ibidem dicitur, quòd vnuſquiſque ſit in ordine ſui miniſterij. Et Heb. 7. & Exo. 25. dicitur, quòd ſolus ingrediebatur ſemel in anno ad ſancta ſanctorum princeps ſacerdotum, & tunc dicebatur eſſe mundatus ſecundum omnem ritum legis. Et Num. 4. dicitur, quòd ſacerdotes cooperiant ſancta, & leuiticis non licet tangere ea, ne moriantur. Et ſimiliter Dominus iratus in proteruitate Oziæ qui volebat offerre incenſum, vt dicitur 2. Paral. 16. vel fortè debet eſſe Ozæ, & tangitur hiſtoria quæ eſt in 2. Reg. 6. quando Oza tetigit arcam, & iratus eſt ei Dominus. Et Maria ſoror Moyſis facta eſt leproſa : quia voluit imponere legem Moyſi. Num. 12. Et in filios Sceuæ inſiluerunt dæmonia, quando ad inuocationem nominis Chriſti & Pauli coniurabant ipſa, ſicut legitur Actuum 19. & Ierem. 23. Non mittebam eos, & ipſi currebant, &c. Et Iſa. 45. dicitur, quòd qui ſacrificat vitulum, ſicut qui occidit canem. Et Matth. 7. & 25. dicentes, In nomine tuo virtutes multas fecimus : *reſpondetur, non noui vos*, ſcilicet per approbationem, &c.

Q Deinde concludit, quòd ex omnibus iis quæ dicta ſunt ex ſacris ſcripturis, patet quòd nulli licet exequi ea quæ non competunt ſuæ dignitati, etiamſi ſint ſancta & iuſta : ſed vnuſquiſque debet intendere & cum deliberatione explere ea quæ ſunt ſecundum gradum, & non quærere altiora, ſicut dicitur Eccli. 3. Altiora te ne quæſieris. Vnde benedicit, quòd intromittere ſe iis quæ ad ipſum non pertinent, eſt occulta ſuperbia : etſi videatur quædam obſequioſitas.

R Deinde ponit excuſationem vel obiectionem illius : & ſecundò ponit reſponſionem eius, ibi, *Ego autem reſpondebo, &c.* Obiectio autem fundatur contra duo quæ dixerat, ſcilicet quod à ſacerdotibus ſunt recipienda diuina, & quod non ſunt à ſubditis arguendi correctione authoritatis. Contra hoc ſecundum, primò obiicit : ſi ſacerdotes aliquid impiè agunt contra Dei cultum, aut in aliquo alio offendunt, & nullus arguat eos, relinquitur eis gloriari de lege, inhonorando Deum per legis tranſgreſſionem, quod tendet Apoſt. Rom. 2. Contra aliud obiicit, quòd ignorans, & obtenebratus, & impius ſcilicet non credens, non poteſt annuntiare quod neſcit, neque illuminare, neque Spiritum ſanctum dare : ſed ſacerdotes mali non cognoſcunt poteſtatem diuinarum virtutum, ſicut dicit Dominus Ezech 22. ergo non poſſunt eas annuntiare populo : ſunt autem obtenebrati, ſicut dicitur in prima canonica Ioannis. 2. cap. qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt : ergo non poſſunt illuminare. Iterum nec ſi Spiritus ſanctus eſt credunt (ſumitur de Act. 19.) *habitu* virtutis, *& veritate* operis : ergo non poſſunt eum dare.

S Deinde ſoluit, & primò concedit concedenda. Secundò arguit eum de hoc in quo decipiebatur, ibi, *Sed neque Demophile, &c.* Circa primum duo facit. Primò ponit cauſam quare reſpondere obiectioni ſuæ velit. Secundò incipit ſoluere quod dictum eſt, ibi, *Etenim vnuſquiſque*,

quiſque, &c. Dicit ergo primò, quòd vult ſibi reſpondere: quia cum non ſit ſibi inimicus, ſed ſpecialis amicus (quia fecit eum monachum) non vult pati quod acquiratur à ſatana, quod poſſet contingere, ſi dictæ obiectioni inhærens, & in temeritatem & in hæreſim laberetur. Deinde concedit quæ concedenda ſunt, quòd malus ſacerdos eſt multum arguendus: & primò ponit quid debeat eſſe in ſacerdote: ſecundò increpat ſacerdotem qui in contrarium labitur, ibi, *Si igitur ſacerdotum*, &c. Dicit ergo primò, quòd ordo eorum qui ſunt immediatè circa Deum & diuina, eſt dignior eo qui eſt abſiſtens & magis remotus: & quantò ſunt propinquiora diuino lumini quod eſt Deus, tantò magis ſunt luculenta in ſe, & magis illuminantia alios. Et iſta appropinquatio non debet accipi ſecundum ſitum loci, ſed ſecundum idoneitatem recipiendi à Deo. Magis enim debent eſſe idonei Epiſcopi, quam Sacerdotes, & ſic de aliis.

DVBIVM.

T Sed videtur hoc eſſe falſum: quia ſicut dicit Auguſtinus, Idem facit in ſpiritualibus ordo, quod in corporalibus ſitus: ſed in corporalibus illud quod eſt inferius, illuminat ſuperius, ſicut ſol omnes ſuperiores ſtellas: ergo videtur, quòd ita ſit in ſpirituali lumine.

Ad illud dicendum, quòd illuminatio corporalis eſt ſitualis & ad determinatam diſtantiam, cum lumen ſit finitæ virtutis: & ideò oportet, quòd fons luminis vt poſſit vndique illuminare, ſcilicet ſol, ſit in medio & non in ſummo: ſicut etiam cor in animali, quod eſt principium vitæ: ſed hoc non oportet eſſe in lumine ſpirituali, cuius virtus eſt infinita, & actio non ſitualis: & ideò fons ſpiritualis luminis non ordinatur poſt quædam alia.

Deinde concedit, quòd mali ſacerdotes ſunt valde increpandi.

DVBIVM.

V Ad euidentiam eorum quæ hic dicuntur, quæritur, vtrum mali ſacerdotes poſſint conficere Eccleſiaſtica ſacramenta? Et videtur, quòd non. Quia ille qui perfectè cecidit ab ordine, non habet actus illius ordinis: ſed malus ſacerdos perfectè cecidit à ſacerdotali ordine, vt in litera dicitur: ergo non poteſt conficere Eccleſiaſtica ſacramenta, quod eſt actus ſacerdotalis ordinis.

2 Ad idem, Sacramenta non conſecrantur blaſphemiis: ſed orationes quas faciunt mali ſacerdotes ſuper ſymbola, ſunt blaſphemiæ, ſicut in litera dicitur: ergo non conſecrant Eccleſiaſtica ſacramenta.

3 Ad idem Malach. 2. Dominus malis ſacerdotibus dicit: Maledicam benedictionibus veſtris: ſed illa quibus Deus maledicit, non conſecrantur: ergo per benedictiones malorum ſacerdotum nihil conſecratur.

4 Præterea, Deus dedit poteſtatem conſecrandi Apoſtolis & Apoſtolicis viris: ſed cum Apoſtolici ſint magis vitâ quam poteſtate, mali ſacerdotes non ſunt Apoſtoli, & ita non poſſunt conſecrare.

Sed dicendum, quòd in ſacerdote debent eſſe tria, ordo, iuriſdictio, vita. Ordo datur ſibi per impreſſionem characteris, iuriſdictio in commiſſione plebis, vita facit idoneum ad conſecrandum. Quia igitur ordo poteſt quædam eſt, eo manente ordine manet eſſentialis actus qui eſt conficere ſacramentum, ſiue ſit extra Eccleſiam, ſiue intra, dummodo formam teneat: ſed in hunc actum non poteſt aliquis ſine ordine, etiamſi alia duo habeat. Sed tamen differentia eſt: quia ſi cum ordine alia duo habeat, conficit ſacramenta ad ſalutem animæ ſuæ: ſi autem altero eorum careat, acquirit ſibi perditionem, quamuis conficiat. Et hoc eſt intelligendum in iis in quibus requiritur iuriſdictio, ſicut in collatione ordinum: ſed in ſacramento Euchariſtiæ non requiruntur hæc tria: ſed ſufficit bona vita cum ordine.

Ad primum verò dicendum, quòd malus ſacerdos cadit à re ordinis, quæ eſt gratia: ſed non à ſacramento quod eſt character.

Ad ſecundum dicendum, quòd dicuntur blaſphemiæ, non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum effectum: quia propter malos ſacerdotes blaſphematur nomen Dei: vel propter ſuam virtutem, quia efficiunt reatum in ſacerdote, ſicut blaſphemiæ.

Ad tertium dicendum, quòd benedictiones quibus ſacerdotes conſecrant ſacramenta, non ſunt ipſorum, ſed Dei: & ideò illis non maledicit Deus. Vel dicitur maledicere benedictionibus eorum, id eſt, iis quos benedicunt, quia benedicunt dignos maledictione. Vel benedictionibus, id eſt, primitiis & decimis, quæ pro benedictionibus accipiebant.

Ad quartum dicendum, quòd non dedit poteſtatem Apoſtolicis vitâ tantum: quia nec omnibus Apoſtolis dediſſet, ſed Apoſtolicis poteſtate, quantum ad neceſſitatem ſacramenti, & vitâ, quantum ad idoneitatem. Dicit ergo, quòd ex quo ordo ſacerdotum eſt illuminatiuus, vt Deo propinquus, qui non eſt illuminans, cadit à ſacerdotalis dignitatis idoneitate, & multò magis qui non eſt in ſe illuminatus: & ille ſacerdos malus ſi apponat manum ſacerdotalibus rebus, audax eſt præſumptione, quæ eſt peccatum mortale. Ex quo confirmatur ſententia Magiſtrorum dicentium, quòd Sacerdos qui eſt in mortali peccato, quandocunque tangit ſacras veſtes, aut cantat, aut facit aliquid de ordine ſuo, peccat mortaliter. Alia plana ſunt ex dictis.

Sed ſciendum, quòd indumenta vocat veſtem ſacerdotalem ſiue exteriorem ſiue interiorem, ſcilicet characterem.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Deinde arguit eum de hoc quod errauerat: & circa hæc tria facit. Primò oſtendit ex præcepto legis, & exemplo Angelorum, quòd etiam quæ iuſta in ſe ſunt, non eſt iuſtum cuilibet exequi. Secundò oſtendit quæ iuſta exequi debeat Demophilus, ibi, *Demophilus autem*, &c. Tertiò oſtendit quorum ſit alia iuſta exequi, ibi, *Tibi autem diuini miniſtri & iſtis*, &c. Dicit ergo X

primò, quòd quamuis (vt dictum eſt) iuſtum ſit reprehendi malum ſacerdotem, non tamen fuit iuſtum, quòd Demophilus monachus eum caſtigaret: quia lex diuina præcipit Deuter. 16. quòd iuſta non quolibet modo, ſed iuſtè mandentur executioni: & hoc fit quando datur vnicuique ſecundum meritum ſuum, à quibus conuenit dare ſecundum dignitatem & ordinem ſuum, non ab aliis: ſicut iuſtum eſt, quòd Angelis diſtribuantur diuinæ illuminationes & diuina officia ſecundum eorum proportionem: ſed non eſt iuſtum, vt determinentur eis à nobis, ſed è contrario: & etiam in Angelis per ſuperiores determinantur inferioribus, & non è conuerſo.

X Deinde dicit, quòd Demophilo iuſtum eſt vt exequatur iuſta in vires animæ: & hoc erit, quando ſupponit aliquis vires rationi: tunc enim reddit rationi quod ſibi debetur, ſcilicet dominium, & aliis ſubiectionem. Et ponit exemplum: ſicut ſi litigaret ſeruus in foro contra dominum, aut filius contra patrem, aut minor contra ſeniorem, impiè faceremus ſi non auxiliaremur Domino, & patri & ſeniori, quamuis eis ſubiecti etiam ab ipſis iniuriam paſſi eſſent: multò magis debemus verecundari, quando in pugna inferiorum virtutum contra rationem, non iuuamus rationem, reſtituentes eam in dignitatem diuinam ſibi à Deo collatam. Et quia talem iuſtitiam quiſque in ſeipſo debet exercere, Paulus 1. ad Tim. 3. dicit, quòd non debet ſuperponi ad cuſtodiam Eccleſiæ Dei, qui domui ſuæ non præfuit bene: quia qui ſeipſum bene ordinat, poteſt vnum hominem bene ordinare: & qui vnum ordinat, & domum poteſt: & qui domum, & ciuitatem: & qui ciuitatem, & gentem, & breuiter, vt dicitur Lucæ 16. qui in modico fidelis eſt, & in multo fidelis erit: & è contrario. Sciendum verò, quòd iſta tranſlatio, & etiam antiqua in hoc loco vitioſa eſt: quia tranſtulerunt loco rationis, verbum, vel ſermonem: quia λόγος apud Græcos vtrumque ſignificat. Et in fine concludit, quòd ſuum erat determinare de viribus animæ: quod iuſtum eſt.

DVBIVM.

Y Sed videtur, quòd hæc nulla ſit iuſtitia. [Lib. 5 ethi. cap. 11.] Philoſophus enim dicit, quod vnius ad ſeipſum nulla eſt iuſtitia: & reprehendit de hoc Platonem, qui contrarium dicebat: ergo videtur, quòd de hoc etiam hic reprehendendus ſit.

2 Præterea, Iuſtitia eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt: ſed ſicut dicit Philoſophus, concupiſcentiæ & furoris nihil eſt ſuum niſi nomine rationis, ſicut ſeruus nihil poſſidet niſi nomine domini: ergo videtur, quòd non ſit iuſtitiæ ſubiicere concupiſcibilem & iraſcibilem rationi.

3 Præterea, Hoc magis videtur eſſe fortitudinis & temperantiæ, quarum eſt refrænare inordinatos motus virium harum: & ſic non videtur eſſe iuſtitiæ.

Ad hoc breuiter dicendum, quòd vnius ad ſe non eſt iuſtitia propriè dicta, ſed iuſtitia metaphorica, de qua concedit Philoſophus, quòd ſit vnius ad ſe, vel domini ad ſeruum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Z Deinde oſtendit quibus ſit iuſtum, in alios iuſta exercere. Et dicit, quod Demophilo & aliis monachis, debent determinare iuſta diaconi, & his ſacerdotes, quibus *hierarchæ*, id eſt, Epiſcopi, & his Apoſtoli, vel Apoſtolorum ſucceſſores, ſicut Primates & Patriarchæ. Et ſi vnus ex iſtis errauerit, debet corrigi ab aliis: & ſic non peruertetur ordo Eccleſiæ. Et demum recapitulat quod dixerat de ordinatione etiamſi iuſta feciſſet, vt per ſe patet.

Aa *Sed de inhumanitate in virum, &c.* Hic arguit eum de inhumanitate actus, & primò oſtendit inhumanitatem actus ipſius eſſe reprehenſibilem per ſe, ſecundò per oppoſitionem ad Chriſtum, ibi, *Cæterum ibear bicus, &c.* Dicit ergo primò, quòd neſcit quomodo ſufficienter poſſit plangere *contritionem*, id eſt, caſum eius quem ſpecialiter ſibi dilectum dicit, quia conſecrauit eum in monachum ad expiationem pro enormitate delicti. *Etenim cuius famulum te eſſe à nobis ordinatum arbitraris: etenim niſi boni*, ſcilicet Dei: antiquitus enim monachus, alio nomine therapeuta dicebatur, vt dictum eſt in Eccleſiaſtica hierarchia, quaſi famulator, quia in obſequium Dei deputatus erat, relictis ſecularibus curis. Et dicit, quòd niſi ſe corrigat, neceſſe eſt quòd ſit alienus & ab ipſo diacono ordinante ipſum, & à monachatu in quo ordinatus erat. Et tunc maximè dicit, quòd quærat ſibi alium Deum & ſacerdotes qui magis deprædentur animam ipſius quam perficiant: & tunc erit inflexibilis monachus, aut miniſter *amicæ inhumanitatis*, id eſt, dæmonum, quibus inhumanitas amica eſt. Et vt continuet ſe ad exaggerationem criminis, ſubiungit, quòd cum non ſimus ex toto perfecti, indigemus etiam in nobis diuina benignitate: aut nos qui ſumus à populo ſegregati, ſicut eloquia dicunt 23. Mat, *duplex peccatum committimus ſecundum impios*, id eſt, quantum pertinet dicere ad illos, qui mali ſunt: quia & nobis ipſis & aliis qui nos imitantur, cauſa perditionis ſumus. Et tamen neſcimus in quo offendimus. Et deinde inuehitur contra eum, & dicit, quòd de facto ſuo *ſtupuit cælum*. Metonymia eſt, & ponitur continens pro contento, id eſt, Angeli qui ſunt in cælo: & ſumitur Ierem. 5. Et dicit, quòd ipſe totus exhorruit, & quod non credit ſibiipſi: & ſi ipſe non ſuis literis ſcripſiſſet, nullus potuiſſet ei perſuadere, quòd Demophilus faceret aliquid, in quo oſtenderet ſe putare, quod Deus qui ad omnia bonus eſt, ſolos homines non amet: aut quod ipſe non indigeat miſericordia Dei. Sed ſacerdotes qui condeſcendunt infirmitatibus populi, ſcientes etiam ſe circundatos infirmitate, degradat, pellendo eos de Eccleſia. Et ſumitur ad Heb. 5.

Bb Deinde arguit inhumanitatem ipſius quantum ad Chriſtum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit humanitatem Chriſti, quamuis ipſe miſericordia non indigeat. Deinde ſecundò ponit ſecundam excuſationem ipſius & dicit ſe eam non recipere, ibi, *Hæc quidem multiplex eſt locutio, &c.* Tertiò oſtendit, quòd per vſum humanitatis in aliis, ſibi primo benefacit, & quod

contrarium

contrarium eſt de vſu inhumanitatis, ibi, *Ne rogo ne male, &c.* Dicit ergo primò, quòd non ſolum illi qui ſunt circundati infirmitate, ſuſtinent infirmitates aliorum, *ceterum*, id eſt, ſed, *thearchicus*, id eſt, diuinus principalis, *perfector*, id eſt, magiſter, *ſanctitatis*, *alia* ſanctitate *perfectius eſt*, quam alij: quia alij ſanctificantur per remotionem à peccato vel actuali vel ſaltem originali: ſed Chriſtus nunquam fuit non ſanctus: ſed eſt in ſanctitate factus, & ſegregatus à peccatoribus, ſicut Hebræorum 7. dicitur: & tamen in mundum veniens *facit manſuetum officium paſcendarum ouium demonſtrationem ſua delectationis* ad nos: dicit enim. Ego ſum paſtor bonus. Ioan. 10. & ad Petrum, Paſce oues meas, Ioan. vlt. & ſicut legitur Matth. 18. ſeruum qui noluit conſeruo ſuo dimittere debitum, neque in toto, neque in parte, etſi ei totum dimiſſum eſſet, vocat malignum. Serue, inquit, nequam, &c. Et indicat, quòd debeat *recipere propria*. id eſt, pœnas, quas meruit. Hoc timendum eſt & mihi & tibi. Vnde in ſua paſſione impetrat veniam à Patre impiè eum crucifigentibus. Pater, inquit, ignoſce illis, &c. Lucæ 23. *Et etiam increpat diſcipulos*, id eſt, filios Zebedæi, qui rogabant eum, vt iudicaret de impietate Samaritanorum perſequentium ipſum, inquantum nolebant ipſum recipere, ſicut legitur Lucæ 10.

C c Deinde ponit excuſationem ipſius dicens, quòd hoc multum replicabat, *ſurſum & deorſum*, id eſt, ex omni parte, in ſua epiſtola, eius temeritatem oſtendere, quod non facit ad vindictam ſuam, ſed ad vindictam Dei. Contra quod dicit: Dic mihi: nunquid debet bonum fieri per malitiam? Abſit, imò per miſericordiam exemplo pontificis quem habemus, qui poteſt compati infirmitatibus noſtris, ſicut dicitur Hebr. 10. *Sed & innocens eſt*. Matth. 12. *Non contendet neque clamabit*. Iſaiæ 61. ipſe eſt mitis. Diſcite à me quia mitis ſum Matth. 11. *Et propitiatio pro peccatis noſtris*. 1. Can. Ioan. 2. Et ideò dicit, quòd non recipit excuſatos motus ſuos *non zelabiles*, id eſt, non approbabiles, etiamſi millies ad ſui excuſationem exemplum de Phinees qui, vt dicitur Num. 25. zelo Dei commotus perfodit Zambri concubantem cum Madianite, reſumeret. Et exemplum Eliæ, qui vt dicitur 4. Reg. 1. fecit venire ignem de cælo, qui conſumpſit duos quinquagenarios cum ſuis militibus. Quia quando diſcipuli dixerunt ad Ieſum, quòd ſimiliter faceret, ipſe non recepit: quia tunc illi diſcipuli non erant participes boni & mitis ſpiritus. Vnde dixit eis: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Lucæ 9. Et etiam Paulus docet in manſuetudine docere reſiſtentes veritati. 2. ad Tim. 2. quia ignorantes conuenit doceri, non puniri, ſicut nec cæcos punimus, ſed manuducimus. Sed tu non ita feciſti, imò peccatorem, qui per pœnitentiam incipiebat reſpicere ad verum lumen, percuſſiſti in maxilla, & repuliſti eum qui cum verecundia acceſſerat confiteri peccata ſua. Et hoc eſt dignum multo horrore, quòd talia feceris ei quem Chriſtus in montibus errantem quærit, &c. & ſumitur de parabola centum ouium Lucæ 15.

D d Deinde hortatur eum ad humanitatem per bona quæ eam conſequuntur, & per mala quæ conſequuntur ex contrario: & primò quantum ad damnum & lucrum virtutum, ſecundò quantum ad præmia, ibi, *Et iſti quidem, &c.* Dicit ergo primò. Rogo ne contra noſipſos conſiliemur malum, neque impingamus contra nos ipſos enſem exercendo inhumanitatem contra eos: & ingeminat verba ad maiorem confirmationem. Connumerat autem ſeipſum ei, vt facilius admonitionem ſuſcipiat: quia qui vult aut iniuriam, aut miſericordiam exercere in alterum, non ſemper proficere poteſt in ipſum, ſed in ſe ſemper reportat lucrum virtutum per humanitatem, aut paſſionum inhumanarum, ſicut ſunt inuidia, odium, &c. per inhumanitatem. Deinde dicit, quòd illi qui humanitatem exercent in alios, erunt comites æqualium & ſequaces ſuperiorum Angelorum, & in hac vita per ſimilitudinem virtutis, & in futura per ſimilitudinem gloriæ, vbi cum omni pace, liberati à malis, *in æuo*, id eſt, in æternum *hæreditabunt beatiſſimos fines*, id eſt, cæleſtis regni terminos, & quod eſt omnium optimum, ſemper erunt cum Deo habentes Deum, qui eſt omnium bonum maximum. Et ſumitur de epiſtola 1. ad Teſſa. 4. Sed illi qui inhumanitatem exercent in alios, cadent à pace diuina, & à ſua: quia non eſt pax impiis, ſicut dicitur Iſa. 57. & erunt ſemper cum dæmonibus hîc & in futuro ſeculo, vt habeant ibi tortores in pœnis, quos habent hîc incentores in culpis. Et ideò debet eſſe nobis magnum ſtudium, vt ſimus cum Deo, ne ſegregemur cum malis ex meritis noſtris à iudice Chriſto. Et hoc ſumitur Matth. 25. Et hoc dicit ſe ſuper omnia timere, & rogat ſe non fieri participem illorum malorum, quæ ſegregati patientur.

Et ſi vis & diuinam viſionem, &c. In parte E e
iſta arguit eum per quandam viſionem: & primò ponit occaſionem viſionis: ſecundò viſionem ipſam, ibi, *Hac autem dicens, &c.* Circa primum duo facit. Primò ponit actionem ex parte eorum, de quibus videbatur viſio & qualiter Carpus debuiſſet ſe habere ad eos. Secundò ponit actionem ex parte Carpi, qui viſionem vidit, ſcilicet quia non ſe habuit ad illos ſicut debuit, ibi, *Sed in ſeipſo non prius, &c.* Dicit ergo primò, quòd vult ad correctionem ſuam recitare viſionem cuiuſdam ſancti viri, & dicit de ipſa viſione, quòd verè fuit, non ſomnium, ſed viſio in oratione oſtenſa imaginariè. Dicit ergo primo, quòd cum ipſe eſſet in Creta, hoſpitatus eſt apud quendam ſanctum virum nomine Carpum, qui poſtea martyr fuit: & hic erat multum aptus ad diuinas viſiones, propter munditiam ſuæ mentis, quamuis & aliqui alij eſſent apti ſicut ipſe: & ob hoc nunquam voluit ſumere myſteria corporis & ſanguinis Domini, niſi in oratione, quæ conſueuit fieri ante conſecrationem, quam perfectionem vocat, quia eſt tela perfectionis, ſicut dicitur in Eccleſiaſtica hierarchia: vt prius diuina viſione ſibi amica & familiari conſolaretur. Dicebat ergo, quòd quidam infidelis, contriſtabat eum ex hoc, quod quendam fidelem à fide auerterat, & faciebat ſibi lætos dies in feſtis paganorum vel in aliis ſolatiis. Et dicit Dionyſius, quòd Carpus tunc debebat orare Deum, vt reduceret fidelem auerſum ad conuerſionem, & infidelem auertentem vinceret ſua bonitate, & quod debuiſſet eos

monere per totam vitam ipſorum *vſque hodie*, id eſt, vſque dum præſentis vitæ dies durant & ſic duceret eos ad cognitionem. Similiter *indicans hu, quæ erant dubia ipſis*, id eſt, circa eos, id aſt, non debebat diffidere de ſalute ipſorum, ſed indicare dubium, quia de venia non eſt deſperandum, quando in hac vita eſt, ſicut dicit Aug. *Et ſicut compulſiſ eis*, id eſt, debebat exhortationibus compellere eos, *caſtigari legali iuſtitia*, id eſt, vt caſtigarentur per iuſtitiam legis Dei, *quæ irrationabiliter fecerant*, vnus recedendo, & alius auertendo à fide.

Ff Deinde ponit actionem ex parte videntis, & dicit, quòd Carpus non patiebatur in ſe quod hoc faceret, ſed multas inimicitias intexebat animo ſuo contra eos, & ita malè habens in corde ſuo, infirmatus eſt & in corde circa veſperas: & in media nocte, ſicut ſolitus erat ſurgere ad diuinas laudes, ſurrexit magis à turbatione quam à ſomno, quæ intercidebat ſomnum eius: & dum Deo orando loqueretur, triſtabatur non ſanctè, dicens non eſſe iuſtum, quòd homines impij viuant, & illi qui peruertunt vias Domini rectas: & ſumitur de verbis Pauli ad Eliman Magum, Act. 13. Et rogabat eum, vt interficeret eos ambos fulguris combuſtione. In Græco enim eſt, πρηστῆρ, quod tantum valet ſicut ignis turbinis.

Gg Deinde ponit viſionem, circa quam quatuor facit. Primò ponit quomodo vidit ſuperiora, ſecundò quomodo vidit inferiora, ibi, *Deorſum autem inclinatum*, &c. Tertiò qualiter ipſe ſe habebat ad viſionem, ibi, *Dicebat autem Carpus*, &c. Quarto qualiter viſio terminata fuit, ibi, *Ieſum autem miſeratum*, &c Dicit ergo primò, quòd cum illa talia oraret, viſum eſt ei imaginaria viſione dum vigilaret, quòd domus concuteretur, & aperiretur in parte ſuperiori, & aperiretur in duas partes: & apparebat quædam fornax multi luminis in conſpectu eius: & dicitur fornax propter multitudinem luminis, & iſta fornax deſcendebat vſque ad ipſum de choro cæleſti, qui eſt locus *ſub æthere*, id eſt, ſub cælo: & videbatur ſibi, quòd cælum aperiretur, & quod Ieſus ſtaret *ſupra dorſa cæli*, id eſt, in conuexo ipſius, & circundabant ipſum infiniti Angeli in ſimilitudine humana, & ipſe videns mirabatur.

Hh Deinde dicit, quòd reſpiciebat deorſum, & terra videbatur ſibi aperta, & videbat quandam obſcuram & triſtem aperturam, vel profunditatem, vel hiatum: & videbat illos duos viros, quibus calumniabatur, ſtare iuxta illum hiatum, tremulos, & miſerabiles, qui iam ad demerſionem parati erant: tum propter inſtabilitatem propriorum pedum, in qua ſignificabatur ipſorum infirmitas: tum quia ſerpentes quidam aſcendebant de illo profundo, & inuoluebant ſe pedibus eorum, & trahebant eos, in quo ſignificabatur ſuggeſtio dæmonum: & quandoque etiam mordebant eos, & quaſi vi trahebant omnibus modis in illam triſtitiam, in quo ſignificabatur violentia dæmonum in eos quos iam captiuos vinculis peccatorum tenent: & etiam quidam homines ſtabant iuxta eos inter ſerpentes, qui impingebant & percutiebant eos, in quo ſignificatur malorum hominum conuerſatio, qui exemplis & verbis alios in malum trahunt, dæmonum cooperatores: & ſic illi miſerabiliter erant partim inuiti, & partim voluntarij, inquantum perſuadebantur quantum ad principium peccati, & cogebantur poſtquam peccati ſeruitio adducti erant.

Deinde dicit, quod Carpus iſta videbat, & delectabatur periculo eorum: & tantum delectabatur in inſpicere deorſum in pœnas eorum, quod negligebat inſpicere in ſuperioribus, & dicebat multum grauari, quod nondum ceciderant: & huic rei quam videbat de pœnis eorum, totus per inſpectionem ſuperpoſitus, triſtis & debilis fatigabatur, & difficile erat ſibi videre cælum ſicut prius viderat. Ii

Deinde dicit, quòd videbat Ieſum miſeratum de hoc quod fiebat circa illos, & ſurgebat de ſolio ſuo, & deſcendebat vſque ad illos per miſericordiæ officium: & Angeli deſcendebant cum ipſo, vt tenerent viros illos ne caderent, quidam vnum, & quidam alium. Et videbatur ſibi, quod Ieſus extendebat manum ad tenendum eos, & dicebat Carpo, Percute me. Quaſi dicat: Eripui quos eripi nolebas: & dicebat, quòd rurſus paratus erat pati pro hominibus ſaluandis ſi eſſet neceſſarium, non quòd futurum ſit Chriſtum iterum pati ſecundum Origenis errorem: & dicebat, quòd non erat ſibi carum, quod homines peccarent, quamuis peccatores liberare paratus eſſet. Et dicebat: Sed vide ſi bonum eſt tibi commutare habitationem cum iſto hiatu cum ſerpentibus, id eſt, dæmonibus, pro manſione cæleſti, in qua homines manent cum Deo & Angelis amicis hominum: quod tibi continget, ſi ab hac immiſericordia non reſipiſcas. Deinde ſubiungit Dionyſius, quòd cum hæc audiuerit à ſancto viro, credit ea eſſe vera. Kk

EPISTOLA IX.

Tito hierarchæ interroganti per epiſtolam, quæ eſt ſapientiæ domus, quis crater, quis cibus eſt & potus.

SAnctus quidem Timotheus, ô pulcherrime Tite, neſcio ſi aliquid eſt cognitorum mihi theologicorum ſignorum quod non audierit: ſed in Theologia ſymbolica bene diſcreuimus ipſi eloquiorum omnes de Deo viſas multis eſſe prodigiales locutiones. 1.

Etenim omnem incongruentiam duram imprimunt imperfectis animabus, quando ſecretæ ſapientiæ Patres per quędam occulta quidem & præſumpta ænigmata manifeſtant diuinam & myſticam & inuiam immundis veritatem. Pro- 2.

pro

pter quod & increduli ſumus multi
ſermonibus & diuinis myſteriis: vi
demus enim illa cum ſenſibilibus
ſignis aſſiſtentibus illis. Oportet au-
tem & reddentes ipſa in ſeipſis nu-
da & munda facta videre: ita enim
videntes honoremus fontem vitæ
ad ſeipſum effuſum, atque in ſei-
pſo ſtantem videntes, & vnam quã-
dam virtutem ſimplicem, per ſe
mobilem, per ſe operantem, ſei-
pſam non relinquentem, ſed co-
gnitionem omnium exiſtentem,
3. & ſemper per ſeipſam inſpicien-
tem.

Igitur arbitrati ſumus oportere
& ipſi, & aliis à nobis, ſicut poſſu-
mus, reſerare largiſſimas formatio-
nes ſignificatiuæ de Deo ſanctæ
compoſitionis: nam exteriora eius
quam incredibili & compoſitiuo
adimplentur prodigio? ſicut in ſu-
Pſal.109. perſubſtantiali Dei fœcunditate
ventrem Dei corporaliter Deum
gignentem componentis, & ver-
Pſal.44. Pſal.32. bum in aëra à corde virili eructuan-
te ipſum, & ſpiritum emiſſum ab
ore diſtribuentis, & ſinus dei-
genos in vlnis portantes Dei fi-
lium, vt decet corpus nobis lau-
dantis, aut ad modum plantarum
iſta componentis, & arbores quaſ
dam, & ſurculos, & flores, & ra
dices proponentis: aut fontes aqua-
rum emanantes, aut ſplendorem
productiuas lucis generationes, &
alias quaſdam ſuperſubſtantialium
theologiarum manifeſtiſſimas ſan-
ctas ſcripturas.

4. Intelligibilibus autem Dei pro-
uidentiis, aut donis, aut manife-
ſtationibus, aut virtutibus, aut pro-
prietatibus, aut finibus, aut man-
ſionibus, aut proceſſibus, aut di-
ſcretionibus, aut vnitione, homi-
nis compoſitione Deo, & ferarum
& animalium aliorum, & planta-
rum & lapidum variam formatio-
nem componentis: & ornatus ipſi
muliebres, aut barbaricas armatu-
ras circumponentis: & figulariam
& fuſoriam, ſicut operanti in igne
cuidam apponentis: & equos ipſi,
& currus, & thronos ſubſternentis,
& cibos pulmentificos conſtruen-
tis, & potatum & inebriatum &
dormientem & crapulatum com-
ponentis.

Quid ſi dicat quis iras, triſtitias 5.
omnimoda iuramenta, pœniten-
tias, maledictiones, inſanias, mul-
tiformia & obliqua peccati pro-
miſſionum ſophiſmata: in Geneſi
gigantium pugnam inſidiari ex ti-
more dicitur potentibus illis viris,
& hoc ad ædificationem, non ad
iniuriam quorundam aliorum, ſed
pro ſaluatione ſuiipſorum machina-
tis: & concilium illud in cælo, in 3.Reg.22.
dolo & deceptione Achab conſtru-
ctum: & Canticorum materiales & Cant.4.&
amatorias & multas paſſiones, & 5.
quæcunque alia ſunt omnia auden-
tis Dei compoſitionis, ſanctæ com-
poſitiones apparentes occultorum,
propoſitæ & multiplicatæ & diuiſi-
biles ſingularum & indiuiſibilium,
& figuratiuę & multiformes infigu-
rabilium & informabilium.

Quorum ſi quis poſſet videre in- 6.
tus abſconditum decorem, inueniet
myſtica & deiformia omnia, & mul-
to theologico lumine adimpleta.
Non enim æſtimamus apparentes
compoſitiones pro ſeipſis eſſe com-
poſitas, ſed eſſe propoſitas cauſa
ſecretæ & inuiſibilis multis ſcientię,
quod non ab immundis facilè ca-
piantur ſanctiſſima: ſolum autem
reuelantur ſanctitatis propriis ama-
toribus, ſicut omnem puerilem
phantaſiam in ſanctis ſignis de-
ſtruentibus & ſufficientibus tranſire
mentis ſimplicitate & contempla-
tiuæ

tiuæ virtutis bonitate ad ſimplicem & ſupernaturalem & præcollocaram ſignorum veritatem.

7. Et aliter & hîc intendere oportet duplicem eſſe Theologorum traditionem, hanc quidem ſecretam & myſticam, illam apparentem & notiorem: & hanc quidem ſignificatiuam & perfectiuam, illam autem myſticam & receptiuam: & complicitum eſt, dicendo non dicendum. Et hoc quidem perſuadet & ligat veritatem, illud autem operatur & collocat in docibilibus myſteriorum perfectionibus.

8. Et quidem neque in ſanctorum myſteriorum perfectionibus, noſtræ aut legalis traditionis ſancti Magiſtri à Deo conuenientibus abſtinuerunt ſignis: ſed & ſanctiſſimos Angelorum per ænigmata myſticè diuina producentes videmus, & ipſum Ieſum in parabolis theologizantem & deifica myſteria per figuratiuam cœnam tradentem.

9. Etenim conueniens erat non ſolum incontaminata ſeruari à multis ſancta ſanctorum, ſed & ipſam humanam vitam indiuiſibilem ſimul & diuiſibilem exiſtentem, iuxta proprietatem ſuam diuinis illuminari cognitionibus: & impaſſibile animæ quidem ad ſimplices & intimas deiformium inſignium ſegregare viſiones, paſſibile autem ipſius connaturaliter currere, ſimul & extendere ad diuiniſſima ingenioſè antecompoſitionis figuratiuorum ſignorum figurationibus, cui cognita talia naturaliter ſunt velamina.

10. Et monſtrant quicunque & ante velamina extra Theologiam planam cum audierint, in ſeipſis componunt figuram quandam ad intellectum dictæ Theologiæ ipſos manuducentem. Et etiam ipſa apparentis omnis mundi operatio eſt inuiſibilium Dei propoſitio, quemadmodum dicit & Paulus & verus ſermo Propter quod & Theologi quædam quidem ciuiliter & legaliter inſpiciunt, quędam autem mundatiuè & incontaminatè, & quædam quidem humanè & mediè, quædam autem ſupermundanè & perfectiuè. Et aliquando quidem à legibus apparentibus, aliquando quidem ab occultis legibus, ſecundum hoc quod conuenit ſubiectis ſanctis rebus, & mentibus, & animabus Non enim hiſtoriam habet vacuam, ſed viuificam perfectionem, propoſitus ipſis & vniuerſis & per omnia ſermo.

Oportet igitur & nos pro litigatiua de ipſis ſuſpicione intra ſancta ſigna, vt decet, ſanctos tranſire, & neque inhonorare ipſa diuinorum characterum exiſtentia germina & expreſſiones & imagines manifeſtas ſecretas & ſupernaturalium viſionum. Etenim non ſola ſuperſubſtantialia lumina, & intelligibilia, & ſimpliciter diuina figuratiuis variantur ſignis, ſicut ſuperſubſtantialis Deus ignis dictus, & intelligibilia: ſimul & intellectualium Angelorum deiformes ornatus formis variis deſcribuntur & multiformimus & igneis formationibus. 11. Deut. 4. Pſal. 119.

Et aliter oportet eandem ignis imaginem de Deo quidem ſuper intellectum dictam accipere: aliter autem de intelligibilibus ipſius prouidentiis aut rationibus. Et quidem hanc ſecundum cauſam, illam autem ſecundum eſſentiam quandam, aut ſecundum participationem, & alia aliter, ſicut ſecundum ipſa contemplatio & ſapiens ordinatio conſtituit: & non ſicut caſu ſancta ſigna confundere, ſed conuenienter 12.

uenientet ipſa cauſis, aut eſſentiis, aut virtutibus, aut ordinationibus, aut dignitatibus aperite, quorum ſunt manifeſtatiuæ compoſitiones.

13. Et vt non infra quam conuenit epiſtolam faciamus, ad ipſam propoſitam à nobis quæſtionem iam eſt eundum. Et dicimus, quòd omne alimentum perfectiuum eſt eorum quæ aluntur, imperfectionem ipſorum & indigentiam adimplens, & infirmum curans, & vitam ipſorum ſeruans, & reflorere faciens, & renouans, & viuificum ipſis bonum affectum donans, & ſimpliciter à triſtante & imperfecto liberans, & lætitiã ipſi & perfectionem largiens. Vnde ergo ſuperſapiens & bona ſapientia ab eloquiis laudatur, cratera myſticum ſtatuens, & ſanctum ipſius potum propinans. Magis autem ante hæc fortia alimenta proponens, & cum alta prędicatione ipſam rogantibus ipſa benignè immittens. Duplex igitur alimentum diuina ſapientia proponit, vnum quidem forte & manens, aliud autem humidum & profuſum, & in cratere donat prouiſiuas ipſius bonitates.

14. Igitur crater quidem rotundus exiſtens & apertus ſignum fit exiſtentis ſimul & ad omnia circumeuntis carentis principio & interminabilis totorum prouidentię: ſed quoniam ad omnia procedens manet in ſeipſa & ſtat immobili idemtitate & perfectè, inegreſſibili à ſeipſa collocata ſingulariter & fixè & ipſe crater ſtat.

15. Ædificans autem & ſapientia domum ſibiipſi dicitur, & ipſa fortia alimenta & potus & craterem proponens, quod fit diuina, ſicut decet Deum, conferentibus manifeſtum quidem eſt & prouidentia perfecta eſt, quæ eſt cauſa vt ſint omnia, & ad omnia procedit, & in omni fit, & continet omnia, & rurſus ipſa in ſeipſa ſecundum exceſſum nihil in nihilo ſecundum quod nihil eſt, ſed ſegregatur à totis ipſa in ſeipſa eodem modo & æternaliter exiſtens, & ſtans & manens, & ſemper ſecundum eadem & eodem modo habens, & nunquam extra ſe ipſam facta, neque à propria ſede & immobili manſione & eſſentia deficiens, ſed in ſeipſa totas & perfectiſſimas prouidentias optimè operans, & proueniens in omnia & manens in ſeipſo & ſtans ſemper motus. Sed ſicut aliquis dicat proniſiuas operationes in manſione & manſionem prouidendo & naturaliter ſimul & ſupernaturaliter habens.

Sed quòd eſt forte alimentum, & quod humidum. Iſta enim bona ſapientia date ſimul & prouidere laudatur. Igitur forte quidem alimentum compoſirionem fore arbittor intellectualis & manentis perfectionis & idemtitatis ſecundum quam diuina ſecundum fortem & ſtantem & vnitiuam & indiuiſibilem cognitionem participantur ab intellectualibus ſentiendi inſtrumẽtis illis quibus diuiniſſimus Paulus ex ſapientia accipiens vere forte alimentum tradit. 16.

Humidum autem diffuſiuè ſimul & omnia procedere ſtudentis affluentiæ, & adhuc per varia & multa & diuiſibilia ab iſtis ad ſimplicem & non tremulam Dei cognitionem nutritos iuxta proprietatem ſuam bonitate manuducentis. Propter quod & rori & aquæ diuina & intelligibilia eloquia, & lacti & melli & vino aſſimilantur, propter vitæ generatiuam ipſorum ſicut in aqua virtutem, & augmentatiuam ſicut in lacte, & reuiuifi- 17.

catiuam ſicut in vino, & mundificatiuam ſimul & ſeruatiuam ſicut in melle. Hęc enim diuina ſapientia donat accedentibus copioſè ipſis & indeficienter alimentorum affluentiam largiens & ſupermanans. Hoc igitur verè alere, & propter iſta viuificata ſimul & puerorum nutritiua & renouatiua & perfectiua eſt laudata.

18. Secundum iſtam autem ſanctam alimenti reſerationem & ipſe omnium optimus inebriari dicitur propter ſuperplenam & ſuper intellectum alimenti, aut vt magis propriè dicatur, bonæ habitudinis Dei perfectam & ineffabilem immenſurationem. Sicut enim in nobis ſecundum peius ebrietas incommenſurabilis adimpletio eſt, & mentis & ſenſuum exceſſus: ita ſecundum melius in Deo ebrietatem non aliud aliquid oportet cogitare quam ſuperplenam ſecundum cauſam præexiſtentem in ipſo omnium bonorum incommenſurationem, ſed & exceſſum ſciendi qui conſequitur ebrietatem, & exceſſum Dei qui eſt ſuper intellectum conuenit arbitrari, ſecundum quem ſegregatur ab intellectu, qui eſt ſuperintelligere & intelligi & ipſum eſſe: & ſimpliciter ab vniuerſis quæcunque ſunt bona inebriatus ſimul & extaſim paſſus eſt Deus, omnibus ipſis ſimul & ſuperplenus exiſtens immenſurationis omnis exceſſum, & rurſus extra & vltra tota ſurſum poſitus.

19. Ab iſtis quidem moti & conuiuia ſanctorum in regno Dei ſecundum eundem accipiemus modum. Tranſiet enim tunc ipſe rex & recumbere faciet ipſos, & ipſe miniſtrabit illis. Manifeſtant enim hæc communem quandam & conſentientem ſanctorum in diuinis bonis adimpletorum & reclinatorũ communionem & Eccleſiam primitiuorum deſcriptorum in cælis, & ſpiritus iuſtorum omnibus bonis perfectos, & omnibus bonis adimpletos.

Et reclinationem quietem opinamur à multis laboribus, & vitam ſine læſione, & conuerſationem diuinam in lumine & regione viuentium, vniuerſo bono affectu ſancto adimpletam, & copioſiſſimorum & beatiſſimorum donorum copioſam donationem, ſecundum quam lætitia vniuerſa ſunt adimpleta. Hoc idem eſt lætari Ieſu recumbere facientis ipſos & miniſtrantis, & æternam quietem & adimpletionem bonorum diſtribuentis ſimul & infundentis. Inquirens ante bene noui diuulgatum ſomnum Dei & euigilationem referari. Et quando dicimus diuinum ſomnum eſſe ſegregatum Dei & incommunicabilè à prouiſis, euigilationem autem attentionem ipſius ad prouidendum indigentibus diſciplina aut ſaluatione ad alia theologica ſigna tranſibis. 20.

Quapropter & ſuperfluum eſſe arbitrati eadem eiſdem reuoluentes, alia videri dicere ſimul aut & nos cognoſcentes ad credendum bona, ea quidem quæ ſunt epiſtolæ in dictis finiemus, cum expoſuerimus, ſicut arbitror, plura quam noſtris literis debeantur. Ipſam autem totam noſtram ſymbolicam Theologiam mittimus, in qua inuenies cum ſapientiæ domo & columnas ſeptem diſcretas, & forte alimentum ipſius in ſacrificia & panes diuiſim, & quæ vini mixtio, & rurſus quæ ab ebrietate Dei & crapula, & ipſa etiam non dicta, diffuſius in ea ſunt diſcreta, & eſt, vt arbitror, omnium ſymbolicarum 21.

Theologiarum

Theologiarum inuentio bona, & conueniens eloquiorum ſanctis traditionibus & veritatibus.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Sanctus quidem Timotheus, ô pulcherrime Tite, &c.

A EGo viſiones multiplicaui in eis, & in manibus Pophetarum aſſimilatus ſum. Oſeæ. 12. Ex verbis iſtis poteſt trahi materia iſtius epiſtolæ, in qua Dionyſius tradere intendit ſuccinctè & breuiter artem de ſymbolica Theologia Tito Epiſcopo Dalmanæ (cui & Paulus epiſtolam ſcribit) quærenti à Dionyſio per ſuam epiſtolam, quæ ſit ſapientiæ domus, cibi, & alia quæ in titulo habentur. Tanguntur enim duo in verbis præpoſitis, in quibus conſiſtit integritas artis ſymbolicæ Theologiæ, ſcilicet multiplicitas figurarum & ſymbolorum, quæ notatur in hoc quod dicit, *Ego viſiones multiplicaui*, & modus expoſitionis ſymbolorum ex hoc quod ſequitur, *Et in manibus*, &c. Circa primum iterum duo notantur, ſcilicet multitudo ſymbolorum, & proportio eorum ad nos. Circa primum etiam duo notantur, ſcilicet author multitudinis dictæ qui eſt Deus, in hoc quod dicitur, *Ego*, quia ipſius authoritate tradentes ſacram Scripturam varijs ſignis contradicunt, ſignantes ipſum multipliciter, propter multas ipſius virtutes, quæ in ipſius effectibus relucent. Secundò tangitur multitudo ipſa, in hoc quod dicitur, *Viſiones multiplicaui*. Multiplicantur autem viſiones dupliciter, ſcilicet quoad videntes, quorum alius videt ſenſibili viſione, alius imaginabiliter, alius intellectualiter, vt dicit Auguſtinus: & hoc poteſt trahi de hoc quod dicitur à Domino de Moyſe Num. 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, in quo tangitur corporalis viſio, aut ſenſibilis, à qua transfertur primò nomen viſionis: vel per ſomnum loquar ad illum, in quo tangitur viſio imaginaria, quia in ſomno ſenſus exteriores vacant, & imaginatio intenditur in ſuo actu. At non talis ſeruus meus Moyſes, &c. Et infra: Palam non per ænigma & figuras videt Deum, in quo oſtenditur altiſſimus modus conceptionis ſecundum ſtatum viæ: & hæc eſt intellectualis viſio, quia ad contemplationem patriæ non peruenit. Secunda multiplicatio eſt ex parte viſorum ſecundum quod diuerſis figuris ipſum diuerſi viderunt, vel hominis, vel ignis, &c. Quæ in litera tanguntur, de hac intelliguntur: quia dicitur ad Hebr. 1. Multifariam multiſque modis, &c. Proportionalitas autem eorum ad nos tangitur in hoc quod dicitur, *Eis*, quia nec propter eum, nec propter Angelos qui ſine velamine vident, fuit neceſſarium tales figurationes adinuenire, ſed propter nos, quibus connaturale eſt per ſenſibilia accipere diuina: vnde dicitur Exod. 34. Poſteriora mea videbis. Et Iſaiæ. 6. Ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum: & dicuntur poſteriora & inferiora, ipſius effectus, quibus impleta militans Eccleſia manuducitur in ipſius Dei cognitionem. Modus autem expoſitionis eſt per inſpectionem ſimilitudinis, ſicut etiam dicit Philoſophus de expoſitionibus ſophiſmatum, quando inſpectis proprietatibus rerum ſub quarum figura deſcribitur Deus, per ſimilitudinem proportionalitatis in diuina conſcendimus: & ideò dicitur Dan. 10. Intelligentia opus eſt in viſione, quæ ſcilicet viſio ſimilitudines in Deum referat. Et hoc notatur in hoc quod dicit, *In manibus Prophetarum aſſimilatus ſum*: & dicitur aſſimilari in manibus, quia Prophetæ non ſolum verbis, ſed etiam operibus occulta Dei ſignificabant: ſicut de Oſea patet, qui duxit fornicariam vxorem, & in multis alijs.

His igitur viſis, ſciendum eſt, quòd iſta epiſtola diuiditur in duas partes. In prima ponit generalem artem exponendi ſymbolica de Deo dicta. In ſecunda exponit ſpecialiter ea de quibus Titus quærit, ibi, *Et vt non infra quam conuenit epiſtolam faciamus, &c.* Prima diuiditur in duas. In prima ponit neceſſitatem. In ſecunda ponit ipſum generalem modum, ibi, *Nam exteriora eius, &c.* Circa primum tria facit. Primò remittit eum ad ſymbolicam Theologiam, quam Timotheo ſcripſit, in qua fuſius iſtam artem tradidit. Secundò ponit neceſſitatem artis, ibi, *Etenim omnem incongruentiam duram, &c.* Tertiò concludit propoſitum, ibi, *Igitur arbitrati ſumus, &c.* B

DVBIVM.

AD EVIDANTIAM autem eorum quæ hic dicuntur, quæritur vtrum iſte modus qui eſt per ſymbolica, conueniat ſacræ Scripturæ. Et videtur, quòd non: altiſſimæ enim ſcientiæ conuenit altiſſimus tradendi modus: hic autem eſt quando res per propria traduntur: vnde etiam in problematibus reprehenduntur metaphoricæ locutiones, ſicut patet in ſecondo capite. Ergo cum Theologia ſit altiſſima ſcientia, & maxime quantum ad partem illam quæ tractat de Deo, quam ſolam Theologiam Dionyſius vocat, videtur quòd non ſit modus eius per figuras & ſymbola procedere. C

2 Ad idem, Modus infimæ ſcientiæ non debet attribui ſupremæ ſcientiæ: ſed modus per huiuſmodi figuras tradendi, eſt poëticæ artis, quæ inter omnes eſt minus nobilis, quia finis eius eſt etiam rhetoricæ deterior: ergo non debet iſte modus eſſe Theologiæ, quæ eſt altiſſima ſcientia.

3 Præterea, Nullius ſcientiæ eſt præuenire iudicium rationis, niſi eius quæ non habet vnde rationem perſuadeat: talis autem ſcientia eſt imperfectiſſima: cum igitur per huiuſmodi ſymbola præueniatur iudicium rationis, videtur quòd iſte modus non ſit Theologiæ, quæ eſt perfectiſſima ſcientiarum.

4 Præterea, Nullius doctrinæ modus debet eſſe occultans propoſitum, cum omnis doctrina ſit ad manifeſtationem alicuius: ſed per hæc ſymbola occultantur ea quæ in ipſis traduntur: vnde etiam in litera dicitur, quòd propter hoc multi non credunt diuinis eloquiis: ergo vide-

tur, quòd iſte modus non ſit conueniens Theologicæ doctrinæ.

Ad oppoſitum. Quod non habet aliquid prius, per quod manifeſtari poſſit, ſi eius differentiæ & paſſiones ignorantur à nobis, oportet quod per poſteriora & ſimilia manifeſtetur: talis autem eſt Deus, vt per ſe patet: ergo oportet, quòd per ſimilia nobis nota manifeſtetur, & hæc ſunt ſymbola.

2 Præterea, Dionyſius dicit in ſecundo cap. Cæleſtis hierar. quod quanto ſimilitudines ſumuntur à rebus vilioribus, tantò ſunt conuenientiores nobis ad ſignificandum ſpiritualia, cum in eis minus poſſimus detineri, & tamen non ſunt omninò vacua à nobilibus proprietatibus: ſed inter omnia entia, ſenſibilia & corporalia ſunt minus nobilia: ergo per ea conuenientiſſimè nobis manifeſtantur diuina.

Sed dicendum, quòd de Deo verius ſcimus quid non eſt, quam quid eſt, ſicut patuit ex myſtica Theologia: & ideò ea quæ ſunt manifeſtioris remotionis ab ipſo, ſunt conuenientia ad reducendum nos in Deum: & ideò modus per ſymbola eſt maximè conueniens Theologiæ: & concedimus rationes ad hoc.

Ad primum autem dicendum, quòd ſcientiæ altiſſimæ proportionatæ nobis (qualis eſt metaphyſica) modus debet eſſe altiſſimus per prima principia: ſed Theologia eſt altior excedens noſtram proportionem: & ideò oportet, quòd manuducamur in ipſam per connaturalia nobis.

Ad ſecundum dicendum, quòd modus ſymbolicæ Theologiæ eſt alius à modo poëſis: quia modus poëſis eſt falſus: eſt enim modus poëtæ, vt inhæreat anima ſuis figmentis, in quibus accipiat vel horrorem vel delectationem eius quod intendit perſuadere vel diſſuadere: & ſi per illa figmenta in aliquid ducatur, totum eſt proportionatum nobis: ſed Theologia non proponit nobis ſymbola vt eis adhæreatur, ſed intendit remouere ab eis, & per ſimilitudines in eis repertas manu ducere in id quod eſt ſupra noſtram proportionem. Et per hoc etiam patet ſolutio ad tertium. Quia Theologus non intendit præuenire iudicium rationis, ſed ratione manifeſtare ea quæ ſunt ſupra proportionem ipſius per connaturalia ſibi. Poëta autem proponit ea quæ deficiunt à ratione, quibus ratio non conſentiret: & ideò præuenit quibuſdam motiuis ſtuporem excitantibus, quibus anima detineatur.

Ad quartum dicendum, quòd quamuis huiuſmodi ſymbola occultant veritatem inquantum ſunt ſenſibilia quædam, tamen inquantum ſunt relata ad ſpiritualia, manifeſtant ea: referuntur autem ſymbola ſenſibilium in ſpiritualia per ſimilitudinis inſpectionem (vt dictum eſt). non quę ſit ſecundum participationem eiuſdem qualitatis, quia omninò differentes ſunt qualitates corporalium & ſpiritualium, neque ſecundum proportionem ad illa quæ improportionabilia ſunt, nec eſt eis quantitas eiuſdem rationis, ſed per ſimilitudinem proportionalitatis, in qua oportet quatuor facere, ſcilicet accipere proprietatem rei ſenſibilis, & comparare eam ad ſuum actum, & ſimilem comparationem inuenire proprietatis rei ſpiritualis ad ſuum actum: ſicut proprietas leonis eſt animoſitas per quam vincit omnia animalia reſiſtentia: ſimiliter Deus ſua virtute ſuperbos & ſibi reſiſtentes deiicit. Non eſt igitur neque virtus neque actus victoriæ eiuſdem rationis in Deo & leone, ſed tantum comparatio: quia ſicut ſe habet virtus leonis ad ſuam victoriam, ita virtus diuina ad ſuam; & hæc eſt ſimilitudo proportionalitatis, quæ ſemper eſt ad minus inter quatuor, vel re, vel ratione, quando vno vtitur vt duobus: ſicut ſi dicatur: ſicut ſe habet quatuor ad duo, ita ſex ad tres: vel ſicut ſex ad quatuor, ita decem ad ſex.

Alia autem quæ hîc eſſent quærenda, expedita ſunt in primo & ſecundo cæleſtis hierarchię & in myſtica Theologia.

EXPOSITIO TEXTVS.

D Dicit ergo primo. *O Tyre pulcherrime*, pulchritudine virtutum, neſcio ſi aliquid ſcio de Theologicis ſymbolis (quæ ſigna vocat quia Deus in eis ſignificatur nobis) quod ſanctus Timotheus non audiens à me, in lib. ſymbolicæ Theologiæ, qui tranſlatus non eſt, in quo ſigillatim & diſcretè determinauit omnes locutiones de Deo ſymbolicè dictas: quæ in multis videntur eſſe prodigiales ad modum poëmatum, quæ dicuntur quædam inſolentia: & eius non eſt alia ratio niſi vt producantur homines in admirationem: dicitur enim prodigium, quod procul à digito, id eſt, ab oſtenſione eſt.

E Deinde ponit duas cauſas neceſſitatis huius artis. Prima eſt ex parte ipſorum ſymbolorum. Secunda ex parte ipſius veritatis, quæ in ſymbolis traditur: & hæc incipit, ibi, *Oportet autem & reddentes, &c.* Circa primum duo facit: primò ponit cauſam neceſſitatis, ſecundò manifeſtat per effectum, ibi, *Propter quod & increduli, &c.* Dicit ergo primò, quòd ideò neceſſarium eſt iſtas locutiones exponere: quia faciunt quandam incongruentiam in animabus imperfectorum, quibus videtur incongruum, quod ſancti Patres tradentes occultam Dei ſapientiam, manifeſtant diuinam virtutem, ad quam non eſt via aliqua immundis, quia non argumentis, ſed deuotione acquiritur. *Per quædam occulta*, id eſt, per quædam alterationes & ſimilitudines: quia priora licet non natura, tamen ſunt minus nota nobis, *& præſumpta ænigmata*, id eſt, quaſdam allegorias quæ de Deo dicere, videtur præſumptio, ſicut quando manifeſtatur per ſymbola imperfectionem habentia: vt quando dicitur ebrius, vel dormiens, vel iratus: ænigma enim ſumitur hîc pro quolibet modo allegoriæ, non ſecundum quod definitur in barbariſmo, quod eſt quæſtio in obſcuritate verborum implicata: quia hoc non multum vſitatum eſt in ſacra Scriptura. Deinde manifeſtat hanc incongruentiam per effectum, & connumerat ſe aliis, & dicit, quòd propter ea multi, ſcilicet non ſapientes, ſunt increduli diuinis eloquiis, videntes ea tradita per quædam ſenſibilia, à quibus non ſe ſeparant, ſed in eis immorantur. Deinde ponit ſecundam cauſam neceſſitatis,

ceſſitatis, & dicit, quòd etiam ex parte ipſius veritatis neceſſaria eſt expoſitio ſymbolorum: quia neceſſarium eſt vt per expoſitionem reddamus ea munda, & nuda à ſymbolis, & ſic videamus ea non remanentes in ſymbolis, ſicut Deus dicitur fons vitæ, ſicut in Pſal. 36. Apud te eſt fons vitæ: vel ſapientiæ Eccleſ. 1. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis. Videmus enim in fonte aquæ materialis, qui eſt principium fundens aquam per ſe, quod tamen ſemper habet aquam in ſe ſtantem propter perpetuam ſcaturitionem: & ideò principium fontis accipitur in Deo, quod eſt quædam virtus ſimplex: quia quod non eſt primum, eſt compoſitum, ſed primum ſimplex eſt, quod non eſt in alio, ſed per ſe mouetur, & per ſe operatur, & nunquam ſe relinquit, ſemper manens in altitudine ſuæ naturæ. Et quod dicitur fons ſapientiæ, ſignificat quòd ipſe eſt cognitio omnium cognitionum, & quòd per ſe & non ab alio principio habet quod inſpiciat omnia, ſicut fons per ſe fundit totam aquam fluminis.

DVBIVM.

F Sed videtvr eſſe falſum, quod dicit: quia ſicut dicitur in primo cap. cæleſt. hierar. Impoſſibile eſt aliter nobis diuinum radium ſuperlucere, niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum: ergo videtur, quòd in ſtatu viæ non poſſumus nudam veritatem diuinam inſpicere.

2 Præterea, Omnis effuſio fit ad aliquid aliud: & ita videtur falſum dicere, quòd fons ſit effuſus ad ſeipſum.

3 Præterea, Philoſophus probat in 8. phyſic. quòd nihil eſt mouens ſeipſum: ergo falſum dicit, quod eſt per ſe mobile.

4 Præterea quæritur, ſecundum quid ſumuntur illa quatuor quæ dicit.

5 Præterea, Diuerſorum cognoſcentium ſunt diuerſæ cognitiones: & ita videtur, quòd vna non ſit omnium cognitio.

Sed dicendum ad primum, quòd quantum ad principium contemplationis oportet, quòd in ſtatu viæ per ſymbola luceat nobis radius diuinę veritatis: ſed in fine per ſymbola in ipſam nudam veritatem venimus.

Ad ſecundum dicendum, quòd dicitur fons effuſus ad ſe: quia non habet aliud principium ſuæ effuſionis, ſed à ſe ſibi eſt: vel à ſe: quia in ſimile ſibi ſecundum formam effunditur: quia aqua eſt eiuſdem rationis in fluuio & in fonte. Vel poteſt referri ad emanationem perſonarum in diuinis, in quibus Pater fundit Filium non extra ſuam ſubſtantiam.

Ad tertium dicendum, quòd tranſlator malè tranſtulit: poſuit enim potentiam paſſiuam loco actiuæ: vnde per ſe mobile idem eſt quod per ſe mouens, non motum ab alio: vel dicitur per ſe mobile, ſecundum quod procedit per effectus, in quibus eſt ſimilitudo ſuorum attributorum, ſicut in lib. de Diu. Nom. dictum eſt.

Ad quartum dicendum, quòd ipſa diuina veritas poteſt conſiderari ſecundum ſuam eſſentiam, & ſic dicit *virtutem ſimplicem*, inquantum eſt prima: vel ſecundum poteſtatem, & ſic dicit *per ſe mobilem*: vel quantum ad operationem, & ſic dicit *per ſe operantem*: vel ad proprietatem conſequentem omnia, & ſic dicit *ſeipſum non relinquentem*.

Ad quintum dicendum, quòd dicitur vna cognitio omnium cognitionum diuina cognitio quantum ad ſe, inquantum ipſe cognoſcendo ſe cognoſcit omnia alia, quia eſt principium vniuſcuiuſque rei vel etiam omnium cognitionum quibus alia cognoſcunt: & dicitur vna cognitio omnium cognitionum ſicut principium efficientis & forma vniuerſalis exiſtentis à qua fluit omnis cognitio: quia quæ ſunt in multis, oportet inueniri in vno primo à quo omnia alia fluunt.

DIVISIO ET expoſitio textus.

Deinde concludit propoſitum, quòd propter iſtas cauſas voluit & ipſi Timotheo G
& aliis aperire, ſicut poteſt, ſignificationes ſymbolicas largiſſimas, id eſt, multas compoſitionis, qua ſignificatur Deus. Deinde ponit modum generalem ſymbolicæ Theologiæ: & diuiditur in duas partes. In prima ponit ipſas ſignificationes ſymbolorum: in ſecunda modum exponendi ſymbola, ibi, *Quorum ſiquis poſſet videre, &c.* Sed videtur peruertere ordinem quia per ſymbola ducimur in ſignificationes: & ita prius debuit ponere modum exponendi ſymbola quam ſignificationes ipſorum. Ad quod dicendum, quòd in tradendo artem ſymbolorum oportet priùs ponere propria quam ipſam ſymbolorum expoſitionem: quia in expoſitione ſymbolorum attenditur ſimilitudo ad propria: quia ignoratis propriis non poſſemus eis adaptare ſymbolica: ſed in vſu artis eſt è contrario ſicut procedit obiectio: quia per ſymbola ducimur in propria. Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ponit ſignificationes ſymbolorum cum ſymbolis quæ non important aliquam differentiam. In ſecunda cum ſymbolis quæ important defectum qui eſt ex peccato, ibi; *Quid ſi dicat quis, &c.* Circa primum duo facit. Primò ponit ſignificationes ſymbolorum quibus ſignificantur proceſſiones diuinarum perſonarum: ſecundò quibus ſignificantur proceſſiones creaturarum, ibi, *Intelligibilibus autem, &c.* Dicit ergo primò, quòd rationabile eſt reſerare multiformes formationes: *nam quàm prodigio*, id eſt, admiratione, *incredibili* quantum ad ea quæ foris patent, & *compoſitiuo*, id eſt, ficto vel adinuento *adimplentur exteriora eius*: ſcilicet ſymbolicæ compoſitionis, cuius exteriora ſunt ipſa ſpiritualia, interiora ſignificationes intelligibiles ipſorum. Interrogatiuè legendum eſt. Quaſi dicat, Multum: ſicut compoſitionis *componentis*, id eſt, fingentis *in ſuperſubſtantiali fœcunditate*, id eſt, ad exprimendam virtutem generatiuam Dei Patris, *ventrem Dei* quaſi *corporaliter gignentem Deum*, ſicut in Pſal. 109. Ex vtero ante luciferum, &c. Et compoſitionis *diſtribuentis* Dei Filium ſicut *verbum* prolatum in aëra *à corde virili*, id eſt, humano, *eructuante ipſum*, vt in Pſal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum: & diſtribuentia Spiritum ſanctum ſicut *Spiritum emiſſum ab ore*, vt in Pſal. 32. Spiritu oris eius omnis virtus eorum: *& laudantis nobis deigenas*

ſinu, id eſt, Dei Patris (qui eſt generans) *portantes in vlnis Dei Filium, vt decet corpus*, id eſt, ad ſimilitudinem corporis, Ioan. 1. Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris, &c. Et componit diuinas proceſſiones perſonarum ad modum plantarum, & etiam florum, de quibus omnibus Exo. 24. Et ſimiliter ad modum productionis lucis, ſicut ad Heb. 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ. Et Sapientiæ 7. Splendor lucis æternæ. Et ſimiliter multa ſimilia quæ ſunt manifeſtiſſima in ſacris Scripturis.

H Deinde ponit ſignificationes ſymbolorum quibus ſignificantur proceſſiones creaturarum, dicens. Et compoſitionis *componentis intelligibilibus Dei prouidentiis*, de quibus in libris de diu. nom. actum eſt, quibus de creaturis prouidet: *aut donis*, quia per prouidentiam ſuam dantur dona: *aut manifeſtationibus*, quia in illis manifeſtatur nobis Deus ſicut in ſuis ſimilitudinibus: *aut virtutibus*, quibus communicat Deus poſſe operari: *aut* aliis *proprietatibus*, ſecundum quod vnaquæque res non excedit metas à Deo impoſitas: *aut manſionibus*, ſecundum quod rebus dat in ſeipſis manere: *aut proceſſionibus*, ſecundum quod dat cauſis procedere in ſua cauſata: *aut diſcretionibus*, ſecundum quod vna res diſtinguitur ab aliis: *aut vnitione*, ſecundum quod reordinantur in finem: *componentis* Dei in iſtis omnibus, *Deo compoſitionem*, id eſt, figuram, *hominis*, ſicut in Canticis deſcribit: Naſus tuus, & omnia alia membra. Et Eze. 1. Et ſuper ſimilitudines throni aſpectus hominis deſuper. *Et ferarum*, ſicut Oſeæ 13. Quaſi vrſa raptis catulis. *Et aliorum animalium* in Apoc. 4. in figura agni: *Et plantarum* Eccl. 24. *& lapidum variam formationem*, ſicut Ezech. 1. Quaſi ſpecies electri: & compoſitionis circumponentis ſibi *ornatus muliebres*, quando loquitur de ſapientiæ ad modum mulieris Prouer. 9. *aut barbaricas armaturas*, ſicut in ſecundo Machab. Vidit equitem haſta fulgentem aurea. Apoc. 9. Hæc dicit qui habet rumphæam, &c. quod eſt barbarorum armatura, vt hîc Commentator dicit. *Et apponentis* ipſi *figulariam artem* Ierem. 18. *& fuſoriam ſicut operanti in igne* Ierm. 6. *Et ſubſternentis ſibi thronos* Iſa. 6. *Et conſtruentis cibos pulmentificos*. Prouer. 9. *Et componentis*, ſcilicet enim compoſitione figurarum, dicentis eum *potatum*, &c. In Pſal. 77. Sicut potens crapulatus à vino. Et, Exurge, quare obdormis Domine.

I Deinde ponit ſignificationes ſymbolorum ſumptorum ex defectibus peccati, dicens, quid dicendum erit, *ſi dicat quis iras Dei*, ſicut in Pſal. 6. Ne in ira tua corripias me: *triſtitias*, ſicut Iſaiæ 64. Ipſi afflixerunt ſpiritum, ſcilicet Domini. Ierem. Conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum: *omnimoda iuramenta*, in Pſal. 109. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: *pœnitentias*, Gen. 6. Pœnitet me feciſſe hominem: *maledictiones*, Malac. 3. Maledicam benedictionibus veſtris: *inſanias*, id eſt, ſtultitias: ſicut 1. ad Cor. 1. *multiformia & obliqua peccati*, id eſt, oſtendentia in ſe obliquitatem peccati, *ſophiſmata*, id eſt, deceptiones *promiſſionum*, ſicut Dauid promiſit, quòd regnum ſuum perpetuum eſſet, quod non ad literam impletum eſt: & Ierem. 18. Si promiſero repentè ad gentem aliquam quod conſtruam, ipſam vero feriam ſi

Thre. 1.

auertat à me: & *in Gen. 11. pugnam gigantium*, contra quos viſus fuit pugnare quaſi ex timore inſidians eis, cum tamen non ædificarent turrim in nocumentum aliorum, ſed in ſaluationem ſuam: *& conſilium illud in cælo conſtructum*, quod vidit Michæas *in dolo & deceptione Achab*, id eſt, ad decipiendum doloſè Achab, ſicut legitur in 3. Reg. vlt. *& multas paſſiones materiales & amatorias*, id eſt, quas carnaliter amantes patiuntur, *Canticorum*, id eſt, de Deo dicuntur in Canticis Canticorum, ſicut, Vulneraſti cor meum, &c. & quid dicetur ſi dicat alia ſimiliter dicta, *& quacunque alia ſunt ſancta compoſitiones*, id eſt, figurationes vel fictiones, non ad decipiendum, ſed ad ducendum in veritatem, *compoſitionis Dei*, id eſt, quibus figuratur Deus, *audentis omnia*, id eſt, ſuper qualibet figura præſumit deſcribere Deum in hoc ſimilis poëſi, ſicut dicit Horatius, Pictoribus atque poëtis quodlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas: compoſitiones, dico *propoſita occultorum*, id eſt, de occultis, *apparentes*, id eſt, per apparentium ſymbola, *& multiplicata ſingularum*, id eſt, de ſingularibus rebus, ſicut Deus vnus tantum eſt, qui & pluribus deſcribitur figuris, *& diuiſibiles & indiuiſibilium & figuratiua. & infigurabilium*, id eſt, eorum quæ carent formis: & dicitur hîc forma quæ eſt idem quod figura, ſed diff[illegible] ratione.

Quorum ſi quis poſſ[illegible] videre, [illegible] In hac parte K poſitis ſignificationibus ſymbolorum & ymbolis, intendit ponere modum communem ſymbolicæ Theologiæ, quomodo [illegible] bus ſymbolis accipiuntur ſpiritualia & [illegible] & diuiditur in duas partes. In pri[illegible] cauſas iſtius modi. In ſecunda ex cau[illegible] concludit modum intentum, [illegible] *Oportet [illegible] & nos*, &c. Prima diuiditur in partes tres. In prima aſſignat cauſam quare diuina tradantur in ſymbolis ſenſibilibus ex parte audientium. In ſecunda ex parte ipſius theologici negotij, ibi, *Et aliter & hic intendere*, &c. In tertia ex parte ipſius animæ quod dicat propter quid reſpectu ſecundæ cauſæ, ibi, *Et quidem neque in ſanctorum myſteriorum*, &c. Circa primum duo facit. Primò proponit quid intendit: ſecundò reddit rationem propoſiti, ibi, *Non enim æſtimamus*, &c. Dicit ergo primo: *Quorum*, ſcilicet enumeratorum ſymbolorum, *ſi quis poſſet videre intus abſconditum decorem* (in quo notatur difficultas propter occultationem) *inueniet omnia*, ſcilicet ſymbola Eccleſiæ, *myſtica & deiformia*, id eſt, in ſe occultantia diuinas proprietates per quaſdam ſimilitudines, *& adimpleta multo lumine theologico*, id eſt, diuino, id eſt, veritate diuina. Deinde aſſignat cauſam huius, & dicit, quòd non eſt credendum, quòd huiuſmodi ſignificationes ſint compoſitæ à Scriptura propter ſe: & ideò ſi eis mens noſtra adhæreat, vel aliud in ipſis quærat, ſeducitur: ſed proponitur cauſa diuinæ occultæ ſcientiæ, quæ multis eſt inuiſibilis, qui ſupra ſenſus ſe non extendunt, vt diuina ſic occultata ſymbolis non poſſint capi ab immundis, qui deridente diuina, quia non percipiunt quæ Dei ſunt: ſed manifeſtantur ſolis illis qui amant veritatem, & non impugnant, qui in ſymbolicis locutionibus deſtruunt omnem puerilem phantaſiam, ſcilicet non imaginantes Deum eſſe hoc modo figuratum, quod puerile eſſet,

eſſet, ſed remotis à Deo omnibus figuris ſunt ſufficientes, propter ſimplicitatem mentis, & bonitatem contemplationis, tranſire per intellectum *ad veritatem ſymbolorum*, id eſt, per ea ſignificatam, *ſimplicem*, ſecundum quod eſt ſeparata à materia & appendiciis materiæ, *ſupernaturalem*, quia ſcilicet ad eam rationes naturales non attingunt, *præcollocatam*, id eſt, antę collocatam, quia licet ſecundum ordinem doctrinæ ſymbola ſunt priora ſignificatis, quia ex illis deuenimus ad iſta, tamen ſecundum ordinem naturæ ſignificata veritas prior eſt ſymbolis: quia non componuntur ſymbola, niſi propter inſpectionem ad veritatem rei, vt per ſimilia figuretur.

DVBIVM.

L Sed videtvr, quòd amatores veritatis non debeant deſtruere hæc ſigna ſymbolorum. Nulli enim ſenſui ſacræ Scripturæ ſubeſt falſum: ſed hæc ſigna pertinent ad ſenſum hiſtoricum: ergo non ſubeſt eis falſum, & ſic non ſunt deſtruenda.

2 Præterea, Gregorius dicit, quòd ſacra Scriptura eſt fluuius in quo agnus peditat & elephas natat: & agnum dicit manſuetum & humilem fidelem, qui reficitur in ſenſu literali ſacræ Scripturæ, elephas autem eſt, qui magnitudine intellectus leuatur ad myſteria, quorum profundum non poteſt attingere: ſed illud in quo conuenit eſſe refectio, non eſt abiiciendum: ergo ſymbola quæ ad ſenſum literalem pertinent, non ſunt deſtruenda.

3 Præterea, Hieronym. in prologo galeato dicit, Ne offendaris in Scripturis ſacris ſimplicitate verborum, quæ editæ ſunt, vt ſimplicem plebem inſtruerent, in quibus aliter multum ſapiens & ſimplex vident: & vult quod ſimplices videant literalem ſenſum, & ſapientes intueantur myſteria: ergo idem quod prius.

4 Præterea, Sapientibus non ſunt proponendæ metaphoricæ locutiones, vnde Philoſophus reprehendit eos qui platanum hominem appellabant, ſed magis proponuntur ſimplicibus: ergo videtur, quòd accipere & adaptare metaphoras, non ſit difficile, neque perfectorum, vt hic dicitur.

5 Præterea, Simplex dicitur, quod caret compoſitione partium: ſed omnis mens eſt huiuſmodi: ergo non videtur ſimplicitas mentis proprium ſpiritualium virorum, vt hic innuit.

6 Præterea, Bonitas contemplatiuæ virtutis videtur eſſe tantum ſubtilitas: ſed hæc non eſt tantum neceſſaria in ſymbolis, ſed etiam in ſpiritualibus, & magis in iſtis: ergo non debuit appropriari cognitioni ſymbolorum.

Sed dicendum ad primum, quòd ſenſus literalis eſt dupliciter in ſacra Scriptura: quandoque enim eſt quem verba primo aſpectu faciunt, ſicut dicitur, quòd Dauid vicit Goliam: quandoque verò non eſt ſenſus literalis quem verba faciunt, ſed qui accipitur ex proprietatibus rerum, quæ per verba ſignificantur, in aliud relatis: quia hoc eſt quod ſcribens intendit: & ſecundum hunc modum dicimus, quòd ſenſus metaphoricus eſt literalis, ſicut cum dicitur Iſai. 36. Ponam tibi circulum in naribus tuis, & reducam te in terram vnde veniſti. Intendit Propheta ſignificare Sennacherib, non bubalum aliquem, in terram Aſſyriorum reducendum. Et ſic dicimus, quòd ipſa ſigna ſymbolorum non pertinent ad ſenſum literalem, ſed potius id quod ex eis per ſimilitudinem quandam ſignificatur: & ideò ſunt abiicienda, & veritas tantum ſignificata retinenda. Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum & tertium.

Ad quartum dicendum, quòd adinuenire adaptationes non eſt difficile: ſed facere proprias adaptationes eſt valde difficile: quia oportet, quod adaptans ſciat proprietates vniuſque rei, ſcilicet ſignificatæ & ſignificantis.

Ad quintum dicendum, quòd mens dicitur actus mentis, & ipſa mens quæ in omnibus æqualibus ſimplex eſt, & dicitur actus ſimplex, quando ſtat ſuper ſimplex, ſicut ſuper obiectum: & hoc eſt illud quod eſt ſeparatum à materia, id eſt, ab appendiciis materiæ: & hoc conuenit tantum ſpiritualibus.

Ad ſextum dicendum, quòd bonitas contemplatiuæ virtutis, non dicitur diſpoſitionis bonitas quæ eſt ſubtilitas, ſed potius veritas in actu ipſius, vt ſcilicet ſpiritualia non accipiantur eſſe ad modum corporalium quibus deſcribuntur: & hæc maximè neceſſaria eſt in ſymbolicis.

DIVISIO TEXTVS.

Deinde ponit ſecundam cauſam ex parte theologici negotij, quod diuiditur in duo: & ideò duobus modis ſignificantur nobis diuina, non tantum per propria: & circa hoc ponit tres diuiſiones, quibus duo modi diuerſimodè ſignificantur. Secunda incipit, ibi, *Et hanc quidem ſignificatiuam, &c.* Tertia, ibi, *Et hæ. quidem perſuadet, &c.* M

DVBIVM.

N Sed ad evidentiam literæ dubitatur de iſtis diuiſionibus: & videtur, quòd ſint inſufficientes: quia in myſtica Theologia aſſignauit quatuor theologica negotia, tria affirmatiua, ſcilicet de diuinis perſonis, de diuinis nominibus, & de ſymbolis, & quartum negatiuum: cum igitur aſſignet hîc tantum duo, videtur inſufficiens membrum.

2 Præterea, Idem membrum non cadit in duplici differentia: ſed myſticum poſuit ibi in negatiuo negotio, hîc autem ponit in affirmatiuo, quia cum ſymbolicis: ergo videtur, quòd id quod dicit, non ſit competens.

3 Præterea, Ibidem dictum fuit, quòd theologicum negotium tantò magis eſt apparens, quantò magis ſermones minus contrahuntur: ſed ibidem dictum fuit, quòd in ſymbolica Theologia ſermones maximè multiplicantur: ergo eſt maximè apparens: & ita non debuit hic dici ſecretum.

4 Præterea, Philoſophicum dicitur illud ad quod per rationes philoſophicas poteſt deueniri: ſed hoc non poteſt fieri in aliquo theologico negotio: quia in Theologia, quæ tradit propria, quam philoſophiam dicit, dicit quod Deus eſt

 ſuper

ſuper vitam, & ſuper ens: cum ergo per philoſophiam non accipiatur niſi vita, vel ens, videtur quòd male dicat illud negotium philoſophicum.

5 Præterea, Symbolica Theologia plura recipit quam ea quæ per propria traditur, quia ſermones in ipſa ſunt plures, & à pluribus poteſt recipi: quia per connaturalia nobis: ergo ſymbolica magis debet dici receptiua quam altera.

6 Præterea, Ad id quod eſt ſupra rationem, non videtur eſſe aliqua perſuaſio vel ligatio argumenti, neque ſyllogiſtica, neque per habitudines locales: ergo cum doctrina diuina quæ eſt per propria, ſit ſupra rationem, videtur quòd non perſuadeat, neque liget ad veritatem quam tradit.

7 Præterea, Per indoctrinabilia nihil conſtituitur in veritate: ergo videtur impoſſibile quod dicit, ſcilicet quod in ſymbolica Theologia collocat in Deo per indoctrinabilia.

Sed dicendum ad primum, quòd ſi diuidatur theologicum negotium materialiter, quaſi quantum ad ea quæ dicuntur de Deo, ſic erit quadruplex, ſecundum quod in myſtica Theologia dictum eſt: ſi autem diuidatur formaliter, quaſi quantum ad modum diuidendi aliquid de Deo, ſic erit tantum duplex, vt hic dicitur: quia nihil dicitur de Deo quin ſit ſine ſignis vel per ſigna: & hæc diuiſio eſt per affirmationem & negationem, & ideò non habet medium.

Ad ſecundum dicendum, quòd negationes diuinæ dicuntur myſticæ ſimpliciter, quia remouentes nos à manifeſtis nobis, relinquunt nos in quodam occulto quod eſt ſupra rationem, vt ibi dictum eſt: ſed ſymbolica dicuntur myſtica, quantum ad modum, quia traduntur ſpiritualia non ſecundum ſenſum quem verba faciunt, ſed in quibuſdam figuris. Similiter etiam dicendum ad tertium: quia materialiter aperta eſt ſymbolica Theologia: quia proponit nobis ſenſibilia nota nobis: ſed quantum ad modum occulta eſt præ aliis, vt dictum eſt. Et ſimiliter dicendum ad quartum: quia Theologia quæ eſt per propria, non eſt philoſophica materialiter quaſi rationibus philoſophiæ concludens: ſed quantum ad modum quo philoſophia vtitur, quæ per propria procedit.

Ad quintum dicendum, quòd receptiua ponitur pro receptibili: quia propria Theologia recipitur ſecundum quod ſignificatur per nomen: ſed in ſymbolica refutatur illud quod ſignificatur per nomen, & ex illo accipitur quiddam aliud: vnde alia tranſlatio habet, approbatiua.

Ad ſextum dicendum, quòd Theologia propria perſuadet per principia fidei, quamuis non per principia rationis: & illa ſunt nota per lumen diuinum infuſum, ſicut principia rationis per lumen naturale intellectus agentis: ſed ex ſymbolicis nullo modo traditur argumentatio, ſicut dicit Magiſter in tertio ſententiarum.

Ad ſeptimum dicendum, quòd ſymbolica ſunt indocibilia ſimpliciter, ſed ſecundum quid docibilia: quia non docentur ſecundum quod ſignificant nomina, ſed ſecundum eorum ſignificata.

EXPOSITIO TEXTVS.

Litera ſic exponitur. *Et aliter* poteſt aſſignari cauſa eius, quod dictum eſt, *& hic oportet intendere*, id eſt, conſiderare, *duplicem traditionem, &c.* id eſt, dupliciter nobis tradi diuina, *hanc quidem*, ſcilicet ſymbolicam, eſſe *ſecretam & myſticam*, quantum ad ea quæ ipſi occultantur: *illam* autem quæ per propria tradit diuina, *apparentem & notiorem*, quia in primo aſpectu verba exprimunt quod intenditur per ea ſignificari. *Et hanc quidem* ſcilicet ſymbolicam, eſſe *ſignificatiuam*, quantum ad ſymbola: quia ſicut dicit Auguſtinus, ſignum eſt, quod præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire: *& perfectiuam*, quantum ad veritatem, quæ in ſymbolis continetur: *illam autem*, ſcilicet propriam *philoſophicam*, quia per modum philoſophiæ *procedit ex propriis, & receptiuam*, id eſt, approbatiuam quæ in ipſa approbatur. *Et dicendo* quod de Deo congruè dici poteſt, *complicitum*, id eſt, coniunctum, *non dicendum*, hoc poteſt referri ad ſymbolicam Theologiam, in qua ſunt ſenſibilia quæ non ſunt dicenda, & figurata quæ dicenda ſunt: & poteſt etiam ad propriam referri, in qua figuratur Deus per ſuas proceſſiones, quæ quidem dicuntur de Deo quantum ad rem ſignificatam eminenter, ſed non ſecundum modum quo nomen ſignificat. *Et hoc quidem* negotium, quod per propria diuina tradit, *perſuadet veritatem*, quantum ad ipſas concluſiones, & ligat quantum ad conuictiones argumentorum ex principiis fidei: ſicut ſi ſint relationes originis diſtinguentes in diuinis, oportet eſſe plura ſuppoſita: *illud autem*, ſcilicet ſymbolicum, *operatur* diſcurrendo de proprietatibus ſenſibilium in ſpiritualia, *& in perfectionibus myſteriorum*, id eſt, occultatorum in eis, *docibilibus* quantum ad ſenſum quem faciunt verba, *collocat* in Deo, id eſt, in inſpectione diuinæ veritatis. O

Et quia adhuc reſtat quærere quare theologicum negotium eſt dupliciter, ideò ſubiungit conuenienter tertiam cauſam, quæ reddit propter quid huius: & diuiditur in partes duas. In prima manifeſtat, quòd ſcriptura vtitur ſymbolis. In ſecunda ſignificat cauſam eius, ibi, *Etenim conueniens, &c.* Dicit ergo primò, quòd *ſancti Magiſtri noſtræ traditionis*, id eſt, Euangelij, ſicut Apoſtoli, & ipſe Chriſtus, *aut legalis*, id eſt, veteris legis, ſicut Prophetæ, & alij ſapientes, *in perfectionibus*, id eſt, in doctrinis diuinorum non abſtinuerunt, ſed vſi ſunt quibuſdam ſenſibilibus ſignis, vel aliqua ſimilitudine, Deo conuenientibus, ad ipſum ſignificandum: *ſed & videmus* ipſos Magiſtros *myſticè producentes*, id eſt, proponentes nobis Angelos *per ænigmata diuina*, id eſt, per allegorica ſymbola, quibus conſueuerunt Deum proponere: & etiam Ieſus docet in parabolis quibuſdam diuina, ſicut patet Matth. 13. & tradidit etiam diuina myſteria *per figuratiuam cœnam*, id eſt, parabolam cœnæ, ſicut patet in Lucæ 14. Vel hoc dicit de corpore & ſanguine ſuo, quod diſcipulis in cœna dedit. P

Deinde ponit tertiam cauſam acceptam ex parte animæ: & primò ponit cauſam, ſecundò Q

probat

probat eam, ibi, *Et monſtrant quicunque, &c.*

DVBIVM.

R Sed qvod cauſa iſta eſt, quòd oportet eſſe duplex theologicum negotium ad perfectionem vtriuſque partis animæ, ſcilicet diuiſibilis, vel indiuiſibilis, quæratur vtrum hoc poſſit eſſe verum. Et dicitur, quod non: quia impoſſibile eſt idem eſſe diuiſibile & indiuiſibile: ſed anima eſt vnum quid: ergo non poteſt eſſe diuiſibilis & indiuiſibilis. Si dicatur, quòd eſt diuiſibilis ſecundum inferiorem partem, & indiuiſibilis ſecundum ſuperiorem. Contra: Inferior pars eſt, cuius eſt inhærere inferioribus rebus: ſed iſta non poteſt eleuari ad inſpiciendum diuina: ſi ergo Theologia nititur iſtam perficere, videtur niti ad impoſſibile.

2 Præterea quæritur, vnde veniat diuiſibile & indiuiſibile in anima, & maximè ſi anima ſit forma quædam ſimplex?

3 Præterea videtur, quòd tres debeant eſſe Theologiæ: quia in lib. de diuinis nominibus aſſignauit tres motus animæ 4. cap. ſcilicet circularem, rectum & obliquum: & ſecundum omnes illos ponit perfici diuinis: ergo videtur, quòd debeant eſſe tria negotia.

Sed dicendum ad primum, quòd in anima non ſecundum idem eſt diuiſibile & indiuiſibile, ſed ſecundum ſuperiorem partem eius quæ eſt intellectus accipiens ſimplices quidditates rerum eſt indiuiſibilitas, quia ſtat in vno: ſed ad inferiorem partem quæ eſt ratio quæ diſcurrit per ſigna probabilia & communia & contingentia colligendo ea vt per ea inquirat veritatem, eſt diuiſibilitas.

Ad ſecundum dicendum, quòd ratio per inquiſitionem & collationem exteriorum venit ad interiora rei, vbi attingit intellectum ſicut inferior potentia vel natura attingit ſuperiorem in vltimo ſui: alioquin fruſtra eſſet inquiſitio rationis: & ſecundum hoc etiam poteſt quantum ad vltimum ſui perfici diuinis.

Ad tertium dicendum, quòd ſi anima ponatur ſubſtantia compoſita ex quo eſt & quod eſt, facile erit reſpondere, quod indiuiſibile procedit ab ipſo quo eſt, quod eſt formale in ipſa, & diuiſibile ipſius ex ipſo quod eſt: ſi autem anima rationalis ſit ſimplex forma, per admixtionem & ſeparationem à materia cui eſt coniuncta, conſequitur ipſa diuiſibile & indiuiſibile: ſicut enim ea parte qua coniungitur lux combuſtibili, conſequitur ipſam obſcuritas & denſitas, quæ non ſunt lucis ſecundum quod lux: ex parte verò altera ſecundum quod eſt magis remota, conſequitur ipſas proprietates ipſius, claritas, & manifeſtatio cælorum: ita animam vt rationalem ex parte illa quâ eſt immerſa corpori, conſequitur ipſam potentia quæ verſatur in collatione corporalium intentionum & contingentium: ex parte verò altera ſecundum quod remanet immixta, conſequitur ipſam potentia indiuiſibilis, quæ accipit ſimplices quidditates rerum, & in iſta attingit intelligentias in ſua ſummitate.

Ad quartum dicendum, quòd tres iſti motus ſunt duorum perfectibilium: & ideò non oportuit eſſe niſi duo perficientia de diuinis: motus verò circularis animæ eſt, ſecundum quod retrahit ſe in ſeipſam & conuoluitur in ſimplicitate ſui intellectus: motus autem rectus eſt, ſecundum quod per cauſata diſcurrit, & fertur in cauſam, & hoc propriè eſt rationis: motus autem obliquus eſt, ſecundum quod intellectus obliquat ſe à ſua ſimplicitate ad rationem procedens ex conſideratione cauſæ in cauſata.

EXPOSITIO TEXTVS.

Dicit ergo primò, quòd non ſolum fuit neceſſarium, quòd diuina traderentur per ſymbola, vt ipſa diuina remouerentur à multitudine, quod fuit prima cauſa: ſed & conueniens erat *ipſam humanam vitam*, quæ eſt principium vitæ, *ſimul exiſtentem indiuiſibilem* quantum ad intellectum, *& diuiſibilem* quantum ad rationem, *illuminari diuinis cognitionibus*, vtramque iuxta proprietatem ſuam: *& ſegregare*, id eſt, reſeruare diuinum *impaſſibile animæ*, ſcilicet intellectum, qui omninò ſecundum actum à materia ſeparatus eſt, *ad viſiones ſimplices*, quia ſine corporalibus compoſitionibus, *intimas deiformium inſignium*, ſcilicet proceſſiones, quæ ſunt imagines diuinorum attributorum, ſicut in vita creaturæ à Deo procedente repræſentatur prima vita, ſicut quoddam intimum vt exemplar in exemplato: & hoc eſt ſecundum proprietatem intellectus, qui accipit ſimplices & intraneas quidditates rerum: & ideò perficitur iis quæ de Deo propriè dicuntur: *autem*, id eſt, ſed & inconueniens eſt *paſſibile* ipſius animæ, ſcilicet rationem quantum ad obiectum, quia per exteriora & materialia procedit, *connaturaliter currere ſibi ſimul & extendere ſe a formationibus*, id eſt, figurationibus *ſignorum*, ſcilicet ſymbolorum, *aut compoſitionis ingenioſè*, id eſt, artificialiter, quia per aſſimilationem, *ad diuiniſſima*, id eſt, naturale rationi, vt, de ſignis exterioribus ad interiora percutiat: & ideò fuit conueniens, vt perficeretur per ſymbola, quibus diſcurrit in ſimplicem veritatem perquirendo proprietates ſymbolorum: & ideò ſequitur, *cui*, ſcilicet rationi, *talia velamina*, ſcilicet exteriora ſymbola, *naturaliter ſunt cognata*, id eſt, proportionata. Et notandum, quòd dicit tantum compoſitionis, quia venire de ſimplici veritate in compoſitionem ſymbolorum, eſt potius intellectus obliquantis ſe ad rationem, quam rationis cuius eſt proprie motus rectus, vt dictum eſt.

Deinde ponit probationem huius quod immediatè dictum eſt, ſcilicet quod oporteat dupliciter noſtram animam diuinis perfici: & diuiditur in partes tres, ſecundum quod tres probationes ponit. Secunda incipit ibi, *Et etiam ipſa apparentis, &c.* Tertia ibi, *Propter quod & Theologi, &c.* Prima probatio ſumitur ex parte eorum qui ſine velationibus accipiunt diuina ſicut intellectuali viſione: & tamen quod planè audiunt non velatum figuris, ipſi in figuris componunt: ſed hoc non facerent, niſi figuræ neceſſariæ eſſent animæ ſecundum aliam partem ſui, vt perficeretur de diuinis: ergo neceſſarium eſt animæ proponi diuina per ſymbola quantum ad diuiſibile ſui perficiendum. T

S

DVBIVM.

D V B I V M.

V Sed videtvr, quòd qui accipit per intellectum diuina ſine ſymbolis, non debeat ea velare figuris: figuræ enim ſymbolorum ſunt ad accipiendum intellectum eorum quæ ipſis proponuntur: ſed habito fine non egemus iis quæ ſunt ad finem: cum igitur talis habeat intellectum de diuinis, videtur ſuperfluum quod figuris intellecta inuoluat.

2 Præterea, Ipſe ſupra dixit, quòd ad perfectionem intellectus qui eſt indiuiſibile animæ, proponitur nobis theologicum negotium quod eſt apertum: ſed iſte habet perfectionem intellectus: ergo non debet diuina in figuris accipere.

3 Præterea, Quamuis via ſit nobis naturalis veniendi de poſterioribus naturæ in priora, tamen quia iam deuenimus in priora, illa magis ſunt nobis nota, & certius per illa ſcimus: ſed in ſymbolica cognitione diuina non velata ſunt priora & notiora ſimpliciter ipſis ſymbolis: ergo acceptis ipſis diuinis non velatis, ſi figura circumponatur, erit proceſſus ad minus notum, & occultatio quædam, quod reſpuendum eſt in omni cognitione.

4 Præterea, Ioan. 10. Diſcipuli dicunt ad Ieſum, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis: nunc ſcimus, quia ſcis omnia. Et Matth. 13. dicit Dominus diſcipulis: Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei; cæteris autem in parabolis: ergo videtur, quòd ipſa apertè prolata ſine figuris magis manuducunt in cognitionem Dei: quia poſt propoſitionem nudæ veritatis confitentur eum omnia ſcire. Et quod ſit perfectorum, patet ex ſecunda authoritate. Et ita ſuperfluum eſt habita nuda veritate, quærere figuras.

Sed ad hoc poteſt eſſe duplex reſponſio: vna ſecundum opinionem Philoſophorum omnium qui de viribus animæ loquuntur, & etiam ſanctorum Græcorum, qui omnes ponunt, quòd memoria non eſt pars intellectiuæ, ſed ſenſitiuæ: & ideò ille qui accipit diuina nuda, oportet quòd componat ad formas quaſdam ſenſibiles quæ conſeruentur in theſauro formarum vel intentionum ſenſibilium, vt per eas manuducatur ad intelligendum actu quod vult: ſicut docet Tullius ad conſeruandum in memoria ea quę aguntur in cauſis, vt figurentur quibuſdam ſenſibilibus, ſicut obſcuritas in obſcuritate loci, & actor per arietem, & reus per hœdum, & ſic de aliis: quia ſicut dicitur in quodam tractatu de memoria & reminiſcentia, formæ quantò ſunt ſpiritualiores, tantò difficilius reducentur ad memoriam. Et ſic facilè patet ſolutio ad obiecta: quia non componit figuras vt manuducatur in acquiſitionem intellectus diuinorum, ſed tantum in conſeruationem. Aliter poteſt dici, quòd in anima ſunt duæ partes: quædam quæ accipit ipſa ſimplicia ſecundum ſe, vt intellectus ſimplex: quædam verò quæ accipit à phantaſmatibus, & iſta eſt magis connaturalis animæ ſecundum naturam eius, & in actu eius frequentius ſcimus, quia accipimus ſcientias ex ſenſibilibus: ſed ſecundum primam partem attingit intelligentias: nihilominus quamuis diuina ſine ſymbolis accepta ſint, vt melius ea poſſimus inſpicere, reducimus ad ſenſibilia conſueta nobis & connaturalia cognitioni noſtræ. Hoc ergo dicendum ad primum, quòd quia in hac vita non ſumus in perfecto actu intellectus quantum ad ſuperiorem partem animæ, ſuperfluum non eſt ſi ea quæ ſimplicia ſunt, reducamus ad inferiorem partem, vt perfectius intueamur. Et per hoc patet ſolutio ad alia duo.

Ad quartum dicendum, quòd diſcipuli adhuc rudes erant, & neſciebant ſcripturæ metaphoras, & ideò ſuſpicabantur in verbo Chriſti non latere magnam ſapientiam: & ideò quando elucidabat eis, cognoſcebant magnitudinem ſapientiæ eius. Similiter ad aliud dicendum, quòd perfectorum non tantum eſt accipere parabolas, ſed myſteria parabolarum: multitudinis autem eſt accipere tantum parabolas, & maximè quantum ad infideles quibus occultanda eſt veritas ſacræ Scripturæ, de quibus ibi loquitur: vnde ſequitur, Vt videntes non videant, &c.

EXPOSITIO TEXTVS.

Deinde ponit ſecundam probationem ſumptam ex ipſa diuina operatione: quia ipſa operatio mundi ſenſibilis, eſt quædam propoſitio ſenſibilium & viſibilium quibus inuiſibiles rationes quæ in mente diuina ſunt, probantur, ſicut dicit Apoſt. Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, &c. Et melius ad Hebræos 11. Fide nouimus aptata eſſe ſecula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Et ita patet, quòd neceſſarium eſt, quod occulta diuinitatis ſenſibilibus ſymbolis proponantur. Deinde ponit tertiam probationem ſumptam ex diuiſione ſacræ Scripturæ, & dicit ſecundum expoſitionem Commentatoris, quòd *propter hoc*, ſcilicet quod neceſſarium eſt etiam ſenſibilia accipere, vel quia inuiſibilia Dei manifeſtantur in his quæ ſunt operata in mundo, *Theologi inſpiciunt quadam ciuiliter, & legaliter*: quia aſſumunt & loquuntur de ciuili ſcientia, ſicut in qua manifeſtatur diuina iuſtitia. *Et quadam inſpiciunt mundanè & incontaminatè*, & hoc quantum ad ea quæ accipiuntur ſine materia in philoſophia, quæ etiam Theologi aſſumunt, *& quadam humanè* quantum ad naturalia ex quibus ſcientias accipimus, *& mediè* quantum ad mathematica quæ ſunt ſeparata ſecundum rationem & non ſecundum eſſe, *& quadam ſupermundanè & perfectiuè* quantum ad metaphyſica in quibus vltimò perficitur intellectus humanus. X

D V B I V M.

Sed contra hoc obiicitur, quòd ſicut dicit Philoſophus in ſexto primæ philoſophiæ, ſunt tantum tres, ſcilicet naturalis, mathematicus, & diuinus: cum igitur ipſe ponat plures, videtur ponere ſuperfluos. Y

2 Si dicatur, quòd Dionyſius intendit diuidere philoſophiam non tantum in partes eſſentiales, quæ ſunt de rebus quas natura proponit nobis, quæ ſunt tantum ſcientiæ rerum, ſed quantum ad omnia de quibus eſt philoſophicum negotium, quocumque modo, ſecun-

duin

dum hoc iterum erit diminutus: quia ſic debuiſſet facere mentionem de rationali philoſophia, de qua nihil dicit.

3 Præterea, Moralis philoſophia diuiditur in tres partes, ſcilicet in ciuilem, œconomicam, & monaſticam vel moralem: ſed ipſe tantum facit mentionem de ciuili: ergo videtur diminutus.

4 Præterea, In Theologia non ſeruatur neque motus naturalis philoſophiæ, neque mathematicæ: quia non proceditur per principia illarum ſcientiarum: ergo cum Dionyſius hic intendat dicere, quæ ſunt de conſideratione Theologi, videtur quod iſta diuiſio non ſit ad propoſitum, etſi in ſe vera eſſet.

Sed dicendum, quòd ſi velimus ſuſtinere expoſitionem Commentatoris, quod ipſe intendit ponere diuiſionem philoſophiæ, quia ea quæ conſiderantur in philoſophia, accipit Theologus ſicut imagines diuinorum: philoſophia autem eſt de ente ſicut ipſe dicit in epiſtola ad Policarpum: ens autem vel eſt ab opere noſtro, & ſic de iſtis eſt ciuilis: vel eſt à natura, & hoc vel eſt in materia ſecundum eſſe & rationem, & de iſtis eſt phyſica: vel in materia ſecundum eſſe & non ſecundum rationem, & de iſtis eſt mathematica: vel ſeparatum ſecundum eſſe & ratione, & de iis eſt metaphyſica.

Ad primum ergo dicendum, quòd non tantum in operibus naturæ ſunt imagines diuinorum, ſed etiam in operibus noſtris, & maximè in operibus virtutum: & ideò cùm omnibus his vtatur Theologus vt imaginibus diuinorum, non poſuit tantum illos tres modos.

Ad ſecundum dicendum, quòd logica potius eſt modus philoſophiæ & inſtrumentum quam pars, vt dicit Commentator, & vt dicit Ariſtot. in 2. metaph. & ideò non numeratur hîc inter partes philoſophiæ. Vel poteſt dici, quòd per emundatiuam tangitur rationalis philoſophia, ſecundum quam anima denudatur à ſenſibilibus, ſecundum quod docet reſoluere cauſata in cauſas, & ex ſignis venire in quidditates rerum.

Ad tertium dicendum, quòd moralem vel monaſticam tangit in hoc quod dicit mundatiuè: quia per virtutes mundatur anima. Vnde etiam ponunt virtutes heroïcas & virtutes animi purgati: ſed œconomicum comprehenditur ſub ciuili: quia eadem ratione regitur regnum, vel ciuitas, vel domus: regimini enim patris in domo aſſimilatur regimen Regis: regimen autem fratrum ariſtocratiæ, quæ eſt regimen diuitum, vt dicit Philoſophus.

Ad quartum dicendum, quòd quamuis non ſeruetur modus naturalis philoſophiæ in Theologia, tamen proponuntur in ipſa naturalia: & propter hoc philoſophica conſideratio conuenit ſibi, ſcilicet quia Theologia, etſi vtatur rebus naturalibus, non tamen vtitur eis inquantum naturalia ſunt, quia non conſiderat modos ipſorum, ſed tantum inquantum eſt in ipſis veſtigium, nec iterum per modum naturalis philoſophiæ procedit: & multò minus etiam aſſumit mathematica, etſi aliquando vtatur figuris regularibus, quas ſolas conſiderat mathematicus, non enim conſiderat menſuras & figuras irregulares, ſicut ſunt figuræ animalium, de quibus non poſſunt fieri demonſtrationes, nec modum mathematicæ ſeruat in demonſtrando diuina: etiam non accipit per modum philoſophiæ primę vt manifeſtata ex motibus cæli, ſed ſecundũ quod de ipſis ſunt articuli fidei: virtutes etiam non conſiderat per modum ciuilis ſcientiæ, quia conſiderat illas ſecundum quod ſunt infuſæ, & ſecundum quod habent efficaciam merendi, quæ non conſiderat ciuilis. Nec etiam videtur diuiſio quam ponit Commentator, competere ſacræ Scripturæ, ſed potius philoſophiæ. Et ideò aliter dicendum, quòd ea quæ traduntur in ſacra Scriptura, aut ſunt ad emundationem vitæ, aut ad inſtructionem fidei. Ad emundationem vitæ ſunt vel ipſi actus virtutum, vel ſacramenta: actus etiam virtutum ſunt duobus modis, quidam de quibus ſunt præcepta legis, ſecundum quod aliquis ordinatur ad alterum, & hoc eſt quod dicit *legaliter*: quidam autem ſunt ſecundum quod aliquis voluntariè aſſumens præcepta, præparat ſe in ſeipſo ad beatitudinem, & quantum ad hoc dicitur *ciuiliter*: quia ſicut dicit Philoſophus, ciuitas eſt diſpoſitio ad felicitatem. Sacramenta autem omnia nouæ legis purgant à peccato, quantum ad ipſum opus operatum, & hoc tangit cum dicit, *mundatiuè*: & quia eſt quoddam ſacramentum, in quo eſt omnis munditia, ſcilicet Euchariſtia, quæ habet rem in ſe exiſtentem, ſcilicet Dominum Ieſum Chriſtum, & non ſolum in verbis, gratia huius adiungit, *& incontaminatè*. Quæ autem proponuntur ad inſtructionem fidei, quædam proponuntur ſub ſymbolis, quorum quædam accipiuntur à rebus infimis ſicut à lapide, & huiuſmodi, & quantum ad hoc dicit *illuminatè*, quia à rebus nobis manifeſtis: quædam à rebus nobilioribus quæ habent quaſdam proprietates ſpiritualium, cum ipſa ſint corporalia, ſicut lux, vt dicitur in ſecundo cap. cæl. hierar. & quantum ad hoc dicit *medię*. Alia proponuntur apertè, & hoc vel de ſpiritibus creatis, & quantum ad hoc dicit *ſupermundanè*, quia ſunt ſupra modum mundanarum rerum: vel de ipſo ſpiritu creatore, & quantum ad hoc dicit *perfectiuè*, quia in ipſo perficitur noſter intellectus ſicut in vltimo fine.

EXPOSITIO TEXTVS.

Z Et quia præcepta quandoque ſumuntur ex rationibus humanis, quandoque ex rationibus diuinis, ſic dicitur duplex iuſtum: iuſtum fori, & iuſtum poli, ſicut patet in matrimonio, in quo conſenſus aſſumitur ex legibus humanis, & indiuiſibilitas ex legibus diuinis. Et ideò ſubdit de hoc quod dixit *legaliter*, dicens, *Et aliquando* ſuſpiciunt legaliter *à legibus apparentibus*, ſicut ſunt leges humanæ, *aliquando ab occultis*, ſicut ſunt leges diuinæ. Vel poſſunt intelligi per leges occultas, quæ proponuntur de exemplis hiſtorialibus, vel in aliis ſignis: & apparentes, quæ per propria traduntur. Et hæc ſuſpiciunt *ſecundum quod conuenit rebus ſanctis*, quas tradit: quia quædam ſunt tradenda apertè, quædam autem in ſymbolis: & *mentibus*, ſcilicet Angelis, quibus ſine velaminibus proponuntur diuina, *& animabus* noſtris, quibus neceſſaria ſunt ſymbola. *Non enim propoſitus ſermo ipſis,*

ipſis, ſcilicet Theologis, *& vniuerſis* quantum ad totam ſententiam, *& per omnia*: quia ſicut dicit Hieronymus, ſingula penè verba habent ſua myſteria: *habet vacuam hiſtoriam*, id eſt, nihil ſpirituale in ſe continentem, *ſed perfectionem*, id eſt, doctrinam, *viuificam*: vnde Ioan. 6. dicitur: Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.

A a Deinde concludit modum ſymbolicæ Theologiæ: & primò concludit, quòd in ſymbolis ſunt alia perſcrutanda, ſecundò quid in eis quærere debeamus, ibi, *Et aliter oportet eandem, &c.* Dicit ergo primò, quòd ſacra Scriptura tradit ſpiritualia in ſymbolis. *Oportet igitur nos (vt decet) ſanctos tranſire* intra ſancta ſigna, id eſt, in contenta in ſanctis ſignis *pro ligatiua ſuſpicione de ipſis*: alia tranſlatio habet, pro populari, id eſt, ad remouendam ſuſpicionem quam habet populus, vel litigantes contra ſacram Scripturam de ſymbolis quæ credunt, vt propter ſe poſita ſint: *& neque* oportet *inhonorare*, id eſt, deſpicere, *germina diuinorum characterum*, id eſt, intelligentiam ſpiritualem, quæ eſt fructus & germen ſymbolorum: vel aliter, germinationes, per quas ſignificantur diuinarum perſonarum diſtinctiones, non ſunt deſpiciendæ, in charactere enim ſignificantur: & non oportet deſpicere *manifeſtas*, id eſt, ſenſibiles, *expreſſiones & imagines ſupernaturalium*, id eſt, ſpiritualium *viſionum*, id eſt, intellectuum, ſcilicet ipſa ſymbola, in quibus exprimuntur, id eſt, repræſentantur diuina. *Etenim figuratiuis ſignis*, id eſt, ſymbolis *variantur*, id eſt, diuerſimodè repræſentantur diuina, *non ſola lumina ſuperſubſtantialia & intelligibilia & ſimpliciter diuina*, id eſt, diuinæ perſonæ, *ſicut ſuperſubſtantialis Deus dictus eſt ignis*. Deu. 4. Deus noſter ignis conſumens eſt: *& intelligibilia* Dei eloquia dicuntur etiam ignita in Pſal. 118. Ignitum eloquium tuum, &c. Sed prætcrea etiam *dei ficationes ornatus Angelorum* intellectuum quantum ad ſuperiores *& intellectualium* quantum ad inferiores (vt in 4. de diuinis nominibus expoſitum eſt) *deſcribuntur variis formis*, tamen ſemper in igne, ſicut dictum eſt in vltimo cap. cæleſtis hierarchiæ.

B b Deinde oſtendit quid ſit accipiendum in iſtis ſymbolis, & dicitur, quòd in eadem figura ignis aliter accipitur ipſe Deus, aliter prouidentiæ ipſius intelligibiles: & dicuntur prouidentiæ materialiter ipſa dona prouiſa, ſicut ſapientia, vita, &c. quæ quidem per comparationem ad principium emanationis dicuntur prouidentiæ: per comparationem autem ad res in quibus recipiuntur, dicuntur rationes. Eſt enim vita participata ratio viuentis: ſed ſignificatur Deus ſicut cauſa amoris, qui ſignificatur in igne, & ipſum donum in ſe conſideratum ante participationem, ſignificatur vt eſſentia quædam: & ſecundum quod eſt receptum, ſignificatur vt participatio quædam: & ſimiliter de aliis ſicut vnicuique ſecundum rationem ordinatur à natura & ſapienti contemplatione: quia non oportet confundere ſancta ſymbola ſine ordine attribuendo diuerſis, *ſed conuenienter aperire ipſa ſymbola*, id eſt, exponere adaptando cauſis, ſicut quando de prima vita & ſapientia, &c. quæ Deus eſt, exponuntur, *aut eſſentiis* quantum ad ipſa dona in ſe accepta, *aut virtutibus* ſecundum quod participantur in ſpiritualibus eſſentiis *aut ordinationibus* ſecundum quod in aliis tantum, *aut dignitatibus* ſecundum quod ex diuerſis participationibus in diuerſis gradibus conſtituuntur vicinitates ad primum, *quorum*, ſcilicet dignitatum, &c. prædicta ſigna, *ſunt manifeſtatiue compoſitiones*, id eſt, figurationes manifeſtantes ea diuerſis rationibus.

Et vt non infra quam conuenit, &c. In parte iſta accedit ad propoſitum, reſpondens ſpecialiter ad quæſtionem Titi: & diuiditur hæc pars in duas. In prima exponit quædam ſymbolorum de quibus Titus quæſiuerat quæ ſumuntur de Prouerb. 9. In ſecunda excuſat ſe ab expoſitione aliorum per hoc quod mittit ſibi ſymbolicam Theologiam quam Timo. fecit & licentiat ſe ab eo, ibi, *Ipſam autem totam noſtram ſymbolicam, &c.* C c
Prima diuiditur in duas. In prima exponit quædam quæ circunſtant potum & cibum & conuiuium ſapientiæ, de quibus ab illo quæſiuerat. In ſecunda exponit ſpecialiter prædicta ſymbola, ibi, *Sed quod eſt forte alimentum, &c.* Circa primum tria exponit quæ circunſtant ea de quibus intendit, ſcilicet alimentum in generali, ſub quo continentur ſpiritualia alimenta, ſecundò craterem, ibi, *Igitur crater quidem, &c.* Tertiò ipſam domum, ibi, *Ædificauit autem, &c.* Dicit ergo primò, quòd vt non protendat epiſtolam vel modum epiſtolæ, vult tranſire ad quæſtionem ſcilicet propoſitam: & proponit primò duodecim proprietates nutrimenti, quæ ſic accipiuntur, quia vel ſequuntur alimentum ſecundum quod ſeruit nutritiuæ, vel ſecundum quod ſeruit augmentatiuæ, quia de generatiua non facit mentionem. Si ſecundum quod ſeruit augmentatiuæ, aut quantum ad finem ſiue terminum ad quem, & ſic dicit, quòd *alimentum eſt perfectiuum eorum quæ aluntur*, id eſt, nutriuntur, quia terminus augmenti eſt quantitas perfecta: aut ſecundum reſtitutionem à contrario, vel quantum ad terminum à quo, & hoc vel quantum ad ipſam imperfectionem quantitatis, & ſic dicit, *imperfectionem adimplens*, quia terminus à quo eſt quantitas imperfecta: vel quoad deperditi reſtaurationem, vel quantum ad defectum reſtaurationis qui conſequitur imperfectionem quantitatis, & ſic dicit, *indigentiam adimplens*. Si autem ſecundum quod ſeruit nutritiuæ, aut ex parte ſubiecti fuit cui primo accidit nutritio, aut ex parte conſequentis in anima. Si ex parte ſubiecti, aut eius quod alitur, aut ex parte alentis. Si ex parte eius quod alitur, aut eſt quantum ad partes materiales quæ fluunt & refluunt, & ſic dicit, *infirmum curans*: aut quantum ad partes ſecundum ſpeciem quæ permanent, in quibus eſt integritas viuentis, & ſic dicit, *vitam ipſorum ſeruans*. Si ex parte alentis, aut eſt ex parte formæ, & ſic dicit, *reflorere faciens*, ſecundum quod in forma inducta, per quam factum eſt ſimile, dat decorem & vigorem nutritiuæ: aut ex parte materiæ, & ſic dicit *renouans*, quia ſuccedunt variæ partes materiales loco earum quæ defluxerunt. Si autem ex parte conſequentis in anima, aut eſt ſecundum habitum, & ſic dicitur *viuificum bonum affectum donans*, quia per moderatum & conueniens alimentum efficitur anima bonæ diſpoſitionis ad effundendam

vitam in corpus: aut ſecundum actum, & hoc vel in affectu, vel in operatiua virtute: ſi in affectu, vel ſecundum remotionem à contrario, & ſic dicit, *a triſtitia liberans*, vel quantum ad finem, & ſic dicit, *lætitiam largiens*: ſi autem in virtute operatiua, vel per remotionem à contrario, & ſic dicit, *ab imperfecto liberans*, vel quantum ad finem, & ſic dicit, *perfectionem largiens*. Deinde concludit ſecundum artem habitam proprietates poſitas, quod diuina ſapientia conuenienter dicitur, quod propoſuit *cratera* & propinauit vinum, & quod ante hoc propoſiut fortia alimenta, ſcilicet cibum ſolidum, dum dicitur, quòd propoſuit menſam, *& immittens benignè ipſa ſe ipſam rogantibus*, id eſt, quærentibus eam, *alta prædicatione*: quia dicitur, Vt vocarent ad arcem. Et ita propoſuit duo alimenta, *vnum forte*, id eſt, ſolidum, *& manens* infra terminos, quod eſt proprietas ſicci, & *alterum humidum profuſum*, ad extra, ſcilicet potum, & dat illum potum in cratere.

Dd Deinde oſtendit quid ſignificet crater, & accipit tria in cratere ſiue in cyphos ſcilicet quod eſt apertus, in quo ſignificatur diuina prouidentia, quæ extendit ſe & aperit ſe rebus: aliud eſt, quod eſt rotundus, in quo ſignificatur per ambitum rotundi, quod diuina ſapientia circuit omnia per ſuas prouidentias: & in hoc quod rotundum eſt, non habet principium neque finem, ſignificatur interminabilitas diuinæ prouidentiæ: tertium quod accipit in cratere, eſt quod ſtat ſuper menſam, in quo ſignificatur, quod quamuis Deus circumeat omnia per ſua dona, tamen manet in ſe immobilis per ſuam eſſentiam.

Deinde dicit quid ſignificetur per domum in qua talia proponuntur, quam ſapientia ædificat: & dicit, quod per hoc manifeſtum ſit illis qui circumſpiciunt diuina (ſicut decet) quòd diuina prouidentia cauſat omnia, & ſic ipſum vniuerſum eſt domus quam ædificat, in quam vadit per ſuas emanationes, & ſic in omnibus non ſicut contentum, ſicut corpus eſt in loco, ſed ſicut continens omnia: & quamuis ſit in rebus, & per eas, & per ſua dona quæ ſunt ſuæ ſimilitudines, ipſe tamen per ſuam eminentiam eſt ſeparatus ab omnibus: quia non eſt de eſſentia alicuius vt ſuam ſuperſubſtantialitatem alicui creaturæ communicet, & manet immobilis in ſua eſſentia nuſquam exiens à ſede ſua, quæ eſt immobilitas ſuæ eſſentiæ, & ſic in ſeipſa manens, operatur effuſionem ſuorum donorum quæ prouidentiæ dicuntur, & per ea prouenit in omnia, & manet in ſe per eſſentiam, & ſemper motus per prouidentiam, & tamen immobiliter ſtans per ſuam eſſentiam.

Ee Deinde oſtendit ſpeciali et quid ſignificent alimenta, quæ diuina ſapientia proponit: & diuiditur in partes tres. In prima exponit ea ſecundum quod conueniunt hominibus in ſtatu viæ. In ſecunda ſecundum quod conueniunt Deo, ibi, *ſecundum iſtam autem ſanctam, &c.* In tertia ſecundum quod conueniunt Angelis & hominibus in patria, ibi, *Ab iſtis quidem moti, &c.* Circa primum duo facit. Primò proponit quæſtionem: ſecundò determinat illam, ibi, *Igitur forte quidem, &c.* Dicit ergo primò: diximus proprietates alimenti in communi ſecundum quas metaphoricè poteſt transferri in ſpiritualia: & diximus, quòd diuina ſapientia proponit duplex alimentum, reſtat quærere & determinare quod eſt alimentum forte, id eſt, ſolidum, & quod humidum, ſcilicet quid ſpiritualiter ſignificent. Deinde determinat propoſitam quæſtionem: & primò quid ſit ſolidum alimentum: ſecundò quid ſit humidum, ibi, *Humidum autem, &c.* Et quia ſolidum eſt quod manet in ſe terminatum terminis ſuis, ideò poteſt dicere, quod *alimentum forte*, id eſt, ſolidum, *arbitror forte* (ſpiritualiter intellectum) *compoſitionem*, id eſt, traditionem *perfectionis*, id eſt, doctrinæ, *intellectualis & manentis*, id eſt, quæ intellectualiter diuina tradit ſecundum modum ipſorum, non tranſcendens perfectionem ipſorum auditorum, propter quod dicit eam manere, *& identitatis*, alia tranſlatio habet, *immobilitatis, ſecundum quam* compoſitionem *diuina participantur ab intellectualibus inſtrumentis ſentiendi*, id eſt, participandi quaſi experimentaliter, id eſt, ab iis quorum virtutes ſunt paratæ ad ſpiritualiter percipiendum, *illis, quibus diuiniſſimus Paulus*, cuius doctrina eſt *ex ſapientia* Dei *accipiens, tradit verè forte alimentum*: ad Hebr. 5. Perfectorum ſolidus cibus. Et 1. ad Corin. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Participatur dico, *ſecundum cognitionem fortem*, inquantum non mutat ad acceptionem ſpiritualium, *& ſtantem*, ſcilicet in modo ipſorum ſpiritualium, *vnitiuam*, quia per eam vnitur intellectus, *& indiuiſibilem*, quia non multiplicatur per figuras vel ſimilia.

Deinde oſtendit quid ſignificet humidum alimentum, & primò in generali, & ſecundo in ſpeciali, ibi, *Propter quod & rori, &c.* Et quia humidum eſt quod terminatur terminis alienis, ideò primò dicit, quod humidum alimentum ſignificat compoſitionem copioſæ doctrinæ, quæ multis communicabilis eſt, & habet duplicem diffuſionem, & reſpectu eorum quibus communicatur, quia ad omnia procedit, non tantum ad perfectos, & reſpectu eorum per quæ traditur, quia per diuerſa & diuiſibilia ſiue proponitur: & ab iſtis ducit eos, quos quaſi paruos nutriuit, ſecundum ſuam proprietatem, ad ſimplicem Dei cognitionem, *& non tremulam*, id eſt, ad cognitionem qua Deus cognoſcitur ſine corporalibus ſimilitudinibus, & ſine dubietate intellectus. Deinde exponit humidum alimentum in ſpeciali, dicens, quòd eloquia Domini aſſimilantur in Scriptura rori, ſicut Deut. 36. Fluit vt ros eloquium meum: & aquæ, Amos. 5. Reuelabitur quaſi aqua iudicium: & vino, ſicut Prouerb. 9. quod ſapientia miſcuit vinum: & melli, ſicut in Pſal. 118. Eloquia tua ſuper mel ori meo: & lacti, Hebræor. 5. Rori ergo & aquæ aſſimilantur propter virtutem viuificandi: quia ros viuificat plantas, & in aquis apparuit primò anima viuens animalium, ſicut patet Gen. 1. Lacti autem, propter nutritiuam virtutem & augmentatiuam, quia lacte nutriuntur & augentur paruuli: ſed vino, propter virtutem reuiuiſcendi, quia vinum propter ſui calorem mortificata membra reſtaurat: ſed melli, propter virtutem mundatiuam & conſeruatiuam, quarum vtraque eſt in melle: &

omnia hæc proportionaliter de plano conueniunt diuinis eloquiis, & ideò ſignificatur in ſpecie talium alimentorum.

Hh Deinde oſtendit qualiter iſta conueniunt Deo, & maximè quantum ad effectum vini qui eſt ebrietas, & quòd ebrietas dicit abundantiam & exceſſum. Ideò primo oſtendit quomodo ebrietas conuenit Deo ſecundum abundantiam: ſecundò quomodo conuenit ſecundum exceſſum, ibi, *Sed & exceſſum*, *&c.* Dicit ergo, quòd abundantia in corporalibus ſemper ſonat in peius, ſed in ſpiritualibus ſonat in melius: & ideò ſecundum dictam expoſitionem alimenti dicitur Deus inebriari propter maximam & abundantem copiam prædicti alimenti in ipſo, & non commenſurati alicui rei: ſed ſine menſura dicitur: dicitur enim ebrius quod extra briam, id eſt, menſuram. Et iſta abundantia huius nutrimenti eſt in ipſo ſicut in eo qui effundit ipſum omnibus aliis. Et quia ebrietatem conſequitur exceſſus cognitionis, quo aliquis eſt extra mentem ſuam, per illum exceſſum, qui eſt defectus in materialiter ebriis, ſignificatur exceſſus Dei, non quo excedat ſuam cognitionem, ſed quo excedit noſtram: quia ipſe eſt intellectus, & ſupra intellectum, & ſupra eſſe, & ſic dicitur pati extaſim reſpectu noſtri inquantum ipſe eſt poſitus extra omnia & ſupra omnia.

Ii Deinde exponit ſecundum quod conueniunt iis qui ſunt in ſtatu patriæ, & allegorizat illud quod dicitur Lucæ 12. Amen dico vobis, quia præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima exponit in generali. In ſecunda in ſpeciali vnumquodque, ibi, *Et reclinationem, &c.* Dicit ergo primo, quòd propter prædictas ſimilitudines moti, eodem modo accipimus conuiuia ſanctorum in patria, quæ tanguntur authoritate prædicta, in qua figuratur ſocietas ſanctorum conſentientium ſibi inuicem, & communio repletorum diuinis bonis, & reclinatorum, id eſt, requieſcentium in eis, ſecundum quod Auguſtinus dicit, quod fruuntur & gaudent in ſe inuicè,& conueniunt omnes in Deo,& ſignificat *Eccleſiam primitiuorum, &c.* id eſt, ſanctorum qui ita accepti ſunt Deo propter ſuam perfectionem ſicut primitiua: & ſumitur de epiſt. ad Hebr. 12.

Kk Deinde exponit iſta in particulari, & dicit, quòd recubitus, ſeu reclinatio, ſignificat quietem à laboribus, quæ erit in futura patria, ſicut dicitur in Apoc. 3. Vt requieſcant à laboribus ſuis, &c. *& vitam* beatam, quæ erit *ſine omni læſione*, *& conuerſationem in lumine viuentium & regione*, id eſt, ipſorum habitatione, quæ erit omni ſancto affectu plena. Et ſignificat quantum ad diſtributionem ciborum copioſam donationem viuificantium ſecundum quod omni lætitia pleni erunt: & iſte etiam recubitus eſt quies & lætitia quam habebunt in Ieſu qui facit eos recumbere, collocans eos in quiete illa: & miniſtrat eis ſecundum quod ſeipſum offert eis, & eis dona diſtribuit & infundit. Et quia effectus cibi eſt etiam ſomnus, ideò conſequenter exponit quid ſit ſomnus Dei, & quid ipſius euigilatio, dicens, *Inquirens autem* ego per ſtudium & contemplationem, *bene non referari*, id eſt, qualiter explanetur, *diuulgatum*, id eſt, frequentatum, *ſomnum Dei* in ſcripturis, *& euigilationem* eius, ſicut in Pſal. 43. Exurge, quare obdormis. Et quia in ſomno aliquis non intendit prouiſioni aliorum, quod facit in vigilia, & in Deo ſit aliquid ſibi ſpecialiter ſegregatum, quod non eſt in aliis communicabile, ſcilicet eminentia ſuæ maieſtatis, hoc erit ſignificatum per ſomnum eius: ſed euigilatio eius ſignificat actum & operationem ipſius ad prouidendum aliis qui indigent *diſciplina*, id eſt, correctione *aut ſaluatione* ab hoſtibus: vnde dicitur euigilari quando humiles ab oppreſſione ſuperborum eripit, in illos iudicans.

Deinde excuſat ſe à determinatione aliorum ſymbolorum, & dicit, quòd ad alia ſymbola quibus Deus ſignificatur, poteſt ipſe tranſire, tum per artem communem hic traditam, tum per ea quæ in ſymbolica Theologia diſſeruit: & ideò concludit, quòd iudicauit ſuperfluum eadem quæ in libro illo dixerat, repetere eiſdem verbis non alia dicens: & ſimul cum hoc quòd cognoſcit eum habilem ad credendum & intelligendum bona & vera, vult facere finem epiſtolæ in iis quæ dicta ſunt, & maximè cum ipſe expoſuerit plura ſymbola quàm ipſe quæſierit per ſuam epiſtolam: & dicit, quòd mittit ſibi totum librum de ſymbolica Theologia, quem ipſe fecit, in quo poterit inuenire cum expoſitione domus ſapientiæ diſtinctas ſeptem columnas, de quibus ibidem fit mentio, & quid ſit ſolidum alimentum & ſacrificia, de quibus ibidem, & quid panes & quæ mixtio vini, cum ibi dicatur vinum quod miſcui vobis. Et dicit, quòd de ebrietate vini & crapula & etiam ea quæ in hac epiſtola dicta ſunt, fuſius exponuntur: & dicit, quòd in illo libro eſt bona inuentio expoſitionis omnium diuinorum, & etiam quod expoſitio ſymbolorum eſt conueniens & veritati fidei & ſacræ Scripturæ, quæ hæc duo oportet ſupponere quaſi fundamentum in allegoriis, vt dicit Hieron. in quadam Gloſſa ſuper Ieremiam contra Origenem. Ll

EPISTOLA X.

Ioanni Theologo Apoſtolo & Euangeliſtæ in Patmos inſula.

Saluto te ſanctam animam, ô dilecte, & mihi eſt hoc ad re 1.
præter multos magis proprium. Gaude verè dilecte, verè amabili & deſiderabili & diligibili valdè dilecte. Quid eſt mirabile ſi Chriſtus eſt verax, & diſcipulos iniuſti ciuitatibus expellunt, ipſi ſecundum dignitatem ſibiipſis attribuentes, & à ſanctis immundi dilecti & recedentes. Verè manifeſtæ imagines ſunt viſibilia inuiſibilium: neque

enim in ſeculis venturis cauſa erit iuſtarum ſegregationum ex ipſo Dei, ſed à Deo perfectè ſeipſos ſegregantes, ſicut & alios videmus hic iam cum Deo factos: quoniam veritatis exiſtentes amatores, ab affectu quidem recedente materialium, in omni autem omnium malorum libertate & amore diuino bonorum vniuerſorum pacem diligunt & ſanctitatem, & ex præſenti vita incipiunt futuram, vt decet Angelos, in medio hominum conuerſati cum impaſſibilitate omni & Dei nominatione & ſanctitate & alis bonis. Igitur non aliquando ita inſaniam, quòd putem nos aliquid ſecundum corporis paſſiones, ſed ſolum iudicare ipſas ſentire credo. Iniuriam autem nobis facientes & relegare arbitrantes non rectè Euangelici ſolem, iuſtè cauſam habens opto ab iſtis dimiſſos, qui contra ſeipſos faciunt ad bonum conuerti, & ad ſeipſos nos trahere & ſumere de lumine. Nos autem neque contrarium priuabit Ioannis ſplendidiſſimo radio, nunc quidem conſecuturos memoria, & renouationem tuæ veræ Theologiæ: paulò autem poſterius (dicam enim, quamuis eſt audaciæ) nobis ipſos vniendos. Dignus autem credi ſum omninò, præcognita tibi & dicentes ex Deo & dicens, quòd ex cuſtodia quæ eſt in Patmos dimitteris, & ad terram Aſiæ reuerteris, & facies ibi boni Dei imitationes, & his qui erunt poſt te trades.

* *

*

DIVISIO ET expoſitio textus.

Saluto te animam ſanctam ô dilecte & mihi eſt hoc ad te præ cæ multos, &c.

VOx ſpeculatorum tuorum: leuauerunt vocem, ſimul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt eum qui conuertit Sion. Iſa. 52. Ex verbis iſtis poteſt trahi modus iſtius epiſtolæ & materia, quam ſcribit Beatus Dionyſius Ioanni Apoſtolo & Euangeliſtæ in Patmos inſula, ex præcepto Domitiani Imperatoris in exilium relegato: per hoc enim quod dicit, *vox ſpeculatorum*, ſignificatur modus quo accepit, id quod in hac epiſtola ſcripſit: quia per reuelationem ſibi à Deo factam per modum prophetiæ prædicit liberationem Apoſtoli, & reuerſionem eum in Aſiam, vt patet in fine epiſtolæ. Prophetæ autem dicuntur ſpeculatores duplici ſpeculatione: quia ſcilicet ſpeculantur occulta in ſpeculo æternitatis, & quia officium ſpeculatorum ſiue cuſtodum habent in populo vt proſpiciant eminentia pericula populi & annuntient: vnde Dominus ad Ezechielem dicit, Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. Et Abacuch dicit, Super cuſtodiam meam ſtabo, &c. Per hoc verò quod conſequitur, *leuauerunt vocem*, poteſt notari magnus affectus Beati Dionyſij ad Beatum Ioannem, quem intra non capiens, fecit in vocem prorumpere ipſum Dionyſium ad ſcribendum Apoſtolo in preſſuris exilij conſtituto. Quod autem ſequitur, *ſimul laudabunt*, ſignificat lætitiam eorum qui in Aſia erant, qui in reuerſione Apoſtoli poſt interfectionem Domitiani, à Senatu Romano decretum proponente, vt omnia quæ Domitianus fecerat, irrita haberentur, occurrerunt ſibi cum laudibus, dicentes, Beatus qui venit in nomine Domini. Per conuerſionem autem Sion, quæ oculis videnda promittitur, ſignificatur liberatio Apoſtoli, quæ in hac epiſtola promittitur: Sion enim ſpecula interpretatur, vnde ſignificat ipſum Ioannem Apoſtolum qui in Dei ſpeculatione fuit præcipuus. A

Diuiditur autem iſta epiſtola in partes tres. B In prima ponitur affectus ſcribentis. In ſecunda ponitur confortatio, ibi, *Gaude vere dilecte, &c.* In tertia prædicitur ipſius liberatio, ibi, *Dignus autem credi ſum, &c.* Dicit ergo primò Dionyſius Ioanni: *O dilecte* ego *ſaluto te*, exiſtentem ſanctam animam, *& hoc*, ſcilicet quod diligam te, *eſt mihi proprium præter multos*, id eſt, ſupra multos dilectos: vnde alia tranſlatio habet, *Apoſtolos*, quos tanquam dilectos ſibi commemorat, vt intelligatur, quòd ipſe Apoſtolum Ioannem pluſquam alios dilexerit, non pluſquam alij eum dilexerunt.

DVBIVM.

Sed contra obiicitur, quòd nullus homo ſua anima eſt: ergo inconuenienter videtur nominare Beatum Ioannem animam ſuam. C

2 Præterea videtur, quòd Paulum debuerit

plus diligere: quis à Paulo fuit conuerſus & fide inſtructus, & ita ab eo plus recepit: ergo plus eum diligere debuit ſecundum ſententiam Domini Matth. 7.

3 Si dicatur, quòd plus eum dilexerit ſecundum conformitatem ad Dei amorem: quia Beatus Ioannes fuit a Chriſto præ aliis magis dilectus. Contra eſt, quod Chriſtus dilexit plus Petrum, quia commiſit ei cuſtodiam ſui gregis, & ita Petrum plus diligere debuit.

Sed ad primum dicendum, quòd eſt ibi ſynecdochica locutio, ſecundum quod ponitur pars pro toto. Vel aliter poteſt dici, quòd ſicut dicit Philoſophus in 10. ethic. homo eſt ſolum intellectus: quia id quod eſt hominis inquantum homo, eſt ſolum ſecundum intellectum: & ideò quia ſolum viuit ſecundum intellectuales operationes humanæ vitæ. Et propter hoc ſanctus vir poteſt dici anima: quia tota vita ſua eſt ſecundum animam.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſecundum ordinem humanæ affectionis Dionyſius plus diligebat à quo plura bona acceperat: ſed ſecundum conformitatem ad Dei dilectionem diligebat plus Ioannem. Et ideò dicendum ad tertium, quòd Chriſtus quodammodo ſicut dicit Auguſtinus, dilexit plus Petrum, & alio modo dilexit plus Ioannem. Dicitur enim ſecundum diuinam dilectionem eum plus diligere ſecundum maiorem dilectionis affectum, cui ſcilicet plus de ſuis bonis communicat: & ita plus dilexit Ioannem, quia plus eum diligit, quem plus amatorem ſui conſtituit: Petrus autem plus dilexit Chriſtum in membris, & ideò etiam eum præfecit gregi ſuo: Ioannes autem plus dilexit eum quantum ad quietem in ipſo: & ideò prætulit eum priuilegio amoris reuelationis: quare non commiſit ſibi Eccleſiam regendam, quia contemplatiui ſolent eſſe negligentes de cuſtodia aliorum: & ſic etiam Dionyſius per conformitatem ad Chriſtum quodam modo plus dilexit Petrum, & quodam modo plus Ioannem.

DIVISIO ET *expoſitio textus.*

D. DEinde ponit confortationem: & diuiditur in partes duas. In prima ponit ea quibus poteſt confortari: ſecundò oſtendit eum confortatione non indigere, ibi, *Igitur non aliquando ita inſaniam*, &c. Circa primum ponit duas rationes confortationis. Secunda incipit, ibi, *Verè manifeſta*, &c. Circa primum adhuc duo facit. Primo hortatur eum ad gaudium inter exilij preſſuras. Secundò ponit rationes gaudij, ibi, *Quid eſt mirabile*, &c. Dicit ergo primo, Ioannes verè dilecte & valdè dilecte à Chriſto verè amabili & deſiderabili & diligibili. Hæc tria hoc modo differunt, quòd amor refertur ad ipſam virtutem appetitiuam intellectualem, quia amor eſt ſecundum operabilem actum & ſecundum intellectiuum affectum: deſiderium autem refertur ad appetitiuam ſenſibilem, quia deſiderium & animus, vt dicit Philoſophus, in ſenſitiua ſunt, & tunc deſiderium erat de Chriſto ſecundum humanitatem. Hoc autem quod dicit valdè dilecte, importat cauſam amoris: qu...

quia ſicut dicit Philoſophus, illud verè amatur in quo nihil niſi honeſtum amatur. Deinde ponit cauſam gaudij duplicem. Et prima eſt, quod Chriſtus prædixit, quòd diſcipuli ſui expellendi erant ab impiis de ciuitate in ciuitatem: & ideò diſcipulis ſuis eſt materia gaudij de hoc quod verba magiſtri ſui de eis inueniuntur vera, etiamſi diuina de eis prædixerit: in hoc enim quod impij expellunt ſanctos à ſe, reddunt ſibi ipſis, ſecundum quod digni ſunt, quia ſeparant ſe à ſanctis, quorum conſortio non ſunt digni. Deinde ponit ſecundam cauſam gaudij: quia in paſſionibus ſanctorum, ſecundum quas ſeparantur ab impiis, repræſentatur futura ſegregatio, qua in futura vita ſegregabuntur ab eis: ſicut enim modo impij ſunt cauſa ſegregationis ſuipſorum à ſanctis, nam hujus Deus non eſt cauſa, niſi permittendo, ita etiam per mala ſua opera ſunt cauſa quod in futuro ſeculo ſegregabuntur à ſanctis, & Deus illius ſegregationis non erit cauſa, quia ipſe neminem compellit. E contrario etiam ſancti in hac vita ſunt cum Deo per gratiam inquantum amant veritatem, & recedunt ab amore materialium rerum, & *diligunt diuinam pacem*, id eſt, quietem in Deo, *in omni libertate omnium malorum*, id eſt, omninò liberari ab omnibus malis, *& in amore diuino omnium bonorum*, vera bona in Deo amantes, *& incipiunt ex nunc futuram bonam vitam*: vnde conuerſantur in medio hominum ſicut quidam Angeli, *cum impaſſibilitate*, id eſt, immunes à paſſionibus peccatorum, quæ non dominantur in eis, *& Dei nominatione*, quia omnia ad nomen Dei referunt, vel diuinis laudibus immorantur, *& ſanctitate & aliis bonis*, in quibus Angelos imitantur: & ideò *viſibilia ſunt imagines inuiſibilium*, & quantum ad vitam præſentem bonorum, in qua ſignificatur futura vita, & quantum ad vitam malorum, in qua ſignificatur & repræſentatur ſegregatio ipſorum à Deo & ſanctis.

DVBIVM.

SED CONTRA hoc obiicitur, quia non omnes mali expellunt ſanctos, imo quidam eos ad ſe trahunt, ſicut legitur de Herode Matth. 14. quòd libenter audiebat Ioannem, & multa pro eo faciebat: ergo videtur non vniuerſaliter verum eſſe. E

2 Præterea, Impij adhuc etiam expellunt bonos, quia reputant ſe indignos ipſorum conſortio: & ita videtur falſum dicere, quòd reddunt ſibi ſecundum dignitatem.

3 Præterea, Matth. 25. dicitur, quòd filius hominis in iudicio ſegregabit malos à bonis: ergo Deus eſt cauſa ſegregationis quæ erit in futuro ſeculo, quod ipſe hic in litera negat.

Sed dicendum ad primum, quòd mali inquantum mali ſemper compellunt bonos, ſed inquantum habent in ſe aliquid boni (quia timent iudicium futurum & ſperant emendaturos ſe ex toto vel ex parte) iſti volunt ſecum habere bonos: quidam autem nolunt omninò ſe emendare, & illi omninò non gaudent bonorum conſortio, ſed expellunt eos ſicut ſibi contrarios, vt dicitur Sapient. 2.

Ad ſecundum dicendum, quòd q[illegible]

ca[illegible]

expellant eos propter hoc, quantum ad intentionem operantis: tamen propter hoc eſt eorum expulſio, quantum ad intentionem operis: ſed Deus non fineret mala ab eis fieri, niſi ipſe ad aliquid ordinaret.

Ad tertium dicendum, quòd Deus non dicitur cauſa meritoria ſegregationis eſſe, ſed ipſi mali: ſed tamen Deus eſt ſicut iuſtè infligens pœnam.

EXPOSITIO TEXTVS.

E Deinde ne videatur hoc dicere, quod credat eum in paſſionibus anxiari & ob hoc confortatione egere, vt reuerentiam ſuam ad eum oſtendat, concludit quòd non intendit confortare ipſum quaſi paſſionibus ſubiacentem: & circa hoc tria facit. Primò dicit quid de ipſo credat: ſecundò quid circa perſecutiones ipſius Ioannis operetur ipſe Dionyſius, ibi, *Iniuriam autem, &c.* Tertiò quid ab ipſo ſperet, ibi, *Nos autem neque contrarium, &c.* Concludit ergo primò, quòd ex quo ſancti impaſſibiliter viuunt etiam in hac vita, non credit, quòd Beatus Ioannes patiatur, ſed quod paſſiones corporis ſentiat ſecundum iudicare: & ita non intendit eum confortare ex quo ſcit eum confortatione non indigere, quia non patitur.

DVBIVM.

F Sed videtvr hoc eſſe falſum: quod enim ſentitur tantum ſecundum iudicare, non inducit experimentum doloris, ſed tantum agit actione animæ: ſed ſancti in paſſionibus experti ſunt maximos dolores: ergo non videtur, quod ſecundum iudicium tantum ſenſerint paſſiones illatas ipſis.

2 Si dicatur, quòd propter intentionem contemplationis vires ſenſitiuæ retrahebantur à ſuis actibus, & ſic non ſentiebant pœnas illatas. Contra: Non eſt auferendum à ſanctis quod facit eis ad maximum cumulum meriti: ſed experimentum doloris ſenſibilis facit ad meritum eorum: ergo experti ſunt etiam paſſionum dolores.

3 Præterea, Chriſtus ſanctiſſimus fuit, & tamen dolor ſuus fuit acerbiſſimus, ſicut dicitur in Threnis, Attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus: ergo etiam & alios ſanctos ſanctitas non excuſabat ab experimento doloris.

Lib. 3. ethi. cap. 9. 4 Præterea, Philoſophus dicit, quòd fortis tantò plus dolet de morte quam alius qui non eſt virtuoſus, quantò vitam ſuam velut meliorem plus diligit. Vnde etiam dicit Auguſtinus de quodam Stoico, qui dum eſſet in periculo naufragij plus aliis timuit: cumque poſt euaſionem periculi à quodam irrideretur, reſpondet merito plus aliis timuiſſe, velut qui plus aliis vitam ſuam virtuoſam diligere deberet. Ergo videtur, quòd ſanctitas potius faciat ad augmentum doloris quam ad minorationem.

5 Præterea, quòd ſancti in paſſionibus habeant experimentum dolorum, probatur per authoritatem: quia in ſecundo Machabæorum 6. cap. dicitur de Eleazaro, quòd orans ad Deum dixit ſe duros ſuſtinere dolores, ſed ſecundum animam libenter eos pati propter Dei amorem.

Sed dicendum, quòd ſancti experiuntur ſenſum doloris in paſſionibus quantum ad corpus, & quamuis propter contemplationem ſenſus retrahantur à ſuis actibus, ſi ſit intenſa, tamen tantum excitantur ſenſus per aliquam acerbam paſſionem vt potius retrahat à contemplationis intenſione, quam è conuerſo ſenſus omnino retrahantur ab experimento doloris. Nec tamen eſt ſimiliter de Chriſto ac de aliis: quia Chriſtus fuit in duplici ſtatu: & ideò ſecundum ſtatum viatoris potuit acerbiſſima pati, & ſecundum ſtatum comprehenſoris altiſſima & quieta contemplatione Dei fruebatur, nec ab vno retrahebatur per alterum: ſed in aliis qui ſunt puri viatores, vnum impeditur per alterum, ita quod actualis contemplatio ſit minus intenſa, & dolorem etiam minus experiantur. Nec iterum eſt ſimile de his qui habent virtutes politicas quæ ordinant ad felicitatem viæ: & ideò de morte maximè dolent: quia nobiliſſimas perfectiones amittunt: ſed virtutes ſanctorum ordinantur ad felicitatem quæ non poteſt eſſe niſi in termino vitæ: & ideò etiam gaudent quodammodo de morte, ſicut dicitur Iob 3. Gaudent vehementer cum inuenerint ſepulchrum. Quare quod hîc dicit Dionyſius, ſic intelligendum eſt: anima ſanctorum non patitur vt ſubſternatur paſſionibus, ſed libera eſt ab eis: & ideò liberè iudicat. Et per hoc patet ſolutio ad totum: quia Philoſophus etiam dicit, quòd quidam patiuntur decenter fortunas: & hoc hic nominat Dionyſius non pati. Lib. 1. ethi. cap. 10.

EXPOSITIO TEXTVS.

G Deinde oſtendit Dionyſius qualiter ſe habet ad perſecutiones ipſius dicens: ita non ſtudeo vos confortare: ſed *opto iuſte cauſam habens*, iuſtum reputo quod volo omnes homines ſaluos fieri ſicut & Deus, *iniuriam facientes nobis & non rectè arbitrantes ſe* poſſe *relegare*, id eſt, exilare vos, *ſolem Euangelij*, propter Euangelium quod edidit altiſſimum, atque optu, dico, hos qui contra ſeipſos faciunt dum contra vos malum moliuntur, *dimiſſos ab iſtis* malis *conuerti ad bonum*, & quod trahant nos ad ſe & ſumant de lumine doctrinæ noſtræ. Deinde oſtendit quid ipſe Apoſtolus ſperet, & dicit, quòd etſi contrarium accidat, ſcilicet quod perſecutores ſui non conuertantur, ipſe tamen cum aliis fidelibus non priuabitur *radio Ioannis*, id eſt, profundiſſima ſua doctrina: nos dico, *nunc quidem*, id eſt, interim dum ex illo detineris, *conſecuturos* ſuum radium *memoria, & renouationem*, quantum ad frequentem repetitionem, *tua vera Theologia*, id eſt, librorum quos de Deo condidit, qui continentur inter ſcripturas canonicas. Vos, & dico, *paulò poſterius*, otioſo Domitiano, *venientes nobis* ſecundum corporalem præſentiam. Et facit parenteſim interponens, *dicam* hoc, *quamuis ſit audacia*, id eſt, quamuis videatur eſſe præſumptio quædam, quod vobis futura prædico, vel quod me vobis venienda dico: cum non ſim dignus. Et ſic expoſuit quomodo non rectè arbitrantur: quia non poſſunt facere quod intendunt, vt tantum ſolem ab aliis tollant. Deinde prædicit reditum ipſius in Aſiam, dicens: *dignus autem ſum omnino credi*, id eſt, vt mihi credatur: *docentes ex Deo* per reuelationem, *& dicens tibi* quædam *præcognita*, id eſt, quædam futura, *vel præcognita tibi*, ſcilicet ex illa quę eſt in Patmos inſula, *& ad terram Aſiæ reuerteris*, ſcilicet Epheſum, & ibi

faties imitationes boni Dei, prædicando & operando ſalutem aliorum ſicut Chriſtus fecit, & tradès doctrinam tuam, *&c*, id eſt, etiam *his qui erunt poſt te*, ſcribendo libros. Vel aliter *facies*, id eſt, ſcribes *imitationes boni Dei*, id eſt, actiones & doctrinas, quæ proponuntur vt eas imitentur: quia Euangelium ſcripſit poſt reuerſionem ab exilio, ſicut dicit Hieronymus in prologo Euangelij eius.

EPISTOLA XI.

Apollophani Philoſopho.

1. NVnc nunc mihi ſermo ad te dirigitur præcordialis amor, multos ſolicitudinum mearum angores de te replicans, teque miti mente ſuper vecordi nece tibi friuolitatis diutinam pertinaciam arguens, & de te phanatica illuſionum phantaſmata inſultans, ſupernaturalem modificationem benignitatis Dei magnificentiſſimę & diligentiſſimę adorando, tibi bene reſipiſcenti pars animæ meæ conniuebo, tuiſque te deſpectionibus compellabo, vt illa tibi iteratò commendem, quorum pridem contempſeras notionem. Frequentiſſimè quidem & diligenter ſatis dilucidaui tibi (Moyſe prodente) à Domino hominem de limo factum, & tranſgreſſiones eius cataclyſmo piatas: ſequẽter quoque eum in amicitia ſumptum, multaque in Ægypto & egreſſionis ſuæ itinere prò eo & in eo feciſſe magnalia, atque Theologos multiuidus feciſſe, quorum prænoſcentia Deus humanatus fieri eſt dignatus ex Virgine. Vnde mihi reſponſalia multoties remiſiſti, non ſolum te hæc vera funditus ignorare, verum etiam quis idem Moyſes fuerit, perneſcire, Euangelium Ieſu Chriſti Dei totius maieſtatis, quod meũ vocabas, renuere, Paulum verò hominem mundi circuitorem & ſeminuerbium de materialibus ad immaterialia non velle ſuſcipere: imò me refellendo, quoniam paterna religionis iura degener omittens, in ſacrilegia nepharia me tranſfuderim: hortabaris autem ea quibus innitebar, dediſcere, aut his deletis paterer mea mihi ſufficere, & non nomina diuina ſeu leges proprias derogare.

2. Vt autem lux ſuperna paternæ gloriæ ſplendorem in tuæ mentis tenebras radiare ſuo propoſito deſtinauit, penetralibus cordis mei infudit, vt tibi memoriale piſſimum recordaret qualiter in Heliopoli penè coæuo mihi, ego quinque & viginti ferè annorum tempus euoluens, pariter morabamur, cum feria quadam ſexta, fermè hora quaſi ſexta, luna ſe ei iniiciente, ſol eſt horribiliter obſcuratus: quia non Deus, ſed creatura Dei lucis ſuæ occubitu lucere, nequiuit. Quæſtuſque ſum apud te, quid tibi prudentiſſime videretur. Ex quo prudentia tua reſpondit, quod adeò tenaciter cordi mentis meæ inhæſit, vt nulla obliteratione abradi, nulla mortis imagine valeat aboleri. Offuſi namque orbe vniformiter caligine tabeſcente, vt purgatum redijt ſolis diametrum regulam Philippi Aridei aſſumpſimus: cumque reperimus, quod & erat notiſſimum, eatenus fatigatione ecliptica ſolem pati moleſtias non debere: & ab Oriente lunam ſolarem fulgorem velis Æthiopicis obducentem, ſolem in occidua ora captare profugia. Tunc autem lucigenos theſauros caligines, quas * genuerant, vſque in Iliacos, vt putauimus, proferentes, recondere occidentes, prætertim cum lunæ deeſſet, & nec conuentus tempus propinquaret. Aio ad te peritiæ noſtræ ſacrarium adhuc neſcius tantæ rei myſterium. Quid, inquam, ſpeculum doctrinæ Apollophanes, his ſecretis aſcribis? Ad quæ tu mihi inquiens omnino diuini & non humani ſenſus ſermone. Iſta, ô bone Dionyſi, diuinarum retributiones ſunt rerum. Denique notatum feriæ diem & annum, annuntiationi quam Paulus noſtris auribus ſuſpenſis intonuit, ſignis acclamantibus concordari expertus, dedi veritati manus, & falſitatis ſum nexibus abſolutus. Quam ineffabiliter offero tibique infero, quæ eſt vita & via, ac verum lumen eſt, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, cui tu tandem verè prudens ceſſiſti. Ceſſiſti nempe vitę cum abdicaſti mortem, cuique bene facies inhærendo, cum hinc nobis arctius iunctus fueris. Os enim illud eſt, cuius me fulgore obtenebrans eras ſolitus, hinc inde fucis multicoloris etiam ita penetralia infuliginare, & acuminatis ſpeculis terebrare: quoniam, vt fatebare, illius notitia ſapida noſtr. vt inhiabas, mentali palato reſultabat, & dedignans in ventre tuæ notitiæ ſedem ſumere abnuebat. Sic ſic modo cognoſcentia & prouida corda ſuſcipe, ne pro his quæ non ſunt verum temeras, & pertinacior ad falſa tentantibus eſto, quam ad verum ſuggerentibus noſtris votis exciteras. Ita namque in Ieſu eſſe & vita mea lætus iam, cum ipſe in eo viues.

* *Alias germinant.*

EXPOSI

DIVISIO ET expoſitio textus.

Nunc nunc mihi ſermo ad te dirigitur, &c.

A QVis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris & deoſculer, & iam nemo me deſpiciat. Cantic. vltimo. Ex verbis iſtis poteſt trahi materia & intentio huius epiſtolæ qua Beatus Dionyſius ad Apollophanem ſcribit iam conuerſum, congratulans ſibi de conſecuta ſalute, & confortans ad perſiſtendum in ea. Per hoc quod dicitur, *Quis mihi det*, ſignificatur magnum deſiderium quod Dionyſius de illius conuerſione habuit. Et hoc verò quod conſequitur, *te fratrem meum*, ſignificat quòd cauſa deſiderij eſſet: quia erat frater ſuus, ex eadem gente Græcorum, ſicut diſtinguit quædam Gloſſa ſuper Amos 1. id eſt, quòd frater dicitur multis modis. Per hoc vero quod ſequitur, *ſugentem vbera matris meæ*, ponitur altera cauſa deſiderij & ſpecialis amoris, ſcilicet eadem profeſſio vel idem ſtudium: quia vterque eorum ſimul nutriti erant lacte matris philoſophiæ. Per hoc vero quod ſequitur, *vt inueniam te foris*, ſignificatur ipſa conuerſio ipſius deſiderata, quia Beatus Dionyſius inuenit eum foris à turmis Gentilium in ſolitudine Chriſti. Per hoc verò quod ſequitur, *Et deoſculer te*, ſignificatur magnus affectus Dionyſij ad eum, quem in principio iſtius epiſtolæ exprimit. Per hoc verò quod ſequitur, *Et iam me nemo deſpiciat*, notatur conſolatio quam habuit & gaudium de conuerſione eius, ita vt iam non curet etiàm mori, ex quo illum in Chriſto viuere videbat, vt in fine epiſtolæ dicitur.

B Diuiditur autem iſta epiſtola in partes tres. In prima oſtendit affectum ſuum ad eum, ſimul & affectuosè arguens de præterita erroris pertinacia. In ſecunda ponit modum conuerſionis & illius, & ſuæ, ibi, *Vt autem lux ſuperna, &c.* In tertia hortatur eum ad fortius reſiſtendum, ibi, *Sic ſic modo cognoſcentia, &c.* Circa primum duo facit. Primò exponit ſibi affectum ſuum circa eum, & quod ex tali affectu ſcribat ſibi quæ in hac epiſtola dicuntur. Secundò replicat illius duritiam, ibi, *Frequentiſſimè quidem, &c.* Dicit ergo primo: Apollophanes *præcordialis amor*, id eſt, iam mihi es materia intimi amoris. Locutio emphatica: quia totus erat in amore illius. *Nunc nunc*, ſcilicet ad maiorem expreſſionem verba geminantur, ſicut in Iſaia frequenter, *ſermo* qui *eſt mihi, ad te dirigitur*, id eſt, iſtius epiſtolæ ſermo, dico, *replicans*, id eſt, iteratò recitans tibi, *multos angores*, id eſt, anxietates *mearum ſolicitudinum*, quas de tua conuerſione habebam, *teque arguens miti mente*, id eſt, amicabili affectu, *ſuper vecordi nece tibi*, id eſt, ſuper morte animæ tuæ, quæ tibi ex tua vecordia imminebat, *ex diutina pertinacia friuolitatis*, id eſt, quia diu friuolis idolorum *inſultans* cultibus pertinaciter inhæſiſti: *& ſermo de te*, id eſt, contra te, *phanatica illuſionum phantaſmata*, id eſt, illuſiones apparitionum, quæ in phanis idolorum erant vel templis: *& coniubilo tibi*, id eſt, congaudeo ſaluti tuæ ineffabili gaudio quod intra me capio, qui es *pars animæ meæ*, per vnionem amoris: vnde *reſipiſcenti*, id eſt, reſpicienti ea quibus prius malè inhæſeras, *adorando*, gratias agens, *ſupernaturalem modificationem benignitatis Dei magnificentiſſimæ*, quantum ad attentiones ſuper cauſata, id eſt, diuinam prouidentiam, quæ omnia moderatur benignè, *tuiſque te deſpectionibus compellabo*, id eſt, obijciam contra te verba, quæ in deſpectionem fidei contra me olim dixiſti, vt non confundaris, ſed *vt illa tibi iterato commendem, quorum pridem*, id eſt, prius *contempſeras notionem*. Quaſi dicat: Vt iterum reducam tibi ad memoriam ea quæ tunc cognoſcere noluiſti, vt memoriæ tibi firmius commendentur. Et ſic patet, quòd quaſi in quodam prologo poſuit totam intentionem iſtius epiſtolæ.

Deinde arguit eum de præterita pertinacia, & circa hoc duo facit. Primo ponit ea quæ Dionyſius ei proponebat, in quo oſtenditur eius ſolicitudo, quod fuit primò propoſitum. Secundò ponit qualiter ille pertinaciter reſpondebat, in quo arguitur eius vecordia, quod fuit ſecundò propoſitum, ibi, *Vnde mihi, &c.* Dixit ergo primò, quòd frequenter & *diligenter*, id eſt, ſolicitè expoſuit ſibi ſecundum quod Moyſes tradidit, edoctus à Domino, quomodo homo factus eſt de limo terræ, & *tranſgreſſiones eius*, id eſt, peccata humani generis, *piaras*, id eſt, punitas, *cataclyſmo*, id eſt, diluuio, *ſequenter* quoque poſt diluuium, cum ſcilicet humanum genus ſumptum à Deo *in amicitia* in Abraham & eius poſteritate: & hæc omnia leguntur in Geneſi. *Et dilucidaui tibi feciſſe multa magnalia in Ægypto*, percutiendo eam decem plagis, *& in itinere egreſſionis* eius de Ægypto, ſcilicet generis humani in amicitiam ſumpti, feciſſe dico, *pro eo* in alijs, ſicut ſubmerſionem Pharaonis, *& in eo*, ſicut in traductione maris rubri & multis alijs quæ leguntur in Exodo, *atque* Deum feciſſe in illo populo *Theologos*, id eſt, Prophetas loquentes de Deo, *multiuidos*, id eſt, multis modis diuina videntes, ſicut dicitur Oſeę 12. Ego viſiones multiplicaui in eis, *quorum præcognoſcentia Deus dignatus eſt fieri humanatus ex Virgine*, quando ſcilicet præſciuerũt & prædixerunt. C

Deinde ponit reſponſionem illius, in qua oſtenditur eius pertinacia: & dicit, quòd ad omnia hæc ille reſpondebat ſibi ſuis literis, quòd non ſolum hæc quæ dicta ſunt, neſciebat eſſe vera, ſed etiam quis fuerit Moyſes, qui hæc dixit, dixit ſe neſcire: & quia ipſe tenuebat *Euangelium Chriſti*, qui eſt Deus *totius maieſtatis*, id eſt, in quo eſt ſumma & perfecta maieſtas: & vocabat quaſi irridendo, Euangelium Dionyſij, & dicebat ſe non velle ſuſcipere Paulum Apoſtolum, quem dicebat *hominem circuitorem mundi*, id eſt, quaſi vagum, *& ſeminiverbium*, quaſi proferentem multa verba, quibus ſubijcit aliquid certum, *de materialibus ad immaterialia*, id eſt, vt eo docente tranſeundum eſſet de viſibilibus mundi ad inuiſibilia Dei: & etiam ipſum Dionyſium arguebat: refellendo ipſum de hoc quod tranſtulerit ſe ad cultum Chriſtianorum, quem ſacrilegum dicebat, relictis paternis legibus de cultu idolorum traditis, quaſi a ſua gente degenerans: & hortabatur eum, quod *deſiſteret ea*, id eſt, dimitteret (quaſi obliuiſcens eorum) ſcilicet fidem Chriſtianam, cui innitebatur: aut ſi hoc non vellet, fide Chriſtiana contentus, ſaltem abſtineret *derogare*, id eſt, euacuare cultum idolorum & leges patrum ſuorum, alios auertendo ab eis per ſuam prædicationem. D

Deinde

E Deinde ponit modum conuerſionis eius, & etiam ſuæ, in quo Dei benignitatem commemorat. Et circa hoc tria facit. Primò ponit illud quod vtrumque mouit ad conuerſionem. Secundò ponit conuerſionem ſuipſius, ibi, *Denique notatum feria diem, &c.* Tertiò ponit conuerſionem illius, ibi, *Cur tu tandem vt vere prudens ceſſiſti, &c.* Circa primum tria facit, Primò tenitur ſubſtantiam facti, quæ mouit eos ad credendum. Secundò ponit qualitatem quam ipſe ſcit & ſolutionis qualitatem, ibi, *Quæſtuſque ſum, &c.* Tertiò ponit quid mouerit eum ad quærendum, in quo & modum facti ſpecificat, & quæſtionem & reſponſionem, ibi, *Offenſa nomque, &c.* Dicit ergo primò: ita tamen fuiſti pertinax: *vt autem ſuperna lux*, quia diuina, *deſtinauit ſuo propoſito*, non iuis meritis, *radiare*, id eſt, irradiando immittere in tenebras tuæ mentis infidelitatis, *ſplendorem paternæ gloriæ*, id eſt, Filium Dei, id eſt, fidem eius, qui eſt ſplendor gloriæ, vt dicitur ad Hebr. 1. *infudit penetralibus cordis mei*, id eſt, inſpirauit mihi, *vt recordarer tibi piiſſimum memoriale*, id eſt, pium factum, quod ad memoriam reducendum eſt, in epiſtola quam ſcripſit ad Policarpum, per quam Apollophanes fuit conuerſus, ſcilicet *qualiter pariter ego & tu morabamur in Helioſoli*, id eſt, in quadam ciuitate Ægypti, *ego excedens tempus viginti & quinque annorum ferè, & tu penè coæuus mihi*, quia erant quaſi eiuſdem ætatis, vel quia tantundem temporis fuit vſque ad conuerſionem ſuam. *cum quadam feria ſexta, hora verò ſexta*, quando Dominus crucifixus eſt, *ſol eſt obſcuratus horribiliter*, id eſt, mirabiliter, & contra naturam, & non per interpoſitionem nubium, ſed *luna ſe ei iniiciente*, id eſt, ſubmittente: *quia ſol, qui non eſt Deus, ſed factura Dei, nequiuit lucere occumbente*, id eſt, in morte, *ſua lucis*, id eſt, Chriſto qui eſt cauſa ſuæ lucis.

F Deinde ponit quæſtionem, dicens: & tunc *quæſtus*, id eſt, conqueſtus ſum *apud te* cum admiratione *Quid tibi videretur ô prudentiſſime Ex qua*, id eſt, propter meam quæſtionem, *tua prudentia reſpondit quoddam, quod adeò tenaciter inhæſit cordi meo vt mea. vt nulla obliteratione*, id eſt deletione per inductionem aliarum ſpecierum *valeat abradi* à memoria mea, *nulla mortis imagine*, id eſt, nulla ægritudine quæ foret ſimilis morti, ſicut eſt apoplexia, quæ obliuionem facit, *valeat à me aboleri*, id eſt, auferri: his enim duobus modis contingit obliuio.

G Deinde ponit cauſam quæſtionis, quæ fuit, quòd inueneruntur eclipſim non fuiſſe naturalem, dicens: ita quæſiui tum, *namque nos ambo*, id eſt, ſtupefacti, *orbe*, id eſt, mundo, *vniformiter*, id eſt, per totum, *tabeſcente caligine*, id eſt obſcurato ſolis per defectum: *vt*, id eſt, poſtquam *diametrum ſolis*, id eſt, corpus ſolis ſecundum ſuum totum diametrum, *rediit* ad lucem, *purgatum* à tenebris *aſſum* *ſimus canones*, id eſt, tabulas ad æquandum planetas, *Philippi Aridæi*, qui fuit Pater Alexandri, vt videremus ſi poſſet eſſe eclipſis: *cumque reperimus* per illas tabulas, *quod & erat*, et ſe notiſſimum, *ſolem non debere tatenus*, id eſt, tunc temporis, *pati moleſtias eclipſi à fatigatione*, id eſt quod non eſſet tempus eclipſis: cumque inuenimus *lunam obducentem*, id eſt, obſcurantem *velis Æthiopiſsis*, id eſt, magnis tenebris, *ſolarem fulgorem ab Oriente*, *ſolem capiare profugam in occiduam*, ſcilicet regione, id eſt, ſole vergente ad Occaſum: cum enim luna ſuam plenitudinem perſoluiſſet per nouem horas, ſole vergente ad Occaſum, ipſa erat ſoli ad Orientem, & per arcum Orientis, qui erat inter ipſam & ſolem, venit & ſuppoſuit ſe ſoli, mota de Oriente in Occidentem, contra naturam *Tunc autem reperimus ſolem & lunam, caligines quas generarant* ex ſuppoſitione vnius ſub altera, *vt putauimus*, id eſt, ſicut æſtimare potuimus, *vſque in Iliacos terminos*, id eſt, regiones Troianas: hos, dico, inuenimus *theſauros lucigenos*, id eſt, generationes lucis in aliis corporibus, ſcilicet radios ſolis, *occidentes*, id eſt, occumbentes, præſertim *cum luna deeſſet* ab angulo plenitudinis, *& non propinquaret tempus conuentus*, id eſt, coniunctionis. Cum, inquam, ita inueniremus, ego *adhuc neſcius*, id eſt, neſciens *myſterium tantæ rei, aio ad te ſacrarium*, id eſt, ſacrum repoſitorium *vaſte*, id eſt, amplæ *peritiæ*, *Apollophanes ſpeculum doctrinæ*, id eſt, in quo reſultat maxima doctrina. *Quid aſcribis his ſecretis*, id eſt, quam cauſam dicis huius eclipſis, quæ non eſt per cauſas naturales nobis notas. *Ad quæ*, ſcilicet à me quæſita, *tu mihi* reſpondiſti, *inquiens, ore toto quod dicitur, diuino*, id eſt, in tua reuelatione: vel *diuino omninò* ſicut habet alia tranſlatio, *& non humani ſenſus ſermone*, in hoc, ſcilicet inquiens: *Iſta* quæ præter naturam vides, *ſunt retributiones diuinarum rerum*, id eſt, eò quod diuinis rebus aliquid attribuitur, id eſt, aliqua violentia eis infertur. Hæc autem omnia, quæ hic dicta ſunt, plenius expoſita ſunt in epiſtola ad Policarpum & ideò hic pertranſimus.

H Deinde ponit modum ſuæ conuerſionis Dionyſius, dicens: *Denique ego expertus notatum feria diem & annum*, quando eclipſim videramus, *concordare annunciationi quam Paulus noſter Magiſter intonuit*, id eſt, clarè ingeſſit *auribus* Athenienſium *ſuſpenſis* ad audiendum eum, quia ad nihil aliud vacabant, niſi vt aliquid noui audirent, vt dicitur in Actibus, *acclamantibus ſignis*, id eſt, miraculis quæ Paulus operabatur atteſtantibus ſuam prædicationem, *dedi manus veritati* id eſt, cibo diuinæ veritatis fidei, *& ſum abſolutus à nexibus falſitatis*, ſcilicet idololatriæ. *Quam* ſcilicet veritatem *ineffabiliter efferò* id eſt, laudo ſupra id quod dici poteſt, *tibique infero*, id eſt, annuntio eam, *quæ veritas, eſt & vita & via*, ſicut dicitur Ioannis 14. *me*, id eſt, & etiam *verum lumen quod illuminat omnem hominem, &c.* Ioan 1. & hoc quidem verum eſt de Chriſto ſicut illuminante efficienter, & de fidei veritate, ſicut illuminante formaliter.

I Deinde ponit conuerſionem illius: & primò ponit conuerſionem Secundò laudat ſapientiam eius, ibi, *Os enim ò lude, &c.* Dicit ergo primò, quòd illi veritati cautus etiam Apollophanes ceſſit: & hoc fuit dare locum vitæ, vel capeſſere mortem. Et dicit, quòd bene faciet ſi huic veritati cui ceſſit, fortiter adhæſerit: quia ex hoc ſtrictius iungentur per vnitatem fidei & charitatis, quam antè fuerint per conformitatem in ſtudio philoſophiæ Deinde commendat eum congratulando ſibi, dicens: *Illud os*, ſcilicet tuum, *eſt enim ſulgere*, id eſt, robuſti contradictione, *non abnegans*, ſcilicet in dubitatione & in inuolutione ponens, *ſolitus eras*, dum infidelis eſſes, *hinc inde*, id eſt ex diuerſis partibus ſumptis, *ſtatis multiſ. emiſſis*, id eſt argumentis diuerſis, *eiiamina*, id eſt, perfecto modo, *penetralia*, id eſt, profunda noſtri cordis, *inſurgeare*, id eſt, exſtimulare, *& terebrare acuminatis ſpiculis*, id eſt, ſubtilibus rationibus, ita vt non viderem qualiter tibi rationabiliter reſpondere *poſſiam*, *vt fatebare*, id eſt, ſicut dicebas, dum mihi contradiceres, *illius veritatis*, ſcilicet fidei *notitia ſapida eſt*, id eſt, quæ cum quodam ſapore dilectionis ſpiritualis noſcitur, *reſultabat*, quaſi reuerberata per tuam pertinaciam, *à mentali palato*, id eſt, à virtute quæ doctrina dentibus animæ ſumitur, ſicut corporalis cibus palato, *vt imbibabas* ſicut deſideratæ nolebas, quia non placebat tibi eam accipere: *&* deinde ipſa *dedignans te, abnuebat ſumere ſedem*, id eſt, firmam collocationem, *in ventre noſtra tua*, id eſt, vt habitus in mente eſſet: quia acquiſitionem aſſimilat palato, quo capitur cibus, & habitum quieſcentem in anima, ventri, in quo iam collocatus eſt cibus.

K Deinde confortat eum, dicens: *ſic*, ad maiorem aſſectionem *modo gerens corda cognoſcentia* veritatem, & *prouida* ad recte iudicandum, *ſuppone*, id eſt, ſolicitè attende, *ne remittam*, id eſt, iterum convertas reuerſus ad vomitum, id *quod eſt verum* id eſt, Chriſtum, cùm veritas ſemper eſt immobilis, *pro his qui non ſunt Dij*, id eſt, pro idolis, *& eſto pertinacior tentantibus te ad falſa*, id eſt, illis qui volunt te reducere ad idololatriam, *quàm extiteras noſtris votis*, id eſt, deſideriis, *ſuggerentibus*, id eſt, adhortantibus te, *ad verum*, id eſt, ad veritatem recipiendam. *Ita namque in ſe me eſſe te volo & viuere, qui eſt mea vita*, id eſt, cauſa vitæ meæ ſpiritualis *& iam lætus moriar*, quaſi adeptus quod deſidero: *cum ipſe in eo viuis*: quia te ſucceſſorem relinquo in Chriſto Ieſu. qui eſt vita ſanctorum permanens in ſecula ſeculorum. Amen.

INDEX.

INDEX CAPITVM

Libri de cæleſti hierarchia.

CAPVT PRIMVM.

QVONIAM *omnis diuina illuminatio ſecundum bonitatem variè in prouiſa prouenïens, manet ſimpla, & hoc non ſolum, ſed & viuificat illuminata.* 3.

Cap. II. *Quoniam pulchrè diuina & cæleſtia etiam per diſſimilia ſymbola manifeſtantur.* 11.

Cap. III. *Quid eſt hierarchia, & quæ per hierarchiam intelligentia.* 33.

Cap. IV. *Quid ſignificat Angelorum cognominatio.* 44.

Cap. V. *Quare omnes cæleſtes eſſentiæ Angeli dicuntur.* 59.

Cap. VI. *Quæ prima cæleſtium eſſentiarum diſpoſitio, quæ media, quæ vltima.* 62.

Cap. VII. *De Seraphin & Cherubin & Thronis, & de prima eorum hierarchia.* 69.

Cap. VIII. *De Dominationibus, & Virtutibus, & Poteſtatibus, & de media eorum hierarchia.* 92.

Cap. IX. *De Principibus, & Archangelis, & Angelis, & de vltima eorum hierarchia.* 108.

Cap. XII. *Quare ſecundum homines hierarchæ Angeli vocantur.* 138.

Cap. X. *Synagoga angelicæ ordinationis repetitio.* 125.

Cap. XI. *Quare omnes cæleſtes eſſentiæ communiter Virtutes cæleſtes vocantur.* 133.

Cap. XIII. *Quare à Seraphin dicitur purgatus fuiſſe Propheta Iſaias.* 144.

Cap. XIV. *Quid ſignificat traditus angelicus numerus.* 169.

Cap. XV. *Quæ ſint formatiuæ angelicarum virtutum imagines, Quid igneum, qui oculi, quæ aures, quis tactus, quæ ſupercilia, qui dentes, quæ brachia, quæ manus, quæ pectora, qui pedes, quæ nuditas, quis lucidus amictus, quæ zona, quæ arma, qui geometrici funes, quæ nubes, quod electrum, quæ leonis forma, quæ humana effigies, quæ nares, quæ ora, quæ palpebræ, quis auditus, qui humeri, quod cor, quæ dorſa, quæ alæ, quis amictus ſacerdotalis, quæ virga, quæ ſecures, qui venti, quod æs, qui colores diuerſorum lapidum, quæ aquilæ ſpecies, qui equi, quæ differentiæ equinorum colorum, quæ flumina, qui currus, quæ rotæ, quod dictum gaudium Angelorum.* 173.

INDEX RERVM

Notabilium, quæ in Commentariis in librum de cæleſti hierarchia continentur.

A

Abſtractio duplex, ſ. à materia & à particulari. capite 2.num.2.b.

Accidens eſt duplex, ſcilicet ſpeciei & indiuidui. c.7.n.3.b.

Actio agentis per voluntatem eſt duplex, ſcilicet interior & exterior. c.4.n.1.c.

Non eſt aliquis actus in Angelis qui non ſit de ſubſtantia gloriæ, vel cuius ratio non ſit gloria. c.13.n.1.e.

Ænigma eſt ſententia verborum obſcuritate inuoluta. c.2.n.4.e.

Æris, electri & lapidum multicolorum ſpecies cur Angelis attribuatur. c.15 n.10.a.

Coactio in affectum cadere non poteſt. c.9.n.4.c.

Primum agens producit totam ſubſtantiam rei, nullo præexiſtente. c.4.n.1.b.

Diuinus amator non attendit reuerentiam quam ratio dictat. c.2.n.11.b.

Amor, dilectio & charitas quomodo differunt. c.7.n.1.d.

Analogorum perfecta ratio inuenitur in vno, in aliis autem ſecundum comparationem ad illud. c.1.n.2.b.

Si animæ non haberent indiuiduationem niſi ex corpore, ex omnibus animabus non remaneret niſi vna, deſtructis corporibus. c.11.n.1.b.

Anima non eſt in corpore ſicut locatum in loco, ſed ſicut forma in materia. c.13.n.9.c.

Animus dicitur tripliciter, ſ. animoſitas, concupiſcentia & motor animæ. c.2.n.4.b.

Diuerſa commixtio eſt ſignum diſpoſitionis animæ diuerſæ, cauſa verò eſt ſecundum acceſſum ad vnum ſimplex. c.10.n.1.e.

Angeli ex Apuleio ſunt natura animalia, corpore aërea, loco cæleſtia, tempore perpetua. c.2.n.2.a. item c.15.n.1.f.

Quomodo paſſiones in Angelis ſunt intelligendæ. c.2.n.10.a.

Modus quo manifeſtantur Angeli, duplex, ſ. conſequens & inconſequens. c.2.n.5.b.

Angeli dicuntur animi ſiue intellectus, quia intellectus eſt eorum eſſentia. ibid.

Locus angelorum eſt Deus, intra quem currunt quocumque mittantur. In prologo.

Diſpoſitio Angelorum in principatu & ordine eſt ſubiectum libri de Eccleſ. hierar. c.1.n.1.a.

Angeli excedunt rationem & ſenſum. c. 2. n. 11.d.

Angeli ſciunt contingentia & primam eorum cauſam. ibid.

Lumen diuinum eſt medium, quo vnus Angelus percipit cognitionem alterius ordinatam ad ipſum, conuertendo ſe ad prædictum lumen. c.2.n.11.e.

Angeli dicuntur cæleſtes, vel quia cæleſtibus præficiuntur, vel quia ſunt loco cæleſtes, vel quia eorum miniſteria in cælo diſtinguuntur. c.2.n.13.a.

Angelus non poteſt cauſare gratiam vel charitatem in altero. c.3.n.1.b.

In Angelis poteſt eſſe diſcordia. c.3.n.3.c.

Purgatio in Angelis eſt reductio à confuſione intellectus ad firmiter perſiſtendum in vno. c.3.n.3.c.

Angeli inferiores an illuminent ſuperiores. c.3. n 3.d.

Multi Angeli ignorauerunt myſterium incarnationis, & per Eccleſiam eis innotuit. ibid.

Angeli propinquiores ſunt Deo, qui plus ab eo participant. c.4.n.3.a.

Angeli vnde id nomen habent. c.4.n.4.

Angeli illuminant animas noſtras. c.4.n.4 b.

Secundum ſtatum viæ nullus illuminatur à Deo immediatè, ſed mediantibus Angelis. c.4. n.5.b.

Angeli poſſunt dici æquipotentes, aut ſecundum gradum eiuſdem hierarchiæ, aut ſecundum participationem eiuſdem doni, aut participando idem donum æqualiter. c.4.n.7.b.

Omnes Angeli differunt ſpecie. c.4.n.7.c.

Myſterium incarnationis miniſterio Angelorum nobis reuelatum. c.4.n.8.a.

Angeli modum & particulares conditiones myſterij incarnationis ſciuerunt ab Eccleſia. c. 4.n.8.b.

Angeli ſuperiores habent dona inferiorum, non contrà. c.5.n.1.a.

Hoc nomen, Angelus, licet ſit commune omnibus ordinibus, tamen imponitur ſpeciali ordini vt proprium nomen. c.5.n.1.a.

Deus ſolus perfectè nouit quanti & quales ſunt Angelorum ornatus. c.6.n.1.b.

Impoſſibile eſt nobis ſine reuelatione venire in cognitionem Angelorum, ſecundum quod ponimus eos non determinatos ad motum. c.9 n. 2.b. item c.11.n.1.b.

Angeli diſtinguuntur per tres hierarchias, quarum quælibet diuiditur in tres ordines. c 6.n.4.b.

Sufficientia

Sufficientia nouem ordinum Angelorum. ibid.
Varię Philoſophorum opiniones circa numerum Angelorum. ibid.
Si Angeli ſeruirent Deo in motu orbium, eſſent de inferiori ordine. ibid.
Diuiſio Angelorum in nouem ordines, eſt diuiſio totius potentialis. c.6.n.5.b.
Proprietates naturales Angelorum quibus abinuicem diſtinguuntur, ſunt nobis ignotæ. c.7.n.1.b.
In Angelis eſt compoſitio ex potentiali & actuali. c.7.n.3.b.
Quomodo Angeli dicantur non receptiui materialium phantaſiarum. c.7.n.8.b.
Variæ opiniones circa modum quo Angeli cognoſcunt ſingularia. c.7.n.9.a.
Angeli habent ſpecies ſingularium, non ab ipſis ſingularibus, ſed à prima idea. ibid.
Angeli ſuperiores non habent ſcientiam analyticam. c.7.n.10.b.
Angeli inferiores à ſuperioribus, & ſupremi à Deo immediatè illuminantur. c.7.n.11.
Purgatio, illuminatio & perfectio in Angelis ſunt tria ſecundum effectum, vnum verò ſecundum formam & agentem. c.7.n.12.b.
Motus non propriè dicitur Angelorum circa Deum, ſed operatio. c.7.n.13.b.
Motus circularis quomodo ſit in Angelis. c.7.n.13.c.
Angeli inferiores recipiunt à ſuperioribus lumen quo intellectus eorum confortatur in contemplatione Dei, non tamen recipiunt aliquod lumen in quo manifeſtetur Deus. c.8.n.5.b.
Angeli quocumque mittantur, nunquam recedunt ab intimo diuinæ contemplationis. c.8.n.6.c. item c.13.n.9.b.
Angelorum actus proprius eſt nuntiare hominibus quæ pertinent ad ſingulorum ſalutem. c.9.n.3.c.
Angelorum cuſtodia neceſſaria eſt homini ad ſalutem neceſſitate conuenientiæ. c.9.n.4.b.
Angelorum cuſtodia non eſt coactiua. c.9.n.4.c.
Angeli ſemper cuſtodiunt homines. c.9.n.4.e.
Angelis accreſcit præmium accidentale ex cuſtodia hominum. c.9.n.4.f.
Quod aliqui non proficiant, id non eſt Angelis imputandum. c.9.n.5.
Angeli non deſerunt quos cuſtodiunt, vſque ad mortem. c.9.n.5.d.
Angeli non gaudent de damnatione cuſtoditorum c.9.n.5.e.
Idem eſt caſus Angelo, quod mors homini. c.9.n.5.f.
Angeli poſſunt illuminare intellectum noſtrum. c.9.n.6.b.
Angeli ſublimiores illuminantur ſublimiori modo. c.10.n.1.e.
Gradus in Angelis ſecundum maiorem vel minorem acceſſum ad vnum primum. c.10.n.1.e.
In vno Angelo eſt connexio virtutum ſecundum primum, medium & vltimum. c.10.n.2.e.
Angeli quomodo dicuntur clamare alter ad alterum. c.10.n.2.f.
Angeli non ſunt compoſiti ex materia & forma, ſed ex eſſe & quod eſt. c.11.n.1.a.
Maledicti ſunt qui dicunt Angelos aliquid creare. c.11.n.1.b.

Index in Comment. lib. de cal. hier.

Quare omnes Angeli vocantur virtutes cœleſtes. c.11. per totum.
Eſſentia Angelorum non eſt æqualiter ſimplex, ſed magis vel minus per acceſſum ad vnum ſimpliciſſimum. c.11.n.1.c.
Qualiter Angeli diuiduntur in eſſentiam, virtutem, & operationem. c.11.n.1.d.
Angeli non habent alias vires niſi intellectum & voluntatem. c.11.n.1.e.
Eædem illuminationes ſunt ſuperiorum & inferiorum, ſed ſuperiorum eminenter & vniuerſaliter, inferiorum autem particulariter & in minori fulgore. c.12.n.1.b.
In Angelis idem eſt meritum & prǽmium & felicitas & ſimul, ſed diuerſa ratione. c.12.n.1.b.
Superiorum ſcientia eſt vniuerſalior. c.12.n.1.c.
Quo ſenſu Angeli dij dicantur. c.12.n.1.f.
Virtus Angeli eſt accidens naturam conſequens. c.13.n.4.b.
Superiores Angeli agunt in inferiores; non è conuerſo. c.13.n.5.b.
Angelus poteſt eſſe in loco corporali per operationem. c.13.n.9.b.
Angelus non habet determinationem ad aliquem locum de ſe. ibid.
Angelus non eſt in loco circumſcriptiuè ſed diffinitiuè. c.13.n.9.c.
Angelus poteſt eſſe ſine loco. c.13.n.9.d.
Angelus non poteſt eſſe ſimul in pluribus locis. c.13.n.9.e.
Angelorum motus eſt de occultis Dei. c.13.n.9.f.
Angelus poteſt moueri in nunc & in tempore. c.13.n.9.g.
Motus Angeli non poteſt menſurari eodem tempore; quo menſurantur motus corporalium. ibid.
Circa motum Angelorum quatuor errores. c.13.n.6.c.h.
Angelorum maxima eſt multitudo. c.14.n.1.b.
Angeli reducuntur ad vnum genus. c.14.n.1.b.
Angeli poſſunt aſſumere corpora pro ſua voluntate. c.15.n.1.b.
Angelus eſt totus in qualibet parte corporis aſſumpti. c.15.n.1.d.
Angeli non aſſumunt corpus ſubtile non figurabile, vt ignis vel aëris, ſed corpus terreſtre. c.15.n.1.f.
Angeli humana forma deſcribuntur. c.15.n.4.
In Angelis non ſunt propriè ſenſus, ſed metaphoricè. c.15.n.5.b.
Angelus eſt ſubſtantia illuminationum quę ſunt à primo, prima relatione acceptiua. c.13.n.[illegible].a.
Ducimur in cognitionem Angelorum per corporalia. c.2.n.2.b.
Angeli ſecundum ſubſtantiam melius repræſentantur in re nobiliori, ſed quantum ad officia & vtilitatem cognoſcentium melius cognoſcuntur in re ignobiliori. c.2.n.2.c.
Angelus dicitur confortaſſe Chriſtum, vel quia ad modum confortantis ſe habuit, vel quia miniſterium confortationis ei exhibuit. c.4.n.8.d
Angeli habuerunt curam de Chriſto per accidens, inſtruendo illos quorum curæ ſecundum carnem ſubditus erat. ibid.
Chriſtus nullo modo fuit illuminatus ab Angelis. c.4.n.8.e.

Quid alæ Angelorum. c.13.n.7.b.
Antiochus quare non eſt receptus ad pœnitententiam. c.8.n.6.b.
Antichriſtus habebit Angelum cuſtodem. c.9.n.5.f.
Aquilæ forma quid deſignet. c.15.n.11.a.
Archangelorum proprius actus eſt inſtruere de his quæ pertinent ad ſalutem vniuerſitatis. c 9.n.2.b.
Archangelorum ordo æquipotens eſt Principatibus. c.9.n.2.c.
Archangelorum proprietates. c.9.n.2.f.
Ars eſt habitus factiuus cum ratione veri. c.15.n.5.h.
Ariſtoteles venit in cognitionem Angelorum per motum. c.6.n.2.b.
Aſſiſtere quid. c.13.n.1.b.
Aſſiſtere conuenit aliis ab Angelis. c.13.n.1.b.
Aſſiſtere eſt nobiliſſima perfectionum felicitatis. c.13.n.1.g.
Angeli non ſunt æqualiter aſſiſtentes. c.13.n.1.h.
Auctoritas in theologicis innititur veritati diuinæ. c.1.n.1.d.
Auditus quid in Angelis. c.15.n.6.b.
Aurum alchimiæ non lætificat, quia non habet ſpeciem auri. c.15.n.3.b.

B

SVbſtantia beatitudinis eſt viſio Dei.c3.n.1.b.
Nihil eorum quæ ſunt, eſt vniuerſaliter boni participatione priuatum. c.2.n.8.
Quædam participant bonum ſimpliciter, quædam verò ſecundum quid. c.2.n.8.c.
Bonum dicitur dupliciter, ſ. prout terminat motum agentis, & prout agentem inclinat ad agendum. c.4.n 1.b.
Bonum ſecundum vniuerſalem rationem quietat omne deſiderium. c.2.n.8.d.
Bouis forma quid denotet. c.15.n.11.a.

C

VIrtus caloris maximè habet ſimilitudinem inter qualitates elementales ad virtutem diuinam. c.13.n.3 c.
Canes per ſapores cognoſcunt cuius animalis ſit caro. c.15.n.4.b.
Canes conſueſcunt diſcernere odores diuerſorum hominum. ibid.
Cauſa prima eſt ſuper intellectum & rationem, propter eius eſſe ſupremum. c.2.n.7 c.
Duæ cauſæ non ſunt eaſdem in eodem ordine, & in eodem genere cauſalitatis. ibid.
Prima cauſa dat eſſe & operari & principaliter operatur in cauſatum quam cauſa ſecunda, c.1.n.2.e.
Poſita cauſa neceſſaria ponitur effectus.c.4.n.1.c.
Cherubin quid. c.7.n.1.
Ordo Cherubin nominatur fuſio ſapientiæ, multitudo ſcientiæ, & plenitudo ſcientiæ. c.7.n.5.b.
Ordo Cherubin denominatur à viſione eorum quæ pertinent ad diſpenſationem Eccleſiæ tam militantis quam triumphantis. ibid.
Proprietates Cherubin. c.7 n.5.c.
Cherubim per m. ſignificant plures illius ordinis, per n. verò ſignificant totalem collectionem illius ordinis. c.7.n.1.c.
Chriſtus non habuit Angelum cuſtodem. c.9.n.5.f.
Chriſtus magni conſilij Angelus. c.4.n.8.
Multa Chriſto miniſterio Angelorum nuntiata. c.4.n.8.c.
Cælum per generationem inferiorum conſequitur quandam ſimilitudinem primi in cauſalitate rerum. c.8.n.3.a.
In cœlo eſt principium omnium qualitatum actiuarum & paſſiuarum. c.15.n.3.c.
Omnis noſtra cognitio ortum habet à ſenſu. c.6.n.2.b.
Cognitio dicitur congrua aut certa dupliciter, ſ. ſecundum conditionem cogniti & cognoſcentis. c.2.n.2.d.
Communicare eſt duplex, ſ. per neceſſitatem naturæ, & per libertatem voluntatis. c 1.n.1.
Compoſitio eſſentialis duplex, ſ. ex actu & potentia, & ex potentiali & actuali. c.7.n.3.
Aliquid comprehenditur, aut quia terminos habet, aut quia eſt terminus. c.2.n.7 c.
Cooperatio duplex, ſ. gratiæ & miniſtri. c.3.n.3.b.
Concupiſcentia quid in Angelis. c.15.n.11.a.
Omnia contemperantiam habent. c.1.n.2.f.
Intimè contemplari conuenit Angelis tripliciter. c.13.n.1.b.
Contraria iuuant ſe in adipiſcendo communem finem. c.1.n.2.f.
Contraria poſſunt eſſe ſimul in potentia & vt in via, non ſimpliciter & in actu. c.13.n.3.c.
Cor primum in animali creatur, & eius virtute creantur alia membra. c.15.n.6.a.
Corpus Chriſti non habet ex vnione, quòd ſit in diuerſis locis, ſed ex conſecratione. c.13.n.9.e.
Creatio terminatur ad eſſe & non ad naturam. c.14.n 1.c.
Quælibet creatura Deum participat. c.4.n.2.

D

DÆmones non ſunt connexi. c.19.n.2.c.
In damnatis non tollitur ordo ad gratiam. c.2 n.8.c.
Delectatio eſt operatio naturæ ſecundum naturam non impeditæ. c 3.n.3.e.
Delectatio & gaudium ſunt de eodem, ſed differunt ſecundum modum. c.15 n.13.e.
Delectationi ſpirituali nihil eſt contrarium.c.15.n 13.d.
Delectatio eſt operatio ſecundum naturalem habitum non impedita. c 7 n.1.d.
In omni deſiderio eſt quidam circulus.c.7 n 4 a.
Deus dicitur locus propter tria, ſ. propter immobilitatem, & continentiam, & quia eſt motus ad ipſum. In prologo.
Deus eſt locus Angelorum intra quem currunt quocumque mittantur. ibid.
Deus eſt locus, vnde oriuntur flumina naturalium, & gratiarum & gloriarum, ſiue gaudiorum ibid.
Deus non dicitur motus variatione, ſed repræſentatione. c 1.n.e.
Deus largiſſimè effundit, licet ſtrictè pro noſtra capacitate recipiamus. ibid.

In Deo

In Deo eſt multitudo formarum, non actu ſed potentia efficientis c.1.n.2 d.
Deus agit eandem actionem quam agunt natura & propoſitum. c.1.n.2 c.
Deus nulli negat perfectionem cuius eſt capax. ibidem.
Deus non poteſt definiri. c.2.n.7.d.
Negationes in Deo ſunt veræ, affirmationes verò incompactæ. c.2.n.8.a.
Inquantum Deus bonus eſt, ſumus. c 2.n.8.c.
Deus punit citra condignum, & præmiat vltra condignum. ibid.
In Deo eſt omnis deſiderabilis perfectio eminenter. c.2 n.8.d
Deus eſt commune principium reſpectu principiatorum, ſed quantum ad actum principij eſt proprium principium. c.3.n.2.d.
Deus per bonitatem ſe communicat creaturis. c.4.n.1.b.
Actio exterior Dei non eſt niſi reſpectus quidam creaturæ ad ipſum. c.4.n 1.c.
Bonitas Dei diuerſimodè participatur. c.4.n.1.d.
Deus vnumquodque facit bonum ſecundum capacitatem materię vel potentiæ quę iniacet ipſius in opere. c 4.n.1.e.
Deus eſt eſſe omnium, non eſſentiale, ſed formale. c.4.n.2.a.
Deus & materia differunt ſeipſis. ibid.
Deus à nullo poteſt comprehendi. c 4.n.5.b.
Deus videtur ab omnibus immediatè quantum ad obiectum beatitudinis, non quantum ad illuminationes de his quæ pertinent ad gubernationem mundi & Eccleſiæ. c.7.n.1.b.
Deus dicitur eſſe quinque modis in rebus, ſ. per eſſentiam, præſentiam, potentiam, gratiam & vnionem. c.7.n.6.c.
Dei ordinatione ſtatutum eſt vt ſecunda per prima diuinas participent illuminationes. c.8. n.5.
Deus æqualiter eſt in omnibus, ſed non omnia æqualiter in ipſo. c.13.n.2.c item c 13.n.6.b.
Deus quomodo ſit ignotus. c 13.n.8.b.
Differentia non eſt aliud à natura generis. c.14. n 1.c.
Diuus Dionyſius edoctus eſt ab Apoſtolo Paulo ea quæ ſcripſit de angelica ordinatione. c.6. n.3.b.
Diſciplinæ dicuntur diſcurſæ propter diſcurſum principiorum in concluſiones. c.1.n.3.b.
Diſpoſitiones non præcedunt habitus innatos & infuſos, ſed ſolum acquiſitos. c.7.n.3.c.
Dominationum proprietates. c.8.n.1.
Dominationes non miſcuntur. c.8.n.1.c.
Dominium eſt non peiorum exceſſus tantum, ſed bonorum & pulchrorum omnimoda poſſeſſio, & non cadere valens fortitudo. c.8. n.1.d.
Donum eſt datio irreddibilis. c.1.n.1.d.

E

SVbiectum libri de Eccleſiaſtica hierarchia eſt diſpoſitio Angelorum in principatu & ordine. c.1.n.1.a.
Elementa ſunt in mixto ſecundum primum eſſe, ſed non ſecundum eſſe ſecundum. c.15. n 3.b.& c.
Quodlibet elementum habet aliquid in cælo mouens ipſum. ibid.
Ens in quo ſtat reſolutio generum, eſt quædam intentio ſimplex. c.4.n.2.a.
Equorum diuerſorum forma quid declaret. c.15. n.12.a.
Error immundita intellectus. c.2.n.2.a.
Eſſe & poſſe in perpetuis differunt per intentiones. c.14.n.1.c.
Exemplar eſt vnum in ſubſtantia, & tamen plurium ſecundum rationes plures. c.1.n.2.b.

F

FActiuum, operatiuum & actiuum differunt. c.15.n.6.h.
Per fidem reſpicimus diuina oculis non trementibus. c.1 n.1.e.
Fides ſumitur dupliciter, ſc. ſtrictè prout complectitur tantum articulos, & largè prout etiam complectitur antecedentia & conſequentia fidem c.1.n.1.b.
Finis cuiuſlibet rectè tradentis duplex, vnus in ſe, & alius in altero. c.1.n.1.a.
Finis dat omnibus diſpoſitionem cauſandi. c.2. n.8.c.
Flagella ex intentione Dei ſemper ſunt vel in bonum ſimpliciter, vel in bonum ſecundum quid. c.8.n.6.b.
Flumina, rotę, currus quid ſignificẽt. c.15.n.12.a.
Forma & figura differunt ratione. c.2.n.4.b.
Frigus agit per accidens, quaſi ſiſtendo motum. c.15.n.3.b.
Furor eſt ira accenſa. c.2.n.9.b.

G

GAudium Angelorum quale. c.15.n.1.b.c.
Gaudio Angelorum nihil eſt contrarium. c.15.n.13.d.
Differentia inter gaudium, delectationem, lætitiam & exultationem. c.15.n.13.e.
Generatio & illuminatio non ſunt motus, ſed termini motus. c.7.n.3.b.
Genuflexio debetur redemptori. c.5.n.3.a.
Gloria eſt clara cum laude notitia. c.3.n.2.c.
Gladius vterque in Eccleſia, ſ. poteſtas ſpiritualis & ſecularis. c 9.n.1.d.
Gratia operans & cooperans. c.5.n.3.b.
Gratia gratum faciens non poteſt cauſari aliqua virtute creata. c.1.n 2.c.
Capacitas gratiæ per quodlibet peccatum minuitur, non tamen poteſt tota tolli. c.2.n.8.c.
Actus exeuntes à gratia in ſolo Chriſto ſunt infiniti ſecundum ſubſtantiam actus. c.2. n.14.b.
Guſtus quid in Angelis. c.15.n.6.

H

HAbitus acquiſiti non ſunt in Angelis, ſed tantum infuſi vel concreati. c.11 n.1.d.
Omnes hierarchiæ in vno lumine deſcendente à primo connectuntur. c.10.n.1.b.
Hierarchia habet ordines primos, medios & vltimos c.4 n.7.
Hierarchia eſt ordo diuinus & ſcientia & actio, deiforme, quantum poſſibile, ſimilans, & ad inditas ei diuinitus illuminationes pro-

portionaliter in Dei ſimilitudinem aſcendens. c.3.n.1.
Hierarchia non eſt in diuinis perſonis. c.3.n.1.b.
Illuminatio eſt tota ſubſtantia hierarchicæ actionis. ibid.
Infimæ hierarchiæ eſt transfundere illuminationes in homines. c.8.n.3.d.
Media hierarchia quomodo illuminetur. c.8.n.4.
Media hierarchia perficitur per primam ex lege diuina. c.8.n 5.
Illuminationes primæ hierarchiæ ex parte contemplati ſunt circulares, ex parte verò contemplantis ſunt ſimiles motui recto. c.13. n.7.b.
Primæ hierarchiæ illuminatio eſt occultior & manifeſtior. c.10.n.1.d.
Tres hierarchiæ diſtinguuntur abinuicem ſecundum diuerſam proportionem capacitatis luminis diuini. c.6.n.5.c.
Sufficientia trium ordinum vltimæ hierarchiæ. c.9.n.5.b.
Sufficientia trium ordinum primæ hierarchiæ. c.7.n 6.c.
Prima hierarchia tranſcendit omnem creatam virtutem. c.7.n.7.b.
Prima hierarchia eſt æquiformis. ibid.
Qualiter ſint puræ angelicæ hierarchiæ. c.7.n.8.
Prima hierarchia immediatè circa Deum collocatur. c.7.n.8.
Hierarchia noſtra eſt comminiſtra cæleſtium hierarchiarum. c.1.n.3.b.
Quo ſenſu homines dij dicantur. c.12.n.1.f.
Homo indiget multo pluribus eleuantibus quam deprimentibus. c.9.n.4.b.
Homo ſenſu minimè valet reſpectu aliorum animalium. c.15.n.4.b.
Hominis nouem proprietates. ibid.
Homo horizon naturæ intellectualis. ibid.
Homo aſſumptibilis, non Angelus. c.4.n.5.b.

I

IDea in Deo eſt vna ſubiecto & re, licet ſit ibi aliqua pluralitas rationis, reſpectu diuerſorum ideatorum. c.1.n.1.b.& c.
Ieſus lumen à Patre. c.1 n.1.d.
Vſtiuum ignis diuidetur à lucido, & vſtiuum includetur in inferno ad pœnam damnatorum, & lucidum remanebit ſupra ad iocunditatem electorum. c.15.n.2.b.
Ignis proprietates 31. c.15.n.2.b.
Omnia erunt materia ignis. ibid.
Lux ignis non ſubiicitur viſibus noſtris, dum eſt in materia tenui. ibid.
Igni non conuenit ſemper moueri motu proprio, ſed ſecundum quod eſt in ſphæra propria. & mouetur motu cæli. c.15.n.2.c.
Ignis ex Pythagora eſt acutorum angulorum. c.7.n.4.a.
Ignorantia duplex, negatiua & priuatiua. c.7. n.12.b.
Intellectus noſter dicitur extendi ad ſpiritualia, & non ea ſimpliciter accipere. c.1.n.4.b.
Non poſſunt plura intelligi inquantum plura. c.8.n 4.b.
Quantò intelligentia plures bonitates participat, tantò magis fit vna. c.1.n.1.e.
Intellectus noſter ſe habet ad manifeſtiſſima naturæ, ſicut oculus veſpertilionis ad lumen ſolis. c.2.n.2.d.
Intellectus noſter non poteſt ſine phantaſmate ſecundum conditionem huius vitæ intelligere niſi ea quæ ſunt per eſſentiam in ipſo. c.2.n.2.b.
Intelligentiæ inferiores continent formas minus vniuerſales quam ſuperiores. c.7.n.1.b.
Inuiſibile dicitur, quod nullo modo videtur, & quod eſt malè viſibile propter exceſſum luminis, & quod difficile videtur. c.10. n.1.c.
Ira eſt appetitus contrarij doloris propter apparentem æſtimationem. c.2.n.9.b.
Iraſcibilis & concupiſcibilis non ſunt partes rationis, tamen aliqualiter rationem participant. c.2.n.9.c.
Quomodo Iſaias dicitur à Seraphim purgatus. c.13.n 1.f.& n.2.a.
Iſraël quomodo pars Domini dictus. c.9.n.6.d.
In iuſtificatione requiruntur quatuor, ſcilicet infuſio gratiæ, motus liberi arbitrij in peccatum, & motus in Deum, & dimiſſio peccati. c.3.n.3.f.
Cur iuuentus aptatur ſpiritualibus ſubſtantiis, non ſenectus. c 15.n.6.g.

L

LEo rex animalium. c.15.n 11.a
Leonis forma quid denotet. ibid.
Ad locutionem in nobis tria requiruntur, ſimplex conceptio, ordo ad proferendum, & applicatio ad inſtrumenta corporis quibus formatur vox. c.1.n.11.e.
Locus duplex, ſpiritualis, & corporalis. c.13. n.9.b.
Locus naturalis ſequitur corpus ſecundum quod eſt indigens continente & ſaluante. c.13.n 9.e.
Lux non videtur vbicumque eſt. c.13.n.3.b. item c.15.n.3.b.

M

MAgis & minus quod cauſatur ex vigore vel debilitate eiuſdem naturæ, non diuerſificat ſpeciem, ſed quando cauſatur ex diuerſis naturis. c 12.n.1.b.
Malum participat bonum ſecundum quid. c.2. n.8.c.
Manus eſt organum organorum. c.15.n 6 h.
Manus quid in Angelis. ibid.
Determinati eſt actus materiæ vel proprietas. c.14.n.1.c.
Melchiſedech Deo amiciſſimus. c.9.n.5.
Miniſtrare eſt inferiorum Angelorum, & ſuperiorum dirigere eos in miniſteriis. c 13.n.1.d.
Miniſtrare & contemplari poteſt ſimul idem Angelus. c. 3.n.1.e.
Mirum eſt cuius cauſa ignoratur, & tamen ad eam anhelatur. c.2.n.6.b.
Modus increatus quo Deus ſe intelligit, non eſt communicabilis. c.13.n.7 c.
Montanus dixit Prophetas fuiſſe arreptitios. c.2.n.4.f.
Motus non dicitur vniuocè de Angelis & de corporibus. c 13.n.9 h.
Motus

Motus poteſt eſſe non laborioſus dupliciter: vel quia mobile non habet motum contrarium, aut propter victoriam mouentis ſupra mobile. c.14.n.1 d.
Nihil poteſt per ſe moueri, ita vt idem ſit mouens & motum. c.7.n.8 d.
Nihil mouetur propter vilius ſe vt propter terminum intentionis. c.8.n.3 a.
Moyſi lex data per Angelum. c.4 n.5.b.
Principium mundi non potuit mens humana attingere niſi prophetica inſpiratione. c.4. n.1 e.

N

NAtura per ſe nec eſt vna, neque eſt multa. c.13.n.2.d.item 14.n.1.b.
Naturalia poſſunt conſiderari tripliciter, ſcilicet ſecundum egreſſionem, participationem & reductionem. c.1.n.1.d.
Duo conſideranda in nomine, ſ. ſignificatum & modus ſignificandi. c 2.n.7.b.
Nouum eſt quod ſuo principio eſt propinquum. c 15.n.6.g.
Nuditas quid denotet in Angelis. c.15.n.2. b.&c.

O

OMnis operatio delectabilis eſt, quantum eſt de ſe. c.7 n.13.b.
Tres ordines vnius hierarchiæ connectuntur in eodem dono. c.10.n.2.a.
In Angelis vnius ordinis ſunt primi, medij, & vltimi. c 10.n.2 b.
Ordines quomodo manebunt poſt diem iudicij. c.10.n.2.b.
Ordo vniuerſi comparatus ordini exercitus. c.1.n.2.f.

P

PAlpebræ, ſupercilia, dentes & cæteræ partes corporis quid ſint in Angelis. c.15. n.6.
Pater dicitur principale lumen, nec tamen Filius ſecundarium. c.1.n.1.c.
Paternitas per prius eſt in Deo quam in inferioribus, modus tamen quo ſignificatur, magis congruit inferioribus. c.1.n.7.b.
Paulus vidit Deum immediatè ſicut illi qui ſunt in patria. c.4.n.5.b.
Penna quid ſit. c.15.n.6.
Plato venit in cognitionem calodæmonum per necromantiam. c.6.n 2.b.
Platonici ponebant calodæmones & cacodæmones eſſe animalia aërea. c.2.n 1 a.
Nulla potentia exercet actum ſuum, niſi perfecta aliquo habitu, vel innato, vel acquiſito, vel infuſo. c.6.n 6 e.
Poteſtates quædam habent pro fine ipſas actiones, quædam verò id quod per actionem acquiritur. c 3.n.1.b.
Poteſtatum proprietates. c.8 n 3.
Proprius actus poteſtatis eſt gubernare ſubditos in tranquillitate. c.8 n.3.a.
Fruſtrà laborat lingua Prædicatoris, niſi adſit interius gratia Redemptoris. c.3.n 3.d.
Omnia reducuntur ad vnum principium non proportionatum. c.1.n.2 c.
Principatuum ordo neceſſarius. c.9.n.1.b.
Principatuum actus proprius eſt, quo ſtatuuntur quicunque in dignitate prælationis ſuper gentem aliquam. c.9.n.8.c.
An Principatus ſint ſupra Poteſtates, controuerſum eſt. c.9 n.1.e.
Principatuum proprietates. c.9.n.1.g.
Priuatio recipit magis & minus, non per ſe, ſed ratione affirmationis quam conſequitur. c.10. n.1.c.
Proſtratio debetur creatori. c 1.n.3.a.
Punctus definiri non poteſt niſi negatiuè. c.2. n.7.c.
Purgatio, illuminatio & perfectio ſe habent vt prius & poſterius in diuerſo genere cauſæ. c.3.n.3.f.

R

RAdius diuinus recipientia in vnitatem, quantum poſſibile eſt, reducit. ibid.
Radius diuinus procedens, in ſua ſimplicitate in ſe permanet, tamen in recipientibus multiplicatur. c.1.n.2.b.
Differentia inter radium, lumen, & claritatem. c.3.n.2 c.
Prima rerum creatarum eſt eſſe. c.4.n.1 a.
Quælibet res poſſet fieri melior in ſua natura, non tamen quantum ad finem vniuerſi. c.4. n.1.e.
Rotæ quid deſignent. c.15.n.12.a.
Rotarum reuolutiones. ibid.

S

SAcerdos congruè dicitur Angelus. c.12 n.1.e.
Per vnam demonſtrationem acquiritur ſcientia. c.7 n.3.c.
Differentia inter ſcientiam Angelorum & noſtram. c.12.n.1.c.
Perfecta cognitio ſenſibilium accipitur per intellectualia. c.2 n.2.d.
Senſus in Angelis propriè non ſunt, ſed metaphoricè. c.15.n.5.b.
Senſus diſtingui poſſunt dupliciter, ſ. per diuerſa obiecta, & per proprietates conſequentes. c 15.n.5.c.
Sequi ſeueritatem in infirma familia in qua ex neceſſitate peccatum accidit, vitioſum eſt. c.8 n.1 f.
Proprietates Seraphin. c.7.n 5.
Ordo Seraphim eſt ſuperior ordine Cherubin. c.7 n 2.d.
Seraphin quid. c.7.n.1.
Simplex dicitur ſecundum magis & minus dupliciter, ſ. per receſſum à compoſitione, vel per acceſſum ad maximè ſimplex. c.10.n.1.c.
Simplicitas eſt cauſa, quòd diuina virtus extenditur in multa. c.13.n.2.b.
Sol dupliciter cauſat calorem, aut per naturam ſuam propriam, aut ſecundum figuram angulorum radij eius. c.15.n.3.b.
Diuerſitas in effectibus ſolis eſt ex diuerſitate circa agentem, & etiam circa recipientia. c.13.n.5.b.
Diuinatio ſomniorũ ſecundũ quod reducitur in

cauſas, ſigna & effectus, habet ordinem ad principia intellectus agentis. c.2.n.4.d.
Specula debent eſſe clara, munda, & pellucida. c.3.n.2.c.
Spiritualia comprehendi non poſſunt. c.2.n.4.f.
Spiritualia non poſſunt ſimplici intuitu accipi in figuris corporeis. c.2.n.4.d.
Cognitio ſpiritualium ſecundum quod traduntur in ſacra Scriptura per ſymbola, non poteſt reduci in principia rationis, ſed in lumen diuinum. c.2.n.4.d.
Neceſſarium eſt nobis ſpiritualia deſcribi per ſenſibilia. c.2.n.2.b.
Subſtantia omnino ſimplex, nulli ſubiectum eſt. c.7.n.3.b.

T

TActus habet quatuor comparationes. c.15.n.4.b.
Tactus eſt fundamentum aliorum ſenſuum. ibid.
Tactus quid in Angelis. c.15.n.6.
Theatrum erat locus in quo recitabantur quædam fabuloſa geſta quibuſdam laruis. c.2.n.3.b.
Theologia diſcurrit per multa exempla imperfectè diuina repræſentantia. c.2.n.3.b.
Theophania dicitur quatuor modis. c.4.n.3.b.
Suſtineri poteſt Deum in patria videri per theophanias. ibid.
Thronorum proprietates. c.7.n.6.
Thronorum ſeſſio qualis ſit. c.7.n.6.a.
Actus proprius Thronorum eſt quieſcere in Deo, iudicare verò eſt actus eorum conſequens. ibid.
In toto poteſtatiuo inferius habet contractum, quod eſt in ſuperiori abſolutum & vniuerſaliter. c.12.n.1.b.
Totum potentiale medio modo ſe habet inter totum vniuerſale & totum integrale. c.6.n.5.b.
Trinitas ſibi ſoli nota eſt & homini aſſumpto. c.5.n.3.d.

V

VEſtes diuerſæ quid in Angelis. c.15.n.7.
Virgæ quid ſint. c.15.n.8.
Virtus ſuperior habet eminenter quod habet inferior. c.2.n.11.d.
Optimè ordinantur virtutes ſupra Poteſtates in Angelis. c.8.n.3.b.
Virtus diuina duplex: vna increata & alia creata. c.13.n.2.c.
Virtutes dicuntur ab vltimo potentiæ quaſi non limitatæ aliquo reſiſtente. c.6.n.6.f.
Virtutum proprietates. c.8.n.2.
Virtutes ſpecialiter commouebuntur in die iudicij. c.8.n.2.d.
Vitia inſunt Angelis ſicut cadauera. c.15.n.5.g.
Viſio Dei non eſt purè ſpeculatiua, ſed affectiua. c.7.n.1.d.
Viſus octo proprietates. c.15.n.5.d.
Vniuerſum eſt optimum ſecundum menſuram ſui finis. c.4.n.1.c.
In vniuerſo omnia ſunt ordinata ad communicandam diuinam bonitatem, ſed diuerſimodè. c.1.n.2.f.
Omnia creata ſunt vnum proportione ad vnum principium. c.1.n.2.c.
Ab vno non eſt niſi vnum ſecundum neceſſitatem naturæ. c.1.n.2.d.

Z

ZOnæ quid in Angelis. c.15.n.2.d.

INDEX

INDEX

Locorum Scripturæ, qui in Commentariis in librum de cæleſti hierarchia explicantur.

EX VETERI TESTAMENTO.

Geneſis.

Cap. 2. *Vt præſit piſcibus, &c.* c. 15. n. 4. c.

Exodi.

7. *Conſtitui te Deum Pharaonis.* c. 12. n. 1. f.
23. *Non videbit me homo & viuet.* c. 4. n. 5. b.

Deuteronomij.

32. *Iſrael quomodo factus eſt pars Domini.* c. 9. n. 6. d.
32. *Statuit terminos gentium ſecundum numerum Angelorum Dei.* c. 9. n. 3. e.

Tobiæ.

12. *Tempus eſt vt reuertar ad eum qui miſit me.* c. 13. n. 1. a.
12. *Ego ſum Raphael vnus ex ſeptem qui aſtamus ante Deum.* c. 8. n. 6. c.

Iob.

25. *Qui facis concordiam in ſublimibus.* c. 3. n. 3. c. item c. 10. n. 1. b.
25. *Nunquid eſt numerus militum eius?* c. 14. n. 1. d.

Pſalmorum.

28. *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* c. 15. n. 2. b.
81. *Ego dixi: Dij eſtis, & filij Excelſi omnes.* c. 12. b. 1. f.
103. *Qui ambulas ſuper pennas ventorum.* c. 15. n. 8. a.

Eccleſiaſtæ.

1. *Ad locum vnde oriuntur flumina reuertuntur, vt iterum fluant.* In prologo.

Iſaiæ.

6. *Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus ſabaoth.* c. 7. n. 14.
6. *Extenſio alarum.* c. 13. n. 7. b.
6. *Volauit ad me vnus de Seraphin.* c. 8. n. 1. a.
6. *Clamabant alter ad alterum.* c. 10. n. 2. f.
6. *Angelus magni conſilij.* c. 4. n. 8.
10. *Aſſur virga furoris mei.* c. 8. n. 6. b.
33. *Angeli pacis amarè flebunt.* c. 9 n. 5. a. item c. 15. n. 13 d.
63. *Quis eſt iſte qui venit de Edon.* c. 7. n. 11. a.

Hieremiæ.

51. *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata.* c. 9. n. 5. d.

Ezechielis.

1. *Scintilla quaſi aſpectus æris candentis.* c. 15. n. 1. a.
3. *Benedicta gloria Domini ex loco ſuo.* c. 7. n. 14.
9. *Vir veſtitus lineis.* c. 15. n. 7. d.

Danielis.

7. *Antiquus dierum ſedit.* c. 15. n. 6. g.
7. *Millia millium miniſtrabant ei.* c. 14. n. 1. b.
8. *Fac illum intelligere viſionem.* c. 8. n. 7. a.

Oſeæ.

4. *Cognitionem Dei repuliſti & exiſti poſt cor tuum.* c. 4. n. 4. g.

Zachariæ.

1. *Vidit virum ſtantem inter myrteta.* c. 8. n. 6.

Malachiæ.

1. *Sol iuſtitiæ.* c. 2. n. 13. a.
2. *Angelus Domini exercituum eſt.* c. 12. n. 1. e.

2. Machabæorum.

2. *Telorum iactus.* c. 15. n. 8. a.

EX NOVO TESTAMENTO.

Matthæi.

Cap. 8. BONVM illi erat ſi natus non fuiſſet. c.2.n.8.c.
18. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris.* c. 13.n.1.d.
18. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris.* c 9. n.4.b.
25. *Virtutes cælorum mouebuntur.* c.8.n.2.d.

Lucæ.

22. *Ecce duo gladij hic.* c.9.n°1.d.
22. *Reges gentium dominantur eorum.* c.8.n.1.f.

Ioannis.

1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* c.1.n.1.e.
6. *Neſcis vnde venit, aut quò vadit.* c.13.n.9.a.

Ad Romanos.

4. *Qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt.* c 4.n. . b.
13. *Non ſine cauſa gladium portat.* c.9.1.e.
14. *Ex ipſo omnia & in ipſum.* c.1.n.2.e.

1. Ad Corinthios.

3. *Dei coadiutores ſumus.* c.3 n.3.b.
5. *Cum tradiderit regnum Deo & Patri, ceſſabit omnis prælatio.* c.3.n.3.d.

2. Ad Corinthios.

1. *Non fuit in illo eſt, & non, ſed eſt in illo fuit.* c. 1. n. 1. e.

Ad Galathas.

3. *Lex in manu mediatoris per Angelos ordinata.* c.4.n.1.b.

Ad Epheſios.

3. *Vt innoteſcat Principibus & Poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.* c.3.n 3 d.

Iacobi.

1. *Omne dictum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum.* c.1.n.1.e.

2. Petri.

1. *Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia.* c.9.n.4.c.

INDEX

Capitum libri de Eccleſiaſtica hierarchia.

CAPVT PRIMVM.

Q*VÆ ſit Eccleſiaſtica hierarchiæ traditio, & quæ eiuſdem ſpeculatio.* 1.

Cap. II. *De perficiendis in baptiſmate.* 16.

Cap. III. *De perficiendis in ſynaxi.* 36.

Cap. IV. *De perficiendis in myro & in ipſo offerendis.* 61.

Cap. V. *De ſacerdotalibus & conſummationibus.* 82.

Cap. VI. *De perficiendorum ordinibus.* 93.

Cap. VII. *De perficiendis in dormientibus.* 100.

INDEX

In librum de Eccleſiaſtica hierarchia.

ACCIDENTIA quare dicuntur circumponi & veſtimenta eſſe in ſacramento Euchariſtiæ. capite 3. nnmero 9 b.

Ænigma propriè eſt quędam obſcuritas verborum inuolnta. c.2.n.8.c.

Alleluia in conſecratione Chriſmatis antiquitus cantabatur. c.4.n.18.a.

Cur altare Chriſmate conſecretur. c.4.n.16.a.

Anadochi ſeu patrini electio & officium. c.2. n.5 a.

Angeli & hominis eadem eſt menſura quantum ad ſortem beatitudinis, non quantum ad ſtatum viæ. c.1.n.2.b.

Angeli ſunt corporales comparati ad Deum. c.1.n.4.a.

Angelorum felicitas non conſiſtit in habitu, ſed in actione. c 4.n.9.b.

Angelorum habitus non ſunt de ſubſtantia eorum. c.4.n.11.a.

Angelus vel homo perficiens non intendit reducere ad ſe, ſed ad Deum. c.1.n.7 a.

Apoſtatæ energumenis impuriores. c.3.n 17.k.

Aμωρᾶς quid. c.3.n.30.cc.

B

BAlſami proprietates. c.4.n.6.b.

Quomodo baptiſmus ſit principium ſanctiſſimorum mandatorum ſacræ actionis. c.2.n.2.b.

Baptiſmus fundat in eſſe ſpirituali. ibid.

Baptiſmus format animales habitus noſtros. ibidem.

Baptiſmus eſt principium operandi & eſſendi ſpiritualiter. ibid.

Baptiſmus ad ſupercæleſtis quietis functionem viam ſternit. ibidem.

Baptiſmi ritus in primitiua Eccleſia obſeruari ſolitus. c 2.n.3.

Baptiſmus & prædicatio ab eodem principio deſcendunt. c n.3.b.

Quare baptiſmo ſpecialiter attribuitur vnio ad Chriſtum. ibid.

Baptizandus quærit anadochum ſiue patrinum. c 2.n.4.b.

Promiſſio quæ fit in baptiſmo, non eſt propriè votum. c.2.n.4.c.

Baptiſmus ſecundum ſuam maximam ſolemnitatem confertur ab Epiſcopo. c.1.n.5.b.

Baptiſmus in adulto requirit interiorem planctum, non exteriorem. c.2.n.6 b.

Baptizandi quare deſcribebantur. c.2.n.7.d.& n.9.d.

Quare inungebantur & primum ab Epiſcopo. c.2.n.7.f.& n.10.a.& b.

Baptiſmus conuenienter fit in aqua, non in aliis liquoribus. c.2.n.8.d.

Quid

Qoid ſignificent cærimoniæ baptiſmi. c.2.n.9.a.
Baptiſmus ſub ſymbolis materialibus conuenienter inſtitutus. c.2 n.8.
Cur baptiſmus ſpecialiter dicatur illuminatio. c.3 n.3.d.
Cur in baptiſmo Chriſma adhibetur. c.4 n.14 a.
Baptiſmi ſolemnitas non poteſt eſſe ſine Chriſmate. c 5 n 4 b.
Cur pueri baptizentur, cum nihil de diuinis intelligant. c.7.n.20.c.& ſeq.

C

Canticorum ſpiritualium effectus in catechumenos, energumenos, & apoſtatas. c.4.n.5.d.
Catechumeni, energumeni & pœnitentes poſt ſacrarum Scripturarum lectionem ab Eccleſia arcebantur. c.3.n 5.c.
Catechumeni infantibus comparati nondum perfectam vitam habentibus. c.3.n 15.f.
Catechumeni licet non receperint aliquod ſacramentum, receperunt tamen aliquid ſacramenti. c.3 n.15.g.
Quare catechumeni à cærimoniis ſepulturæ arceantur. c.7.n.9.a.
Cibus corporalis conuertitur in nutritum, ſpiritualis vero conuertit in ſe accipientem ipſum. c.1.n.7.a.
Cibi ſpiritualis cum corporali conueniētia. ibid.
Communione indigni catechumeni, energumeni, & pœnitentes. c.3.n.5.c.
Communiooe digni Epiſcopus, miniſtri & plebs ſancta. c.3 n.5.e.
Communio poſt baptiſmum dari ſolita. c.2. n.12.
Communio non perficitur niſi ſecundum quod vnum numero participatur à multis. c 3. n.2.b.
Forma non generatur neque corrumpitur per ſe, neque materia, ſed compoſitum. c.2. n.11.a.
Confirmationis ſacramentum eſt Euchariſtiæ ſacramento æquipotens ſecundum quid, ſcilicet in comparatione ad finem. c.4.n.1 c.
Quare huius ſacramenti materia eſt prius conſecrata. ibid.
In quo diſtinguitur ritus huius ſacramenti à ritu communionis. c.4 n.2.c.
Hoc ſacramentum affine communioni. c 4.n.5. a.& b.
Ab hoc ſacramento excluduntur imperfecti. c.4.n.5.d.
Contraria non poſſunt eſſe in actu perfecto ſimul. c.2.n.9.f.
Quis ſit ordo noſtræ conuerſionis ad Deum. c.2.n.9.c.
Corpus Chriſti vnum in ſe, eſt in diuerſis ſymbolis inquantum eſt cibus ſpiritualis. c.3. n.10.b.
Ad corpus Chriſti myſticum non pertinent, qui ſunt in peccato mortali. c.3.n.28.cc.
Chriſmatis confectio eſt ex oleo & balſamo, c.4.n.1.a.
Chriſmatis vſus in ordine, confirmatione & baptiſmo. ibid.
Chriſmatis operatio æquè potens communioni. c.4.n.1.b.
Chriſmatis diuerſi effectus. c.4.n.1.b.
Ritus Chriſma conſecrandi. c.4 n.2.a.& ſeg.
Chriſmatis occultatio quid ſignificet. c.4.n.3. a.& ſeg.& n.8.a.
Chriſma quomodo introducat ad perfectionem in aliis ſacramentis. c.4 n.3.b.
Chriſmatis compoſitio quid denotet. c.4.n.7.a.
Chriſma deſignat Chriſtum immutabilem ſecundum diuinam naturam, in humanæ naturæ aſſumptione. c.4.n.12.a.
Chriſma in omni ferè conſecratione adhibetur, c.4 n.13.a.
Chriſma cur ſingulariter dicatur teleta. c.4. n.17 a.
In conſecratione Chriſmatis antiquitus Alleluia cantabatur. c.4.n.18 a.
Chriſtus contulit aquæ virtutem regeneratiuam tactu ſuæ mundiſſimæ carnis. c.2.n.3.b.
Cur Chriſtus non baptizauit, duplex ratio, c.2.n.5.b.
Quomodo Chriſtus profecit quantum ad animam & quantum ad corpus. c 2.n.10.c.
Qnomodo manſit tribus diebus & tribus noctibus in ſepulchro. c.2.n.11.c.
Quare fuit in ſepulchro tantum die vno artificiali, & duabus noctibus. ibid.
Chriſtus tantum habet vnum eſſe. c.3.n.28.bb.

D

Vτrum damnatis proſint ſuffragia. c.7. n.12 b.
Defunctis quomodo proſint ſuffragia ſanctorum qui ſunt in hac vita. c.7.n.13.a.
Defunctis promiſſa præmia poſtulantur. c.7.n. 15.a.
Cur defunctus inungatur. c.7.n.18.a.
Vniuſcuiuſque delectatio vera eſt ſecundum proprium habitum ſibi operatio non impedita. c.3.n.17.l.
Deus eſt vnus in ſubſtantia, ſed multiplex in attributis, quæ tamen ſola ratione differunt. c 1 n.7.a.
Deus mouet Angelum per tempus, non per locum. c.1.n.8.b.
Deus vult voluntate ſigni omnes homines ſaluos fieri, non voluntate beneplaciti. c.2. n.3.d.
Deus proprij luminis beneficos radios in omnes copioſè expandit intellectuales vultus. c.2.n 9.b.
Deus abſque ſui mutatione ſe aliis communicat. c.3.n 10 a.
Diaconorum ordo. c.5 n.7 a.
Ritus conſecrandi diaconum. c.5.n.10 a.
Amota dilectione viſio non eſſet delectabilis. c.1.n.7.a.

E

Elementa magis traduot virtutes ſuas his in quibus primò ſunt, quibus mediantibus etiam aliis communicant. c.4.n.1.c.
Energumeni immundi. c.3.n.16.i.
Epiſcopatus non eſt ordo diſtinctus à ſacerdotio, ſi ordo propriè ſumatur. c.5.n.11.b.
Epiſcopatus eſt primus in ordine noſtræ hierarchiæ. c.5.n.2.a.

Idem

Idem eſt ſublimiſſimus & nouiſſimus. c.5.u.3.a.
Epiſcoporum operationes propriæ ſunt diuiniores. c.5 n.4 a.
Epiſcopi officium. c.5.n.5.e.
Quare capiti Epiſcoporum, quando conſecrantur, imponuntur libri ſacræ Scripturæ. c.5. u.18 a.
Epiſcopus imitatione Dei vult omnes homines ſaluos fieri. c.2 n.3.
Prædicat inuitans ad baptiſmum. ibid.
Baptizandum cum lætitia excipit. c.2.n.6.
Deo gratias agit. ibid.
Conuocat clerum ad cooperandum & congratulandum ſaluti viri. ibid.
Pſallit hymnum aliquem è Scripturis. ibid.
Sacrum altare deoſculatur. ibid.
Ad initiandum accedit rogans quid velit. ibid.
Initiandum abiurantem priſtinam infidelitatem teſtatur conſequuturum vniuerſalem à peccatis emundationem. ibid.
Exponit quid credere & operari oporteat diuinum virum. c.2.n 7.a.
Signat ſigno crucis. c.2.n.7 c.
Deſcribi iubet. ibid.
Per diaconos exuit ſuperioribus veſtibus. c.2. n.7.e.
Statuit ad Occidentem, manus verſus illam plagam erigentem. ibid.
Ter ſatanam exufflare iubet. ibid.
Ter abrenunciationem profiteri. ibid.
Ad Orientem transfert. ibid.
Intuentem in cælum & in illud manus intendentem, Chriſto & à Deo traditis eloquiis iubet conſentire. ibid.
Ter denuò Chriſtum profitenti benedicit, & manus imponit. ibid.
Exuentibus eum penitus miniſtris, ſacerdotes afferunt vnctionis oleum. ibid.
Vnctionem trino crucis ſignaculo inchoans, toto corpore inungendum virum ſacerdotibus tradit. ibid.
Ad matrem filiolitatis vadit. ibid.
Aquam ſacris inuocationibus ſanctificat. c.2. n.7 g
Ter Chriſma ad crucis formam effundit. ibid.
Ter Pſalmum Prophetarum Deo acceptabilium concinit. ibid.
Iubet virum adduci. ibidem.
Aliquis ſacerdos baptizandum & anadochum ex deſcriptione proclamat. ibid.
Baptizandus ſacerdotum manibus ducitur in aquam ad manum Epiſcopi. ibid.
Sacerdotes iuxta aquam verſus Epiſcopum nomen baptizandi proclamant. ibid.
Epiſcopus tribus immerſionibus & emerſionibus virum abluit, tres diuinæ beatitudinis perſonas inuocans. ibid.
Sacerdotes illum tradunt anadocho. ibid.
Anadochus & ſacerdotes baptizatum induunt albis veſtimentis. ibid.
Reducunt iterum illum ad Epiſcopum. ibid.
Epiſcopus ſacro Chriſmate virum ſignat. ibid.
Participem manifeſtat de cætero ſacroſanctæ Euchariſtiæ. ibid.
Ritus conſecrandi Epiſcopum. c.5.n.10 a.
Euchariſtia hoſtia hoſtiarum, ſeu teleta teletarum, vel ſacramentum ſacramentorum. c.3. n 1.

Euchariſtia eſt ſimpliciter digniſſimum ſacramentorum, alia verò ſunt nobiliora ſecundum quid. c.3.u.1.b.
Euchariſtia dicitur ſpecialiter communio propter tria, ſ. propter effectum communionis, propter id in quo communicatur, & propter communicantes. c.3.n.2 b.
Euchariſtia eſt ſacramentum maximę dilectionis. ibid.
Euchariſtiæ ritus ſecundum maximam ſolemnitatem. c 3.n 5.
Quare baptiſmus incipiebatur à prædicatione, & Euchariſtia à thurificatione. c.3.n 5 b.
Quid ſacratiſſimi cantus & lectiones ſignificent. c.3.n.7.a.& n.12.c.
Quid panis & calicis communio & pacifica traditio. c.3.n.8 a.
Quid thurificatio. c.3.n.10.a.
Quid Pſalmodia. c.3.n.11.b.
Qui & qualiter ab Euchariſtia arceantur. c.3. n.14.e.
Excluſis impuris quomodo ſancti Deum laudent. c.3.n.18 n.
Quid oſculum pacis. c.3.n.19.o.
Quid mortuorum commemoratio. c 3.n 20.p.
Quid manuum lotio. c.3.an.1.c.
Conſecratio & eleuatio. c.3 n.22.a.
Sacerdos primò accipit, deinde aliis dat corpus Chriſti. c.3.n.30 dd.
Gratiarum actio. c.3.n.31.ff.
Euchariſtia eſt tantum vnum ſacramentum numero vltima vnitate ab eo quod eſt res & ſacramentum. c.3.n.10.b.
Quare hoc ſacramentum ſumitur in duplici ſpecie. ibid.
Excommunicatio non opponitur communioni, ſed communicationi. c.3.n.2.b.

F

Fides eſt prima virtus, & actus eius primus in accedendo ad Deum. c.3.n.3.d.

G

Generatio per ſe nihil aliud eſt quam coniunctio materiæ cum forma & corruptio ſeparatio eorundem. c.2.n.11.a.

H

Hierarchia noſtra inordinata diſtinguit, & ordinata replet ſecundum vniuſcuiuſque analogiam. c.4.n.19 a.
Omnis hierarchia tria habet, ſcilicet teletam, ſiue actionem hierarchicam, miniſtros qui eam aliis tradunt, & eos qui ab illis perficiuntur. c.4.n.20.a.
Cæleſtis hierarchiæ teleta eſt immaterialis intelligentia diuinorum. c 4.n.21.a.
Legalis hierarchia quibus & vbi data ſit. c 4. n.22 a.& ſeq.
Hierarchia noſtra eſt media inter angelicam & legalem. c.4.n.23.a.
Hierarchia noſtra in quolibet trium quibus conſtat, ſcilicet teletis, doctoribus & imbutis perficitur virtute prima, media & vltima. c.4 n.24.a.

In quo Eccleſiaſtica hierarchia cum angelica conuenit & in quo differt. c.1.n.3
Angelica & humana hierarchia habent vnam actionem genere, non ſpecie. c.1.n.3.b.
Hierarchia eſt omnis ſubiectorum ſacrorum ratio & conſummatio. c.1.n.4.
Qualis debet eſſe hierarcha. c.1.n.5.b.
Hierarchiæ principium eſt Ss. Trinitas. c.1. n.6.
Hierarchiæ finis quid. c.1.n.7.
Summum omnis hierarchiæ eſt dilectio ad Deum. ibid.
Quomodo ſit contrarium diuinæ illuminationi in omni hierarchia. c.1.n.7.a.
Noſtra hierarchia eſt perfecta reuerſio quantum ad hoc quod nihil remanet de eo quod eſt contrarium gratiæ. ibid.
Deus hierarchiam dedit Aogelis & hominibus, ſed diuerſimodè. c.1.n.8.
Sacra eloquia ſunt eſſentia ooſtræ hierarchiæ, non per modum tantum doctrinæ, ſed etiam obligando per modum legia. c.1.n.9.b.
Noſtra hierarchia ſenſibilibus ſymbolis tradita eſt. c.1.n.9.c.
Non poteſt congruè perfici noſtra hierarchia niſi manuductione ſenſibilium. c.1.n.9.e.
Quæ ſit prior perfectio noſtræ hierarchiæ, an dilectio, an fides, an timor, an pœnitentia. c.2.n.1.b.
Quænam ſit cæleſtis hierarchiæ purgatio. c 6. n.8.a.
Doctrina Eccleſiaſticæ hierarchiæ eſt ſcientia, non ad philoſophiam, ſed ad ſcientiam diuinam reducta vt pars. c.1.n.1.a.
Eſt ante ſcientias liberales quantum ad certitudinem luminis. ibid.
Habet principia quæ ſunt ſupra rationem. ibid.
Eius ſubiectum eſt Eccleſiaſtica hierarchia, ſecundum quod eſt in ſanctificationibus deſcendentibus à ſummo hierarcha per medios vſque ad vltimos. c.1.b.
Eſt vna. c.1.c.
Eius finis non eſt vt ſciamus, ſed vt ſancti ſimus. c.1.n.1.d.
Procedit modo reſolutorio diuino. ibid.
Quomodo hominibus data ſit poteſtas filios Dei fieri. c.2.n.3.d.
Conueniens eſt hominem perfici per corporalia. c.2.n.8.b.
Hominis caſus. c.3.n.23.t.
Homo in primo ſtatu fuit immortalis non per naturam, ſed per gratiam. ibid.
Hominis reparatio per Chriſtum. c.3.n.24.v.

I

IEſus diuiniſſimus animus & ſupereſſentialis, omnis hierarchiæ & ſanctificationis & deificationis principium. c.1.n.t.
Ieſus Angelis clarius quam nobis affulget. ibid.
Omnis illuminans, ſiue ſit homo, ſiue Angelus, reducit ad conformitatem primi exemplaris. c.4.n.3.i.
Illuminatio eſt prior purgatione reſpectu agentis, ſed poſterior quantum ad recipientem. c.1.n.7.a.
Immerſio in aquam baptiſmi quid ſignificet. c.2.n.11.a.
Cur trina. ibid.
Intellectus noſter ſe habet ad ea quæ ſunt tantum intelligibilia, ſicut oculus veſpertilionis ad lumen ſolis. c.1.n.9.e.
Omnis intellectus habens diuiniorem ſe, reducitur de potentia in actum. c.4.n.9.b.
Pura intentio. c.4.n.3.l.
Iouocationes conſecratiuæ non ſunt in publicum educendæ. c.7.n.19.a.

L

LEx eſt diuinitatis ſacratiſſima per prima ſecunda ad diuiniſſimam ſuam reducere lucem. c.5.n.1.

M

MAndatorum obſeruatione perfectio acquiritur. c.2.n.1
Epiſcopus & ſacerdotes ante conſecrationem manus abluunt. c.3.n.6.
Manuum lotio quid ſignificet. c.3.n.21.r.
Memoria non eſt propriè in Deo, nec in aliqua intellectiua ſubſtantia, ſed tantum in parte ſenſitiua c.3.n.20.q.
Pueri non ſunt bene memores, neque decrepiti. ibid.
Memoria ſumitur impropriè pro notitia quæ eſt tam reſpectu præſentium, quam præteritorum & futurorum. ibid.
Miniſtrorum quidam clauſis templi foribus aſtant, quidam altari inſeruiunt, alij aliud quod ſui ordinis eſt, peragunt. c.3.n.[illegible].
Miniſtrorum præcipui vnà cum ſacerdotibus diuino altari ſacrum panem & benedictionis calicem imponunt. ibid.
Inter perficiendos monachorum altior ordo. c 6.n.3.a
Monachorum varia oomina. ibid.
Ritos conſecrationis monachorum. c.6.n.4.a.
Quare monachus conſecrandus ſtat retro ſacerdotem non genuflectens. c.6.n.5.a.
Quid eorum abrenuntiatio denotet. c.6.n.5.c.
Quid ſignum crucis. ibid.
Quid veſtimentorum mutatio. ibid.
Quid oſculum. ibidem.
Quid commonio. c.6.n.6.a.
Mors duplex, ſcilicet corporis, & ſacramentalis qua moritur quis veteri vitæ. c.7.n.1.a.
Qui malè vixerunt, miſeri & inuiti moriuntur. c 7.n.4.a.
Quare pro mortuis fiunt orationes. c.7.n.11.& n 12.a. & ſeq.
Sanctorum & peccatorum mortis diſparitas. c.7.n.5.a.
Quandoquè eſt motus ab anima & quandoque ad animam. c.3.n.3.d.
Myſteria Chriſtianæ religionis non reuelanda profanis. c.1.n.t.

N.

NAtura diuina in ſe immutata, vnita eſt humanæ. c.3.n.28.aa.
Natura habiles, ars potentes, vſus faciles facit. c.2.n.2.b.

Quare

O

QVare in hoc libro non determinatur de oleo ſancto & de oleo infirmorum. c.4.n.1 c.
Operatio hierarchica eſt vel circa intrantes, vel circa progredientes, vel circa exeuntes. c.2. n.1.a.
Ordo Epiſcoporum perfectiuus, ſacerdotum illuminatiuus, diaconorum purgatiuus. c.5. n.8.a.
Inferiores ordines non poſſunt in ea quæ ſunt ſuperiorum, ſed è contrario. c.5.n.9.a.
Ritus conferendi ordines. c.5 n.10.a.
Genuflexio coram altari quid ſignificet. c.5.n.12.a.
Quid impoſitio manus Epiſcopi. c 5.n.13.a.
Quid ſignum crucis. c.5.n.14.a.
Quid nominis recitatio. c.5.n.15.a.
Quid ſalutatio. c.5.n.17.a.
Non debent ad ordines promoueri niſi à Deo electi. c.5.n.16.a.
Quid inclinatio vnius vel vtriuſque pedis. c.5. n.19.a.
Ordo purgandorum per diaconos. c 6.n.1 a.
Ordo illuminandorum per ſacerdotes c.6.n.2.a.
Ordo monachorum inter omnes ſubditorum ordines eminentior. c.6.n.3.a.
Quid vnicuique ordini commune & quid proprium. c.5.n.11.a.

P

QVomodo differunt hæc quatuor, participatio, refectio, nutritio & deificatio. c.1.n.7.a.
Quare pax dabatur ante conſecrationem. c.3. n.5.f.
Pax effectus Euchariſtiæ. c.3.n.8.b.
Oſculum pacis quid. c.3.n.19.o.
Peccatores non ſolum à communione, ſed etiam à viſione corporis Chriſti ſe excludere vt indignos debent. c.3.n.17.m.
Peccatum ſecundum ſuam naturam eſt corruptio naturalis boni, & alienum à nobis. c.3. n.17.l.
Peccatum eſt priuatio pura. c.2.n.9.f.
Perfectio duplex, quædam ex numero obſeruantiarum, quædam ex modo operum. c.6.n.5.b.
Energumeni nomen vnde dicatur. c.6.n.5.c.
Philoſophia Platoni eſt cura & tædium & ſolicitudo mortis. c.6.n.5.e.
Quædam plantæ ſunt odoriferæ ſecundum totum, vt balſamus. c.4.n.6.b.
Pœnitentes à ſacramento Euchariſtiæ arcentur. c.3.n.14.c.
Precatio ad Chriſtum. c.3.n.9.a.
Pſalmodia quid denotet. c.3.n.11.b.
Pſalterium Scripturas omnes complectitur. c.3. n.12 c.
Cur Pueri rationis impotes baptizentur & communionis participes fiant. c.7.n.20.& ſeq.

R

DIuinus radius ex parte infundentis manet in ſua ſimplicitate, diuerſificatur tamen ſecundum quod recipitur in diuerſis. c.4.n 1.c.
In regno tam ſeculari quam ſpirituali duplex pugna. c.2.n.10.b.
Variæ circa reſurrectionem opiniones. c.7. n.3.a.

S

CVr ſacerdos primo accipit, deinde aliis dat corpus Chriſti. c.3.n.30.dd.
Sacerdos vt interpres diuinæ iuſtitiæ promiſſa defunctis præmia poſtulat. c.7.n.15.a.
Qualiter ſacerdos exercere debet poteſtatem ſibi datam ligandi & ſoluendi. c.7 n.16 a.
Summus ſacerdos poſt diuinorum munerum laudes conſecrat diuiniſſima, id eſt, corpus & ſanguinem Chriſti. c.3.n.6.a.
Conſecrata omnibus oſtendit. ibid.
Communicat & cæteros ad communionem inuitat. ibid.
Ritus conſecrandi ſacerdotem. c.5.n.10.a.
An ſacerdotes ſeculares teneantur ad maiorem perfectionem, quam religioſi non ſacerdotes. c.6.n.5.b.
Poteſt ſacerdos poteſtate ordinis conficere corpus Chriſti quocumque loco & tempore, non de iure. c.5.n.4.c.
Sacerdotum munus. c.5.n.6.a.
Sancti ex hac vita cum ſpe futuræ beatitudinis & lætitia decedunt. c.7.n.1.a.
Sanctorum animæ ad ſtatum immutabilem in reſurrectione transferentur. c.7.n.2.a.
Sanctorum corpora reſurgent glorioſa. ibid.
Sanctum ex hac vita migrantem propinqui beatum prædicant. c.7.n.5.a.
Sanctorum præmia. c.7 n 10 a.
De ſacramentis poteſt eſſe ſcientia. c.1.n.1.a.
Quibus ſacramenta conferenda ſunt. c.1.n.1.h.
Quodlibet ſacramentum eſt perfectum quantum ad ſuam operationem. c.3.n.3.b.
Sacramentum eſt eius rei cauſa cuius imaginem gerit. c 3.b.
Vnumquodque ſacramentum partitas vitas noſtras in vniformem colligit deificationem. c.3.n.2.c.
Quædam ſacramenta ſunt officia naturæ vel perſonæ. c.1.n.2.b.
Librorum ſacræ Scripturæ argumenta. c.3. n.11.b.
Scientia ſecundum eſſentiam non eſt res quarum eſt ſcientia, ſed ſecundum actum. c.1. n.7.a.
Ritus ſepeliendi mortuos. c.7.n.6.a.
Quid ſignificet corporis poſitio in choro ante altare, vel extra chorum ad introitum eius. c.7.n.7.a.
Quid cantus & lectiones. c.7.n.8.a.
Quid catechumenorum excluſio. c.7.n.9.a.
Quid Epiſcopi oratio. c.7.n.10.a.& n.14.a
Quid ſinus Abrahæ. ibid.
Quid ſalutatio. c.7.n.18.a.
Quid vnctio. ibid.
Locus ſepulturæ. c.7.n.19.a.
Quid multitudo pedum & vultuum Seraphin deſignet. c.4.n.11 a.
Quid ternarius alarum numerus. ibid.
Quid velatio faciei & pedum. ibidem.
Quid clamor vnius ad alterum. ibidem.
Quid nomen Seraphin. ibid.

Ordo Seraphin noo ignorauit myſterium incarnatiopis. c.4.n.12.a.
Ordo Seraphin qualiter in conſectatione Chriſmatis ſignificatur. c.4.n.9.a.
Quod eſt ſimplex ſecundum ſubſtantiam, poteſt habere partes vt eſt obiectum iotellectus. c.1.n.7.a.
Quid ſit diuina ſors qua electus eſt Matthias. c.5.n.16.a.
Cæleſtes ſpiritus quomodo purgentur com puriſſimi ſint. c.6.n.8.a.
Immundis non eſt fas tangere ipſa ſymbola ſacramentorum. c.1.n.9.d.
Ad contemplanda ſpiritualia latentia ſub ſymbolis ſoli ſancti ſunt admittendi. c.2.n.2.
Quibus reuelanda & quibus occultanda ſunt noſtra ſymbola. c.1.n.10.a.

T

Nouom Teſtamentum quid. c.3.n.13.d.
Thurificatio quid inſinuet. c.3.n.10.a.
Timotheus cur vocetor puer. c.3.n.7.a.
In toto poteſtatioo ſuperius cootinet in ſe omnia inferiora. c.4.n.19.b.
Traditiones eiuſdem auctoritatis cum verbo Dei ſcripto. c.1.n.9.c.

V

Verbum Dei ſcriptum & traditum. c.1.n.9.c.
Veſtimenta alba qnibus baptizandus induebatur, qoid ſignificent. c.2.n.12.a.
Vir diuinus quis dicatur. c.3.n.16.1.
Virtus diuina fortius recipitur in primis quam in mediis. c.5.n.1.d.
Virtutes noſtræ debent intendere ad imitationem diuinarum polchritudinum, quarum ſont imagines. c.4.n.3.h.
Id probatur exemplo pictoris aliquod exemplar imitantis. ibid.
Differentia inter vnctionem baptiſmi & confirmationis. c.2.n.10.b.
Vnio naturarum in vna perſona eſt omnium maxima ſecundum eſſe, non ſecundum eſſentiam. c.3.n.28.bb.
Voluntas Dei duplex, antecedens & conſequens c.2.n.3.d.
Votum eſt melioris boni promiſſio. c.2.n.4.c
Omne votum eſt de eo quod eſt voluntarium ibidem.

INDEX CAPITVM

Libri de myſtica Theologia.

CAPVT PRIMVM.

De myſtica Theologia. 119.
Cap. II. *Quomodo oportet & vniri & hymnos reponere omnium cauſæ exiſtenti & ſuper omnia.* 127.
Cap. III. *Quæ ſint affirmatiuæ Theologiæ, quæ negatiuæ.* 130.
Cap. IV. *Quod nihil ſenſibilium eſt, qui eſt omnis ſenſibilis cauſa ſecundum exceſſum.* 133.
Cap. V. *Quod nihil intelligibilium eſt, qui omnis intelligibilis eſt ſecundum ſuperexcellentiam cauſa.* 134.

INDEX

INDEX

In librum de myſtica Theologia.

A

DE affirmationibus diuinis ſufficienter determinauit Dionyſius in tribus libris, ſ. de diuinis hypotypoſibus, de diuinis nominibus & de ſymbolica Theologia. cap. .num 1.b.

Quare in affirmationibus oportet incipere à ſuperioribus, & in negationibus è conuerſo. c.3 o 4.a.

B

BArtholomæus Euangelium ſcripſit, quo nos non vtimur. c 1.n.4 a.

C

QVi diuinam caliginem ſubeant. c.1.n.4 a.

In diuina caligine verſari, quid. c.2.n.1 a.

Contemplatio Dei poteſt dupliciter conſiderari, aut quantum ad id in quo contemplamur Deum, aut quantum ad id quod per contemplationem quærimus. c.1 n.4.b.

Differentia inter contemplationem & raptum. c.1.n.6 b.

In contemplatione non fit abſtractio ab vſu potentiarum, ſed tantum ab actu ſecundum intentionem. ibid.

In quo differt contemplatio viæ à comprehenſione veritatis in patria. ibid.

D

DEus occultus & ſuperſplendens. c.1.n.1.c.

De Deo non poteſt dici quid. ibid

Deus eſt cauſa omnium, & tamen eſſentialiter eſt ſuper omnia. c 1.n.3.c.

Omnia de Deo affirmantur ſecundum quid, id eſt, cauſaliter, & negantur ſimpliciter. c.1.n.3.d.

Deus non conuenit genere vel ſpecie cum creaturis, ſed analogicè. ibid.

Quomodo in Dei caliginem ingrediendum. c 1.n.4 a.

Deus ſuper intellectum & rationem ibid.

Non poſſumus videre diuinum radium in hac vita ſine velamine ſignorum & effectuum. c 1.n 4.b.

Omnia tranſcendentibus apparet Deus non velatus ibid.

De Deo non habetur naturalis ſcientia quia, neque propter quid. c.1.n.6.c.

Deum cognoſcimus per ablationem omnium quæ non ſunt Deus, imitatione ſculptoris qui per materiæ ablationem ſtatuam occultam manifeſtat. c.2.n.1.a.

Affirmationes & negationes de Deo contrario modo procedunt. c.1.n.2.a.

In Deo vacant omnes modi cognoſcendi nobis naturales, quibus ſcientias acquirimus. c.2.n.2.b.

In Deo non eſt ſingularitas neque ſolitudo. c.3.n.t.d.

Deo nihil ſenſibile conuenit. c 4.o.t.a.

Deus eſt omnium cauſa & ſuper omnia. ibid.

Deus non eſt in loco. c.4.n.1.b.

Deus nihil eſt eorum quæ nos cognoſcimus, ſed eſt ſuper omnia quæ à nobis vel ab intelligentia cognoſci poſſunt. c.5.n.1.

Deus ab omnibus nominatur, quæ ſimpliciter melius eſt eſſe in omnibus quam non eſſe. c.5.n.1.b.

De Deo non poteſt verè & propriè formari propoſitio. c.5.n.1.b.

Ad diuina capeſcenda magis orando quam diſputando peruenitur. c.5.n.1.b.

Ad diuinorum cognitionem intellectus noſter aſſurgit per lumen angelicum & diuinum. c.1.n 6.d.

Quid Dionyſius in aliis libris docuerit. c.3.n.1.a

Quare in myſtica Theologia breuior fuerit quam in aliis libris c.3.n.2.

An debuerit agere de incarnatione in libro de hypotypoſibus ſiue perſonis diuinis. c 3.n.1.h.

Dionyſius didicit diuina patiendo. c.1.n.3.

E

EVangelium latum & magnum, & rurſus conciſum. c.1.n.4.a.

F

FOrma & figura ſunt idem re, ſed differunt ratione. c.4.b.

I

IMaginatio eſt motus à ſenſu ſecundum actum factus. c.5.n.1.c.

Intellectus noſter cum accipit maximè intelligibilia, non minus accipere poteſt minima. c.1.n.6.c.

Intellectus noſter quibus gradibus ad Deum aſcendit. c.1.n.6.a.

Intellectus noſter dupliciter eleuatur in Deum,

aut per modum inuentionis, aut per ſigna immiſſa ab ipſo. c.1.n.4.b.
Intellectus noſter vnitur Deo ſecundum melius ſui. c.1.n.6.c.

L

SIcut lumen eſt de lumine, ita Deus de Deo. c.3.n.1.f.
Intellectus noſter non corrumpitur, ſed roboratur ex vnione ad lumen diuinum. c.1.n.6.c.

M

NOn oportet ſimul quærere ſcientiam & modum ſciendi. c.1.n.1.a.
Modus doctrinæ duplex, ſ. modus tranctantis, & modus tractatus. c.1.n.1.s.
Moyſes quibus gradibus ad myſticum diuinæ caliginis aſcendit. c.1.n.5.a.
Aſcenſus ille quid myſticè ſignificet. c.1.n.6.a.
Moyſes non vidit Deum in ſe, ſed in nobiliſſimis ſuis effectibus. c.1.n.6.d.

N

NAtura diuina ſecundum quod in Patre eſt principium proceſſionis Filij & Spiritus ſancti, aſſimilatur cordi. c.3.n.1.f.
Per negationes vnimur Deo. c.2.n.1.a.
Negationes & affirmationes de Deo contraria via procedunt. c.2.n.2.a.
Negationes in diuinis ſunt veræ, affirmationes verò incompactæ. c.5.n.1.b.

P

QVamuis perſonæ diuinæ ſint occultæ ſecundum rem, tamen modus tractandi de eis non eſt occultus. quæſt. proœmiali.
Quæ diuerſis principijs concluduntur, non ſunt eiuſdem ſcientiæ. c.3.n.1.h.
Prius eſt proprium quam appropriatum. quæſt. proœmiali.

R

RAptus eſt melior pars contemplationis c.1.n.6.b.
In raptu fit abſtractio ab vſu potentiarum inferiorum. ibidem.

S

SCientia debet denominari à fine. quæſtione proœmiali.
Scientia quia quid ſit. c.1.n.6.c.
Scientia noſtra cauſatur à rebus. c.5.n.1.b.
Potentiæ ſenſitiuæ deſtruuntur ab excellenti ſenſibili. c.1.n.6.c.
In ſomno propter otium virtutum animalium potentia nutritiua melius agit opus ſuum quam in vigilia. c.1.n.6.b.
Speculum æternitatis in quo viderunt Prophetæ, quid. c.1.n.6.d.

T

THeologiæ myſticæ modus, materia, auditor & finis. in prologo.
Theologiæ myſticæ nomen vnde dicatur. quæſt. proœmiali.
Ad myſticam Theologiam extenſione à nobis ipſis & ab omnibus expedita aſſurgitur. c.1.n.1.a.
Myſtica Theologia Philoſophis minimè communicanda. c.1.n.3.a.
Theologia prolixa & breuis. c.1.n.4.a.
Myſtica Theologia tantum negationibus completur. c.3.n.2.a.
Oratio ad ſanctiſſimam Trinitatem. c.1.n.1.c.

V

NObiliſſimus videndi modus eſt duplex, vel ex parte medij, vel ex parte obiecti. c.2.n.2.b.
Optima vnitio vniuſcuiuſque eſt, quando vnitur ſuæ vltimæ perfectioni. c.1.n.6.c.

INDEX

Epiſtolarum Beati Dionyſij.

EPISTOLA PRIMA.

CAIO monacho. 137.
Epiſt. II. *Eidem Caio monacho.* 140.
Epiſt. III. *Eidem Caio monacho.* 141.
Epiſt. IV. *Eidem Caio monacho.* 143.
Epiſt. V. *Dorotheo miniſtro.* 147.
Epiſt. VI. *Soſipatro ſacerdoti.* 150.
Epiſt. VII. *Policarpo hierarchæ.* 151.
Epiſt. VIII. *Demophilo monacho, de propria operatione & bonitate.* 160.
Epiſt. IX. *Tito hierarchæ interroganti per epiſtolam, quæ eſt ſapientiæ domus, quis crater, quis cibus eſt & potus.* 174.
Epiſt. X. *Joanni Theologo Apoſtolo & Euangeliſta in Patmos inſula.* 190.
Epiſt. XI. *Apollophani Philoſopho.* 194.

INDEX

In epiſtolas Beati Dionyſij.

A

ABEL ſimpliciter, nec quidqoam ſuſpicans, com fratricida ambolaoit. epiſtola 8.n.2.
Actus actiuorum ſunt in tecipiente ſecundum poſſibilitatemrecipi entis. epiſt.5 g.
Vnitas agentis per accidens,conſideratur ad vniuocationem, inquantum ex ea cooſequitur vnitas naturæ. epiſt.4.b.
Vniuerſaliter agens oportet eſſe non mixtum alicui. epiſt.5.t.
Alimenti duodecim proprietates. epiſt.9.cc.
Alimenta quæ diuina ſapientia proponit, quid ſignificent. epiſt.9.ee.
Intellectus Angeli lumine diuino, oon corrumpitur,ſed vincitur. epiſt.1.d.
Intellectus Angeli non haber proportiooem ad Deum. ibid.
Angelorum benignitas ergs homines. epiſt.8.f.
Anima ſedendo fit prudens. epiſt.8.c.
Quomodo anima ſit diuiſibilis & indiuiſibilis. epiſt.9.r.
Aoima luci comparatur. ibid.
Quando ſuperior pars animæ eſt in vehementi delectatione, inferio es ad illam delectationem conrrahuntur,& debilitantur in propriis operatinnibus. epiſt.5.k.
Motus animæ circularis, rectus & obliquus quid. epiſt.9.t.
Annus ſecundum quoſdam Philoſophus diuidebatur in qainque partes,in hiemem,ver,æſtatem,pomarium & autumnum. epiſt.7.n.3.c.
Apollophanes cur Dionyſium appellet Patrum verberarorem. epiſt.7.n.2.a.
Apollophanes cur dictus ſophiſta,quamuis eſſet magnus Philoſophus. ibid.
Apollophanem viſa ordinis cæleſtis immuratione ad Deum conuerti deboiſſe. epiſt.7.n.2.g.
Apollophanes appellabat Paulum hominem vagum & ſeminiuerbium. epiſt. 1.d.
Apollophanis conuerſio. epiſt 11.i.
Quare aqua calefacta citius congelatur. epiſt.1.b.
Si ars poſſet inducere verum hominem,ille diceretur vniuocè homo cum aliis. epiſt.4.b.

B

OMnia tendunt ad bonitatem diuinam ſicut ad finem. epiſt.5 g.

C

CAius fuit à priucipio hoſpes ſanctorum, & poſtmodum monachus. epiſt.1 a.
Caius quæſtiones propoſuit de eſſe Dei & eius noticia. ibid.
Diuina caligo quid. epiſt 5.a.
Caligo noo cauſatur ex lumine diuino, ſed ex defectu videntis. ibid.
Carpi zelus & viſio mirabilis. epiſt.8.ee.
Cauſa prima eſt ſupra narrationem & rationem. epiſt.7.n.2.f.
Cauſa vniuerſalis duplex, in genere corporum & ſimpliciter. epiſt.7.n.2.h.
Chriſtus eſt homo eiuſdem rationis cum alijs hominibus. epiſt.4.b.
Chriſtus eo eſt miſſus & venit, quo factus. epiſt.3.a.
Id quod dicitur de homine, poteſt dici de Deo, & è conuerſo ſine couſuſione naturarum. epiſt.4.b.
Operationes Chriſti quales. epiſt.4 b.
Hæc eſt vera, Deus factus eſt homo, & homo factus eſt Deus. epiſt.4.c.
Fieri quod importatur in hoc qnod dicitur, Deus factus, noo eſt terminus motus per ſe & propriè dicti, ſed motus communiter accepti, ibid.
Chriſtus non aſſumpſit dotem agilitatis quando ambulauit ſuper aquas. epiſt 4.g.
Chriſtus in martio paſſus trigeſimo quarto ætatis ſuæ anno. epiſt.7.n.3.e.
Chriſti bonitas & manſuetodo. epiſt.8.g.
Chriſtus nunquam non ſanctus. epiſt.8.bb.
Chriſtus paſtor manſuetiſſimus. ibid.
Chriſti manſuetudo potius imitanda quam Phinees & Eliæ zelus. epiſt.8.cc.
Chriſtus an plus diligebat Ioannem quam Petrum. epiſt.10.c.
Chriſtus ſimul viator & comprebenſor, ſummo dolore & ſummo gaudio poterat ſimul affici. epiſt.10.f.
Vtrum in Chriſto fuerit aliquid ſubitum. epiſt.3 b.
Quomodo paſſio fuerit in Chriſtn. ibid.
An Chriſtus poſt incarnationem fuerit omnino manifeſtus. epiſt.3 d.
Quo ſenſu dicitur Chriſtus profeciſſe ſapientia. epiſt.3.b.
Chriſtus non eſt compoſitus ex diuinitate & humanitate tanquam ex partibus. epiſt.3.e.
Chriſtus verus homo. epiſt.4.a.
Chriſtus Deus-homo. ibid.
Tota natura cælorum eſt conueniens vt obediat & aptetur & offerat ſe vnicuique motuum naturalium, quamuis contrarij eſſe videantur. epiſt.7.n.2.h
Quomodo vna ſit omnium cognitio. epiſt.9.f.
Contentionibus non eſt inhærendum. epiſt.6.a. item epiſt.7.n.1.a.
Correctio alia ex charitate, alia ex auctoritate, epiſt.8.k.
Crater quid myſticè ſignificet. epiſt.9.dd
Creaturarum proceſſiones quibus ſymbolis inſinuentur. epiſt.9.h.
Creaturæ ſecuodum quod exeunt à ſapientia infinita, ſunt inſcrutabiles & inenarrabiles. epiſt.5.e.

D

DAuid in hoſtes benignua. epiſt.8.e
Delectatio fit conuenientis cum conueniente. epiſt.5.q.
Delectatio eſt operatio proprij & connaturalis habitus non impedita. ibid.
Demophili inhumanitas erga pœnitentem, epiſt.8.n.
Demophilus temere aliorum officio ſe ingeſſit, epiſt.8.o.
Exemplis deterretur. epiſt.8 p.
Demophili excuſatio vel obiectio refellitur. epiſt.8.r.& s.
Demophili duplex peccatum. epiſt 8.aa.
Demophili mala vltio. epiſt.8 cc.
Demophilus temeritatis & impietatis arguitur. epiſt.8.h.& ſeq.
Nullus humana vita viuens, Deum videre poteſt, epiſt.5.a.
Quomodo Deus inhabitat caliginem. ibid.
Omnes videntes Deum, ipſum in caligine vident. epiſt.5.b.
Scientia Dei mirabilis. epiſt.5.c.
Viæ Dei inueſtigabiles, & iudicia eius inſcrutabiba. epiſt.5.e.
Nemo poteſt cognoſcere Deum quid ſit. epiſt. 5.g.
Deum non omnia æqualiter attingunt. ibid.
Cum in Dei cognitione proficimus, in quaſdam tenebras ingredimur. epiſt.1.a.
Tunc intellectus magis ſe æſtimat longè à Deo, quando ſibi magis prope eſt. epiſt.1.b.
Deus intelligentia non comprehenditur. epiſt. 1.d.
Deua non eſt obiectum proportionatum intellectui creato. ibid.
Si quis viſo Deo, cognouit id qnod vidit, nequaquam ipſum vidit, ſed aliquid eorum quæ ſunt eius, exponitur. epiſt.1.e.& d.
Quomodo Deus ſit ſuper thearchiam, & ſuper boni principatum epiſt.2.b.
Deus ſecundum aliud & aliud terminat intellectum videntis ipſum, & illuminat eum ad videndum. epiſt 5.i.
Deum ſapientes vix intelligere poſſunt, cum à carne etiam quantum poſſibile eſt, ſe abſtraxerunt. epiſt.7.f.
Quare pendentem in cruce Deum eſſe manifeſtatum ſit per mutationea cæleſtium. epiſt.7. n.2.h.
Quo aliquis Deo propinquior, eo dignior. epiſt.8.s.
De Deo verius ſcimus quid non eſt, quam qnid eſt. epiſt 9.c,
Quare Deus dicitur fons ſapientiæ. epiſt.9.e.
Item quare dicitur fons effuſus ad ſeipſum epiſt.9.f.
Quid ſomnus & euigilatio Dei. epiſt.9.kk.
Domus quam ſapientia ſibi ædificat, quid. epiſt 9 dd.

Operatio

Operatio dotis agilitatis fuit in Chriſto, cum ambulauit ſuper aquas, non tamen per modum quo eſt à dote epiſt.4.g.
Dionyſius in libro ſymbolicæ Theologiæ, ſigillatim determinauit omnes locutiones de Deo ſymbolicè dictas. epiſt.9 d.
Dionyſius an plus diligebat Ioanoem, quam Paulum vel Petrum. epiſt.10.c.
Dionyſius audita Apollophanis conuerſione, ad eum congratulorias literas dedit. epiſt.11.

E

EBrietas Dei quid myſticè denotet. epiſt. 9 hh.
In eclipſi ſolis quæ contigit tempore crucifixionis, triplex miraculum. epiſt.7.n.3.f.
Superuacaneum eſt inſiſtere conteotione contra ſingulos errores, ſed veritas ſtabilienda, eſt quâ ſtabilitâ omnes refelluntur. epiſt.7.n.1.d.
Erroris Philoſophorum cauſa fuit, quòd non ſtudebant vt veritatem inuenirent, ſed vt aliis contradicerent. epiſt.7.n.1 e.
Sub Ezechia facta eſt dies artificialis ferè triplo longior. epiſt.7.n.3.c.

F

NOo tam in errores arguendos, quam in veritatem fidei ſtabiliendam debemus operam dare. epiſt.6.b.
Ad fidem oon conuertuntur homines per coactionem rationis, ſed per voluntatem. ibid.
Fides cuſtodienda inſtar theſauri nobis à Deo commiſſi. epiſt.7.n.1.a.
Fides probatur tanquam ex priori ex inſpiratione Spiritus ſancti, tanquam verò ex poſteriori ex miraculis. epiſt.7 n.2.b.
Fortis tanto plus dolet in morte, quantò vitam ſuam velut meliorem diligit. epiſt.10.f.

H

HOmo eſt ſolum intellectus. epiſt.10.c.
Humanitas Chriſti vt eſt alterum membrum vnionis, eſt ineffabilis. epiſt.3.c.

I

IAcob erga fratrem perſequentem manſuetè ſe habuit. epiſt.8.c.
Idololatria non poteſt rectè dici religio, ſed falſa opinio. epiſt.6.c.
Quomodo cum idololatris agendum. ibid.
Idololatræ irridentur à Philoſopho. epiſt.7.n.1.b.
Idolorum cultus non poteſt probari niſi fictionibus Poëtarum. epiſt.7.n.2.d.
In eadem figura ignis aliter accipitur ipſe Deus, aliter prouidentiæ ipſius intelligibiles. epiſt. 9.bb.
In hàc vita non ſumus in perfecto actu intellectus quantum ad ſuperiorem partem animæ. epiſt.9.v.
Incarnatio quomodo fuerit ſubita. epiſt.3.c.
Incarnationis myſterium occultum, nec vllo ſermone vel intellectu expreſſum. epiſt.3.d.
Non conuenit inferioribus vt increpent ſuperiores. epiſt.8.x.
Excellens intelligibile non corrumpit, ſed maximè delectat intellectum. epiſt.5.q.
Intelligentia ſumitur tripliciter, ſ. pro actu intellectus, pro natura intellectuali ſeparata, & pro ſuprema virtute noſtræ animæ. epiſt.5.k.
Differentia inter rationem, intellectum & intelligentiam. ibid.
Sanctus Ioannes, diſcipulus dilectus. epiſt.10.d.
Beato Ioanni Apoſtolo in Patmo inſula exulanti prædicitur liberatio ab exilio & reditus in Aſiam. epiſt.10.q.
An & quomodo Beatus Ioannes patiebatur in exilio. epiſt.10.e & f.
Beatus Ioannes ſol Euangelij. epiſt.10.g.
Ioſeph inſidiatores fratres non eſt vltus. epiſt. 8.c.
Vnius ad ſeipſum non eſt iuſtitia propriè dicta. epiſt.8.y.

L

LOgica potius eſt modus philoſophiæ & inſtrumentum quam pars. epiſt.9.y.
Lumen inacceſſibile eſt caligo in qua habitare Deus dicitur. epiſt.5.a.
Diuini luminis effuſio eſt infinita ex parte fundentis. ibid.
Quæ eſt proportio luminis corporalis ad tenebras corporales, eadem eſt luminis ſpiritualis ad tenebras ſpirituales. epiſt.1.b.
Multum lumen inducit per accidens tenebras. ibidem.
Lux non moueret ad omnes colores, ſi eſſet de compoſitione alicuius coloris. epiſt.5.i.

M

MAli oderunt ſanctos & eorum conſortium. epiſt.10 d.& e.
Manſuetudo animam præparat ad viſionem Dei. epiſt.8.c.
Poteſt eſſe mater naturaliter, quæ non generat naturaliter. epiſt.4.e.
Memoria non eſt intellectiua, ſed ſenſitiua. epiſt 9.v.
Miraculum eſt, quod ſupra facultatem admirantis apparet. epiſt.5.c.
Mitis eſt, quem nec rancor, nec ira afficit, ſed omnia æquanimiter ſuſtinet. epiſt.8.c.
Monachorum ordo. epiſt.8.m.
Monachus idem quod vnius cuſtos, ſcilicet Dei. epiſt.1.
Primus motor ad voluntatem mouet omnia. epiſt.7.n.2.h.
Motus dicitur dupliciter, ſ. propriè & impropriè. epiſt.4.c.
Motus propriè eſt in tribus generibus, impropriè dictus eſt in omnibus generibus. ibid.
Moyſes manſuetudine inſignis. epiſt.8.b.& ſeq.

N

SIcut natura obedit naturali motori naturaliter, ita rationabile eſt vt obediat in miraculoſis. epiſt.7.n.2.h.

Officium

O

Officium eſt congruus actus perſonæ ſecundum ſtatuta patriæ. epiſt.8.o.
Opera naturæ quare non dicantur ſubita, licet ex occulto proferantur in eſſe ſenſibile. epiſt. 3.c.
Oppoſitorum vnum non iuuat aliud ad eſſe per ſe, ſed per accidens. epiſt.1.b.
Origenis error, quòd futurum ſit Chriſtum iterum pati. epiſt.8 kk.
Ozæ vel Ozæ punitio. epiſt.8.p. item Saülis & Mariæ ſororis Moyſis, & filiorum Sceuæ. ibid.

P

Paſſio dicit duo, ſ. priuationem præuiæ cognitionis, & priuationem moræ. epiſt.3.b.
Perfectorum eſt accipere parabolas & myſteria parabolarum. epiſt.5.
Perſonarum diuinarum proceſſiones quibus ſymbolis ſignificentur. epiſt.9.g.
Philoſophia eſt cognitio exiſtentium. epiſt.7. n.2.e.
Vſum Philoſophiæ impugnantes, acriter arguuntur. epiſt.7.n.2.b.
Rationes philoſophicæ ad fidem ſtabiliendam vt ſecundariæ induci poſſunt, & ſunt maximè vtiles contra Philoſophos. ibid.
Philoſophi debent ſurſum agi ad Deum. epiſt.7. n.2.e.& f.
Philoſophiæ diuiſio. epiſt.9.y.
Phinees & Eliæ zelus. epiſt.8.cc.
Poëtæ finis eſt perſuadere vel diſſuadere aliquid ex iis quæ præueniunt iudicium rationis, inducendo terrorem vel etiam abominationem ex aliquibus fabuloſis. epiſt.7.n.2.d. item epiſt 9.c.
Poëtæ non ſunt Philoſophi niſi ſecundum quid. ibidem.
Policarpus martyr, Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus, Apollophani familiaris. epiſt.7.n.1.a.
An Prælati corrigendi ſunt à ſubditis. epiſt.8.k.
Principium deificans eſt duplex, ſcilicet effectiuè & formaliter. epiſt.2.b.
Prodigium dicitur, quod procul à digito, id eſt, oſtenſione. epiſt.6.d.
Similitudo proportionalitatis ad minus eſt inter quatuor, vel re, vel ratione. epiſt.9.c.

R

Ratio conſiſtit in compoſitione collatiua. epiſt.5.k.
Ratio eſt contingentium, & ſcientia neceſſariarum concluſionum, & intellectus principiorum. ibid.
Rectum eſt iudex ſuiipſius & obliqui. epiſt.7. n.1.f.
Recubitus in cælis quid myſticè inſinuet. epiſt. 9.kk.
Relatio vnionis in natura diuina eſt rationis tantum, in humana autem eſt realis. epiſt.4.c.
Contingit innaſci relationem in vno extremorum ſine ſui mutatione, ſed per mutationem alterius: & tunc in illo erit relatio rationis, in altero autem erit realis. ibid.
Religio eſt, quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam vocant, curam cærimoniamque affert. epiſt.6.c.

S

In ſacerdote debent eſſe tria, ordo, iuriſdictio, vita epiſt.8 v.
Verum mali ſacerdotes poſſunt conficere ſacramenta . ibid.
Sacerdotes non debent à miniſtris iudicari. epiſt.8.l.
Sacerdotes Angeli. ibidem.
Mali ſacerdotes valdè increpandi. epiſt.8.s.
Sacra Scriptura aſſimilatur rori, aquæ, vino, lacti & melli. epiſt 9.ff.
Sacra Scriptura eſt fluuius, in quo agnus pedicat & elephas natat. epiſt.9.l.
Senſus literalis eſt dupliciter in ſacra Scriptura. ibid.
Omnia quæ traduntur in ſacra Scriptura, aut ſunt ad emendationem vitæ, aut ad inſtructionem fidei. epiſt 9.y.
Sacræ Scripturæ diuiſio. ibidem.
Verum ſacræ Scripturæ conueniat modus qui eſt per ſymbola. epiſt.9 c.
Quomodo Sancti dicuntur non pati. epiſt.10.f.
Diuina ſapientia conuenienter dicitur apponere duplex alimentum, vnum forte, id eſt, ſolidum, alterum humidum epiſt 9.cc.
Scientia Dei mirabilis non ſolum materialiter, ſed etiam formaliter. epiſt 5 c.
Quare ſcientiæ naturales communicantur malis, non autem veritas ſacræ Scripturæ. epiſt.7.f.
Senſibile excedens agit actione animæ & actione ſenſibilis, & ideò corrumpit organum. epiſt.5.g.
Sol non poteſt eclipſari niſi à luna ex coniunctione. . epiſt.7.n.3.e.
Sub Ezechia ſol reuerſus eſt decem lineis per gradus quos deſcenderat. epiſt.7.n.3.i.
Sol in medio corporum cæleſtium, ſicut cor in animali. epiſt.8.r.
Sol ſiſtitur à Ioſue. epiſt.7 n.3.b.
Rabbi Moyſi error, quòd ſol non ſteterit tunc, refellitur. ibid.
De duplici motu ſolis. epiſt.7.n.3.d.
Circa eclipſim ſolis quæ contigit tempore crucifixionis, tria conſiderat Dionyſius. epiſt.7. n.3.e.
Communis ſpecies conſideratur dupliciter, aut quantum ad naturam, aut quantum ad hypoſtaſes. epiſt.4.b.
Spes dicitur dupliciter, ſcilicet gratiæ & naturæ. epiſt.3 c.
Subitò eſt, quod præter ſpem & ex non apparente in lucem profertur. epiſt.3.a.
Subitò tribus modis ſumitur, epiſt.3.b.
Subordinatio vbique ſeruanda. epiſt.8.z.
Symbolicas locutiones neceſſarium eſt exponere epiſt 9.e.
Per ſymbolica in ipſam nudam veritatem venimus. epiſt.9 f.
Symbolorum aliqua important defectum, aliqua non important: vtrorumque expoſitio. epiſt. 9.g.& ſeq.
Ex ſymbolicis non traditur argumentatio. epiſt.9.u.

Symbolorum

Symbolorum expoſitio eſt conueniens veritati fidei & ſacræ Scripturæ. epiſt.9.ll.

Præparatio neceſſaria ad Theologiam impeditur duobus, ſ.per inteotionem reſiſtcodi, & per immunditiam corporis. ibid.

T

SEcundum Aſtronomos quatuor tempora, mutationes ſolis in vnaquaque quadra circuli ſignorum,à puncto incipientes vernali. epiſt.7.n.3 c.
Tenebræ cauſantur dupliciter,aut ex defectu luminis, aut ex abundantia & per exceſſum ſuper virtutem cognoſcitiuam. epiſt.1.b.
Theologiæ maximè cooucnit vti ſymbolicis locutionibus. epiſt.8.c.
Theologicum negotium diuidi poteſt materialiter & formaliter. epiſt.9.n.
Theologia ſymbolica quantum ad modum occulta eſt præ aliis. ibid.
Theologia duplex, ſ. myſtica & philoſophica. epiſt.9 o.
Per Theologiam non poſſunt errores conuinci, niſi ipſa prius fundetur. epiſt.7.n.1.f.
Quomodo Theologiæ famulantur aliæ ſcientiæ. ibidem.
Theologus per ſcientiam booi habet ſcientiam mali ad reprehendendum. ibid.

V

VEr quando ſit ſecundum medicos. epiſt.7.n.3.c.
Stabilita veritate,errores per ſe corruunt. epiſt.7.n.1.c.&d.
Infinitis modis contingit à veritate aberrare. epiſt.7.n.1 d.
Verum B. Virgo naturaliter genuerit Chriſtum. epiſt.4.c.
Spiritus ſanctus dedit Virgini virtutem fœcundatiuam quæ eſt matris. ibid.
Viſio multiplex tam ex parte videntium, quam ex parte viſorum. epiſt.9.a.
Viſio tota merces. Auguſt. lib. 1. de Trin.cap.9. epiſt.5.k.
Omnes potentiæ animæ perficientur diuina viſione,quædam immediatè, quædam mediatè. ibidem.
Vnio diuinitatis cum humanitate eſt inexplicabilis. epiſt.3.c.

INDEX LOCORVM

Sacræ Scripturæ,qui explicantur in epiſtolis Beati Dionyſij.

Exodi.

NON videbit me homo & viuet. *epiſt.5.a.*

Canticorum.

vlt. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ,vt inueniam te foris & deoſculer,& iam nemo me deſpiciat.* epiſt.11.a.

Eccleſiaſtici.

3. *Altiora te ne quæſieris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris.* epiſt.8.a.

Iſaiæ.

52. *Vox ſpeculatorum tuorum : leuauerunt vocem, ſimul laudabunt : quia oculo ad oculum videbunt cum qui conuertit Sion.* epiſt.10.a.
53. *Generationem eius quis enarrabit.* epiſt.3.c.

Hieremiæ.

9. *In hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me.* epiſt.1.a.

Oſeæ.

12. *Ego viſiones multiplicaui in eis, & in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum.* epiſt.9.a.

1. Ad Corinthios.

11. *Si quis videtur inter vos contentioſus,nos talem conſuetudinem non habemus.* epiſt.6.a.

1. Ad Timotheum.

vlt. *Timothee depoſitum cuſtodi,deuitans prophanas vocum nouitates,& opiniones falſi nominis ſcientiæ,quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.* epiſt.7.a.

FINIS.

D. ALBERTI MAGNI, RATISBONENSIS EPISCOPI, ORDINIS PRÆDICATORVM,

COMPENDIVM THEOLOGICÆ veritatis in ſeptem libros digeſtum,

Ad editionem Venetam 1492. emendatum.

PROLOGVS.

VERITATIS Theologica ſublimitas, cum ſit ſuperni ſplendoris radius, illuminans intellectum: & regalium deliciarum conuiuium, reficiens affectum: de magnorum Theologorum ſcriptis breue Compendium colligere dignum duxi: quo & caueatur inter faſtidij prolixitas, & tamen ad inueſtiganda plurima, via detur, & occaſio ſapienti. Theologia certè ſcientiarum eſt Princeps omnium & Regina, cui artes cæteræ, tanquam pediſſequæ famulantur. Nam de naturis rerum illa ſolum recipit ad vſum ſuum, de quibus ſibi ſpeculum fabricare valeat, in quo conſpiciat conditorem. Hæc eſt ſcientia ſcientiarum, quæ ſuper omnem ſpeculationem Philoſophicam extollitur, & dignitate, ac vtilitate omnibus antefertur. Ipſa enim Philoſophia, cum in naturalem, & rationalem, & moralem diſtinguatur: Piloſophia quidem naturalis, licet doceat cognoſcere creaturas, non tamen creatorem. Rationalis verò, licet doceat concludere hominibus, non tamen diabolo reſiſtere. Et moralis licet doceat acquirere virtutes Cardinales, non tamen docet acquirere charitatē. Noſtra verò Philoſophia, ſcilicet Veritas Theologica, hæc omnia operatur. Docet enim Deū cognoſcere, diabolo reſiſtere, & charitatis exercitiis inſudare. Hæc eſt diuinorum pigmentorum apotheca, delectabilis ſuper mel, & fauum. Hæc quoque Theſaurus eſt deſiderabilis ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum. Hæc eſt fons, de loco voluptatis egrediens, Eccleſiæ militantis irrigans Paradiſum. Denique præſens ſcriptum in ſeptem libellos diſtinxi, & ſingulis in vnoquoque materiis rubricis propriis aſſignaui. Primus eſt de natura Deitatis. Secundus de operibus conditoris. Tertius de corruptela peccati. Quartus de humanitate Chriſti. Quintus de ſanctificatione gratiarum. Sextus de virtute ſacramentorum. Septimus de vltimis temporibus & de pœnis malorum, ac præmiis bonorum. Sicubi ergo in hoc ſcripto deuiaui, parcatur mihi, quia ignorans feci: vbi verò rectè proceſſi, laudetur Gratia Ieſu Chriſti, ad cuius honorem, & Beatiſſimæ Matris eius præſens opuſculum compilaui.

LIBER PRIMVS

De Natura Deitatis.

CAPVT I.

Quòd Deus eſt.

DEvm eſſe multis modis oſtenditur. Hoc enim fides recta teſtatur, ſacra ſcriptura loquitur, comparatio rerum ad ipſum facta idem indicat, ſancti prædicant, creaturæ clamant, ratio naturalis dictat. Primo igitur Deum eſſe fides teſtatur: quia fides Catholica credit Deum, credit in Deum, & credit Deo. Credere quidem Deum eſt credere ipſum eſſe. Credere in Drum eſt credendo Deum amare, & amando in eum ire, ac membris eius incorporari. Credere autem Deo eſt credere verbis eius. Primum, & tertium bonorum, & malorum eſt: ſed ſecundum bonorum tantum: quia credere Deum, & credere Deo bonis, & malis eſt commune, ſed credere in Deum: boooꝝum ſpecialiter eſt. Deus itaque ſolus habet eſſe perfectum. Illud enim perfectum eſt cuius nihil eſt extra ipſum: Vnde quia eſſe noſtrum habet aliquid extra ſe, imperfectum eſt. Deeſt enim nobis aliquid, quod de noſtro eſſe iam præteriit, vel quod futurum eſt Diuinum autem eſſe cum ſimul ſit, perfectiſſimum eſt. Secundò, Deum eſſe ſcriptura loquitur. Pſ. Ab æterno, & vſque in ſæculum tu es. Exod. 3. Qui eſt, miſit me. Ioan. Damaſc. Videtur omnibus principalius eorum, quæ de Deo dicuntur, nominibus eſſe, qui eſt. Tertio Deum eſſe, rerum comparatio ad ipſum facta indicat Tam verum enim eſſe Deus habet, quod noſtrum eſſe ſuo comparatum, nihil eſt: imo Deus ſuo præſentiali eſſe dat omnibus rebus eſſe: ita quod ſi ſe rebus ſubtraheret, ſicut de nihilo facta ſunt, ſic in nihilum diffluerent vniuerſa. Greg. Omnia humana, quæ iuſta, quæ pulchra ſunt, Dei iuſtitiæ, & pulchritudini comparata, nec iuſta, nec pulchra ſunt, nec omnino ſunt. Quarto ſancti prædicant Anſel. in Proſol. Credimus te, Domine eſſe aliquid, quo nihil maius cogitari poſſit. Dionom. Eſſe omniũ eſt ſuperſubſtantialis diuinitas: ſed hoc intelligitur cauſaliter, non formaliter. Præterea ſicut dicit Anſelmus, illud maxime habet eſſe, quod maximè diſtat à non eſſe, quod ſcilicet non habet non eſſe poſt eſſe, nec eſſe poſt non eſſe, nec poteſt cogitari non eſſe. Quinto Deum eſſe creaturæ clamant. Omnia namque ſuo modo dicunt. Quoniam ipſe fecit nos, & non ipſi nos, Ipſe enim Deus eſt vox naturæ, qua omnia pulchra teſtantur ipſum pulcherrimum dulci, dulciſſimum, ſublimia altiſſimum, pura puriſſimum, fortia fortiſſimum, & ſic de aliis. Quia ſicut in patria Deus eſt ſpeculum, in quo relucent creaturæ: ſic in via è conuerſo creaturæ ſunt ſpeculum, quo creator videtur. Vnde Apoſtolus, Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate. Idem, inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt: intellecta conſpiciuntur Sexto Deũ eſſe ratio naturalis dictat, quæ per effectũ in cognitionem cauſæ peruenit. Omne nãque cauſatum indiget alio, vt ſit, & iterum illud alio, vt ſi, ita erit in infinitum procedere, vel erit ibi circulus, vel peruenietur ad aliquid, quod ſit cauſa omnium. Circulus autem non eſt in rebus ſingulis: quoniam oporteret aliquid eſſe prius, & poſterius ſeipſo: nec erit proceſſus in infinitum: quia vniuerſitas cauſatorum tota cauſata eſt, ſiue ſit finita, ſiue infinita: ergo indiget alio, vt ſit, quod erit extra vniuerſitatem cauſatorum, & hoc Deus eſt, à quo fluunt omnia.

Eſſe Dei perfectum.

Eſſe noſtrum imperfectum.

Pſal. 89.
Exod. 3.

Sap. 7.
1. Cor. 13.
Rom. 1.

CAPVT II.

Quòd vnus Deus eſt.

VNum Deum eſſe oſtenditur auctoritate. Vnde Deut. 32. Videte, quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me. Apoſto. Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, Boet. Si dici poteſt, vniſſimus eſt. Id eſt, ſemper in vno modo, nihil in ſe, niſi ſe habet. Hoc verè vnum eſt, in quo nullus eſt numerus, nullum in eo aliud præter id quod eſt. Idem oſtenditur & ratione: quia ſimplex forma diuinitatis, ſi non eſſet vna, & eadem numero, ſed communicabilis pluribus, contraheretur aliquo addito ad eſſe ſingulare: & ita componeretur alteri, nec eſſet ſimpliciſſima, quod falſum eſt: quia in ſummo bono nulla poteſt fieri adiectio, cùm ſit omnino ſimplex. Notandum autem, quod (vnum) ſumitur, prout eſt principium numeri, & ſic Deo non conuenit: Alio modo, prout conuertitur cum ente, & ſic Deo conuenit, potius quam alicui creaturæ: quia cũ vnum ſit indiuiſum in ſe, & diuiſum ab aliis, excepto Deo ſolo, nihil eſt, in quo non intelligatur aliqua diuiſio, vel actualis, vel potentialis. Cùm o. vnitas, vel numerus aliquis de Deo dicitur, nihil ponit, vt quidam dicunt, ſed tantum priuat. Vnde cum dicitur, Deus vnus eſt, intelligitur, quod non ſint plures. Aliquid autem non eſt vnum tribus modis, ſcilicet vel pluralitate ſecundum ſpecies diuerſas, ſicut Angeli, & ſtellæ

Epheſ. 4.

Vnum ſumitur multipliciter.

Vnum ſingulare tribus modis.

ſtellæ, quæ ſunt vnum genere, ſed differunt ſpecie: vel mutabilitate, ſecundum quod vnus homo plures dicitur, qui modo ſanus eſt, modo æger, modò diues, modo pauper. Vel propagatione, ſecundum eandem ſpeciem, prout homo plures eſt in filiis, qui propagantur ab ipſo. Sed nihil prædictorũ in Deo eſt. De primo enim contrarium habemus in ſymbolo Athanaſij: Hęc eſt fides Catholica, vt vnũ Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. De ſecundo Pſal. Ipſi peribunt, tu autem permanes. *[Pſal. 101.]* Bern. Non ex tempore alterationem habet Deus, non ex ſubſtantia alteritatem. Leo Pap. Simplicis diuinitatis naturæ nihil addi, aut minui poteſt. De tertio. Pſal. *[Pſal. 80.]* Non erit in te Deus recens. Recens, id eſt, recenter formatus, vel natus. Diuinitatem tria genera hominum multiplicant, ſcilicet idololatræ. Pſal. 95. *[Pſal. 95.]* Omnes dij gentium dæmonia. Necromantici, qui attribuunt virtutem characteribus, & huiuſmodi ſtultitiis. Carnales homines, vt guloſi *[Philip. 3.]* colentes ventrem. Apoſtolus: Quorum Deus venter eſt. Et auari, qui ſuper omnia pecuniam amant. Apoſtolus: Auaritia, quæ idolorum eſt ſeruitus. *[Epheſ. 5.]* Eſt itaque in Deo vera vnitas propter *[In Deo vera vnitas.]* ſimplicitatem, immutabilitatem, & ſingularitatem, & propter vnitatis creatæ ſimilitudinem: quia ſicut vnitas à nullo deſcendit, & omnis pluralitas ab ea defluit, ſic Deus à nullo, & omnia ab ipſo. *[Vnitas à ſe, pluralitas verò ab vnitate deſcendit.]* Item ſicut vnitas de ſe gignit vnitatem, ita Deus pater de ſe gignit alterum ſe, vt dicit Aug. id eſt, alterum ſimilem ſibi, vel alterum à ſe, ſcilicet filium. Hoc nomen, Deus, tripliciter accipitur, ſcilicet naturaliter, adoptiuè, & nuncupatiuè. Primo modo ſoli Deo conuenit. Secundo modo conuenit bonis hominibus, qui diuinæ bonitatis participes ſunt per gratiam prouidentiæ, vel doctrinam, & poteſtatem prælationis, & poteſtatem miraculorum. Pſal. 81. Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes. *[Ioan. 10. Exod. 6.]* Tertio modo Dij dicuntur idola, ſed ſolo nomine: quia res nominis, ſcilicet Diuinitas, illis non conuenit. Primo modo non habet plurale hoc nomen (Deus) per ſe, cùm ſit vnus ſolus verus Deus, nec diuinitas recipiat diſtinctionem: ſed ſecundo, & tertio modo plurale habet.

CAPVT III.

Quòd vnum ſolum principium eſt.

SIcut vnus ſolus Deus eſt, ſic vnum ſolum principium eſt: quod oſtenditur multitudo ratione. Primò ſic, quoniam ſi duo principia ſunt, vnum ſcilicet ſummè bonum, & aliud ſommè malum: aut communicant in exiſtentia per ſe, vt Sortes, & Plato, ſi ſimul ſunt, in eſſe communicant, aut non. Si non, ergo alterum illorum erit ens per aliud: & ita non erunt duo principia. Si ſic, cum exiſtere ſit per ſe bonum, malum autem plus eſſet malum, ſi non haberet illud bonum, ergo non eſt ſummè malum: quia ſi eſſe per ſe haberet, hoc ipſum eſſe, quod eſt bonum, ſummè malum eſſe non fineret. Præterea in creaturis quatuor inueniuntur, ſcilicet multitudo, ordo, imperfectio, & connexio: ſecundum quodlibet iſtorum probatur vnum tantum eſſe principium. Omnis multitudo ſecundum Dion. ab vnitate trahit originem: ergo neceſſe eſt omnis multitudinis vnum eſſe principium. Item omnis ordo cum habeat prius & poſterius, oportet, quòd vnum habeat principium. Item ſecundum Boetium, omne imperfectum ab aliquo ſimpliciter perfecto trahit originem. & hoc eſt Deus noſter. Item omnis connexio diuerſorum, cauſam habet ſuæ connexionis & conſeruationis aliquod vnum: & hoc eſt Deus. Item ſi eſſet vnum ſummè malum, à quo omnia mala eſſent, ſequeretur quòd ſecundum corpus Chriſtus eſſet ab illo malo principio, cùm in eo fuerit malum pœnæ, quod abſurdum eſt dicere. Ex prædictis patet, quòd Deus eſt ſummum, primum, & vnum ſolum principium, tum ratione dignitatis, tum ratione anteceſſionis, tum ratione cauſalitatis.

CAPVT IV.

Quòd pater eſt.

ÆTernum patrem eſſe, per hoc oſtenditur, quòd cum Deus ſit potentiſſimus, ſapientiſſimus, & optimus, poteſt, ſcit, & vult ſe ſummè communicare: hoc autem eſt, alteri maieſtatis ſuæ plenitudinem dare: ergo Deus *[Coloſ. 2.]* pater ab æterno filium ſibi æqualem genuit: cui diuinitatis ſuæ eſſentiam communicauit. Dicit enim Dominus in Iſaia: Si ego, qui *[Iſa. 66.]* generationem aliis tribuo, ipſe ſterilis ero? Quaſi dicat, non. Pater multipliciter ſumitur. *[Pater multipliciter ſumitur.]* Dicitur enim pater æterna generatione. Iſa. 53. *[Iſa. 53.]* Generationem eius quis enarrabit? Prædeſtinatione. Ephe. 1. Gratia vobis, & pax à Deo patre, qui prædeſtinauit vos in adoptionem filiorum. Creatione. Deuter. Nunquid non *[Deut. 32.]* ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit, fecit, & creauit te? Fecit, inquam, ſecundum corpus, creauit ſecundum animam, poſſedit ſecundum vtrumque. Redemptione. Iſa. 63. Tu domine pater ooſter, & redemptor noſter, à ſæculo nomen tuum. Sacramentali regeneratione. 1. Petri. 1. Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui regenerauit nos. Fidei inſtructione. Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Grariæ adoptione. Rom. 8. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Gloriæ collatione. Galat. 4. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius: quòd ſi fi. & hæ. per Deum, id eſt, per opera Dei: opera enim noſtra magis ſunt per Deum vitæ æternæ meritoria, quàm per nos. Primo modo ſumitur pater perſonaliter, & iſte modus ſoli patri conuenit. Quarto modo, ſcilicet redemptione, non ſolùm effectiuè, ſed etiam per miniſterij exhibitionem. Sumitur etiam perſonaliter: & iſte modus ſoli filio conuenit, ſecundum quòd modus redemptionis fuit per mortem filij. Omnes autem alij modi tribus perſonis ſimul conueniunt: quia indiuiſa ſunt opera Trinitatis: niſi forte aliquis illorum modorum conueniat alicui perſonæ per ap-

Appropriatio. *Regula Theologica.*

propriationem.Circa generationem nota quatuor propoſitiones in quibus videri poterit: vtrum eſſeotia diuina generet, vel generetur. Prima eſt, Eſſentia generat eſſentiam. Secunda eſt, Eſſentia generat perſonam. Tertia eſt, Perſona generat eſſentiam. Quarta eſt, Perſona generat perſonam. Harum propoſitionum tres primæ falſæ ſuot, quarta autem vera eſt. Eſt enim regula in Theologia, quod eſſentia diuina noo generat, nec generatur: dicendum tamen quòd pater virtute eſſentiæ exiſtentis in ſe, generat: & quòd filio per generationem communicatur eſſentia, ſicut & Spiritui ſancto per proceſſionem.

CAPVT V.

Quod filius eſt.

Relationes in diuinis & quæ. Emanationes. Filius dicitur multipliciter. Matt. 3. & 17. Luc. 1. Galat. 4. Sap. 9. Luc. 1. Heb. 1. Luc. 1. Ioan. 1. *Sapientia patris.* Sap. 8. Pſal. 2. & 109. Pſ. 103. De In. Ioan. 8.

QVum ſint correlatiua pater & filius, per eaſdem ratiooes oſtenditur filium eſſe, per quas oſtenſum eſt patrem eſſe. Præterea inter omnes emanationes perfectiſſima eſt generatio, qua genitus aſſimulatur ſuo genitori, quod emanationes aliæ non faciunt. Cum igitur copioſiſſimo fonti bonitatis competat emanatio perfectiſſima, conſtat, qood perſona. qui pater eſt, qui eſt fons totius bonitatis, generat filium ſibi æqualem, cui communicat ſuæ plenitudinem maieſtatis. Aliquis eſt filius Dei per gratiam vnionis, vt Chriſtus homo. Aliquis per veritatem natiuitatis, vt Chriſtus inquantum Deus. Aliquis per adoptionem, vt ſancti. Aliquis per creationem, vt quæois creatura. De filio dicit Athanaſius in altercatione contra Arium, quòd ipſe dicitur ſenſus, quo omnia cogitantur: ſapientia, qua cogitata diſponuntur: virtus, qua diſpoſita perficiuntur: verbum, quo perfecta nunciantur: lumen, quo nunciata clareſcunt. Filius ergo Dei dicitur ſapientia patris, nō quòd pater ſit ſapiens ſapientia genita: ſed quia filium genuit, cui appropriatur ſapientia. Vnde pater dicitur omnia feciſſe in ſapientia, id eſt, cum ſapientia, quæ eſt filius: quoniam indiuiſa ſunt opera trinitatis ad extra. Vnde hæc præpoſitio, in, notat ſubauctoritatem in filio, qui hoc ipſum habet à patre, quòd res creat. Generaliter enim verum eſt, quòd quicquid habet perſona, vel operatur, hoc habet ab eo, à quo eſt. Qualiter autem filius ſit de patre, nota, quod hæc præpoſitio, de, quandoque notat cauſam efficientem, vt cùm dicitur, Chriſtus conceptus eſt de Spiritu ſancto. Quandoque cauſam materialem, vt cum dicitur, Chriſtus natus eſt de Maria Virgine. Quandoque identitatem eſſentiæ, vt cùm dicitur, filius natus de patre. Qoandoque tranſubſtantiationem, vt cùm dicitur, corpus Chriſti fit de pane. Quandoque ordinem, ſecundùm quod creatura dicitur fieri de nihilo.

CAPVT VI.

Filius eſt imago Patris.

Imago triplex. Geneſ. 1. *Imago relatiuè dicitur. Imago ſimilitudinis quomodo in filio ſuo.* Sap. 7. Coloſſ. 1. Galat. 1. Coloſ. 1. Rom. 1. *Inter Creatorem & creaturam diſſimilitudo.* Ezec. 28. *In angelo expreſſior ſimilitudo.* *Homo imago Trinitatis.*

IMago triplex eſt, ſcilicet æqualitatis, imitationis, repræſentationis. Primò modo filius eſt imago patris. Secundo modo homo factus eſt ad imaginem Dei. Tertio modo mundus dicitur ſpeculum creatoris. Nota, quòd imago relatiuè dicitur ad illud, cuius ſimilitudinem gerit, & ad quod imitandum facta eſt. Hoc autem contingit dupliciter: aut quantùm ad ſpeciem, & ſignum ſpeciei: & ſic imago hominis eſt in filio ſuo, qui ipſum in humana ſpecie, & figura imitatur, & hæc eſt perfecta imago. Aut quaotum ad ſignum tantum, & non ad veritatem ſpeciei, ſicut imago homiois eſt ſtatua lapidea, & hæc eſt imperfecta imago. Primo modo filius eſt imago patris, ſicut in natura communicans. Secundo modo imago Dei eſt io homine, licet minùs perfectè. Tertio modo mundus dicitur eſſe ſpeculum Creatoris, Eſt igitur imago, non ad imaginem, ſicut filius. Nam hæc præpoſitio, ad, dicit diſtantiam inter imagioatum, & imaginantem, hoc autem non cadit io filiom: vnde bene dicitur imago patris, ſed non ad imaginem. Et eſt imago ad imaginem, ſicut homo, & Angelus. Et eſt aliquid non imago, ſed ad imaginem, vt mundus hic, qui propriè non dicitur imago, ſed veſtigium Creatoris: quia licet trinitatem repræſentet, non tamen imitatur, nec eſt capax eius, ſicut homo. Eſt tamen mundus ad imaginem Dei factus: quia Deus aliud exemplar non habuit, ad cuius ſimilitudinem creaturas faceret, niſi ſemetipſum. Eſt imago genita, vt filius, & imago creata, vt homo. & Angelus, & eſt imago facta, vt ſtatua Herculis, quæ ipſum repræſentat. Ex his patet, quod eſſe imaginem, conuenit Creatori, & creaturæ. Creatori quidem, quia filio, qui eſt imago patris. Creaturæ verò conuenit tam corporali, quàm ſpirituali, quàm etiam compoſitæ. Propriè tamen loquendo dicitur, quòd creatura corporalis eſt Creatoris veſtigium. Vnde Apoſt. Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſuot, &c. Ibi hæc præpoſitio; per, non dicit medium diſponens, in quantum creatura conſideratur in ſe: ſed excitans, in quantum eſt ſimilitudo Creatoris: quia non diſponit ad cognitionem Creatoris, imò per talem modum potius impediret cognitionem, cum inter Creatorem, & creaturam maior ſit diſſimilitudo, quam ſimilitudo. Creatura verò ſpiritualis dicitur Creatoris ſimilitudo. Ezec. Tu ſignaculum ſimilitudinis, &c. & hoc ideo: qoia in Angelo propter naturæ ſimplicitatem expreſſior eſt ſimilitudo ad Deum, quam in homine. Creatura verò compoſita, id eſt, homo, dicitur imago Dei. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem, &c. & hoc ideo, quia in homine inueniuntur plures trinitates, quàm in Angelo: vnde quoad hoc potius dicitur imago Trinitatis, Filius Dei poſſidet triplicem excellentiam, ſicut innuit Apoſt. ad Hebr. 1. Qui

cùm

Filij Dei excellentia. *Figura patris filius & quomodo.* *Per filium creatura producuntur.* Hebr. 1. *Verbum æternum.*

cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſq;ue omnia verbo virtutis ſuæ. Primam, ſcilicet reſpectu patris, à quo producitur, & ſic eſt ſplendor gloriæ paternæ. Eſt enim (vt ait Dio.) fontalis radius, in ſe maniffeſtans gloriam paternam. Secundam reſpectu Spiritus ſancti, quam producit ex ſe: & ſic eſt figura, id eſt, ſimilitudo ſubſtantiæ patris. Eſt enim alia perſona ab ipſo, ſicut à patre: quod non accepit Spiritus ſanctus à patre, ſicut filios. Tertiam reſpectu creaturarum, quæ per eum producuntur, & ſic eſt portans omnia verbo virtutis ſuæ. Propter primam dicitur, Verbum filius Patris: quoniam perfectè loquitur bonitatem, & ſummam patris liberalitatem: qui nihil habere voluit, quòd filio ſuo non communicaret. Iſtud eſt Verbum æternaliter genitum, temporaliter promiſſum, à Prophetis, & Apoſtolis prædicatum, ab Angelo in incarnatione nunciatum. Propter ſecundam dicitur filius imago patris.

Tres perſonæ æquales.

Quamuis enim tres perſonæ ſint æquales in æternitate, maieſtate ac poteſtate: tamen filius dicitur potius imago patris, quam Spiritus ſanctus: quia non ſolùm habet conuenientiam intus cum patre in eſſentiæ identitate, ſicut & Spiritus ſanctus, ſed habet etiam conuenientiam extra cum patre: ex eo, quòd ſicut à patre procedit filius, ſic & à filio Spiritus ſanctus, ſed à Spiritu ſancto nullus. Nam ſecundum rationem intelligendi, reſpectus huiuſmodi relationum ſunt extrinſecus exiſtentes, quia potius ab aliquo ſunt, quam in aliquo. Intelligentia enim relationum ad hoc, ad quod refertur, aliquid reſpicit: vnde ſi patrem non habeo, filius non ſum, & è conuerſo.

Filius Dei virtus patris. 1. Cor. 1. *Trinitatis imago.*

Propter tertiam dicitur filius virtus patris, ad Corint. 1. Nos autem prædicamus Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Inuenitur etiam imago Trinitatis in nobis, videlicet in memoria, intelligentia, voluntate: vel in mente, notitia, & amore: in quibus per ordinem patri, & filio, & Spiritui ſancto aſſimilamur.

CAPVT VII.

Quòd Spiritus ſanctus eſt.

Emanatio duplex.

EManatio duplex eſt in diuinis. Vna per modum naturæ, & hæc eſt generatio, ſecundum quam filius eſt à patre. Alia eſt per modum voluntatis, & hæc eſt proceſſio appropriata, propriè verò dicitur ſpiratio, ſecundum quam Spiritus ſanctus eſt à patre, & filio.

Spiritus ſanctus à patre & filio.

Idcirco autem hæc emanatio per modum voluntatis eſſe dicitur, quia Spiritus ſanctus amor eſt. Amor autem ſecundum voluntatem eſt. Procedit autem Spiritus ſanctus à patre mediatè, & immediatè. Mediatè, quia filius ipſum ſpirat, qui hoc habet à patre: immediatè verò, quia ipſe pater ipſum ſpirat.

Ioan. 16. Ioan. 15.

CAPVT VIII.

Spiritus ſanctus amor Patris, & Filij eſt.

SPiritus ſanctus amor Dei eſt, & hoc tripliciter, videlicet eſſentialiter, perſonaliter, & exemplariter. Eſſentialiter Spiritus ſanctus dicitur amor, in quantum ipſe cum patre, & filio vnus Deus eſt. Ipſi enim tres inquantum vnum ſunt in eſſentia, diligunt ſe amore eſſentiali, qui appropriatur Spiritui ſancto. Perſonaliter verò dicitur Spiritus ſanctus amor, inquantum ipſe eſt nexus Patris, & Filij.

Pater & Filius ſe diligunt. *Spiritus ſanctus nexus patris, & filij.* *Amor procedens à patre & filio.*

Pater enim, & Filius diligunt ſe amore ab eis procedente, qui non eſt Pater, nec Filius, ſed Spiritus ſanctus. De hoc nexu dicit Aug. Eſt ineffabilis quidam complexus in illa Trinitate, non genitus, ſed genitoris, genitique ſuauitatis ingenti largitate perfundens omnes creaturas pro captu earum. Exemplariter quoque dicitur Spiritus ſanctus amor, quoniam amoris gratuiti, qui eſt in nobis, Spiritus ſanctus non ſolum cauſa eſt efficiens, ſed etiam exemplar, atque finis. Amor enim qui eſt in nobis, eſt à Spiritu ſancto efficienter, & hoc inquantum ipſe Spiritus ſanctus eſt Deus. Exemplariter autem eſt in nobis, inquantum ipſe Spiritus ſanctus eſt procedens per modum amoris à Patre, & Filio. Sed finaliter eſt in nobis noſter amor, in quantum Spiritus ſanctus, a quo amor noſter eſt, habet rationem primi boni, in quod tendit amor noſter. Notandum, quod amor, qui eſt Spiritus ſanctus, ex modo procedendi eſt nexus, ſcilicet Trinitatis, ſed propter ipſam proceſſionem eſt diſtinctus à Patre, & Filio: propter naturæ verò diuinæ perfectionem eſt perſona, & ſuppoſitum: propter diuinam verò ſimplicitatem eſt ipſe Deus, & ſummè bonus. Igitur Spiritus eſt amor, quo Pater, & Filius ſe diligunt. Cùm autem dicitur, Pater & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto, dupliciter, exponi poteſt. Primò ſic, diligunt ſe Spiritu ſancto, id eſt, amore, qui eſt Spiritus ſanctus, & ſecundum hoc propoſitio eſt vera. Secundò ſic, diligunt ſe Spiritu ſancto, id eſt, per Spiritum ſanctum, vel per amorem, qui eſt Spiritus: & ſic non eſt concedenda. eſſet enim intellectus, quòd Spiritus ſanctus eſſet principium in Trinitate, quod falſum eſt: quia à patre, filioque procedit: quia non eſt ibi aliquid reſpectu cuius hæc dictio, per, dicat principium. Eſt enim regula, quod hæc dictio, per, ſemper dicit rationem principij reſpectu alicuius poſiti in locutione, ſicut quando dicitur: Pater operatur creaturas per filium, ibi enim notatur ratio principij in filio reſpectu operis. Similiter hæc conceditur, Filius operatur per patrem: nam ibi ratio principij in patre eſt, & hoc duplici reſpectu, ſcilicet reſpectu filij, & reſpectu operis.

CAPVT IX.

Spiritus ſanctus charitas, & donum ſanctorum eſt.

Spiritus ſanctus charitas.

CVm inueniatur ſæpe in ſcripturis, quòd Spiritus ſanctus charitas, & donū dicitur, diligenter notandum eſt, qualiter hoc debeat intelligi, & vtrum Spiritus ſanctus ſit charitas, qua nos Deum, & proximum diligamus. Vnde notandum eſt, quod amor, ſiue charitas tribus modis ſumitur. Vno modo effectiuè, & ſic abſque dubio verum eſt, quod Spiritus ſanctus eſt amor, quo diligimus Deum, quia Spiritus ſanctus operatur in nobis habitum, & motum charitatis.

Amor, ſiue charitas qualiter ſumitur.

Alio modo ſumitur exemplariter, ſic etiam Spiritus ſanctus eſt charitas, qua diligimus Deum, & proximum. Charitas enim quæ eſt Spiritus ſanctus, eſt exemplar noſtræ charitatis. Tertio modo ſumitur charitas formaliter per modum inhærentiæ, & ſic charitas dicitur virtutis habitus in anima, quo diligimus Deum, & proximum. Et ſecundum hunc modum Spiritus ſanctus non dicitur charitas: nec contrariatur dictum

In lib. 3. de Trin. cap. 6.

Aug. quod eadem eſt charitas, qua nos diligit Deus, & nos ipſum: quia licet verum ſit, tamen aliter eſt, & aliter: nam Deus diligit nos ea formaliter, nos verò ipſum diligimus efficienter, & exemplariter, non formaliter: nam omne eſſe, & agere eſt à forma inhærente agenti, quæ eſt principium agendi, & forma, ſicut caliditas igni.

Diligit nos Deus.

Sciendum eſt tamen, quod Spiritus ſanctus datur, cum datur eius donum bonū: quia Spiritus ſanctus eſt amor, & primū bonum: poſterius autem non datur ſine priori.

Corpus myſticum vnum per amorem. Totum malum hominis, in quo conſiſtit. Oppoſitum. Ad fruendū quid requiratur.

Præterea corpus myſticum eſt vnum per amorem. Cum ergo nihil creatum ſit vnum in diuerſis particularibus, oportet quòd membra corporis myſtici vniantur vno amore increato, qui eſt Spiritus ſanctus. Præterea quia ſecundum Auguſt. totum malum hominis eſt, vti fruendis, & frui vtendis: conſtat ergo, quòd oppoſitum eſt totum bonum eius, ſcilicet frui fruendis, & vti vtendis. Sed ad fruendum eo, quo fruendum eſt, requiritur præſentia fruibilis, & etiam diſpoſitio debita fruentis, vnde requiritur præſentia Spiritus ſancti, & eius donum, ſcilicet amor, quo inhæreatur ei. Verum tamen cum datur nobis Spiritus ſanctus, non incipit eſſe in loco nouo, ſed nouo modo, per productionem noui effectus, & noui reſpectus: ex quo creatura ſe aliter habet ad Spiritum ſanctum, quàm prius: propter quod & ipſe dicitur aliter eſſe in creatura, quàm prius: quia eſt in ipſa, vt in cognoſcente, & amante ipſum: quod non fuit prius. Ex iam dictis patet, quod in iuſtificatione duplex charitas nobis datur, ſcilicet creata & increata: illa qua diligimus, & illa qua diligimur.

Charitas duplex nobis datur in iuſtificatione.

Vel datur nobis charitas creata, qua diligimus formaliter, & increata, qua diligimus effectiuè, quia noſtrum diligere ipſe creat. Ex his colligitur, quod, licet Deus ſit in omnibus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, non tamen habetur ab omnibus per gratiam.

Miſſio Spiritus ſancti. Matth. 3. Act. 2. Miſſio inſeparabilis. Filius & Spiritus ſanctus mittuntur. Mittere proprietas patris. Mittere, & mitti filij. Mitti Spiritus ſancti. Qui per reſtrictum ad creaturam etiam mittere dicitur.

Miſſio autem Spiritus ſancti duplex eſt, ſicut & filij. Vna viſibilis, ſicut apparuit ſuper Chriſtum in columba, & ſuper Apoſtolos in linguis igneis. Alia inuiſibilis, qua mittitur in mentem, ad ſanctificandam creaturam: & iſta miſſio fit ad inhabitationem creaturæ rationalis: ſed prior fit ad inhabitationem demonſtrandam aliis. Eodem modo miſſio filij duplex eſt, vna ſcilicet viſibilis, vt incarnatio, & alia inuiſibilis, vt eſt interna mentis illuminatio. Notandum, quod miſſio Filij, & Spiritus ſancti inſeparabilia ſunt: ſed dicitur Filij, quando mens per gratiam illuminatur ad Deum cognoſcendum: & dicitur Spiritus ſancti, quando affectus accenditur ad Deum amandum. Sciendum eſt, quod ſolius Patris eſt mittere, & non mitti. Cum enim Pater à nullo procedat, nuſquam mitti dicitur: quia verò Filius & producit, & producitur, ideò mittit, & mittitur. Spiritus verò ſanctus, quia producitur æternaliter, ſed non producit, niſi ex tempore, ideo ipſius eſt proprium mitti, & non mittere, niſi reſpectu creaturæ, vt ad conuerſionem populi dicuntur Apoſtoli miſſi à Spiritu ſancto. Niſi fortè dicatur mittere hominem aſſumptum. Sed & Spiritus ſanctus mittere dicitur, in quantum cum patre & filio idem eſt in eſſentia Trinitatis, non inquantum perſona. Sic etiam filius mittit ſeipſum, vnde Aug. in lib. de Trin. Intelligamus illam incarnationem, & ex Virgine natiuitatem, in qua intelligitur filius miſſus, vna, eademque operatione patris, & filij inſeparabiliter eſſe factam, non ſeparato etiam Spiritu ſancto. Ex his patet, quod hæ ſunt impropriæ, & exponendæ, Spiritus ſanctus mittit ſe, & mittit filium, & filius mittit ſeipſum: niſi intelligatur, inquantum eſt de Virgine natus: qua filius Deus mittit ſe hominem, & ſecundum hoc vera eſt. Hæc autem eſt ratio: quia mittere dicit auctoritatem ratione productionis æternæ.

Modus. Actor. 2.

Quibus modis datus ſit Spiritus ſanctus in ſigno viſibili. Sciēdum quod in igne apparuit Spiritus ſanctus, vt calefaceret frigidos. Et in linguis, vt doceret ignaros. Et in ſono, vt terreret rebelles. Apparuit etiam in aliis tribus ſignis, ſcilicet in nube ipſi Moyſi, vt ductor eius in colūna nubis eſſet, ſicut legitur Iſa. 61. & 63. Item in columba ſuper Chriſtum baptizatum ad oſtēdendam gratiæ plenitudinem, quæ in ipſo erat. Item in flato poſt reſurrectionem, ad ſignificandam viuificationem affectus: quia flatus ab interiori procedit. Datus eſt igitur Spiritus ſanctus bis poſt reſurrectionem, ſcilicet in terra, propter dilectionem proximi, & de cœlo, propter dilectionem Dei. Vel datus in terra, ad relaxanda peccata aliorum. Ioan. 20. Inſufflauit in eos, & dixit, Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſ. &c. Datus eſt de cœlo in Pentecoſte ad robur, & ad operationem miraculorum. De his duobus, Pſ. 32. Verbo domini cœli firmati ſunt, quoad primum: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, quoad ſecundum. Tertia fuit collatio ſpiritus ſancti Apoſtolis facta ante paſſionem, quando fuerunt baptizati. Eorum enim baptiſmus

Exod. 13.

Matth. 3. Ioan. 20.

Ioan. 20. Act. 2.

Pſal 32. Apoſtoli fuerūt baptizati & quomodò.

innuitur

Ter inungitur homo.

innuitur ibi: Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet. In ſignum prædictorum ter inungitur homo ad ſignificandam hanc triplicem Spiritus ſancti miſſionem, ſcilicet in baptiſmo, in confirmatione, & in morte.

Effectus quadruplex ſpiritus ſancti.
Act. 2.
Act. 5.
Mar. vl.

Quadruplicem effectum conſecuti ſunt Apoſtoli ex præſentia Spiritus ſancti. Primo eloquentiam in linguis. Secundo audaciam in tormentis. Tertiò efficaciam in miraculis. Quarto protectionem à vitiis, quia poſt Pentecoſten non peccauerunt mortaliter.

Spiritum ſanctum peccatores accipiunt.
Pſ. 145.
1. Cor. 5.
Pſ. 76.
Ioan. 14.

Accipiunt & modò multi vtiliter Spiritum ſanctum, peccatores quidem in igne ad purgandum. Matth. 5. Ipſe baptizabit vos in Spiritu ſancto, & igne. Item pœnitentes ad proficiendum. Pſal. Spiritus tuus bonus deducet me. Item perfecti ad ſanctificandum. Ad Cor. Qui dedit nobis pignus Spiritus ſancti. Item beati ad fruendum. Pſal. Renuit conſol. anima mea, &c. Item tribulati ad conſolandum. Rom. 8. Non accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum in timore, &c. Item ignorantes ad inſtruendum. Ioan. 14. Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet pater, &c.

Tempus, quo datus eſt ſpiritus ſanctus.
Dies.
Act. 2.
Hora.
Act. 2.

Quo tempore datus ſit Spiritus ſanctus, attendendum eſt, quod in die quinquageſima, vt oſtendatur auctor eſſe remiſſionis: nam annus iubileus ſeruiebat remiſſioni. Venit etiam in die dominico, vt eſſet dies renouationis, qui fuit etiam creationis. Datus quoque fuit tertia hora, quia dicitur primus homo hora tertia perdidiſſe gratiam: vnde conueniens fuit, quod eadem hora Apoſtolis mitteretur. Item alia ratione datus eſt hora tertia, ſcilicet, vt oſtenderetur, quod etiam nobis hora tertia datur gratia Dei. Sunt enim tres horæ morales, ſcilicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio.

Nomen ſpiritus ſancti quomodo ſumitur.

De hoc nomine, Spiritus ſanctus, ſciendum eſt, quod poteſt eſſe circumlocutio vnius proprij nominis, & tunc conuenit tantum perſonæ tertiæ in Trinitate: vel poſſunt iſtæ dictiones ſumi diuiſim, & ſic quælibet trium perſonarum eſt Spiritus ſanctus.

Multis modis nominatur Spiritus ſanctus.
Ioan. 3.

Spiritus ſanctus multa habet nomina. Dicitur enim Spiritus à ſpirando actiuè, eo quod ſpiret. Ioan. 2. Spiritus vbi vult, ſpirat, & ſecundum hunc modum, hoc nomen, ſpiritus, commune eſt omnibus tribus perſonis, ſed Spiritui ſancto conuenit per appropriationem. Alio modo dicitur Spiritus à ſpirando paſſiue, eo quod ſpiretur: & hoc proprium eſt Spiritui ſancto, quia procedit per modum ſpirationis.

Sanctus quid.

Non ſolum autem dicitur Spiritus, ſed additur ſanctus: quia ſanctus idem eſt, quod mundus, vel firmus, vel ſine terra. Iſta autem non conueniunt ei ſoli, quoad ſe, ſed etiam in comparatione, quoad nos: nam per gratiam Spiritus ſancti à peccatis mundamur, in bonis firmamur, à terrenis ſeparamur.

Gratia Spiritus ſancti quid operetur in nobis.

Sanctus ergo non ſolùm eſt in ſe, ſed quia nos ſanctos facit ex ſanctitate, de qua dicit Dionyſius: Sanctitas eſt ab omni immunditia libera, & perfecta, & omnino immaculata munditia.

Iacob. 1.
Ioan. 4. & 7.
Act. 2.
Rom. 5.
1. Ioan. 2.

Præterea Spiritus ſanctus vocatur nexus, vnitas, & amplexus: & hoc prout comparatur ad patrem, & filium. Item dicitur donum Altiſſimi: & hoc, prout comparatur ad nos: quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, &c. Item dicitur fons viuus: quia ſeptemplici riuo donorum nobis fluit. Iſa. 11. Spiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & ſpiritus timoris Domini. Item dicitur ignis, quia affectum accendit. Item dicitur charitas, non ſolùm quia eſt amor patris & filij, ſed quia nos amantes facit. Item dicitur ſpiritualis vnctio, quia omnes tribulationes mundanas ſuaues facit, & iucundas, ſecundùm illud. In labore requies, in æſtu temperies, &c. Item dicitur dexteræ Dei digitus, quia ſicut corporales res digito demonſtrantur, ita per Spiritum ſanctum oſtenduntur res ſpirituales oculo ſpirituali. Item dicitur paracletus, quia conſolationes cæleſtes mentibus inſtillat. Item magiſtrorum optimus, quia intellectum ad Dei cogitionem, & ſui ipſius illuminat.

Luc. 11.
Ioan. 14.

CAPVT X.

In Trinitate perſonarum vnitas eſſentia eſt.

1. Ioan.
Vnitas perſonarum in diuinis.
Nota.

IN vnitate naturæ diuinæ tres ſunt perſonæ: quarum prima eſt à nulla, ſecunda eſt per generationem à ſola prima, tertia eſt per communem ſpirationem à prima, & ſecunda. Iſtud tamen ſic eſt, quod Trinitas perſonarum non excludit ab eſſentia vnitatem, ſimplicitatem, immenſitatem, æternitatem, & incommutabilitatem. Huius ratio per hoc patet, quia qui crederet Deum non poſſe ſe communicare, negaret in eo potentiam. Qui verò crederet hoc eum poſſe, ſed neſcire, negaret in eo ſapientiam. Qui crederet eum hoc poſſe, & ſcire, ſed nolle, ille negaret in eo bonitatem. Cum igitur pater potuerit, ſciuerit, & voluerit ſe ſummè cõmunicare, hoc fecit æternaliter, ſcilicet habendo dilectionẽ, & dilectum, hoc eſt filium, & Spiritum ſanctum. Præterea omne bonum, eſt ſui diffuſiuum, vt dicit Dionyſ. vnde cum pater ſit fons bonitatis, emanatio erit ab ipſo perfectiſſima, quæ eſt generatio. Erit etiam emanatio iocundiſſima, quæ eſt per modum benignitatis, & liberalitatis: hæc autem emanatio amor eſt, qui eſt Spiritus ſanctus à patre, & filio procedens.

Ab æterno, Deus potuit, ſciuit, & voluit ſe ſummè communicare.

Liberalitas diuina.

Et benè dicitur amor emanatio liberalitatis: quia amor primum donum eſt, quod à liberalitate procedit, cum ſit donum intrinſecum in ipſo dante, in quo, ſcilicet amore omnia alia donantur.

Beata Trinitas nobis innoteſcit, & quomodo.
De beata Trinitate quid credendum.
Iſa. 6.
Geneſ. 1.

Hæc beata Trinitas tribus modis nobis innoteſcit. Ipſa enim patet in ſcripturis, oſtenditur in figuris, relucet in creaturis. Primò, inquam, beata Trinitas patet in ſcripturis. Vnde Leo Papa, Credimus ſanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vnum Deum omnipotentem, vnius ſubſtantiæ, vnius eſſentiæ, vnius poteſtatis. Item Iſaias audiuit Seraphim ter dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus in laudem beatæ Trinitatis, ſubiungentia in ſingulari: Dominus Sabaoth, propter confeſſionem vnitatis eſſentiæ diuinæ. Si ergo non eſſent tres perſonæ, non diceretur in Gen.

Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram, ſed meam. & tunc ſi eſſent tres perſonæ, & non vna ſubſtantia non diceretur ad imaginem, ſed ad imagines noſtras. Ad id oſtendendum ponitur in Pſal. ter Deus, cum dicitur: Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & tamen ſolum ponitur hoc pronomen, eum, vbi ſubiungitur. Et metuant eum omnes fines terræ. Item. Ier. 1. A, a, a, domine Deus, ecce neſcio loqui. Vide quòd a triplicauit, & in ſingulari dicit: Domine Deus, quod notat Trinitatem & vnitatem. Item Apoſt. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipſi gloria in ſecula. Et nota, quòd hæc propoſitio ex, dicit auctoritatem, & eſſe à nullo: hoc autem patri conuenit, qui eſt principium, ſine principio. Sed hæc præpoſitio, per, notat operationem, ſiue medium, & eſſe ab alio; vnde per hoc intelligitur filius, qui eſt principium de principio. Hæc autem præpoſitio, in, notat conſeruationem, & eſſe ab aliis: & propterea competit ſpiritui ſancto, qui eſt continentia omnis boni. Oſtenditur etiam beata Trinitas in figuris. Significatur enim per tres amicos Iob. Item per tres Angelos quos Abraham hoſpitio recepit: tres vidit, & vnum adorauit. Item per tres digitos, quibus apprehenditur molea terræ. Item per tres ciuitates refugij æquali ſpatio à ſe diſtantes. Item per tria difficilia ad inueſtigandum. Item per tres ciuitates, quas vidit Ezechiel. Relucet quoque in creaturis veſtigium beatæ Trinitatis. Cognoſcitur enim in magnitudine creaturarum potentia patris, in diſpoſitione ſapientia filij, in ornatu bonitas Spiritus ſancti. Item in quolibet indiuiduo inuenies virtutem, ſpeciem, & vtilitatem, quorum primum conuenit patri, ſecundum filio, tertium ſpiritui ſancto. Item in ſole vides eſſentiam, ſplendorem & calorem: in quibus Patrem & Filium & Spiritum ſanctum cognoſces. Item in anima ſecundum memoriam, intellectum, & voluntatem conſidera perſonarum Trinitatem, & vnitatem ſubſtantiæ. Item in hierarchia cœleſti ſuperiori Deus eſt in thronis, vt maieſtas: in Cherubim, vt veritas: in Seraphim, vt charitas, per quæ notatur perſonarum Trinitas. Item in virtutibus Theologicis ſcilicet fide, ſpe, charitate idem intellige. Item in tribus dotibus animæ, ſcilicet cognitione, comprehenſione, & dilectione. Notandum autem, quòd aliter relucet Deus in creaturis, viatoribus, aliter in beatis. Exemplum de ſpeculo, in quo alio modo videtur a nobis notus, & aliter ignotus: nam notum videtur in ſpeculo, ignotum per ſpeculum. Ex prædictis patet, quòd licet tam in creatura corporali, quam in ſpirituali, & quàm ex his compoſita beata Trinitas cognoſcitur, tamen diuerſimodè, prout vnumquodque iſtorum dicitur veſtigium Creatoris, & quia aliud dicitur eius ſimilitudo, & aliud eius imago, ſicut ſuperiùs eſt notatum in titulo ſexto, quòd filius eſt imago patris. Denique ſciendum eſt, quod pluralitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ, & vnitatem eſſentiæ in perſonarum pluralitate ſecundùm Bernard. ſcrutari temeritas eſt, credere pietas eſt, noſſe vita æterna eſt.

Trinitas perſonarum in vnitate eſſentia

Pſal. 66.

Ieremi. 1.

Rom. 11.

Ex, præpoſitio quid dicat.

Per, præpoſitio quid dicat.

Filius principium de principio.

In, præpoſitio quid dicat.

Figura.

Iob. 1.

Geneſ. 18.

Iſa. 40.

Prou. 17.

Ezech. 49. *In creaturis veſtigium Trinitatis relucet.*

Sapient. 15.

Pſal. 22.

Aliter Deus relucet in beatis, quàm viatoribus.

Trinitas incomprehenſibilis.

CAPVT XI.

Multiplex trinitas eſt.

MVltiplex inuenitur in ſcripturis trinitas. Eſt enim trinitas increata, quæ ſumma, & ineffabilis eſt. Aliæ trinitates ſunt creatæ: inter has vna eſt, quæ cecidit, ſcilicet rationalia, concupiſcibilis, iraſcibilis. Alia eſt, per quam homo cecidit, ſcilicet ſuggeſtio diaboli, delectatio ſenſualitatis, & conſenſus rationis: quæ tria ſignificata ſunt per ſerpentem, mulierem, & virum in paradiſo. Tertia eſt in quam cecidit: ſcilicet ignorantia veri, impotentia boni, & concupiſcentia mali. Quarta eſt per quam reſurgit, ſcilicet, fides, ſpes, charitas. Item eſt trinitas, per quam ad gratiam reparamur, ſcilicet triplex ſubſtantia, quæ eſt in Chriſto, ſcilicet diuinitas, anima, & caro. Eſt autem alia, per quam regeneramur, ſcilicet Spiritus, aqua, & ſanguis. Spiritus, inquam, ſanctificationis, Aqua abſolutionis, Sanguis redemptionis. Hanc nobis Ioan. in Epiſtola ſua recitat. Et quoque trinitas alia, per quam ad gloriam reformamur, vt ſunt tres dotes animæ, ſcilicet cognitio, dilectio, comprehenſio. Eſt & multiplex trinitas in creaturis, quæ eſt veſtigium beatæ, & increatæ Trinitatis, & de hoc habes in titulo ſuprà decimo, *quòd Trinitas perſonarum, & vnitas eſſentia eſt.*

CAPVT XII.

Æ qualitas perſonarum eſt.

ÆQualitas perſonarum in tribus conſiſtit. Vnde Aug. Nullus alium præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate. Quod æqualitas ſecundum hæc tria ſit in Deo, ſic oſtenditur: quia in iſtis inferioribus tria ſunt hæc, ſcilicet ſubſtantia, qualitas, & quantitas: igitur vnitas in ſubſtantia cauſat identitatem, vnitas autem in qualitate cauſat ſimilitudinem. ſed vnitas in quantitate cauſat æqualitatem: in diuinis autem eſt æqualitas tantum modo ſecundum triplicem quantitatem, prout quantitas in Deo eſſe dicitur, licet impropriè. Primo ſecundum quantitatem virtutis, quæ eſt potentia. Alio modo ſecundum quantitatem durationis, quæ eſt æternitas. Tertio modo ſecundum quantitatem magnitudinis, qua ipſe eſt intra omnia, & extra omnia, & qua continet & locat omnia. Æqualitas perſonarum aliter in illis tribus oſtenditur: quoniam in creaturis triplex magnitudo reperitur, ſcilicet temporalis, dimenſionis, & virtutis. Prima magnitudo eſt in rebus mutabilibus. Secunda in corporeis. Tertia in ſpiritibus creatis. Iſtis tribus reſpondent in creatore alia tria, in quibus etiam perſonæ diuinæ

Æqualitas perſonarum in quibus conſiſtat.

In diuinis æqualitas, & quæ.

In creaturis triplex magnitudo.

In quibus ſint æquales diuinæ perſonæ

næ ſunt æquales, ſcilicet æternitas io eſſe, magnitudo in immenſitate, & virtus in poſſe. Hoc tamen poſſe licet ſecundum rei veritatem ſit in Deo, ſecundum differentiam rei in ipſo non habent eſſe, ſed ſecundum quod noſtrum reſpiciunt intellectum. Dicendum eſt ergo, quod tanta eſt æqualitas in trinitate, quod ſecundum Auguſt. nec eſt maius aliquid, vel duo, vel omnes, quam vnus: nec maius aliquid omnes quàm ſinguli. Coæternæ quoque ſunt perſonæ diuinæ, quia in diuinis non eſt ponere, niſi duo genera, ſcilicet ſubſtantiæ, & ad aliquid: quantitas verò & qualitas tranſeunt in genus ſubſtantiæ, ſicut æqualitas & ſimilitudo dicunt relationes: ſed ſubſtantia communis eſt tribus perſonis. Relatiuorum autem proprium eſt ſimul eſſe: ergo nullo modo pater eſt prior filio, nec ſecundum id quod ad aliquid eſt, nec ſecundum id quod abſolutum eſt. Idem oſtenditur per exemplum in natura: quia licet ſplendor ſit à ſole, tamen eſſet ſoli coæternus, ſi ſol eſſet æternus.

Quanta ſit in diuinis æqualitas.
Coæternitas perſonarum.
Relatiuorum proprietas.
Similitudo.

CAPVT XIII.

Inter eſſentiam & perſonam differentia eſt.

APud Græcos quatuor ſunt vocabula, ſcilicet vſia, vſioſis, hypoſtaſis, proſopon: hæc apud Latinos æquipollent iſtis quatuor, videlicet eſſentia, ſubſtantia, ſubſiſtentia, perſona. Inter hæc talis eſt differentia: quia vſia, ſiue eſſentia dicitur de creatura abſolutè & ſine concretione, qualis eſt humanitas: vſioſis dicit naturam, ſiue ſubſtans naturæ, vt homo: hypoſtaſis dicit diſtinguibile, non tamen diſtinctum determinata proprietate, vt aliquis homo. Proſopon, ſiue perſona dicit diſtinctum determinata proprietate ad dignitatem pertinentem, vt Petrus: vnde ſicut homines particulares diſtincti ſunt propriis qualitatibus, ita pater, & filius, & Spiritus ſanctus propriis notionibus. Sicut autem Græci dixerunt patrem & filium, & Spiritum ſanctum, ſcilicet tres hypoſtaſes, id eſt, tres ſubſiſtentias: ita & nos dicimus tres ſubſiſtentias, id eſt, tres res non indigentes alia re vt ſint. Conſiderata igitur eſſentia diuina in ſe, omnino indiſtincta eſt. perſona verò in ſe diſtincta eſt ſuis proprietatibus. Conſiderata autem eſſentia in perſonis, vel perſona in eſſentia, modum medium tenet, ſcilicet vnitatem & diſtinctionem: & hoc patet in appropriatis, quæ omnibus perſonis conueniunt, vt potentia, ſapientia, bonitas, ſed ad vnam magis determinantur. Nota, quòd ſemper ſubſtantia ſumitur pro eſſentia, & quòd eſſentia nunquam transfertur ad ſignificandam perſonam. Tres ſunt diffinitiones perſonæ: Perſona eſt creaturæ rationalis indiuidua ſubſtantia, hæc ſumitur penes naturam rei. Secunda Hugonis de ſancto Vict. talis eſt. Perſona eſt ſubſiſtens per ſe ſolam iuxta quendam ſingularem modum. Hæc ſumitur iuxta etymologiam nominis: dicitur enim perſona quaſi per ſe vna. Tertia eſt definitio magiſtralis ſic, Perſona eſt hypoſtaſis diſtincta proprietate ad dignitatem pertinente. Nota etiam, quod iſta quatuor, prout ſuprà ſunt expoſita, & exemplificata, ſcilicet eſſentia, ſubſtantia, ſubſiſtentia, perſona, differunt in creatura, re, & nomine: ſed in diuinis differunt ratione.

Latinorum interpretatio.
Vſia quid.
Vſioſis quid.
Hypoſtaſis quid.
Proſopon quid.
Diſtinctio qualitatis & notionum.
Eſſentia diuina conſideratur in perſona & quomodo.
In appropriatis.
Subſtantia quomodo ſumitur.
Perſona diffinitiones tres.

CAPVT XIV.

De immenſitate Dei.

NOn eſt in Deo quantitas dimenſionis, ſed virtutis: nec vbique eſt Deus mole corporis, ſed præſentia maieſtatis, & per hunc modum dicitur immenſus. Sed nota quod immenſitas quatuor in Deo complectitur, ſcilicet infinitatem, incomprehenſibilitatem, incircumſcriptibilitatem, æternitatem. Si enim conſideratur Deus in ſe, ſic eſt infinitus. Pſal. Magnitudinis eius non eſt finis. Si verò conſideratur in comparatione ad intellectum, ſic eſt incomprehenſibilis. Apoſt. O altitudo diuit. &c. Et propter hoc etiam dicitur ſedere ſuper Cherubim, id eſt, ſuper plenitudinem ſcientiæ, & ſuper omnem intellectum. Sed in comparatione ad locum, ſic eſt incircumſcriptibilis. Amb. Nihil præſcriptū, nihil circunſcriptū, nihil dimenſum trinitas habet, non loco clauditur, non æſtimatione concluditur, non ætate variatur. Sed ſi conſideratur in comparatione ad durationem, ſic eſt æternus. Apoſt. Regi ſæculorum immortali, &c. De his quatuor dicendum eſt in ſequentibus per ordinem. Tenendum eſt certiſſimè, quòd in Deo non eſt propriè longitudo, nec latitudo, nec ſublimitas, nec profundum: ſed hæc metaphoricè ſunt in Deo. Eſt enim in Deo latitudo charitatis, qua nos ab errore reuocat. Iere. Charitate perpetua dilexi te ideo attraxi te miſerans tui. Eſt & longitudo patientiæ, qua malos expectat: diſſimulat namque peccata hominum propter pœnitentiam. Eſt in eo ſublimitas ſapientiæ, qua omnem ſenſum ſuperat. Apoſt. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius. Eſt etiam in eo profundum iuſtitiæ, qua peccatores damnat. Matth. Ite maledicti in ignem æternum.

Immenſitas quatuor in Deo complectitur & quæ.
Pſal. 144.
Rom. 11.
1. Tim. 1.
Immenſus Deus.
Latitudo.
Epheſ. 3.
Ierem. 31.
Longitudo.
Sublimitas.
Sap. 11.
Hebr. 4.
Profundum.
Matth. 25.

CAPVT XV.

De infinitate Dei

DVbitandum verò non eſt Deum eſſe infinitum: quia cùm in Deo idem ſit potentia & eſſentia, patet quòd eſſentia eius eſt infinita, ſicut & potentia. Vnde ſicut potentia Dei non ita poteſt in tot, quin poſſit in plura, ſic & eſſentia Dei non eſt ita in aliquibus rebus, quin poſſit eſſe in pluribus, imò

ſi

ſi mundi eſſent infiniti, omnes repleret. Præterea cùm Deus ſit reium cauſa efficiens, formalis, & finalis, ſicut non eſt dicere de Deo inquantum eſt cauſa efficiens, quòd ſit effectiua: nec inquantum eſt cauſa formalis quod ſit formata, eadem ratione noo eſt dicere cùm ſit cauſa finalis. quòd ſit finita. Nullo ergo modo dicendum eſt Deum eſſe finitum ſecundum ſubſtantiam, niſi finitum dicator completum & perfectum. Sanè triplex dicitur infinitum, ſcilicet negatiuè, priuatiuè, contrariè, ſeu diſparatè. Infinitum negatiuè dicitur per abneganonem finis: & ſic dicitor infioitum illud, quod non finitur: & hoc modo infinitum eſt, quod non eſt natum finiri. Infinitum priuatiuè eſt, quod natum eſt finiri, non tamen finitur. Infinitum contrariè eſt, quod habet contrariam diſpoſitionem ad finiendum. Primo modo eſſentia diuioa eſt infinita, quia non habet finem, nec eſt nata finiri. Smiliter ſi dicatur infinitum tertio modo. Si verò dicatur infinitum priuatiuè, ſic non poteſt dici finita, quia non eſt nata finiri, imò eſt finiens omnia. Item finis dicitur triplex: dicitur enim terminus, & ſecundum hoc quantitas continua ponitur infinita, quia non eſt dimenſibilis in infinitum, & hoc ideo, quia in contino non eſt tenninus in productione, ſicut nec in numero eſt terminus in additione. Alio modo dicitur finis idem quod perfectio. Tertio modo dicitur finis, id propter quod vnumquodque finitur. Primo modo Deus eſt infinitus, non ſecundum quantitatem dimenſiuam, quæ in Deo non eſt, ſed ſecundum quantitatem virtualem, quæ in ipſo eſt. Sed quia In Deo omnimoda eſt Indiuiſio virtutis & eſſentiæ, non poteſt eſſe infinitas virtutis, qoin etiam ſit eſſentiæ. Secundo modo materia dicitur infinita, quia caret perfectione. Tertio modo malum culpæ dicitur infinitum, quia non eſt ordinatum ad finem.

Infinitum triplex. Negatiuè, priuatiuè, contrariè.

CAPVT XVI.

De incomprehenſibilitate Dei.

CReatur à creatura cognoſci non poteſt ad plenum in via vel etiam in patris, quia finiti nulla eſt proportio ad infinitum. Trinitas ſibi ſoli nota eſt, & homini Chriſto. Vnde Bern. Nihil Deo præſentius, & nihil incomprehenſibilius: quid nempe cuilibet rei præſentius quàm eſſe ſuum? Sanè eſſe omnium dixerim Deum, non quòd illa ſint quod eſt ipſe, ſed quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Eſt enim intelligentia noſtra ad illam lucem Inacceſſibilem multò minus, quàm viſus noctuæ, vel veſpertilionis ad lucem: vnde dicitur in Pſal. Ambulauit ſuper pennas ventorum, hoc eſt, ſuper intelligentias etiam Angelicas. Veruntamen comprehenditur Deus, aliquo modo per fidem in via. Auguſt. Mentis humanæ acies inualida in tam excellenti luce non figitur, niſi per iuſtitiam fidei emundetur. Ad idem Ber. Ita Deus eſt in irrationalibus creaturis, vt non capiatur ab ipſis. A rationalibus tamen capi poteſt omnibus per fidei cognitionem, ſed à bonis tantùm capitur per amorem. Dicamus ergo quod de Deo ſcire poſſumus, quid non ſit, non quid ſit. Aug. Intelligimus Deum ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum, ſine indigentia creatorem, ſine ſitu præſidentem, ſine habitu vel ambitu omnia continentem, ſine loco vbique totum, ſine tempore ſempiternum, ſine ſui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. Comprehenditur quoque Deus per ſpeciem pro dignitate meritorum in patria. Aug. Videbimus tuæ maieſtatis eſſentiam, & vnuſquiſque eò perſpicacius, quò hic vixerit purius. Et eſt exemplum in mari, quod ſe offert viſui, & tamen ſecundum ambitum totum videri non poteſt: & hoc eſt tam propter maris latitudinem, quam propter ipſius noſtri viſus ad tantam ſuperficiem improportionabilitatem. Hoc igitur tenendum eſt, quòd in via Deum cognoſcere poſſumus, quia eſt, & in patria, quod ſic eſt, nunquam tamen nec hîc nec ibi quid eſt. Viſus corporalia impeditur tripliciter, ſcilicet per tenebras, per falſam lucem, per auerſionem à re viſibili. Eodem modo impeditur viſus ſpiritualis circa cognitionem Dei. Primò per tenebras peccati, vel erroris. Ioan. Qui facit peccatum, in tenebris eſt. Ad. Corinth. Adhuc cùm legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper corda ipſorum. Secundò per falſam lucem: hoc autem fit quando quis metitur æterna ſecundum naturalia. Exemplum habetur in ligno putrido, quod in nocte quandam lucem videtur habere, ſed cùm dies venerit, nihil eſt. Tertiò per auerſionem à re viſibili, ſiue cognoſcibili: hoc eſt, quando quis ſpreto incommutabili bono, rebus mutabilibus adhæret, talium oculis cum ſint ægri, odioſa eſt lux, & puria eſt amabiliſſima. Deus cognoſcitur interius & exterius. Interius dupliciter: quia quandoque per inſpirationem, quod paucis datum eſt. Apoſt. ad Cor. Scio hominem in Chriſto Ieſu, &c. quandoque per ratiocinationem, per quem modum plures Philoſophi de Deo notitiam habuerunt. Ad Rom Inuiſibilia Dei, &c. Exterius etiam cognoſcitur dupliciter: ſcilicet per creaturas. Apoſt. Videmus nunc per ſpeculum, ſcilicet creaturarum, quæ modo ſunt ſpeculum creatoris in præſenti: ſic è conuerſo Ipſe Deus erit ſpeculum creaturarum in futuro, in quo omnia videbimus, quæ ad gaudium noſtrum pertinebunt. Item per doctrinam Apoſto. Fides ex auditu Sicut cognoſcitur vinum quandoque ex auditu, quandoque viſu, quandoque guſtu, ſic Deus quodammodo cognoſcitur auditu. Cognoſcunt enim Deum qui audiunt verbum Dei, & per illud credunt: viſu cognoſcunt Theologi, qui legunt Deum in ſcripturis: & Philoſophi, qui ſpeculantur eum in creaturis: guſtu cognoſcunt ſoli boni. Pſal. Guſtate, & videre, quoniam ſuauis, &c. Et iſte vltimus modus perfectiſſimus eſt & certiſſimus.

Eſſe omnium Deus, & quomodo.
Rom. 11.
1. Tim 6.
Pſal. 17.
Comprehenditur Deus & quomodo.
Quò hic purius vixerit, eò perſpicacius Deum quis videbit.
1. Ioan. 1.
2. Cor. 3.
Interius & exterius, Deus cognoſcitur, & quomodo.
2. Cor. 12.
Rom. 10.

mus. Dionyſ. dicit, quod tribus modis cognoſcitur Deus, ſcilicet per remotionem, ſiue abnegationem, vt cùm dicitur, Deus non eſt hoc, vel illud. Vnde Dionyſ. Negatiuæ de Deo ſunt veræ: affirmatiuæ verò incompactæ. Item per eminentiam: vt cùm in creatura inueniatur potentia, attribenda eſt Deo ſumma potentia, & ſic de aliis. Item per cauſam, ſecundum quod per effectus venitur ad cognitionem cauſæ, vel per cognitionem motuum ad cognitionem mouentis. Item nota, quòd anima ſenſu percipit corpora, per formas in materia, tantùm præſente corpore: imagine verò corporum ſimilitudines, & formas abſtractas à materia, etiam præſente corpore, vel abſente: ratione autem corporum naturas, intellectu ſpiritum creatum, intelligentia verò ſpiritum increatum. Sciendum eſt etiam, quòd cognoſcibilia quædam ſunt intra rationem, quædam iuxta, quædam ſupra. Intra rationem ſunt, quæ ſenſu percipimus, vt alba, nigra, & huiuſmodi. Iuxta rationem ſunt, quæ ratione percipimus, vt vera, falſa, iuſta, vel iniuſta. Supra rationem ſunt, quæ ſola diuina reuelatione comprehenduntur, aut authoritate ſcripturarum creduntur: vt tres eſſe perſonas vnum Deum.

Tribus modis cognoſcitur Deus.

1. Ioan. 5.

CAPVT XVII.

De incircumſcriptibilitate Dei.

VBique Deus eſt, & tamen nuſquam eſt, quia nec abeſt vlli loco, nec vllo capitur loco. Auguſtinus: Deus eſt in mundo non incluſus, extra mundum non excluſus, ſupra mundum non eleuatus, infra mundum non depreſſus. Ex his patet, quòd Deus eſt intra omnia, & hoc quia omnia replet, & vbique præſens eſt. Item extra omnia eſt, quia omnia continet: nec vſquam valet coarctari. Sed nota, quòd hæc præpoſitio extra, dicit ibi, non actualem præſentiam ad locum, ſed potentialem, quæ eſt Dei immenſitas, quæ infinitos mundos poteſt repelere, ſi eſſent. Item Ipſe eſt ſupra omnia: quia omnibus præſidet, nec aliquid ei æquatur. Item infrà omnia eſt: quia cuncta ſuſtinet, & ſine ipſo nihil ſubſiſteret. Dicimus etiam, quòd vbique eſt, non vt indigeat rebus quòd in eis ſit: ſed potius res ſui indigeant, vt per eum ſubſiſtant Deus enim ante mundi conſtitutionem fuit, vbi nunc eſt, ſcilicet, in ſe, quoniam ipſe ſufficit ſibi: vnde verſus:

Vbique Deus &c. quomodo

Heb. 1.

Dic vbi tunc eſſet, cùm præter eum nihil eſſet: ?
Tunc vbi nunc in ſe, quoniam ſibi ſufficit ipſe

Per quod patet ſolutio quæſtionis quorumdam ſimplicium, qui quærunt, vbi Deus fuerit priuſquam mundus eſſet? Sciendum eſt ergo, quod aliquid eſt in loco circunſcriptiuè & diffinitiuè, vt corpus: aliquid diffinitiuè, non circunſcriptiuè, vt Angelus: aliquid nec ſic, nec ſic, vt Deus: Et hoc ideo, quia non indiuiduatur per materiam, vt corpus, neque per ſuppoſitum, vt Angelus. Aliquid eſt etiam in loco, partim circunſcriptiuè, partim diffinitiuè, vt corpus Chriſti in ſacramento, quod eſt totum ſub tota hoſtia, ita quòd non excedit: & ſecundum hoc eſt circunſcriptiuè. Eſt quòque ſic ſub hoſtia, quod non vbique, & ſic eſt ibi quodammodo diffinitiuè. Corpus autem Chriſti licet non ſit vbique, cùm ſit creatura, nec æquari poſſit in huiuſmodi Creatori, in pluribus tamen locis eſt totum, ſub diuerſis hoſtiis: & hoc eſt propter vnionem carnis ad Verbum, vnde meritò habet amplius, quam alia creatura, ſcilicet, quod in locis pluribus ſimul & ſemel poſſit eſſe. Ex prædictis patet, quod eſſe vbique ſimpliciter ſoli conuenit creatori, ſed in loco vno eſſe ſoli conuenit creaturæ. In pluribus verò locis eſſe, ſed non vbique conuenit corpori Ieſu Chriſti. Nota quod Deus eſt multipliciter in rebus, ſcilicet per naturam: & ſic eſt vbique potentialiter, præſentialiter. Item per gratiam, ſic eſt in bonis Ioann. 15. Qui manet in me, ego in eo, hic, &c. Item per gloriam, ſic eſt in rationali virtute animæ, vt veritas: in concupiſcibili, vt bonitas: in iraſcibili, vt pietas. Item per vnionem: ſic fuit in vtero virginis vnitus humanæ naturæ: & in ſepulchro vnitus carni: & in inferno vnitus animæ Chriſti. Item Deus dicitur eſſe alicubi per occultorum reuelationem. Gen. Verè Deus eſt in loco iſto. Item per veſtigiorum eius excellentem repræſentationem, ſic dicitur eſſe in cælo: quia ibi maximè relucet ſua potentia, ſapientia, bonitas: vel per naturæ identitatem, ſicut eſt filius in patre, & pater in filio, & Spiritus ſanctus in vtroque. Item per miraculorum operationem. Exod. Digitus Dei eſt hic. Itē per conſeruationem & gubernationem, ſic eſt in mundo. Deus eſt in ſeipſo, vt α, & ω: ſecundum illud, Dic vbi tunc eſſet, &c. Ipſe enim eſt in mundo ſicut Rex in regno. Ber. Deus vbique regnat, vbique imperat, vbique maieſtas eius omnia replet. & complectitur vniuerſa. Item in Angelo, vt decor, inquantum veritas in anima: & ſicuti ſapor, inquantum bonitas. Itē in Eccleſia eſt, ſicut paterfamilias in domo. Vnde illud: Ecce ergo vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Item in electis, vt liberator à malis, adiutor in bonis, & hoc eſt quod dicit Bern. Deus eſt in creaturis, admirabilis. in hominibus amabilis: in Angelis, deſiderabilis: in ſeipſo incomprehenſibilis: in reprobis, intolerabilis. Item in damnatis, vt terror, & horror. Auguſt. Qui te dimittit, quò it? niſi à te placato, ad te iratum. Non enim manum domini poſſumus effugere. Pſal. Si aſcendero in cælum, tu, &c. Si verò dubitatur vtrum Deus ſit in diabolo: Sciendum quòd quædam nomina ſunt, quæ important naturas, prout neceſſariæ ſunt, & his concedendum eſt quòd Deus inſit. Sunt alia per quæ intelliguntur deformitates, vt diabolus: de quibus non eſt dicendum quod Deus inſit, niſi addatur inquantum ſpiritus eſt, vel aliquid tale. Deus eſt in anima fideli, vt ſponſus in thalamo, rex in regno, turris in caſtro, magiſter in ſcholis

Ante mundi conſtitutionem Deus vbi erat.
Eſſe in loco multipliciter accipitur.

Deus eſt in rebus multipliciter, & quomodo.
Ioan. 14.

Geneſ. 28.
Matt. 6. & 28.
Filius in patre.
Ioan. 10. & 14.

Exod. 8.
Pſ. 112.
Apoc. 1.
Iob. 38.

Math. 18.

In creaturis Angelis, hominibus, & in ſeipſo Deum eſſe quomodo.
Pſ. 138.
An Deus ſit in diabolo.
Nomina quid important.

Deus in nonnullis multiplicitur.

ſcholia, ſons in bortis, lux in tenebris, theſaurus in agro, vinum in cellario, carbunculus in auro: vel ſicut manna in arca, ſigillum in charta, medicina in apotheca: ſicut cithara in conuiuio, imago in ſpeculo: ſicut fructus in arbore, oleum in lampade, lilium in conualle.

CAPVT XVIII.

De æternitate Dei.

Deus non menſuratur.

SIcut Deus vbique eſt, & tamen nullo loco circunſcribitur vel contioetur, ſic æternus eſt, & tamen nullo tempore menſuratur. Nou enim ei competit tempus præſeus, nec præteritum, nec futurum. Nam tempus præſens eſſe non habet, quia ſemper pertranſit, Deus autem ſemper manet idem Vnde Hilarius. Eſſe non eſt accideos Deo, ſed ſubſiſtens veritas, & manens cauſa. Similiter tempus præteritum modo non eſt, nec habet eſſe ſubſiſtens: ſed

Pſ. 101.

de Deo dicitur in Pſalmo, Ipſi peribunt, tu autem permanes. Similiter tempus futurum oon eſt, ſed expectatur, Deus autem ſemper eſt. Vnde Mercurius, Sola monas eſt

Apoc. 1.

eſt α, & ω, hoc eſt, quia Deus eſt principium ſioe principio, & finis ſiue fine. Cùm enim ſimplex ſit omnino, non babet in ſe principium contrarietatis, quod eſt cauſa cor-

Æternitas quid.

ruptionis. Quid autem ſit æternitas ſecundum rem, ſciendum quòd propriè dicitur æternitas ſine principio, ſine fine & ioutabilitate: & ſecundum hoc conueoit æternitas ſoli diuinæ oaturæ, in qua eſt diuturnitas immenſa. Æternitas verò ſecundum etymologiam dicitur quaſi extra terminos, quia termino caret, tam initiali, quam finali: ſed ſecundum diffinitioneo Boëtij in lib. de conſol. Æternitas eſt interminabilis vitæ iucunda tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Ad buius diffinitionis intelligentiam notandum, quod io quibuſdam eſt terminabilitas ſimpliciter: quia ex parte corrumpi poſſunt, vt ſunt generabilia, & corruptibilia, ad quorum differentiam ponitur interminabilis, & ponitur illud per abnegationem, quia ſimplicia, & præcipuè diuina nullo modo melius manifeſtantur

1. Tim. 6.

quàm per remotionem, vt ait Dionyſ. Et huius ratio eſt, quia ſimplicium & diuiootum eſſe non poteſt intellectus perfectè comprehendere, & ideo ex negationibus eorum, quæ ab ipſis remouentur, maoducitur intellectus ad ea aliqualiter cognoſcenda. Item in quibuſdam eſt interminabilitas eſſentiæ, ſed non vitæ, vt in corporibus cæleſtibus, ad quorum differeotiam additur, vitæ. De Deo autem dicit Aug. quòd ſolua habet immortalitatem. In omni enim mutabili natura oononulla mors eſt, ſcilicet ipſa mutatio: quia facit in ea aliquid non eſſe quod prius erat. Vnde & bomo quaodo naſcitur, quodammodo incipit mori. In quibuſdam autem eſt intermioabilitas vitæ, ſed tameo cum miſeria & infelicitate, vt in dæmonibus & damnatis: ad quorum differentiam additur iucunda poſſeſſio: in cuius iotellectu eſt iucunditas felicitatis, quia, tunc poſſeſſio alicuius rei iucunda dicitur, quando ad libitum habetur. In quibuſdam eſt interminabilis vitæ poſſeſſio, ſed non tota, vt io omoibus beatis aote iudicium: quorum eſt beatitudo ſecundum partem animæ & non corporis: ad quorum differentiam dicitur tota, qoia totum eſt quod non eſt diminutum, vel cuius nibil eſt extrà addere. In quibuſdam eſt ioterminabilis vitæ poſſeſſio tota, vt in Angelis beatis ante iudicium, ſecundum totam ſui ſubſtantiam habens felicem interminabilem vitam, ſed non ſimul, cùm aliqua ſit in eis ſucceſſio reuelationum & gaudiorum: ad quorum differentiam ponitur ſimul. In quibuſdam eſt interminabilis vitæ poſſeſſio tota ſimul, ſed tamen ooo perfecta, eo modo, quo dicimus perfectum nullo indigens, ſicut eſt in Angelis, & in hominibus beatis poſt iudicium: ad quorum differentiam additur perfecta, id eſt, nullo indigens ad ſuum beatum eſſe. Patet igitur ex prædicta diffinitione, quòd tres ponuntur ibi conditiones, quæ ſunt inſeparabiles ab æternitate increata, quæ Deus eſt, ſcilicet interminabilitas, ibi, interminabilis vitæ poſſeſſio. Item inuariabilitas, ibi, tota ſimul, nihil enim variabile eſt in Deo, ſed totum ſimul. Item ſimplicitas, ibi, perfecta: illud enim ſummè perfectum eſt, cui non eſt poſſibilis aliqua additio. Per primum ſeparatur Deus ab omni corporali. Per ſecundum ab omni variabili. Per tertium ab omni compoſito. Item nota, quòd illud quod caret principio & fine, dicitur æternum, vt Deus, cuius eſſe interminatum eſt. Sed quæ principium habent & carent fine, dicuntur perpetua, vt Angelus, & homo. Quæ verò principium & finem habent, dicuntur temporalia, vt ſunt corruptibilia, ſicut vegetabilia, bruta, & ſenſibilia, & huiuſmodi.

CAPVT XIX.

De incommutabilitate.

INcommutabilis eſt Deus, & impermutabilis, quia non cadit in eo motus accidentalis, ſcilicet augmentum. Leo Papa, Simplici naturæ diuinitatis nibil addi vel deminui poteſt: quia ſemper eſt quod eſt. *Motus in Deo non cadit, & quis.* Item nec diminutio. Malach. Ego Deus, & non mutor. Item nec alteratio. Iac. Apud *Malach. 3. Iacob. 1.* quem non eſt tranſmutatio, &c. Item nec ſecundum locum mutatio, quia vbique præſens eſt. Iere. Cælum & terram impleo. Im- *Act. 17. Iere. 23.* permutabilis autem eſt, quia nun cadit in eum motus ſubſtantialis, qui eſt de non eſſe ad eſſe, vt corruptio, quia finem non habebit: illud enim ſolum in nibil eſt vertibile, quod de nihilo factum eſt. Incommutabilis eſt etiam Deus, ex eo quòd non cadit in eum motus ex operatione. Nam ſoli Deo conuenit

ueoit io operatione quietum eſſe. Vnde Boet.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum, cœlique ſator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, ſtabiliſque manens das cuncta moueri.

Deus cum operatur, non mutatur, ſed res.
Ionæ 3.
Iſa. 38.

Vnde quando Deus facit aliquam rem, non fit in ipſo Deo aliqua mutatio, ſed in re circa quam operatur. Quòd autem fecit Deus prædicare ſubuerſiooem Niniue, & prædicere mortem Ezechiæ, quorum neutrum accidit, in talibua non mutauit Deus conſilium, quod ab æterno ſecum haboit, ſed ſeutentiam, quæ reſpectum habuit ad ipſa uegoria: quia Niniue ſubuertenda erat ſecuodum merita: & Ezechias moriturus erat ſecundum cauſas inferiores: ſed hæc non impoſuerunt neceſſitatem diuinæ poreotiæ. Item tres diſtinguuntur motus, ſcilicet naturalis, voluntarius, & violentus. Naturalis eſt, quo naturaliter res tendunt ad locum proprium. Motus autem violentus eſt, quando coguntur res eſſe extra locum propriũ: ſed motus volũtarius eſt in hominibus, vel in Angelis: nam bruta potius oaturaliter mouentur, quando currũt, vel mouentur, vel operantur: & iſte motus eſt medius inter naturalem & violentum: quia partim eſt naturalis, ſcilicet inquantum voluntas coniungitur ſuo actui, ſicut cauſa ſuo effectui: & partim eſt viulentus, inquantum ſcilicet mouentur membra contra motum ſuum naturalem: propter quod etiam laſſantur, quæ ex motu naturali nunquam laſſarentur.

Motus non eſt in Deo & quomodo.

Igitur primo modo non eſt in Deo, ſcilicet naturalis, & boc probatur per quatuot rationes. Prima eſt, quia omnis motus eſt ad quietem, & propter indigentiam, ſicut dicit Philoſopus: ſed Deus nullius eget. Secunda eſt, cum ſit vbiqoe non habet neceſſe de loco ad locum moueri. Tertia eſt, quia oon eſt in eo grauitas, vel leuitas, propter quam ſurſum & deorſum moueatur, Quarta eſt, quòd cum Deus in ſeipſo ſemper maneat, non habet neceſſe locum proprium & ſibi naturalem extra ſe quærere, ſicut aliæ creaturæ. Item ſecundo modo non mouerur, ſcilicet motu violento,

Iob. 9.

quia non fit ei violentia, Iob. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus. Item tertio modo non mouetur, ſcilicet motu voluntario,

Mens hominum inſtabilis, & quare.

quia in opere non laſſatur, vt animalia. Præterea noſtra mens eſt inſtabilis: quia modò proficimus, modo deficimus, modo reminiſcimur, modo obliuiſcimur, modo volumus, modò nolumus, modo diffuſis cogitationibus, atque affectionibus, & conſiliis huc atque illuc vagamur. Deus autem ſemper ſe habet æqualiter, & immobiliter.

Motus tres.

Item alius eſt motus circularis, alius rectus, alius obliquus. Circularis, eſt corporum ſuperiorum, prout firmamentum mouetur ſecundum formam quidem, vt dicit Philoſophus, non ſecundum ſubſtantiam. Hoc eſt dicere, quod non mouetur ad locum, ſed in loco. Motus autem rectus ſurſum eſt, vel deorſum, ſecundum quod corpora inferiora mouentur propter leuitatem, vel grauitatem. Motus obliquus compoſitus eſt ex recto & circulari: vnde quod reflectitur, habet à motu circulari: quod verò linealiter procedit, habet à recto. Nullo autem iſtorum modorum mouetur Deus, quia proprietates iſtorum motuum oon conueniunt ei. Poſſumus autem dicere, quod iſti motus Deo conueniunt myſticè, vt dicatur moueri motu circulari, omnia regeodo & gubernando.

Myſticè mouetur Deus.

Item motu recto, bonos remunerando. Item motu obliquo, malos puniendo.

Sap 14.
Matt. 25.

Eodem modo poſſet dici, quòd Deus mouetur motu naturali, quo ſolita ſcilicet bonitate omnibus creaturis pro captu earum ſe communicat. Item motu violeoro, quo peccatores iuſtè damnat. Item motu voluntario, quo cuncta in eſſe cooſeruat. Sic poteſt exponi dictum Philoſophi, qui aſſignauit motum à centro, & ad centrum, & circa centrum, quoniam Deus mouetur ad centrum in incarnatione, & à centro in aſceoſione, & circa centrum in prædicatione: propter hæc, & his ſimilia dicitur in libro Sapientiæ, Spiritus ſanctus, & mobilis, & ſtabilis eſt: mobilis, quia facit ſanctos mobiles ad bene operandum, & in booo proficere.

Hebr. 1.
Sapien. 7.

Stabilis autem, quia dat in bono perſeuerare: vel mobilis in via, ſtabilis in patria: vel mobilis in actiuis, ſtabilis in contemplatiuis: vel mobilis in aliis ſanctis, ſtabilis in Chriſto. Iſa. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domioi, &c.

Iſai. 11.

Sciendum, quòd quædam operationes attribuotur Deo ſecundum cauſalitatem & eſſentiam, vt ſcire: quædam ſecundum cauſalitatem & oon eſſentiam, vt comedere & currere: quædam ſecundum eſſeotiam, & non cauſalitatem, vt creare & iuſtificare: quædam nec ſic nec ſic, vt peccare, & mentiri, & huiuſmodi.

CAPVT XX.

De ſimplicitate Dei.

Simplex eſt Deus, & Angelus & anima, ſed differenter: quia in Deo idem eſt quod eſt, & quo eſt: & hæc eſt perfecta ſimplicitas. Hæc ſola increata natura hanc ſibi vindicat ſimplicitatem, vt non aliud & aliud, alibi & alibi, modò & modò inueniatur. In eo nempe quod habet, & quod eſt, ſemper & vno modo eſt: ſed in angelo & in anima differunt quod eſt, & quo eſt: & ideo eſt ibi quædam alteritas; & compoſitio, licet ibi non ſit dimenſio quantitatis: vnde Mercurius, In ſupercæleſtibus eſt vnitas, in cæleſtibus alteritas, in ſubcæleſtibus pluralitas.

Simplex Deus in eſſentia

Simplex eſt itaque Deus in eſſentia, quia oihil ei accidens eſſe poteſt, imò perfecta ſimplicitas ibi eſt, cùm non ſit ibi potentialis additio: quia quicquid eſt in Deo, Deus eſt: vnde Leo Papa, Simplicis diuinitatis naturæ nihil addi, vel minui poteſt:

quia ſemper eſt quod eſt, cui proprium eſt ſempiternum eſſe, cui idem eſt viuere & intelligere. Veruntamen multiplex eſt in donis. Apoſtol. Alij datur ſermo ſapientiæ, &c. Iac. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, &c. Non enim in Deo eſt compoſitio partium integralium, vt in domo: nec partium potentialium, vt in anima, nec generis & differentiam, vt in ſpecie: nec materiæ & formæ, vt in corporibus: nec coaceruationis vnitatum, vt in numero: nec quod eſt, & quo eſt, vt in angelo: nec ſubſtantiæ & accidentis, vt in indiuiduo: nec corporeæ ſubſtantiæ & incorporeæ, vt in homine. De his Bern. Non partibus conſtat Deus, vt corpus: nec affectibus diſtat, vt anima: nec formis ſubſtat, vt omne quod factum eſt. Hoc etiam oſtenditur ratione, quia cum omne compoſitum ſit poſterius omnibus ſuis compoſitionibus, nec primo principio ſcilicet, Deo, quicquid ſit prius, oportet Deum, qui eſt primum principium, non eſſe compoſitum. Præterea nullum compoſitum eſt totum ſuum eſſe: Deus igitur cùm ſit ſuum eſſe, non erit compoſitus, vnde Ber. Non eſt formatus Deus, forma eſt: non eſt effectus Deus, omnium efficiens cauſa eſt: non eſt compoſitus Deus, ſimplex eſt.

Multiplex Deus in donis.
1. Cor. 12.
Iacob 1.
Compoſitio in Deo non eſt, & quare.

CAPVT XXI.

De exellentia Dei.

Diuinæ dignitatis excellentia tanta eſt, quod mens de Deo cogitans deficit, cùm ſit incomprehenſibilis. Senſus eum non percipit, cùm ſit inuiſibilis: lingua ipſum non explicat, cùm ſit ineffabilis: locus eum non capit, cùm ſit incircumſcriptibilis: ſcriptura eum non explicat, cùm ſit inæſtimabilis: tempus eum non menſurat, cùm ſit immenſurabilis: virtus eum non attingit, cùm ſit inacceſſibilis: deſideria & vota tranſgreditur, cùm ſit inſuperabilis, vel incompatabilis: & breuiter omnis creatura ad Deum comparata, defectum habet: quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Ecce patet, quod diuina excellentia nullius eget, quia ſibi ſufficit, quoniam optimus eſt. Non enim indiget corpore, vt ſit, nec loco, vt alicubi ſit, nec tempore, vt aliquando ſit, nec cauſa, vt aliunde ſit, nec forma, vt materia ſit, nec ſubiecto in quo ſubſiſtat, vel cui aſſiſtat. Sunt & alia quæ ſoli diuinæ maieſtati conueniunt, & nulli alteri creaturæ, in quibus excellentia ſuæ dignitatis apparet: ſicut eſt eſſe omnipotentem, omnibonum, omniſcientem: quia cognoſcit omnia præſentia, præterita, & futura, & omnia ſingularia ſimul actu ſolus cognoſcit: ea quæ ſubſunt libero arbitrio, & cogitationes hominum ſolus cognoſcit per ſeipſum. Item ad ipſum ſolum pertinet vbique præſentem eſſe, de nihilo res creare; in inſtanti operari, in operatione quietum eſſe, mirabilia facere, ex auctoritate de qualibet creatura facere quod vult, voluntatem hominis cognoſcere, in ictu oculi mortuos ſuſcitare, eſſentiæ hominis illabi, peccata dimittere, gratiam infundere, in igne perpetuo corpus ſeruare. Quando aliquid creaturæ conuenit, quod competit creatori, tamen excellentius de Deo dicitur: vt ſi in creatura eſt potentia, in Deo ſit ſumma potentia: ſi ſapientia, in Deo ſit ſumma ſapientia, & ſic de alijs. Vnde & huiuſmodi dicuntur de Deo in ſuperlatiuo, propter quod Deus dicitur potentiſſimus, ſapientiſſimus, iuſtiſſimus, optimus, pulcherrimus, & ſic de alijs. Augu. in lib. de Trin. Oportet Deum cuius eſt & ſummè cuncta ſentire atque intelligere, nec mori nec corrumpi, nec mutari poſſe, nec corpus eſſe, ſed Spiritum omnipotentiſſimum, mitiſſimum, optimum, beatiſſimum fateamur. Poteſt & præter auctoritatem ratio intelligi, ſiue aſſignari: quia bona ſunt excellentius in Deo, quàm in creatura, quia ſemper eſt aliquid nobilius in cauſa, quàm in cauſato: videmus etiam, quod aqua purior eſt in fonte, quàm in riuo. Radij quoque ſolis lucidiores ſunt in ipſo ſole, quàm in aëre, & dulcedo maior eſt in melle, quàm in mellito.

Deus in ſua natura qualis.
Quæ creatori, & non creaturæ conueniunt.
Et ſi quid de creatura dicatur, excellentius de creatore dicitur.
Bona ſunt excellentius in Deo quam in creatura.

CAPVT XXII.

De notionibus Dei.

Notiones Dei ſunt quinque, ſcilicet paternitas, filiatio, proceſſio, innaſcibilitas, & communis ſpiratio. Prima eſt patris, ſecunda filij, tertia ſpiritus ſancti, quarta patris, quinta patris & filij. Tres primæ notiones dicuntur perſonales, eo quòd perſonas faciunt, & eas propriè diſtinguunt, & illæ ſolæ ſunt tres vnitates trium perſonarum quibus perſonæ dicuntur tres: vnde licet pater plures habeat proprietates, tamen pater paternitate tantum vnus eſt, indiuiſus eſt in ſe, & diuiſus ab alijs. Innaſcibilitas autem eſt in patre, & ſumitur priuatiuè, eò quod pater ſit à nullo: & tamen pater ſignificat diſtinctionem perſonaliter: ſicut ouis non ſignata per hoc ipſum diſtinguitur à ſignatis. Similiter communis ſpiratio eſt vna notio, & illa vnitas eſt idem in patre & filio, & eſt diſtincta ab omni alia notione. Notandum igitur, quòd propriè loquendo, tres ſunt proprietates perſonales, ſcilicet paternitas, filiatio, & proceſſio: quia perſonalis proprietas eſt, quæ vni ſoli perſonæ conuenit, & eam ab omni alia re diſtinguit. Relationes verò ſunt quatuor: quia vna eſt patris ad filium, ſcilicet paternitas, alia filij ad patrem, ſcilicet filiatio: tertia eſt patris & filij ad ſpiritum ſanctum, ſcilicet communis ſpiratio: quarta Spiritus ſancti ad patrem & filium, ſcilicet proceſſio. Notiones autem ſunt quinque, quia quælibet relatio eſt notio, & præterea innaſcibilitas, quæ patri conuenit per priuationem relationis ad aliquod principium, non eſt relatio.

Notiones in diuinis quot, & quæ.
Proprietates perſonales quæ & quot.
Relationes in diuinis quot, & quæ.

Notiones

Notionum nomina quot, & quæ.

Notiones habent multa nomina: dicuntur enim notiones, quia notificant perſonas: dicuntur etiam diſtinctiones, quia perſonas diſtinguunt: dicuntur relationes, quia perſonę per eas ad ſe inuicem referuntur: dicuntur quoque proprietates, quia propriè perſonis inſunt. Nota regulas notionum: Nulla notio de alia prædicatur. Item quælibet notio eſt eſſentia diuina, quæ Deus eſt. Item omnes notiones ſunt vna eſſentia. Item nulla notio ineſt diuinæ eſſentiæ, quæ diſtinguit, nec diſtinguitur. Item notiones ſumptæ abſtractiuè prædicantur de eſſentia, ſed ſumptæ concretiuè, non: vnde bene dicitur, eſſentia eſt paternitas, ſed non dicitur eſſentia generans. Item notio ſemper importat dignitatem. Item ſumpta notione non ponitur perſona: quia aliquid conuenit notioni, quod non conuenit perſonæ. Notioni enim conuenit propriè diſtinguere: ſed perſonæ diſtingui.

Notionum regula.

CAPVT XXIII.

De nominibus diuinis.

Omne nomen quod de Deo dicitur, aut eſſentiale, aut perſonale, aut notionale eſt. Eſſentialium quædam ſunt ſubſtantiua, vt Deus, creator, & ſimilia: quædam verò adiectiua, bonus, vt æternus, immenſus, & huiuſmodi. Perſonalia ſunt, vt pater, filius, & ſpiritus ſanctus. Notionalia ſunt, vt paternitas, & filiatio, innaſcibilitas, & huiuſmodi. De his notandum, quòd nomen ſubſtantiale vel eſſentiale ſubſtantiuum & abſtractum nullo modo poteſt trahi ad ſupponendum pro perſona: vnde falſæ ſunt hæ, Eſſentia genuit eſſentiam, vel diuinitas diuinitatem. Actus enim generationis ſemper ponendus eſt in concreto. Sed concreta licet ſint eſſentialia, trahi tamen poſſunt ad ſupponendum pro perſona, & hæc per verba notionalia, vel per propoſitiones notionales, vnde veræ ſunt hæ, Deus genuit Deum, Creator Creatorem, vel Deus de Deo. Similiter de nominibus quæ media ſunt, vt lumen de lumine. Item hoc nomen, ſapientia, licet ſit abſtractum, vt ſapientia de ſapientia. Eſſentialium autem adiectiuorum quædam prædicant purè diuinam ſubſtantiam, vt bonus, & ens: quædam eſſentiam diuinam connotando priuationem principij & finis, vt æternus, vel certæ menſuræ localis, vt immenſus: quædam principaliter ſignificant eſſentiam diuinam, & connotant effectum in creatura actu, vt creat, iuſtificat, vel in habitu, vt iuſtus & miſericors, vel in potentia, vt omnipotens. Sunt quædam verba, quorum nec ſignificatio, nec modus ſignificandi Deo conuenit, vt currere, & ambulare: nam modus eſt varia inclinatio animi, varios eius effectus demonſtrans. Modus ſignificandi nil aliud eſt, quàm diſpoſitio vocis, quæ conſtituit intellectum ſub tali modo intelligendi, & per conſequens ipſam

Circa nomina eſſentialia propoſitiones falſa & vera.

Quid prædicant eſſentialia adiectiua.
Quæ ſignificant actu diuinam eſſentiam.
Quæ habitum.
Quæ non conueniunt Deo.
Modus ſignificandi quid.

rem. Cum ergo dicitur de Deo ambulare, vel currere, & huiuſmodi, ſignificatio horum prout ſunt actu, Deo non conuenit. Modus autem ſignificandi qui quandam importat imperfectionem, dico quoad motum, qui quidem motus neceſſitatis Deo conuenire non poteſt. Quædam ſunt quorum ſignificatio Deo conuenit, ſed non modus ſignificandi, vt creare, facere. Quædam quorum ſignificatio etiam Deo conuenit, vt patet in hoc verbo Exod. Qui eſt, miſit me ad vos. Et notandum, quòd omnia, quæ ſunt perfectionis, de Deo dicuntur: quæ autem ſunt imperfectionis, non dicuntur: cum dicuntur, aut ſecundum aſſumptionē humanæ naturæ, aut tranſlatiuè dicuntur. Item in diuinis tantum ſunt duo modi prædicandi, ſcilicet per modum ſubſtantiæ, & per modum relationis: ſed ſubſtantia continet vnitatem, & relatio multiplicat trinitatem. Quædā ſunt nomina quæ de Deo dicuntur æternaliter, vt dominus & miſericors, quæ connotant effectum in creatura ſecundum habitum. Quędam verò temporaliter, vt dominator & miſerator, quæ connotant effectum in creatura ſecundum actum. Quædam pluraliter, vt perſonæ. Quædam ſingulariter, vt Deus. Quædam propriè, vt proprietates perſonarum. Quædam appropriatè, vt potentia, ſapientia. Quædam poſitiuè, vt iuſtus: Quędam priuatiuè, vt immortalis, & hæc magis propriè dicuntur de Deo, quàm poſitiua: quia melius dicitur de Deo quòd non ſit, quàm quod ſit. Quædam tranſlatiuè, vt agnus, leo, quæ ſymbolicè de Deo dicuntur. Duplex eſt enim Theologia, ſymbolica videlicet, & myſtica. Symbolica nominat Deum ab inferiori: myſtica à ſuperiori. Symbolica nominat Deum per conuenientiā rerum, cum dicitur leo, agnus, & huiuſmodi. Myſtica verò, id eſt, occulta, nominat Deum per hoc, quòd in occulto de ipſo ſentit per intellectualem viſionem, ſiue contemplationem, vt quando nominat Deum ſuauem, dulcem, dilectum, & huiuſmodi. Vtrobique tamen per creaturas nominatur, ſed in ſymbolica per exteriores, in myſtica per interiores & digniores affectus, quos anima ſupra ſe recipit, & ita imponit, per donum ſapientiæ, huiuſmodi proprium experimentum eſt cognoſcere qualis ſit Deus. Quædam dicuntur collectiuè, vt trinitas, trinus. Quædam relatiuè, vt æqualis, ſimilis. Quædam reſpectiuè ad creaturas, vt creator, refugium. Et hæc nomina non dicunt relationem Dei ad aliud: ſed alia habent relationem ad ipſum, vel ad ipſa. Duo ſunt principalia nomina Dei, ſcilicet, qui eſt, & bonum. Per primum ſignificatur Dei eſſe abſolutum in ſe, & ſic conſideratur vt infinitum. Per ſecundum notatur eſſe diuinum, vt cauſa: fecit enim Deus omnia propter bonitatem ſuam. In Theologia ſupponitur quod & hoc propter nomina eſſentialia, vt Deus, diuinitas, potentia, eſſentia, natura. Item ſupponitur quis pro perſona, ſupponiturque pro notione. Præterea per neutrum genus dicitur ſubſtantia diuina, per maſculinum perſona, per fœmininum notio, & per hoc patet,

Exod 3.
Perfecta de Deo dicuntur.

Quæ de Deo æternaliter.
Quæ temporaliter.

Pluraliter, ſingulariter.

Theologiā duplex. Symbolica & myſtica.

Principalia nomina Dei.

Neutrum maſculinū &

fœmininum, quid dicant

quòd non debet cantari in hymno, vnus patri cum filio: qoia pater & filius non ſunt vnus in perſona, ſed vnum io ſubſtantia: vnde magis cantandum eſt, vnũ patri cum filio.

CAPVT XXIV.

Deus eſt ineffabilis.

Non nominatur Deus per nomina, neque per pronomina, & quare.

Nihil dignè vel propriè de Deo dicitur propter eius excellentiam. Non enim per omnia propriè de Deo loquimur, quia oomiua ſignificant ſobſtantiam cum qualitate, & ita intelligitur ibi compoſitio formæ cum materia, quæ in Deo noo eſt. Nec per pronomina, quia de Deo dicta cadunt à demonſtratione: non enim poteſt eſſe ibi demonſtratio ad ſenſum, cum ſit incorporeus, nec demonſtratio ad intellectum, cum ſit incognoſcibilis. Si ergo dicis, quòd huiuſmodi pronomina ſecundum Priſcianum cadunt à demonſtratione, caſſa erunt & vana: dicendum eſt quod ibi eſt demonſtratio ad fidem. Nec per verba quæ cum modis & formis, cum tempore ſine caſo, agendi, vel patiendi ſignificantia ſunt: ſed talia nou cadunt in Deum. Neque per participia, quæ ſequuotur oatutam nominis, & verbi. Nec per alias partes orationis, quæ non ſunt ſubiicibiles, vel prædicabiles. Ex his patet, quòd Deum noo poſſumus notificare per diffinitionem, ſed qualitercumque per circumlocutionem. Vnde Bern. Quid eſt Deus? ex quo omnia, per quem omnia. Quid eſt Deus? quo nihil melius cogitari poteſt. Quid eſt Deus? voluntas omnipotens, beneuolentiſſima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, ſumma beatitudo, inuiſibilis, ioacceſſibilis in ſe, in ſuis ſpectabilis, & ſolus mirabilis. Multis modis aſſeritur aliquid de Deo. Primò, per naturalem rationem, quæ dictat, quòd vnus Deus eſt remuneratot bonorum, & punitor malorum. Secundo per fidem, qoa dicimus Deum vnum eſſe in ſubſtantia, & trinum io perſonis. Tertiò, per ſacram ſcripturam. Quartò per rationes probabiles. Quintò, per exteriores opiniones, vel prædicationes. Sed io his duobus modis ooo eſt iooitendum, niſi infirmitatem habeat ab aliquo prædictorum trium. Eſt enim regola, quòd qnicunqoe aſſerit aliquid de Deo, quod non eſt ſibi certum, per naturalem rationem, vel per fidem, vel per ſacram ſcripturam, præſumit & peccat.

Demonſtratio ad quid. — *Deus quid.* — Ioan. 1. — *Aſſeritur de Deo & qui d.* Heb. 11. Mat. 16. 1. Ioan. 5.

* * *

CAPVT XXV.

De ideis, & libro vitæ.

Idea in Deo ab æterno.

IDeæ rerum, & exemplar, & rationes ſic in Deo ſunt, quòd idea importat cauſam efficieotem conformem effectui: ſed exemplar cauſam formalem: ratio verò caoſam finalem. Deus enim omnium rerum eſt principium à quo ſunt forma & exemplar, ad cuius imitationem ſunt, & finis ad quem ſunt. Hæc tria ſic à ſe differunt, quod exemplar vnum eſt, quia exemplar connotat cauſalitatem: cauſata verò in cauſa ſunt vnum: ſed rationes & ideæ ſuot plures: quia iſta reſpectu rerum dicuntur. Sunt itaque plures ideæ quæ connotant cognitionem. Cognoſcibilia autem diſtinguuntur in cognoſceote. Similiter & rationes io Deo plures ſunt: quia ſingula cauſata ſunt propriis rationibus. Abſurdum enim eſt dicere, vt ait Augu. equum creatum eſſe ea ratione, qua hominem. Sciendum autem eſt, quòd duplex eſt pluralitas, vna quidem eſt rerum, & ſecundum hoc noo ſuot plures ideæ, ſiue exemplaria in Deo: imò vna res eſt, quæ omnium eſt exemplar, ſcilicet eſſeotia diuina, quam omnia imitantur, inquantum bona ſunt. Alia verò eſt ſecundum intelligentiæ rationem, & ſecundum hoc plures ideæ ſuot in Deo. Quia omnes res inquantum ſuot, diuinam imitantur eſſentiam, prout eſt imitabilis, oon tantum vno modo, ſed diuerſimodè & ſecundum diuerſos gradus. Sic igitur diuina eſſentia ſecundum quòd eſt imitabilis, hoc modo ab hac creatura eſt propria ratio huius creaturæ, & ſimiliter de aliis: vnde ſecundum hoc plures ideæ in Deo ſunt, quia intelligitur diuina eſſentia ſecundum diuerſos reſpectus, quos res habent ad ipſa, eam imitantes diuerſimodè: huiuſmodi autem non ſolum intelliguntur ab intellectu creato, ſed etiam ab increato ipſius Dei. Sic enim Deus, & ab æterno ſcinit, quod diuerſæ creaturæ dioerſimodè ipſius eſſentiam eſſent imitaturæ, & ſecundum hoc ab æterno fuerunt io mente diuina plures ideæ ſecuodum quod intelliguntur, ſicut rationes propriæ rerum intellectæ in Deo: hoc enim importat nomen ideæ, vt ſit ſcilicet quædam forma intellecta ab agente, ad cuius exemplum exterius opus producere intendit. Dicendum eſt ergo, quòd licet rationes in Deo, & ideæ ſint vna virtus & vna lux & eſſentia, dicuntur tamē plures rationes & ideæ propter pluralitatem ideatorum: cuios exemplum habes in naturis. Videmus enim, quod omnes lineæ circuli vniuntur io cētro: remotæ autem à centro differunt ab inuicē. Item ideæ ſunt, vt dicit Augu. formæ principales rerũ, quæ diuina intelligentia continētur. Dicendum eſt igitur, quod ſicut in mente artificis prius eſt forma rei, quam opus exeat, ſic ideæ rerum ante mundi conſtitutionem in

Idea reſpectu cuius dicuntur. — *Diuina eſſentia ſecundum diuerſos reſpectus intelligitur, & à quibus.* — *Idea quid.*

in mente Creatoris erant. Non enim aliquid extra ſe aſpiciebar ſecundum quod mundum faceret. Ex hoc patet, quòd omnis creatura prius in Deo exiſtit, quam in ſeipſa: vnde cum ab ipſo per creationem proceſſit, ab ipſo quommodo diſtare cœpit: vnde rationalis creatura ad ipſum redire debet, cui primo coniuncta fuit, ante quam eſſet, & hoc per ideas, quæ non aliud, quam ipſe Deus ſunt, & erunt: ſic autem ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur. Res prout ſunt in Deo, dicuntur vita, quæ importat rationem boni. Ioan. 1. Quod factũ eſt, in ipſo vita erat. Dicuntur etiam lux quæ importa rationem veri. Augu. ſuper Gen. Creaturæ in Deo ſunt lux: hæc ideo dicuntur, quia in Deo non ſunt mala, neque falſa. Differentia eſt inter exemplar, & librum vitæ, & ſpeculum. Exemplar enim dicitur reſpectu rerum vt redeũtium tanquam ad cauſam primam: quia connotat creaturam, vt ſuprà dictum eſt. Speculum dicitur reſpectu reum enuntium. De libro vitæ dicit Hugo de S. Vict. quòd liber vitæ eſt, cuius origo æterna, incorrupribilis eſſentia, cognitio vera, ſcriptura indelebilis, inſpectio deſiderabilis, doctrina facilis, ſcientia dulcis, profunditas imperſcrutabilis: verba innumerabilia, tamen vnum verbum omnia. Anima verò, moraliter loquendo, multipliciter eſt in Deo, ſcilicet ſicut ramus in arbore, apis in flore, nauis in littore, ſeſſus in thalamo, theſaurus in agro, ſcriptura in libro, auicula in nido, piſcis in riuo quælibet res in ſibi proprio, ſtella in firmamento, imago in ſpeculo, cera in ſigillo, gemma in auro, mel in fauo.

Res prout ſunt in Deo, quomodo dicuntur.

Ioan. 1.

1. Cor. 1.

Exemplar, liber vitæ, & ſpeculum differunt, & quomodo.

Anima in Deo quomodo.

CAPVT XXVI.

De appropriatis diuinis perſonis.

QVamuis omnia eſſentialia omnibus perſonis æqualiter conueniant, appropriatur tamen patri potentia, filio ſapientia, ſpiritui ſancto bonitas: & hoc propter excluſionem carnalis intellectus, ne videlicet pater ratione antiquitatis credatur impotens, filius ratione iuuentutis credatur inſipiens, ſpiritus ſanctus ratione impetuoſitatis credatur crudelis. Hæc ratio pertinet ad ſimplices, ſcilicet quod potentia naturaliter præcedit ſapientiam, & vtraque bonam voluntatem. De attributis itaque eſt loqui dupliciter, aut ſecundum rem, & ſic omnino idem ſunt, nec appropriantur: aut ſecundum rationem, & ſic eorum quædam appropriantur, quædam non, nam appropriatio nihil aliud eſt quàm ſpecialis attributio ratione alicuius conformitatis cum proprio illius perſonæ, ſicut potentia habet ſimilitudinem cum patre, qui eſt principium vniuerſale, & ſapientia cum verbo, & bonitas cum amore. Prædictam appropriationem habet conſuetudo ſcripturarum, quæ opera manifeſtatiuæ potentiæ attribuit patri, ſapientiæ

Eſſentialia tribus perſonis conueniunt. Quæ tribus perſonis appropriantur, & quare.

Appropriatio quid ſit.

filio, bonitatis ſpiritui ſancto. Alia eſt appropriatio Hilarij. Æternitas in patre, qui non habet principium inceptionis in ſe, nec principium eſſendi ab alio. Species in imagine, id eſt, in verbo, quia ſummè pulchrum. Vſus in munere, hoc eſt, in ſpiritu ſancto, quia ſummè proficuum & communicationm eſt. Iſtud per alia verba ſic inſinuat Auguſt. In patre vnitas, in filio æqualitas, in ſpiritu ſancto vnitatis æqualitatiſque concordia. Conuenit autem patri vnitas: quia ſicut vnitas à nullo deſcendit, & omnis pluralitas ab ea defluit, ſic Deus pater à nullo eſt, & aliæ perſonæ ab ipſo ſunt. Præterea ſicut vnitas de ſe gignit vnitatem, ita de ſe pater gignit alterum ſe, id eſt, filium. In filio verò dicitur eſſe æqualitas, qua æquatur patri non ſolum in potentia, & ſapientia & bonitate: ſed etiam in hoc, quia ſicut pater dat ſuam bonitatem alteri perſonæ, ſic & filius. In ſpiritu ſancto autem vnitatis, æqualitatiſque concordia, ſeu connexio: quia eſt amor amborum, id eſt, patris & filij. Item quarta appropriatio eſt, quod in patre eſt ratio principiandi & originandi, quia ſummè principium. In filio verò ratio exemplandi, quia ſummè pulchrum: ſed in ſpiritu ſancto ratio faciendi, quia ſummè bonum.

CAPVT XXVII.

De ſapientia Dei.

POtentia Dei duplex eſt, ſcilicet abſoluta, & ordinata. Multa verò poteſt primo modo, quæ non poteſt ſecundo modo, quia quia multa ſubſunt ſuæ potentiæ, quæ non conueniunt ſibi, vt facere mala, poſſet tamen ea congruentia, & ſic poſſet ea facere. Deus pater omnia poteſt omnibus modis, quia poteſt producere de non eſſe in eſſe, & hoc per creationem. Item poteſt ex incompleto completum facere, & hoc per propagationem. Item poteſt mutare vnum completum in aliud completum, ſicut patet in tranſſubſtantiatione panis in corpus Chriſti. De talibus dicit Auguſt. Demus Deo aliquid poſſe, & nos intelligere non poſſe. Potentia Dei apparet in mundi initio, medio, ac fine. In principio quidem, quia res creauit de nihilo. In medio autem, quia res ne in nihilum vertantur, ſua potentia continet. In fine verò, quia mortuos mira celeritate ſuſcitabit. Apparet quoque potentia Dei in rebus ſpiritualibus, quia cũ diabolus poteſtatem habeat in nobis immutãdi ſenſum, & phantaſiam, Angelus autem habeat poteſtatem ſuper hoc & ſuper intellectum, ſolus Deus non ſolum habet poteſtatem ſuper tria prædicta, ſed etiam poteſt mutare voluntatem. Aug. dicit quia Deus nos præuenit vt velimus, & ſubſequitur ne fruſtrà velimus. Licet Deus ſit omnipotens, tamen non attribuuntur ei actus culpabiles, vt mentiri, & malè velle, nec pœnales, vt metuere, & dolere: nec corporales, vt comedere, & dor-

Potentia Dei duplex, & quæ.

Ioan. 2.
Luc 22.

Geneſ. 1.
Pſ. 118.
1. Cor. 15.

Deus non poteſt actus imperfectos.

mire, niſi fortè tranſſumptiuè: nec actus inconuenientes qui poſſunt eſſe tripliciter. Primò ſi aliquis actus contradicit diuinæ potentiæ, vt eſt facere maiorem ſe. Secundò, ſi contradicit eius veritati, vt eſt facere aliquid ſimul eſſe & non eſſe, vel quod præteritum ſit futurum. Tertio, ſi contradicit eius bonitati, vt damnare Petrum, & ſaluare Iudam. De his Anſelmus: Quodlibet inconueniens, etiam minimum, impoſſibile eſt apud Deum. Horum autem hæc eſt ratio, quia potentia Dei cum ſit perfectiſſima, nec eſt de nihilo, nec eſt ſub aliquo: vnde non poteſt deficere peccando, nec ſuccumbere patiendo, nec egere, ſubſidium in aliquibus quærendo, ac per hoc nec culpabilia, nec pœnalia, nec materialia poteſt. Dicendum quoque, quòd Deus poteſt omnia per ſe, vel per creaturam. Illa dico omnia poſſe, quæ ſunt potentiæ: hoc autem ideo dicitur, quia poſſe peccare non eſt potentiæ, ſed infirmitatis: Deo autem competit perfectum poſſe, & perfectum diuinum, de quo Dion. Dominatio eſt non peiorum exceſſus tantum, ſed omnium pulchorum & bonorum omnimoda, & perfecta poſſeſſio, firma, & non valens cadere fortitudo. Notandum ergo, quòd quædam operationes attribuntur Deo ſecundum cauſalitatem, & non ſecundum eſſentiam, vt comedere, currere: quædam ſecundum eſſentiam, non ſecundum cauſalitatem, vt iuſtificare, creare: quædam nec ſic, nec ſic, vt peccare.

CAPVT XXVIII.

De virtute miraculorum.

Miracula vnde. Miraculum quid ſit. Quæ requiruntur ad hoc quod quid ſit miraculum.

QVoniam per diuinam potentiam fiunt miracula, ideo de miraculis eſt agendum. Aug. autem illud vocat miraculum, quicquid arduum, aut inſolitum, ſupra ſpem, vel facultatem admirantis apparet. Ad hoc quòd aliquid ſit miraculum, quatuor requiruntur, vel concurrunt: primum eſt, quòd ſit à Deo: ſecundum, quòd ſit præter naturam: tertium, quòd ſit euidens: quartum, quòd ſit ad fidei corroborationem. Vnde ſi aliquid iſtorum quatuor defuerit, mirum

Mirum & miraculum differunt.

dici poteſt, non miraculum. Nota, quòd quædam ſunt ſupra naturam, quædam contra naturam, quædam præter naturam. Supra naturam ſunt illa, quibus non eſt ſimile in natura, nec in potentia naturæ, ſicut eſt virginē

Luc. 1.

patēſe. Contra naturam ſunt, quæ fiunt vſu contrario naturæ, tamen terminantur ad cō-

Ioan. 9.

formitatem naturæ, ſicut cæci illuminatio. Sed præter naturam ſunt, quæ fiunt ordine ſimili naturæ, non tamen per principium naturæ, vt in mutatione virgarum in ſerpen-

Exod 7.

tes: quia illud potuiſſet fieri ordine naturæ per longam putrefactionem, vt patet per ea quæ fiunt ſecundum rationes ſeminales: veruntamen quia non fuit ibi operatio naturæ, miraculum fuit. Res quandoque producitur ab agente ſimili ſucceſſiuè, hoc attribuitur naturæ, & dicitur naturale: quandoque producitur ab agente diſſimili in inſtanti, & hoc attribuitur Deo, & dicitur miraculum. Sciendum, quod quandoque potentia aliqua, & eius actus eſt naturalis, ſicut viſus, & videre: quandoque potentia eſt miraculoſa, & actus eius naturalis, vt quando cæcus illuminatus videt: quandoque vtrumque eſt miraculoſum, vt partus virginis. Nota, quòd miracula, vel mira fiunt quandoque in ente, vt ſtatio ſolis, & eius retroceſſio: Ioſue 10. Iſa. 38.

quandoque fiunt in vegetabili, ſicut quando virga Aaron floruit: quandoque in ſenſibili, ſicut fuit in locutione aſinæ Balaam: quandoque in ratione, ſicut fuit in ambulatione claudorum, auditione ſurdorum, ſuſcitatione mortuorum, in partu Virginis. Vt autem ſciamus quando aliquod miraculum ſit, nota differentiam inter rationes cauſales, ſeminales, & naturales: quia ratio cauſalis eſt potentia paſſiua creaturæ, abſque omni diſpoſitione naturæ, vt ſolummodo Deus ex ea faciat quod vult, ſicut fuit in partu Virginis: & in talibus ſimpliciter eſt miraculum. Ratio autem ſeminalis

Num 17. Num 22. Marc. 11.

Luc 1.

eſt potentia paſſiua naturæ, ſed cum diſpoſitione remota, ſicut fuit in virgis de quibus facti ſunt ſerpentes: & hoc factum fuit

Exod. 7.

in inſtanti: natura autem feciſſet idem, ſed non niſi paulatim per longam putrefactionem. Vnde patet, quod ea quæ fiunt ſecundum rationes ſeminales, partim ſunt naturalia, partim miraculoſa. Ratio naturalis eſt potentia cum diſpoſitione propinqua, ſicut patet in materia, quando eſt in vltima ſui diſpoſitione, vt formam recipiat, & ſecundum hunc modum eſt ratio naturalis in grano ſeminato ad productionem ſegetis, & hoc eſt miraculum.

Ioan. 12.

CAPVT XXIX.

De ſcientia Dei.

Scit Deus omnia, & quomodo.

SCit Deus omnia præſentialiter, & ſimul, perfectè quoque & immutabiliter. Præſentialiter dico, hoc eſt, ita limpidè, ac ſi cuncta eſſent præſentialiter eſſentia. Simul etiam ſcit omnia, quia videndo ſe qui ſibi præſens eſt, omnia videt: perfectè quoque, quia cognitio eius nec poteſt augeri, nec minui. Scit & immutabiliter, quia noſcit omnia per naturam ſui intellectus, qui eſt immutabilis. Dicendum ergo, quòd Deus cognoſcit temporalia æternaliter, mutabilia immutabiliter, contingentia infallibiliter, futura præſentialiter, dependentia independenter, creata increatè. Alia verò à ſe, in ſe, & per ſe. Nota differentiam inter ſcientiam Dei, Chriſti, angeli, & hominis: quia Deus ſcit omnia ſimul, videt enim multa in vno, id eſt, in ſeipſo: vnde in viſione Dei non differt id quod videt, & per quod videt, ſicut in homine, qui videt per oculum: quia videt ſe per ſe, & in ſe videt omnia. Chriſtus autem ſecundum quòd homo

Scientia Dei, Chriſti, angeli, hominis. Deus videt ſe per ſe. Chriſtus ſecundum quòd homo quid ſciat.

Angelus Quid ſciat. Homo quid ſciat

mo ſcit omnia, qoæ ſcit Deus ſcientia viſionis, liceenon ita lympidè ſicut Deus. Angelus verò deiformem habet intellectum cum Deo, id eſt, illa quæ ſcit, ſcit ſimul actu & ſcientia viſionis, ſicut Deus: licet neſciat omnia quæ ſcit Deus: ſed homo vnum ſolum ſcit actu, quia licet videat multa, illa tamen non videt vno actu videndi, ſed multis, id eſt, per multas rerum ſimilitudines.

Sapientia Dei multipliciter dicitur.

Sapientia Dei licet in ſeipſa non diuerſificetur, diuerſa tamen ſortitur nnmina: inquantum enim ſapientia Dei cognoſcitiua eſt poſſibilium, dicitur ſcientia, ſiue cognitio. Item inquantum eſt cognoſcitiua omnium, quæ fiunt in mundo, dicitur eſſe viſio: inquantum eſt cognoſcitiua eorum quæ bene fiunt, dicitur approbatio: inquantum eſt cognoſcitiua futurorum, dicitur præuiſio: inquantum eſt cognoſcitiua eorum quæ ab ipſo Deo facienda ſunt, dicitur diſpoſitio: inquantum eſt cognoſcitiua præmiandorum, dicitur prædeſtinatio: inquantum eſt cognoſcitiua damnatorum, dicitur reprobatio. Cognitio diuina cum ſit perfectiſſima, omnia cognoſcit diſtinctiſſime ſub omnibos conditionibus, quas res habent, & propter hoc futura ſcit futura, præſentia præſentia, & bona approbanda, malaque reprobanda. Si autem ſcire volueris qualiter Deus cognoſcit mala, notandum

Cognoſcit Deus mala & bona, & quomodo. Malum eſt priuatio.

quod contingit aliquid cognoſci dupliciter, aut per ſpeciem propriam, aut per ſpeciem alienam. Primo modo cognoſcitur habitus, ſecundo modo priuatio. Item primo modo cognoſcitur lux, ſecundo modo tenebræ. Eodem modo dicendum eſt, quod primo modo cognoſcitur bonum: ſecundo malum, ſcilicee per ſpeciem oppoſiti habitus. Nihil enim eſt malum, niſi boni priuatio. Vnde dicendum eſt, quod Deus cognoſcit bonum per vnicum medium, ſcilicet per propriam eſſentiam, mala aorem per doplex medium: nam pee eſſentiam ſuam cognoſcit habitum oppoſitum malitiæ, & illo habitu mediante, vt eſt in ipſo Deo cognoſcente, cognoſcit defectum eius: & ideo dicitur mala à longè

Pſal. 137.

cognoſcere, vnde Pſal. Et alta à longè cognoſcit, id eſt, mala.

CAPVT XXX.

De prædeſtinatione.

Definitur prædeſtinatio.

PRædeſtinationis diffinitiones aſſignantur ab Aug. quatuor: prima eſt. Prædeſtinatio eſt præſcientia beneficiorum Dei: ſecunda eſt, Prædeſtinatio eſt alicuius ad gloriam præordinatio: tertia eſt, Prædeſtinatio eſt propoſitum miſerendi: quarta eſt, Prædeſtinatio eſt præparatio gratiæ in præſenti & gloriæ in futuro.

Prædeſtinationis cauſa quadruplex. Rom. 1. Epheſ. 1. Rom. 8.

In prima diffinitione notatur diuina cognitio, in ſecunda electio, in tertia voluntas, in quarta directio in finem. Prædeſtinationis cauſa efficiens Deus eſt quantum ad effectus notatos in nomine prædeſtinationis. Materialis autem cauſa eſt ille qui prædeſtinatur, ſed formalis eſt modus, vel ordo prædeſtinationis, quia primò datur gratia, & poſt hoc gloria. Cauſa finalis eſt vt ſimus ſancti & immaculati in conſpectu Dei. Nota differentiam inter hæc, quæ ponit Aug. ſcilicet vocationem, iuſtificationem, prædeſtinationem, & magnificationem. Vocatio enim retrahit à malo. Iuſtificatio reſpicit initiale bonum gratiæ. Prædeſtinatio reſpicit gratiæ bonum finale. Magnificatio vero eſt bonum gloriæ futuræ. Vel dicas, quod prædeſtinatio per gratiam præparat. Vocatio gratiam offert. Iuſtificatio illam confert, ſed Magnificatio per gratiam gloriam multiplicat. Sciendum, quod duplex eſt actio in diuinis ſicut in naturalibus.

Actio duplex in diuinis. Prædeſtinatio non imponit rebus neceſſitatem ſequentem.

Vna ponit aliquid in re extrà, vt calor ignis. Alia non, vt viſio: & ſic viſio in diuinis eſt duplex actio. Alia non, vt prædeſtinatio, quæ non infert rebus neceſſitatem: ſicut verbi gratia, Deus ſcit ſi iſte ſit comeſturus hodie, vel non: nihilominus iſte habet poteſtatem comedendi; & manum ad os porrigendi: quia ſi prædeſtinatio rebus neceſſitatem imponeret, multa ſequerentur inconuenientia: nam fruſtra proponerentur bonis præmia, & malis ſupplicia. Item iniuſtè remunerarentur boni, & punirentur mali. Item malorum noſtrorum Deus author eſſet. Item nec ſperandi aliquid, nec ſupplicandi vlla eſſet ratio. Item euacuaretur libertas arbitrii, quæ ſe habet ad vtrunque. Item nec bona facientes eſſeot laudabiles, nec mala facientes vituperabiles.

Eccl. 11. Mat. 25. Ioan. 1. Pſ. 118. Eccl. 31.

Quomodo intelligitur in ſenſu compoſito & diuiſo.

Sciendum tamen quod hoc eſt duplex. Si Deus præuidet hoc, hoc neceſſariò eueniet, quia coniunctum eſt vera, diuiſim falſa: & eſt ibi neceſſitas conſequentiæ, non conſequentis: quia licet ibi ſit habitudo, ſiue illatio vnius categoriæ ad aliam, non tamen neceſſe eſt quod ipſius termini ſint actu: verbi gratia. Si homo eſt, animal eſt: neceſſitas eſt conſequentiæ, non conſequentis: nam hoc poteſt non eſſe, cum materia tamen ſtabit: & de boc habemus exemplum Boët. in lib. de conſ. Si aliqnis videt, aliquem facientem rotam, neceſſe eſt quòd iſte faciat rotam, nec tamen viſus eius eſt cauſa illius factionis: ſic Deus videt mala illius opera, nec tamen eſt cauſa quare malè operetur, veruntamen fiet ſi præuiſum eſt.

Deus non eſt cauſa mali.

Item bonum exemplum. Si aliquis haberet oculum tantæ perſpicacitatis, vt videret futura, non ideò ligaret res ad euentum. Item artifex in materia nodoſa bene videt defectum effectus, nihil tamen eſt cauſa effectus.

Duæ paginæ libri vitæ.

Item duæ ſunt paginæ libri vitæ. Vna eſt præſentis iuſtitiæ, à qua poteſt quis deleri. Alia eſt diſpoſitionis æternæ, de qua nullus delebitur. Differentia eſt inter prædeſtinationem & præſcientiam: quia prædeſtinatio eſt præcognitio bonorum cum cauſalitate eorumdem, ſed præſcientia dicit præcognitionem malorum, ſine cauſalitate, quæ potius reſidet penes liberum arbitrium.

Quomodo iuuatur à ſanctis prædeſtinatio.

Cum dicitur à ſanctis, quòd prædeſtinatio orationibus adiuoatur, non eſt ſic intelligendum quod temporale cauſet æternum: ſed hoc quantum ad effectum prædeſtinationis iuuat oratio,

 ſcilicet,

Deus prauidet ſaluandum, & modum ſaluandi.

ſcilicet, quantum ad gratiam & gloriam, quia ſecundum illa bene coopetatur liberum arbitrium prædiſtinationi: vnde ſicut Deus aliquem ſaruandum præuidet, ſic & modum quo ſaluari debeat: propter quod ſtultus eſt, qui dicit, Volo facere quod placuerit, quia ſi ſaluari debeo, ſaluabor: vel ſi damnari, damnabor. Sicut ſtultus eſſet infirmus, qui diceret, Volo comedere & bibere quod placuerit: quia ſi curari debeo, curabor: vel ſi mori debeo, moriar: ſic enim inutiles eſſent & medici & medicinæ. Sanè ſi Deus permittit liberum arbitrium, quod ſe habet ad vtrumlibet, in malum cadere, hoc non permittit, niſi iuſtè. Rurſus ſi per gratiam præueniat, nulli facit iniuriam. Cùm ergo Deus malos damnat, & reprobat, operatur ſecundum iuſtitiam: quando verò prædeſtinat, agit ſecundum gratiam & miſericordiam, quæ non excludit iuſtitiam. Voluntate autem prima volt Deus omnem hominem ſaluum fieri, inquantum homo eſt. Voluntate autem ſecunda non vult iuſtum hominem reprobum, inquantum ipſe eſt talis. Voluntas igitur antecedens reſpicit ordinem naturæ in finem, prout à Deo condita eſt: voluntas verò conſequens reſpicit ordinem perſonæ, prout eſt libero arbitrio ſuo, vel alieno in finem diſpoſita. Hæc de realitate dicta ſunt: ſed logicè loquendo, cùm ſaluatio hominis ſit contingens, de neceſſitate determinari non poteſt: quod enim poteſt eſſe & non eſſe, contingens eſt, non neceſſarium, ſicut Philoſophus dicit in lib. 2. Peri her. Si verò quæritur quare Deus hunc prædeſtinauit, ſiue elegit, & non illum? hoc inexplicabile eſt in hac vita mortali: propter hoc enim exclamat Apo. ad Rom. O altitudo diuitiar. ſap. & ſcientiæ Dei, quàm incom. ſunt iu. eius, & inueſtig. viæ eius. Si enim dicimus, quòd reprobi repellunt gratiam, hoc verum eſt, ſed ſi eſſent prædeſtinati, non repellerent finaliter. Vnde Auguſt. libro de prædeſtinatione ſanctorum. Gratia, inquit, quæ occultè humanis cordibus attribuitur, à nullo duro corde reſpuitur: ideo quippe tribuitur, vt duritia cordium auferatur.

1. Tim. 2.

Contingens quid ſit.

Quæſtio inexplicabilis.

CAPVT XXXI.

De præſcientia & reprobatione.

Reprobatio quid ſit. In reprobatione tria.

Reprobatio eſt, vt ait Augu. præſcientia iniquitatis quorundam, & præparatio damnationis eorundem. Vnde nota, quòd in reprobatione tria ſunt. Vnum eſt præuiſio iniquitatis ab æterno: alterum obduratio, id eſt, ſubtractio gratiæ in præſenti: tertium eſt præparatio pœnæ æternæ in futuro. Si ergo quæritur, vtrum reprobatio habeat cauſam ex parte hominis, quantum ad primum meritum hominis non eſt cauſa: quoad ſecundum cauſa eſt meritoria & effectiua: quoad tertium cauſa eſt meritoria, ſed non effectiua. E contra in prædeſtinatione ſunt tria contraria: ſed in hoc eſt differentia, quia prædeſtinatio præparat gloriam ſecundum beneplacitum, ſed reprobatio præparat pœnam ſecundum exigentiam meritorum. De obduratione ſciendum eſt, quòd tranſlatiuè dicitur ſecundùm ſimilitudinem obdurationis in corporibus. Duritiam autem corporum ſequitur triplex proprietas, primum eſt inhabilitas ad ſuſcipiendum impreſſionem: ſecundum eſt ſtabilitas ad permanendum in ſe: tertium eſt fortitudo ad reſiſtendum. His modis dicitur cor obdurari tripliciter. Vno modo per inhabilitatem ad ſuſcipiendam gratiam. Secundo per infirmam adhæſionem ad peccatum. Tertio modo per rebellionem diuinarum inſpirationum, & mandatorum Dei. Vnde quærendum eſt, vtrum præſciti à Deo poſſint demereri, & è contrario? Ad quod dicendum, quòd ſcientia Dei comparatur ad res creatas, ſicut ars ad artificia: vnde ſicut ars non ſolùm eſt cognoſcitiua, ſed etiam factiua eorum, quæ ſecundum artem fiunt: eorum verò quibus ab artis regulis deuiatur, eſt cognoſcitiua tantum: ita & ſcientia Dei eſt cognoſcitiua & factiua omnium bonorum: malorum autem, ſiue peccatorum, quæ ſunt deuiationes quædam ab æterna lege ipſius, ſcientia Dei eſt cognoſcitiua tantum, non autem cauſatiua: & ſic patet, quòd boni, qui per gratiam iuſtificantur, non ſolùm ſunt ab æterno cogniti à Deo, ſed etiam ad gratiam habendam. Peccatores autem neque iuſtificantur per gratiam nec ſunt electi, vel ordinati à Deo ad culpam, ſed ſolum ſciti quòd non ſunt gratiam habituri, ſed ſuæ naturæ relinquendi: & quia non omne agens poteſt in id quod eſt ſupra ſe, natura ſibi relicta non poteſt in actum meritorium, qui eſt ſupra facultatem naturæ: poteſt autem in actum peccati, qui eſt demeritorius, ſicut & in aliquid infra naturam humanam exiſtens, homo enim peccando deſcendit à dignitate ſuæ naturæ: & ſic patet, quòd præſciti poſſunt demereri facilius, quàm mereri.

In prædeſtinatione tria.

Obduratio quomodo dicatur.

Obduratur cor peccatoris tripliciter.

Præſciti à Deo an mereri, vel demereri poſſint.

Præſciti poſſunt potius demereri quàm mereri.

CAPVT XXXII.

De voluntate Dei.

Voluntas duplex in Deo.

Voluntas Dei duplex eſt, ſcilicet voluntas ſigni, & beneplaciti. Voluntas beneplaciti eſt duplex, id eſt, antecedens: de hac vide ſupra cap. proximo: quæ ſæpe non expletur: & conſequens & hæc nunquam remanet inexpleta. Alia eſt voluntas ſigni, & hæc quandoque remanet inexpleta. Huiuſmodi ratio eſt, quia voluntas Dei poteſt ſumi dupliciter, vel propriè: ſic accipitur voluntas beneplaciti, vel metaphoricè, & ſic accipitur voluntas ſigni. Primo modo dicitur Deus aliquid velle, & hoc velle ipſe Deus eſt. Secundo modo metaphoricè eſt ad modum volentis ſe habere, & hoc

Voluntas Dei quot modis accipitur.

hoc velle non eſt Deus. Hæc igitur diuiſio non rei, ſed vocis eſt, ſicut ira poteſt dici, vel propriè motus iræ, vel metaphoricè ſignum iræ. Voluntas beneplaciti Dei conſequens eſt recta efficax, & irreprehenſibilis: vnde quia eſt recta, nullus eſt rectus, niſi conformetur ei. Item quia eſt efficax: nihil ſine illa poteſt effici, nihil contra illam poteſt fieri: per nullum poteſt impediri. Item quia irreprehenſibilis eſt, nihil præcipit aut permittit niſi iuſtè: nil agit aut conſulit, niſi bene.

Voluntatis beneplaciti ſigna quinque, & quæ.

Signa beneplaciti ſunt quinque, ſcilicet præceptio, prohibitio, conſilium permiſſio, & operatio: quorum numerus ſic accipitur. Voluntas diuina propriè loquendo, aut præſentium, aut futurorum eſt. Si reſpectu præſentium, aut id eſt bonum, & ſic eſt impletio: aut malum, & ſic eſt permiſſio. Si reſpectu futurorum, ſic eſt triplex. Aut eſt malum, & ſic eſt prohibitio: aut bonum neceſſarium, & ſic eſt præceptio: aut bonum ſupererogationis, & ſic eſt conſilium. Contra tria prima poteſt aliquid fieri: quia ſe habent vt in fieri: ſed contra duo vltima, ſcilicet permiſſionem, & operationem, nihil poteſt fieri: quia ſe habent, vt in facto eſſe: & quod perfectum eſt, non poteſt non fieri.

Præceptum, prohibitio, & conſilium quid.

De his ſignis nota, quòd præceptum dicit obligationem ad faciendum bonum: prohibitio dicit obligationem ad vitandum malum: conſilium dicit doctrinam, per quam ſcimus, quòd id quod conſulitur, ſi fiat, affert præmium, ſi non fiat, affert ſupplicium. Permiſſio dicit priuationem cohibitionis, & eſt ſignum diuinæ voluntatis, non reſpectu mali, quod permittitur, ſed reſpectu boni, quod ex malo permiſſio dicitur.

Permittit Deus malum, & quare.

Non enim permittit Deus malum fieri, niſi ex ſeipſo aliquod bonum eliciat, vt patet in tentationibus diaboli, quæ proſunt multipliciter ſanctis. Præterea ſi non eſſet malum, non eſſet in

Tob.12.

bono pulchritudo, niſi abſoluta: nunc verò propter comparationem ad malum clarius eluceſcit. Operatio notat factionem in re, per quam refertur creatura ad creatorem. De conformitate voluntatis noſtræ ad Deum,

Conformitas ad Deum duplex, & quomodo.

ſciendum eſt, quòd duplex eſt conformitas, ſcilicet proportionis, & proportionalitatis. Primo modo eſt conformitas voluntatum in ſe ſecundum rationem eſſentiæ, & ſic eſt impoſſibile hoc modo: quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Secundo modo eſt conformitas, quæ eſt ſecundum ſimiliter ſe habere: quod fieri poteſt. Poſſibile eſt enim idem volitum eſſe, aliàs vtrobique, vt ſcilicet homo velit id, quod Deus, ſecundum velle, quo vult nos velle Deus,

In forma volendi conformandum & quare.

quòd ſi hanc attendimus in forma volendi, tunc ſi volumus habere mercedem noſtri operis, oportet quòd ſemper conformemur ei in forma volendi. Si autem quæritur, vtrum abſolutè teneamur? dicendum eſt, quòd conformitas eſt quædam in actu, ad quem non tenemur, niſi habita charitate, nec tunc niſi pro tempore & loco, vt quando quis cogitat Dei veritatem, ſcilicet articulos fidei, tenetur credere: quando cogitat Dei bonitatem, tenetur diligere.

Conformitas habitualis.

Eſt alia conformitas in habitu, ad quam non tenetur quis, niſi quando actu Dei bonitatem recogitat, quia tunc tenetur ſe ad charitatem Dei præparare.

Conformitas in volito.

De conformitate autem in volito, ſciendum quòd voluntate ſenſualitatis non tenemur conformari voluntati diuinæ nec in volito, nec in forma volendi. Voluntas enim ſenſualitatis tantum eſt in animatis, vnde quantum ad hoc nos hac voluntate non peccaremus, ſi ratio huic voluntati iuncta non foret, cuius eſt animalitatem reprimere, ſed voluntate rationis deliberatiua tenemur Deo conformari in volito, quod conſtat nobis Deum abſolutè velle, vt ſalutem noſtram, vel congruit nobis, velle. Si verò non congruit nobis, quamuis bonum ſit in ſe, non

Quid cum Deo volendum.

vult Deus, id nos velle: vnde hoc non tenemur velle, niſi inquantum eſt volitum à Deo: vnde ſi ſcio Deum velle mortem patris mei, tamen poſſum vitam velle, & laborare ad hoc, quia non vult Deus velle me patri meo contrarium. Item voluntate conditionata non tenemur Deo conformari, vt quando pluit vellemus quòd non plueret, ſi Deus vellet: quia volendo conditionaliter non diſcordamus à voluntate Dei: quia hoc non eſt

Sententia Dei quando mutatur.

velle ſimpliciter. Item id quod Deus non vult ſimpliciter, & abſolutè, vt ſententiam comminationis, quam aliquando mutat, quando merita mutantur, non tenemur velle. Conformitas diuinæ voluntatis quadrupliciter poteſt conſiderari ſecundum habitudinem quatuor cauſarum. Primò ſecundum cauſam materialem, vt quãdo idem eſt volitum quod ſe habet vt materia, circa quam eſt actus voluntatis, & ideo iſta conformitas eſt ſecũdum quid tantum, & non ſimpliciter, quia eſſe ſimpliciter, non eſt à materia, vel forma. Secundo modo accipitur conformitas ſecundum cauſam efficientem, ſicut quando aliquis vult hoc, quod Deus vult eum velle, quia Deus hanc voluntatem in eo facit. Deus enim vnamquamque voluntatem in bonum ordinauit: & hoc vult nos velle Tertiò ſecundum cauſam finalem, vt quando quis in gloriam Dei ſua facta ordinat, propter quam & Deus facit omnia: & in his duobus eſſentialiter omnis conformitas conſiſtit. Quartò ſecundum cauſam formalem, vt ſcilicet ex charitate velit quis quod vult, ſicut & Deus ex charitate vult omnia: & in iſto conſiſtit perfectio conformitatis, vt ſcilicet actus voluntatis noſtræ tanto ſit voluntati diuinæ conformior, quanto eſt melior & perfectior. Ex prædictis colhge, quòd perfecta, ſeu completa conformitas ad Deum

Conformitas ad Deum quatuor comprehendit, & quæ.

comprehendit quatuor. Primò vt velimus, quòd Deus vult: ſecundò vt velimus, quod vult nos velle: tertiò vt velimus propter quod vult: quartò vt velimus eo modo, quo vult. Sed conformitas non plena eſt triplex. Primò conformatur quis Deo in volito tantum, ſicut & Iudæi conformes erant Deo in morte Chriſti. Secundò ſi conformetur quis

Ioan.11.

in volito, & in fine, ſed non in modo, vt quando quid non fit ex charitate. Tertiò quando quis conformatur in volito, & in

modo,

modo, ſed non in fine, vt cùm ad alium finem bonnm, tantùm retorquetur intentio.

CAPVT XXXIII.

De iuſtitia Dei

Iuſtitia Dei quibus modis ſumatur.

IVſtitia Dei tribus modis ſumitur. Primo modo, quando redditur alicui quod meruit. Secundo modo, quando promiſſum ſoluitur. Tertio modo, quando imperfectum perficitur. Primo modo, remuneratio bonorum, & punitio reproborum eſt opus iuſtitiæ. Secundo modo, incarnatio Chriſti opus eſt iuſtitiæ, quia promiſſum fuit hoc per Prophetas. Tertio modo dicitur opus iuſtitiæ, quando Deus peccatorem iuſtificat, cùm ſe ad gratiam habilitat, faciendo quod in ſe eſt. Nota, quod in omnibus operibus Dei inuenitur iuſtitia, & miſericordia: ſed iuſtitia quandoque eſt occulta, & miſericordia manifeſta, vt in iuſtificatione impij, & in primo aduentu Chriſti. Aliquando eſt è contrario, ſcilicet aperta iuſtitia, & occulta miſericordia, vt in punitione paruulorum, ſine baptiſmo decedentium, & in ſecundo aduentu Chriſti. Aliquando vtrumque eſt occultum, vt in tribulatione licet iuſtorum & innocentum, ſicut fuit in Iob, & in infirmitatibus paruulorum. Aliquando vtrumque eſt apertum, vt in remuneratione iuſtorum, & damnatione reproborum: quia illos remunerat ſupra meritum, & iſtos punit citra condignum: quod eſt miſericordiæ: ſed vtriſque retribuit ſecundum merita, hoc eſt, bonis bona, & malis mala, quod eſt iuſtitiæ. Si vis ſcire qua iuſtitia puniatur homo pro peccato momentaneo æternaliter, vide primo authoritates Iſaiæ, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Pſal. Ibunt in progenies patrum ſuorum, & vſque in æternum non videbunt lumen. Matth. Ite maledicti in ignem æternum. Apoc. Aſcendit fumus eorum in ſæcula ſæculorum. Item Gregorius in quarto dialogorum. Si Deus non plus attenderet cor, quàm facta, iniuſta poſſet dici talis iuſtitia. Sed quia Deus intuetur cor, iuſtum eſt vt ſine fine puniantur, qui nunquam vellent viuere ſine peccato. Rationibus idem oſtenditur. Quia enim homo peccauit in ſuo æterno, meritò punietur in æterno Dei. Item materia ignis eſt æterna, ſcilicet macula peccati: ergo & pœna. Item peccatum eſt contra illum qui eſt infinitus: ergo pœna debet eſſe infinita: ſed hoc non poteſt eſſe acerbitate: vnde oportet, quòd fiat diuturnitate. Item cum homo peccat, errat in infinitum quodammodo rationalis, iraſcibilis & concupiſcibilis, quando finitum præponit infinito: illa quidem iudicando, iſta adhærendo, & vltima appetendo: vnde congruè debet eſſe pœna infinita. Item mala voluntas reproborum æterna eſt: ergo & pœna. Item oſtenditur exemplis: quia venditio momentanea dat ius poſſidendi perpetuum: & vulneratio momentanea cicatricem infert perpetuam. Item caſus in foueam temporalis eſt, detentio perpetua. Item effoſſio oculorum temporalis eſt, & cæcitatem operatur perpetuam. Item crimen læſæ maieſtatis temporale eſt, ſeruitus perpetua. Item potio veneni momentanea, mortem operatur perpetuam. Dicit Auguſt. quod reddit Deus mala pro malis, hoc eſt, pœnam pro peccatis, pro iuſtitia, quia iuſtus eſt: vel reddit bonum pro malis, hoc eſt, gratiam iniuſtis, quoniam bonus eſt: vel reddit bona pro bonis, hoc eſt, gratiam pro gratia, quia iuſtus & bonus eſt: nunquam reddit mala pro bonis, quoniam iniuſtus non eſt. Aliquis punitur in præſenti propter ſeipſum, vt ſcilicet peccatum præteritum in eo purgetur. Ioan. Ecce ſanus factus es, vade & amplius noli peccare. Item vt propter peccatum perpetuo cruciertur tam hic quàm in futuro. Exemplum habes de Herode & de Antiocho. Item vt culpa declinetur, vt in Paulo, qui cæcatus fuit perſecutor, vt poſt illuminaretur medicus prædicator. Ad Corinth. Ne magnitudo re. ex. me. &c. Item vt gloria in futuro detur. Act. Oportet nos per multas tribul. intra. &c. In primis duabus cauſis exercet Deus iuſtitiam, in duabus ſequentibus miſericordiam. Quintò, punitur quis propter Deum, ſcilicet vt glorificetur. Neque hic peccauit, neque parentes eius, &c. Sextò, punitur quis propter proximum, ſcilicet vt ædificetur: ſic fuit punitus Tobias, vt aliis daretur exemplum patientiæ: ſic puniuntur etiam innocentes pueri, ne videatur inconueniens peccatoribus, ſi quandoque tribulantur. Iuſto Dei iudicio puniuntur, qui vel conceſſis abutuntur, vt Adam: vel conceſſa rapere conantur, vt Lucifer.

Opera iuſtitiæ quæ & quot. Pſal. 24.

Cum puniatur homo pro peccato momentaneo æternaliter.

Iſa. 66. Pſal. 48. Matth. 25. Apoc. 14.

Infinitas in rationabili, concupiſcibili, & iraſcibili, quomodo.

Multiplex cauſa, quare homo in præſenti punitur. Ioan. 5. 2. Mach. 9. Act. 12. 1. Corin. 12. Act. 14. Ioan. 9. Tob. 2. Gen. 3. Iſa. 14. Apoc. 12.

CAPVT XXXIV.

De miſericordia Dei

Miſericordia quibus modis dicatur.

MIſericordia ſecundum etymologiam dicitur tribus modis. Primò dicitur miſeriordia quaſi miſeriam cordis diuidens, ſicut accipitur in illa authoritate. Cœli non indigent miſericordia, quia in eis nulla eſt miſeria. Secundum hunc modum miſericordia ſolummodo eſt in terra. Secundo modo dicitur quaſi mittens ſeorſum cordis rigorem, ſicut accipitur ibi. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: nam veritas per rigorem procedit, ſed miſericordia hunc rigorem temperat, remunerans ſupra meritum, & puniens citra condignum: ſic eſt miſericordia etiam in inferno. Tertio modo dicitur miſericordia, quaſi mira ſuauitas rigans corda, ſic miſericordia maximè eſt in cœlo. Licet enim Deus ſit iuſtus & miſericors, tamen dicitur ei proprium eſſe miſereri potius, quàm eſſe iuſtum: quia nihil requiritur ad complendum opus miſericordiæ, niſi voluntas eius: ſed ad complen-

Miſericordia in inferno, & quomodo.

dum opus iuſtitiæ requiritur etiam aliquid ex parte hominis, exigentia ſcilicet meritorum. Miſericordia Dei patet in effectibus diuinorum beneficiorum: dat enim te is veniam, dimittendo tam peccati reatum, quàm peccati ſequelas, de quibus duobus. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, quoad primum. Qui ſanat omnes infirmitates tuas, quoad ſecundum. Item largitur iuſtis gratiam, dando ſcilicet virtutis habitum, & virtutis motum, vt per primum faciat hominem Deo gratum, ac vita æterna dignum: ſed per ſecundum augeatur ei meritum. De his duobus Pſalmiſta. Qui coronat te in miſericordia, quoad primum: & miſerationibus, quoad ſecundum: & loquitur de corona gratiæ. Item confert ſanctis gloriam, & hoc dupliciter, quia nunc in ſpe, & tandem in re. De his Pſal. Qui replet in bonis deſiderium tuum, quoad primum. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, quoad ſecundum. Item ex miſericordia Deus patienter expectat peccatores, benignè reuocat, vlciſci diſſimulat, de multis periculis liberat, gratiam liberaliter donat, datam multiplicat, multiplicatam conſeruat, conſeruatam in cœlo præmiat. Item ex miſericordia Deus peccatorem ad ſe redeuntem hilariter ſuſcipit, ad pœnitendum cor emollit, offenſam citò remittit, iniuriæ poſt remiſſionem non meminit. Item ex miſericordia dat Deus aduerſa, vt peccatum purget: dat proſpera, vt ad amorem prouocet: dat ſacramenta, vt meritum cumulet: dat præcepta, vt præmio ditet. Item ex miſericordia errantes ad ſe reducit, euntes ad ſe conducit, cadentes erigit, ſtantes tenere non deſinit, peruenientes in gloriam introducit.

Miſericordia Dei effectus. Pſal. 102. Quid miſericordia iuſtis conferat hic & in patria.

Ibidem.

Rom. 9. Sapien. 11. Hier. 3. Dan 13. Luc. 15. Ezec. 18.

1. Petr. 2. Matth. 15

LIBER II.

De operibus conditoris.

CAPVT I.

De ipſa rerum creatione.

SVMMÆ bonitatis triplex eſt effluxio, ſcilicet per generationem, per ſpirationem, & per creationem. Duæ priores emanationes ſunt ab æterno, tertia eſt in tempore, de qua nunc eſt agendum. Inter creare, generare & facere differentia eſt: quia res de nihilo exit in eſſe per creationem, ſed exit in eſſe de aliquo per factionem: quia facere eſt operari de aliena materia: ſed de ſubſtantia exit in eſſe per generationem. Deus eſt rerum triplex cauſa, ſcilicet efficiens, exemplaris, & finalis, ſed nullo modo materialis. Inter operari Dei & creaturæ differentia eſt, quia Deus operatur in inſtanti, Angelus autem repentè, ſed natura paulatim. Prima rerum principia ſunt à Deo, & immediatè, ſcilicet materia & forma: effectus verò conſequentes ſunt ab ipſo mediante natura, nihil autem eſt à Deo immediatè tantum. Circa mundi creationem quatuor erant errores. Quidam dicebant mundum æternum. Alij dicebant mundum quidem factum, ſed habuiſſe materiale principium, & non eſſe de nihilo. Alij dicebant Deum ſuperiores creaturas per ſe produxiſſe, ſed inferiores per miniſterium Angelorum. Alij ponebant duo principia, ſicut Manichæi, vnum ſcilicet ſummè bonum, & aliud ſummè malum, dicentes incorruptibilia eſſe à bono principio, corruptibilia à malo. Hos omnes errores excludit Moyſes, primum, cum dicit, In principio, ſecundum, ibi, Creauit, tertium, quando dicit, Deus, quartum, cum ſequitur, Cœlum & terram. Tenendum eſt etiam, quòd Deus omnia ſimul creauit, nec aliquam nouã ſpeciem poſtmodum addidit, quam prius non fecerit, vel in ſe, vel in ſuo ſimili, vt hominum animas, vel in ratione ſeminali, ſicut patet in his quæ naturaliter introducuntur in eſſe: & hoc eſt quod dicitur Deum die ſeptima quieuiſſe, non quidem à labore, vel ab opere, ſed ſicut dictum eſt, à nouarum ſpecierum conditione. De operibus vero ſex dierum dicunt quidam, nunquam in illis debere intelligi ordinem temporis, ſed naturæ, quia dicunt omnia ſimul tempore fuiſſe facta, creata & diſpoſita, ac in ſuis ſpeciebus diſtincta. Alij dicunt omnia ſimul creata in materia, ſed non in tali forma ſicut in diebus ſequentibus receperunt, & hæc opinio magis ſequitur vltimam literam, ſed prima magis ſequitur rationem, Deus enim dupliciter operatur. Aliqua namque facit mediante natura, & hæc fiunt ſucceſſiuè: aliqua facit per ſe immediatè, vt creare, peccata dimittere, gratiam infundere, & huiuſmodi, & talia fiunt incontinenti, & perfectè, & completè. Cum ergo Deus primordiales res non produxerit mediante natura, ſed immediatè & per ſe, videtur quòd in inſtanti fecerit eas perfectas & completas, tam in materiã, quam in forma. Coæuæ ſunt quatuor hæ primitiuæ re-

rum

Effluxio bonitatis ſumma triplex. Creare, generare, facere differunt, & quomodo.

Errores circa mundi creationem.

Geneſ. 1. Eccl. 1.

Gene. 1.

Omnia facta in ſex diebus, & quomodo.

rum creaturæ, cœlum empyreum, Angeli, materia mundi, tempus.

CAPVT II.

De diſtinctione creaturarum in generali.

Creatura mundi multiplex. Corporalis naturæ diſtinctio.

CReatura mundi triplex eſt, ſcilicet corporalis tantum, vt elementa: ſpiritualis tantum, vt Angelus: compoſita tantum ex his, vt homo. Corporalis quoque natura diſtinguitur in corpora lucida, vt ſydera: & opaca, vt terra, & metalla, & huiuſmodi: atque perſpicua, ſiue diaphana, vt aër, & aqua. Creaturæ quædam ſecundum Greg. habent eſſe tantum, vt lapides: quædam viuere, vt arbores: quædam ſentire, vt animalia: quædam intelligere, vt homines & Angeli. Diſtinguitur autem triplex mundus, ſcilicet archetypus, id eſt, Deus: & dicitur archetypus ab archos, quod eſt princeps: & typus, quod eſt figura, id eſt, principalis figura, quia ipſe eſt exemplar mundi ſenſibilis. Item eſt mundus qui dicitur macrocoſmus, id eſt, maior mundus, vt eſt iſte mundus ſenſibilis. Item eſt mundus, qui dicitur microcoſmus, i. minor mundus, vt eſt homo. De his tribus Ioan. In mundo erat: ecce primum. Et mundus per ipſum factus eſt: ecce ſecundum. Et mundus eum non cognouit: ecce tertium. Differentia eſt inter elementum & elementatum, & quintam eſſentiam. Elementum eſt primum principium componibilium, non tamen compoſitum: vnde nec terra, nec aqua, nec aër, nec ignis purum elementum eſt & ſimplex apud nos, quia iſta inter ſe commiſcentur, & maximè in ea parte vbi ſe contingunt. Elementatum eſt quodlibet corpus compoſitum ex quatuor elementis. Quinta eſſentia eſt corpus per ſe differens ab omnibus elementis & elementatis, tam in materia, quàm in forma: tam in natura, quàm in virtute, non habens in ſe contrarietatem, vnde nec cauſam corruptionis. Opera ſex dierum prout Moyſes diſtinxit, moraliter ſic habentur. Significat enim rerum creatio de nihilo, impij iuſtificationem. Firmamenti operatio, boni propoſiti confirmationem. Aquarum congregatio, cordis adunationem. Syderum perfectio, exemplum bonæ operationis. Piſcium & auium formatio, ſtatum actionis & contemplationis. Hominis plaſmatio, rectitudinem intentionis. Poſtea verò ſequitur ſeptima dies, æternitatis ſcilicet requies. Eſt locus ſummus, id eſt, cœlum, vbi ſola lætitia eſt: & eſt infimus, id eſt, infernus, vbi ſola triſtitia: & eſt medius, ſcilicet mundus, in quo ſunt ſumma ſperanda, & infima timenda. Diabolus igitur à ſummo corruit & in imum detruſus eſt: quia reparandus non erat. Homo verò à ſummo non cecidit, & in medio collocatus eſt, vt eſſet ei locus quò aſcenderet per iuſtitiam, vel deſcenderet per culpam. Item Hugo de S. Vict. dicit, quòd aliquis locus eſt, in quo ſolum & ſummum bonum eſt, ſcilicet cœlum: aliquis in quo ſolum & ſummum malum eſt, ſcilicet infernus: aliquis in quo ſolum malum eſt, ſed non ſummum, ſcilicet purgatorium: aliquis in quo bonum & malum eſt, ſed neutrum ſummum, ſcilicet mundus iſte.

Mundus triplex.

Ioan. 1.

Differentia inter elementum & elementatum.

Quinta eſſentia quid ſit.

Opera ſex dierum exponuntur moraliter, & quomodo.

CAPVT III.

De diſtinctione orbium tam cœleſtium quam elementorum.

Machina mundi in quo conſiſtit. Cœli quot.

COrporalis mundi machina tota conſiſtit in duobus, ſcilicet in natura cœleſti & in natura elementali. Cœleſtis autem diſtinguitur in tres cœlos principales, ſcilicet in cœlum cryſtallinum, & empyreum, & firmamentum. Intra firmamentum quod eſt cœlum ſtellarum, continentur ſeptem orbes planetarum, qui ſunt Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Nomine autem cœli cryſtallini, ſiue aquei, intelligitur illa pars materiæ primæ, quæ ſecundum Philoſophum formata eſt in duos orbes, quorum ſuperior eſt primum mobile. Iſtorum orbium natura eſt, quod omnes mouentur, excepto empyreo, quod quietum eſt. Natura verò elementalis in quatuor ſphæras principales diſtinguitur, ſcilicet ignis, aëris, terræ & aquæ. Sphæra ignis tria habet interſtitia, ſcilicet ſupremum, quod vocatur igneum, & medium, ac infimum, quod vocatur olympium. Similiter aër tria habet interſtitia, ſcilicet ſupremum, quod vocatur æthereum, & medium, ac infimum, quod vocatur aereum, & in ſupremo eſt calor, & lux propter ſolis propinquitatem. Similiter eſt & in infimo, ſcilicet propter radiorum repercuſſionem à terra. In medio autem interſtitio, ad quod non poteſt pertingere repercuſſio radiorum, eſt frigiditas & obſcuritas, & ibi dicuntur habitare dæmones, qui detruſi ſunt in hunc aërem caliginoſum. Ibi etiam fiunt tempeſtates, tonitrua, grando, niues & ſimilia. Ex his collige ſeptem orbes terram & aquam ambientes, qui omnes poſſunt vocari cæli. Iſtos autē excellit cælum Trinitatis, ipſe Deus, qui eſt in omnibus, & ſuper omnes. Diſtantia dictorum orbium & planetarum hæc eſt, à terra vſque ad Lunam ſunt miliaria 15625. hæc ſunt ſtadia 1260. à Luna vſque ad Mercurium ſunt miliaria 7612. & ſemiſſe, à Mercurio vſque ad Venerem tantundem, à Venere vſque ad Solem ſunt 24433. à Sole vſque ad Martem ſunt miliaria 15625. à Marte vſque ad Iouem 6812. à Ioue vſque ad Saturnum tantundem. à Saturno vſque ad firmamentum 24422. Ex his colligitur, quòd à terra vſque ad cœlum ſtellarum ſunt miliaria 19375.

Ephеſ. 2.

Cœlum Trinitatis.

Pſal. 18.

Diſtantia orbium & planetarum.

CAPVT

CAPVT IV.

De natura cœlorum & ſuperiorum corporum.

Cælum quid

CÆlum eſt corpus purum,natura ſimpliciſſimum, eſſentia ſubtiliſſimum, incorruptibilitate ſolidiſſimum, quantitate maximum, qualitate lucidum, diaphaneitate perſpicuum, materia puriſſimum, figura ſpæricum, ſitu locali ſupremum, amplitudine creaturarum aliarum in ſe contentiuum. Iſtæ proprietates tam cœlo conueniunt empyreo, quàm primo mobili. Sed primum, hoc eſt, cœlum empyreum à motu eſt extraneum,beatorum ſpirituum habitaculum,ſpecialiter ſedes Dei nuncupatur. Cœlo autem cryſtallino ſpecialiter conuenit quod eſt motu velociſſimum ac in inferiora virtutis influxiuum. Eodem modo dicendum eſt de firmamento, quod plurimæ conueniunt ei de proprietatibus ſupra dictis, & inſuper eſt aquarum diuiſiuum, ac ſtellis decoratum. Corpora cœleſtia diuiduntur in lucentia, & non lucentia,ac diaphana.Nam corpus lucens eſt ſol, qui ſolus inter ſydera lucet. Sed non lucentia ſunt cæteræ ſtellæ & planetæ, quæ lumen ſuum à ſole mutuant. Corpora verò diaphana ſunt omnes ſphæræ cœleſtes.Item ſphæræ cœleſtes cum mouentur,non mutant locum,ſed mouentur in locis ſuis.Superiora influunt in inferiora virtutem motiuam, vegetatiuam, ſenſitiuam, ac omnium generabilium productiuã.Item licet careant qualitatibus elementalibus,non enim ſunt calida, vel frigida,ſicca, vel humida, tamen iſta cauſant in inferioribus, veruntamen non influunt ſuper liberum arbitrium nec habent virtutem immutandi hominis voluntatem: licet bene immutent, vel diſponant complexionem hominis aliquando, quæ voluntatem non habent quidem cogere, ſed magis vel minus in diuerſis hominibus inclinare.

Sydera lucentia, & non lucentia quæ.

Liberum arbitrium ab aſtris non patitur influxũ.

Operantur quoque corpora ſuperiora diſtinctiuam ſignificationem dierum ſecundum lumen ſolis, & diſtinctionem menſium ſecundum lumen lunæ,ac diſtinctionem annorum' ſecundum motum ſolis in aliquo circulo, atque diſtinctionem temporum ſecundum varium curſum planetarum, diſtantiam & curſum,aſcenſum,& deſcenſum,retrogradationem, & ſtatum. Circulus quidam eſt in ſphæra inter ſecans æquinoctium, qui interſecatur ab eodem in duas partes æquales, & vna medietas declinat verſus ſeptentrionem, alia verſus Auſtrum: & dicitur ille circulus zodiacus, à zoë, quod eſt vita: nam ſecundum motum planetarum ſub illa omnis vita rebus inferioribus eſt: vel dicitur à zodion, quod eſt animal: quia cum diuidatur in duodecim partes æquales,quælibet pars appellatur ſignum, & habet nomen ſpeciale à nomine animalis propter proprietatem aliquam conuenientem tam ipſi, quàm animali: vel propter diſpoſitionem ſtellarum ſitarum in illis partibus ad modum animalis.

Iſte verò circulus dicitur Latinè ſignifer, quia fert ſigna, vel quia diuiditur in ea: ab Ariſtot. verò in ſecundo de generatione dicitur circulus obliquus, vbi dicit, quòd ſecundum acceſſum & receſſum ſolis in obliquo circulo fiunt generationes & corruptiones in rebus. Nomina verò ſignorum, & ordinatio, & numerus in his verſibus notantur.

Signorum nomina & ordinatio.

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libraque, ſcorpius, arcitenens, caper, amphora, piſces.

CAPVT V.

De natura ſtellarum in communi.

STellæ ſupremæ in firmamento figuntur, & cum illo ſemper mouentur, materia ſunt puriſſimæ, figura ſphæriciæ, quantitate magnæ, apparentia paruæ, qualitate lucidæ, radiorum diffuſiuæ, rerum inferiorum generatiuæ, à ſole illaminationum receptiuæ, tanebrarum expulſiuæ, quantò nox obſcurior, tantò plus ſui manifeſtatiuæ, in præſentia ſolis, ſui luminis occultatiuæ, tempeſtatis & ſerenitatis concitatiuæ, viarum nauigantium directiuæ: quantò coniunctiores, tantò in communi lucidiores, ſed ſingulæ minus apparentes, vt patet in galaxia: claritate, & quantitate differunt ac virtute. Galaxia eſt multitudo paruarum ſtellarum, quaſi contiguarum illi loco orbis vbi diffunditur lumen ſolis. Fit autem eclipſis, cùm ſe ſoli luna ſubnectit, vt tenebras efficiat. Nota, quod omnes ſtellæ eclipſantur, & hoc à ſeipſis, vel à terra, vel à planetis. Planetæ dicuntur quandoque retrogradi, quandoque progreſſiui, quandoque ſtationarij, prout in epicyclis ſuis diuerſimodè mouentur. Planetæ ſunt ſydera inter cœlum & terram errantia, firmamento contrarium curſum agentia. Curſu, quem habent ab influxu primi mobilis, mouentur directè, ſed proprio curſu mouentur obliquè: non ſcintillant: ſinguli ſuos colores & circulos habent: & cùm circulos aliorum ingrediuntur, etiam illorum participant qualitatem, cum Sole intrantes occultantur: quantò terræ propinquiores, tantò circulos habent breuiores: quantò ſunt altiores, tantò curſus eorum naturalis videtur eſſe tardior. Corpora eorum non ſunt lucida vel perſpicua, ſed opaca. Alioquin non eclipſarent ſe inuicem. Motus primi mobilis, ſcilicet nonæ ſphæræ ab oriente in occidentem, rediens iterum in orientem, dicitur rationalis, ad ſimilitudinem motus rationis in microcoſmo, quando fit conſideratio à creatore per creaturas, rediens in creatorem, & ibi ſiſtendo: Secundus motus firmamenti & planetarum eſt huic contrarius, ab occidente in orientem rediens in occidentem, qui dicitur irrationalis, ſiue ſenſualis, ad ſimilitudinem microcoſmi, qui eſt à corruptibilibus ad creatorem, & iterum rediens ad corruptibilia.

Galaxia quid?

Eclipſis quomodo fit.

Stellæ eclipſantur & quomodo.

Planeta quid.

Motus primi mobilis.

Motus ſecundus.

C CAPVT

CAPVT VI.

De luce.

Lux quid.

LVx eſt, vt ait Philoſ. actus lucidi, ſecundum quod lucidum. Vnde ſciendum eſt, quod lux eſt qualitas corporis luminoſi, ſicut calor ignis. Lux quoque dat intentionale corporibus, vel coloribus ſicut intellectus agens phantaſmatibus dat eſſe intellectuale. Ipſa eſt medium deferens omnia, quæ à cœlo ad nos deſcendunt. Ipſa quoque mutuat corpus non lucens à lucido. Ipſa eſt ſecundum Philoſophum cœli purpura, maleficorum inimica, nauigantium directio, oculus noctis, facies omnium rerum. Lux, vt ait Aug. rectum habet inceſſum, & nullo modo incedit per eurnum. Hæc omnibus rebus, & decorem tribuit, & abſque illa cuncta ſunt ignota & abſcondita. Motus eius eſt ſubitus: quia ſine mora replet omnia. Hæc in ſuperficie corporis vmbroſi non ſe perfundit, ſed io corpore diaphano: vnde ſecundum corporis groſſitiem, vel ſubtilitatem magis & minus participatur. Lux enim ſine ſui diminutione vbique ſe diffundit. Plures proprietates lucis habes infra de Sole, quæ illi conueniunt inquantum lucet. Sciendum eſt, quòd lux vocatur in corpore luminoſo lux, ſed lumen, prout eſt in lucido, tranſparenti, ſplendor autem in terſo, & color prout eſt in corpore opaco, prout eſt communicans aliis.

Lux & lumē differunt.

CAPVT VII.

De planetis in ſpecie.

Saturnus.

SAturnus eſt à nobis remotiſſimus, frigidus, & ſiccus: hoc intelligas in effectu, ſicut in aliis planetis. Ex vicinitate eius calor ſolis temperatur. Ex coniunctione eius cum Ioue clarior efficitur, cum naturaliter ſit pallidus. Nociuus eſt: ipſo dominante tantam habet virtutem, vt ſi influat in inferiora, fœtus naſcitur mortificatus, aut debilis. Plus nocet retrocedendo, quàm procedendo. Moratur in quolibet ſigno triginta menſibus: ex quo ſequitur quod curſum ſuum complet, ſcilicet triginta annis.

Iupiter.

Iupiter eſt clarus, & quaſi ad inſtar lactis candidus: in qualitatibus eſt bene temperatus, quia calidus eſt & humidus. In ſuperiori parte ſuæ abſcidis temperat malitiam Saturni. Cum aſcenderit in circulum Saturni, contrahit pallorem, licet ſit clarus. In quolibet ſigno moratur per annum, & ita complet curſum ſuum in duodecim annis.

Mars.

Mars calidus eſt, & ſiccus, & ideo nociuus. Ex proprietatibus ſuis homines incitat, ac prouocat ad bellandum, ex interpoſitione Veneris & Iouis eius nociuitas reprimitur. Igneus apparet, & radioſus. In quolibet ſigno moratur quadraginta diebus.

Sol.

Sol dicitur decies maior terra, ſed ſecundum Ptol. eſt clx. vicibus maior terra, calidus & luminoſus, eclipſim patitur, communis eſt omnibus, nube celatur, ſolus per ſe lucet, quod nulli ſyderi magis competit: vnde & nomen accipit, ſtellas illuminat, & tamen eas per præſentiam ſuam apparentia ſui luminis priuat. Medius eſt planetarum, odioſus ægris oculis, ſed amabilis poris. Tempora diſtinguit, locis immundis non inquinatur, teſtea conſolidat, gelida reſoluit, flores aperit, fructus maturat, corpora diaphana penetrat, non quieſcit, viſum retundit, vapores eleuat, hemiſphæria viciſſim perluſtrat, appropinquans nobis æſtatem facit, recedens vero hyemem efficit, oculus eſt mundi. In quolibet ſigno moratur 30. dieb. & 10. horis, curſum per annum facit motu proprio, ſed diem perficit motu primi mobilis.

Venus.

Venus eſt lucifer, calidus & humidus: malitiam Martis temperat, ſemper comitatur ſolem: ſed cum præcedit, dicitur lucifer: quando ſequitur, dicitur veſper: colorem habet candentem, & refulgentem, electro ſimilem. Inter ſydera plus ſplendet, complet curſum ſuum in 348. diebus.

Mercurius.

Mercurius ſemper cum ſole graditur, nunquam ab eo plus 30. grad. diſtans. Colorem habet radiantem: raro propter vicinitatem ſolis cernitur: eloquentia ſub ipſo eſt, a quis dicitur dominari, & præeſſe ſeminibus, curſum complet 338. dieb.

Luna.

Luna noctem illuminat, lumen mutuat, augumentum patitur & detrimentum. Infima eſt inter planetas, eclipſim patitur & efficit, maculas habet, propter coniunctionem eius quam cum inferioribus habet. Item corniculata interdum apparet, ex eo quod pars eius illuminata à nobis abſconditur. Item regina cœli appellatur, quia Sol tanquam medius planetarum participat omnes proprietates omnium, & eas ad lunam cum lumine ſuo tranſmittit: ipſa verò luna quæcunqne à ſole ſicut recipit, ſic influit. Vnde quia per eam tali modo virtutes planetarum recipimus, merito regina cœli vocatur. His viſis patet, quod quando luna primo incenditur, optimum eſt ſemina iacere, quia tunc virtutes planetarum, quas inferioribus influit, incipit colligere: frigida eſt & humida, ſolem præcedens minuitur, ſed eundem ſequens creſcit, & ab eo elongatur: acceſſus & receſſus maris per eam cauſatur. Signa autem zodiaci quolibet menſe percurrit.

Luna regina cœli dicitur, & quare.

CAPVT VIII.

De quatuor elementis.

Ignis.

IGnis conſumit & incinerat, in ſimilitudinem ſuam ſibi appropinquantia conuertit, motum facit de centro ad circunferentiam, ardet, & lucet in materia aliena, ſed non in ſua ſphæra. Inferiora reducit ad ſuperiora, quia reſoluit terrea in aquoſa, aquoſa in aërea, aërea in ſe. Mollificat du-

ra, & indurat mollia, ſubtiliat, vt patet in reſolutione glaciei, & condeoſat lutum, deputat vt in auro: & corrumpit, ſicut ea, quæ conſumit: frigefacit per accidens, vt patet in aceto: eſt & penetratiuus, communicatiuus & diuiſiuus. Item ignis in ſphæra ſua non relucet, quia compactus non eſt. Nullum enim corpos diaphanum lucet, ſed potins eſt illominabile. Si autem ignis in ſphæra ſua compactus eſſet, eclipſaret omnes ſtellas, quæ ſupra ipſum ſunt. Ignis verò hic lucet apud nos propter materiam coadonatam, in qua eſt: & hoc patet, quia vna candela alteri opposita vmbram facit.

Aër. Aër eſt ſubtilis, mobilis, perſpicuus, per inſpirationem & reſpirationem, caloris cordis temperatiuus, decoratur volatilibus, locus impreſſionum, manſio ſpirituum damnatorum, eſt alterabilis, ſubtilis, leuis, atque rarus: non lucet, ſicut nec aliquod corpus diaphanum, ſed eſt illuminabilis.

Aqua. Aqua ſuper cœlos eleuator, piſcibus decoratur, tempeſtatibos ſubiicitur, omnes fontes & flumina ad mare continuantur, *Ecclef. 1.* ad locum vnde venerunt, reuertuntor. Aëri præbet aqua informationem, volatilium ornamentum & vegetabilibus nutrimentum, & optimè eſt terminabilis termino alieno, ſed minimè termino proprio. Aqua corpus eſt diaphanum, omnibus eſt communis, in cryſtallum congelatur, itim in nubibus cauſat, ſordes purgat, hortos irrigat, febricitantes ſua frigiditare, & humiditate delectat, naues vehit, lumen recipit, ad ſuum principium recurrit, loca vacua ſubit, lapides cauat, ignem extinguit, olim mundum purgauit. In mari rubro populo Dei ceſſit, de latere Chriſti fluxit, hanc Chriſtus in vinum mutauit, ac de ipſa baptiſmi materiam ordinauit.

Terra. Terra inter alia elementa eſt infima, nigra, magis deſpecta, ponderoſa, rotunda, elementis aliis circundata, maret fructuum, radix plantarum, nutrix animalium, ædificiorum fundamentum, mortuorum receptaculum, machinæ mundialis centrũ, concludit in ſe infernum, frigida, ſicca, opaca, corporis humani materia. Seruat metalla, centro tenetur, motu ex vaporibus incluſis concutitur, herbis & floribus ac arboribus ſuis albet, ac decoratur: circa eam motu circulari cælum cum ſyderibus voluitur, ab hominibus & iumentis calcatur. Horum quædam terræ competunt ſecundum eſſe ſuum, quædam ſecundum ſitum, quædam ſecundum contemptum, quædam ſecundum ornatum, quædam ſecundum vtilitatem.

CAPVT IX.

De impreſſionibus aeris.

Cometes quid ſit, & ad quid. COmetes licet appareat quaſi ſtella, non eſt tamen aliud quam vapor inflammatus ex vicinitate ignis. Hic comas luminis fundit, & dicitur ſignificare mutationem regum, aut bella, aut peſtilentias.

Corona quid ſit. Corona eſt albus circulus, qui quandoque apparet circa ſolem, vel lunam, aut ſtellas alias: & cauſatur ex reliquiis nubium per planetarum radios attractis & illuminatis. Talis autem circulus ſignum eſt ſereoitatis.

Aſſub. Aſſub duplex eſt, aſcendens ſcilicet & deſcendens. Aſcendens fit ex partibus vaporis inflammatis in ſupremo aeris, & videtur aſcendere, ſicut ſi euolarent ſcintillæ de fornace. Aſſub vero deſcendens eſt ignis retentus in nube, qui tamen expellitur obuiante nube frigida, & cadit continuè, propter quod videtur quod ſtella cadens ſit longa, quia relinquit veſtigia caſus poſt ſe. Lumeo quod videtur de nocte diſcurrentibus ſe præcedere, eſt vapor contractus deſcendens, qui cum nihil obuiat, confricatione ſui ipſius ſubit, & aliquandiu ſtat in aëre.

Draco. Draco dicitur vapor fortis conglobatus, qui eſt nubes frigida ad latus vnum, & calida ad aliud, & tunc propter conuenientiam ad calidum, trahitur ad illud, & ita incenditur pars anterior: & hæc videtur quaſi ſpiramen draconis, media verò pars incuruator vt ſerpens, & volat ſemper ad latus vbi calidum circunſtat ipſum.

Nubes. Nubes fiunt quando à virtute ſolis extrahuntur humores, ſeu vapores de aqnis & paludibus, & locis humidis & feruntur ſurſum.

Nebula. Nebula eſt id quod ex nubibus aquam pluentibus relinquitur: & ideo ſecundum Ariſt. ſignum eſt ſerenitatis.

Caligo. Caligo eſt vapor tenebroſus, quem vulgo appellant nebulam. Iſte vapor non eleuatur, ſed priuſquam conuertatur in nubes, vel in pluuiam, exprimitur, & remanet iuxta terram.

Ros. Ros eſt id, quod deſcendit ex vapore paruo, & in deſcenſo ſuo traditur in paruis minutiis.

Pluuia. Pluuia eſt aqua deſcendens ex nubibus reſolutis, velocitatem habens ſuæ deſcenſionis, & hoc guttatim.

Pruina. Pruina eſt ex vapore rorido, quæ congelatur antequam ex ipſo reſoluatur aqua. Nix generatur in nube calidiſſima, cuius congelatio ſimul fit cum conuerſione in aquam: & ideo partes eius non inſpiſſantur.

Grando. Grando generatur ex nube calidiſſima virtute ſolis multum eleuata, quæ poſtquam in aquam reſoluitur, tunc demum in medio interſtitio aëris congelatur.

Tonitruum. Tonitruum eſt ſonus vaporis ſicci egredientis de nube humida, vel in nube frigida & humida, & ſcindit quidquid inuenit.

Iris. Iris eſt lumen ſolis receptum in nube concaua, & aquoſa, ac ſoli ex aduerſo oppoſita.

Glacies. Glacies eſt aqua congelata.

Ventus. Ventus eſt vapor terreus aëris ſuperiora tranſcendens, & aërem fortiter percutiens & impellens.

Venti quatuor. Venti ſunt quatuor principales, ſcilicet, *Solanus.* ſubſolanus ab oriente, temperatus, habens à dextris vulturnum deſiccantem, à ſiniſtris eurum, nubes generantem.

Auſter. Item à meridie eſt auſter calidus, qui fulmina gignit, & pluuias largas, habens à dextris Africum calidum, à ſiniſtris nothum temperatum quidem, ſed peſtilentias inducentem.

Aquilo. Item à ſeptentrione eſt aquilo frigidus, habens à dextris Thraſciam niues facientem & grandines, & à ſiniſtris boream nubes conſtringentem, ac pluuias prohibentem. Item ab occidente eſt

Zephirus.

Zephitus flores producens, habeos à dextriscircium, tempeſtates & pluuias ac tonitrua generantem, à ſiniſtris fauonium in orienre oubila, ſed ſerena in meridie facientem.

Turbo.

Turbo eſt veutus egredieos de uube in ſeipſum raflexus, vel duo venti lateraliter ſibi occurrenres, ſeſeque iuxta terram orbiculariter inuoluentes.

Terramotus.

Tettæmotos eſt vapor groſſus extractus de profundo terræ, non potens exire ſuperficiem terræ propter illius ſoliditarem: ſicque coarctarus io ioterioribus concauitatibus terram coocutit.

CAPVT X.

De tempore.

Tempus hic & nō in cælo.

TEmpus eſt meuſura motus primi mobilis & retum mobilium. Et hoc patet, quia hic eſt tempus, & non jn cælo ſecùndum ſuam ſubſtantiam: quia hîc mutantur omnia, uou ibi: hic eſt enim ounc hyems, uunc æſtas, nunc pax, nunc diſcordia, nunc tranquillitas, nunc tempeſtas. Murabilitas rerum oſtenditur in hoc, quod ea quæ præcipuè mundus amplectitur, ſcilicet ſapientia & potentia in Orieote inceperunt, & terram habitabilem percurrerunt vſque ad Occidentem, in ſignum quod omnia tendunt ad occaſum.

Studium vbi inceperit.
Regna vbi primum.

Nam ſtudium ſapientiæ cœpit in Ægypto, poſtea fuit in Græcia, poſt hoc Romæ, deinde in Francia & iu Auglia. Similiter regna primo fuerunt in Oriente, poſt in Græcia, poſt apud Romanos, nunc poteſtas imperij reſidet in Germania.

Iacob. 4.
Iſa. 36.

Propterea Iacobus comparat vitam noſtram & hæc mutabilia vapori, Salomon ſomno, Iſaias baculo arundineo, & liber regum aquæ dilabenti.

2. Reg. 14.
Tempus.
Æuum.
Æternitas.

Differentia autem eſt inter tempus, & æuum, & æternitatem. Nam tempus habet principium & finem. Æuum caret fine, ſed oon principio. Æternitas caret vtroque termino, quia eſt menſura interminata.

Ætates mundi quot & quæ.

Iſtæ ſunt ætates muodi. Prima eſt ab Adam vſque ad Noë, habens iuxta Hebræos, annos 1656. ſed ſecundum 72. interpreteshabeos 2242. Secunda eſt à Noë vſque ad Abraham, habeos ſecundum Hebræos annos 292. ſed ſecundum 72. 1072. Tertia eſt ab Abraham vſque ad Dauid, habens annos ſecundum Hebræos 972. ſed ſecundum 72. 1130. Quarta eſt à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, habens annos ſecundum Hæbreos 473. ſed ſecundum 72. 485. Quinta eſt à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum habens annos ſecundum Hebræos 585. ſed ſecundum 72. 578. Igitur ab exordio mundi vſque ad Chriſtum ſecundum Hebræos habemus annos 3952. ſed ſecundum Hieronymum eſt hæc computatio: ſecundum verò 72. quos Græci ſequuntur, 5508. Euſebius autem quem Oroſius ſecutus eſt, inter vtroſque incedens, numerat annos 5198. quos peoè omnes Latini ſequuntur. Sexta ætas eſt à Chriſto vſque ad finem mundi. Septima eſt quieſceotium & concurrit cum ſexta. Octaua eſt reſurgentium.

In ætatibus generationes quæ & quot.

Porro ſecundum Hebræos in prima ætate ſunt generationes 10. In ſecunda 10. In tertia 14. In quarta 17. quas tamen Matth. gratia myſterij 13. ponit in cap. 1. In quiuta 14.

Ætates hominis & quot

Ætates hominis ſunt iſtæ. Prima eſt infantia, à natiuitate vſque ad 7. anoos: ſecunda eſt pueritia vſque ad 14. annos: tertia eſt adoleſcentia à 15. anno vſque ad 28. quarta eſt iuuentus, à 28. vſque ad 49. quinta eſt ſenectus, à 50. vſque ad 78. ſexta eſt decrepitas ab anno 78. quouſque vita finitur.

Diei dominicæ dignitas.

Dignitas dominici diei notatur in hoc, quod fuit prima dierum. Item, vt dicitur, erit vltima dies. Item nox illam non præceſſit. Item uox illi oou ſucceſſit.

Geneſ. 1.

Item Cœlum & terra in ea ſunt creata. Item Angelus io ea coouerſus eſt ad Deum. Item primo data ſunt in ea filiis Iſraël mandata, vt dicit Origenes.

Exod. 31. & 14.
Mar vltimo.
Actor. 2.
Philip. 3.

Item in ea Chriſtus natus eſt. Item Chriſtus in ea reſurrexit. Item in ea ſpiritus ſanctus datus eſt Apoſtolis. Item omnes in ea reſurgemus, atque iudicabimur. Item in ea perpetuo continuandum eſt in laude Dei.

CAPVT XI.

De Angelis in communi.

Angelus quid.
Lib. 2. c. 3.

ANgelus eſt, ſecundum Damaſceoum, ſubſtantia intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo miuiſtrans, immortalitatem ſuſcipiens, ſecundum gratiam nou naturam. Subſtantia ponitur in hac diffinitione pro genere, & ponitur ad differentiam accidenris. Intelligitur etiam hic ſobſtantia qualitercunque compoſita, ſcilicet ex eo, quod eſt, & quo eſt. Intellectualis dicitur potius, quàm rationalis, quia ratio eſt virtus collatiua cauſæ & cauſati, & ideo compoſita, vt omnis homo eſt animal, Sortes eſt, &c.

Syllogiſmus quid ſit.

Syllogiſmus enim nihil aliud eſt, quàm diſcurſus à cauſa in cauſatum. Intellectus autem de ratione ſui non habet compoſitionem & collationem: ſed eſt ſine inquiſitione & compoſitione, & ideo competit naturæ magis ſimplici pro differentia, vt eſt Angelus. Ratio autem differentiæ eſt naturæ minus ſimplicis, ſcilicet hominis. Semper mobilis, noo dico de loco ad locum, ſed mobilitas dicit hic triplicem mobilitatem in angelo, ſcilicet naturæ, intelligentiæ & voluntatis.

Angelus mobilis tripliciter.

Mobilitatem enim habet naturæ, quia omne creatum vertibile eſt io nihilum, niſi manu omnipotentiæ diuinæ contineatur. Similiter Angelos mobilitatem intelligentiæ habet, quia licet in Angelo non ſit viciſſitudo intelligentiæ quoad ſcita in verbo, cum deiformem habeat intellectum ſecundum Dion. poteſt tamen in eo quoad cognitionem rerum in propria natura eſſe viciſſitudo intelligentiæ & quoad diſcenda: & hoc eſt quod dicit Auguſt. quod omne creatum habens intellectum, intelligit vnum poſt aliud. Item in voluntate mobilis

eſt

eſt Angelus, quia non ſimul vult hoc & illud. Item poteſt dici ſemper mobilis motu dilectionis. Arbitrio libera. Hoc non dicitur propter deflectionem ad bonum indifferenter & ad malum, ſed propter liberam electionem eorum, quæ voluerit: vnde Angelus bonus ſemper liberè elegit bonum, & Angelus malus liberè & ſine coactione elegit malum. Incorporea ſubſtantia dicitur, quia Angelus habet proprietatem corporis, non naturam, ſcilicet in loco contineri. Cùm enim corpus ſit in loco circumſcriptiuè & diffinitiuè, Angelus tantùm diffinitiuè eſt in loco, Deo miniſtrans. Miniſterium hîc ponitur pro quocunque obſequio: & ſecundum hunc modum tam aſſiſtentes, quàm miniſtrantes, quàm etiam dæmones miniſtrant. Immortalitatem ſuſcipiens ſecundum gratiam, non naturam, quia rediret in nihilum, niſi per gratiam conſeruationis contineretur. Angelo attribuuntur quatuor, ſcilicet eſſentiæ ſubtilitas, intellectus perſpicacitas, liberi arbitrij facultas, diſcretio perſonalis. In primis tribus conuenit anima cum Angelo, in quarto non: quia anima non eſt perſona. Habet & alia tria Angelus, ſcilicet virtuoſitatem in operando, officioſitatem in miniſtrando, immutabilitatem poſt electionem ſiue in bono ſiue in malo. Differentiæ quatuor aſſignantur inter Angelum & animam. Prima & principalis eſt penes eſſe naturale, quia anima eſt vnibilis corpori, etiam actu ſeparata. Angelus non. Secunda eſt penes eſſe logicum, id eſt, diffinitionem, quia anima rationalis eſt: ſed Angelus intellectualis. Anima enim apprehendit inquirendo & conferendo: Angelus verò intuendo. Tertia eſt penes eſſe metaphyſicum, id eſt, ſeparatum à materia & à motu: quia Angelus non habet paſſibilitatem, niſi reſpectu ſuperiorum: anima verò reſpectu inferiorum, quia immutatur à ſenſibilibus. Quarta eſt penes eſſe theologicum, quia anima vertibilis eſt à bono in malum, & è contrario. Angelus verò non, quia manet in eo ad quod ſe conuertit, ſiue bonum ſit illud, ſiue malum: Angeli enim ſunt omnes ſimiles in eo quòd immortales, inuiſibiles, & indiſſolubiles, ſimplices, diſcreti perſonis, incommutabiles, incommunicabiles ſunt alteri naturæ: ſed diſſimiles ſunt in donis gratiæ, & naturæ. Præterea dicit Diony. quod in omni natura ſpirituali creata aliud eſt eſſentia, aliud eſt virtus, aliud eſt operatio.

Attributa Angelis.

Anima cum Angelo in quibus conueniat.

Differentia inter Angelum & animam.

CAPVT XII.

De diſtinctione cæleſtium hierarchiarum.

Hierarchia quot.

Hierachia triplex eſt, ſcilicet ſupercæleſtis, cæleſtis, & ſubcæleſtis. Supercæleſtis eſt in tribus perſonis, vt quidam dixerunt, & malè: quia ſecundum Dionyſium hierachia dicit ordinem, & ille abſolutè non eſt in tribus perſonis, ſed tantummodo eſt ordo naturæ. Cæleſtis eſt in ordinibus Angelicis, ſubcæleſtis in hominibus ſanctis. Porro hierarchia cæleſtis diuiditur in ſuperiorem, mediam & inferiorem. Superior continet tres ordines, ſcilicet Cherubim, Seraphim, Thronos: quorum primi conſiderant Dei bonitatem, ſecundi veritatem, tertij æquitatem. Item in primis Deus amat, vt charitas: in ſecundis noſcit, vt veritas: in tertiis ſedet, vt æquitas. Media continet dominationes, principatus, & poteſtates: quorum primi regunt officia Angelorum: ſequentes capitibus præſunt populorum: vltimi poteſtatem coercent dæmonum. Item in primis Deus dominatur, vt maieſtas: in ſequentibus regit, vt principatus: in vltimis tuetur, vt ſalus. Inferior hierarchia ſimiliter continet tres ordines, ſcilicet Virtutes, Archangelos, Angelos: ad quorum priores pertinet miraculorum operatio: ad ſecundos, maiorum negotiorum denuntiatio: ad tertios, humanæ cuſtodiæ ſolicitudo. In primis Deus operatur, vt virtus: in ſecundis Deus reuelat, vt lux: in tertiis mittit, vt ſpirans. Hæc dicta ſunt ſecundum beatum Gregorium, & ſecundum Bern. ſed ſecundum Diony. Virtutes ſunt medius ordo ſecundæ hierarchiæ, & principatus primus ordo tertiæ hierarchiæ. Hic attendendum, quod in qualibet trium hierarchiarum præmiſſarum notatur trinitas diuinarum perſonarum, vt patet in cœleſti hierarchia, tam ſuperiori, quam media, quam etiam inferiori.

Hierarchia prima.

Hierarchia media.

Infima hierarchia.

CAPVT XIII.

De proprietatibus Angelorum.

Angeli qualiter creati.

Angeli ſecundum Iſidorum ſunt ſpirituales facti, ante omnem creaturam creati, natura mutabiles conditi, ſed contemplatione immutabiles facti, animo impaſſibiles, mente rationales, fœlicitate ſecuri, futurorum præſcij, iuſſi mundum regunt, miſſi corpora aerea aſſumunt, in cœleſtibus commorantur. Bernard. de eodem, Inueſtigemus inueſtigabilia: & primò ſpiritus eſſe potentes, glorioſos, beatos, diſtinctos in perſonis, diſpoſitos in dignitate, ab initio ſtantes in ordine ſuo, perfectos in genere ſuo, immortalitate perpetuos, mente puros, affectu benignos, religione pios, vnanimitate indiuiſos, pace ſecuros, diuinis laudibus & obſequiis deditos. Item ſecundum Bern. in Angelis eſt dignitas creationis, gratia confirmationis, amor creatoris, viſio diuinitatis. Eſt etiam in Angelis per omnia, ſicut ſupra dictum eſt, eſſentiæ ſubtilitas, intelligentiæ perſpicacitas, liberi arbitrij facultas, agilitatis velocitas. Promptè omnes obediunt. Maiores ſine elatione præſunt, minores ſine vitio ſubſunt: qui ad exteriora exeunt, ab interiori contemplatione non recedunt. Omnem veritatem inferiorum ſuperiores participât, non è contra

Angelorum perfectiones.

Viſio Angelorum duplex

è contra. Qui excellunt in natura, præcedunt in gratia & gloria. In eodem ordine creduntur alij eſſe aliis digniores. Duplicem habent viſionem, ſcilicet matutinam, & veſpertinam. Illuminationes, quas à ſuperioribus recipiunt, aliis tribuunt.

CAPVT XIV.

De proprietatibus, & officiis ſingulorum ordinum.

PRoprium eſt Seraphim in amore Dei ardere, & alios ad incendium diuini amoris promouere, & in Deum ordinare: diligendi formam tribuere. Iſti immediatè Deo iunguntur: & ideo purius & perfectius in ipſos operantes theophaniæ deferuntur: ad aliud quoque extra amarum non diuertunt. Cherubim quoque primò & principaliter relucent diuini luminis radio, pro eo quòd vicinius primæ veritati iunguntur. Horum officium eſt promouere homines ad diuinam cognitionem: ideo præ cæteris dicuntur lucere: quia plenitudinem luminis quam ſuſcipiunt, aliis inferioribus communicando transfundunt. Throni dicuntur, eò quòd in eis Dominus ſedeat, & iudicia ſua per eos determinet. In his ergo præcipuè relucet rectitudo diuini iudicij. Hi quoque virtutem Dei quam ſupra ſe accipiunt, ad inferiores transfundunt. Dominationes dicuntur, eo quòd cæteris Angelis dominantur, & ab omni oppreſſione ſunt liberi, & nulli inferiori ſubiiciuntur. Horum officium ſecundum Greg. eſt in bello ſpirituali inſtruere qualiter oporteat prælationis officium exercere, & qualiter debeant ſubditis dominari. Horum etiam officium eſt ſecundum Diony. timore ſeruili depoſito, in Deum moueri & inceſſanter ei famulari. Principatus ſubditis Angelis præſunt, & eos ad miniſterium diuinum explendum diſponunt. Ad hos pertinet ſecundum Diony. vniuerſale regimen vnius regni, vel gentis ducere ad Dei ſimilitudinem. Miniſterium quoque eorum eſt ſecundum Greg. docere homines exhibere reuerentiam vnicuique ſecundum gradum ſuum. Horum etiam officium eſt promouere homines, vt non propter vtilitatem propriam, ſed propter ſolius Dei amorem & honorem faciant iuſtitiam. Poteſtatibus ſecundum Iſid. virtutes aduerſæ ſubiectæ ſunt, ne mundo tantùm noceant, quantum cupiunt. Horum officium ſecundum Greg. eſt illos qui in ſpirituali certamine deſudant, confortare, & ne ſpirituale regnum amittant, defendere. Et ſecundum Dion. ad ipſos ſpectat, Angelos inferiores quantum poſſibile eſt, diuinæ potentiæ conformare. Virtutes ſunt infatigabiles ad executionem faciendorum, & robuſti ad perceptionem munerum. Horum officium eſt ſecundum Diony. docere prælatos, vt facilè & perſeueranter, quæ ad officium prælationis pertinent, exequantur, & ſpiritualia onera ſuſtineant patienter. Item per iſtos miracula fiunt, & virtutes faciendi mirabilia perfectis conceduntur. Archangeli ſummi nuntij nuncupantur, & ſumma nuntiant. Horum officium eſt ſecundum Greg. de his quæ pertinent ad promotionem fidei, vt de natiuitate Chriſti, & de factis eius homines expedire, & dæmones ab hominibus remouere, & ſecundum Dionyſium prophetias reuelare. Iſti illuminationes, quas à ſuperioribus ſuſcipiunt, inferioribus annunciant, & per eoſdem nobis. Angeli ſunt in cæleſti diſpoſitione vltimi, & hominibus magis propinqui. Angelus nomen eſt officij, non naturæ. Iſti minora nuntiant, & homines ad diuinam cognitionem ducunt, & vt iuſtè viuant, inſtruunt. Hi ſurſum tendunt per dilectionem Dei, in ſeipſis firmantur per cuſtodiam ſui, ac ſub ſe progrediuntur ad auxilium proximi. Nos autem aſſimilari debemus Seraphim per charitatem, Cherubim per cognitionem: thronis per æquitatem, dominationibus carnem ſpiritui ſubiugando, principatibus reuerentiam maioribus noſtris exhibendo, poteſtatibus, tentationibus diabolicis reſiſtendo. Item debemus aſſimilari virtutibus per compaſſionem, Archangelis per inſtructionem, Angelis per obſeqoij exhibitionem.

Aſſimilari debemus Angelis, & in quibus.

CAPVT XV.

De cognitione & motu Angelorum.

Cognitio Angelorum quæ.

ANgeli cognitionem habent matutinam, hoc eſt, cognitionem rerum in verbo. Item veſpertinam, id eſt, cognitionem rerum in ſe. Item meridianam, id eſt, apertam Dei viſionem. Eſt & alia cognitio angelica, videlicet prout maiores indicant minoribus, quæ per diuinas theophanias perceperunt. Theophania verò eſt oſtenſio alicuius cogniſcibilis de Deo per illuminationem de Deo venientem: & hoc poteſt eſſe vel in ſymbolis, vel facie ad faciem. Nota, quod Angelus in cognitione rerum in propria natura, cognoſcit plura ſimul habitu, & non actu. Circa incarnationem, & paſſionem Chriſti ſciuerunt Angeli ſubſtantiam facti, ſed non omnes circumſtantias, vt quare, vel quomodo. Præterea quæcunque Angeli cognoſcunt, cognoſcunt remota ſicut propinqua: quia cognitio eorum non per ſenſum, ſed per intellectum eſt. Status autem Angeli triplex eſt, ſcilicet innocentiæ, gratiæ & gloriæ. Diſtinguitur motus Angelorum tripliciter ſecundum Dion. ſcilicet circularis, rectus & obliquus. Circularis eſt ab eodem in idem, & circa idem centrum immobile, hunc motum habent Angeli, qui immediatè recipiunt illuminationes à Deo, & per illas reuertuntur ad Deum. Iſtud autem conuenit ſuperiori hierarchiæ tantùm. Item motu recto mouentur, quando procedunt ad prouidentiam ſubiectorum rectè omnia tranſeuntes, & non reuertuntur ab eodem in idem, ſed de vno

Matutina, Veſpertina, Meridiana. Theophania. quid ſit.

Angelorum ſtatus quotuplex.

Motus Angelorum.

ad aliud. Item eſt in angelis motus obliquus , quando ſcilicet cognitionem inferiorum quibus prouident , reflectunt in Deum principium & finem boni & pulchri. Nota differentiam inter aſſiſtere & miniſtrare : quia aſſiſtere eſt faciem Dei contemplari : ſic aſſiſtunt omnes boni Angeli. Item aſſiſtere eſt immediatè recipere illuminationes à Deo : ſic tantum aſſiſtunt tres primi ordines. Item aſſiſtere eſt appropinquare Deo & extraneum eſſe ab exterius miſſione, ſic aſſiſtunt quatuor primi ordines. Miniſtrare vero eſt nuntiare pro temporis opportunitate , vel operari ſecundum officium. Eſt enim miniſterium nuncij & officij. Erratum eſt circa motum angelorum tribus modis. Dicebant enim quidam Philoſophi , quòd Angeli nunquam mouentur , ſed mouent ſphæras , & per eas voluntates hominum. Item dixerunt alij , quod angelus ſit in pluribus locis , & etiam vbicunque ſi voluerit. Item dixerunt alij , quod angelus ſic venit de fine ſparij , quod non tranſit media , ſed tranſilit. Illud quoque prætermittendum non eſt, quòd vnuſquiſque ordo ab eo denominatur , ſecundum quod reſpectu inferiorum ordinum excellentias accipit in munere.

Aſſiſtere quid ſit.

Miniſtrare quid ſit.

Philoſophorũ errores circa motum Angelorum.

Ordo à quo denominatur.

CAPVT XVI.

De prælatione Angelorum.

PRæſunt quidam Angeli regionibus , vt dicitur Dan.7. Princeps Græcorum , & princeps Perſarum , &c. Quidam vero præſunt eccleſiis. Apoc. 2. Angelo Epheſ. eccleſiæ ſcribe. Item alii præſunt perſonis. Act. 12. Angelus Petri credebatur ad oſtium ſtare. Quidam etiam maligni ſpiritus dicuntur viriis præeſſe, vnde vocatur aliquis ſpiritus ſuperbiæ, ſpiritus luxuriæ, & huiuſmodi. Quæ autem prælationes permaneant vel quæ ceſſent poſt hanc vitam , ſciendum eſt quod hierachiæ ſemper ſtabunt, quantum ad inſtantiam beatitudinis, & quantum ad gradum dignitatis, & nobilitatem doni gratuiti , ac naturæ. Ceſſabunt autem prælationes angelicæ ſuper homines , & Angelos quoad actum regiminis , ſecundum gubernationem mundi , & electorum , ſecundum viam ad patriam. Prælatio autem eſt in dæmonibus quoad officium inſultandi & irridendi , & ſecundum quod vnus prouocat alterum in malitia : & hoc non deſtruetur. Pſal. Superbia eorum qui te oderunt , aſcendit ſemper, nec deſtruetur quantum ad maliriam & naturam. Ceſſabit autem eorum prælatio quoad officium tentandi eos qui ſunt in via. In hominibus etiam prælationes euacuabuntur: quia non erunt decani , centuriones , chiliarchæ , & huiuſmodi. In creaturis ſimiliter ceſſabit prælatio , quia ſuperiora non mouebunt tunc inferiora , ſicut modò.

Præſunt boni Angeli , & quibus.

Angeli mali præſunt , & quibus.

Ceſſabūt prælationes, quãdo, & quomodo

Pſal. 73.

CAPVT XVII.

De confirmatione Angelorum.

COnfirmationem habet Angelus ex tribus , ſcilicet ex natura , gratia , & gloria. Ex natura quidem, quia natura ſpiritualis ſemel tantum vertibilis eſt, vel in bonum, vel in malum : niſi ex vnione vnius cum altero, ſicut patet in anima quæ dum eſt in corpore , poteſt mutari ſæpius de bono in malum , & contra : ſoluta verò non Huius autem ratio eſt , quia natura ſpiritualis propter ſuam ſimplicitatem ſe totam conuertit ad id quod eligit, quod non facit natura vnita , quia habet corpus retrahens. Ex gratia ſimiliter habet confirmationem , quia ſi aliquid connectitur ſtabili æterno, vinculo perpetuo , illa connexio ſemper manet. Sic Angeli colligati ſunt ſtabili æterno, ſcilicet Deo, & hoc vinculo indiſſolubili, ſcilicet charitatis. Apoſt. Charitas nunquam excidit, &c. Ex gloria quoque habent eam , quia cum Deum habeant per gloriam, qui eſt forma completiua angelici deſiderii , non vagantur extra ipſum , vt quærant aliquid illo melius , vel deſiderabilius , atque iucundius. Nihil enim in creaturis inueniunt , quod poſſit eos à fonte diuinæ dulcedinis auertere. Tenendum itaque, quod Angeli boni ex libertate arbitrii ad Deum conuerſi , ſtatim fuerunt per gratiam & gloriam in voluntate confirmati , fideles ac fœlices effecti , atque in ratione illuminati , vt non ſolum cognoſcerent res in proprio genere , ſed etiam in arte , hoc eſt, in verbo : filius enim dicitur ars patris , per quam operatur. Acceperunt inſuper perfectionem in virtute operatiua , ſiue exequantur illam aſſumpto corpore , ſiue alias, atque perfectionem in virtute contemplatiua, qua quocunque mittantur , intra Deum currunt.

Confirmatio Angelorum triplex

Ex natura, & quare.

Ex gratia, & quare.

1. Cor. 13.
Ex gloria, & quare.

CAPVT X.VIII.

De cuſtodia Angelorum.

ANgeli nobis ad cuſtodiam deputati tenent nos ſtantes , ne cadamus , & cadentes nos adiuuant , vt ſurgamus : nec vnquam nos deſerunt , etiam peccantes , quin ſemper ſint parati auxiliari , ſi velimus. Hoc tamen fallit in obſtinatis , à quorum cuſtodia deſiſtit Angelus actualiter : paratus eſt tamen cuſtodire , ſi redire voluerint , quia nunquam deſeritur homo ex toto ab Angelis. Nota , quòd Chriſtus non habuit Angelum ſibi deputatum quia anima eius ſuperior fuit omni Angelo : ſed Antichriſtus habebit quem licet propter nimiam ſuam obſtinationem , non ſit habiturus ad promotionem ſuam, habebit tamen ad accuſationem. Effectus autem angelicæ cuſtodiæ multiplex eſt

Angeli quid in eos quos cuſtodiunt , agunt.

Chriſtus non habuit Angelum deputatum.

Vide 1. p. ſum. de creat. ſ. 4. q. 58. a. 4. & in 2. d. 11. a. 2. & 1. p. ſum. theo. q. 56. m. 2.

Primus eſt impedimenta boni, & occaſiones mali, & actiones peccandi remouere. Exod. Mittam angelum præcurſorem, qui eiiciat Iebuſæum.

Angelica cuſtodia effectus multiplex. Exod. 23.

Secundus eſt tentatiooes mitigare. Daniel. tertio: Angelus Domini deſcendit io fornacem, &c. Tertius eſt, contra hoſtes viſibiles adiuuare, quarto Regum. Heliſeus videt caſtra Angelorum.

4. Reg. 6.

Quartus eſt, orationes noſtras & eleemoſynas Deo præſentare, & pro nobis orare. Tobiæ 12. Quando orabas cum lachrymis, &c.

Tob. 12.

Quintus eſt, viam oſtendere. Tobiæ 5. Ego ſanum ducam, & reducam, &c. Sextus eſt, in agendis docere. Zachar. 2. De angelo qui inſtruxit eum de fabris. Septimus eſt, ſeipſum & alia ſecreta reuelare. Tobiæ 12. Ego ſum Raphaël angelus. Octauus eſt, à peccatis excitare. Act. Surge velociter.

Act. 12.

Nonus eſt, ad feruorem excitare. 3. Reg. 19. Surge, comede, grandis enim tibi reſtat via. Decimus eſt, conſolari Tob. 5. Forti animo eſto, io proximo eſt, vt à Deo cureris. Vndecimus eſt, de peccatis increpare. Iudith, Dixit angelus populo Iſrael: Cur contra Deum feciſtis? Duodecimus eſt, contrarias poteſtates arcere, ne tantum nocere valeant, quantum vellent. Tob. 8. qualiter angelos Aſmodeum ligauit.

Iudith 2.

Angeli ſeruiunt nobis & quare.

Angeli ſeruiunt nobis propter tria, ſcilicet propter ruinæ ſuæ reparationem, quia homines ſaluandi intrabunt io locum cadentium Angelorum. Item propter meriti accidentalis cumulationem, quod augetur in eis vſque ad diem iudicij. Item propter amoris erga nos demonſtrationem.

Actus Angelorum, qui & quot.

Dionyſios attribuit Angelo tres actus, ſcilicet purgare, illuminare, & perficere. Purgant itaque Angeli remouendo phantaſmata, quæ impediunt illuminationem, quam Angelus intendit facere in, nobis. Vnde tria remouent ab anima, ſcilicet ignorantiam, & nubila phantaſiarum, ac falſas opiniones philoſophicarum rationum reuelationi contrariarum,

Angeli illuminant animam, & quomodo.

Illuminant verò animam tripliciter, ſcilicet ad ſen ſum, vt paret quando aliquid manifeſtatur, in aſſumpto corpore: & hanc poteſtatem habet etiam diabolus. Item ad intellectum, & talis illuminatio ſolùm perfecta eſt. Notandum autem, quòd angelus non illuminat intellectum, efficiendu nouam cognitionem in anima, quia non poteſt in intellectu nouam ſpeciem creare, nec habitum noui luminis creare, vel excitare, ſed nec eius intentionem quò vult conuertere, quia hoc eſt contra naturam liberi arbitrij.

Quæ requiruntur vt intellectus noſter intelligat.

Hæc enim tria requiriuntur, vt intellectus noſter intelligat aliquid, ſcilicet ſpecies qua cognoſcatur, & lumen in quo cognoſcatur, & intentio qua conuertatur intellectus ſuper ſpeciem. Illuminat autem Angelus intellectum noſtrum excitando, & diſponendo, & lumen diuinum in nos transferendo. Facit enim, vt dictum eſt, in phantaſia tranſmutationem ſpecierum componendo & diuidendo, ſecundum exigentiam rei, quam vult reuelare, Item irradiat lumen intellectus ſui ſuper illas ſpecies, vt moueant intellectum noſtrum, & ſic plura & ſubtiliora videre poſſunt in lumine duplicato. Item excitat intentionem animæ aliquo motu, vt ipſa conuertat ſe ſuper illa phantaſmata, abſtrahendo ſe ab aliis: perficiunt autem, id eſt, promouent ad melius.

Angelus incendit affectum noſtrum, & quomodo.

Sed vtrum Angelus accendere poſſit affectum humanum, tripliciter poteſt intelligi, ſcilicet, vel efficiendo, vel excitando, & adiuuando vel mouendo. Primo modo ſolus Deus poteſt inflammare affectum, ſcilicet per effectum. Secundo modo ipſum deſideratum inflammat, ſcilicet excitando, & iuuando. Tertio modo poteſt Angelus affectum noſtrum incendere per motum. De his habemus exemplum io naturis: quia primo modo ignis accendit ligna. Secundo modo ligna incenduot ignem. Et tertio qui ligna igni opponit, ignem accendit.

Mittere cogitationes, incidare, & illuminare differunt, & quomodo.

Differentia autem eſt ioter immittere cogitationem, & ioccodere, & mentem illuminare, quia cognitionem immittere eſt, vt dicit Beda, iotus creare, & facere cognitionem: ſed incendere eſt cognitionem iam factam inflammare: illuminare verò eſt dare reuelationem de aliquo occulto intelligibili.

CAPVT XIX.

De locutione Angelorum.

Verbum triplex.

VErbum triplex eſt, ſcilicet mentis, oris & operis. Verbo mentis loquitur Deus Angelo, & è conuerſo. Item Deus animæ, & è conuerſo. Item Deus diabolo, & è conuerſo, cuius tamen intentio Deuio latere non poteſt. Verbo autem oris loquitur homo homini in corpore vnito animæ, Angelus vero homini corpore aſſumpto: ſed verbo operis loquitur Deus diabolo, & Angelus diabolo. De locutione itaque Angelorum nota, quòd Angelus loquitur Deo, cum ex viſis in motum admirationis exurgit, vel cum affectus ſuos ei præſentat, quos tamen eum latere minimè dubitat. Angelus verò loquitur Angelo verbo mentis ſuæ, ſpecies oſtendendo mediante illuminatione quadam ſpirituali irradiante ab ipſo. Item angelus facit aliquid coram angelo, quo facto intelligit quod non intelligebat ante. Et ſic loquuntur omnes omnibus, id eſt, ſuperiores inferioribus, & è conuerſo. Item loquitur angelus angelo per communicationem diuini luminis, ipſum inſtruendo, ſic non loquuntur omnes omnibus, nec omnia, ſed tantum ſuperiores inferioribus de his quæ per diuinas theophanias perceperunt. Loquitor autem angelus homini dupliciter. Primo modo verbo vocali in aſſumpto corpore: ſed tunc ſicut non profert ſonum in organis materialibus ſecundum naturam, ita nec circulariter immutat medium, quemadmodum in voce naturali: vode non auditur, niſi ab illo, ad quem ordinatur, & eſt ſimile in apparitionibus angelorum, quos quidam vident, & alij æquè propinqui oon vident, vt apparet io Heliſeo & puero eius. 4. Reg. 6. Dicunt tamen aliqui, quòd Angelus nunquam apparuit, vel apparet, aut loquitur homini in

ſubiecta

ſubiecta creatura, ſed intentionem, ſiue ſimilitudinem ponit in oculo eius, vel intentionem vocis ponit in aure eius: & ibi recipit ſenſus communis ſpecies illas, ac deinde perueniunt ad imaginationem, poſt hæc ad intellectum, & hoc eſt quod Angelus dicitur apparere, aut loqui homini: Secundo modo loquitur Angelus homini per impreſſionem rerum ſenſibilium, moto inſtrumento imaginis, & ſic loquitur vigilantibus, & dormientibus. Item loquitur angelus diabolo ſpecies ſui intellectus ei ſine aliqua illuminatione oſtendendo. Item loquitur diabolus homini dupliciter. Primo modo ſenſum immutando: & hoc vel imaginationem alicuius rei imprimendo inſtrumento viſus, vel obiiciendo viſui ſimilitudinem alicuius rei. Secundo modo loquitur diabolus homini per impreſſionem rerum ſenſibilium in inſtrumento imaginis, & hoc facit quandoque vgilantibus, quandoque dormientibus: & ſic immittit cogitationem mali. Cogitationem verò malam non poteſt immittere, quæ tantùm per conſenſum mala ſit. Eſt & locutio animarum, quia anima loquitur Deo per deſiderium: cuius affectiones nudæ ſunt, & apertæ oculis Dei. Anima ſimiliter angelo loquitur, & hoc per voces corporis, quas bene percipit angelus, ſicut & alia ſenſibilia: vnde anima exiſtens in corpore alia ſpeciali poteſtate loquendi ad angelos non indiget, ſed hanc habebit exuta à corpore. Item anima loquitur diabolo, quia ſimilitudines affectionum imprimuntur ſenſibus, vbi diabolus legit eas.

Loquitur anima Deo & Angelo, & quomodo.

CAPVT XX.

De ſpecialibus nominibus angelorum.

DE Michaël, Gabriël, & Raphaël nominibus, ſciendum eſt quod hæc ſunt propria nomina archangelorum, licet eorum interpretationes, & aliis ſunt communes: ſed eorum propria ſunt, quia his horum nominum interpretationes conueniunt excellentius. Michaël interpretatur, quis vt Deus. Hic eſt de ordine principatuum & attribuunt ei quatuor, ſcilicet eſſe præpoſitum paradiſi, id eſt, Eccleſiæ: ſicut & olim fuit princeps ſynagogæ. Item deferre animas in paradiſum, ſed hoc intelligas, quod glorioſius deferat quàm alij. Item pugnare cum dracone, id eſt diabolo, ſicut legitur in Apoc. Item venire in adiutorium populo Dei. Gabriel interpretatur fortitudo Dei. Hic de ordine archangelorum, & merito, quia magna nuntiauit. Raphaël interpretatur medicina Dei, & eſt de ordine angelorum qui vnam perſonam cuſtodiunt.

Nominum aliquorum angelorum interpretationes.

Apoc. 13. Dan. 10. Luc. 1. Tob. 5.

* * *

CAPVT XXI.

De caſu angeli

OMnes angelos fecit Deus bonos, non tamen ſummos, ſed medios inter ſummum bonum & bonum commutabile, quod eſt creatura, ita quòd ſi conuerterentur ad amandum Deum, qui ſupra ſe erat, aſcenderent ad ſtatum gratiæ, & gloriæ. Si verò conuerterentur ad bonum commutabile, quod fuit intra ſe, hoc ipſo irruerent in malum culpæ, & pœnæ, quia non eſt dedecus peccati, ſine dedecore iuſtitiæ.

CAPVT XXII.

De ſpirituali caſu dæmonis.

CAſus diaboli duplex fuit, ſcilicet ſpiritualis, & localis. Spiritualis, quia cecidit de naturæ puritate, de flexibilitate liberi àrbitrij ad commutabile bonum, de luce in tenebras, de ſcientia in ignorantiam, de innocentia in culpam, de fœlicitate in pœnam, de dilectione in odium. Poſt caſum enim factus eſt impœnitens, & obſtinatus in malo, & excæcatus à vero, deordinatus in bono, & infirmatus in virtute, & excluſus à Dei contemplatione. Prætereà voluntas eius impia conuerſa eſt ad hominis odium & inuidiam: vnde toto conamine nititur ad eius ſubuerſionem, per tentationem multiplicem.

Diabolus qualis ſit effectus poſt caſum.

CAPVT XXIII.

De locali caſu diaboli.

CAſus etiam diaboli localis fuit, quia vel in infernum, vel in caliginoſum aërem, qui eſt in medio interſtitio aëris, corruit. Dæmones enim non ſunt in ſuperiori parte aëris, ne lumine gaudeant: nec ſunt in parte inferiori, ne nimis contra nos ſæuiant. Vnde notandum eſt, quòd in dæmonibus eſt tria conſiderare, ſcilicet naturam, officium, & peccatum. Et naturæ quidem conuenit locus ſummus, id eſt, cælum, in quo tanquam in loco congruo ſunt creati, & poſtmodum in natura ſi ſteriſſent, perficiendi. Officio verò quod habent exercendi homines, conuenit locus medius, id eſt, aër caliginoſus, vbi & ſatis propinqui ſunt nobis ad tentandum, & tamen non habent lumen ad gaudendum. Sed peccato conuenit locus infimus, ſcilicet inferous. Vnde & dæmones poſt finem mundi, quando ceſſabit eorum officium, detrudentur ſimul in infernum. Dicunt quidam, quòd angelus cecidit ſecunda die. Sed communior eſt opinio quòd prima die ſubito poſt creationem ſuam ceciderit. Dicitur communiter, quòd decimus

Dæmones in quem locum detruſi.

Tria in dæmonibus.

Mat. 25.

Qua die ceciderit Angelus

cimus chorus angelorun cecidit: ſed hoc non dicitur, quòd decem ordioes angelorum fuerint, ſed quòd tot de ſingulis ordioibus ceciderunt, quot poterant facere chorum vnum.

Numerus Angelorum indiuiſibilis.

Vnde noueni ſunt ordines Angelorum: quilibet ordo habet ſuas legiones. Legio autem angelorum habet 6666. vnitates. Tot autem in ſingulis ordinibus ſunt legiones, quot in legione ſont vnitates.

CAPVT XXIV.

De reſtauratione ruinæ Angelorum.

Angelorum ruina reſtaurabilis & quomodo.

ANgelorum ruina reſtaurabitur per ſaluandos. Dicit autem Aug. quòd tot ſaluabuntur homines, quot angeli ceciderunt. Greg. verò dicit, quòd tot homines ſaluabuntur, quot angeli perſtiteront. Dixerunt etiam quidam, quòd duo parietes erunt in cœlo, ſcilicet vnus hominum, & alius angelorum: & quòd ruina angelica reſtaurabitur per virgines: & de alio pariete tot erunt ſaluandi, quot io alio pariete ſunt virgines & Angeli.

CAPVT XXV.

Cur peccatum diaboli ſit irremiſſibile.

Peccatũ Angeli quare irremiſſibile.

QVare peccatom diaboli ſit irremiſſibile, aſſignantur plurimæ rationes. Prima, quia ſecundum Aug. oullo ſuggerente peccauit, & ideo nullo reparante redibit. Secunda eſt ſecundum Damaſc. quia contra deiformem intellectum peccauit. Quantò autem nobilior eſt cogoit io, tantò peior eſt error. Seruus enim

Luc. 22.

ſciens voluntatem domini, &c. Tertia ſecundum eundem Damaſc. eſt, quia Angelus non eſt ſuſceptibilis pœnitentiæ, vnde nec veniæ. Quarta eſt, quia in diabolo extiocta eſt ſinderesis quantum ad boni promotionem. Quinta eſt, quia natura ſpiritualis ſemel tantum vertibilis eſt, eò quòd tota ſe conuertat, quod non facit homo, quia caro ſemper repugnat ſpiritui.

Galat. 5. Status mali Angeli.

Status autem Angeli mali triplex eſt, vt patere potuit ex prædictis. Primus ſcilicet innocentiæ. Secundus culpæ. Tertius pœnæ & miſeriæ.

CAPVT XXVI.

De proprietatibus dæmonum.

Dæmones in malitia quales ſint.

DÆmones ſunt ſpiritus impuri, humani generis inimici, mente rationales, io nequitia ſubtiles, cupidi nocendi, per ſoperbiam tumidi, ſemper in fraude oout, immutant ſenſus, ioquinant affectus, vigilantes turbant, dormientes per ſomnia inquietant, morbos inferunt, tempeſtates concitant, in lucis

2. Cor. 11.

Angelos ſe transformant, ſemper infernum ſuum ſecum portant, io idolis ſibi cultum diuinum vſurpant, ſuper bonos dominari appetunt, magicæ artes per eos fiunt, bonis ad exercitium dantur, ſemper fioi hominis inſidiantur.

Dæmonum viget qualis.

Triplici acumine vigent dæmones. Primò ſubtilitate naturæ, & hoc per cognitionem veſpertinam. Secundò experientia temporum. Tertiò reuelatiooe ſoperiorum ſpirituum. Primo modo intelligunt naturalia præſentia. Secundo modo oaturalia futura. Tertio modo cognoſcunt etiam voluntaria.

Nomina dæmonis. Diabolus. 1. Petr. 5.

Multipliciter verò diabolus nominatur, per quod & proprietates ſuæ cogooſcuntur. Vocatur enim diabolus, quod interpretatur defluens, quia defluit, id eſt, corruit ſpiritualiter, & localiter, ſicut dictum eſt.

Tob. 3.

Græcè interpretatur diabolus clauſus ergaſtulo, & hoc ſibi conuenit, quia non permittitur tantum nocere quantum vellet. Præterea ſecundùm etymologiam diabolus dicitur à dia, quod eſt duo, & bolus, quod eſt morſellus, quia duo occidit, ſcilicet, corpus & animam.

Dæmon. Ioan. 3.

Item vocatur dæmon, id eſt, ſanguineus, & hoc propter peccatum: vel ſciens, quia viget triplici ſcientia, ſicut dictum eſt.

Belial. Num. 1. Beelzebub. Luc. 11. Ibidem. Satanas. 1. Petr. 5. Behemoth. Iob 41. Leuiathan. Iſa. 27.

Item Belial, quod interpretatur abſque iugo, vel abſque domino: quia pro poſſe contra eum pugnat, cum deberet eſſe ſubiectus. Item Beelzebub, quod interpretatur vir muſcarum, id eſt, animarum peccatricum, quæ reliquerunt verum ſpooſum Chriſtum. Item Satanas, id eſt, aduerſarios, vode Pet. Aduerſarius veſter diabolus, &c. Item Behemoth, id eſt, beſtia, quia facit homines beſtiales. Item Leuiathan, id eſt, additamentum eorum, qui peccata peccatis cumulant.

CAPVT XXVII.

De malitia diaboli.

Nocumenta quæ homini infert diabolus.

DIabolus nocet homini multipliciter: quia per violentiam, & hoc quandoque exterius corpus lædendo, ſicut fecit Iob: quandoque iotra membra lædendo, ſicut in obſeſſis: & propter hoc datur paruulis Angelus bonus, ne diabolus in his lædat eos vel excedat.

Iob 2. Luc. 11. Matth. 18. Iſa. 90.

Item nocet per impreſſionem imaginum mala ſuggereodo, vel per commotionem ſanguinis ad peccatum accendendo, vel ſenſus exteriores per obiectionem falſarum formarum decipiendo. De his & ſimilibus dicit Greg. Aut opprimendo rapit, aut inſidiando circumuolat, aut ſoadendo blanditur, aut minando terret, aut deſperando frangit, aut promittendo decipit. Diabolus decipit homines quatuor modis. Primò ſuadendo bonum, ſed hoc propter malum, vt cum homini inſtabili ſuadet ingreſſum religioois, & hoc vt poſtmodum apoſtaret. Secundò ſuadendo malum, & hoc ſub ſpecie boni, vt peierare pro rebus alterius conſeruandis.

Geneſ. 3. Rom. 2.

Tertiò diſſuadendo bonum tanquam nociuum, vt cùm diſſuadet bono viro religionis ingreſſum, ne de hoc pœniteat, & egrediens confundatur. Vel quando diſſuadet alicui orationem vel eleemoſynam, ne per hoc incurrat vanam gloriam. Quartò diſſuadendo malum, vt ducat ad peius: vt quando diſſuadet

temperantiam

temperantiam in victu & ſomno, vt per hoc inducat ad indiſcretam abſtinentiam, quod peius eſt. Impeditur diabolus in effectu ſuæ malitiæ multis modis, quandoque ſcilicet, per terminum ſuæ poteſtatis à Deo impoſitum. Item quandoque per reſiſtentiam bonorum ſpirituum. Habet enim quælibet anima duos Angelos: vnum bonum ad cuſtodiam, alium malum ad exercitium. Item per arbitrium hominis non conſentientis. Item per peccati abominationem, quia quandoque dæmones nobilioris naturæ peccata vilia deteſtantur. Item propter cautelam quandoque omittit facere mala, vt peius fiat, ſicut modò non vexat excommunicatos, vt minus timeant tales ſententias. Vtrum autem virtus tentandi minuatur in diabolo quando vincitur, diuerſæ ſunt opiniones. Dicunt enim quidam, quod ſuperatus in vno vitio, ipſum victorem non poſſit amplius tentare de eodem vitio, ſed alius diabolus poteſt. Alij dicunt, quòd ſuperatus in vno vitio, nullum amplius de illo vitio poſſit tentare. Origenes dicit, quòd ſuperatus ab vno, neminem poſſit tentare de cætero. Data eſt poteſtas dæmonibus exercendi magicas artes multiplici ratione. Primò ad fallendum fallaces, ſicut Ægyptios, & ipſos magos. Vnde etiam quæ ipſi per talem modum acturi ſunt, quaſi diuinando prædicunt, vt ibi,

Impeditur diabolus ne effectus ſua malitia exerceat & quomodo.

Virtus tentandi an minuatur dum vincitur diabolus

Craſus perdet Halim tranſuectus maxima regna.

Secundo ad mouendum fideles, ne ſcilicet tale quid pro magno diſiderent, cum videant etiam malos facere huiuſmodi. Tertio ad probandam & exercendam patientiam & fidem iuſtorum.

Iob. 21.

CAPVT XXVIII.

De Lucifero.

DE Lucifero ſciendum eſt, quòd fuit de ſupremo ordine ſuperioris hierarchiæ, ac in illo ordine ſupremum gradum tenuit: cui tanquam principi de ſingulis ordinibus magna multitudo adhæſit, quos omnes ſecum traxit. Dictus eſt autem Lucifer, quia præ cæteris luxit, ſuæque pulchritudinis conſideratio eum excæcauit. Primum hominem tentauit, & vicit. Secundum tentauit, & victus eſt. Poteſtatem tunc amiſit, quam vltimis temporibus recuperabit. Nunc religatus eſt, & in fine ſoluetur. Peccatum Luciferi fuit, quod ſe & ſuum priuatum bonum dilexit. Excæcatus de altitudine habita præſumpſit, ac propriam excellentiam ambiuit, quaſi habiturus fuerit à ſe, non ab alio, & ſine meritis habere voluit. Stare vel ſperare cum poſſet quouſque gratia apponeretur, noluit. Dei ſimilitudinem concupiuit, non quidem cauſa imitationis, ſed poteſtatis; id eſt, ſubditos habere voluit, & nulli ſubiectus eſſe concupiuit.

Lucifer de quo ordine fuerit & de qua hierarchia.

Quare dictus Lucifer.

Geneſ. 3.
Matt. 4.
Ioan. 12.
Apoc. 20.

Iſa. 14.

CAPVT XXIX.

Quid ſit anima ſecundum diffinitionem.

POſt naturam corpoream & incorpoream dicendum eſt de natura ex vtriſque compoſita. Sed primo ex parte mentis, ſecundo ex parte corporis, tertio ex parte totius hominis. De anima igitur videndum eſt quid ſit, ſecundum diffinitionem. Porrò à quibuſdam diffinitur, vt ſpiritus, à quibuſdam, vt anima, à quibuſdam verò, vt ſpiritus, & anima. Inquantum igitur anima naturam habet ſpiritus, diffinitur ab Alexandro ſic in libro de motu cordis, Anima eſt ſubſtantia incorporea, intellectualis, illuminationis capax, vltima reuelatione perceptiua. Vltima dicitur, quia mediantibus Angelis percipit. Ex hac diffinitione cognoſcimus, quòd ſpiritus humanus qui eſt anima inter omnes creaturas immediatè poſt Angelos illuminationis diuinæ ſit perceptiuus. Anima verò inquantum anima, ſic diffinitur à Remigio, Anima eſt ſubſtantia incorporea, regens corpus. Ex hac diffinitione habemus, quod anima eſt quaſi corporis rector & motor. Item anima inquantum anima diffinitur à Philoſopho in lib. de anima, ſic, Anima eſt endelechia corporis phyſici organici potentia vitam habentis. Endelechia hic dicitur actus primus ſiue perfectio. Ex hac diffinitione habemus, quod anima vnibilis eſt corpori, non omni, ſed ſoli organico & phyſico, id eſt, naturali ad ſuſceptionem animæ rationalis diſpoſito. Item anima inquantum eſt ſpiritus & anima, ſic diffinitur ab Aug. Anima eſt omnium ſimilitudo. Hæc diffinitio data eſt per comparationem animæ ad creaturas. Anima enim ex ſui natura ad ſuſcipiendas omnium rerum tam corporalium, quàm ſpiritualium ſimilitudines apta eſt. Sed ſciendum eſt, quod quædam intelligi habent per oppoſita, vt tenebræ per præſentiam lucis, incorporalia per corporalia: & ſic dicitur anima ſuſcipere ſpiritualium rerum ſimilitudines. Item animæ deſcriptio talis eſt, Anima eſt deiforme ſpiraculum vitæ. Hæc deſcriptio ſumitur à Geneſ. 2. & datur ſecundum quod anima comparatur ad Deum, prout non ex traduce, vel ſeminali ratione propagatur, ſed à Deo corpori creando infunditur, & infundendo creatur. Item Seneca ſic diffinit Animam, Anima eſt ſpiritus intellectualis ad beatitudinem in ſe & in corpore ordinatus. Hæc diffinitio datur in relatione animæ ad finem, ſecundum quod non ſolum ſeparata beatificatur in ſe, ſicut Angelus, imò & in corpore glorificato ipſius beatitudo ampliatur.

Endelechia quid ſit.

Anima vnibilis corpori & non omni.

Intelligibilia per oppoſita.

CAPVT XXX.

Quid ſit anima ſecundum rem.

QVid ſit anima ſecundum rem, diuerſas videnrut ſeutentias philoſophi protuliſſe. Plato enim dicit animam numerum ſeipſum mouenrem. Atiſtoteles endelecliam, Pythagoras harmoniam, Hipoctates ſpiritum tenuem, Heraclitus lucem, Democtitus ſpiritum ex atomis compoſitum, Aconomius Hypeteus igneum vigorem, Parmenides dicit eam eſſe de terra & igne. Epicurus autem ex aëre & igne. Inter has diuerſitates nos ſequimur dicta ſanctorum, & catholicotum magiſtrorum dicentium, quòd anima eſt ſubſtantia ſpiritualis & rationalis, ad viuificandum corpus humanum de nihillo creata. Creata eſt, inquam, animā perfectibilis, & impetfecta quantum ad ſcientiam & virtutes, perfectiſſima tamen eſt quantum ad potentias naturales. Et quia incorporea eſt, ſenſui non eſt ſubiecta, neque ſecundum dimenſionem extenſiua. Quantitatem enim habet anima, vt dicit Auguſtinus, non dimenſiuam, ſed poteſtatiuam & virtualem. Et quia ſimplex eſt anima, ideo nec augmenti, nec detrimenti eſt ſuſceptiua: quia nec in corpore maiori maior, nec in minori minor reperitur, vt dicit Aug. Multitudo quoque potentiarum in anima non ponit maioritatem in animæ natura, ſed multiplicitatem effectuum. Anima etiam eſt vita perpetua, ſcilicet per memoriam, intelligentiam, & voluntatem ad imaginem Dei facta, capax virtutis & vitij, ſuſceptibilis pœnæ, vel præmij, arbitrio libera, potentiis & habitibus ac affectionibus decorata. Caret pondere, figura & colore. Paſſibilis & mutabilis eſt: eò magna eſt, quò capax eſt æternitatis: eò recta, quò naturaliter appetens eſt bonitatis: eò bona, quo particeps eſt diuinitatis.

Geneſ. 1.

CAPVT XXXI.

Quid ſit anima ſecundum nomen.

Anima diuerſimodè nominatur ſecundum diuerſos effectus

ANima dicitur inquantum corpus animat & viuificat. Mens, inquantum recolit. Animus, dum vult. Ratio, dum rectè iudicat. Spiritus, dum ſpirat, vel quia ſpiritualem naturam habet. Senſus, dum ſentit. Memoria dum recordatur. Voluntas, dum conſentit. Hæc nomina diuerſa ſunt animæ, non propter eſſentiæ pluralitatem, ſed propter effectuum multiplicitatem, & operationem. Dicitur anima ab a, quod eſt ſine: & æma quod eſt ſanguis, eo quòd ſit ſine ſanguine. Vel dicitur ab a, quod eſt vita: & nemein, quod eſt tribuere, eò quòd anima vitam tribuat. Vel dicitur anima quaſi anemos, id eſt, ventus, quòd ſpiritus ſit.

Etymologia animæ.

CAPVT XXXII.

De triplici anima.

Animæ potentia quotuplex

ACtus animæ triplex eſt, ſcilicet vegetare, ſentire, ratiocinari: & ſecundum hoc diſtinguitur animæ potentia triplex, ſcilicet vegetabilis, ſenſibilis, & rationabilis. De quibus dicit Amb. quòd anima vegetabilis appetit eſſe, ſenſibilis bene eſſe, rationalis autē optimè eſſe: & ideo nunquam quieſcit donec optimo coniungatur: propter hoc vi amoris in Deum mouetur tanquam ad centrum, vt in ipſo ſummè delectetur. Hæ autem tres potentiæ in diuerſis ſubſtantiis tres animæ dici poſſunt. Nam vegetabilis eſt anima in plantis, ſenſibilis in brutis, rationalis in hominibus. In homine autem tres prædictæ animæ vna ſunt eſſentia, ſed differunt in potentiis: nec obſtat, quòd in homine ſucceſſiuè ac diuerſis temporibus manifeſtantur: hoc enim eſt à virtute formatiua, quæ rationabiliter prius diſponit ad vitam quàm ad ſenſum, & prius ad ſenſum, quàm ad rationem, præſertim cùm natura non in inſtanti & ſubitò, ſed paulatim & ſucceſſiuè operetur. Cùm autem anima rationalis infunditur corpori, tunc prædictæ primò infuſæ potentiæ non habent actiones ſuas deinceps à virtute formatiua, ſed ab ipſa anima. Anima quoque duas primas potentias, ſcilicet vegetabilem & ſenſibilem exercet tantùm in corpore, tertiam verò habet etiam exuta à corpore. Animæ vegetabilis & ſenſibilis non debent dici animæ in homine, nec diuidi vt animæ, ſed vt potentiæ: nec anima vegetabilis in ſenſibili dicenda eſt anima, ſed potentia. Anima autem vegetabilis in vegetabili dicenda eſt anima, non potentia.

Animæ tres.

CAPVT XXXIII.

De potentia animæ vegetatiuæ.

Anima vegetabilis habet tres potentias, & ad quod.

ANima vegetabilis tres vires habet, ſcilicet generatiuam, augmentatiuam, & nutritiuam. Prima eſt ad ſpeciei conſeruationem: ſecunda eſt ad conſeruationem indiuidui. Tertia eſt ad perfectionem ſubiecti. Virtuti autem nutritiuę quatuor deſeruiunt, ſcilicet virtus attractiua, quæ aſſumit neceſſaria in nutrimento. Item digeſtiua, quæ ſeparat conuenienſ ab inconuenienti in alimento. Item retentiua, quæ cibum tandiu retinet in vno loco, donec debitam recipiat alterationem. Item expulſiua, quæ expellit quod ſuperfluum eſt in nutrimento: ſed ante omnes has eſt appetitiua.

CAPVT XXXIV.

De potentiis aprehenſiuis animæ ſenſibilis.

Anima ſenſibilis potentia. Virtus apprehenſiua duplex.

ANima ſenſibilis duplicem habet potentiam, ſcilicet apprehenſiuam, & motiuam. Apprehenſiua diuiditur in apprehenſiuam de foris, & apprehenſiuam de intus. Vires apprehenſiuæ de foris ſunt quinque ſenſus exteriores, ſcilicet viſus, auditus, &c. vel potentiæ exteriores. Vires autem apprehenſiuæ de intus ſunt quinque potentiæ interiores animæ ſenſibilis, quæ ſunt ſenſus communis, imaginatio, æſtimatio, phantaſia, memoria. Tradunt Peripatetici omnes vires iſtas organicas eſſe, & quòd per inſtrumenta corporalia ſuas operationes perficiunt, eò quòd ſint circa particularia tantum. Omnis enim forma particularis in materia aliqua eſt: quoniam forma ſine omni materia accepta, vniuerſalis eſt, circa quam operatur intellectus. Iſta facile eſt videre in ſenſibus particularibus: quoniam illi non apprehendunt, niſi per rei ſenſibilis præſentiam. De virtutibus autem interioribus., quæ ſunt imaginatio, æſtimatio, phantaſia, idem eſt: quoniam in illis omnibus eſt apprehenſio, formæ ſingularis ſecundum ſitum partium eius & lineamenta, & quantitatem. Omnes iſtæ potentiæ paſſiuæ ſunt, & patiuntur à formis & indiuiduis, quæ ſunt principia cognitionis ſenſibilis. Senſibilis dico, quia duplex eſt cognitio:

Cognitio duplex

intellectualis, quæ oritur ex eo, quod propriè per intellectum habet dignoſci, vt formæ communes, & huiuſmodi. Senſibilis eſt, quæ prouenit ex indiuiduis & obiectis ſenſuum particularium, quæ ſunt principia cognitionis ſenſibilis. Sciendum autem, quòd nulla potentia apprehenſiua ſenſibilis retinet id quod apprehendit: imò quod vna apprehendit, alia retinet. Notandum ergo, quòd alia virtus eſt quæ bene tenet, alia quæ bene recipit: & iſta quæ bene tenet, perficitur ſicco frigido: ſed illa quæ bene recipit, perficitur humido.

CAPVT XXXV.

De ſenſibus particularibus.

Senſus particularis diuiſio.

SEnſus particularis in quinque diuiditur, ſcilicet in viſum, auditum, guſtum, odoratum, & tactum: qui in multis conueniunt, & in multis differunt. Conueniunt enim quinque ſenſus in hoc quòd ſunt vires paſſiuæ. Sentimus enim intra ſuſcipientes, non extra mittentes. Senſibile autem poſitum ſupra ſenſum non ſentitur. Omnes ſenſus ſunt perceptibiles ſingularium, non vniuerſalium. Ad quemlibet ſenſum extenduntur nerui duo: vnus ad ſentiendum, qui agitur contra

exteriora: & alius ad motum voluntarium, qui agit vt vis animæ interior, & ad organum dirigit intentionem In omni ſenſu oportet eſſe proportionem ſenſibilis ad ſenſum, quia in mediis delectantur, & in extremis corrumpuntur. Ad ſentiendum autem aliquid oportet eſſe obiectum præſens, & medium deferens, & organum ſanum atque conueniens, & animæ intentionem actualem. Omnes ſenſus vnam habent originem, ſcilicet ſenſum communem, à quo velut à centro quaſi lineæ quædam exeunt. Differunt etiam ſenſus particulares in multis. Nam quilibet habet ſpeciale inſtrumentum. Differunt etiam in obiectis, differunt in medio deferente, quia tactus & guſtus habent medium intrinſecus, & alij extrinſecus. Differunt in apprehendendi velocitate: quia viſus citiſſimè etiam remota apprehendit. Differunt ſitu: quia viſus eſt ſupremus, pòſt auditus, deinde alij per ordinem. Differunt vtilitate, quia guſtus, & tactus maximè ſunt neceſſarij ad conſeruationem indiuidui, & ſpeciei. Guſtus enim diſcernit cibum, per quem ſeruatur animal à nociuo: & tactus diſcernit qualitates ſenſatorum, ſicut calidum & frigidum, & huiuſmodi, vt animal declinet extrema talium qualitatũ, ne corruptionem incurrat. Differunt generalitate: quia tactus eſt generalior, cum non habeat organum determinatum, ſed in omnibus membris ſit. Differunt etiam in impreſſionũ retentione, ſenſus enim groſſiores fortius retinẽt ſuas impreſſiones, ſicut patet in tactu. Nota, quòd videmus viſu & oculo, ſed differenter: nam viſu videmus effectiuè ſiue formaliter, ſed oculo videmus inſtrumentaliter. Eodem modo dicendum eſt de cæteris ſenſibus. Anima autem alienatur à ſenſibus tripliciter. Primò in ſomno, ſecundo in extaſi magis, tertio in morte maximè.

Senſuum particularium differentia.

Anima alienatur & quomodo.

CAPVT XXXVI.

De ſenſu communi.

Senſus exteriores à quo exeunt.

SEnſus communis eſt potentia, quæ omnium ſenſuum particularium obiecta apprehendit. Omnes enim ſenſus exteriores à ſenſu communi, velut à centro, particulariter exeunt, & ſenſatorum ſuorum ſimilitudines ad ſenſum communem reducunt, quo mediante de ſingulorum proprietatibus iudicant & diſcernunt. Vnde ſciendum, quòd ſenſus communis eſt fons, ex quo omnes ſenſus oriuntur, & ad quem omnis motus ſenſibilium refertur, ſicut ad vltimum finem Hæc potentia, quædam habet inquantum eſt ſenſus, & quædam inquantum communis eſt. Inquantum enim ſenſus eſt, habet recipere rerum ſpecies, ſine materia, & tamen præſente materia. Inquantum communis eſt, habet duo, quorum vnum eſt iudicium ſenſibilium, per quod nos apprehendimus nos videre, quando videmus, & audire, quando audimus, & ſic de aliis. Si

enim hoc iudiciũ non eſſet in animalibus, non ſatis eſſet videre & audire vtile, & ſecundum alios ſenſus apprehendere. Secundum eſt multa ſenſata comparare, dicendo vnum eſſe dulce, & aliud dulcius eſſe: & hoc ideo ſenſus communis habet, quia ad ipſum referuntur omnium propriorum ſenſuum ſenſata. Hæc virtus in anteriori parte cerebri ponitur, in loco, vbi concurrunt nerui ſenſitiui quinque ſenſuum, qui locus medulloſus eſt & humidus.

CAPVT XXXVII.

De vi imaginatiua.

Imaginatiua quid ſit.

VIrtus imaginatiua eſt potentia apprehenſiua, in qua imagines rerum ſenſibilium reſeruantur. Hæc virtus plus abſtrahit quàm ſenſus: quia ſenſus non accipit formam niſi præſente re: iſta autem reſeruat formam, etiam re abſente. In hoc etiam imaginatio differt à ſenſu communi, quia ſenſus communis præſentia rei exterioris indiget, ſicut ſenſus particularis. Iſta autem virtus, ſcilicet imaginatio, theſaurus formarum vocatur: quia in ea (ſicut dictum eſt) formæ à particularibus ſenſibus receptæ retinentur. Hæc potentia in anteriori parte cerebri, ſeu interiori, ſicut & ſenſus communis ponitur: & hic maior eſt durities ex frigiditate cerebri proueniens, vbi & imaginatiua retinet impreſſiones à ſenſu communi receptas.

CAPVT XXXVIII.

De vi æſtimatiua.

ÆStimatiua virtus eſt, quæ à forma acquiſita intentiones elicit, quæ ſenſu non percipiuntur, ſecundum quam ouis fugit lupum, & lupus miſeretur ſuo filio: hoc autem non poſſet fieri, niſi lupus haberet cognitionem eius indiuidui, & quòd hoc indiuiduum ſit natus eius, ſicut & ouis apprehendit lupum ſibi nociuum. Iſta verò non poſſunt fieri per ſenſum. Æſtimatiua differt ab imaginatione: quoniam imaginatio ſolùm retinet formas apprehenſas per ſenſum communem: & ad imaginationem ſolam non ſequitur affectus miſeriæ vel triſtitiæ, vel fuga, vel inſecutio. Ad æſtimationem autem ſtatim ſequitur quodlibet iſtorum. Vnde ſicut intellectus practicus ſe habet ad ſpeculationẽ, ita ſe habet æſtimatiua ad imaginationem, & propter hoc æſtimatiua non penitus apprehenſiua eſt, ſed etiam motiua, per hoc quòd determinat ad quid moueri debeat animal & à quo fugere. Cùm enim animal mouetur ad cibum, oportet imaginem cibi in animali eſſe. Sed æſtimatio non ſolùm mouet, imò etiam apprehendit. Oportet igitur animal habere æſtimationem, qua moueatur. Officium igitur æſtimatiuæ eſt apprehendere intentiones, non quidem rationis, ſed naturæ. Vnde non apprehendit quid ſit ſyllogiſmus, aut nomen, aut verbum, vel amicitiam, vel inimicitiam, commodum, vel incommodum, ſicut dictum eſt. Hæc virtus ponitur in prima parte mediæ cellulæ cerebri, quæ calida eſt ex motu multi ſpiritus ad ipſam.

Æſtimatiua ab imaginatione differt, & quomodo.

Æſtimatiua officium.

CAPVT XXXIX.

De phantaſia.

Phantaſia quid ſit.

PHantaſia eſt virtus, vel potentia componens imagines cum imaginibus, & intentiones cum intentionibus, & imagines cum intentionibus. Componit, inquam, phantaſia imagines cum imaginibus, vt eſt apprehendere aliquid eſſe album, vel nigrum, vel diuerſas formas componere, & fingere chimeras. Componit etiam intentiones cum intentionibus, vt patet in oue, quæ apprehendit nato ſuo præbenda eſſe vbera, & alienum eſſe repellendum. Componit etiam imagines cum intentionibus, vt cùm apprehendit ouis formam lupinam eſſe fugiendam. Per phantaſiam maior habetur cognitio, quæ poteſt haberi in anima ſenſibili, quæ eſt in brutis: per hanc enim non ſolùm ſcit præſentia, ſed etiam prouidet ſibi in futurum: per hanc enim quædam animalia faciunt ſibi caſas, & de cibo prouident in longinquum, per hanc etiam de illo ſcit quòd ſit idem, & de alio quòd ſit aliud: & ſic de eo omni de quo ſentẽtia profertur per modum affirmationis & negationis. Per hanc quoque videmus aliquid eligere animalia, & aliquid refutare. Ad electionem autem & refutationem præexigitur ſcientia & diſcretio: & ideo multi dixerunt, quod phantaſia eſt aliquid rationis. Sed dicimus non eſſe veram electionem animæ ſenſibilis, ſed aliquid ſimile. Hæc à vulgo in homine vocatur cogitatiua, cùm tamen cogitare propriè ſit rationis. Phantaſia operatur in ſomno, ſicut in vigilia. Quòd autem in ſomnis res videntur eſſe præſentes, hoc eſt, quia ſit reuerſio ad ſenſum communem. Iſta potentia quando coniuncta eſt rationi, ſicut eſt in homine, tunc accipit agendi & operandi regimen à ratione. Sed quia ratio diuerſificatur ſecundum diuerſitatem eorum, de quibus ratiocinatio fit, ideo per operationes phantaſiæ multiplicantur in homine valde. Vbi autem phantaſia non eſt cum ratione, vt eſt in brutis, tunc regitur ſolùm ſecundum inſtinctum naturæ. Et quia natura vno modo eſt in habentibus ſpeciem vnam, ideo conceptio phantaſiæ operatur in talibus vno modo. Et inde eſt, quòd omnis hirundo facit vno modo nidum ſuum. Dixerunt autem quidam Philoſophi, quòd iſtæ virtutes in brutis potius aguntur, quàm agant, ſed in homine potius agunt quam agantur: quia bruta mouentur ſecundum impetum, & impulſum appetitus naturalis. Motus autem humani regulantur ſecundum regimen rationis. Notandum autem, quòd melancholici, & infirmi, & amantes multas habent phantaſias, ſed hoc non ex illuſtratione, quæ fit per imaginationes rerum ſenſibilium, ſed ex paſſionibus naturæ, & confuſione ſpirituum aſcendentium ad cerebrum, & caput turbantium.

Homo & animalia mouentur, differenter.

bantium. Tales enim ſpiritus diuerſarum imaginationum innolutiones faciunt, & generant horribiles viſiones, & conceptiones. Præterea ſciendum, quod bruta citius recipiunt influxus primi motoris quàm homines, ſicut patet in formica, quæ quando cibum colligit, intra tres dies non pluit. Et gallus cantum ſuum per tempus variat, quia mutationem aeris ex influxione primi motoris præſentiunt. Huius dicti hæc eſt ratio, quoniam homines multum occupantur circa conceptiones ſuas conferendo, & componendo, & diuidendo: quare & influxiones primi motoris non percipiunt ita cito ſicut bruta, quæ non ſic occupantur in ſuis conceptionibus, nec ſecundum illas operantur, ſed tantum ſecundũ inſtinctum naturæ. Iſta vis, ſcilicet phantaſia, plurimum impedit intellectum, eò quod nimis occupat animam compoſitione & diuiſione imaginum, non ſolum acceptarum à ſenſibus, ſed etiam fictarum. Maximè autem impedit intellectum, quando aliquid de cœleſtibus & diuinis imprimitur ei, & hoc ideo, quia conceptiones tales intellectus non poteſt ferre, nec ſunt ſimiles imaginationibus, & fictionibus phantaſiæ. Phantaſia verò ponitur in medio mediæ cellulæ cerebri, tanquam centrum, inter memoratiuam, & imaginatiuam: quia phantaſia conuertit ſe tam ſuper formas, quas accipit imaginatiua per ſenſum, quam ſuper intentiones, quas reſeruat memoria: & tunc iſtas formas ac intentiones diuidit ac componit.

CAPVT XL.

De memoria.

Memoria quid ſit

MEmoria eſt repoſitorium præteritorum. Reſeruat enim memoria intentiones per æſtimationem à figuris rerum elicitas. Anima per memoriam mediantibus rebus ſenſibilibus redit in ipſas res ſenſibiles, quæ ſunt extra ipſam: & propter hoc oportet actum memoriæ duas præcedere operationes: quarum vna eſt hoc eſſe receptum: & hæc eſt operatio ſenſus communis: & in hoc memoria incipit. Secunda eſt hoc eſſe conſeruatum apud nos, quod fit per imaginatiuã. Oportet etiam, quod ante memoriam quædam virtus operetur quæ ex figuris rerum diuidat rerum intentiones ſingulares. In hoc autem differunt imaginatio & memoria, quia iſta conſeruat ſpecies rerum: hæc conſeruat intentiones ſpecierum. Sciendum quoque, quòd memoria diſcretè & diſtinctè reuertitur ad res, componendo intentiones diſtinctas cum imaginibus. Reminiſcentia autem ſiue recordatio eſt motus, quâſi interceptus & abſciſſus per obliuionem, & eſt cum collatione temporis, & loci, & huiuſmodi. Reminiſcentiæ enim modus non eſt vniformis, ſed cauſatur ex pluribus principiis circunſtantibus illud cuius propriè eſt reminiſcibilitas, cum ſit principium multorum prius memoratorum. Cum enim per memo-

Imaginatio & memoria differunt & quomodo.

Memoria & reminiſcentia differunt, & quomodo.

riam fiat rerum apprehenſio, quod eædem res prius fuerint in ſe, vel in ſenſibus alus cognitæ, patet quòd ſi quis res totaliter eſt oblitus, non poteſt per memoriam recordari ſe eſſe oblitum. Sed ſi oblitus eſt in parte, tunc per id quod remanſit, poteſt reminiſci ſe quandoque ſciuiſſe: vnde per collectionem reminiſcentiæ poteſt etiam ad id quod oblitus fuerat redire cum illius adiutorio quod remanſit memoriæ. Alia etiam eſt differentia inter memoriam & reminiſcentiam: quia memoria multa participant animalia, ſed reminiſcentia ſolius rationis eſt, quia reminiſcentia eſt quædam inueſtigatio, quæ ſine ordine rationis non eſt, ac ſine deliberatione, per quæ antecedens ordinatur ad conſequens. Sanè cum quis reminiſci voluerit ea quæ non eo modo quo per ſenſum, ſed per intellectum apprehendit: hoc non fit per memoriam, quia memoria talia non reſeruat, ſed intellectus conuertit ſe ſuper ea, quæ habet apud ſe, & ea reducit ad actum, quæ habet in habitu: iſte autem habitus manet actualiter apud intellectum poſſibilem qui eſt locus ſpecierum vniuerſalium: vnde & vniuerſalia prius ſpeculata remanent apud ipſum tanquam in loco ſuæ generationis etiam actu, quando illa non conſiderat. Intellectus autem poſſibilis ad has ſpecies, quas ſic habet apud ſe, conuertitur, vel ab eis auertitur, quando voluerit. Vltimo notandum eſt, quod memoria ponitur in poſteriori parte cerebri, qui locus eſt ſiccus propter neruos motiuos, qui oriuntur ex ipſo.

Alia differentia inter memoriam & reminiſcentiam.

Locus memoria vbi.

CAPVT XLI.

De vi ſenſibili & motiua.

SEquitur de vi ſenſibili motiua: hæc mouet quandoque ſpiritualiter, quandoque corporaliter. Primo modo dicitur appetitiua, quæ mouet dupliciter, aut diligendo, aut odiendo: & diuiditur in concupiſcibilem & iraſcibilem, per quas appetit anima bonum; vel inſurgit contra malum. Ab his vero duabus, ſcilicet iraſcibili & concupiſcibili, oriuntur quatuor affectiones, ſcilicet gaudium, ſpes, dolor, & timor. Nam ſi præſens eſt quod concupiſcimus, gaudemus: ſi abſens eſt, ſperamus. Similiter ſi præſens eſt de quo iraſcimur, dolemus: ſi abſens eſt, timemus. Senſualitas autem eſt vis animæ ſenſibilis motiuæ, & ad idem mouet, ad quod concupiſcibilis, & iraſcibilis. Senſualitas enim appetit, quæ delectabilia ſunt corpori, ac nociua refugit. Differe tamen ſenſualitas à concupiſcibili & iraſcibili: quia ſenſualitas magis coniungitur corpori: & ſicut in brutis, ita in homine nulla lege perſtringitur, quin ſemper in appetitus rerum ad corpus pertinentium moueatur. Sed concupiſcibilis & iraſcibilis coniunguntur rationi, & prout ſunt in homine, frænantur ratione, ac reguntur virtutibus quæ fundantur in ipſis. Eſt enim temperantia in concupiſcibili, & fortitudo in iraſcibili, & ſic de

Appetitiuã vis mouet multipliciter

Affectiones quæ oriuntur ab iraſcibili & concupiſcibili.

Senſualitas quid ſit.

Iraſcibilis, & concupiſcibilis coniunguntur rationi.

alijs.

alijs. Secundum quod vis motiua ſenſibilis mouet corporaliter, ſic diuiditur in virtutem naturalem, vitalem & animalem: quarum prima ſitum ſuum habet in hepate, vt in proximo principio, cum primum principium eſt cor: ſecunda in corde, tertia in capite, vt in proximo principio, tamen primum principium eſt cor. Virtus enim naturalis eſt motiua humorum, vitalis motiua pulſuum, animalis motiua membrorum. Dicimus ergo, quod virtus naturalis eſt motiua humorum mediantibus arterijs, & venis, quæ radicantur in hepate ſecundum Galenum, ſed ſecundum Ariſtotelem radicantur in corde, & hoc per ſpiritum naturalem. Eſt autem ſpiritus naturalis, ſubſtantia ſubtilis, & aërea vi caloris in corde generata, hæc ſanguinem ad ſingula membra impellit, ex quo corpus vegetatur. Virtus vitalis eſt motiua pulſuum mediantibus arterijs, quæ radicantur in corde. Spiritus autem vitalis eſt idem qui & naturalis. Idem dico in ſubſtantia, ſed differens in virtute, quæ & naturalis eſt, hic per arterias ad membra corporis ſe diffundens, viuificat ipſum corpus tanquam inſtrumentum. Virtus animalis eſt motiua membrorum mediantibus neruis, qui radicantur in capite: & hoc per ſpiritum animalem. Eſt autem ſpiritus animalis idem qui & naturalis, & vitalis, ſed animalis dicitur cum ad cerebrum deuenerit. Hic cæteris ſubtilior per neruos ad organa ſentiendi dirigitur, vt ſenſus & motus ſecundum locũ exinde generetur in corpore animalis. Circa vires iſtas denique ſciendum eſt, quod cum virtutes animales intenduntur, tunc naturales remittuntur, propter hoc in homine dedito ſtudio vel meditationibus, minus operatur virtus nutritiua, & generatiua, & augmentatiua. Ex quo patet, quòd concupiſcentia carnis domatur in viro ſtudioſo. Vnde ait Hieronymus, Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. Præterea quando virtutes animales remittuntur, naturales intenduntur, ſicut patet in ſomno, qui deſcribitur eſſe quies virtutum animalium cum intenſione naturalium.

Virtus naturalis, Vitalis, animalis.

Spiritus animalis quid ſit.

Vir ſtudioſus carnis domator.

CAPVT XLII.

De potentiis animæ rationalis.

In anima plura ſunt & quæ.

TRia ſunt in anima, vt ait Philoſophus, ſcilicet potentiæ, habitus, & paſſiones. Et potentiæ quidem ſunt innatæ, habitus autem ſunt acquiſiti, vel infuſi, paſſiones verò ſunt illatæ vel innatæ. Habitus enim ſunt acquiſiti, vt patet in ſcientia, & virtute politica. Nam ex frequenti ſtudio homo acquirit ſcientiã, & ex frequenti bene agere fit homo bonus, bonitate virtutis politicæ. Sunt & habitus quandoque non per acquiſitionem, ſed per infuſionem: ſicut ſapientia fuit infuſa Salomoni, & virtutes Theologicæ conferuntur quotidie paruulis in baptiſmo, & etiam pœnitentibus in iuſtificatione: & ex actibus non generãtur tales habitus, ſed potius è conuerſo ex talibus habitibus eliciuntur boni actus ex potentiis: vnde in habitibus acquiſitis ſequitur, quales ſunt actus, tales ſunt & habitus, ſed in habitibus infuſis eſt contrariũ, ſcilicet, quales ſunt habitus, tales ſunt & actus. Eſt tamen verum, quod ſicut habitus acquiſiti generantur per actus, ita & generant per actiones, ſed non meritorias, inquantum tales. Paſſiones autem ſunt illatæ ab extrinſeco. Vocat autem paſſiones Philoſophus ipſas receptiones obiectorum. Sumuntur & aliter paſſiones, vt dicantur affectiones, ſicut dolor, timor, & ſpes & gaudium.

1. Reg 1. Ioan 1. & 10.

Ex habitibus infuſis generantur actus, non è contrario.

CAPVT XLIII.

De diuiſione potentiarum animæ.

Potentiarum animæ diuiſio.

NVnc ad diuiſionem potentiarum animæ accedamus. Philoſophus ergo principaliter diuidit animæ potentias, in cogitatiuam & motiuam, quas Theologus appellat intellectum, & affectum: ipſum autem affectum intelligit voluntatem. Potentia autem animæ tunc dicitur intellectus, dum eſt apprehenſiua: & dicitur võluntas, dum eſt motiua. Item quædam ſunt vires animæ ſeparatæ à corpore, vt velle, & intelligere: ſecundũ quas anima nõ vnitur corpori, ſed vnitur vtenti corpore, ſcil. phantaſia, quæ ſic ſe habet ad intellectum ſicut color ad viſum, vt ait Philo. Quædam verò ſunt vires inſeparabiles à corpore, vt vegetabiles, & ſenſibiles, & quantum ad eſſentiam & quantum ad operationem, vt in brutis. Sed in homine ſeparantur vires iſtæ à corpore quantum ad eſſentiam, licet anima operationes earum exercere non poſſit extra corpus. In brutis verò ſimpliciter pereunt quantum ad vtrunque. Item anima potentias quaſdam habet communes cum brutis, vt eſt ſenſualitas, ſenſus particularis, ſenſus communis, imaginatio, memoria, æſtimatio. Quaſdam habet non communes cum illis, vt eſt ratio, & intellectus, & huiuſmodi. Item anima habet vires quaſdam quoad ſe, vt eſt ratio, voluntas, liberum arbitrium, quaſdam habet quibus corpus corpori permiſcetur, vt eſt vis naturalis, vitalis, & animalis, de quibus dictum eſt ſupra. Ex iam dictis patet, quod potentiæ, quædam ſunt organicæ, quædam non. Item ex prædictis collige, quod anima rationalis omnes potentias habet animæ vegetabilis & ſenſibilis, ſed non inquantum rationalis eſt: verum inquantum rationalis eſt, addit intellectum & liberum arbitrium, & huiuſmodi. Et hoc eſt quod dicit Greg. Omnis, inquit, creaturæ aliquid habet homo. Habet namque homo commune eſſe cum lapidibus, viuere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. Quicquid enim virtutis, aut nobilitatis habent naturæ inferiores, habent & ſuperiores, ſed perfectiori modo, & nobiliori: & quod poſſunt inferiores, poſſunt & ſuperiores, ſed nobiliori & perfectiori modo. Propter hoc manifeſtum eſt, quod omnes vires quibus communicamus cum brutis, differunt ſpecie, prout ſunt in nobis, & in brutis.

Homo cum omnibus creaturis communicatem habet.

CAPVT

CAPVT XLIV.

De potentiis cognitiuis.

Virtutis intellectiua differentia.

QVatuor aſſignantur differentiæ virtutis intellectiuæ. Prima aſſignatur ſecundum differentiam naturæ: & ſic intellectus diuiditur in agentem & poſſibilem. Secunda datur ſecundum differentiam obiecti, & ſic diuiditur intellectus in ſpeculatiuum & practicum. Tertia aſſignatur ſecundum differentiam dignitatis, & ſic diuiditur ratio in partem ſuperiorem & inferiorem. Quarta datur ſecundum comparationem ad actum, & ſic diuiditur intellectus in habitum, & in actum. In habitum quidem, vt poſſit intelligere quando vult. In actum verò, cum actualiter ad intelligere ſe conuertit & ad intelligibile. Differentia verò intellectus in effectu, & eius qui dicitur adeptus, ſumitur ſecundum maiorem & minorem perfectionem ipſius intellectus poſſibilis Nam cum intellectus poſſibilis recipit ſpecies cum lumine intellectus agentis: tunc dicitur intellectus in effectu, & etiam in habitu. Intellectus verò cum recipit perfectè lumen ſecundum formalem coniunctionem, tunc vocatur intellectus adeptus. Diligenter autem notandum eſt, quòd omnes differentiæ intellectuum iam prædictæ ſumuntur vel ſecundum actum, vel ſecundum habitum, vel ſecundum modum intelligendi: & nulla ſumitur ſecundum diuiſionem potentiæ cognitiuæ, niſi prima tantum, ſecundum quam diuiditur in agentem & poſſibilem.

CAPVT XLV.

De modo cognoſcendi.

REs aliter cognoſcit Deus, aliter Angelus, aliter homo. Ipſe quoque homo aliter per intellectum Deum cognoſcit, & aliter creaturas. Intellectus enim diuinus cognoſcit res ex ſeipſo, intellectus autem Angeli cognoſcit res per ſpecies ſibi concreatas, quæ ſunt ſimilitudines rerum. Sed intellectus humanus cognoſcit res per ſpecies abſtractas à rebus particularibus per ſenſum prius cognitis. Vnde ſciendum, quod ſicut ſenſus cognoſcit res præſente obiecto, & ſicut imaginatio cognoſcit abſente obiecto, & tamen cum appendiciis materiæ: ita intellectus cognoſcit ſine appendiciis materiæ ſub intentione vniuerſali.

Anima cognoſcit aliqualiter omnia.

Anima igitur per intellectum aliqualiter cognoſcit omnia, & attingit. Cognoſcit enim Deum ſupra ſe, & ſeipſam in ſe, & Angelos iuxta ſe, & quicquid cœli ambitu continetur, infra ſe.

Modus cognoſcendi Deum quis ſit.

Quis ſit autem modus cognoſcendi Deum, nota quod intellectus humanus non cognoſcit Deum per abſtractionem, ſicut alias res: & hoc ideo, quia ſimilitudo abſtracta ſimplicior eſt illo à quo fit abſtractio: Deo autem

nihil ſimplicius eſt. Alia ratio eſt, quia in abſtractione oportet eſſe vniuerſale & particulare. Particulare quidem à quo fit abſtractio: vniuerſale autem, ſcilicet ipſum abſtractum: ſed nihil horum cadit in Deum. Cognoſcitur igitur Deus naturali cognitione, quia intellectus poſſibilis ita formatus lumine intellectus agentis, quod eſt ſimilitudo primæ lucis, in hac ſimilitudine cognoſcit lumen quod eſt Deus. Sciendum præterea, quod per ſenſum cognoſcimus particularia, ſed per intellectum vniuerſalia: & quando ſe intellectus conuertit ad particulare vt ipſum apprehendat, tunc ſimilitudo abſtracta à particulari erit vniuerſalis, & non particularis. Item nihil venit in intellectum niſi per ſenſum, & hoc fit duobus modis, ſcilicet vel ſimpliciter, vel per accidens. Simpliciter quidem, vt quando intelligimus ſenſibilia prius per ſenſum apprehenſa. Per accidens autem, quando intelligimus inſenſibilia per effectum. Notandum eſt etiam, quod aliud eſt rem per cognitionem in intellectum venire, & aliud eſt in re iam intellecta verſari: quia tunc cognitio rerum per ſenſum venit in intellectum, ſicut dictum eſt, ſed cum intellectus rem iam apprehendit, tunc delectatur, & negotiatur in illa, etiam ſine ſenſus adminiculo.

Particularia cognoſcuntur & quomodo.

Ad cognoſcendum autem iſta plenius nota vtrumque verum eſſe, ſcilicet, quod per particularia cognoſcuntur vniuerſalia, & è contra per vniuerſalia cognoſcuntur particularia. Iſtud ſic patet: quia duplex eſt vniuerſale: vnum ſcilicet, prout eſt abſtractum, & aliud, confuſum videlicet, ſecundum quod eſt in particulari.

Vniuerſale duplex.

Dicimus ergo, quod ad cognitionem vniuerſalis abſtracti venimus per particularia, ſicut in pueris in quibus prius operatur ſenſitiua, quam intellectiua: quia prius cognoſcunt particularia per ſenſum, & poſtea vniuerſalia per intellectum. Sic & Philoſophi inuenerunt modum argumentandi per inductionem: quia ex multis propoſitionibus particularibus, vnam concluſerunt vniuerſalem, hoc modo: Socrates eſt animal, Plato eſt animal, Cicero eſt animal, ergo omnis homo eſt animal.

Concluſio vniuerſalis quomodo fit.

E contrario eſt in vniuerſali confuſo: quoniam per talem vniuerſalem venimus in cognitionem particularium: ſicut patet, quando videmus hominem à remotis, tunc non cognoſcimus, niſi eius ſubſtantiam corpoream: ſed poſtea per motum cernitur eſſe animal: dum vero magis appropinquat, cernitur eſſe homo: tandem cognoſcitur eſſe Petrus.

Scire & intelligere qualiter differãt.

Nota, quòd ſecundum Philoſophum plura ſcire poſſumus, ſed vnum ſolum intelligere: quoniam ſcire dicit habitum per quem plura ſcimus: intelligere autem dicit actum, qui non poteſt eſſe intellectus duplicatus. Intellectus enim ad vnum ſolum ſe poteſt actualiter conuertere: & hoc patet quia quando quis agit duos actus rationis ſimul vno tempore, vnus eſt intellectus, & alius memoriæ, ſiue conſuetudinis: verbi gratia.

Agere duos actus rationis quis poteſt & quomodo.

Aliquis dicit horas, & cum hoc in libro quærit concordantias, vel numerat denarios: vnum illorum, ſcilicet quærere concordantias, eſt actus intellectus, ſed aliud, ſcilicet dicere horas, eſt actus memoriæ: ſicut etiam animal

brutum ſine regimine intellectus vadit ad domum ad quam ſæpe iuit. Item nota, quòd ad intelligentiam rei non requiritur præſentia ſimilitudinis eius tantum: quia res non cognoſcitur per eſſentiam, ſed per ſimilitudinem tantum: & inde eſt, quòd intellectus apprehendit remota ſicut propinqua.

CAPVT XLVI.

De intellectu agente & poſſibili.

Intellectus agens quid.

Nunc de intellectu agente & poſſibili ſpecialiter eſt dicendum. Intellectus igitur agens eſt, qui abſtrahit ſpecies ab imagine, ſiue phantaſia, & ſua irradiatione facit vniuerſales, ac ponit res in intellectu poſſibili. Nam ſicut ad viſum corporalem exigitur lux abſtrahens intentiones colorum, id eſt, ſimilitudines à colorato, & ponit eas in aëre, non quidem ſecundum ſpeciem, ſed ſecundum intentionem, id eſt, ſimilitudinem: ſic intellectus agens, qui eſt lux animæ, ponit ſpecies abſtractas à phantaſia in intellectu poſſibili, non quidem actualiter, ſed ſecundum intentionem, id eſt, ſimilitudinem. Quare autem inter imaginationem & intellectum poſſibilem non ſunt potentiæ eiuſdem ſpeciei, quoniam altera eſt potentia animæ ſenſibilis, altera animæ rationalis. Intellectus autem poſſibilis dicitur, quia poteſt recipere tales ſpecies, ſed nondum recipit eas, cuius exemplum eſt, tabula nuda nullam habens picturam, poteſt tamen habere quancunque. Sanè cum intellectus poſſibilis tales ſpecies receperit, tunc (ſicut habes ſuprà) vocatur intellectus in effectu, vel in habitu: cum verò illuſtratur multitudine ſpecierum ſenſibilium, tunc eſt intellectus adeptus. Qualiter autem iſtæ ſpecies remaneant cum intellectu poſſibili, vel qualiter ad eas fiat per reminiſcentiam conuerſio & reuerſio, habes ſuprà in cap. de memoria. Porrò intellectus agens & poſſibilis differunt, ſicut lux & illuminatum, & ſicut perficere & perfectibile: quia, vt ait Philoſ. intellectus agentis eſt omnia facere, ſed intellectus poſſibilis eſt omnia fieri. Et vt plenius innoteſcat, notandum quòd ſicut ad hoc quòd per ſpeculum aliquid videatur, tria ſunt neceſſaria, ſcilicet ſpeculum quod aptum natum eſt recipere impreſſionem corporum obiectorum, color autem in corporibus obiectis, & lux qua moueatur color corporum obiectorum, quæ ſine luminis influxu quantumcunque obijciantur, non ſunt receptibiles à ſpeculo: ſic ſimiliter ad hoc, vt aliquid in intellectu videamus, oportet quòd ſit intellectus poſſibilis, qui aptus natus eſt recipere ſpecies, quemadmodum dictum eſt de ſpeculo, oportet etiam quòd ſint ſpecies ſpeculatæ apud intellectum poſſibilem, qui habet ipſas in habitu, cum ſit locus ſpecierum vniuerſalium. Sed ſicut color in corpore non mouetur, nec ſpecies, niſi mediante lumine imprimantur in ſpeculo, ſic nec phantaſmata erunt actu intelligibilia, niſi intellectus agens irradiet, & diffundat ſuper eum lumen ſuum, ſicut lux ſuper colores, vt ſic ſecundum actum intelligibilia efficiantur.

Intellectus poſſibilis quid.

Intellectus agens & poſſibilis differentiæ, & quomodo.

Ad cognoſcendum per ſpeculum tria requiruntur & quæ.

CAPVT XLVII.

De intellectu ſpeculatiuo & practico.

Sequitur de intellectu ſpeculatiuo, & practico, qui ambo in cognitione conſiſtunt: ſed in hoc differunt, quòd intellectus ſpeculatiuus cognoſcit verum in ratione veri, practicus autem cognoſcit verum in ratione boni. Item intellectus ſpeculatiuus vocatur cognitio ſpeculatiua, ſed practicus dicitur cognitio affectiua. Item finis ſpeculatiui eſt verum: finis autem practici eſt opus. Item per ſpeculatiuum intelligimus rectè, ſed per practicum rectè viuimus. Intellectus practicus vocatur operatiuus, quia dicitur à praxi, quod eſt operatio. Item intellectus practicus diuiditur in rationem, & ſyndereſin. Ratio autem diuiditur in partem ſuperiorem & inferiorem: de quibus per ordinem eſt dicendum.

Intellectus ſpeculatiuus & practicus qualiter differunt.

Intellectus practici diuiſio.

Rationis diuiſio.

CAPVT XLVIII.

De ratione & partibus eius.

Ratio eſt vis animæ non ſolùm cognitiua, ſed etiam motiua. Ratio autem cùm iudicat aliquid eſſe bonum, vel malum, & ibi ſiſtit, tunc dicitur cognitiua. Si autem procedit amplius & iudicat eſſe bonum, vt fiat, ſic dicitur motiua. Si verò adhuc vlteriùs procedit, vt non ſolùm indicet eſſe bonum, vt fiat, ſed etiam id appetit, ſic dicitur liberum arbitrium: quoniam liberum arbitrium apprehendit rationem & voluntatem. Ratio autem prout ſe habet ad bonum particulare, diuiditur in partem ſuperiorem, & inferiorem. Superior pars diuinis ac æternis intendit, inferior autem de tranſitoriis iudicat, & ea diſponit. Item ſuperior pars accipit rationes per leges diuinas: vt, hoc eſt faciendum, quia Deus præcipit. Pars autem inferior accipit rationes per leges humanas: vt, hoc eſt faciendum, quia honeſtum eſt, vel quia expedit reipublicæ. Item ſuperior pars rationis dicitur virtus, quæ licet vſque ad contemplationem æternorum ſe extendat, differt tamen ab intelligentia, quia intelligentia negotiatur in æternis, per modum rationis, vel intentionis: ratio autem non ſic, ſed conferendo, & ratiocinando. Differt autem ratio etiam alio modo ab intellectu, quoniam intellectus apprehendit eſſe rei abſolutè, ratio autem cum collatione vnius ad alterum. Inferior verò pars rationis dicitur multipliciter: quæ quia circa res corporales verſatur, coniuncta eſt ſenſualitati, & ſæpe allicitur ab ea, videt enim ſemper ſibi porrigi pomum, id eſt, illecebram vicinam. Ratio tamen inferior & ſuperior idem ſunt in eſſentia, ſed differunt in officio. Exemplum in oculo ſurſum & deorſum aſpiciente.

Ratio quid ſit.

Ratio cognitiua, motiua & liberum arbitrium dicitur.

Ratio diuiditur.

Pars ſuperior quid agat.

Pars inferior quid agit.

Ratio & intellectus differunt.

CAPVT XLIX.

De potentiis animæ motiuis.

Virium motiuarum diuiſio
Vis imperatiua quid ſit.
Conſiliatrix.
Affectiua.

VIrium motiuarum animæ rationalis eſt diuiſio. Diuiditur enim vis motiua in imperatiuam, & conſiliatricem, & affectiuam, & conſiliatricem ſimul & affectiuam ſimul. Vis imperatiua eſt liberum arbitrium & ſynderesis. Conſiliatrix eſt ipſa ratio, quæ diuiditur in partem ſuperiorem & inferiorem. Vis autem affectiua eſt voluntas, quæ diuiditur in theleſin, & buleſin. Vis quæ ſimul & conſiliatrix eſt & affectiua, eſt ipſe intellectus practicus.

CAPVT L.

De voluntate.

Volũtas quid ſit.

INter dictas potentias primò dicendum eſt de voluntate, quæ inter cæteras motiuas eſt præcipua, cùm ſit generalis motrix omnium virium. Cùm enim intellectus apprehendit aliquid, vt bonum, voluntas imperat viribus affixis ipſis organis, ſicut viſui ad videndum, auditui ad audiendum, & ſic de aliis ſenſibus Similiter in motu locali voluntas imperat virtuti animali, quæ eſt in neruis, & in muſculis, & ita mouet ad ambulandum, vel currendum, & ad huiuſmodi ſimilia. Sed fallit iſtud in potentiis animæ vegetabilis, in quibus voluntas ſuum imperium non exercet. Nutritiua enim & generatiua & augmentatiua non ſecundum noſtrum arbitrium, ſed naturaliter operãtur. Voluntas autem in duas diuiditur partes, ſcilicet in theleſin, & buleſin, id eſt voluntatem naturalẽ & deliberatiuam: quarum prima, ſcilicet voluntas naturalis, dirigitur per ſyndereſin: ſecũda verò, ſcilicet deliberatiua, per rationem. Nota, quòd voluntas propriè & ſtrictè tantummodo rationabilium eſt, ſed largè dicitur etiam brutorum eſſe. Impropriè verò & quaſi metaphoricè dicitur etiam eſſe vegetabilium. Vnde voluntas primo modo ſumpta, ſcilicet prout eſt rationabilium, propriè voluntas dicitur. Secundo autem modo, prout eſt brutorum, vocatur propriè deſiderium. Tertio modo prout eſt vegetabilium, vocatur appetitus. Inter potentias autem nulla eſt liberior, quàm voluntas: quia nec obligatur organo, ſicut imaginatio, æſtimatio, & huiuſmodi: nec cogitur à bono ſicut intellectus cogitur à vero. Vires enim affixæ organis immutantur neceſſariò immutato organo, quibus omnibus voluntas caret: vnde ait Auguſtinus: Nihil adeò in noſtra poteſtate eſt ſicut voluntas. Si autem ſcire volueris quare voluntas non cogitur à bono, ſicut intellectus à vero, hæc eſt ratio, quia citra primum bonum, nihil eſt ita bonum quod non aliquid imperfectionis habeat, ſed aliquid ita verum eſt, quod nihil falſitatis habet: vt patet in hac propoſitione, Quodlibet totum maius eſt ſua parte: vnde tali vero cogitur intellectus aſſentire, ſed voluntas nulli bono creato cogitur adhærere. Item voluntas videtur interdum cogi per inordinatum appetitum, prout voluntas quandoque trahit hominem, & allicit vt bonum ſpernat incommutabile, & rebus mutabilibus adhæreat, ſed in huiuſmodi coactione libertas quædam eſt: vnde Auguſtinus, Omne peccatum adeò eſt voluntarium, quòd ſi non eſt voluntarium, non eſt peccatum.

Voluntatis diuiſio.
Voluntas propriè & impropriè quid.
Omnium potentiarum voluntas & quare.
Voluntas non cogitur à bono
Voluntas cogibilis & quomodo.
Omne peccatum à voluntate.

CAPVT LI.

De ſyndereſi.

Syndereſis quid ſit.
Syndereſis inextinguibilis, & quomodo extinguibilis.

SYndereſis vis eſt motiua, quæ ſemper nata eſt figi in ſuperioribus, naturaliter mouens, & ſtimulans ad bonum, & abhorrens malum: & in iſtis nunquam errat, neque ſecundum ſyndereſin eſt peccare. Sciendum etiam, quod ſyndereſis nunquam extinguitur totaliter, etiam in diabolo, & in damnatis: remanet enim in illis aliquis eius actus. Syndereſis enim quantum ad inſtinctum boni, & quantum ad diſplicentiam mali culpæ abſolutè conſideratæ, extincta eſt in diabolo & damnatis: ſecundum verò quòd culpa comparatur ad pœnam, ſic non eſt extincta in illis ſyndereſis: & in hunc modum remanet in eis ad pœnam. Iſa. Vermis eorum non morietur. Habent igitur diſplicentiam mali in comparatione & collatione ad pœnam. *Iſa. 66.*

CAPVT LII.

De conſcientia.

Conſcientia quid ſit, & vnde dicatur.
Conſcientia recta, & erronea.

HOc nomen, conſcientia, componitur ab hac præpoſitione, con, & hoc nomine ſcientia, vnde conſcientia dicit duo, ſcilicet ſcientiam, & ſecundum hoc conſcientia eſt habitus naturalis, non ſolùm cognitiuus, ſed etiam motiuus: inclinat enim animam ad proſecutionem boni, & fugam mali. Alio modo conſcientia dicit acceptionem ex parte rationis, quod notatur ex hac præpoſitione, con. Primo igitur modo prout conſcientia includit ſcientiam in ſe, habet ſe ſicut ſuperius, & coniungitur ſyndereſi, & ſemper eſt recta. Secundò modo coniungitur magis rationi: & ſic ſe habet ſicut inferius, hoc modo recipit errorem & cõturbationem. In conſcientia enim ex parte inferiori bene poteſt accidere error. Nam ratio cum conſcientia parti inferiori iungitur, habet verſari circa particularia, in quibus ſæpe contingit errare, ſicut patet in ſyllogiſmo conſcientiæ, in quo ſyndereſis proponit maiorem ſic, nullum malum eſt faciendum, ratio ſubſumit minorem, ſcilicet, hoc eſt malum, conſcientia concludit, ergo non eſt faciendum. Circa primam non eſt error: circa ſecundam quandoque eſt error: & ex hoc falſitas in concluſione quandoque oritur. Cauenda eſt conſcientia nimis larga, & nimis ſtricta. Nam prima generat præſumpionem, ſecunda deſperationem. Item

prima dicit ſæpe malum, bonum, ſecunda è contra bonum malum. Item prima ſæpe ſaluat damnandum, ſecunda è contra damnat ſaluandum. Nota, quòd aliud eſt conſcientia, aliud eſt timor conſcientiæ. Tunc enim eſt conſcientia, quando quis ſententialiter iudicat aliquid eſſe faciendum vel vitandum: & contra talem conſcientiam facere, etiamſi ſit erronea, peccatum eſt. Sed contra timorem conſcientiæ facere, non ſemper eſt peccatum: quia talis timor non eſt ſemper ex diffinitiua ſententia rationis, per quam iudicet ſe teneri ad aliquid: ſed ex eo quòd vacillat inter dubia, neſciens quid ſit melius, vel ad quid teneatur potius, cum tamen non omitteret quicquid ſciret eſſe placitum diuinæ voluntati. De conſcientia quoque ſciendum, quòd quandoque reſpicit præteritum, quandoque præſens, quandoque futurum. Nam conſcientia accuſat de præterito, remurmurat de præſenti, & præcauet de futuro. Præterita namque reſpicit, vt quando conſcientia mentem de hoc quod ſibi conſcia eſt, reprehendit, ſicut de malo commiſſo, vel de bono omiſſo. Præſentia etiam reſpicit, contradicendo eis, quorum per conſcientiam habuimus oppoſitum. Futura quoque reſpicit, vt quando inſtruit & ſtimulat mentem ad ea facienda vel vitanda, ad quæ ipſa conſcientia indicat nos teneri. Quòd autem conſcientia ſe extendat vt dictum eſt tam ad facta quàm ad facienda, poteſt colligi ex diffinitionibus conſcientiæ, quæ tales ſunt. Dicit enim Ioan. Dam. quòd conſcientia eſt lex intellectus noſtri. Baſilius autem dicit eſſe rationale iudicatorium. Diffinitiones iſtæ magiſtrales ſunt. Conſcientia eſt cognitio ſui ipſius. Item conſcientia eſt animi habitus agendorum & non agendorum. Item conſcientia eſt habitus mentis boni & mali diſcretiuus. Item conſcientia eſt credulitas intentionis ad aliquid faciendum vel non faciendum animi deliberatione firmata. Error conſcientiæ octo modis cauſatur. Primò ex ignorantia, quando ſcilicet neſcit quis quid eligendum ſit, vel declinandum. De tali errore dicitur 1. Parali. 20. Cùm ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolùm reſidui habemus, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Secundò ex negligentia, vt cùm quis negligit conſcientiam diſcutere, vel neſcit ſe expedire, negligit tamen ab aliis quærere. Tertio ex ſuperbia, vt quando quis non humiliat intellectum ſuum, vt melioribus & ſapientioribus ſe velit credere. Contra quos Apoſtol. 2. Cor. 10. Captiuantes omnem intellectum veſtrum in obſequium Chriſti, hoc eſt dicere quòd quilibet in credendis plus debet fidei conſentire quàm ſibi, & in agendis plus debet aliis credere, quàm ſibi. Quartò ex ſingularitate, qua homo ſequens ſenſum proprium, non conformat ſe aliis, nec ſequitur vias communes bonorum. De his in Numeris. Extrema caſtrorum conſumpſit ignis. Quintò ex affectu inordinato, qui ſæpè inclinat conſcientiam ad id quod tunc homo appetit: & ſic facit eam à ſua rectitudine deuiare. Seneca, Perit omne iudicium, cùm res tranſit in affectum. Sextò ex puſillanimitate, qua quis timet non timenda ſecundum rectum iudicium rationis. Iſa. Dicite puſillanimes, confortamini, nolite timere. Septimò ex perplexitate, qua homo ſe credit eſſe poſitum inter duo peccata, quorum alterum ſit impoſſibile declinare. Sed ſciendum, quòd perplexitas nihil eſt ſimpliciter: poteſt tamen quis eſſe perplexus ſecundum quid, id eſt, ſecundum erroneam conſcientiam, qua depoſita erit liberatus. Octauò ex humilitate, & cordis puritate. Gre. Bonarum mentium eſt ibi culpas agnoſcere, vbi culpa non eſt. Error primis ſeptem modis acceptus reprehenſibilis eſt: octauo verò modo laudabilis eſt, imò nec error dici debet, ſed humilis ſuorum defectuum recognitio, dummodò non ſit nimia.

Iſa. 5. — *Conſcientia & timoris conſcientiæ differentia.* — *Conſcientia diffinitiones.* — *Error conſcientia cauſatur, & vnde.* — Num. 15. — Iſa. 65. — *Perplexitas quid ſit.* — *Error reprehenſibilis & laudabilis.*

CAPVT LIII.

De operationibus animæ.

ANima ſecundum diuerſas potentias, multas & diuerſas habet operationes. Ipſa enim cognoſcit verum per intellectum ſpeculatiuum, affectat bonum per intellectum practicum. Diſcernit conferendo inter bonum & malum, verum, & falſum per rationem. Diſcernit ſimul & eligit per liberum arbitrium. Conſentit per voluntatem, inuenit medium per ingenium, ſtimulat ad bonũ per ſynderesin. Anima autem in actibus ſuis ordinem habet: nam quod ſenſus percipit, imaginatio repræſentat, cognitio format, ingenium inueſtigat, ratio iudicat, memoria ſeruat, intelligentia apprehendit, & ad contemplationem adducit. Anima præterea cognoſcit res præſentes per ſenſum, abſentes verò per imaginationem, res autem immateriales per præſentiam ſui in ſemetipſa, ac ſeipſam per reflexionem ſui ſuprà ſe. Habet etiam alios actus anima pertinentes ad corpus, ſicut eſt vegetare per virtutem naturalem, ſentire per virtutem animalem, & viuificare per virtutem vitalem, de quibus omnibus dictum eſt ſuprà.

CAPVT LIV.

De quantitate animæ.

ANima cum ſit ſimplex, non habet quantitatem dimenſiuam, ſed virtualem: vnde patet, quòd anima ſecundum eſſentiam non eſt in toto corpore, ſed in parte corporis determinata, & inde virtutem influit toti corpori: & ad hoc ponit Calcidius exemplum de aranea, quæ in medio telæ ſuæ reſidens, ſentit quemlibet motum ſiue interius ſiue exterius in tela factum. Eodem modo anima in centro cordis poſita, ſine ſui diſtenſione totum corpus ſibi vnitum ſenſificat, viuificat, atque mouet. Nec contra ſimplicitatem animæ eſt, quòd tres dicuntur eſſe animæ, ſcilicet vegetabilis, ſenſibilis, & rationalis, cuius intelligentia ſuperius eſt expreſſa. Anima quoque licet ſit ſimplex, tamen ſecundum

Anima non eſt in toto corpore, & eſt in toto, & quomodo. — *Anima in centro cordis.*

ſecundum Boëtium differt in eo quod eſt, & quo eſt: ſicut & angelus & omne quod eſt creatum: quæ omnia differunt ſecundum rationem particularis & vniuerſalis.

CAPVT LV.

De immortalitate animæ.

Animæ immortalitas probatur. ANimam eſſe immortalem auctoritate oſtenditur & ratione. Dicitur enim in libro Sapientiæ, Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum, & infrà. Et ſpes illorum immortalitate plena eſt. Item
Apoc. 9. in Euangelio, Quærent homines mortem, & non inuenient. Item Greg. loquitur de malis inferni: Ibi mors ſemper viuit, finis ſemper incipit, & defectus deficere neſcit. Item Io. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Item per
Anima beatitudinis capax. rationes. Prima talis eſt. Omnis corruptio ex contrarietate cauſatur: nihil autem eſt quod ſubſtantiæ animæ contrarietur. Præterea anima capax eſt beatitudinis. Deus autem (vt ait Auguſtinus) ingenti liberalitate replet omnes creaturas pro captu earum, ergo confert animæ beatitudinem: ad beatitudinem autem ſpectat vita æterna, & gloria perpetua. Præterea ſi anima moreretur cum corpore, homo non timeretur mortuus, ſicut nec lupus, nec canis mortuus: ergo relinquitur aliquid viuens poſt mortem hominis quod timetur: & hoc eſt anima.
Pſal. 20. Ioan. 5. Præterea cum Deus ſit iuſtus, habebunt iuſti præmium, & mali pœnam: ſed hoc non fit in hoc mundo, cùm mali videantur florere, de-
Iob 21. ducentes in bonis dies ſuos, vt dicit Iob, boni verò tribulentur: ergo fiet alibi: ſed hoc non
Geneſ. 49. poteſt eſſe, niſi anima ſit immortalis. Aug. Tranſeunt in præſenti tribulationes, & proſpera cum tempore: ſed cancellatis manibus more Iacob, eadem redeunt ſine fine manſura: vt hic tribulati & afflicti ſine fine gaudeãt, iucundati
Iacob. 1. verò & ditati pœnas æternas ſuſtineant. Iacobus, Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. Beda ſuper iſto verbo: Ne indignemini fratres mei ſi mali in mundo florent, & vos patimini: quia non eſt Chriſtianæ dignitatis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi. Mali nihil habent in cœlo, vos nihil in mundo: ſed ſpe illius boni ad quod tenditis, quicquid in via contingat, gaudere debetis. Hieronymus: Difficile, imò impoſſibile eſt, vt præſentibus bonis quis fruatur, & futuris: vt hîc ventrem, illic mentem reficiat: vt de deliciis ad delicias tranſeat: vt in cœlo & in
Geneſ. 1. terra glorioſus appareat. Præterea Deus fecit animam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſed Deus eſt immortalis, ergo & anima.

CAPVT LVI.

De libero arbitrio.

LIberum arbitrium, vt ait Auguſt. eſt facultas rationis & voluntatis, qua eligitur bonum gratia exiſtente, malum gratia deſiſtente. *Liberum arbitrium quid ſit.* In hac diffinitione ſimul ponitur ratio, & voluntas. Ratio quidem vt conſiliarius, voluntas autem, vt imperator. Nam ratio dicit aliquid eſſe bonum vel malum, voluntas dicit, fiat. Nota, quòd libertas liberi arbitrij eſt libera à coactione ſufficienti: nulla enim coactio exterior eſt cauſa ſufficiens, vt aliquid fiat, *Liberum arbitrium non cogitur.* licet quandoque ſit efficiens, vt patet in multis qui coacti ſunt negare Chriſtum per tormenta: quoniam in huiuſmodi coacta voluntas, voluntas eſt, vt ait Auguſt. Quando verò peccator retrahitur à gratia, tunc non deſtruitur libertas liberi arbitrij, quia cæcus, vel feſſus, vel claudus in foueam cadens, quando extrahitur, non fit hoc illo inuito. Libertas liberi arbitrij triplex eſt, ſcilicet à neceſſitate, à peccato, à miſeria. *Arbitrij libertas triplex.* Prima libertas eſt naturæ, ſecunda gratiæ, tertia gloriæ. Item prima eſt bonorum & malorum, ſecunda eſt tantummodo bonorum, tertia eſt in cœlo regnantium. Ex his patet, quòd libertas malorum eſt velle peccare, & etiam poſſe peccare: ſed libertas in paradiſo fuit poſſe non peccare, & etiam poſſe non turbari: libertas verò patriæ eſt nolle, & non poſſe peccare, nec poſſe turbari. Patet ergo, quòd liberum arbitrium liberius eſt in bonis quàm in malis, quia in nobis eſt tantummodo ſeruitus miſeriæ, in malis autem eſt ſeruitus miſeriæ & peccati: ſed in patria eſt liberrimum, quoniam omnis talis ſeruitus deſtruetur. Nota, quòd licet Deus non poſſit malè facere, & ſimiliter angelus, & animæ bonæ, vel beatæ, tamen eſt in eis liberum arbitrium: *Liberum arbitrium in Deo, Angelis & animabus beatis, & quomodo.* quia bonum eligunt & malum declinant, non ex infirma neceſſitate, ſed libera volũtate. Eodem modo dicendum eſt de diabolo, quod habet liberum arbitrium, bonum tamen ſemper reſpuit, & malum eligit: ſed hoc non facit in eo violenta coactio: ſed voluntaria obſtinatio. Liberum arbitrium habet ſe in quibuſdam indifferenter ad bonum & ad malum, vt in primis parentibus ante lapſum, in quibuſdam plus ſe habet malum, quàm ad bonum, vt in regeneratis poſt baptiſmum: in quibuſdã plus ſe habet ad bonum, quàm ad malum, vt in ſanctificatis in vtero: in quibuſdam neceſſariò ſe habet ad malum, vt in infidelibus non regeneratis: in quibuſdam neceſſariò ſe habet ad bonum, vt in confirmatis, ſicut fuit beata Virgo poſt conceptionem filij. Geneſ. 2. Geneſ. 8. Luc. 1. Ierem. 1. Ioan. 3. Luc. 1. Act. 2.

CAPVT LVII.

De natura coporis humani.

Homo quid ſit. *Corporis humani elegantia.* *Homo erectus, & quare.*

HOmo Græcè anthropos dicitur, id eſt, arbor euerſa: habet enim caput cum capillis ad modum radicis: brachia verò cum cruribus ſunt quaſi rami. Solus etiam homo eſt longi & lati corporis. Solus quoque homo eſt erecti corporis, & huius ratio duplex eſt, ſcilicet naturalis, & moralis. Naturalis ratio eſt, quia in aliis animalibus abundat in capite materia terrea deprimens, & deficit calor erigens: quod non eſt in homine. Eſt & ratio moralis, vt ſcilicet rectitudo ſtaturæ corporis atteſtetur rectitudinem mentis ſurſum ad cœleſtia tendentis. *[illegible]* Accidentia animæ transmutant corpora, quia forma delectabilis imaginata muuet corpus, ſicut triſtabilis, & ideo dicit Auicenna, quod multum triſtis, ac lepram timens, erit aliquando leproſus, ſicut è conuerſo, quod corporis paſſiones redundant in animæ turbationem, ſicut patet in ſomno. Item partes corporis humani habent ſimilitudinem totius mundi, quia tanta eſt diſtantia inter extremitates duorum longorum digitorum vtriuſque manus, quanta eſt à vertice capitis vſque ad plantam pedis, ſicut tanta eſt diſtantia à Zenith capitis ad oppoſitum tropicum in cœlo, quanta eſt ab Oriente in Occidentem. *Corpus humanum ex quatuor elementis compoſitum.* Corpus humanum ex quatuor componitur elementis: ſed apparet terra in oſſibus & carne: aqua vero in humoribus, ſcilicet ſanguine, phlegmate, cholera, melancholia. Aer continetur in pulmone, & hoc patet, quia ſemper in motu eſt: nam pulmo ventilabrum cordis eſt, ne nimio calore diſſoluatur. Ignis continetur in corde: & ideo inferius eſt latum, & ſuperius acutum, quam formam ignis tenet. *Membra corporis triplicia.* Membra corporis triplicia ſunt. Sunt enim quædam radicalia, vt hepar, cor, cerebrum, genitalia: inter quæ tria prima ſunt de eſſe indiuidui: in quibus, vt ſupra dictũ eſt, ſedem habet ſpiritus naturalis, vitalis & animalis: ſed membra genitalia ſunt ad conſeruationem ſpeciei. Alia ſunt membra deſeruientia, vt venæ, arteriæ, & nerui, per quæ vehitur ille triplex ſpiritus, vt habetur ſupra. Alia ſunt membra officialia, vt manus, pedes, & huiuſmodi. *Omnia membra mutuo ſibi deſeruiunt.* Sunt etiam membra, tam artificialiter ordinata, vt mutuo ſibi deſeruiant: nam ſuperiora inferioribus adminiſtrant gubernationem, vt patet in oculis. Item inferiora præbent ſuperioribus ſupportationem, vt patet in pedibus & cruribus, quæ totum pondus aliorum membrorum ſuſtinent. Item media impartiuntur vtriſque defenſionem, & neceſſariorum acquiſitionem, vt patet in manibus & brachiis. *1. Cor. 12.* Item ſic ſunt ordinata, vt mutuo ſibi condoleant. Nam ſi vnum membrum dolet, condolent ei omnia membra, & hoc propter connexionem & colligantiam. Item ſic ordinata ſunt, vt quando vnum membrum deficit, alia eius defectum suppleant: vnde videmus aliquos carentes manibus comedere cum pedibus: & alios carentes pedibus, cum manibus ambulare. Item ſic ordinata ſunt, vt vnum membrum periculis ſe exponat pro alio, vt patet in capite, pro cuius defenſione alia membra periculis ſe exponunt. Item magnus dolor in vno membro, facit minorem in alio non ſentiri. Item membra, quorum motus ſubeſt libero arbitrio, tam promptam obedientiam ſeruant, vt inter imperium voluntatis & executionem operis quaſi nulla mora videatur: & hanc obedientiam videmus ſeruare oculum in videndo, linguam in loquendo, os in comedendo, manus in operando, & huiuſmodi.

CAPVT VIII.

De phyſiognomia hominis.

Diuerſæ membrorum diſpoſitiones, diuerſos actus indicant & non neceſſitant.

DIuerſæ membrorum diſpoſitiones ſecundum artem phyſiognomiæ diuerſos effectus ac mores indicant in homine, non quod iſta ſigna neceſſitatem imponant moribus hominum, ſed oſtendant inclinationem naturæ, quæ tamen retineri poteſt fræno rationis. Sequamur igitur in hoc tractatu magnos huius artis magiſtros & authores, ſcilicet Ariſtotelem, Auicennam, Conſtantium, Philemonem, Loxum, Palemotium, incipientes à complexionibus. Melancholicos, triſtes & graues eſſe dicimus, ſanguineos verò horum oppoſita habere videmus. Cholerici faciles ſunt ad iram, & phlegmatici pigri ſunt & ſomnolenti. Phyſiognomia ſexus eſt, quod maſculus animus vehemens eſt ad impetus, ſtudioſus & animoſus: fœminæ autem miſericordes ſunt & timidæ. *Capilli.* Capili moles, & rari, hebes ingenium proloquuntur. Item capilli criſpi pronuntiant hominem timidum, & lucri cupidum. Capilli nimium depreſſi, & fronti imminentes ferum declarant animum: & his cõcordat capitis veſini capillatura. Item capilli flaui, craſſi & albi indicant indociles. Capilli vero ſubnigri, ſi ſint moderatè tenues, mores indicant bonos, & bonam hominis complexionem. *Caput.* Caput nimis magnum ſtolidum iudicat. Caput autem globoſum & breue, eſt ſine ſapientia & memoria. Caput humile ſuperius, & quaſi planum, inſolentiæ & diſſolutionis dat indicium. Caput oblongum aliquantulum, & malleo ſimile, hominem circumſpectum ac prouidum indicat. *Frons.* Frons anguſta nimis indocilem & voracem declarat: lata vero paruitatem ſignificat diſcretionis: ſed rotunda deſignat iracundiam. Item humilis & demiſſa ſignificat verecundum, & non admittentem turpia. Item quadrata & moderatæ magnitudinis, magnæ ſapientiæ & magnanimitatis eſt indicium. *Supercilia.* Supercilia arcuata, quæ coniunguntur vſque ad comu naſi, ſignificant ſubtilem & ſtudioſum in omnibus operibus ſuis. Si autem ibidem coeunt, triſtem hominem, & parum ſapientem demonſtrant. Si autem arcuoſitas declinat ad tempora, & gibboſitatem genarum, ſignificant negligentem. Item ſupercilia ſi ſint longorum & multorum pilorum, ſignificant fe-

rum, & magna meditantem. Oculi qui tanquam guttulæ nitoris nitidi relucent, mores compoſitos indicant. *Vide lib. de anim. tract. 2. c. 3.* Quando variè mouentur, vt modò currant, modò quieſcant, ſignificant mala reuolui iam in animo, ſed nondum eſſe perpetrata. *Ocul.* Oculi glauci ſplendore tamen micantes ſignificant audacem & peruigilem ad malitiam. Oculi magni trementes & obſcuri ſignificant potationem vini, & intemperantiam veneris. Oculi purè nigri ſignificant imbecillem, & ſine virtute animum, & lucri auidum. Quando autem guttulæ rubentes aliquantulum ibi ſunt, & tamen nigræ apparent, animum iuſtum, probum, & ingenioſum oſtendunt. Vbi autem in nigris oculis guttulæ vehementer rubent, & aliquæ tendunt ad quadraturam, & quædam ſunt pallidæ, quædam glaucæ, & circuli qui forinſecus ambiunt pupillas, ſunt ſanguinolenti, & ſunt magni oculi, & nitor pupillæ moueatur, vt mouetur palpebra, tales inquam oculi ſignificant animum, qui omnium excedit morem ferarum: quicquid enim nefandorum cogitari poteſt, talibus oculis perpetrabile eſt, nec etiam à domeſtico ceſſabunt ſanguine. Oculi nimium promoentes, rubicundi, & parui, linguam declarant effrænatam, & corpus inſtabile. Oculi acriter intuentes, ſi ſunt humidi, indicant hominem veridicum, ac in agendis velocem ac prouidum. Oculi qui frequenter clauduntur, & frequenter reſerantur, tumidum ac imbecillum declarant. Oculi multæ apertionis ſignificant ſtultum & inuerecundum. Si autem multæ clauſuræ ſunt, ſignificant mobilem & incoostantem in omnibus factis ſuis. *Aures.* Aures prominentes, & valde magnæ ſignificant ſtoliditatem, & garrulitatem, & imprudentiam: ſed valde paruæ, malignitatis ſunt indicia. Aures nimium rotundæ indocilem ſignificant. Aures oblongæ & anguſtæ, inuidiæ ſigna ſunt: aures iaceores, & ſupra caput applicatæ, pigritiam deſignant. *Genæ.* Genæ craſſæ ſignant ignauiam & ſomnolentiam, nimium autem tenues malignitatem. Genæ rotundæ inuidiæ arguuntur. *Nares.* Nares patulæ, alacritatis & fortitudinis dant indicium: longæ verò tenues, mobilitatis & leuitatis ſignum habent. Narium autem pars, quæ iuxta frontem eſt, ſi nec alta, nec humilis, ſed æquali linea deſcendat, virile ſignum eſt, & prudentiam & conſtantiam demonſtrat. Nares minores debito, furibus aſſignantur. *Vultus.* Omnis vultus cùm plenus eſt, & craſſus, ignauum & voluptatibus deditum ſignificat: vultus dependens cogitatorem & ſubdolum indicat. *Labia.* Labia tenuia in ore maiori ſi ſuperius labium aliquantulum exuperet ſuper inferius, magnanimum iodicat & fortem. Tenuia verò & parui oris, imbecillem animum & verſutum indicant. Labia verò ſoluta aliquantulum ab ore dependentia, inertem demonſtrant. Nam in aſinis & equis antiquis ita inuenitur. *Os.* Os paruum conuenit tam vultibus muliebribus, quā hominibus effœminatis: ſed qood vltra modum dilatatur, voracem indicat, & immitem, & impium. Talis enim oris rictus marinis monſtris conuenit. *Mentum.* Mentum prolixum aliquantulum demonſtrat minus iracundum, & minus perturbatum. Qui os paruum & breue mentum habent, immittes ſunt & inuidi.

Hoc enim Plato ad ſerpentes referebat. Vtilius eſt mentum commenſuratum, ſecundum aliquid ad quadraturam accedens. Mentum ſi longè in prolixum diſtendatur, dolis aſſuetum oſtendit. *Vox.* Vox ſimilis exiſtens voci ouium, aut caprarum, ſtultitiæ habet indicium. Quod autem io modum auium vocem intendunt, de facili fiunt leoes. Vox tenuis & quaſi lugubris, triſtem indicat & ſuſpicoſum. Quorum vox in nares incutit, ita vt nares conſonent, mendaces ſunt & maleuoli, ac malis alienis gaudentes. *Ceruix.* Ceruix longa & tenuis eum ſignificat, qui maligna meditatur. Ceruix rotunda probat virtutem animi & corporis humilitatem. Ceruix breuis indiciū eſt eius, qui cum temeritate audax eſt. Ceruix oimis erecta inſolentem & contumacem dicit. *Pectus.* Pectus quod multis carnibus eſt congeſtum, indociles & ignaros indicat. Pectus quod longius eſt, quàm venter prudentem indicat. Pectus ſi cum ventre nimietate pilorum tegatur, ſignificat hominem inſtabilem, & animum ſine religione ac pietate. Cùm autem ſolum pectus capillos præfert, animoſum deſignat. *Humeri.* Humeri tenues, & qui in acumine erecti ſunt, inſidioſum indicant hominem. *Brachia.* Brachia quando in tanta prolixitate extenduntur, vt erecto corpore extremitas medij digiti appropinquet ad genu, licet fortè à menſura quatuor digitorum deficiat, huiuſmodi habiles homines & fortes dicit: quum autem prolixitas hæc ad femur deſinit, vel parum vltra, declarat homines maleuolos, & malis alienis gaudentes. *Manus* Manus nimium breues & exiguæ, fortes deſignant & ſagaces. Craſſæ manus, ſi digitos breues vltra modum habeant, tergiuerſorem declarant, inſidioſum & furem. Manus indomitæ, id eſt, intortæ & tenues, loquacem ſignificant & voracem. *Vngues.* Vngoes albi, plani, & molles, ac tenues, ac rubentes, & bene perlucidi, optimum ingenium indicant. Vngues inflexi, & curui, impudentes indicant & rapaces. Vngues breues nimium, declarant malignum. *Digiti.* Digiti collecti & globati auarum dicūt, & malignum. Digiti parui & tenues ſtultum demonſtrant. Digiti verò parui & groſſi inuidum indicant & audacem. *Latera.* Latera tenuia, & anguſta, timiditatem indicant. Latera referta carnibus & dura, oſtendunt hominem indocilem, hæc enim ad ranas ſecundum Platonem referuntur. *Crura.* Pars cruris quæ ſub genu eſt, quæ vocatur ſura, qoando plena eſt, & quaſi grauida, intemperatum hominem ſignificat, & imprudentem: molles ſuræ effœminatis aſſignantur. *Pedes.* Pedes craſſi & breues valdè, infirmum hominem indicant. Pedes nimium prolixi ad hominem doloſum referuntur. Pedes perteoues & breues produnt hominem malignum. Qui longis paſſibus incedunt, magnanimi eſſe ſolent, & efficaces. Qui celeriter incedendo ſe comprimit, & vultum deducit, atque totum corpus implicat, ſignificat timidum, parcum & verſutum. Qui breues paſſus habet, eundóque accelerat, maligous eſſe dicitur atque imbecillis. *Color.* Color cutis niger verſutum indicat. Color albus rubeúſque fortes animoſoſque oſtendit. Color vehementer albus cum pallore, defectum virtutis ſignificat ex nimia victoria phlegmatis. Color ignitus lucentibus oculis ad inſaniam vergit, Color me-

dius

dius inter nigrum & album qui declinat in brunum, ſi clarus eſt, oſtendit virum boni ingenij, & bonorum motum.

CAPVT LIX.

De regulis generalis Phyſiognomia.

GEneraliter ergo tenendum eſt, quòd membra quæ in proportione ſunt naturali quoad figuram, colorem, quantitatem, ſitum, & motum, indicant mentis bonam habitudinem naturalem. Membra verò quæ non habent proportionem debitam in figura, quantitate, ſitu, & motu peruerſam mentem indicant. Propterea dicebat Plato, quòd quæcunque ſimilitudo animalium aliquorum in hominibus eſt, tales homines etiam imitantur talium mores. Nota inſuper, quòd licet per ſigna membrorum naturalium mores hominum cognoſcantur, non tamen imponunt neceſſitatem, ſed oſtendunt inclinationem naturæ: nec ſemper denuntiant affectus hominum, ſed frequenter & probabiliter. Item propter ſigna exteriora, de quibus dictum eſt, non ſtatim proferendum eſt iudicium: quia fortè ſignum eſt per accidens, & non per naturam: & fortè victum eſt per contrariam conſuetudinem, & fræno rationis tenetur. Vnde narrat Ariſtoteles, quòd diſcipuli Hippocratis detulerunt Philomeni excellenti phyſiognomo pictam imaginem Hippocratis, qui pronunciauit de ipſo, quòd eſſet vir luxurioſus. Illis autem indignantibus, & culpantibus Philomenem, quòd de optimo viro taliter iudicaſſet, retulerunt hoc Hippocrati, qui confeſſus eſt Philomenem hoc rectè iudicaſſe, ſed ex amore philoſophiæ & honeſtatis dixit ſe concupiſcentias cordis ſui viciſſe, & accepiſſe per ſtudium, quod naturæ fuerat denegatum. Denique ſciendum eſt, quòd ſigna exteriora non referuntur niſi ad eas paſſiones, quæ naturaliter inſunt homini, ſicut eſt ira, concupiſcentia, & huiuſmodi: non autem ad eas, quæ ſunt animæ ſolius, ſicut eſt muſica, geometria, & ſimilia. Sciendum quoque, quòd in oculis principaliter conſiſtit omnis perfectio phyſiognomiæ: & ſi oculorum iudicium confirmat cæterorum membrorum iudicium, tunc ratum dicit Ariſtoteles eſſe iudicium, vt in leproſis. Si autem contrariantur, tunc præualent iudicia oculorum: propter quod omnes phyſiognomi affirmauerunt oculum eſſe verum cordis nuntium.

Signa membrorum non neceſſitant, ſed inclinationem naturæ oſtendunt.

Hiſtoria Hippocratis.

In quibus perfectio phyſiognomia conſiſtat.

CAPVT LX.

De toto homine.

Hominis compoſitio.

POſtquam expeditum eſt de homine ex parte mentis & ex parte corporis, nunc dicendum eſt de ipſo prout eſt compoſitus ex vtroque, vbi ſpecialiter oſtenditur Dei potentia: quia naturas tam diſtantes coniunxit in vnam naturam perfectam, ſcilicet corpoream & incorpoream, quæ maximè diſtant in prædicamento ſubſtantiæ. Præterea cum eſſet vna ſola creatura quæ habebat intus cognitionem per intellectum, vt Angelus: & alia, quæ habebat foris per ſenſum, vt quodlibet animal brutum, fieri debuit creatura ad completionem, & decorem vniuerſi, propter perfectionem vniuerſitatis, quæ hac duplici cognitione eſſet prædita, vt poſſet legere in libro ſcripto intus & foris, hoc eſt, in creatore, & in opere ſuo. Vnita eſt anima corpori multiplici ratione, licet ſeparata dignior videatur. Prima ratio eſt, vt per coniunctionem diſparium naturarũ erigeretur mens ad ſperandam illam vnionem, quæ erit inter animam & ſpiritum increatum. Alia ratio eſt, vt anima ſeruiendo Deo in corpore, habeat maius meritum, quia vbi maior pugna, ibi maior victoria, & per conſequens maior corona. Difficultas enim operis, multùm valet ad efficaciam merendi. Tertia ratio eſt propter complementum vniuerſi. Cùm enim ſicut dictum eſt, quædam eſſet creatura purè ſpiritualis, quædam purè corporalis, conueniens fuit fieri creaturam mixtam, ſcilicet partim ſpiritualem, & partim corporalem. Quarta ratio eſt, quia ſicut corpus viuum valet ad fructum pœnitentiæ: ſic poſt mortem reſuſcitatum valebit ad conſecutionem ſtolæ duplicatæ: quia non ſolùm anima, ſed etiam corpus præmiabitur dote ſua. Quinta ratio eſt, quia homo ex defectibus corporis multam habet materiam humiliationis, iuxta id, Humiliatio tua in medio tui. Sicut enim anima ex coniunctione ad corpus, plura conſequitur bona: ſic & multa contrahit incommoda. Primò, peccati originalis inquinationem. Iob 14. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Secundo peccati pronitatem. Geneſ. 8. Proni ſunt ſenſus hominis ad malum ab adoleſcentia ſua. Tertiò bene operandi difficultatem. Prouerb. 24. Per agrum hominis pigri tranſiui, & ecce totum, &c. Quartò intellectus hebetudinem. Sapien. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Quintò continuam impugnationem, ad Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c. Sextò curarum ſolicitudinem. Matth. 6. Dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid, &c. Septimò paſſionum multiplicitatem. Iob 13. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis. Octauò gloriæ retardationem, gloriam enim percipere non poſſumus quandiu in corpore detinemur: propter hoc Apoſtolus cupiebat diſſolui & eſſe cum Chriſto.

Apoc. 5.

Anima vnita corpori & quare.

Matth. 11.

Geneſ. 1.

Matth. 4.
Philip. 3.
Matth. 13.

Mich. 6.

Anima corpori vnita commoda & incommoda contrahit & qua.

Philip. 1.

CAPVT LXI.

De proprietatibus hominis.

PRoprietates hominis ſunt iſtæ, diſcernere inter honeſtum, & turpe: vnde ſolius hominis eſt honeſtum proſequi, cum omnia bruta non niſi vtilia & delectabilia proſequantur. Item paſſiones ordinare ad limitem rationis. Supra mundum per intellectum eleuari: & ideo quando quis per adhæſionem in terrenis,

Solus homo honeſtum proſequitur.

in

ſe mundo inferiorem facit, iam quaſi honore humanitatis exutus, proprietatem accipit beſtiæ, ita vt dicatur fieri per immunditiam porcus, per iram canis, per rapinam leo, & ſic de alijs: quod Plato vocauit fœdam animarum incorporationem: quod quidam malè intelligentes, crediderunt Platonem dixiſſe, quod animæ exeuntes de corpore, intrabant beſtias, quod falſum eſt. Amicitiam habet ſecundum omne genus amicitiæ: & in hoc differt à brutis, quæ non habent amicitiæ ſpeciem, niſi quæ delectationis eſt, vel connutritorum, & huiuſmodi. Intellectis theoricis eminentibus ſpeculari, & delectari talibus. Verecundari in turpi perpatratu. Propter quod inemendabiles dicuntur inuerecundi, quia in aliquo mutati ſunt à rationis honore, pecorinam naturam aſſumentes. Perfectè eſſe coniugale animal, eò quod legibus ordinatas faciat honeſtas nuptias. Ciuile animal eſſe, quia diſtributiones, & cohabitationes, & fœdera & pugnas perfectas habet ex vrbanitatibus ordinatas. Diſciplinæ eſſe perceptibile propter rationis vſum. Eſſe animal manſuetum natura propter perfectas gaudendi rationes, quæ ſoli contingunt homini. Eſſe microcoſmum, id eſt, minorem mundum, eò quod de omnibus creaturis aliquid habeat homo, videlicet eſſe cum lapidibus, vegetari cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. Ex duplici natura eſſe compoſitum, ſcilicet corporali & ſpirituali. Creaturarum eſſe digniſſimam. Eſſe animal rationale & mortale. Humana fragilitas in hoc conſiſtit quod in homine eſt aſſiduitas deficiendi, impoſſibilitas ſtandi, facilitas cadendi, difficultas reſurgendi, vilitas naſcendi, incertitudo moriendi. Defectus humanus eſt, quia quicquid habemus, aliunde habemus & imperfectè, inſuper & amittere poſſumus. In homine quoque eſt moriendi neceſſitas, & hæc eſt vel illata neceſſitas, ſicut fuit in Adam: vel innata, ſicut eſt in nobis: vel aſſumpta, ſicut fuit in Christo.

In maximam incidit homo miſeriam per adhæſionem terrenorum.
Amicitia homo à brutis diſcernitur.
Qui inemendabiles dicantur.
Homo manſuetum animal.
Homo microcoſmus & quare.
Homo ex duplici natura compoſitus.
Humana fragilitas in quo conſiſtat.
Prouerb. 24.
Iob 14.
Geneſ. 6.
Ioan. 6.
Sap. 7.
Matt. 24.
1. Cor. 4.
Hebr. 9.

CAPVT LXII.

De primis parentibus.

Summa bonitas fecit rationalē creaturam & quare.

SVmma bonitas volens communicare bonum ſuum alijs, fecit creaturam rationalem, quæ ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo beata eſſet. Fecit autem Deus primum hominem, formando corpus eius per miniſterium Angelorum de limo terræ in agro Damaſc. & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, hoc eſt, animam creauit, quam corpori facto vniuit. Factus eſt autem homo ad imaginem Dei in naturalibus, & ad ſimilitudinem in gratuitis. Dicitur autem homo factus ad imaginem Dei potius quam Angelus: quia conuenientiam habet homo cùm Deo intus & extra, quod non habet Angelus. Intus enim habet conuenientiam cum Deo ſecundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem, ſicut Angelus, ſed extra conuenientiam habet quam non habet Angelus. Nam ſicut à patre eſt filius, ſic ab homine homo eiuſdem naturæ. Preterea ſicut Deus prælatus eſt omni creaturæ ſimpliciciter, ſic homo omnibus in ſuo vniuerſo Pſal. 8. Omnia ſubiecisti ſub ped. &c. Item ſicut Deus vbique eſt, ſic anima vbique eſt in ſuo habitu, id eſt, in corpore, non quidem per eſſentiam, ſed per potentiam. Dignitas humana eſt in hoc, quod Deus fecit hominem ratione ſapientem, vita innocentem, dominio potentem. Primum notatur in hoc quod homo factus eſt ad imaginem Dei: ſecundum quod ad Dei ſimilitudinem: tertium quia præpoſitus eſt homo cunctis animantibus, & alijs creaturis, quæ omnia ſibi ſeruiunt. Ex his nota, quod voluntati bonorum hominum non ſolum ſubditur creatura, ſed etiam ipſe Deus omnipotens. Pſa. 144. Voluntatem timentium ſe faciet, &c. Item angeli, qui deputantur ad cuſtodiam. Item dæmones, qui dantur ad exercitium bonorum. Item homines boni, qui ſunt ſocij tribulationum, & erunt ſocij conſolationum. Item homines mali qui bonos magis promouent perſequendo, quàm poſſent facere ſeruiendo. Corpus tale dedit Deus primo homini, quod animæ ſubiectum eſſet vt eſſet obtemperans ſine rebellione, eſſet etiam propagabile ſine libidine, eſſet vegetabile ſine mortalitate, eſſet proportionabile quantum ad complexionem æqualem, eſſet quoque conforme animæ: vt ſicut anima erat innocens, & tamen poterat peccare, ſic corpus eſſet impaſſibile, vt tamen poſſet immortalitatem incurrere: & ideo poterat mori, & non mori: poterat habere ſufficientiam, & indigentiam: poterat obtemperare, & rebellare, & hoc fuit ratione creaturæ defectibilis ex nihilo creatæ, nec per gloriam confirmatæ. Fuit tamen corpus ita conditum, vt in eo nulla eſſet pugna rebellionis, nulla pronitas libidinis, nulla imminutio vigoris, nulla corruptio mortis. Hæc autem immortalitas corporis Adæ principaliter fuit ab anima ſicut ab influente, à corporis æquali compoſitione, ſicut à diſponente: à ligno vitæ, ſicut à vegetante: à regimine verò prouidentiæ diuinæ, ſicut ab interius conſeruante, & exterius protegente. Factus eſt itaque homo abſque omni culpa & miſeria, nec ad culpam habuit fomitis incitamentum. Inſuper datum eſt ei quadruplex adiutorium. Primum ad rectè volendum, quod eſt conſcientia. Secundum ad murmurandum contra malum, & ad ſtimulandum ad bonum, quod eſt ſynderesis. Tertium fuit ſcientia illuminans intellectum ad cognoſcendum Deum ſuum, ſicut ſeipſum, & mundum iſtum, qui factus fuerat propter ipſum. Quartum fuit charitas accendens affectum ad diligendum Deum ſuper omnia, & proximum ſuum ſicut ſeipſum. Prima duo pertinent ad perfectionem naturalium, alia duo ad perfectionem pertinent gratuitorum, quorum vnum fuit gratiæ gratis datæ, ſcilicet ſcientia: aliud gratiæ gratum facientis, ſcilicet charitas. Accepit homo triplicem oculum: primum carnis, quo videret mundum: ſecundum rationis, quo videret animum: tertium

Geneſ. 2.
Conuenientia hominis cum Deo.
Ioan. 18. 10. & 87.
Pſal. 49.
Pſal. 138.
Act. 17.
Dignitas humana in quo conſiſtit.
Geneſ. 1.
Matt. 18.
1. Cor. 1.
Quale corpus dedit Deus primo homini.
Corpus primi hominis immortale, & quomodo.
Geneſ. 2.
Felicitas primi hominis.
Adiutoria data homini:
Oculus hominis triplex.

tium contemplationis, quo videret Deum. Et ſic oculo carnis videt homo quæ extra ſe ſunt, oculo rationis quæ intra ſe ſunt, oculo contemplationis quæ ſunt ſupra ſe. Notitiam enim Dei habuit, cuius præſcoriam quodam interiori aſpectu rationis contemplabatur, non tamen ita excellenter vt in patria, nec ita in ænigmate, vt modo in via. Res etiam factas nouit, quia animantibus omnibus nomina impoſuit. Notitiam quoque ſui habuit: quia qualis factus erat, ſciuit, & quod agere & quod cauere deberet, intellexit. Fuit quoque ſine pœnalitatibus, quia nec eſuriuit nec ſitiuit. Item frigus vel æſtus, labor aut infirmitas eum non læſit. Nec mortem expectauit, quia viuus erat ad gloriam transferendus. Veſtibus non eguiſſet, & nudus verecundiam non ſenſiſſet. Natura in eo quoad deformitatem membrorum non erraſſet, conceptus fuiſſet ſine pudore, partus ſine dolore. Motus membrorum ſubiecti fuiſſent voluntati.

Homo habuit notitiam Dei & rerum. Geneſ. 2.

Geneſ. 2. *Admirabilis ſtatus primi hominis.* Geneſ. 1.

CAPVT LXIII.

De præceptis Adæ datis.

ADam factum Deus in paradiſum tranſtulit, & ibi de coſta dormientis Euam ſibi ſociam formauit. Hanc non fecit de capite, ne viro dominaretur: nec de pedibus, ne contemneretur: ſed de latere, vt amoris vinculum probaretur. Duplex bonum illis Deus præparauit, vnum temporale, aliud æternum. Primum dedit, ſecundum promiſit. Ideo duplex præceptum primus homo habuit, vnum naturæ, ad cuſtodiendum bonum datum: aliud diſciplinæ, ad promerendum bonum promiſſum: & hoc non poterat promereri melius, quàm per puram obedientiam, quæ tunc mera eſt, quando præceptum ex ſe ſolo obligat, & non ex alia cauſa: & tale dicitur præceptum diſciplinæ, quia per ipſum diſcitur quanta ſit virtus obedientiæ. Vnde & diſciplinæ præceptum dicitur: quia vitare lignum ſcientiæ non ſuadebat natura, ſed diſciplina. Præceptum verò naturæ duplex fuit: vnum de conſeruatione indiuidui: vt ibi (Geneſ. 3.) De omni ligno paradiſi comedetis. Inter quæ ligna fuit in medio paradiſi ſpecialiter nominatum lignum vitæ, ſic dictum ab effectu, quia corpora primorum parentum debebat continuè vegetare. Aliud fuit præceptum naturæ pro conſeruatione ſpeciei, vt illud, Creſcite & multiplicamini. Circa præceptum diſciplinæ nota, quòd aliquid prohibetur, quia malū. Exod. 20. Non furtum facies. Aliquid quia occaſio mali. Matth. 5. Non iurare omnino: ſicut prælatus multa prohibere poteſt, quæ tamen non ſunt expreſſa in ſua regula. Aliquid ad probationem obedientiæ, & tale fuit præceptum de ligno vitæ.

Eua formatur de coſta Adæ, & quare. *Bona quæ à Deo Adæ & Euæ præparata erant.* *Duplex præceptum.* Geneſ. 1.

CAPVT XLIV.

De paradiſo.

HOmo prędictis fultus auxiliis accepit locum paradiſi terreſtris in habitationem tranquillam. Fuit autem locus ille, vt ait Damaſcenus, exultationis vniuerſę promptuariū, qui terra excelſior eſt poſitus, & temperato ac puriſſimo aëre circunfulget, plantis ſemper & floribus ornatus eſt, bono odore plenus, nullumque irrationabilium animalium ibi habitat. Præterea habetur in Geneſi, quòd à Domino paradiſus plantatur, fonte, qui diuiditur in quatuor capita, irrigatur, ligno vitæ ac ſciētiæ boni & mali decoratur, per cherubim & flammeum gladium cuſtoditur. Notandum inſuper, quod ibi nullæ ſunt tempeſtates. Duæ quoque ibi ſunt hyemes, & duæ æſtates, & bis fructificant ibi arbores. In vtroque ſolſtitio habent hyemem, & in vtroque æquinoctio æſtatem. Huius autem ratio eſt, quia paradiſus ſub circulo æquinoctionali ſitus eſt. Item ſemper habet æquinoctium.

Paradiſus terreſtris qualis fuerit. Geneſ. 2. *Fons in paradiſo, lignum vitæ, cuſtodia paradiſi.* Geneſ. 3. *Locus temperatus.*

CAPVT LXV.

De caſu primi hominis.

INuidens ergo diabolus fœlicitati hominis, in ſpecie ſerpentis ipſam mulierem, tanquam fragiliorem aggreditur tentandam: quam cum in reſponſione dubitantem cerneret, fortius inſtitit: & tandem vincens eam, virum illa mediante deuicit. Proceſſit ergo ſic: Primò ſcilicet quærendo, Cur præcepit vobis Deus, &c. Secundò aſſerendo falſum. Nequaquam moriemini. Tertiò promittendo, Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum. Proceſſus iſte fuit maximæ verſutiæ, quia proceſſit experiendo, impellendo, & alliciendo. Experientiam enim accepit in interrogatione, impulit in mēdacij aſſertione, allexit in falſa promiſſione. Allexit autem diabolus mulierem per triplex appetibile, ſcilicet per ſcientiam, quæ eſt appetibilis rationalis: per excellentiam ad modū Dei, quę eſt appetibilis iraſcibilis: per ſuauitatem ligni, quæ eſt appetibilis concupiſcibilis. Igitur vir peccauit: quia lignum vetitum guſtauit: vnde & pœnam accepit, vt in ſudore vultus ſui pane ſuo veſceretur. Mulier autem in duobus peccauit. Nam ſuperbiuit, & vetitum comedit: vnde & duplicem maledictionem habuit, ſcilicet, Sub viri poteſtate eris, & hoc propter primum. Item in dolore paries, & hoc propter ſecundum. Diabolus verò in ſerpente inuidit, mentitus eſt, decepit: vnde propter primum dictum eſt ei, Supra pectus tuum gradieris: propter ſecundum, Terram comedes: propter tertium, Ipſa conteret caput tuum. Si autem ſcire vo-

Inuidia diaboli, & eius aſtutia. Geneſ. 3. Geneſ. 4.

lueris

Quis grauius, aut plus peccauit, vir, an mulier.

lueris quis eorum plus peccauit, ſcilicet vir an mulier: notandum eſt, quod quantum ad aliqua plus peccauit mulier, & quantum ad aliqua plus vir. Nam mulier plus peccauit quoad peioris finis intentionem. Voluit enim fieri ſicut Deus: ſed vir intendebat non contriſtare delicias ſuas. Item mulier peccauit in plures, quia in ſe, in Deum, & in proximum. Item damnoſius peccauit mulier, quia plures maledictiones recepit. Vir autem peccauit plus quantum ad originem, quia ex certa ſcientia. Item vir peccauit maiori ingratitudine.

Homo peccabilis & quare.
Iob 14.
Matt. 1.

Quærunt multi cur Deus hominem fecerit qui peccare poſſet, & ad hoc aſſignantur plurimæ rationes. Prima eſt, vt oſtendatur diuina potentia, quia ſolus inuertibilis eſt, omnis autem creatura vertibilis eſt. Secunda, vt declaretur Dei ſapientia, quæ de malo ſcit eligere bonum: quod non potuit fieri niſi Deus creaturam feciſſet vertibilem in malum.

Matt. 26. & 25.

Tertia, vt manifeſtetur Dei clementia, qua Chriſtus per mortem ſuam hominem perditum liberauit. Quarta, vt oſtendatur Dei iuſtitia, qua non ſolum reddit bonis præmia, ſed etiam malis ſupplicia. Quinta, vt homo non ſit peioris conditionis, quam aliæ creaturæ, quas omnes Deus ſic adminiſtrat, vt eas propriis motibus agere ſinat, vnde & hominem in proprio arbitrio relinquere debuit.

Eccl. 15.
Eccl. 31.

Sexta eſt laus humana. Laus enim eſt viri iuſti, qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus. Septima eſt, decor vniuerſi, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ita mali bono commendant adinuicem comparati.

Geneſ. 3.
Iſa. 14.
Apoc. 12.

Octaua ratio eſt, quia boni exercitantur & probantur per malos. Adam autem & Eua poſt peccatum de paradiſo expulſi ſunt, ſicut Lucifer de cœlo, & in hac valle miſeriæ habitantes facti ſunt mortales. Nam ſicut in cælo eſt non poſſe mori, ſic in inferno eſt ſemper mori. In mundo medio poſſe viuere; & poſſe mori.

Status hominis quot & qui.

Ex his patet, quòd primus ſtatus hominis fuit innocentiæ: ſecundus gratiæ: tertius culpæ: quartus pœnitentiæ: quintus gloriæ. Dum enim inordinatè erexit ſe ſupra ſe, cecidit miſerabiliter infra ſe, ſcilicet à ſtatu innocentiæ & gratiæ in ſtatum culpæ & miſeriæ.

Inobedientia primi hominis quanta.

Item quia factus eſt inobediens ſuo ſuperiori, iuſto Dei iudicio factum eſt vt ſibi fieret inobediens ſuum inferius, ſcilicet caro, maximè circa membra virtuti generatiuæ deſeruientia.

CAPVT LXVI.

De ordine tentationis in nobis.

Tentat nos ſerpens cum primos parentes.

ORdo tentationis qui fuit in primis parentibus, etiam in nobis completur. Nam ſicut ſerpens vbi ſuggeſſit, mulier delectata eſt, vir comedit: ſic in nobis ſecundum Gregorium, diabolus gerit ſerpentis officium: ſenſualitas verò, quæ in carne eſt, officium mulieris, & ratio tenet locum viri per conſenſum. Vel dicas, ſecundum Auguſtinum, quòd ſuggeſtio ſerpentis eſt primus motus ex fomite: comeſtio verò mulieris, delectatio cogitationis, ſcilicet per inferiorem partem rationis, ſed comeſtio viri eſt conſenſus ſuperioris partis rationis.

Homo in tentationem ducitur, & per quæ.

Per hæc enim tria ſcilicet ſuggeſtionem, delectationem, & conſenſum, homo in tentationem ducitur: quia tentatio per ſuggeſtionem inchoatur, ſed per delectationem, progreditur, per conſenſum autem conſummatur.

Sunt autem alia tria, per quæ quis in tentatione detinetur, ſcilicet opus prauum, conſuetudo, & deſperatio.

Tentatio triplex, & à quibus.
1. Ioan. 2.
Eccli. 1.

Sciendum item eſt quod tentatio eſt triplex. Prima eſt à diabolo, vel per modum ſuggeſtionis, vel per modum afflictionis. Secunda eſt à mundo, qui voluntate vel vanitate allicit, vel perſecutione frangit. Tertia eſt carnis, quæ per ſenſualitatem, ac fomitem ad peccatum impellit: quibus ratio conſentiens peccatum perficit.

Tentationis ſpecies quot.

Duæ ſunt tentationis ſpecies. Prima ſcilicet diaboli, ſecunda mundi, & ſunt extra nos, & non habent peccatum, vnde Auguſtinus: Tentatio cui non conſentitur, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis. Tertius modus tentandi eſt intra nos, & eſt peccatum veniale, cum primus motus eſt tantum; ſed mortale, ſi conſenſus aduenerit.

Remedia contra tentationes.
Pſal. 90.
1. Mach. 4.

Contra prædictos tentatores dedit nobis Deus tria remedia, quia contra diabolum habemus ſpiritus & Angelos bonos, qui ad bonum nos ſtimulant, & contra inſultus diaboli defendunt. Item contra mundum habemus exempla ſanctorum, quos nec alliciebant mundi blandimenta, nec terrebant ſupplicia.

Rom. 5.
Gal. 5.

Item contra carnem habemus bona naturalia, ſcilicet ſynderesin, & vim iraſcibilem, quæ naturaliter nos docent non acquieſcere carni, ſed ſpiritui. Habemus etiam gratuita, ſcilicet charitatem, temperantiam & huiuſmodi, quibus carnis vitia mortificamus.

Differentia tentationum.

Eſt autem differentia inter tentationes, quæ ſunt à diabolo, & quæ ſunt à carne. Tentationes enim quæ à diabolo ſunt, ſæpe oriuntur præter rationem, vt cum nuper ſatiatus famem patitur, & poſt longam dormitionem ſomno grauatur. Tentationes verò quæ ſunt à carne, frequenter ſurgunt propter neceſſitatem, ſed interdum excreſcunt in ſuperfluitatem, vt ſi cibus poſt ieiunium immoderate appetitur, vel in comedendo menſura & modus non tenetur.

Geneſ. 22.
Geneſ. 3.

Tentatio autem multiplex eſt: quædam eſt probationis, & hæc eſt à Deo ſecundum quod Dominus tentauit Abraham. Quædam examinationis, & hæc eſt ab homine. Quædam præcipitationis, & hæc eſt à diabolo, qui ſic primos parentes tentauit. Quædam delectationis, & hæc eſt à carne. Quædam conſenſus, & hæc eſt rationis.

Tentationum ſpecies.

Tentationum quatuor ſunt ſpecies. Prima eſt áſpera: hæc autem fit de laboribus inconſuetis in principio conuerſionis. Secunda eſt vana, & oritur de ſpiritualibus proſperitatibus, vt cum quis de virtutum ſucceſſibus gloriatur. Tertia eſt dubia, vt quando quis ambigit quid certum de aliqua re tenere debeat: vnde accidit quod lentior quiſque ad bonum redditur, quando id quod agit bonum eſſe dubitatur: & pronior fit ad malum, quando malum eſſe neſcitur. Quarta fraudulenta: vt quando

diabolus in Angelum lucis ſe transfigurat, ſub ſpecie ſcilicet virtutum inducens vitium: hæc fit quando ſuadendo honeſtatem, inducit ſuperbiam: vel diſſuadendo diſcretum obſequium, inducit omnium carnis commodum: vel ſuadendo iuſtum iudicium, inducit credulitatem: vel ſuadendo miſericordiam, inducit remiſſionem & negligentiam: vel ſuadendo largitatem, inducit prodigalitatem, & ſic de alijs. In talibus autem periculoſiſſimum eſt periculum non videre. Primam appellat Pſalmiſta timorem nocturnum: per noctem enim aduerſitas deſignatur. Secundam appellat, ſagittam volantem in die: quia per diem proſperitas deſignatur. Tertiam appellat negotium perambulans in tenebris, & hæc propter dubium perplexitatis. Quartam vocat dæmonium meridianum: vnde ait, Non timebis à timore nocturno, à ſagitta, &c. De his quatuor generibus tentationum idem ait. Super aſpidem, quoad primum: & baſiliſcum, quoad ſecundum, & conculcabis leonem quoad tertium, & draconem, quoad quartum. Propter prædictas tentationes vel deceptiones diaboli non ſunt etiam licita facienda, & hoc in quinque caſibus. Primus eſt ſi diabolus ſuadet homini aliquid eſſe bonum faciendum, quod videtur ſuis conſilijs conſentire: vnde Christus ipſo ſuadente noluit facere panem de lapidibus, quod tamen opus bonum fuiſſet. Secundus, ſi proponatur aliquod opus contra legem Dei, non eſt faciendum. Vnde Machabæi nolebant comedere carnes, quas tempore neceſſitatis comedere licuiſſet. Tertius, quando bonum fit cum ſcandalo aliorum. 1. ad Corinth. 8. Peccantes in fratres, &c. & loquitur de idolothytis. Quartus eſt, quando bonum fit per oſtentationem. Iob cap. 36. Si oſculatus ſum manum meam, quæ eſt iniquitas maxima. Super quod dicit Gregorius, Manum ſuam oſculatur, qui laudat quod facit: & hæc eſt iniquitas maxima. Quintus, cùm impedit obedientiam ſuperioris, quia licet propter mandatum prælati nunquam malum debeat fieri, poteſt tamen bonum aliquando propter obedientiam prætermitti. Remedia autem contra tentationes ſunt, memoria Dominicæ paſſionis, mortificatio carnis, vtile exercitium, declinatio occaſionum, conculcatio principij tentationum. Vnde monet ille prudenter, quum inquit:

Principijs obſta, ſerò medicina paratur,
Quum mala per longas inualuere moras.

Pſal. 99. Timor nocturnus, ſagitta volans, negotium perambulans in tenebris, Dæmonium meridianum quid.

Licita quibus caſibus non ſunt facienda.

Matt. 4.

2. Machab. 7.

Remedia contra tentationes.

LIBER III.

De corruptela peccati.

CAPVT I.

De malo in genere.

Malum triplex.

MALVM triplex eſt, videlicet culpæ, pœnæ & damni: quod opponitur triplici bono, ſcilicet honeſto, delectabili, & vtili. Nam culpæ opponitur honeſtum, pœnæ opponitur delectabile, damno opponitur vtile. Malum eſt vtile multis modis. Primo, propter ſuam ordinationem, quia per vilificationem ponitur in loco inferiori in vniuerſitate rerum, vnde benè ordinatur: ſicut ordinatè ponitur diabolus in inferno, & fur in patibulo. Secundo modo vtile eſt propter ſuam correctionem. Amaritudo enim conſcientiæ cogit hominem à peccato recedere. Iere. 2. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Item in eodem: Vide quàm malum & amarum eſt te dereliquiſſe Dominum Deum tuum. Tertio eſt vtile per ipſius mali conſiderationem. Ex hoc enim quod homo malum videt, naturaliter proficit: quia ſicut homo naturaliter bonum appetit, ita naturaliter horret malum & fugit.

Malum vtile, & quomodo?

CAPVT II.

De peccati diffinitione.

POſt malum in genere ſequitur de malo culpæ, in ſpecie. Diffinitur autem peccatum multis modis. Primò ſic ab Aug. Peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequendi quod iuſtitia vetat. Secundò ſic ab eodem, peccatum eſt dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei. Tertiò ſic ab Amb. Peccatum eſt præuaricatio legis diuinæ, & cæleſtium inobedientia præceptorum. Quartò ſic ab Aug. Peccatum eſt ſpreto incommutabili bono, rebus mutabilibus adhærere. Prima diffinitio datur ſecundum cauſam efficientem, ſecunda ſecundum cauſam materialem, tertia ſecundum cauſam formalem, quarta ſecundum cauſam finalem. In quarta diffinitione nota, quòd in peccato duo ſunt, ſcilicet auerſio à creatore, & conuerſio ad creaturam: quorum primum eſt quaſi formale, ſecundum quaſi materiale. Et in actione non eſt peccatum ratione conuerſionis, ſi non ſiſtatur in creatura: ſed ratione auerſionis, in qua eſt deformitas & contemptus. Quòd autem

autem ratione conuerſionis non ſit peccatum principaliter, patet: quia poteſt fieri venialiter quandoque, vt quando quis delectatur in creatura plus debito, ſed tamen citra Deum. Quandoque etiam quis poteſt delectari in creatura ſine omni peccato, vt cùm delectatio naturalis eſt tantùm, ſecundum quod viſus delectatur in viridi, & guſtus in dulci, & ſic de aliis. Interdum poteſt etiam quis delectari meritoriè, quando ſcilicet ad Deum refertur, vnde Pſal. 91. Delectaſti me Domine in factura tua, &c. Sed tunc ſumitur delectatio pro motu, non pro paſſione.

CAPVT III.

Quid ſit peccatum ſecundum rem.

Peccatum nihil propter tria.

TEnendum eſt de peccato, quòd non eſt ſubſtantia vel res aliqua, ſed defectus & corruptela. Et dicitur peccatum nihil, propter tria. Primò, propter defectum, quia peccatum non eſt aliqua res naturalis, ſed corruptio boni. Secundò, propter effectum, quia peccatum annihilat hominem, & deficere facit à vero eſſe. Tertiò, propter deſpectum, quia vilem facit hominem, & indignum præmio. Circa prædicta tamen ſciendum eſt, quòd aliud eſt peccati actus, aliud habitus, & aliud macula peccati, ſiue reatus. Actus peccati eſt aliquid: ſed quando amplius non fit, eſſe deſinit etiam ſine gratia: ſed peccati habitus qui relinquitur malis ex actibus, etiam aliquid eſt, & remanet interdum etiam ceſſantibus actibus, & poſt infuſam gratiam ac peccati remiſſionem. Peccati verò macula ſecundum rem nihil eſt, & tamen deformat animam, non per modum paſſionis, ſed priuationis: ſicut truncatio membri deformat corpus & maculat. Dicit etiam Auguſt. quòd etiam ſicut abſtinentia nulla eſt res, & tamen ex ea corpus languet, ita peccatum non eſt res aliqua, vel ſubſtantia aliqua, ex eo tamen natura corrumpitur, ſed deletur per gratiam. Notandum præterea, quòd peccatum quandoque tranſit actu, & remanet reatu: ſicut peccatum actuale. Quandoque eſt è conuerſo, cùm peccatum tranſit reatu, & remanet actu, ſicut patet in peccato originali poſt baptiſmum. Quandoque tranſit actu ſimul & reatu, ſicut peccatum actuale poſt pœnitentiam perfectam. Quandoque remanet actu & reatu, ſicut peccatum originale ante baptiſmum.

Peccati actus, habitus, macula.

CAPVT IV.

Quid ſit peccatum ſecundum nomen.

Peccatum dicitur macula, reatus, pollutio, pœna, delictum, culpa, offenſa, præuaricatio, vitium, peccatū, ſcelus, nefas, crimen.

PEccatum habet multa nomina. Vocatur enim macula, & hoc quia imaginem animæ deformat. Item reatus, quoniam ad pœnam æternam obligat. Item pollutio, & hoc quantum ad contagionem contractam ex terrena delectatione. Item vocatur pœna inquantum reſpicit peccatum primi hominis, in quo natura noſtra corrupta fuit. Item delictum, ſecundum quod eſt receſſus à dignitate gratiæ habitæ. Item vocatur culpa, prout reſpicit pœnam. Item offenſa, & hoc quia contra Deum eſt. Item præuaricatio, & hoc inquantū mandatum Dei reſpuitur. Item vitium, id eſt, defectus bonorum naturalium. Item peccatum, prout eſt conuerſio ad bonum commutabile: Item vocatur ſcelus propter iniuriam Dei magnam. Item nefas, prout eſt illicitum perſonæ perpetranti. Item vocatur crimen, prout eſt dignum accuſatione & pœna.

CAPVT V.

De origine peccati.

QVamuis peccatum ſit contrarium ipſi bono, non tamen habet eſſe niſi in bono, nec ortum trahit niſi à bono, quod quidem bonum eſt liberum arbitrium, ac voluntas, à qua peccatum eſt ſicut à prima origine, & in qua eſt ſicut in proprio ſubiecto. Voluntas igitur eſt cauſa peccati: cauſa, dico, non efficiens, ſed deficiens. Voluntas enim ſecundum quod habet reſpectum ad ſuum principium à quo eſt, ſcilicet ad Deum, non eſt nata elicere ex ſe, niſi bonum: ſed ſecundum quod habet reſpectum ad principium ex quo eſt, quod eſt nihil, cùm ipſa voluntas ſit ex nihilo, tendit ad defectum. Si ergo volumus ſcire vnde ſit malum culpæ materialiter, dicemus, quòd ex abſentia debiti boni, ſcilicet ſpeciei, modi & ordinis. Sed ſi velimus ſcire vnde ſit originaliter, dicimus quòd à voluntate, ſiue à libero arbitrio. De progreſſu autē peccati nota, quòd peccatum initiatur in cognitione, procedit & creſcit in delectatione, perficitur in conſenſu. Circa progreſſum peccati ſciendum, quòd quædam antecedunt ipſum peccatum, quædam ſequuntur, quædam circunſtant. Peccatum antecedunt aliqua ex parte auerſionis, aliqua ex parte conuerſionis. Ex parte auerſionis antecedunt ipſum peccatum iſta, contemptus, omiſſio, ingratitudo, inobedientia, præuaricatio. Illa verò quæ peccatum antecedunt ex parte conuerſionis, ſunt hæc, cogitatio, libido, concupiſcentia, delectatio, peruerſa intentio, conſenſus. Alia ſunt, quæ ſequuntur peccatum, ſicut eſt macula, id eſt, deformatio imaginis Dei: & reatus, id eſt, obligatio ad pœnam æternam. Sunt adhuc alia, quæ peccatum comitantur, vt ſunt peccatorum circunſtantiæ, quæ peccatum aggrauant, aut diminuunt, quæ continentur hoc verſu: Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando. Actio etiam illa per peccatum deprauatur, quæ eſt de genere bonorum, quandoque in principio, quandoque in medio, quandoque in fine: & hoc per malam intentionem, vel per negligentiam, vel per vanam gloriam. Vnum peccatum dicitur maius altero multis modis, ſcilicet cauſalitate, vt peccatum Luciferi: vel generalitate, vt peccatum Adæ: vel deformitate, vt peccatum Iudæ: vel difficultate remittendi, vt peccatum in ſpiritum ſanctum, vel periculoſitate, vt peccatum

Cauſa peccati.

Peccatum vnde.

De progreſſu peccati.

Peccatum antecedunt, ſequuntur, circunſtant.

Peccatū maius & minus.

peccatum ignorantiæ: vel inſeparabilirate, vt peccatum cupiditatis: vel pronitate, vt peccatum carnis: vel offenſione, vt peccatum idololatriæ: vel expurgandi difficultate, vt peccatum ſuperbiæ: vel mentis cæcitate, vt peccatum iræ.

Peccati grauitas.

Circa peccati grauitatem nota, quòd nihil eſt peccatum in viro perfecto, quod non ſit peccatum in imperfecto, niſi in his quæ nouit. Nam perfectio non mutat genus peccati, ſed eius quantitatem auget.

CAPVT VI.

De diuiſione peccati.

Peccatorum diuiſio ſecundum cauſam efficientem.

DIuiſio peccatorum multiplex eſt. Alia enim eſt ſecundum cauſam efficientem ſecundum ſe, vt hæc, Peccatorum aliud eſt ex impotentia, aliud ex ignorantia, aliud ex malitia. Alia ſumitur ſecundum cauſam efficientem ratione annexi, ſecundum quam ſumitur hæc diuiſio: Peccatorum aliud eſt ex amore malè accendente: aliud ex timore malè humiliante, hoc eſt dicere, quòd homo potius vult peccatum committere, qoàm amato carere: aut malum pœnæ quod timet incurrere.

Secundum cauſam materialem.

Sumuntur etiam peccatorum diuiſiones ſecundum cauſam materialem, circa quam primò ſumitur hæc diuiſio: Peccatorum aliud eſt cordis, aliud oris, aliud operis. Item hæc: Peccatorum, aliud cogitationis, aliud locutionis, aliud operationis. Secnndo modo ſumitur ſic:

Peccata in Deum. In ſeipſum. In proximum. In patrem, filium, ſpiritum ſanctum.

Peccatorum aliud eſt in Deum, aliud in ſeipſum, alium in proximum. In Deum diuiditur ſic: Aliud in patrem, aliud in filium, aliud in Spiritum ſanctum. Aliis tribus modis peccatur in Deum, ſcilicet malè per infidelitatem de Deo ſentiendo. Item blaſphemando. Item ſacra Dei indignè tractando. Alio modo peccat quis in Deum, ſcilicet ipſum tentando: & hoc fit tripliciter. Nam quandoque tentat quis Dei potentiam, vt cum ſigna petit. Quandoque Dei iuſtitiam, vt cùm per candens ferrum, vel per duellum, vel ſimilia quis iudicium petit. Quandoque Dei miſericordiam, vt cum qois Dei bonitatem examinans committit ſe ſtultis periculis. In ſeipſum peccat quis tripliciter, ſcilicet neceſſaria ſibi ſubtrahendo. Item ſuperflua ſumendo. Item vltra vires quippiam aggrediendo. Item in proximum peccat quis tripliciter, ſcilicet proximo ſua auferendo. Item ſua ſibi in neceſſitate non commuoicando. Item malo exemplo illum ad peccatum trahendo.

Secundum cauſam formalem.

Sumuntur præterea diuiſiones peccatorum ſecundum caoſam formalem: & hoc tribos modis: quandoque naturaliter ſecundum qualitatem, vel ſecundum quantitatem, vel ſecundum relationem. Secundum quantitatem ſumitur hæc diuiſio: Peccatorum aliud eſt commiſſi, aliud delicti: quorum primum eſt præuaricatio præceptorum negatiuorum: ſecundum verò eſt præuaricatio præceptorum affirmatiuorum. Item prædictum peccatum eſt duplex contra duas partes iuſtitiæ, quæ ſunt declinare à malo, & facere bonum. Item alia diuiſio ſumitur ſecundum qualitatem, ſic: Peccatorum quædam ſunt carnalia, quædam ſpiritualia: ſed carnalia maioris ſunt infamiæ, ſpiritualia maioris ſunt culpæ. Secundum quantitatem ſumitur hæc diuiſio: Peccatorum aliud eſt mortale, aliud eſt veniale: quorum primum dicitur peruerſio, ſecundum verò inordinatio: quoniam peccatum mortale eſt auerſio totalis à bono incommutabili, & conuerſio totalis ad bonum commutabile. Sed peccatum veniale eſt amor voluntatum io creatura, citra Deum tamen. Secundum relationem ſumitur hæc diuiſio: Peccatorum aliud eſt originale, aliud actuale. Vltima diuiſio eſt ſecundum cauſam finalem: & hoc dupliciter, quia vel ſecundum ipſum appetibile, vel ſecundum actum hominis appetentis. Secundum ipſum appetibile ſumitur hæc diuiſio: Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ: qoorum primum eſt appetitus voloptatum, ſecundum appetitus diuitiarum, tertium appetitus honorum. 1. Ioan. 2.

Septem capitalia. Quinque genera operum.

Secundum actum hominis appetentis diuiditur peccatum in ſeptem vitia capitalia, ſcilicet ſuperbiam, inuidiam, iram acediam, auaritiam, gulam, luxuriam. Nota, quòd quinque ſunt genera operum. Nam quædam ſunt mala in ſe, vt illa, quæ ſecundum ſuam naturam mala ſunt, poſſunt tamen per aliquam circunſtantiam fieri bona, vt homicidium. Quædam ſunt mala ſecundum ſe, vt illa quæ per nullam circunſtantiam poſſunt fieri bona, ſicut eſt odiſſe Deum, fornicari, & huiuſmodi. Quædam ſunt bona in ſe, vt quæ ſunt bona ex genere, & tamen poſſunt fieri mala ex circunſtantia, ſicut eſt dare eleemoſynam. Quædam ſunt bona ſecundom ſe, vt quæ per nullam circunſtantiam poſſunt fieri mala, ſicut diligere Deum ex charitate. Quædam ſunt indifferentia, vt quæ nec bona, nec mala ſunt, poſſunt tamen vel bona vel mala fieri: ſicut eſt mouere pedem ſine deliberatione, vel quandoque comedere.

CAPVT VII.

De effectu peccati.

Mala quæ facit homini peccatum.

MVlta mala facit homini peccatum, ante mortem, in morte, & poſt mortem. Ante mortem hæc mala operatur. Naturalia vulnerat, vt ſignificatur in illo qui incidit in latrones. Item intellectus obſcuratur in cognitione veri, & affectus tepeſcit in operatione boni. Gratuitis ſpoliat. Thren. 4. Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij, &c. Sed ne aliquod bonum pereat, illa bona opera quæ quis peccando mortificat, aliis ſaluandis dabuntur, ſicut quando corporali morte quis moritur, fratres, & propinqui in bonis eius ſuccedunt. Animam maculat. Thren. 4. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum. Ad pœnam æternam obligat. Geneſ. 2. Quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Coonſcientiam amaricat. Ierem. 3. Vide quàm malum & amarum eſt te Luc. 10.

dereliquiſſe

dereliquiſſe Deum tuum. Cor indurat. Prou. 18. Peccator cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit. Inſenſibilem reddit. Gen. 18. Viſus eſt ei quaſi ludens loqui. Simile habes in cane ſubmergendo, qui non ſentit lapidem in collo, donec in aquam extra nauem projiciatur. Animam occidit, quia vera vita, id eſt,

Peccatum veniale, mortale, obſtinatio.

Deo priuat. 1. Reg. 31. Saul irruit in gladium ſuum. Sed nota, quòd peccatum veniale diſponit ad mortem, mortale verò infert mortẽ: ſed obſtinatio detinet in morte. Ad alia peccata

Geneſ. 4.

trahit. Exemplum habemus de Cain, qui egreſſus in agrum occidit fratrem ſuum Abel. De hoc dicit Greg. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Exemplum habes etiam in figura. Coruus egreſſus de arca, interceptus eſt aquis. Et Dina egreſſa vt videret, &c. virginitatem amiſit. Et Iudas egreſſus Chriſtum tradidit. Et poſt adulterium Dauid, ſecutum eſt homicidium. Et ſic patet, quòd peccatum eſt pœna peccati.

Geneſ. 8.
Geneſ. 15.
Matt. 26.
2. Reg. 11.

Peccatum enim ſecundum quod in ſe eſt culpa, præcedentis peccati dicitur pœna: & ita dicitur aliquid ſimul culpa & pœna: ſed ratione actionis dicitur culpa: pœna verò ratione paſſionis, quia culpa eſt quod facimus, pœna verò quod patimur. Licet igitur omnis culpa ſit à nobis, non tamen omnis pœna eſt à nobis, imò quædam eſt à nobis acta, quædam à Deo inflicta, quædam à primis parentibus contracta. Et quia eum qui facit quod non debet, iuſtum eſt pati quod debet: ideo omnis pœna eſt iuſta, &

Peccatum ex alio naſcitur.
Superbia.

à diuina prouidentia ordinata. Quòd autem vnum peccatum naſcatur ex alio, ſic apparet. Superbia enim quia vult omnes excellere dolet ſi aliquis ei æquetur, & ſic ex ea naſcitur

Inuidia.
Ira.

inuidia. Inuidia verò quia de facili iraſcitur ei, cui inuidet, ideò ex ea naſcitur ira. Sed ira cùm non poteſt ſe vindicare, triſtatur: & ideo

Acedia.

ex ea naſcitur acedia. Acedia verò conſolationem quærens in exterioribus, facit auarum.

Auaritia.
Gula.

Auaritia autem quia in temporalibus abundat, poteſt magis exercere gulam. Gula verò propter ventris repletionem de facili ſpumat in

Luxuria.
Peccatũ reddit opera infructuoſa.

libidinem, & ita generat luxuriam. Item bona, quæ fiunt, infructuoſa reddit, & quantum ad meritum, & quantum ad præmium: ſicut ramus præciſus ab arbore, non profert fructum, ſed

Ioan. 15.

areſcit, & habilitatur ad incendium. De talibus dicitur Deut. 28. Maledictus erit ingrediens, & egrediens, ſcilicet Eccleſiam materialem ad orandum: quia talium oratio non eſt meritoria, imo dicit Auguſt. quòd ſi tales cruce ſe ſignant, includunt potius in ſe diabolum, quàm excludant, quia iam in eis per effectum habi-

Infernus ex peccato.

tat. Ex homine infernum facit: quia in peccatore eſt ignis auaritiæ, fœtor luxuriæ, tenebræ ignorantiæ, vermis conſcientiæ, ſitis concupiſcentiæ, dæmones per effectum, & huiuſmodi. Vacuum tandẽ hominem relinquit. Gen. 1. Ter-

Ierem. 17.

ra erat inanis & vacua, & meritò: quia mundo adhærentes, ſugunt vbera arida, eò quòd relinquunt fontem vitæ, & venam aquarum viuentium, & paludibus turbidis ſe ſatiant. Item fallendo decipit ſicut lignum putridum de nocte lucens, & ſicut eſca in hamo latens piſcem decipit. Stultum hominem demonſtrat, quia peccando quis ſibi onus ad ſe deprimendum imponit, & ligna ſuper deorſum ſuum cremanda colligit, & illi ſeruit, qui eum pro ſeruitio torquebit, Aug. Stultum eſt in tali ſtatu viuere, in quo quis non audet mori. Sequitur quod peccatum

In morte priuatur homo multis propter peccatum.

in morte grauat hominem, quia in morte priuatur homo ſolatio viſibilium, quæ dilexit, ſcilicet cibo, potu, amicis, rebus, lumine, requie, & proprio corpore, quod nunquam in tali forma ſuſcipiet, imò vellet non habere, ſicut quando pro dimidia parte corroſum eſt à vermibus, quia ſtupebit anima peccatoris, quando corpus reſumendum videbit. Turbabitur peccator in morte, quando videbit concurſum dæmonum ad animam, paratorum ad res. Thr. 1. Omnes inimici eius apprehenderunt

Poſt mortem

eam inter anguſtias. Poſtremo videndum eſt qualiter peccatum premat hominem poſt mortem. Confuſionem habebit ex malorum operum denudatione. Propheta, Reuelabo pudenda tua in facie tua. Exprobrationem Chriſti audiet in iudicio. Matt. 25. Eſuriui, & non dediſtis mihi, &c. Requie & luce priuabitur. Matt. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum, &c. Vnde non valebit ei ille cantus, Requiem æternam, &c. Suffragiis Eccleſiæ non gaudebit. Iſai. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non, &c. In infernum præcipitabitur. Exemplum de lapide molari, quem Angelus in Apoc. 18. proiecit in mare: dicens, Hoc impetu mittetur Babylon in infernum. A Deo, & electis, & omnibus bonis ſeparabitur. Matt. 25. Ite maledicti in, &c. A ſtatu pœnitendi cadet. Iere. 8. Tranſit æſtas, finita eſt meſſis. Omnis ſpes miſericordiæ præcidetur. Iſa. 30. Non remanebit teſta, vt portetur igniculus, ſcilicet charitatis de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea, ſcilicet diuinæ miſericordiæ. Sicut itaque peccatum nocet in peccato exiſtenti, ac in peccato morienti, ſic quoque multipliciter etiam nocet peccatum ipſum deſerenti, & de illo pœnitenti, quia gloriam primæ innocentiæ nunquam recuperabit. Sicut enim corrupta de cætero virgo non erit, ita ſemel peccans nunquam ſe non peccaſſe gaudebit. Iſtud multis oſtenditur exemplis. Nam poſt ſanationem vulneris ſemper manet cicatrix. Item qui ſemel furatur, ſemper fur dicitur. Item domus diſcalceati de cætero dici poteſt. Item Simon, quem dominus à lepra mundauit, poſt mundationem ſemper vocatur Simon leproſus. Item templum quod reædifi- Mat. 26.
catum fuit poſt deſtructionem primi, nullo modo fuit ſimile in pulchritudine templo priori. Ad temporalem pœnam obligat. Vnde non exibit inde, donec reddat nouiſſimũ quadrantem. Item regnum cœlorum nõ intrabit, donec Matt 5. & 15.
lignum, fœnum, ſtipula, id eſt, pœna peccatorum tam mortalium quam venialium, quæ 1. Cor. 3. 2. Reg. 14.
in præſenti ſoluta non eſt, ſuper ipſum cremetur. A gloria retardat, quod figuratum eſt in Abſalon, qui poſtquam patri reconciliatus fuit, tamen manſit duobus annis, quòd faciem eius non vidit: quia tandiu differtur quis à gloria quouſque fiat ſine omni macula, ſicut erat in baptiſmo. Tempus amiſſum & meri- Ezech. 7.
tum quod ſibi conquirere potuit, cum præmio nunquam recuperabit. Hiero. Qui vendit, ad id quod vendidit, non reuertetur. Ob-

ſcurat oculum cognitionis,& hoc propter trabem, quæ intus erat: & propter ſtercora hirundinum, quæ ipſum excæcauerant, vt patet
Tob 2. in Tob. Vnde Aug. Oculis ægris odioſa eſt lux, ſicut noctuis & veſpertilionibus. Ad hoc nota de quodam cæco, quem licet Dominus illuminauerit, nõ tamen ſtatim perfectè vidit, ſed vidit homines primo quaſi arbores ambulantes.
Marc 8. Affectum reddit tepidum, ſicut in pede vulneratus, etiam ſanatus claudicat: & arbor de loco ſuo mota, aliquid virtutis amittit. Vnde
Geneſ 3. dictum eſt homini poſt peccatum: Spinas & tribulos germinabit tibi. Et dictum eſt ſerpenti: Supra pectus tuum gradieris. Faſtidium homini generat. Exod. Anima noſtra nauſeat ſuper
Num. 21. cibo iſto leuiſſimo. Aug. Palato non ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis. Idem de ſe dixit, poſtquam conuerſus fuit: Plus valebit malum inuolitum, quam bonum inſolitum. Ad bene operandum impedit. Gen. 19. Vxor Lot reſpiens retro, verſa eſt in ſtatuam ſalis, quod ſcilicet ſterilem facit terram. Item, In dolore
Geneſ. 3. paries filios, ſcilicet, bonorum op rum. Ad reſiſtendum tentationibus debilitat. Iud 16. Sanſon poſt crinium abſciſſionem amiſit vires, & arbor læſa per ſecurim, cito à vento deiicitur. Feruorem minuit charitatis, ſicut eclipſis ſolis diu poſtmodum nocet terræ, eo quod modico tempore ſibi virtus radiorum ſolis ſubtrahitur. 3. Reg. 1. Rex Dauid ſenuerat, & cum operiretur veſtimentis, non calefiebat. Et aqua calorem ignis minuit vel extinguit. Dolorem, & timorem de cætero ſemper infligit. Dolorem quidem, quia certus eſt de perpetrata culpa. Timorem autem, quia incertus eſt de venia. Aug. Pœnitens ſemper doleat, & de dolore gaudeat, & non ſemper doluiſſe ſe doleat.
Per peccatum corruptio multiplex. Per peccatum corrumpitur poteſtas liberi arbitrij dupliciter, ſcilicet in agendo, & ſuſcipiendo. In agendo quidem, quia non poteſt ſemper facere quod debet, vel vitare quod nocet. In ſuſcipiendo autem, quia gratiam ſtabilem non poteſt ſuſcipere in hac vita. Item corrumpitur ratio in hac vita dupliciter, ſcilicet quantum ad diſcretionem iudicij inter bonum & malum, & quantum ad deliberationem conſilij inter expediens & inexpediens. Item corrumpitur affectus dupliciter, ſcilicet in ordine & in modo, quia nec ſemper eſt ordinatus,
Peccatum nocet omnibus. nec ſemper moderatus. Peccatum multis nocet, ſcilicet ipſi facienti. Peccatum meum contra me eſt ſemper.
Pſal. 50. His qui ſunt in purgatorio, quos non poſſunt peccatores tam efficaciter iuuare, ſicut ſi eſſent in gratia. Ipſis damnatis, & hoc per modum coniunctionis: quantò enim plures ſunt in inferno, tanto maior eſt horror & pœna. Fallit enim in inferno regula illa, Solatium eſt miſerorum, ſocios habere pœnarum. Saluatis, & hoc per modum ſubtractionis. Nam ex conſortio & ſocietate glorificatorum augetur bonum accidentale. Denique ipſis viatoribus nocet tum pro eo quod acies eorum contra dæmones minuitur in illo qui peccatum perpetrat, tum pro eo quod alios malo exemplo corrumpit & ſcandalizat.
Mala quæ eueniunt homini peccanti. Multa mala ſimiliter eueniunt homini ex eo quod in peccatum à quo per pœnitentiam ſurrexerat, recidiuat. Primum eſt, quia homo fit impotentior ad reſurgendum. Hebr. 6. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, &c. & prolapſi ſunt, iterum renouari. Secundum, quòd vitium fortificatur ad impugnandum. Aug. de ſe loquens, Plus, inquit, valet malum inuolitum, quàm bonum inſolitum. Tertium eſt, quòd culpa fit difficilior ad remittendum. Iere. O quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Ieremi. 2. Vnde etiam dicitur, quod vulnus iteratum tardius ſanatur. Quartum eſt, quòd Deus fit difficilior ad placandum. 3. Reg. 2. de Semei qui ad primam petitionem inuenit miſericordiam, eo tamen pacto, quod ſtaret in Ieruſalem: ſed quando ſecundario peccauit, ſine vlla miſericordia occiſus eſt. Quintũ eſt, quod diabolus difficilior eſt ad expellendum. Luc. 11. Tunc aſſumpſit ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſus habitat ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sequitur de corruptione ſpeciei, modi, & ordinis. *Corruptio ſpeciei modi & ordinis fit per peccatum.* Vnde nota, quòd bonitas naturalium comparata ad animam quam ſpecioſam facit, dicitur ſpecies: ſed comparata ad opus quod modificat, dicitur modus: comparata vero ad finem, ſcilicet Deum, ad quem ordinat, dicitur ordo. Alio modo corruptio ſpeciei eſt diſſimilitudo animę ad Deum: Nam ſpecies animæ, ſimilitudo Dei eſt. Corruptio verò modi eſt diminutio intentionis virtualis, ſiue infirmatio potentiæ, quæ ex hoc eſt, quod animæ non ſuſtentantur cibo ſpirituali, guſtando quam ſuauis eſt Dominus. Corruptio autem ordinis eſt in anima cum aſpectus & affectus deorſum eſt ad creaturas extra naturalem ſitum. Cum enim hæc duo, quæ ſunt quaſi caput animæ, ſurſum ſunt ad Deum, in naturali ſitu & ordine ſunt: alioquin homo erit quaſi euerſus. Aliter priuatio ſpeciei eſt deformitas ſiue carentia debitæ rectitudinis voluntatis. Rectitudo autem voluntatis eſt, vt non declinet à ſuis extremis, ſcilicet à Deo principio, & à Deo fine, vt videlicet omnia, quæ habet à Deo principio, referat etiam ad Deum finem. Cum enim quis quod habet, ſibi attribuit, aut ponit alium finem, quam Deum, curuus eſt. Item priuatio modi, eſt exceſſus propriæ voluntatis, ſcilicet cum vult aliquid diuinæ voluntati contrarium. Item priuatio ordinis eſt auerſio voluntatis à Deo, & conuerſio ipſius ad creaturam. Item & aliter creatura rationalis à ſummo bono eſt ſecundum triplicem habitudinem, ſcilicet efficientis, formalis, ac finalis: & ideo nata eſt agere opera ſua à Deo, & ſecundum Deum, & propter Deum: & hoc ſecundum modum, ſpeciem, & ordinem ſibi inſitum. Sed quoniam eadem rationalis creatura de nihilo facta fuit quantum ad cauſam materialem, potuit deficere in ſuis actionibus, vt ſcilicet operationes ſuæ non eſſent à Deo, ac per hoc, nec ſecundum Deum, nec propter Deum: hoc autem eſt peccatum ipſius ſpeciei, modi, & ordinis corruptiuum.

* * *

CAPVT

CAPVT VIII.

De peccato originali ſecundum rem.

EXpedito de peccato io genere, dicendum eſt de peccato io ſpecie: & primò de originali, & poſt de actuali. Licet igitur anima non ſit ex traduce, tamen originalis culpa ab anima Adæ tranſit ad animas poſterorum, mediante carne, per concupiſceotiam geoerata, ita quod ſicut ab anima peccante infecta fuit caro Adæ, & prona effecta ad libidioem, ita ſeminata caro ſecum trahit infectionem, & vitiat animam. Ex quo patet, quòd peccatiun originale eſt in carne, & in anima. In caroe eſt materialiter, & originaliter: & in anima formaliter, tanquam in ſubiecto. Sola enim anima eſt ſuſceptibilis virtutis & vitij, & tamen, ſicut dictum eſt, ex coniunctiooe ad corpus corruptiuum trahitur ad vitium, ſicut quando cadit quis in lutum, fœdatur & maculatur. Talis autem iofectio animæ non tantùm eſt pœna, ſed etiam colpa. Ipſa verò culpa quæ macula eſt, deletur in baptiſmo: pœna autem quæ fomes appellatur, ſiue peccandi pronitas, remanet poſt baptiſmum. Licet enim curetur in baptiſmo culpa quantum ad reatum damnationis æternæ, tamen remanet ipſa pœna quantum ad actum & motum concupiſcentiæ, cum qua nos oportet qoandiu viuimus, pugnare: quia non extiuguitur coocupiſcentia per gratiam communem in aliquo homine: quod dico propter beatam Mariam Virginem, in qua fuit extincta in conceptione filij per gratiam ſingularem. Ex prædictis patet, quòd perſona corrumpit naturam, & è contra natura corrupta corrumpit perſonam. Nam per peccatum primi hominis corrupta eſt humana natura, ſed oatura ſic corrupta, corrumpit alias perſonas. Notandum autem, quòd corrupeio perſonæ eſt reatus meotis: corruptio verò naturæ eſt infectio carnis, prout eſt principium ad carnem alteram. Deniqoe nullo modo debet imputari Deo infectio animæ, licet eam creando iofundat & vniat cum carne infecta, qooniam ordinatiſſimó fuit vt humana natura ita conderetur, quòd condita propagaretur & pro peccato puniretur. Vnde ſicut in conditione ſeruatus eſt ordo ſapientiæ, & in propagatione ſeruatus eſt ordo naturæ: ſic in punitione ſeruari debuit ordo iuſtitiæ. Et ita patet, quòd non eſt contra diuinam æquitatem, ſi ad poſteros culpa tranſmittitur. Dicendum igitur, quod originalis culpæ transfuſio vel tranſmiſſio non eſt à Deo, nec à natura condita, ſed à vitio primi hominis perpetrato. Et hoc eſt quod ait Aug. quòd peccatum originale oon tranſmittit ad poſteros propagatio, ſed libido. Sic eoim conditus eſt homo, vt ſpiritus præeſſet corpori, & corpus ſobeſſet ſpiritui, quandiu ſcilicet ille obediret ſuo conditori: & contrà ſi ſpiritus oon obediret Deo, iuſto Dei indicio corpus ioeiperet rebellare ſpiritoi. Sicut ergo ſi Adam ſtetiſſet, corpus ſuum obediens ei fuiſſet, & tale ad poſteros tranſmiſiſſet: ſic ex quo Adam peccauit, & càro eius facta eſt ei rebellis, oportet quod talem ad poſteros tranſmittat, & quòd Deus ſecuodum ioſtitutionem primariam animam corpori infundat. Ex quo patet, quòd pater eſt cauſa originalis peccati in filio, ſed cauſam hîc intelligas in genere cauſæ efficientis. Omnes per concupiſcentiam generati naſcimur filij iræ: propter quod incurrimus multiplicem defectom tam corporis, quàm animæ, ad quos ſubſequitur pœna mortis, & pœna carentiæ viſionis diuinæ, & amiſſionis gloriæ cæleſtis, non ſolùm in adultis, verum etiam in paruulis noo baptizatis, qoi pœna mitiſſima inter cæteros poniuntur, qui ſolam pœnam damni habeot ſine pœna ſenſus. Originale peccatum ſic lauatur, & curatur per baptiſmum in parente, quòd nihilominus ab eo qui curatus eſt, & lauatus; tranſmittitur in prolé, ſicut videmus quod circunciſus generat filium cum præputio, & granum oudum ſemioatum generat granum com palea: & hæc eſt ratio, quia homo generat filium non ſecundum quod creatus in mente, ſed ſecundum quòd corruptus eſt in carne: non ſecondum quod ſpiritualis, ſed ſecundum quod caroalis.

Peccatum originale eſt in carne & anima.

Fomes poſt baptiſmum remanet.

Quomodo pater eſt cauſa peccati in filiis.

CAPVT IX.

De peccato originali ſecundum nomen.

ORiginale peccatum habet multa nomina, & hoc multiplici de caoſa. Secundom enim quod originale peccatum comparatur ad animam, vocatur infirmitas, quia reddit animam impotentem ad reſiſtendum motibus. Item fœditas, quia per ipſum anima fœdatur & maculatur. Item pronitas, propter continuam inclinationem appetitus ad malum. Item corruptio, quia ducit ad nihilum, id eſt, ad peccatum. Item vitium, quia eſt diminutio bonorum naturalium. Item languor naturæ, quia durat in natura corrupta. Sed ſecundum quod comparatur ad corpus, vocatur lex carnis, eò quod lege diuina carni ſit inflictum: Item lex membrorum, quia mouet organa ad opera concupiſcentiæ. Item tyrannus, propter dominationem quam habet, quaſi violentam in ipſa carne concopiſcibili. Item fomes, quia ſicut cinis fouet ignem, ita per ipſum fouetur peccatum in carne ſecundum actum nutritiuæ & generatiuæ. Item ſtimulus carnis, quia ſtimolat carnem ad primos motus, & animum ad conſenſum. Sed prout comparatur ad actus delectabiles, vocatur concupiſcentia, quæ ſonat vitium in actu, prout eſt in adultis. Item concupiſcibilitas, quæ ſonat vitium in potentia, prout eſt in paruulis. Secundum vero quod comparatur ad primum hominem à quo contrahitor, vocatur peccatum originale, quod eſt carentia debitæ iuſtitiæ.

Peccatum originale diuerſimodo nominatur.
Infirmitas. Rom. 6.
Fœditas. Deut. 24.
Pronitas. Geneſ. 8.
Corruptio. Rom. 8.
Vitium. Gal. 5.
Languor. Oſeæ 1.
Secundum corpus.
Lex carnis. Rom. 7 & 8.
Lex membrorum.
Tyrannus. Rom. 6.
Fomes. Iac. 1.
Stimulus carnis. 2 Cor. 12.
Concupiſcentia, concupiſcibilitas.

CAPVT

CAPVT X.

De primis motibus.

CVm peccatorum aliud ſit actum, aliud contractum, ipſum peccatum actuale frequenter à primis motibus habet ortum. Vnde ſciendum, quòd in ſtatu innocentiæ non mouebatur ſenſualitas, niſi ſecundum motum rationis. Ideo ſtante primo homine in eodem ſtatu, non poterat in eo eſſe peccatum etiam veniale. Primi motus etſi particulariter & ſingulariter poſſunt declinari, tamen nullo modo omnes poſſunt caueri, quia ſic tot ſunt peccata, quot ſunt etiam peccati pœnæ: & ideò meritò dicuntur venialia, quia hoc ipſo ſunt digna venia. Primus motus ſic deſcribitur, quòd eſt motus ſenſualitatis ſecundum impulſum fomitis impetuosè tendentis ad fruitionem creaturæ delectabilis. Dupliciter primus motus diſtinguitur, quantum ſpectat ad præſentem materiam, ſcilicet primò primus, qui eſt naturalis, & ſecundo primus, qui eſt ſenſualitatis. Cum ergo loquimur de primis motibus quòd ſunt peccata, intelligendum eſt de ſecundò primis, qui ſunt ſenſualitatis, quia primò primi non ſunt peccata, cum ſint naturales, & extra genus moris: quod patet per hoc, quòd tales non ſequuntur imaginationem, ſed ſolummodo naturalium qualitatum actionem. Motus autem ſecundo primi ſunt peccata, quia ſunt actus inordinati in genere moris: quod patet per hoc quòd tales motus ſunt ſenſualitatis, quæ ſubiacet in talibus dominio voluntatis. Voluntas autem eſt principium moralium, ſicut habetur 7. Ethi. Hinc eſt, quòd ibi genus moris primo incipit, vbi dominium voluntatis inuenitur, hoc autem eſt in ſenſualitate. Quamuis ergo per rationem prædictam ſit in ſenſualitate peccatum, non tamen hoc erit mortale, ſed tantummodo veniale: quia voluntas non habet dominium completum ſuper primos motus, qui ſunt ſenſualitatis, ſicut eſt in illis actibus, qui ex imperio voluntatis procedunt, ſed habet in eis dominium incompletum, ſicut in illis actibus, qui non per imperium rationis procedunt, & tamen voluntas tales motus ſenſualitatis impedire poterat, & ideo ſunt peccata venialia. Propter hoc dicit Aug. quod peccatum adeo eſt voluntarium, quod niſi ſit voluntarium, non eſt peccatum. Primi quoque motus ideò ſenſualitati aſcribuntur, quia talium motuum principium ſenſualitas eſt & ſubiectum. Dicendum quoque, quòd primi motus ſecundum prædicta, ſunt peccata venialia triplici ratione. Primo quia mouent ad illicitum. Secundò quia ſunt quodammodo voluntarij, non ſecundum ſe, ſed quia ſicut dictum eſt, non impediuntur à voluntate, vel etiam propter præcedentem apprehenſionem. Tertiò propter delectationem annexam. Cùm enim anima per delectationem coniungitur creaturæ, obtenebratur, & peioratur: ſicut quando coniungitur Deo, illuminatur, & melioratur. Nota, quòd homo pronior eſt ad malum, quam ad bonum, & hoc multis de cauſis. Primò, quia ſicut dicitur Sap. 1. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, trahens illam ad malum, & non ſic erigens ad bonum. Secundò, quia ſicut dicit Aug. Plus valet malum inuolitum, quam bonum inſolitum. Tertiò, quia naturaliter facilius eſt deſcendere, quam aſcendere: & vnus magis trahit deorſum, quàm decem ſurſum. Quartò, quia incitans ad malum delectatio præſens eſt ſemper, ſed finis virtutum incitans ad bonum, abſens eſt. Delectabile autem apprehenſum per ſenſum vel imaginationem, quaſi de neceſſitate mouet concupiſcentiam. Quintò, quia plures circunſtantiæ requiruntur ad bonum, quàm ad malum. Sexto, quia tendimus ad noſtrum principium, ſcilicet ad nihilum. Septimò, quia fomes qui mouet ad malum, ſemper intra nos eſt: gloria verò quam quærimus, extra nos eſt. Octauò, quia vires animæ ſunt actiuæ ad diligendum temporalia: ſed paſſiuæ & materiales ad ea, quæ ſunt gratiæ & gloriæ. Vnde verſus,

Primus motus quid ſit.

Primus motus dupliciter diſtinguitur.

Primi motus venialia ſunt peccata.

Geneſ. 8. Homo pronior eſt ad malum, quam ad bonum propter plura.

Quicquid habet meriti præueniens gratia donat:

Nil Deus in nobis præter ſua dona coronat.

Quia non poſſunt haberi virtutes per modum acquiſitionis, ſed per modum receptionis. Vnde malum poſſumus facere per nos, ſed bonum non poſſumus facere ſine gratia adiutrice.

Malum per nos, bonum per Dei gratiam.

Oſee. 13.

CAPVT XI.

De moroſa delectatione, & conſenſu in peccatum.

DElectatio carnalis moroſa peccatum eſt mortale. Sed nulla dicitur moroſa niſi quando ex conſenſu rationis eſt, vnde non intelligitur ibi mora temporis, ſed conſenſus. Sciendum eſt ergo, quod delectatio ſi ſiſtit circa conſenſum, veniale peccatum eſt: ſi verò procedit vlterius, ita quod homo vult interius delectatione voluptari, nec tamen vult in opus procedere, talis conſenſus eſt inter mortalia computandus: quod maximè debet intelligi in peccatis carnalibus, veruntamen ille conſenſus in illecebram duplex eſt, quia conſenſus in illecebram, aliquis eſt ſubitus, non per præhabitam deliberationem, ſed ex ſola corruptione carnis, quam præcedit appetitus ſenſualitatis in primo motu. Talis autem conſenſus dicitur ſubreptio, & eſt peccatum veniale. Alius conſenſus eſt in delectatione motuum carnis, qui eſt cum deliberatione rationis, & iſte eſt peccatum mortale, vt dictum eſt. Si autem ratio conſentit cum deliberatione, quæ ſit per rationes diuinas, hoc modo, quia omne lege Dei prohibitum eſt vitandum: tunc dicitur peccatum eſſe in ſuperiori parte rationis. Sed ſi deliberatio ſit per rationes humanas vel naturales, hoc modo omne in quo tranſgreditur medium virtutis, eſt vitandum, tunc dicitur peccatum eſſe in inferiori parte rationis. Et ſi adhuc

Quid moroſa delectatio.

adhoc procedit cooſenſus vlterius, quando ſcilicet proponit opus conſummare, tunc voluntas pro facto reputatur, etiamſi facultas deſit perficieodi ipſum opus. Si verò conſequitur conſenſus & opus in his, qoæ diuina lege ſuot probibita, peccatum eſt mortale conſummatuin. Ea prædictis collige diſtinctionem, quia delectatio duplex eſt, ſcilicet natoralis, & voluntaria. In delectatione putè naturali nec eſt meritum, nec demeritum. Voluntaria duplex eſt, quia alia eſt in creatore, alia in creatura. Delectatio quæ in creatore eſt, bona eſt, de qua Pſal. 76. Memor fui Dei, & delectatus ſum, &c. Quæ autem io creatura eſt, duplex eſt: quædam enim eſt propter Deum, & hæc bona eſt: ſed hic ſumitur delectatio pro opere rationis, non pro paſſione, de qua Pſal. 91. Delectaſti me Domine in factura tua: quædam eſt contra Deum: & hæc ſimiliter duplea eſt, quia quædam eſt oon contra Deum, ſed præter Deum, & hæc eſt peccatum veniale: quædam verò eſt contra Deum ſimpliciter, qua frangitur Dei præceptum, & hæc eſt peccatum mortale.

Delectatio quando bona eſt, vel mala.

CAPVT XII.

De peccato veniali.

Peccatum veniale quid.

PEccatum veniale minoris eſt culpæ. Nam in paruulis poſt baptiſmum primò ſurgunt venialia, poſtea mortalia. Veniale autem peccatum eſt, vt ait Augoſt. quod hominem vſque ad reatum perpetuæ mortis non grauat, ſed pœnam meretur, & facilè indulgetur. Peccatum veniale ſemper eſt à volontate ad hoc mouente, vel permittente, vel non probibente. Peccatum aliquod eſt veniale tribus modis: Primo modo ex genere, ſic verbum otioſum eſt veoiale. Secundò ex euentu, ſecundum quòd per pœnitentiam de mortali fit veniale. Tertiò ea caoſa, vt quando fiunt qoædam ex infirmitate vel ignorantia, quæ licet quandoque ſint mortalia, tamen dicuntur venialia, ſiue remiſſibilia ex comparatione ad peccatum quod fit ex certa maliria, quod eſt irremiſſibile. Et hoc verum eſt, niſi aliquid ſit mortale ex ſuo genere, ſicut eſt fornicari: quia tale etiamſi fiat ex ioſirmitate, mortale eſt. Sciendum, quòd peccatum veniale nunquam poteſt fieri mortale, videlicet ſi intelligatur idem ſecundum ſnbſtantiam, quia priùs veniale, mortale fieri nunquam poteſt: & hoc nec quantū ad actum, nec quantum ad maculam. Ratio huius eſt, quia nulla res poreſt mutare ſuam ſpeciem. Peccatum aotem veniale & mortale ſunt diuerſæ ſpecies peccati. Veruntamen actus qui ex ſe eſt de genere venialis, poteſt fieri mortalis quatuor modis. Primò ex conſcientia: quia quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam, etiamſi ſit contra conſcientiam erroneam: & hæc eſt ratio: quia cum in peccato duo ſint, ſeilicet auerſio, & conuerſio: penes primum iudicatur peccatum, quoniam auerſio à Deo, eſt quaſi formale, & conuerſio ad creaturam, quaſi materiale. Quamuis ergo leuare feſtucam, vel calamum de terra, videatur eſſe leue, & indifferens, tameo quando fit contra conſcientiam, peccatum eſt: quia ſpernitur bonum incommutabile, & ita fit auerſio à creatore. Secundò, ex complacētia. Vnde Aug. Nullum peccatum adeò eſt veniale, quod non fiat mortale dum placet. Tertiò, ea diſpoſitione, quia frequenter per lapſum in venialia, diſponitur homo ad mortalia: & hoc ſecundum illud Greg. Vitaſti ſaxa grandia, vide ne obruaris arena. Et hoc ideo dicit, quia ſæpe de minimis peccatis venitur ad magna, ſicut de modica ſcintilla quandoque ſurgit magnus ignis. Eccleſiaſt. 19. Qui modica ſpernit, paulatim decidet. Quartò, ex progreſſu. quia quando inſurgit veniale, ſi non prohibetur, poſſet progredi vſque ad mortale: non quia ipſum veniale in ſubſtantia poſſet fieri mortale, ſed quia ea ipſo occaſionaliter fieret progreſſus ad mortale. Et iſtud patet in primis motibus, qui inter venialia computantur: ſed quando delectatio conualeſcit intantum quod conſenſus accedit, iam peccatum eſt mortale. Differentia eſt ioter peccatum mortale & veniale, quia peccatum veniale eſt libido, ſiue voluptas in creatura citra Deum: mortale autem eſt libido, ſiue voluptas io creatura ſupra Deum, vel æquè Deo. Rectus autem ordo eſt, vt bonum iocommutabile præferatur bono commutabili, & honeſtum vtili, & voluntas Dei voluntati noſtræ, & ratio ſenſualitati: & quando iſte ordo peruertitur, tunc peccatum committitur. Vtrum aliquis poſſit eſſe, vel viuere ſine peccato veniali, dum eſt in hac vita præſenti. Dicendum eſt, quòd ſi loquimur de tota vita hominis qui peruenit iam ad ætatem adultam, de excellenti & ſpeciali gratia eſt, quòd talis ſine veniali peccato ſit, ſicut beatus Auguſt. dicit de beata Virgine. Si autem loquimur de aliqua particula vitæ præſentis, ſic poteſt aliquis eſſe ſine peccato veniali. Iſtud patet per exemplum, quia natura poteſt ſingula foramina nauis ad horam obſtruere ne aqua intret, ſed noo poteſt ſimul omnia obſtruere, vt aqua noſquam intret. Vnde charitas etiam perfecta non facit quòd peccatum veniale non adueniat, ſed facit, quòd non doret, quēadmodum caminus ignis non facit vt gutta aquę ſibi non apponatur, ſed facit tamen vt apposita citiùs extinguatur. Perfecta enim charitas ſtatim inflammat hominem, vt de peccato veniali doleat, & pœniteat, quod non facit charitas imperfecta, vnde in imperfectis aggregantur multa venialia, per quæ fit ad proſtrationem maior diſpoſitio.

Peccatum veniale eſt tribus modis. Matt. 12.

Peccatum veniale poteſt fieri mortale quatuor modis.

Inter peccatū mortale, & veniale differentia.

Vtrum quis poſſit viuere ſine veniali peccato.

CAPVT XIII.

De effectu peccati venialis.

Effectus peccati venialis multiplex. Primus.

EFfectus peccati venialis multiplex eſt. Primus, quia ad pœnam obligat, non autem determinatè, neque præciſè obligat ad pœnam æternam, vel purgatoriam, vel præſentis ſatisfactionis, ſed ad aliquam illarum pœnarum: quoniam ſecundum forum Eccleſiæ præſentis ſatisfacit homo leniter; ſed ſecundum forum

purgatorij

purgatorij punietur grauius, ſecundum vero forum inferni punietur grauiſſimè pro veniali: quia æternaliter, ſi cum mortali & veniali deceſſerit. Exemplum habemus de hoc: quia menſura vini quæ in vno loco valet ſex denarios, ſi ducatur vlterius, valet ſolidum vnum: & ſi ducatur adhuc vlterius, valet duos ſolidos. Pœna tamen illata pro veniali in inferno, incompatabiliter minor eſt quàm illata pro mortali. Vnde ſolet dici, quòd pœna illata in inferno pro mortali, eſt ſicut ſoliditas, illata verò pro veniali eſt ſicut ſuperficies. Illata pro veniali in purgatorio eſt ſicut linea. Illata pro veniali in præſenti eſt ſicut punctus. Vnde ſicut iſta quatuor ſunt improportionabilia, ita inter prædictas pœnas magna eſt differentia. Secundus effectus eſt, quòd peccatum veniale

Secundus. animam maculat, & ponitur tale exemplum. Aliquando enim denigratur aliqua imago depicta, intantum vt videri non poſſit. Aliquando verò ſic obſcuratur, vt videri quidem poſſit, ſed non planè diſcerni, & ideo propter talem differentiam dicit Greg. quod veniale obſcurat, mortale verò obtenebrat. De macula autem iſta dicitur, quod in ſaluandis omne peccatum veniale deletur in præſenti à gratia finali, & hoc quantum ad culpam, & non quantum ad pœnam: imo illa ſoluetur in purgatorio. Delet autem gratia finalis peccatum veniale in ipſa diſſolutione corporis, & animæ ex virtute ſuæ complexionis, & ſui ſtatus, quamuis non ſit motus contritionis ad illud directus, ſecundum quod intelligitur verbum Auguſtini, qui dicit, quòd in purgatorio poteſt eſſe abſolutio à pœna, & non à culpa. Hoc ab antiquis dictum eſt, ſed nunc communiter tenetur, quod peccatum veniale cum hinc deferatur, à multis etiam quantum ad culpam in purgatorio purgatur: quia etiam hoc quod Dominus dicit de quibuſdam peccatis, quod non remittentur, neque in hoc ſeculo, neque in futuro: exponit Gregor. quod venialia remittentur in futuro: quod ſi intelligatur quantum ad pœnam tantum, tunc expoſitio Gregorij nulla eſt: quia etiam mortalia quantum ad pœnam purgantur, quæ hic ſoluta non eſt. Tertius effectus eſt, quod

Tertius. minuit feruorem charitatis, ſicut aqua in ignem proiecta, licet ignem non extinguat, feruorem tamen illius temperat. Quartus eſt,

Quartus. quod potentias animæ in bonis operibus laſſat, ſicut quando ponitur pondus ſuper equum, minus erit promptus ad ambulandum. Quintus eſt, quod retardat à gloria,

Quintus. quia homo qui deberet & poſſet ſtatim euolare ad cœlum poſt mortem, cogitur propter venialia ad tempus in purgatorio expectare. Nunquam enim ab aliquo facies Dei videbitur, donec ſoluat minimum quadrantem

Matt. 5. *Apoc. 14.* *Apoc. 12.* venialium peccatorum, ſcilicet per pœnam. Oportet enim quemlibet ita mundum eſſe ante introitum paradiſi, ſicut fuerat in innocentia baptiſmali. Sextus eſt, quod bona gloriæ cœ-

Sextus. leſtis diminuit, non quidem illa, quæ iam debentur, & quæ iam habemus ibi per meritum repoſita, ſed quæ deberentur ſi venialia non fierent, quia in eo tempore poſſent aliqua bona fieri quando illa fiunt. Propterea poſt perpetrationem venialium oportet nos opera quædam conuertere ad ſolutionem huiuſmodi debitorum, per quæ nobis deberet creſcere cumulus æterni præmij. Septimus effectus eſt, quòd venialia ſæpe ſunt occaſio mortalium peccatorum, & hoc quatuor modis, ſicut habes ſupra capite proximo, vbi dicitur, quòd actus qui ex ſe venialis eſt, poteſt fieri mortalis quatuor modis. Hoc eſt etiam ſingulariter aduertendum, quòd ſicut ad remiſſionem peccati mortalis exigitur deſertio actus peccandi cum voluntate in poſterum abſtinendi, ſic quoque peccatum veniale in præſenti non dimittitur, niſi actu & propoſito deſeratur. *Septimus.*

CAPVT XVI.

De ſeptem vitiis capitalibus in ſpecie.

PEccatorum actualium mortalium vnum eſt initium, duplex radix, triplex fomentum, ſeptiforme caput. Vnum initium dicitur ſuperbia, iuxta illud: Initium omnis peccati ſuperbia. Duplex vero radix eſt, ſcilicet timor malè humilians, & amor male accendens. Omnis autem timor ortum habet ab amore: nullus enim timet aliquid perdere, niſi quia amat illud habere. Triplex peccati fomentum, ſunt tria quæ ſunt in mundo, ſcilicet, concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Septiforme caput ſunt, Superbia, Inuidia, Ira. Acedia, Auaritia, Gula & Luxuria. Inter quæ ſunt duo ſpiritualia, quinque verò carnalia. Sufficientia horum vitiorum ſic poteſt colligi. Voluntas noſtra deordinatur, aut quia appetit non appetendum, aut quia refugit non refugiendum. Si primo modo, aut eſt interius, & ſic eſt vana gloria: aut exterius, & ſic eſt auaritia: aut inferius, & ſic eſt delectabile. Sed illud delectabile aut eſt ad conſeruationem indiuidui, & ſic eſt alimentum quod appetitur inordinatè à gula: aut eſt ad conſeruationem ſpeciei, & ſic eſt coitus, qui appetitur inordinatè à luxuria. Si autem voluntas noſtra deordinatur, quia refugit quod non eſt refugiendum, hoc poteſt eſſe tripliciter. Aut enim refugit quod non eſt refugiendum, ſecundum peruerſum inſtinctum rationalis, & ſic eſt inuidia: aut ſecundum inſtinctum peruerſum iraſcibilis, & ſic eſt ira: aut ſecundum peruerſum inſtinctum concupiſcibilis, & ſic eſt acedia. Ex his patet, quòd ſunt quatuor appetibilia, & tres ſunt vires ſecundum quarum inſtinctum eſt fuga: & ideo tantum ſunt ſeptem capitalia peccata. Peccata quædam ſunt, quæ quandoque ſe publicè oſtendunt, vt quando directè fiunt: quandoque verò ſub quadam ſpecie boni palliata decipiunt. Vnde ſuperbia quandoque dicit, ad hoc volo præeſſe, vt poſſim prodeſſe. Ira dicit, non debent illata mala tolerari, ne conſueſcant inferri. Inuidia dicit, aliis bona non cupio, ne in ſucceſſibus eleuentur. Acedia dicit, ad hoc in laboribus mihi parco, ne temeritate indiſcretionis arguar. Auaritia dicit, ad hoc ſunt multa congreganda, ne propter inopiam committatur

Sap. 12. *Eccleſ. 10.* *Timor ab amore procedit.*

commiţtatur furtum vel rapina. Gula dicit,ad hoc eſt corpus cibis & potibus delicatioribus nutriendum,vt ſit fortius ad Deo ſeruiendum. Luxuria dicit,ad tempus debet quiſque ad libitum viuere, vt poſſit poſteà fortiter pœnitere.

Septem vitia comparantur ſeptem beſtiis & ſeptem infirmitatibus.

Septem vitia comparãtur ſeptem beſtiis. Superbia comparatur leoni. Inuidia cani. Ira lupo. Acedia aſino. Auaritia hericio. Gula vrſo. Luxuria porco. Alio modo comparãtur ſeptem infirmitatibus. Superbia comparatur inflationi. Inuidia lepræ. Ira phreneſi. Acedia lethargiæ. Auaritia hydropiſi. Gula epilepſiæ. Luxuria febri. Septem vitia Chriſti paſſione curantur. Capitis inclinatio in cruce curat ſuperbiam. Oratio pro inimicis iram. Apertio lateris inuidiam. Portatio crucis aced am. Traditio ſpiritus Patri, corporis cruci, matris diſcipulo, veſtium crucifixoribus, hæc curat auaritiam, flagellatio luxuriam,potatio fellis gulam.

CAPVT XV.

De ſuperbia.

Superbia omnium vitiorum regina. Superbia omnibus inuidet. Superbia quare dicitur initium omnis peccati.

NVnc dicendum eſt de ſeptem vitiis capitalibus in ſpecie,& primo de ſuperbia quæ eſt regina omnium vitiorum & mater. Eſt autem ſuperbia, vt ait Auguſt. peruerſæ celſitudinis appetitus. Vnde ſicut idem Aug. ait, Superbia omnibus inuidet, ſcilicet ſuperioribus, quia eis non æquatur, inferioribus, quia eis æquari timet:paribus,quia eis æquatur. Superbia dicitur initium omnis peccati triplici ratione. Primò propter cauſam, quæ inuenitur in omni peccato:quia in omni peccato inuenitur contemptus Dei, qui eſt quædam cauſa peccati.

In omni peccato eſt contemptus Dei. Iacob.4.

Iſte autem contemptus eſt auerſio à creatore, quæ in omni peccato eſt,vbi præponitur bonum commutabile bono incommutabili: quia ſicut ſine charitate aliæ virtutes nihil ſunt,ita ſine ſuperbia alia vitia nihil. Abſtrahe ſuperbiam, & habebis gratiam:quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Conuexum enim inquantum huiuſmodi non eſt receptiuum, ſed concauum. Secundò, quia primum peccatum fuit:hoc enim genere peccauit diabolus in cœlo. Iſa.14. Ponam ſedem meam in Aquilone, & ero ſim.al. Et primus homo in paradiſo Geneſ.2. Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum. Tertio, quia ex ea naſcuntur alia vitia ſecundum prius & poſterius,hoc eſt,mediatè & immediatè,ſicut habetur ſuprà cap.de effectu vitiorum.

Differentia inter ſuperbiã & vanam gloriam.

Eſt autem inter ſuperbiam & vanam gloriam differentia, quia licet vtrobique ſit appetitus propriæ excellentiæ, tamen ſuperbus ſibi apparet magnus intus, ſed vaniglorius appetit in ore aliorum per laudem apparere extra. Diuerſa peccata dicuntur radices & initia ſiue cauſæ aliorum peccatorum, ſed diuerſis reſpectibus. Superbia enim dicitur initium omnis peccati propter tres cauſas ſuperius enarratas. Libido etiam dicitur cauſa omnis peccati, ſicut ait Aug. & hoc propter delectationem creaturæ quæ inordinatè trahit animam & auertit à ſummo bono. Eſt enim libido improba voluptas,qua mouetur anima rationalis ad hoc quòd delectetur in creatura.

Cupiditas radix malorũ.

Cupiditas etiam dicitur radix omnium malorum: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, ſicut dicit Apoſt. primæ ad Tim.6. & hoc propter eandem [illegible] m ſicut libido. Eſt enim cupidas ex amore inordinato ad creaturam. Luxuria etiam ſecundum Caſſianum dicitur radix omnis peccati:quia carnales delectationes nobis ſunt naturales:ad naturalia autem prompti ſumus, & difficulter reſiſtimus.

Inanis gloriã filia. 1. Inobedientia 2. Contentio. 3. Iactantia. 4. Hypocriſis. 5. Pertinacia. 6. Diſcordia. 7. Præſumptio.

Inanis gloriæ ſeptem ſunt filiæ ſecundum Greg. Prima eſt inobedientia,quia vaniglorius in nullo vult videri inferior:quod fieret, ſi faceret mandatum. Secunda eſt contentio, quia vult vincere cum clamore, & per hoc apparere. Tertia eſt iactantia, qua quis enumerat bona ſua,vt laudabilis appareat. Quarta eſt hypocriſis, quæ quærit in exterioribus apparere. Quinta eſt pertinacia, quæ factum ſuum vel dictum malum defendit, ne errare videatur: Sexta eſt diſcordia, quæ contra omne dictum ſuſtinet vel aſſumit contrarium propter vanam gloriam. Septima eſt nouitatum præſumptio, qua quis noua, vel dicit,vel inuenit, vt laudetur.

Species ſuperbiæ quatuor.

Quatuor ſunt ſpecies ſuperbiæ quas aſſignat. Grego.32. moral. Prima eſt,cum homo à ſeipſo æſtimat habere bonum quod habet. Secunda,ſi deſuper datum credit, pro ſuis tamen meritis accepiſſe ſe putat. Tertia,cùm iactat ſe habere bonum,quod non habet. Quarta,quando cæteris deſpectis ſingulariter vult videri. Per primam & ſecundam ſpeciem iniuriatur homo Deo in ſe,quia per primam ponit ſe homo totam cauſam ſui boni: ſed in ſecunda ponit ſe cauſam principalem: in tertia verò ſpecie iniuriatur homo Deo in proximo, in quarta autem iniuriatur homo Deo in eo quod non habet.

Gradus ſuperbiæ 12.

Gradus ſuperbiæ ſecundum Bern. ſunt. 12.qui ſunt, curioſitas, mentis leuitas, inepta lætitia, iactantia, ſingularitas, arrogantia præſumptio, peccatorum defenſio, ſimulata confeſſio, rebellio, libertas, peccandi conſuetudo. Numerus iſtorum ſic accipitur. Homo per ſuperbiam iniuriatur Deo, & homini: Deo, cui debet eſſe inferior: homini, cui debet eſſe par.

Quibus iniuriatur homo per ſuperbiã.

Sex primi gradus determinantur ſecundum iniuriam quæ fit homini,cui debet eſſe par, quatuor alij ſecundum iniuriam, quæ fit homini ſuperiori,vt prælato. Duo vltimi determinantur propriè quantum ad iniuriam quæ Deo immediatè fit, hoc ideo dicimus, quia & ſuperiores gradus in Deum redundant, ſed mediante proximo. Gradus autem vocantur,quia fit à minori progreſſus ad maius. Primus enim malus eſt:ſecundus peior,& ſic ſcandendo inuenitur,quòd vltimus eſt peſſimus. Vnde iniuria quæ eſt reſpectu paris,eſt minor. Illa verò quæ eſt reſpectu ſuperioris,eſt maior: ſed illa quæ eſt reſpectu Dei, eſt maxima. Propter quod iſti gradus taliter ordinantur. Superbia multa mala facit. Primo id quod Dei eſt, vſurpat, ſcilicet gloriam. Iſa. 42. Gloriam meam alteri, &c. In bonis enim operibus, quæ facimus, duo ſunt, ſcilicet honor & vtilitas. Sed primum Dominus ſibi reſeruat,aliud nobis tribuit. Vnde debemus Deo ſuam partem relinquere, ſi noſtra parte nolumus ſpoliari. Secundò perfectos viros impugnat. Superbia eſt enim quaſi

turris Babel, quæ vſque ad cœlos, id eſt, vſque ad viros cœleſtes debebat pertingere. Superbia etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Vnde ſuperbia inexpugnabilis eſt, ſicut caſtrum in alto monte ſitum. Tertiò gratia Dei hominem denudat. Iac. 4. Superbis Deus reſiſtit, &c. 2. Reg. 1. Montes Gelboë, nec ros nec pluuia veniat ſuper vos. Vnde ſecundum naturam conuexum non eſt receptiuum, ſed concauum. Quartò hominem Deo priuat. Hugo de ſancto Vict. Superbia aufert mihi Deum, inuidia proximum, ira meipſum. Superbia Deo eſt odibilis. Eccleſ. 25. Tria ſunt quæ odit Deus, pauperem ſuperbum, &c. Deum impugnat, quia vexillum inimici ſui, id eſt, diaboli, ponit in caſtro ſuo, & deponit vexillum

Matt. 16. Iob. 4. Ioan. 15.

Chriſti, ſcilicet crucem, quam ſemper homo debet portare, iuxta illud. Qui vult venire poſt me, &c. Diabolo hominem aſſimilat. Ipſe eſt enim rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Vnde ſicut Dominus ait de charitate. In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis adinuicem, ita poteſt diabolus dicere de ſuperbia, In hoc cognoſcent, &c. Hominem ſtultum demonſtrat, quia ancillam ornat, & dominam nudam relinquit. Item quia magna pro modico vendit, id eſt, pro laude humana. Item quia credit ſe poſſe cum ſuperbia illuc attingere, vbi diabolus iam exiſtens non potuit cum ſuperbia remanere. Hominem deiicit, quia ſcandentes in altum de facili cadunt: & qui ſe eleuant ſub oſtio humili, facilè caput lædunt.

CAPVT XVI.

De inuidia.

Inuidia quid.

INuidia eſt, vt ait Aug. odium fœlicitatis alienæ. Secundum Ioan. Damaſc. Inuidia eſt triſtitia de alienis bonis. Dicitur autem inuidia à non videndo, quia non poteſt videre bona aliorum. Vnde diſplicentia boni, quæ eſt

Inuidia vnde.

inuidia, poteſt notari per viſionem interiorem & exteriorem: ſicut vult Seneca dicens. Quicquid mente fugimus, ingeſtum oculis vix videmus. Inuidia habet quinque filias ſecundum Greg. Prima eſt odium, quod eſt velle malum alieni, & nolle bonum. Secunda eſt exaltatio in aduerſis proximi. Tertia eſt afflictio in proſperis proximi. Quarta eſt ſuſurratio, quæ eſt detractio latens. Quinta eſt detractio, hæc autem fit in aperto, quia intendit melius apparere illo cui detrahit. Inuidia multa mala facit. De lumine facit tenebras, de vidente

Inuidia filiæ quinque.

Quot mala inuidia faciat.

cæcum, quia proximi bona videre non poteſt. Vnde inuidus cõparatur noctuæ & veſpertilioni. Aug. Ægris oculis odioſa eſt lux, quæ puris eſt amabilis. De vita moritur. Greg. Panis vitam fortium roborat, paruulorum necat. Vnde inuidus cõparatur febricitanti, cui etiam boni cibi ſunt contrarij. Deo contrariatur, quia tam bonus eſt Deus, vt ait Aug. vt etiam de malis bonum eliciat: ſed è contra tam mali ſunt iſti, vt de bonis malum eliciant. Item diuina bonitas omnia ſua communicat: iſti vero non. Item

Inuidus Deo Deo contrariatur in multis.

Deo placet bonum hominis, ac malum diſplicet: iſti autem è contra bonum gratiæ & naturæ peruertunt. Vnde ſicut omnia munda mundis, ſic iſtis omnia ſunt immunda. Et ſicut bonis mala cooperantur in bonum: ita inuidis bona cooperantur in malum. Vnde tales aurum conuertunt in cuprum, gemmas in lutum, granum in paleam, vinum in aquam, mel in fel, diem in noctem, gaudium in mœrorem, roſam in paliurum, balſamum in ſterquilinium, electuarium in venenum. Tales maledicit Iſaias. Væ qui dicitis bonum malum, &c. Stultum efficit. Nimis errat, qui idcirco ſibi vult vnum oculum erui, vt aliis etiam vnus eruatur: ſic facit inuidus & diabolus, qui per hoc quòd aliis inuidet, ſibi magis nocet. Authorem ſuum torquendo lædit. Seneca: Vtinam inuidi in omnibus ciuitatibus oculos & aures haberent, vt de omnium profectibus torquerentur. Proximum fraudulenter decipit. Vnde inuidus comparatur cani, qui blanditur in facie, & mordet à tergo. Item Iudæ, qui oſculo Chriſtum tradidit. Item homini perfido, qui lædit hominem, qui eum nunquam moleſtauit.

Tit. 5. Conuertit omnia in malum inuidus.

Iſa. 5.

Inuidus comparatur multis. Mat. 26.

CAPVT XVII.

De ira.

IRa eſt, vt ait Aug. vlciſcendi libido, & ſecundum Caſſ. Ira eſt motus animi concitatus ad pœnam. Hæc eſt diffinitio iræ per vitium, non per zelum, de qua eſt hîc agendum. Ira igitur duplex habet eſſe, ſcilicet eſſe naturæ, & eſſe moris. Prout ergo deordinat ab optimo, habet eſſe morale, quod vitium eſt, quia ira non eſt peccatum ratione puræ paſſionis, imò pœna: ſed cum hoc dicit quandam actionem per quam deordinat hominem, quantum ad Deum, & quantum ad proximum. Vult enim à ſe expetere vindictam, quam non debet expetere niſi à Deo, vel à iudice à Deo, ſub Deo conſtituto. Vtrum autem teneatur quis remittere iniuriam inimico petenti? Nota diſtinctionem: quia ex iniuria ſolent oriri tria. Primum eſt rancor in affectu. Secundum eſt rancoris ſignum in effectu. Tertium eſt actio contra iniuriantem. Primum tenetur quis ſtatim remittere, etiamſi non rogetur. Secundum tenetur remittere veniam veraciter petenti, id eſt, parato emendare ſecundum facultatem ſuam. Tertium non tenetur remittere. Si verò volueris ſcire, vtrum ille cui facta eſt iniuria, debeat amicitiam quærere: ſciendum quòd duplex eſt debitum. Primum eſt neceſſitatis, ſine quo non eſt ſalus. Secundum eſt perfectionis. Quantum ad primum debitum non tenetur quis reconciliationem quærere ſiue amicitiam: ſed de ſecundo dicit Chry. quod debet quærere reconciliationem, vt duplicem coronam conſequatur. Vnam, quia iniuriam paſſus eſt. Aliam, quia prior rogauit. Dominus autem ponit tres gradus circa reatum iræ, cùm dicit, Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit racha, reus erit concilio.

Ira quid.

Ira duplex eſſe.

An teneatur quis iniuriam remittere, & cui.

Quid remittendum & non remittendum in iniuria.

An ſit amicitia quærenda ab eo qui pertulit iniuriã.

Tres gradus iræ.

Qui

Ira qualiter punienda. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. De his dicendum eſt, quod vbi creuit gradus culpæ, creuit & ordo pœnæ. Vnde tectè ira ſine voce, punienda eſt iudicio: ira cum voce, conſilió: ira cum ſermone contumeliæ, gehennæ igni mancipatur. Secundum Aug. enim in primo eſt ira tantùm, in ſecundo ira & vox, in tertio ira eſt & ſermo, & certa expreſſio irriſionis. Dicit autem Gregor. quòd iudicium eſt cauſæ diſcuſſio, conſilium ſententiæ diffinitio, gehenna ignis ſententiæ executio. Notandum, quòd reddere malum pro malo, eſt
2. Reg. 3. fragilitatis, ſicut fecit Ioab quando interfecit
Matth. 26. Abner, ſcilicet interfectorem fratris ſui Aſael
Hebr. 6. Sed reddere malum pro bono, eſt peruerſitatis, ſicut fecit Iudas tradendo Chriſtum Reddere bonum pro bono, eſt æquitatis, ſicut fecit Aſſuerus quando Mardochæum honorauit. Reddere bonum pro malo, eſt perfectionis, ſi-
Act. 7. fecit beatus Stephanus quando pro inimicis
Filiæ iræ ſex. ſuis orauit. Filiæ iræ ſecundum Gregorium
1. Audax voluntas. ſunt ſex. Prima eſt rixa, hæc eſt audax voluntas vindicandi iniuriam factam, per ſe.
2. Tumor mentis. Secunda eſt tumor mentis, hæc eſt voluntas vindicandi cauſa fugiens aduerſantem, ne cum eo colloquium habeatur, propter æſtimatas
3. Contumelia. inimicitias. Tertia eſt contumelia, quæ eſt voluntas ſe vindicans per exprobrationem ma-
4. Clamor. lorum. Quarta eſt clamor, quæ eſt voluntas ſe vindicans in exaltando vocem per vituperium exprobratum & ad aliorum aures perue-
5. Indignatio. niens. Quinta eſt indignatio, quæ eſt vo-
6. Blaſphemia. luntas ſe vindicans per ſignum moleſtiæ exterius declaratum. Sexta eſt blaſphemia, quæ eſt voluntas ſe vindicans per opprobrium Deo,
Ex ira mala quæ veniunt. vel ſanctis illatum. Ex ira veniunt multa mala. Hoſpitium Spiritus ſancti turbat. Gregorius. Dum ira animum pulſat, Spiritui ſancto hoſpitium ſuum turbat. Nam ſicut in pa-
Pſal. 75. ce factus eſt locus Dei, ſic in diſcordia locus diaboli. Tales ſunt incendiarij domus Dei. Vnde Pſalmiſta, Pſalmo ſeptuageſimotertio: Incenderunt igni ſanctuarium tuum Domine in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui. Vnde iſti ſunt ſimiles draconi, qui emittit ex ore ignem. Quod Dei eſt ſibi vſurpat, ſcilicet vindictam. Propheta: Mihi vindictam, & ego retribuam. Talis ſe facit iudicem &
Prouerb. 25. Deum vult eſſe tortorem, ſicut dicit Auguſt.
Deut. 32. Dicit enim malus in orationibus ſuis: Domine, occide malum inimicum meum. Reſpon-
Rom. 12. det ei Dominus: Quem veſtrum? Ambo eſtis
Hebr. 10. mali. Imò talis vult eſſe actor & index in eadem cauſa. Sed ſtultum ſe demonſtrat, qui per cor ſuum immittit gladium, vt lædat tunicam inimici ſui. Imò ſi ſapienter faceret, priùs ſe de ſeipſo vindicare deberet, iram ſcilicet per zelum aduerſus iram ſuam propter vitium aſſumendo: ſed è conuerſo limam purgationis conuertit in rubiginem deprauationis. Aduerſitates enim quæ ipſum deberent à peccato purgare, per impatientiam magis inquinant, & fornax probationis mutat ei aurum in cuprum, & flagellum ex grano facit paleam. Vnde duram ſententiam talis in iudicio expectabit. Cùm enim Dominus improperaturus
Matth. 25. ſit quibuſdam, Nudus fui, & non cooperui-
Epheſ. 6. ſtis me, quid dicturus eſt illis, qui non ſolùm nudos non veſtiunt, ſed veſtitos ſpoliant? Bellum mundi, carnis, & diaboli contra ſe inſtaurant, ſed ſapientes ſedant minores guerras propter maiores, quæ imminent. Malam faciunt commutationem, quia auferendo pallium bonæ famæ, dant tunicam innocentiæ. Reme- *Iræ remedia.* dia iræ ſunt, Silentij obſeruatio. Prouerb. 26. Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis: quia ſicut ex colliſione duorum corporum elicitur ignis, ita ex amaris verbis aliquorum ira concitatur. Prouerb. 15. Reſponſio mollis frangit iram, & ſermo durus excitat furorem. Ibidem: Quaſi qui apprehendit canem auribus, &c. Dominicæ paſſionis conſideratio. Gregor. Si paſſio Domini ad memoriam reuocetur, nihil adeò durum eſt, quod non æquanimiter toleretur. Hoc figuratum eſt. Num. 21. vbi reſpicientes ſerpentem æneum ſanabantur. Item præmij tolerantiæ animaduerſio. Vnde conſideratio præmij minuit vim flagelli.

CAPVT XVIII.

De acedia.

Acedia eſt de virtutum laudabili exercitio vtriuſque hominis languida deiectio. *Acedia quid.* Item acedia eſt diffidentia de proprijs viribus, & de mandato Dei implendo ardua triſtitia. Duo nomina ſunt huius vitij, ſcilicet triſtitia & acedia. Horum autem nominum hæc eſt ra- *Nomina pigritiæ.* tio, quia in iſto peccato eſt auerſio à ſpirituali bono quod æſtimatur graue, ſicut eſt ieiunare, & huiuſmodi: & ratione huius dicitur triſtitia. Eſt etiam ibi conuerſio ad creaturam, ſcilicet ad quietem, quæ æſtimatur leuis, & ratione huius dicitur acedia. Patet ergo ex his, quòd hoc vitium prout vocatur triſtitia, opponitur lætitiæ ſpirituali, quæ eſt in exercitio ſpirituali. Sed prout vocatur acedia, opponitur fortitudini, quæ conſiſtit in aggrediendis arduis, & ſuſtinendis aduerſis. Acedia denominatur ab acedine, quia per eam anima tædium habet de omni ſpirituali difficili. Ace- *Acediæ filiæ ſex.* dia ſecundum Gregorium habet ſex filias. Pri- *1. Malitia.* ma vocatur malitia, quæ ſecundum Auguſt. eſt voluntas machinandi malum alicui. Cùm enim quis inuidiatur alij, tunc iraſcitur, & poſtea triſtatur. Secunda eſt deſperatio: quia *2. Deſperatio.* diffidentia meritorum mater eſt diffidentiæ præmiorum, ex qua iterum oritur triſtitia. Tertia eſt puſillanimitas, quæ naſcitur ex dif- *3. Puſillanimitas.* fidentia proueniente ex conſideratione propriæ infirmitatis, vel operis arduitatis. Quar- *4. Rancor.* ta eſt rancor, qui eſt inueteratum odium. Sicut enim ex charitate ſunt opera bona, ex quibus eſt confirmatio charitatis, ita ex ira eſt acedia, ex acedia vetuſtas iræ. Quinta eſt torpor *5. Torpor.* circa præcepta, id eſt, quædam inſenſibilitas, propter quam homo non poteſt induci ad executionem mandatorum Dei. Sexta eſt euaga- *6. Euagatio.* tio mentis circa illicita. Hæc autem euagatio quandoque eſt particularis, & certam habet materiam, & ſic conuenit omnibus vitiis: quandoque eſt generalis & incerta, & hæc eſt propriè euagatio acediæ. Qui enim eſt abſorptus

ctiſtitia,non habens in ſe vnde delectetur,euagatur ad omnia, quæreos delectationem. Ex accedia eueniunt multa mala.Præceptum Domini negligit. Geneſis 3. In ſudore vultus tui, &c.Maledictionem Dei incurrit.Exemplum de ficu,cui Dominus maledixit,quia folia tantum habuit.Marth.21. Diſcrepat à cæteris creaturis. Exemplum enim eſt in corporibus inanimatis, ſicut in ſole & luna, qui quotidie ſurgunt & perficiunt curſum ſuum. Item patet in corporibus animatis, ſicut ſunt arbores, & herbæ:quæ licet in hyeme nudę ſint,tamen virtutem ſeruant, & in tempore ſuo redeunt ad conſueta.Idem oſtenditur in ſenſibilibus.Prouerb. 6. Vade ad formicam ô piger. Pretioſum tempus perdit, quo nihil pretioſius eſt, quia breui hora poſſet quis obtinere veniam, gratiam, & gloriam. Et tamen,vt ait Bernard. nihil vilius reputatur, quia dicunt homines otioſi, Venite, deducamus tempus.Spirituale lucrum negligit: quia qui non mercatur in nundinis,poſtea non habebit.Prouerb.20.Propter frigus piget arare noluit, mendicabit ergo æſtate,& non dabitur ei. Incitamenta vitiorum colligit. Prouerb.24. Per agrum hominis pigri tranſiui,& ecce totum repleuerāt vrticæ, & cooperuerant ſuperficiem eius ſpinæ. Nota, quòd aqua corrumpitur quiete,& ferrum contrahit rubiginem: & porcus mactandus permittitur in quiete pingueſcere.Locum diabolo præparat, quia homo otioſus eſt quaſi puluinar diaboli, & in ollam tepidam libenter muſcæ inſident,quæ feruentem fugiunt. Tentationibus patet.Vnde legitur in collationibus patrum, quod monachum operantem dæmon vnus pulſat,otioſum verò innumeri. Eſt enim homo accedioſus quaſi vrbs abſque murorum ambitu, & quaſi ſignum poſitum ad ſagittam. Mores peruertit, quia vult metere, & non ſeminare, ſicut catus qui libenter piſces comedit, ſed eos non libenter capit. Seneca, Incertum eſt quo loco, quomodo mors te excipiat: & ideo tu illam in omni loco & tempore expecta. Furem fodientem parietem non repellit, quia mors fur eſt,& quotidie tollit vnum aſſerem, id eſt,vnum diem. Matth.24.Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret,&c. Receptaculum ſordium ſe facit. Bernardus: Omnium tentationum ſentina eſt otium. Ipſum enim eſt occaſio luxuriæ.Secundi Regum vndecimo. Factum eſt eo tempore quo ſolent reges ad bella procedere. Item occaſio eſt nugarum. Actu.17. Athenienſes ad nihil aliud vacabant, &c. Item occaſio curioſitatis.1. ad Timoth.5. diſcunt circuire domos. Stoltitiam oſtendit, quia tonitrua audiens non ſurgit. Tonuit autem Chriſtus in cruce & in prædicatione:tonabit etiam in die iudicij. Item ſtultus eſt, qui immunditias de oculo non eiicit. Matth.7. Hypocrita eiice primùm trabem de oculo tuo. Ad cæleſtia venire negligit:quia vix ad locũ quis veniet qui vnum pedem hodie mouet, & poſt annum alium.Sic & illi quorum motus eſt pes intellectus, & non pes affectus,cùm tamen ſit affectibus ambulandum.

Mala quæ ex accedia eueniunt.

Sap. 2.

Mortis incertitudo.

Ioan. 12.

CAPVT XIX.

De auaritia.

AVaritia, vt ait Tullius, eſt immoderatus amor habendi.Item ſecundum Bern.Auaritia eſt quarumlibet rerum inſatiabilis & inhoneſta cupido. Secundum Apoſt. Eph.5.Auaritia eſt idolorum ſeruitus, quia homo auarus exhibet creaturæ quod debet creatori,ſcilicet fidem, ſpem, & dilectionem, hæc enim auari exhibent pecuniæ. In hoc ergo ſpecialiter reprehenduntur iſti, quia rei viliſſimæ amorem ſuum exhibent, ſcilicet pecuniæ, quæ de terra tollitur, quam natura infimam ordinauit. Dicitur in Eccleſ.quòd auaro nihil eſt ſceleſtius,& hoc propter quatuor cauſas. Primò,quia ferè omnia ſcelera per auaritiam perpetrantur, vt furta,periuria,homicidia,& huiuſmodi.Secundò,quia eſt contra legem naturæ Luc 6.Quæcunque vultis vt faciant vobis homin.&c.Tertio,quia eſt contra legem ſcriptam.Luc.6.Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter,&c.Quartò, quia eſt contra legem vniuerſalem, quæ eſt in omnibus rebus, quæ compelluntur ſe dare:auarus enim quaſi captiuas detinet res,ne ſe communicare poſſint. Vtrum autem cuiquam liceat theſauros congerere. Notandum, quòd eſt theſaurizare ex affectu auaritiæ abſque intentione neceſſitatis propriæ,vel alienæ:& hoc modo theſaurizare omnibus eſt prohibitum. Alio modo eſt theſaurizare ex prouidentia: & hoc vel ex conſideratione neceſſitatis, & ſic conceditur parentibus ſecularibus ob neceſſitatem filiorum educandorum,vel filiarum coniugio tradendarum,non autem ditandarũ, ſed ſeruato modo,vel ſtatu perſonæ. Alio modo eſt theſaurizare ex conſideratione publicæ vtilitatis,ſcilicet regni defendendi, vel cultus Dei ampliandi,& ſic conceſſum eſt regibus theſaurizare, perſonis autem Eccleſiaſticis propriè nunquam theſaurizare licet,nec pecuniam retinere intentione ſeruandi.Ambro.Aurum habet Eccleſia, non vt ſeruet,ſed vt eroget. Ex prædictis patet, quòd duplex poteſt eſſe amor pecuniæ ſiue temporalium, ſcilicet reſpectu neceſſarij,vel reſpectu ſuperflui. Contra primum prohibet Dominus præfocantem ſolicitudinem. Contra ſecundum prohibet theſaurizationem.Ex auaritia ſequuntur multa mala.Primò,quia à Deo maledicitur. Aug.Maledictus diſpenſator auarus, cuius largus eſt Dominus. Semper eget. Hieronymus: Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet. Stultus mercator eſt, qui regnum cœlorum, imò ipſum Chriſtum vendit pro paucis denariis: & propter hoc ſæpè peior eſt auarus homo, quam ipſe Iudas, qui vendidit Chriſtum triginta denariis. Iſte autem interdum pro vno denario. Corpus euiſcerat, quia diuitiæ acquiruntur cum labore, poſſidentur cũ timore, amittuntur cum dolore. Vnde ipſi laborant, & alij in labores eorum ſæpe intrant, ſcilicet fures,raptores, vel latrones, vel certè filij

Auaritia quid ſit.

Auarus exhibet creaturæ quod creatori conuenit.

Eccl. 10.

Auarus ſceleſtiſſimus propter quatuor.

An liceat theſauros congerere.

1.Cor.12.

Amor pecuniæ duplex.

Mala quæ ex auaritia ſequuntur.

Matth.26.

Ioan.4.

filij mali. Iſti ſimiles ſunt araneæ quæ faciendo telam pro capienda muſca, ſeipſam euiſcerat. Mentem ſuffocat. Auguſt. Naufragium fugis,& plumbum amplecteris. Vnde Socrates maſſam argenti proiiciens in mare dixit: Mergam te, ne mergas me. Inquinat. Exod.5. Filij Iſrael ſeruiebant in luto & latere. Excæcat. Exemplum de Tob. 2. qui fuit excæcatus ſtercore hirundinum. Cor dilacerat. Vnde diuitiæ comparantur ſpinis. Matth. 13. Inſatiabilis eſt. Vnde comparatur ſacco pertuſo, & inferno, qui nunquam dicit, ſufficit. Et mari, cui omnia flumina influunt, & tamen non redundat. Et hydropico, qui quantò plus bibit, tantò plus ſitit. Filiæ auaritiæ ſunt ſeptem ſecundum Gregorium. Prima eſt obduratio cordis, quæ fit omittendo eleemoſynam. Iſtam filiam vocat Iſidorus inhumanitatem. Secunda eſt violentia, hæc fit nocendo alicui palam per facta mala: quam vocat Iſidorus rapacitatem. Tertia eſt inquietudo, hæc eſt appetitus lucri. Quarta eſt periurium, quod ſæpe incidit in emptionem & venditionem. Quinta eſt fallacia, quæ fit per verba decipientis in occulto. Sexta eſt fraus, hæc eſt deceptio perfecta: & hoc in præſentia illius, qui decipitur. Septima proditio, quæ eſt idem quod deceptio, quæ fit in abſentia decepti.

Socrates pecuniarum contemptor. — Tob 2. — Luc.7. — Prouerb. 30. — Eccl.1. — *Auaritia filia ſeptem.* — *1. Obduratio.* — *2. Violentia.* — *3. Inquietudo.* — *4. Periurium.* — *5. Fallacia.* — *6. Fraus.* — *7. Proditio.*

CAPVT XX.

De gula.

Gula quid. — *Quinque modis peccatur circa gulam.*

GVla, vt ait Auguſt. eſt immoderata cibi auiditas. Item gula eſt vorax edacitas naturæ finibus non contenta. Quinque modis peccatur circa gulam, vt dicit Greg. Primò, cum quis horam comedendi præuenit: & hoc fit per impatientiam expectandi tempus debitum. Secundò, cum quis quærit cibaria pretioſa & delicata, de quibus Ouid.

Eſt virtus placitis abſtinuiſſe cibis.

Sed contra hoc fecit diues ille, qui epulabatur quotidie ſplendide. Tertiò quando quis menſuram excedit, ſcilicet nimis comedendo. Sciendum tamen, quia quod vni nocinum eſt, alteri eſt remedium, ſic & quod vni eſt medium & menſura debita, hoc alteri eſt exceſſus. Vnde non conſiſtit menſura in cibi quantitate, ſed in comedentis qualitate. Veruntamen quidam ieiunium ſuum recompenſant poſtmodum nimietate ſuperflua: ſed hoc quid aliud eſt, quam dare duos obolos pro vno denario? Quartò quando nimis ardenter ac feſtiuè quis comedit, non enim vſus ciborum, ſed concupiſcentia in vitio eſt. Quintò, quando quis cibaria ſua nimis ſtudioſè præparat. Vnde Bern. Non ſapores, ſed fames excitet appetitum. In omnibus his ſumenda ſunt non quæ voluptas, ſed quæ requirit neceſſitas. Contingit etiam peccatum eſſe circa diminutionem cibi, ſicut circa ſuperfluitatem. Filiæ gulæ ſunt quinque ſecundum. Greg. Prima eſt ſcurrilitas, quia gula mouet ad verba ſcurrilia: Secunda multiloquium, ſcilicet detractio,

Filiæ gulæ quinque. — *1. Scurrilitas.* — *2. Multiloquium.*

D. Alb. Mag. Comped. theol:

vituperia, & alia verba inania. Tertia inepta lætitia, id eſt, laſciuia carnis, ſiue geſtus corporis inordinatus laſciuiam mentis demonſtrans. Quarta immunditia, quæ ſolet prouenire ex gula, vt eſt vomitus, & eructationes fœtidæ ac luxuria. Quinta eſt hebetudo mentis, id eſt, ſubuerſio rationis. Gula duo complectitur, ſcilicet comeſſationem & ebrietatem: & propriè loquendo parcimonia opponitur comeſſationi, & ebrietati ſobrietas. Gula nocet multipliciter. De paradiſo eiicit hominem: exemplum in Adam. Spiritualia bona perdit, exemplum in Eſau, qui pro cibo vendidit primogenituram. Diabolo domum præparat. Matth.8. Si eiicis nos hinc, mitte nos in porcos. Seruum contra dominum animat. Prouer. 29. Qui delicatè nutrit ſeruum ſuum, ſentiet eum cōtumacem. Luxuriam inducit, exemplum de Loth Homicidia perficit, exemplum de Ioanne Baptiſta, qui in conuiuio periit. Inducit mortem naturæ. Eccleſiaſtici 37. Propter crapulam multi perierunt. Geneſ. 2. Quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Inducit mortem culpæ. 1. ad Timoth.4. Vidua in delicijs viuens, mortua eſt. Inducit mortem gehennæ. Luc 16. Diues epulo ſepultus eſt in inferno. Remedia gulæ ſunt quatuor. Primum eſt ſpiritualium ciborum frequens ſumptio. Matt. 4. Non in ſolo pane viuit homo, &c Secundum futuræ carnis noſtræ conſideratio. Hierony. Facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturum. Tertium eſt æternæ cœnæ meditatio. Luc 14. Homo quidam fecit cœnam magnam. Quartum eſt famis Chriſti, & ſuorum penſatio. Thr 3. Recordare paupertatis meæ, abſinthij & fellis.

3. Inepta lætitia. — *4. Immunditia.* — *5. Hebetudo mentis.* — *Gula nocet multipliciter.* — Geneſ. 3. — Geneſ. 25. — Geneſ. 19. — Marc. 6. — *Gula remedia quatuor.*

CAPVT XXI.

De luxuria.

Luxuria quid. — *Differentia luxuriæ octo.*

LVxuria eſt ex immundis deſideriis veniens lubrica mentis & carnis proſtitutio. Item luxuria eſt libidinoſæ voluptatis appetitus, & intelligas hic appetitum, qui eſt ex conſenſu rationis, quia talis appetitus eſt peccatum mortale, & dicitur peccatum mortale, quando ratio non cohibet huiuſmodi appetitum cùm poſſet. Differentiæ luxuriæ ſunt octo. Prima eſt fornicatio, quæ eſt ſoluti cum ſoluta. Secunda meretricium, quod fit dupliciter, ſcilicet, per vagam libidinem dum diuerſis peccando, vel cùm publicè venali concumbendo. Tertia eſt adulterium, quo coniugalis thorus violatur. Quarta eſt ſtuprum, quo virginalis integritas corrumpitur. Quinta ſacrilegium quo continentia Deo dicata læditur, vt in clericis & religioſis, ſacris ordinibus ſublimatis, & in his qui emiſerunt votum continentiæ. Sexta eſt inceſtus, quo vinculum conſanguinitatis, vel affinitatis vel compaternitatis corrumpitur. Septima eſt peccatum contra naturam ſiue Sodomia, quo naturalis vſus peruertitur. Notandum autem, quòd aliud eſt contra naturam ſpeciei, aliud contra naturam generis. Primò modo omne peccatum mortale eſt contra naturam ſpeciei,

1. Fornicatio. — *2. Meretriciū.* — *3. Adulteriū.* — *4. Stuprum.* — *5. Sacrilegiū.* — *6. Inceſtus.* — *7. Contra naturam.*

quia in rationali creatura remurmurat ſynderesis contra omne peccatum. Sed ſecundo modo peccatum Sodomiæ eſt contra naturam generis, quia non ſolum in homine, ſed etiam in brutis diuerſi ſexus in coitu conueniunt. Vnde ſi alio modo fit, contra naturam generis eſt.

Libidinoſus coitus coniugalis.

Octaua eſt libidinoſus coitus coniugalis, qui multipliciter accipitur. Coitus enim coniugalis alius licitus eſt, alius fragilis, alius impetuoſus. Licitus tripliciter: vt quãdo cauſa prolis fit, vel ad ampliandum cultum Dei, vel cauſa reddendi debitum, vel cauſa vitandæ fornicationis non in ſe, ſed in coniuge. Primus eſt pietatis. Secundus iuſtitiæ. Tertius cautelæ. In his nullum dicitur peccatum eſſe. Fragilis eſt quando fit cauſa delectationis, & tunc diſtinguitur: quia ſi amor illius delectationis præponitur Deo, mortale peccatum eſt: ſi verò poſtponitur, veniale. Impetuoſus eſt, qui ex ſola libidine proueniens, metas honeſtatis, & rationis trãſcendit, quod fit quinque modis: primò cauſa ſatiandæ libidinis per meretricias blanditias: ſecundo cùm fit contra naturalem modum: tertio cùm fit tempore prohibito: quartò quando fit in loco prohibito: quinto quando acceditur ad mulierem prægnantem, & vicinam partui, vel quæ eſt in fluxu menſtruo.

Luxuriæ filiæ octo.

Filiæ luxuriæ ſunt octo ſecundum Greg. Prima eſt cæcitas mentis, quia ſecundum Auguſt. in opere luxuriæ tota ratio abſorbetur. Secunda eſt incõſideratio, mortis ſcilicet & inferni. Tertia inconſtantia, ſcilicet ad cogitandum deſiderandúmque nũc iſtud, nunc illud. Quarta amor ſui, ſcilicet quo aliquis deſiderat longam vitam ad hoc, vt expleat voluptatem ſuam. Quinta præcipitatio qua quis præcipitanter currit ad peccandum, exponens ſe periculo mortis propter luxuriam faciendam. Sexta odium Dei, quia Deus abſtrahit ſe ab eis, & punit eos qui ſequuntur carnis delicias, ad quas inclinat luxuria. Septima affectus præſentis ſeculi, ſcilicet, appetitus honorum, diuitiarum, ſanitatis, fortitudinis, & huiuſmodi: per quæ luxurioſus finem ſuum conſequitur. Octaua eſt deſperatio futuri ſeculi, quæ eſt diffidentia gloriæ, vel veniæ conſequendæ, & hæc eſt filia luxuriæ conſummatæ.

Luxuria nocet multipliciter.

Luxuria nocet multipliciter. Deo eſt contumelioſa, quia templum eius inquinat. Dæmonibus placita, Iob 40. Behemot dormit in locis, &c. Subiecto proprio nociua. 1. ad Corinth. 6. Qui fornicatur in corpus, &c. Proximum ſcandalizat, Oſe. 5. Facti eſtis ſpeculatio & rete expanſum ſuper, &c. Animam propriam damnat 2. Reg. 12. Non recedet gladius de domo tua, hoc dictum fuit ad Dauid propter peccatum Berſabeæ. Viliſſimo domino ſe ſubiicit, ſcilicet carni & ſenſualitati. Geneſ. 3. Quia obediſti voci vxoris tuæ, maledicta, &c. Mentem infatuat. Oſe. 4. Vinum & mulieres auferunt cor.

Luxuriæ remedia.

Remedia luxuriæ ſunt hæc, occaſiones fugere. Iob. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem, &c. Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Eccleſ. 26. Qui tenet illam quaſi qui apprehendit ſcorpionem.

Eccleſ. 7.

Mortis extrema cogitare. Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. De ſe non præſumere: quia cecidit Dauid ſanctiſſimus, Salomon ſapientiſſimus, Samſon fortiſſimus. Frequenter ſe occupare. Hieronymus, ſemper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Tentationi in principio reſiſtere. Geneſ. 3. Ipſa conteret caput tuum. Carnem domare. Marci. 9. Hoc genus dæmonij non eiicitur, niſi in oratione & ieiunio.

CAPVT XXII.

Quomodo ſuperbia ſit mortale, vel veniale.

OMnia prædicta quamuis ſemper ſunt peccata, non tamen ſemper ſunt mortalia. Vnde videndum eſt quando vnumquodque mortale ſit, & quando veniale. Vana igitur gloria ex ſuo genere eſt veniale, quia genus operis ſumitur ex obiecto. Vanum autem ſecundum ſe non eſt obiectum peccati mortalis, ſed venialis. Vnde quum vana laus ſit huius peccati obiectum, patet quòd non ſemper eſt peccatum mortale.

Vana gloria mortalis dupliciter.

Erit tamen vana gloria mortalis dupliciter, ſcilicet ratione finis, propter quem laus appetitur. Opus nanque tale eſt, quale eſt id propter quod appetitur. Item ratione operis in quo laus quæritur.

Laus quæritur quadrupliciter, & quomodo eſt venialis, vel mortalis.

Circa primum dicendum eſt, quòd quadruplici fine laus appetitur. Primò ad vitandum malum infamiæ, ſicut Samuel ſe laudauit, 1. Reg. 12. Secundò, propter aliquam vtilitatem ſpiritualem, vt eſt gloria Dei, vel ædificatio proximi, ſicut Paulus ſe commendauit. 2. Corinth. 11. Tertiò, propter lucrum auaritiæ, ſicut Pharisæi, qui deuorant domos viduarum, longas orationes ſimulantes, Matth. 23. Quartò, propter aliquem actum venialis peccati, ſicut quando quis laudari vult, eò quòd venialiter in laude delectetur. Primum eſt prudentiæ: ſecundum eſt charitatis: tertium eſt peccatum mortale: & idem intelligendum eſt quandocunque laus ponitur finis alicuius operis. Quartum eſt veniale. Sequitur ſecunda cauſa quare vana gloria ſit peccatum mortale, ſcilicet ratione operis, per quod laus quæritur. Hoc autem poteſt fieri tripliciter, quia laus quandoque quæritur per opera illicita, quandoque per opera ex ſe indifferentia, quandoque per opera virtutum. Si primo modo, ſic tale eſt peccatum, quale & illud illicitum, ſcilicet mortale, aut veniale. Si ſecundo modo, ſic eſt peccatum veniale, vt habere diuitias, vel veſtes pretioſas, cum abuſu talium in laudem. Veruntamen ſi talia ſunt de ſe inordinata, vt ſint occaſio peccati mortalis, ſecundum quod mulier cum ornatu meretricio præparat ſe ad animas capiendas, vel ſi factum illud eſt illicitum ex prohibitione ſuperioris, vt torneamenta, & huiuſmodi, cùm excederet præceptum Eccleſiæ, ſic ſunt peccata mortalia. Si tertio modo, id eſt, ſi laus quæratur per opera virtutum, hoc eſt dupliciter, vel quia appetitus laudis adiungitur operi virtutis tanquam incidens, ſicut contingit in cantu vel in prædicatione quandoque, & tunc eſt venale. Vel laus eſt finis principaliter præſtitutus operi virtutis & operanti, ita quod ibi conſtituit finem vltimum, & ſic eſt mortale: quia tunc inhæret ei vt fini vltimo. Nota

quòd

quòd maius eſt peccatum gloriari de bonis ſpiritualibus,quàm de temporalibus:quia minus habent motiuum, eò quod minus appareant extra, quàm temporalia.

CAPVT XIII.

Quomodo inuidia ſit mortale, vel veniale.

Inuidia peccatum mortale, quia contrariatur charitati. INuidia ex ſuo genere eſt peccatum mortale, quia, cum inuidia ſecundum Remigium ſit dolor de alieno bono, contrariatur directè charitati, quæ non æmulatur, ſed congaudet veritati, 1. ad Corinth. 13. Charitati verò nihil eſt contrarium, niſi peccatum mortale. Tamen illud quod ex genere eſt mortale, poteſt eſſe veniale, vel prout in primo motu conſiſtit, vel extra ſuam rationem trahitur. *Dolor de alieno bono ſit quadruplicitur, & quando mortale, vel veniale.* Dolor autem de alieno bono eſt quadruplex:vel quia eſt primo primus motus ex natura veniens, ſicut quidam naturaliter inuidi ſunt: & hoc nullum peccatum eſt, cum nullo modo ſit in poteſtate noſtra. Vel eſt ſecundo primus motus, quando, ſcil. appetitus ſine completa deliberatione tali paſſione afficitur, & ſic eſt veniale peccatum. Vel eſt actus voluntarius deliberatiuè, & ſic eſt mortale peccatum. Vel trahitur per intentionem extra ſuam rationem, vt quando dolor de alieno bono ſurgit cuiquam ex cauſa bona, ſicut quando dolet aliquis de bono temporali alterius, quia videt illud redundare in detrimentum animæ illius, vel etiam in detrimentum communitatis:& talis dolor bonus eſt, quia maius bonum magis eſt appetendum. Notandum verò, quod per dolorem boni comprehenditur gaudium de malo quod ex ipſo cauſatur.

CAPVT XXIV.

Quomodo ira ſit peccatum mortale, vel veniale.

Ira peccatum mortale. IRa ex ſuo genere eſt peccatum mortale,quia ſecundum Iſidorum, Ira eſt animus concitatus ad pœnam prouocanti inferendam. Talis autem motus contrariatur charitati, quæ non irritatur, nec cogitat malum,1.ad Cor. 13. Ira igitur vel dicit iram zeli, quæ eſt de teſtatio *Ira dicitur multipliciter.* vitij, & hæc non eſt peccatum, ſed eſt perfectionis. Poteſt etiam quis ſibi per hunc modum iraſci, ſicut dicit glo. ſuper illud Pſal. 4. Iraſcimini, & nolite peccare. Quid eſt, inquit, homo pœnitens, niſi iraſcens ſibi? Vel dicit remiſſionem affectus circa proximum, per quam homo non dolet de malo proximi, nec gaudet de bono eius, licet etiam non doleat de bono, nec gaudeat de malo eius, ſed eſt indifferens ei: & ſic non eſt mortale, ſed imperfectio charitatis. Vel dicit actualem impatientiam abſque appetitu vindictæ: & talis motus etiam deliberatus eſt peccatum veniale, quia habet incompletam rationem iræ, ſicut ex ſupradicta patet diffinitione. Vel dicit impatientiam cum appetitu vindictæ, & hoc eſt tripliciter. Quandoque enim hoc eſt à natura, ſicut in melancholicis, in quibus ſecundum Philoſophum continuè mordetur natura, propter quod ſemper ſunt turbulenti, & ſic nullum eſt peccatum cum ſit motus naturalis. Quandoque hoc eſt ab appetitu indeliberato, & ſic eſt veniale, ſicut alij primi motus. Quandoque eſt à voluntate deliberatiua, & tunc eſt peccatum mortale. *Vindicta quando mortalis.*

CAPVT XXV.

Quomodo acedia ſit mortale, vel veniale.

ACedia ex ſuo genere peccatum veniale: quia ſecundum Auguſt. Acedia eſt tædium interni boni: hoc autem non opponitur charitati, ſed dicit diminutionem feruoris charitatis, in quo conſiſtit omne veniale. Iſtud ergo tædium, vel eſt motus naturalis, & ſic nullum eſt peccatum: vel eſt motus appetitus contriſtati de petere ſpirituali laborioſo, & ſic eſt veniale: quamuis etiam appetitus ille naturalis ſit deliberatus, quia conſenſus in veniale non eſt niſi veniale, acedia verò ex genere & per ſe venialis eſt:vel hoc tædium redundat in omiſſionem eorum, quæ ſunt neceſſaria ſaluti, vt frangere præcepta Dei, vel Eccleſiæ ſine cauſa rationabili, & tunc eſt mortale. Si autem tædium illud ex omiſſione boni, & difficultate aggrediendi bonum, ducit in deſperationem: tunc iam accedit ad peccatum in ſpiritum ſanctum. Et ſi tædium illud creſcit, quod etiam ducit in tædium vitæ intantum quod iniiciat ſibi manus, tunc iam ſimilis eſt Iudæ, qui laqueo ſe ſuſpendit. *Acedia ex genere venialis.* *Mat.27.*

CAPVT XXVI.

Quomodo auaritia ſit mortale, vel veniale.

AVaritia ſecundum Marcum Tullium Cicer. eſt immoderatus amor habendi. Hæc igitur conſiſtit in appetendo, vel in acquirendo, vel in retinendo. Si primò modo, hoc eſt quinque modis. Primò, quia appetit aliena appetitu completo qui procederet in opus, ſi adeſſet facultas, & ſic eſt peccatum mortale. Secundo, quia appetit illicita voluntate incompleta, vt ſi aliquis indignus conatur beneficium eccleſiaſticum adipiſci, ſic iterum eſt mortale. Tertio, ſi appetit talia, ſiue ſint illicita, ſiue aliena, cum voluntate conditionata, ſcilicet ſi poſſet habere ſine offenſa Dei, ac iniuria proximi, & tunc vel nullum, vel veniale eſt ſi talem conditionem actualiter vel habitualiter addat, vel intendat. Quartò, ſi ſimpliciter appetit habere ſuperflua, & hoc appetitu ſuffocante mentem, ſcilicet, à cura ſui, & conſideratione diuinorum, & hoc eſt peccatum mortale. Quinto, ſi ſuperfluò *Auaritia quid, & in quo conſiſtit.*

nutritiuæ : quia primus motus in generatiua ſemper eſt peccatum , niſi per Sacramentum matrimonij excuſetur , ſed non ſemper in nutritiua : quoniam potentia concupiſcibilis noo tantum corrupta eſt in nutritiua, ſicut in generatiua. De hac materia require ſuprà titulo proximo , vbi agitur de ſpeciebus luxuriæ.

CAPVT XXIX.

De peccato in Spiritum ſanctum.

Peccatum quando dicitur in patrē, in filium, & in Spiritum ſanctum.

QVamuis generaliter omne peccatum ſit contra Deum trinum,& vnum,appropriatè tamen dicitur aliquod peccatum eſſe in patrem , aliud in filium , aliud in ſpiritum ſanctum. In patrem enim peccatur ex impotentia, in filium ex ignorantia , in Spiritum ſanctum ex malitia certa, hoc eſt, quando voluntas poteſt , & ſcit reſiſtere alicui malo , & tamen ex ſola malitia illud eligit.

Peccatum in Spiritum ſanctum , vnde & quid.

Peccatum in Spiritum ſanctum procedit ex libera & improba voluntate liberi arbitrij , & directè impugnat gratiam Spiritus ſancti , & ideo oon habet colorem excuſationis , quia quantum eſt de ſe, directè impugnatiuum eſt medici , & remedij, per qood fieri habet remiſſio peccati.

Quomodo irremiſſibile, & quare.

Peccatum in Spiritum ſanctum dicitur irremiſſibile in hoc ſeculo , & in futuro , non quia dimitti non poſſit , ſed quia raro , aut vix dimittitur in hoc ſecolo , quantum ad colpam , aut in fururo quantum ad pœnam. Item quia non legitur dimiſſum , propter qnod dicitur irremiſſibile : ſicnt Melchiſedech dicitur ſine patre, quia non legitur de eius patre. Item quia aduerſatur fonti remiſſionis, ſcilicet Spiritui ſancto. Item propter impotentiam hominis, quia vix poteſt ſe præparare ad gratiam, quem tanta moles peccati premit. Sciendum autem eſt , quod accipitur hoc nomen irremiſſibile tripliciter,ſcilicet negatiuè , quia nullo modo poteſt remitti : hoc modo peccatum Angeli & damnarorum eſt irremiſſibile. Item priuatiuè , vt quia noo habet congruentiam de ſe, vt remitti debeat , licet ex congrua bonitate Dei poſſit omne poccatum remitti:hoc modo omne peccatum mortale eſt irremiſſibile. Item contrariè ſecundum quòd habet aliqua culpa contrariam diſpoſitiooem ad remittendum : hoc modo peccatum in ſpiritum ſanctum eſt irremiſſibile , quia contrariatur gratiæ remittendi peccatum : & hoc per deſperationem , vel præſumptionem, vel alias ſpecies huius peccati.

Species peccati in Spiritum ſanctum quot.

Sex ſunt ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum , videlicet deſperatio , præſumptio , impugnatio veritatis agnitæ , inuidentia charitatis fraternæ , obſtinario , finalis impœnitentia. Horum numerus ſic accipitur. In remiſſione tria ſunt , ſcilicet ipſe remittens,& & ille cui remittitur , ac diſpoſitio remittendi in eo cui remittitur. In ipſo remittente duo ſunt , ſcilicet miſericordia, & iuſtitia. Contra primum eſt præſumptio ; contra ſecundum deſperatio. In eo cui remittitur,duo ſunt, ſcilicet dolor de commiſſo, & propoſitum de non committendo. Contra primum eſt obſtinatio, contra ſecundum finalis impœnitentia. Præterea diſpoſitio remittendi in o cui reouttitur, duplex eſt , ſcilicet cognitio veri, & amor boni. Contra primum eſt impugnatio veritatis agnitæ , contra ſecundum inuidentia gratiæ fraternæ. De finali impœnitentia nota,quòd ſicut dicit continuarionem peccati vſque in finem , ſic in omni peccato , in quo quis ſcienter decedit , eſt finalis impœnitentia : prout autem eſt vna ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum , ſecundum quod hic ſumitur, ſic dicitur propoſitum ooo pœnitendi.

CAPVT XXX.

De peccatis cordis.

PEccata cordis ſunt hæc , cogitatio , delectatio , conſenſus, deſiderium mali, voluntas peruerſa , infidelitas , indeuotio, præſumptio , timor male humilians,amor male accendens ; ſuſpicio , ira , inuidia , odium , timere ſeruiliter , exultatio in aduerſis proximi , contemptus pauperum vel peccatoruio,perſonarum accepeio , perfidia , affectus parentum carnalis, inepta lætiria , ſecoli triſtitia , impatientia, auaritia , ſuperbia , perplexitas , obſtinario mali , tædium boni , acedia , incooſtantia , pœna pœnitentiæ, dolor quia noo facit plus malum , hypocriſis , amor placendi, timor diſplicendi,verecundia de bono opere, amor priuatus , ſenſus ſingularis , ambitio dignitatum , vana gloria de bonis naturæ, vel gratiæ, vel fortunæ,verecundia de pauperibus amicis, contemptus admonitionum , immiſericordia.

CAPVT XXXI.

De peccatis oris.

PEccata oris ſunt hæc , crebra iuratio , periurium , blaſphęmia , nomen Dei irreuerenter aſſumere , veritatem impugnare ,de mendacio & vanis alios inſtruere,contra Deum murmurare , irreuerenter horas dicere , detractio , adulatio , mendacium , vituperium , maledictio , infamatio , contentio , comminatio, impugnatio veritatis agnitæ,impugnatio charitatis fraternæ , ſeminatio diſcordiæ,proditio, falſum teſtimonium , mala conſilia , deriſio, contradictio obedientiæ , inuertere facta bona, in eccleſiis placitare, ad iram hominem prouocare , reprehendere proximum in aliquo quod ipſe facis , vaniloquium , ſtultiloquium , proferre verba otioſa , vel ſuperflua , vel curioſa, iactantia,verborum politio,peccatorum defenſio, clamor , riſus , cachinnos, turpiloquium, lenocinium, cantare cantilenas ſeculares , in cantu diuino magis ſtudere vocem frangere, quam deuotè pſallere, murmurare,verba ſcurrilia proferre:in iniuſta cauſa aduocare,malum commendare.

CAPVT

CAPVT XXXII.

De peccatis operis.

PEccata operis ſunt hæc, gula, luxuria, ebrietas, ſymonia, ſortilegium, violatio dierum ſolemnium, ſacrilegium, indignè communicare, votorum fractio, apoſtaſia, diſſolutio in diuino officio, ſcandalizare ſuo malo exemplo proximum & corrumpere, lædere hominem, vel in rebus, vel in perſona, vel in fama, furtum, rapina, vſura, deceptio, ludus, venditio iuſtitiæ, exactio indebita, telonia iniuſta, auſcultare mala, iocularoribus dare, neceſſaria ſibi ſubtrahere, ſuperflua ſumere, vltra vires proprias quiddam aggredi, conſuetudo peccandi, recidiuatio, ſimulatio, tenere officium ad quod non ſufficit, vel quod ſine peccato non agitur, choreizare, nouitatem inuenire, maioribus rebellare, minores opprimere, delinquere viſu, auditu, odoratu, guſtu, & tactu, lucta, oſculis, muneribus, itineribus, nutibus, mendaciis, ſcripturis, circunſtantias aggrauantes omittere, quæ ſunt tempus, locus, modus, numerus, perſona, mora, ſcientia, ætas, tentationem præuenire, ſeipſum ad peccatum cogere.

CAPVT XXXIII.

De peccatis omiſſionis

PEccata omiſſionis ſunt hæc, de Deo non cogitare, ipſum non timere, vel amare, gratias de beneficiis non agere, opera quæ quis facit ad ipſum non referre, de peccatis, ſicut debet, non dolere, ad gratiam recipiendam ſe non præparare, gratia accepta non vti, nec eam ſeruare, ad inſpirationem diuinam ſe non conuertere, voluntatem ſuam voluntati diuinæ non conformare, ad rationes dicendas non attendere, orationes debitas omittere, ea ad quæ tenetur ex voto, vel præcepto, vel officio, negligere, communicationem & confeſſionem ſemel in anno non expedire, parentes non honorare, ſeipſum non recognoſcere & reprehendere, conſcientiam negligere, eccleſias & prædicationes fugere, tentationibus non reſiſtere, pœnitentias iniunctas negligere, aut negligenter facere, & quæ ſtatim facienda ſunt differre: bonis proximi non gaudere, & malis non condolere, iniurias non remittere, fidem proximo non ſeruare, & beneficiis eius non reſpondere, delinquentes non corripere, lites non ſedare, ignorantes non inſtruere, afflictos non conſolari, admonitionibus non acquieſcere.

LIBER IV.

De Chriſti humanitate.

CAPVT I.

De incarnatione Chriſti.

SICVT Deus eſt rerum principium effectiuum in creatione, ſic eſt refectiuum in redemptione, & perfectiuum in retributione, quoniam ſicut pater omnia creauit per verbum increatum, ſic omnia recreauit & renouauit per verbum incarnatum. Porrò circa incarnationem Chriſti talis fuit ordo. Salutatio Angelica, reſponſio virginis, ſanctificatio materna, conceptio diuina: de quibus nunc per ordinem eſt agendum.

Per verbum omnia creata, & recreata, & renouata.

CAPVT II.

De ſalutatione Angelica.

MIſſus eſt Angelus Gabriel, qui eſt de ordine Archangelorum, ad beatam Virginem, qui ad ſeorſum apparuit viſione corporali: quamuis ei loqueretur locutione ſpirituali. Ad illud nobile ſacramentum nuntius debuit eſſe Angelus, propter tria. Primo propter cognationem virginitatis ad naturam angelicam. Secundo propter ordinem perditionis humanæ, quia ſicut ibi venit diabolus in ſerpente ad mulierem, ita hic Deus venit per Angelum ad Virginem: vt ſic ex oppoſito medicina reſpondeat morbo, & reparatio lapſui, & remedium nocumento. Tertio quia ſicut illa gratia fuit reparatio naturæ humanæ, ſic fuit & ruinæ angelicæ: vnde communi beneficio vtraque

Luc. 1.

Nuntius debuit eſſe Angelus, & quare.

vtraque natura communiter debuit miniſtrare, angelica ſcilicet, & humana. Diuiditur autem ſalutatio beatæ Virginis in tres partes. Primam partem incepit Angelus, cùm dixit, Aue gratia plena, Dominns tecum, benedicta tu in mulietibus. Secundam ſubiunxit Eliſabeth, cùm ait, Et benedictus fructus ventris tui. Tertiam appoſuit Eccleſia, vt in reuerentia nomen Mariæ haberetur: nã Maria non eſt de textu. Iſta ſalutatin commendabilis eſt propter quatuor: primò propter authorem, quia miſſus eſt Angelus à Deo. Secundò propter nuntium, non enim homo dignus iuit hoc nuntiare, ſed Angelus: nec quilibet Angelus, ſed Gabriel. Tertiò ab ea quæ ſalutatur, qnia Virgo: nec quælibet Virgo, ſed Maria. Quartò ab ipſo modo ſalutandi, qui indicat innocentiam Virginis, cùm dicitur, Aue. Vel gratiam cõuerſationis cùm dicitur, gratia plena. Item excellentiam conceptinnis, cùm dicitur, Dnminus tecum. Item priuilegium prerogatiuę ſingularis, cùm dicitur, benedicta tu in, &c. Salurationes autem quædam inueniuntur optatiuæ ſalntis. 2. Reg. 16. Salue rex. Quædam gratiæ. Apoſtnl. in pluribus locis, gratia vobis & pax. Quædam gaudij. Tob. 5. Gaudium tibi ſemper ſit. Quædam benedictionis. Ruth. 2. Benedicat tibi Dominus. Hæc autem ſalnratin Angeli ex omnibus prædictis conflata videtur. Cnntinet enim ſalutem, cùm dicit, Aue. Item gratiam, cũ dicit, gratia plena. Item gaudium, cùm dicit, Dominus tecum. Item benedictionẽ, cùm dicit, Benedicta tu in, &c. Præterea in hac ſalutatinne notatur triplex prærogatiua beatæ Virginis, ſcilicet naturæ, cum dicitur, Ane: gratiæ, cum dicitur, gratia plena: glnriæ, cùm dicitur benedicta tu, &c. Nnta denique ſex in Angelica legatione: primò quam reuerenter beatam Virginem ſalutauit, cùm dixit: Aue gratia plena. Secundò quàm excellenter commendauit, ibi, benedicta tu in mulieribus. Tertiò quam dulciter confortauit, ibi, Ne timeas Maria. Quartò quàm diligenter legationem ſuam complenit, ibi, Ecce concipies & paries filium. Quintò quàm eleganter modum expoſuit, ibi, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. Sexto qnàm conuenienter prolem naſcituram deſcribit, ibi: Ideóque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.

Rom. 1.

CAPVT III.

De reſponſione virginea.

Geneſ. 3.
Luc. 1.

DVos legimus in ſcriptura dialogos, vnum inter Euam & diabolum, qno mors concludebatur, alterum inter Mariam & Archangelum, quo vita oriebatur. Vide autem tria quæ fecit beata Virgo in ſalntatinne Angeli, ſcilicet cogitationem, ſeu deliberationem, qnia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Interrogationem, qnia quærebat. Quomodo fiet iſtud? Conſenſum, quia reſpondet, Ecce ancilla Domini, &c. Nec in deliberatione fuit ſubita, ſicut Eua: nec in interrogandn dubia, ſicut Zacharias: nec in conſentiendo tarda, ſicut Sara. In reſponſione cnnſenſus beatæ Virginis quatuor verba inuenies, quæ quatuor virtutes maximè redolent. Ait enim, Ecce, quod eſt obedientiæ promptæ. Ancilla Domini, quod eſt humilitatis perfectæ. Fiat mihi, quod eſt charitatis inflammatæ. Secundum verbum tuum, quod eſt fidei indubitatæ. Septem verba hæc locuta eſt beata Virgo in Euangelio. Primum fuit, Vinum non habent. Secundum, Fili quid feciſti nobis ſic: Tertium. Quæcunque dixerit vobis, facite. Quartum, quando ſalutauit Elizabeth. Quintum, Quomodo fiet iſtud, &c. Sextum, Ecce ancilla Domini. Septimum, Magnificat anima mea Dominum. Verbum primum fuit pietatis, ſecundum charitatis, tertium inſtructionis, quartum conſolationis, quintum diſcretionis, ſextum humilitatis, ſeptimum orationis, & gratiarum actionis. Et nota, quòd verba prædicta fuerunt breuia præter vltimum.

Geneſ. 3.
Lucæ 1.
Geneſ. 1.
Quatuor in reſponſione virginea.

Septem verba locuta eſt B. Virgo in Euangelio.
Ioan. 2.

CAPVT IV.

De ſanctificatione materna.

SAnctificatio triplex eſt: quædam communis, quæ fit per ſacramenta: quædam ſpecialis, quæ fit per gratiam Spiritus ſancti: quædam ſpecialiſſima, quæ fit per gratiam ſingularem. Prima remouet culpam, & confert gratiam, remanet tamen fomes & pronitas ad peccandum, & talis eſt in baptizatis. Secunda remouet culpam & pronitatem peccandi mortaliter, & talis fuit ſanctificatio Ioannis Baptiſtæ, & Ieremiæ in vtero. Tertia remouet culpam originalem, & pronitatem ad peccandum tam venialiter, quàm mortaliter, & talis fuit in beata Virgine. Et licet gratia ſanctificationis in vtero ſit quantum ad eſſentiam maior, quàm ſacramentalis: tamen quantum ad aliquos effectus, maior eſt gratia ſacramentalis: quia baptiſmus imprimit characterem, & aperit ianuam cœli, & habilitat hominem ad alia ſacramenta, quorum nihil facit ſanctificatio in vtero ex ſe. Veruntamen gratia ſanctificationis in vtero præcellit in hoc gratiam baptiſmalem, quia taliter ſanctificatus non poteſt mortaliter peccare, & ad venialia minùs inclinat eum fomes: propter quod minora & pauciora venialia committit: & talis gratia fuit in Ioanne Bapt. & ideo ne in vanum gratiam Dei reciperet, fugit hominum ſocietatem, & arctiſſimam in ſe pœnitentiam tenuit, ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſet. Patet igitur, quod in ſanctificatione in vtero confertur gratia media inter gratiam ſacramentalem, & gratiam plenæ confirmationis in patria, quæ habet coniunctum ſibi finem vltimum. Ad confirmationem enim perfectam tria pertinent. Primum eſt inſeparabilis adhæſio & coniunctio rationis ad Deum. Secundum eſt indeflexibilis ſubiectio inferiorum potentiarum animæ ſub imperio rationis. Tertium eſt indiſcontinualis conuerſio actualis totius hominis in Deum, quandó homo diuina dulcedine affectus, ex toto corde, & ex tota anima, & ex omnibus viribus ſemper actu tendit in Deum, & in quodcunque aliud in quo relucet

Luc. 10.

Deus

Deus. Primum horum habet gtaria ſanctificationis ſimpliciter, vt ſcilicet nullus, qui particeps eius fuetit, poſſit peccare mortaliter. Secundum habuit beata Virgo, & ideo nec venialiter vnquam peccauit, ſicut dicit Auguſtinus. Tertium autem non poteſt conuenire gratiæ viæ, eò quòd illud ex fruitione Dei cauſetur, quæ tantùm eſt in patria. Tres autem fuerunt ſanctificationes matris Dei. Prima fuit ſanctificatio in vtero, & hæc tres habuit effectus, ſcilicet originalis culpæ expiationem, & gratiæ infuſionem, & fomitis tantam reſtrictionem, vt non poſſet in aliquod mortale peccatum duci: licet tamen ipſe fomes maneret ſecundum eſſentiam. Secunda ſanctificatio fuit io Spiritus ſancti obumbratione, & Filij Dei conceptiooe, quæ tribus præmiſſis duo ſuperaddidit, ſcilicet omnimodam fomitis extinctionem, & confirmationem in bono, ita ita quòd quæ prius non poterat peccare mortaliter, iam non poſſet peccare. Hos autem duos effectus expreſſit Angelus Lucæ 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, quoad primum. Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, quoad ſecundum. Iſta confirmatio non fuit liberi arbitrij ablatio, ſed eius per gratiam completio. Præterea Spiritus ſanctus ſuperuenit io eam non ſolùm ad ſanctificandum, ſed etiam ad fœcundandum, cuius virtute Virgo concepit, Virgo peperit, & poſt partum Virgo permanſit. Tertia ſanctificatio fuit in Filij Dei inhabitatione, qui nouem menſibus in vtero eius manſit, & his omnibus prædictis duos effectus addidit. Vnus fuit, quòd omnes diſpoſitiones fomitis ſublatæ fuerunt, ſicut quando morbus eſt curatus, adhuc interdum remanent reliquiæ curandæ. Secundus fuit dedicatio ad diuina, ita quòd etiam licitis vſibus mundanis, ſcilicet matrimonialibus eam optare eſſet impoſſibile: quia tunc non ſolùm meos, ſed etiam corpus luce diuinitatis reſplenduit, vt ſignificatum eſt Ezech. 43. Ex prædictis collige, quòd fomes & perſonam inficit, & naturam. Perſonam quidem, quia ad malum pronam facit, & ſtimulat ad peccatum. Naturam verò, quia carnem inficit, prout eſt principium ad alteram carnem. Sed beata Virgo in prima ſanctificatione, quæ fuit in vtero, inundata fuit ab originali peccato, inquantum fomes reſpicit perſonam ſuam: quia nihil in perſona ſua purgandum remanſit. In ſecunda verò ſanctificatiooe, quæ fuit quando Spiritus ſanctus ſuperuenit in eam, purgata fuit à fomite, prout ipſe fomes reſpicit naturam in comparatione ad prolem propagandam, non opere naturæ, ſed opere Spiritus ſancti. Remotus enim fuit eſſentialiter, propter quod pars ab ea ſeparanda in corpus Chriſti, nihil habuit de fomite, ſicut nec mater. Nota ſimiliter ex prædictis & ex ſequentibus, qood beata Virgo ex prima ſanctificatione excellebat puritate omnes baptizatos, ex ſanctificatione ſecunda excellebat puritatem Adæ quam habuit ante peccatum: per cooſirmationem excellebat puritatem Angelorum, quoniam illi nec creſcere poſſunt in præmio ſubſtantiali, ſiue eſſentiali, ſicut nec decreſcere: ſed beata Virgo proficere potuit in merito, & noo deficere. Puritas matris Dei fuit quadruplex, in qua nulla creatura ſibi poterit oomparari. Prima eſt puritas ſanctificationis in vtero. Omnis enim rationalis creaturæ puritas, vel eſt naturæ, vt in Angelis: vel eſt gratiæ gratis datæ, vt fuit innocentia primi ſtatus hominis: vel eſt gratiæ gratum facientis, & iſta eſt maior aliis duabus. Vnde cum in illa ſpecie gratiæ ſanctificatio matris Dei fuerit ſuprema, patet qoòd vincit puritatem omnis puræ creaturæ. Secunda eſt puritas innocentiæ in vita, in qua ſimiliter omnes excellit: quia beata Virgo vixit ſine omni peccato, & hoc oportuit eſſe maximæ gratiæ, quæ non ſolùm ipſius naturam perficeret, ſed eam ſupra legem naturæ corruptæ extolleret. Tertia eſt puritas virgineæ caſtitatis, in qua excellit & Angelos, & homines. Angelos quidem: quia ſecundum Hieronymum hoc retinuit per virtutem caſtitatis, quod in Angelis eſt neceſſitatis naturæ. Item excellit homines in hoc: quia primum exemplar fuit huius integritatis. Pſal. 44. Adducentur regi virgines poſt eam, &c. Prætetea oſtenditur iſtud alia ratione: quia ſumma eſt hæc puritas quæ potius poteſt ſuum contrarium ſecum pati, quàm poſſit violari: & talis fuit virginitas dominæ noſtræ, quæ gaudium matris habet cum virginitatis honore: & ideò oec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem. Quarta eſt puritas ſanctificationis ex ſuperuentione Spiritus ſancti, & præſentiæ Dei, io qua ſimiliter excellit omnem creaturam. Cùm enim eſſe matrem Dei, ſit dignitas ſuperior, quàm quæ puræ creaturæ communicari poſſit, oeceſſe eſt gratiam ad hoc diſponentem eſſe maiorem omni gratia puræ creaturæ. Oportet ergo priuilegium ſanctificationis ſuæ in hac parte omnem aliorum ſanctificationem excedere.

Matris Dei ſanctificationes tres.

Ex Amb. ser. de Gabaonitis.

Fomes perſona & natura infector, & quomodo.

Excellentia beatiſſima Virginis Mariæ.

Puritas matris Dei quadruplex.

In puritate B. Virgo vincit omnem creaturam.

CAPVT V.

De conceptione Dominica.

MOx vt Virgo beatiſſima aſſenſum Angelo præbuit dicens, Fiat mihi ſecundum verbum tuum, Spiritus ſanctus ſuper eam venit, ac Filium Dei concepit. Hæc autem tria ſimul fuerunt tempore, non natura: tunc impleta ſunt præambula figurarum, & documenta ſcripturarum, & deſideria Prophetarum: propter quod etiam aduentus Chriſti dicitur plenitudo temporis. Quare autem Chriſtus nec priùs, oec poſteriùs venerit, nonnullæ ſunt rationes. Prima eſt, vt ordinem vniuerſi noo turbaret. Singula namque ſuis fiunt temporibus, quantò magis in maximo Dei opere, ſcilicet Filij Dei incarnatione. Secunda, ne fides & ſpes promiſſa incarnatione, & nimis tardata periret. Si enim tardaſſet venire, quotidie decreuiſſent homioes in fide & tepuiſſent. Sed priùs venire ooo fuit neceſſe, quia non prodeſt medicina ſpiritualis ſine affectu recipientis. Tertia eſt, vt ſupremæ infirmitati culpæ immediatè ſuccederet melioratio, ſicut ſummum ſtatum acutæ febris ſequitur criſis & ſanatio. Quarta, vt homo de lege naturali & ſcripta prius conuinceretur, ſicut ait Auguſtinus, quia ſi Chriſtus ſta-

Luc. 1.

Gal. 4.

Quare Chriſtus nec prius, nec poſterius venerit.

tim

tim veniſſet, diceret homo, quòd per legem naturæ ſaluari poterat, & ſuperfluum crederet aduentum Chriſti. Similiter dicere poterat de lege ſcripta. Sed comperto, quòd nec ſic, nec ſic ſaluari poterat, cùm omnes ad inferos deſcenderent, tunc venit ipſe, quia tunc erat tempus

Geneſ. 2.

miſerendi eius. Quinta, vt ſicut primus homo conditus fuit ſexta die, ad totius mundi complementum, ſic Deus homo fieret in ſexta ætate, ad totius creaturæ perfectionem. Sexta enim ætas apta eſt ad exercitium ſapientiæ, ad remiſſionem culpæ, ad meritum vitæ æternæ, ad tranſitum de ſtatu miſeriæ ad ſtatum gloriæ, & iſta notantur in ſexta ætate ratione perfectionis ſenarij. Sexta, quia Chriſtus non debuit venire in principio temporis, quia aduentus eius nimis fuiſſet feſtinus: nec in fine vltimo, quia tunc nimis fuiſſet tardus: ſed decebat Saluatorem inter tempus morbi, & tempus iudicij introducere tempus remedij. Septima, quia decebat ducem perfectum tunc ſe oſtendere, cum eſſet opportunitas currendi ad brauium, hoc eſt, in fine temporum, & tamen ante terminum, vt per timorem iudicij ſtimulati, per ſpem præmij attracti, & per exempli perfectionem animati ſequi poſſemus efficaciter ducem noſtrum.

Figuræ præceſſerunt incarnationem.
Geneſ. 21. Dan. 2. Prouerb. 9. 3. Reg. 10. Ierem. 31. Ionæ 1. Ioël. 3. Cant. 6. Iudic. 6. Exod. 16. Num. 17. Iſa. 11. Geneſ. 8. Exod. 2. Geneſ. 37. Pſal. 18. Num. 13. Geneſ. 39. Iſa. 26. 16. 45. 19. Eccl. 32. Pſal. 48. Apoc. 1. Hier. 31. Dan. 14. & 13. Iſai. 38. Exod. 3. Ezech. 32. Eccleſ. 17. Pſal. 18.

Octaua, quia decebat mediatorem quædam membrorum ſuorum præcedere, quædam ſequi. Incarnationem Chriſti multæ figuræ præceſſerunt, & Prophetiæ, de quibus aliquas aſſignemus. Abraham deſcendit in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi. Lapis præciſus eſt de monte ſine manibus. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum. Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Thronum fecit ſibi Salomon de ebore grandem. Nouum faciet Dominus ſuper terram: fœmina circundabit virum. Ionas in mare proijcitur, & mare ſedatur. Stillabunt montes dulcedinem. Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium. Vellus Gedeonis rorificatur. Manna ſeruatur in vrna aurea. Virga Aaron floret. Flos de radice eius aſcendet. Emittitur columba de arca Noë. Mittitur lignum in aquas Marath. Paradiſus plantatur. Moyſes ponitur in fiſcellam ſcirpeam. Iſraël induit Ioſeph tunica polymita. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Duo viri ferunt in vecte botrum de terra promiſſionis. Mittitur Ioſeph in ciſternam. Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, Saluator ponetur in ea murus. Emitte agnum Domine. Rorate cæli deſuper: &c. Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi. Gemma carbunculi in ornamento auri. Simul in vnum diues & pauper. Ego primus & nouiſſimus. Charitate perpetua dilexi te. Mittitur Daniel in lacum leonum. Apparet in camino quartus ſimilis filio hominis. Vmbra deſcendit in horologio Achab decem gradibus. Ignis apparet in rubo non comburens. Solem nube tegam. Quid lucidius Sole? & hic deficiet. A ſummo cælo egreſſio eius.

CAPVT VI.

De rationibus incarnationis.

Generis humani per verbum reparatio congrua. Incarnatio verbi Dei potentiam, ſapientiam, & bonitatem oſtendit.

PEr verbum igitur incarnatum facta eſt humani generis reparatio, non quia aliter ſaluari non poterat, ſed quia nullus alius modus fuit ita congruus ipſi reparatori, & reparabili, ac reparationi. Congruebat, inquam, iſte modus reparatori, quem decebat ſuam potentiam, ſapientiam & bonitatem oſtendere. Quid autem potentius quàm coniungere extrema ſummè diſtantia, hoc eſt creatorem & creaturam? Magna potentia fuit in coniunctione diſparium elementorum: maior in coniunctione illorum, ad ſpiritum creatum: maxima in coniunctione illorum omnium ad ſpiritum increatum, vbi & maxima diſparitas eſt. Quid verò ſapientius, quàm quòd ad perfectionem totius vniuerſi fieret coniunctio primi & vltimi, hoc eſt, verbi Dei, quod eſt omnium principium, & humanæ creaturæ, quæ in operibus ſex dierum fuit vltima omnium creaturarum? Quid autem beneuolentius, quàm quod creator rerum communicare ſe voluit rebus creatis? & hæc benignitas magna fuit in communicatione ſui omnibus rebus per præſentiam: maior, quia communicauit ſe bonis per gratiam: maxima, quia communicauit ſe homini per vnionem, & per conſequens generibus ſingulorum in vnitate perſonæ. Fuit etiam iſte modus congruentiſſimus ipſi reparabili: quia homo per peccatum corruit in infirmitatem, & ignorantiam & malitiam, per quæ ineptus factus eſt ad virtutem diuinam imitandam, & ad veritatem cognoſcendam, & ad bonitatem diligendam. Ideo Deus factus eſt homo, per quod ſe reddidit homini imitabilem, cognoſcibilem, & amabilem. Fuit etiam iſte modus congruentiſſimus noſtræ reparationi, quia Dominus in forma ſerui procurauit ſalutem ſerui. Sunt & aliæ rationes quare fuit conueniens Deum incarnari. Prima eſt, quia præuaricator abſtulit nobis Deum, vnde conueniens fuit vt reparator redderet nobis Deum. Secunda, quia humilitas decuit eum, ſed non potuit humiliari vſque ad pœnas in natura diuina: oportuit ergo quod in alia. Tertia, vt prophetias impleret. Iſa. 52. Ego qui loquebar, ecce adſum. Abac. 2. Apparebit in finem, & non mentietur: ſi moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, vt ſcilicet doceret potius vincere per iuſtitiam, quàm per potentiam. Quarta, propter vitandum inconueniens, quia ſi Deus incarnari non potuiſſet, vel neſciuiſſet, vel noluiſſet, videretur in eo eſſe impotentia, vel ignorantia, vel inuidia, quod abſit. Quinta, vt tanta eſſet humilitas in Redemptore, quanta fuit ſuperbia in præuaricatore: quia tanta fuit ſuperbia, vt homo vellet eſſe vt Deus: vnde humilitas tanta debuit eſſe, vt Deus fieret homo. Sexta, vt noſtrum amorem excitaret, & noſtram ſpem erigeret. Septima, vt exemplum imitandæ virtutis nobis daret in forma viſibili & humana. Quamuis autem opera Trinitatis ſint indiuiſa, ita quod quicquid operatur vna perſona, operetur &

alia:tamen ſolus Filios accepit carnem, & non Pater, vel Spiritus ſanctus. Er habemus ſimile in tribus domicellis induentibus tertiam ipſarum, de quibus poteſt dici, quicquid facit vna, facit alia, vna tamen ſola induitur. Eodem modo dicendum, quòd incarnationis opus quandoque attribuitur patri, vt ibi: At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum. Quandoque attribuitur filio, vt ibi, Exiui à patre, & veni in mundum. Quandoque attribuitur ſpiritui ſancto, vt in ſymbolo, Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto. Sed hæc ideo dicuntur, quia opus incarnationis fuit maximæ potentiæ, ſapientiæ & bonitatis, quæ tribus perſonis attribuuntur. Sunt autem multæ rationes quare filios incarnatus ſit, & noo Pater vel ſpiritus ſanctus. Prima vt per eandem ſapientiam, quæ mundum condiderat, fieret reparatio. Secunda, vt qui filius eſt in diuinitate, eſſet filius in humanitare. Tertia ne idem eſſet pater & filius, ſi pater de homine naſceretur. Quarta, quia congruentius mittebatur qui eſt ab alio quàm qui eſt à nullo. Quinta, propter confirmationem hæreditatis nobis promiſſæ, ne ſcilicet poſſemus dicere patri, Domine tu habes filium, cui competit hæreditas quam homini promiſiſti. Sexta, vt patris erga nos oſtenderetur charitas. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Septima, vt oſtendatur, quòd Deus pater nihil habet quod noo ſit oobis paratus dare, cùm filium ſuum vnigenitum dederit. Octaua, vt ſicut Dei filius factus eſt homo, ſic homo fieret filius Dei. Apoſt. ad Gal. 4. Miſit Deus Filium ſuum, vt adoptionem filiorum reciperemus. Nona, vt eſſet occaſio ſalutis, qui dicitur occaſio ruinæ, quia homo appetendo ſcientiam diuinam, quæ filio appropriatur, cecidit. Decima, quia imago debuit per imaginem reparari. Vndecima, quia ſicut verbum mentis mediante groſſiori natura emittitor, ſcilicet per vocem, ſic verbum æternum per aſſumptionem naturæ. Duodecima, quia medios inter perſonas debuit eſſe mediator Dei & hominum. Decimatertia, quia ſapientia patris reparare debuit appetitionem ſapientiæ. Gen. 2. Eritis ſicut dij, ſcientes, &c. Quartadecima, quia deceotiſſimè coniungitur humilitas cum ſapientia. Prou. 11. Vbi humilitas, ibi & ſapientia. Vnde filium Dei præcipuè decuit incarnatio. Quintadecima, quia ideæ non ſunt niſi ſapieotia Dei, quæ Filio Dei appropriatur. Vnde cùm ſingulæ ideæ ſingulorum idearorum ſint cauſæ, tunc demum omnia perfecta & completa erunt, cùm per vnionem ad ſuum principium redierint. Sextadecima, quia ſi Pater fuiſſet incarnatus, tunc nulla perſona fuiſſet ſine principio. Decimaſeptima, qoia oportuit incarnatam perſonam tanquam ſacerdotem ſupplicare Patri, pro natura aſſumpta, ſed magis decuit Filium ſupplicare Patri, quàm è conuerſo. Decimaoctaua, qoia ſi Spiritus ſanctus fuiſſet incarnatus, tunc duo eſſent filij. Decimanona, quia nullum magis decet reducere hominem ad diuinam cognitionem, quàm verbum, quo Pater ſe declarat, quod eſt vnibile carni, ſicut & verbum voci. Vigeſima, quia nullum magis decet reducere hominem ad filiationem adoptiuam, quàm filium naturalem.

Gal. 4.
Ioan. 16.

Quare incarnatum ſit filius, non pater, aut Spiritus ſanctus.
Rom. 8.

1. Tim. 2.

CAPVT VII.

De modo Incarnationis.

IN communi reparatione omnium decens erat, vt fieret concurſus trium de triplici hierarchia, ſcilicet diuina, angelica & humana: vnde in myſterio incarnationis fuit concurſus Angeli nunciantis, virginis concipientis, & verbi Dei carnem aſſumeotis. Cum Filius Dei mittitur in mundum, non fit loci mutatio, ſed naturæ humanæ aſſumptio, quia ipſius mitti, eſt eſſe vbi prius fuit, ſed aliter ibi eſſe, quam prius fuit: & hæc alteritas non eſt ex parte eius qui eſt, cum ſit immutabilis: ſed ex parte eius, in quo eſt, quia vnitur noſtræ carni: vnde mutatio non fuit ex parte filij, ſed ex parte aſſumpti. Præterea in mutatione loci exigitur non eſſe quis vbi prius erat, ſed nec hoc eſt in filij miſſione, quia poſt incarnationem fuit in patre ſicut ſemper. Christus aſſumpſit naturam noſtram quinque modis, ſcilicet, miſericorditer. Apoſt. ad Tit. 1. Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Vtiliter, ſcilicet pro ſalute noſtra. Pſ. 23. Operatus eſt ſalutem in medio terræ. Sapienter, quia aſſumpſit bonum naturæ reprobando malum culpæ. Iſa. 7. Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Fortiter, quia ſic aſſumpſit oaturam humaoam, quod nunquam depoſuit eam: quia poſt mortem vnita fuit diuinitas carni in ſepulchro, & animæ in inferno. Mirabiliter, quia coniuncta ſuot in carne ſummum & imum, hoc eſt Deus & homo. Verbum caro factum eſt quinque modis, ſcilicet ſecundum vniratem carnis. Iſaiæ 53. Verè lãguores noſtros ipſe tulit. Præter carnem, quia præter operationem carnalem. Matt. 1. Quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Supra carnem, quia meritis noſtris non exigentibus. Apoſtol. ad Tit. 3. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos. Propter carnem, quia ad ſaluandam carnem, & hoc quantum ad fideles efficaciter, licet quantum ad omnes ſufficienter. Matthæi 1. Vocabis oomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum. Contra carnem, quia ad maiorem damnationem infidelium. Ioan. 15. Si non veniſſem, & locutus eis noo fuiſſem, peccatum non haberent. Opus aſſumptionis humanæ naturæ, non animatio, ſed incarnatio nominatur, cum tamen à digniori res conſueuerit nominari: hoc autem eſt propter quatuor rationes, ſcilicet vt expreſſior fiat nominatio, & vt profundior explicetur dignatio miſerentis, & quia oobis magis nota eſt pars carnis, & vt maior humiliatio exprimatur, eò quòd magis à Deo diſtat caro, quàm anima: & quia caro eſt à parentibus propagata, anima à Deo creata.

Quibus modis aſſumpſerit verbum naturam humanam.

Verbum caro factum quibus modis.

Quare aſſumptio humanæ naturæ non animatio ſed incarnatio dicatur.

CAPVT

CAPVT VIII.

De vnione & natura aſſumpta.

Tres eſſentiæ in vna perſona Chriſti.

SIcur in diuinitate vna eſt eſſentia & tres perſonæ, ita in Chriſto eſtè conuerſo vna perſona, & tres eſſentiæ, ſcilicet deitas, anima & caro, huc eſt, æternum, nouum, & antiqnum, quia deitas eſt æterna, anima eſt noua, quia in aſſumptione carnis creata: caro verò antiqna, quia ab Adam propagata: & Chiſtus ſecundum naturam diuinitatis eſt genitus, ſecundum animam verò creatus & ſecundum carnem factus. Vnio fuit triplex in Chriſto. ſcil. deitatis ad animam, & è conuerſo, & deitatis ad carnem, & è conuerſo, & animæ ad carnem, & è conuerſo. Duæ primæ vniones ſemper manſerunt, tertia ſeparata fuit in morte. Vnio ergo deitatis ad humanam naturamnon eſt in vnitate naturæ, ſed perſonæ: non dico perſonæ humanæ, ſed diuinæ, hoc eſt, non aſſumptæ, ſed aſſumentis: nec perſonæ cuiuſlibet, ſed ſolius verbi. Quia enim impoſſibile eſt, quòd natura diuina concurrat cum alia, ſicut pars ad conſtitutionem tertij, vel quòd ipſa tranſeat in aliam; vel alia in ipſam, propter ſimplicitatem & vnitatem ipſius perfectiſſimam, propterea diuinitas & humanitas non vniuntur in vnitate naturæ, ſed perſonæ: & ſic intelligitur illud in ſymbolo Athanaſij: nam ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Ibi namque ponitur ſimilitudo quantum ad vnitatem perſonæ, & non naturæ, quia caro & anima differunt in homine quantum ad eſſentiam, & conſtituunt tamen vnam perſonam. Eodem modo inter diuinitatem & humanitatem Chriſti eſt differentia, & tamen eſt vna perſona: & quia diuina natura in nullo ſuppoſito poteſt ſubſiſtere, præterquam in propria hypoſtaſi, ideo vnio illa non poteſt eſſe in propria perſona hominis, ſed Dei: & propterea Deus in vna perſonarum ſuarum fecit ſeipſum ſuppoſitum, humanæ naturæ: vnde tantum vna eſt ibi perſonalitas, & vnitas perſonalis, ſcilicet, ex parte aſſumentis. Ad eſſe namque perſonæ triplex exigitur diſtinctio, ſcilicet ſingularitatis, & naturalis incommunicabilitatis, ac excellentiæ, ſiue dignitatis. Propter primum nullum vnibile eſt perſona. Propter ſecundum anima non eſt perſona: ſed propter tertium Chriſtus ſecundum quod eſt homo, non eſt perſona. Ex his patet quæ ſit vera vel falſa inter has quatuor propoſitiones. Prima, perſona aſſumpſit perſonam. Secunda, natura aſſumpſit perſonam. Tertia, natura aſſumpſit naturam. Quarta, perſona aſſumpſit naturam. Primæ duæ ſimpliciter ſunt falſæ. Tertia vno modo eſt falſa, alio modo eſt vera. Si enim ſumatur natura, prout eſt communis tribus perſonis, ſic eſt falſa. Si verò ſumatur natura prout eſt in perſona filij, ſic eſt vera. Quarta autem propoſitio ſimpliciter eſt vera. Ad intelligentiam autem horum, nota quòd tres fuerunt opiniones

Opiniones de Chriſti incarnatione.

de incarnatione Chriſti. Prima autem opinio dicebat, quòd Filius Dei aſſumpſit hominem. Secunda dicebat, quòd aſſumpſit humanam naturam. Tertia dicebat, quòd aſſumpſit hominem vt veſtem. Prima opinio non tenetur, quia ponit, quòd in Chriſto ſunt duæ perſonæ, quod eſt falſum. Secunda communis eſt, & vera, ac celebris: quia ponit, quod Chriſtus eſt vnum ſolum, licet ſit aliquid ſecundum quòd homo. Item ponit, quòd aſſumens non eſt aſſumptum. Item quòd ille homo diuina eſt eſſentia, & è conuerſo. Item quòd omnis proprietas filij Dei ineſt ei, & è conuerſo. Tertia opinio tanquam hæretica reprobatur: quia ponit non eſſe in vna perſona Chriſti duas naturas, & quòd duæ ſubſtantiæ, humanæ naturæ ſcilicet, & diuinæ; non pertinent ad perſonalitatem Filij Dei, ſed extrinſecus ſe habent ad ipſam. Dicimus ergo, quòd tanta eſt ibi vnio, vt quicquid dicitur de Filio Dei; dicatur de filio hominis, & è conuerſo, his tamen exceptis in quibus exprimitur vnio, vel clauditur negatio. Si enim ſit vocabulum in quo aliqua repugnantia includitur, ſicut eſt vniri, incarnari, aſſumi, aſſumere, in quibus includitur reſpectus vnionis vnius naturæ ad alterum, tunc non tenetur prædicta regula. Similiter non tenet quando in vocabulo includitur negatio alicuius, cuius oppoſitum alteri competit, ſicut incipere eſſe, creari, &c. Nota, quòd propriè loquendo, compoſitio eſt corporum, coniunctio eſt corporis & animæ, vnio eſt diuinæ naturæ ad humanam: tamen vnum quandoque ponitur pro reliquo. Quinque fuerunt ſtatus primi hominis, & de quolibet ſtatu accepit Chriſtus aliquid. Primus ſtatus fuit innocentiæ, de quo Chriſtus accepit peccati immunitatem. Secundus gratiæ, de quo accepit plenitudinem gratiæ. Tertius culpæ, de quo accepit recompenſationem pœnæ. Quartus pœnitentiæ, de quo acepit paſſionem doloris & triſtitiæ. Quintus gloriæ, de quo accepit plenam fruitionem. Corpus Chriſti ſecundum Damaſcenum, formatum fuit ex ſanguinne beatæ virginis, non ex carne. Nam veræ matris eſt ſecundum Philoſophum, materiam tantummodo miniſtrare: ſed dare virtutem formatiuam, quæ actiuè naturam, ſeu materiam formet, eſt patris, & non matris. Cùm igitur beata Virgo proprietatem veræ matris habeat, oportet quòd materiam contulerit, quæ ſecundum naturam ſit materia conueniens humano corpori, & tamen integritatem virginalem non polluat. Talis autem materia non eſt caro, quia dicit Philoſophus, quòd id quod eſt actu pars, non eſt materia generationis; cum non ſit potentia totum. Caro autem eſt actu pars, vnde non eſt materia generationis. Talis quoque materia non fuit ſemen virgineum, vel fœmineum, quia hoc puritati virginis non conueniebat: nec etiam ſecundum Philoſophum eſt neceſſarium ad generationem, quia aliquæ mulieres concipiunt ſine ſeminatione. Talis ergo materia fuit ſanguis, quia ipſe ſecundum Philoſophum eſt etiam in nobis materia generationis. Quod autem dicit Apoſtol ad Rom. 1. ca. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid, intelligendum eſt originaliter, non materialiter. Virtus autem formatiua in

Primi hominis ſtatus quintuplex.

Quid patri & matri in geratione naturali conueniat.

Chriſtus ſ... ctus eſt.

ſemine Dauid, quomodo intelligatur. beata virgine non fuit ex patre carnali, ſed ex virtute altiſſimi.

CAPVT IX.

De vtilitate incarnationis.

Quid per peccatum amiſimus. AMiſimus per peccatum propriam excellentiam, mentis innocentiam, ac Dei amicitiam. Hæc autem recuperare oportuit per beneficium ſaluatoris. Excellentiam enim recuperare non potuimus niſi per excellentiſſimum recuperatorem: quia ſi per aliquam meram creaturam reparati eſſemus, tunc oporteret nos eſſe ſubiectos illi creaturæ. Innocentia reparari non poterat, niſi per ſatisfactorem ſufficientiſſimum, qui videlicet eſſet Deus & homo: Deus quidem qui pro homine ſatisfacere poſſet: homo vero de genere Adæ, qui peccauerat. Ille nanque congruè ſatisfacit, qui poteſt & debet: ſed non poteſt, niſi Deus, nec debet, niſi homo. Amicitia ſimiliter non poterat reformari, niſi per mediatorem conuenientiſſimum, qui ſcilicet vtrique parti conformis eſſet, & vtrique parti amicus, hoc verò Chriſto conuenit, qui eſt Deo Patri ſimilis per diuinitatem, & homini lapſo per humanitatem. Venit ergo Deus in carnem, tanquam dominus ad ſeruos, vt eos corrigeret: tanquam magiſter ad diſcipulos, vt eos inſtrueret: tanquam medicus ad ægrotos, vt eos ſanaret. Per primum oſtendit Deus potentiam, per ſecundum ſapientiam, per tertium bonitatem. Quatuor fructus incarnationis ponit Ber. dicens, Manna de cœlo deſcendit, vt gaudeant eſurientes: de vinea cœli botrus erupit, vt gaudeant ſitientes: oleum effuſum eſt, vt gaudeant ægrotantes: lapis ſine manibus de monte præciſus eſt, vt timeant negligentes. Chriſto homini plures actus conueniunt, nobis multum ſalutiferi: propter quod diuerſis rebus naturalibus & artificialibus comparatur. Ipſe nanque Chriſtus dicitur caput noſtrum propter ſenſum & motum ſpiritualem, quem ſuis membris influit. Mediator, quia participat proprietates diuinæ, & humanæ naturæ, & ideo inter Deum & nos efficaciter poteſt mediare. Fundamentum, propter fidem, quia in nobis illuminat intellectum. Oſtium, propter charitatem, quia perficit affectum. Paſtor inquantum incorporat nos eccleſiæ per ſacramentorum participationem. Hoſtia, quia ſoluit obligationem contractam per peccatum originale, & actuale. Sacerdos, quia ipſe ſe rogat, ipſe ſe exaudit, ipſe ſeruus rogat ſe dominum, & ipſe Deus exaudit ſe hominem. Via exemplo, vita in præmio. Item Bern. enumerat quatuor vtilitates aduentus Domini, dicens. Venit medicus ad ægrotos, redemptor ad venditos, via ad errantes, vita ad mortuos. Oſtenduntur adhuc multæ vtilitates incarnationis Chriſti: quia ſcilicet, Deus factus eſt homo, vt fieret homo Deus: dominus factus eſt ſeruus, vt fieret ſeruus dominus: Deus de cœlo ad terras deſcendit, vt homo de terris ad cœlos aſcenderet: Deus factus eſt filius hominis, vt homo fieret filius Dei. Immortalis factus eſt mortalis, vt mortales fierent immortales. Diues innocens factus eſt pauper, vt pauperes fierent diuites. Obſcurata eſt lux, vt nos illuminaret. Eſuriuit panis, vt nos reficeret. Sitiuit fons, vt nos inebriaret. Triſtata eſt lætitia, vt nos lætificaret. Pauebat fiducia, vt nos confortaret. Laxata eſt via, vt iter noſtrum ad cœleſtia dirigeret.

Congruus ſatisfactor quis. Ioan. 10. Philip. 2.

Incarnationis fructus Exo. 16. Cant. 1. Dan. 2.

Ephe. 1. 2. Tim. 2. 1. Cor. 3. Ioan. 10. Ephe. 5.

Hebr. 5. & 7.

Aduentus Domini vtilitates

CAPVT X.

De mirabilibus circa incarnationem Domini.

EXcellebat incarnatio Chriſti noſtram conceptionem in pluribus, per quod apparet, quod ibi natura ſua perdidit iura, Inueniuntur enim multa tam ex parte matris, quam ex parte prolis, & quam etiam ex parte modi, quæ non ſunt ſecundum viam naturæ, ſed ſecundum potentiam virtutis infinitæ, quæ ſolius eſt Dei. Mira igitur fuerunt in matre, quæ ſecudum Bernardum ſine pudore fœcunda, ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera. Ibi portauit ſtella Solem, palmes vitem, riuus fontem, filia patrem, creatura creatorem. Fuit, inquam, mater patris, ac filia nati. Fuit quoque prole poſterior, contento minor, mater & Virgo fuit, & cum Deo filium communem habuit. Maledictionem legis euaſit, vbi maledictæ fuerunt virgines & coniugatæ. Virgines quidem, quia non genuerunt: coniugatæ verò, quia in dolore pepererunt. Sed vtrumque beata Virgo euaſit, quia Virgo genuit, & dolorem non ſenſit. Aug. Speculum non rumpit radius Solis, & integritatem Virginis ingreſſus, aut egreſſus Dei vitiare non potuit. Mirabilia quoque fuerunt in prole: quia in inſtanti fuit ibi ſanguinis ſeparatio, conſolidatio, figuratio, animatio, deificatio. Et quod iſta non fuerint ſucceſſiua, patet ex ſcriptura. Iet. 31. Fœmina circundabit virum. Patet etiam ex virtute agentis, ſcilicet Spiritus ſancti, cuius eſt ſubitò operari. Quamuis autem membra corporis Chriſti fuerint in conceptione completa, & perfecta vſque ad animæ ſuſceptionem, ipſorum tamen membrorum diſtinctio, ſecundum Auguſt. tam parua & tenuis fuit, quòd humano viſui vix poſſet ſubiici: quia in tanto fuit minus corpus illud, quàm alius conceptus, cum formatur, quantum augeri poſſet in vtero infra quadraginta ſex dies. Vnde miraculoſum fuit, quod in tam paruo corpore recepta fuit anima, ſed hoc ideo factum fuit, vt conceptio Chriſti quantum ad tempus manendi in vtero non eſſet noſtræ conceptioni diſſimilis. Præterea ab inſtanti ſuæ conceptionis ſciuit omnia, etiam ſecundum quòd homo. Item in fruitione perfecta fuit anima eius: vnde quantum ad hoc non ſolum fuit viator, ſed etiam comprehenſor. Item mundus fuit ab omni peccato, & plenus omni gratia & virtute. Habuit quoque patrem in cœlis, & matrem in terris: ſed patrem ſine matre, & matrem ſine patre. Item per incarnationem

Mira in matre.

Mirabilia in prole.

ipſe dominus factus eſt ſeruus, æternus factus eſt temporalis, immenſus factus eſt paruulus. Summus fit imus, incomprehenſibilis fit localis, ſimplex fit compoſitus. Dicit Auguſt. videtur inuiſibilis, palpatur impalpabilis, immortalis occiditur. Item Auguſtin. Quis vnquam exiſtimare poſſet, vt portaretur manibus fœmineis portator orbis, panis Angelorum (Geneſ. 1.) manducaretur, ſeu aleretur, virtus cælorum infirmaretur, vita omnium moreretur? Hîc quoque notandum eſt, quod ſicut in diuinis eſt trinitas perſonarum in vnitate eſſentiæ, ſic in Chriſto eſt trinitas eſſentiarum ſeu naturarum in vnitate perſonæ: quia ſicut in diuinis per diuerſas perſonas non diſtinguitur eſſentia, ſic in Chriſto per diuerſas naturas non diſtinguitur perſona. Denique Chriſti incarnatio fuit mirabilis ex modo, quia cùm tres modi producendi hominem præceſſiſſent, primus, videlicet nec de viro, nec de muliere, ſicut in (Luc. 1.) Adam: ſecundus de viro ſine muliere, ſicut in Eua: tertius de viro & muliere, ſicut in omnibus concupiſcibiliter natis: ad complementum decuit vniuerſi quartum modum introduci, vt ſcilicet homo de muliere fieret ſine viro per virtutem operatoris. In conceptione ergo Filij Dei ſimul concurrerunt virtus innata, infuſa, & increata. Virtus innata materiam miniſtrauit: virtus infuſa purificando ad vnionem verbi adaptauit: adaptatione, dico, congruæ naturæ. Virtus increata ſubitò perfecit, quod natura non potuit niſi ſucceſſiuè.

Chriſti natiuitas triplex.

CAPVT XI.

De natiuitate Chriſti.

NAtiuitas Chriſti triplex eſt, ſcilicet diuina, humana, gratuita. Prima eſt ex patre, ſecunda ex matre, tertia fit in mente. De patre naſcitur æternaliter, de matre temporaliter, in mente ſpiritualiter. Et iſtæ tres natiuitates ſumuntur ſecundum tres naturas, quæ ſunt in Chriſto, ſcilicet deitas, caro, & ſpiritus. Nam ex patre naſcitur Deus, ex matre caro, ex mente naſcitur ſpiritus, ſcilicet per gratiam. Ex patre naſcitur ſemper, ex matre naſcitur ſemel, in mente naſcitur ſæpè. Secundum natiuitatem diuinam Chriſtus habet patrem ſine matre, ſecundum humanam habet matrem ſine patre, ſecundum gratuitam habet patrem & matrem, ſecundum illud, qui fecerit voluntatem patris, &c. Matth. 12. Has tres Chriſti natiuitates repræſentat Eccleſia in die natiuitatis eius. Primam, ſcilicet diuinam, in Miſſa, quæ cantatur in nocte. Eſt enim hæc natiuitas nobis occulta. Iſa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Secundam in Miſſa, quæ cantatur in aurora: quia natiuitas humana partim fuit occulta, partim manifeſta. Occulta quidem quantum ad modum, quia natus eſt de Virgine: ſed manifeſta quantum ad factum. Tertiam, ſcilicet gratuitam, in Miſſa, quæ cantatur in die, quia natiuitas gratuita eſt manifeſta, in qua Chriſtus per (Ad Titum. 3.) affectum concipitur, per effectum naſcitur, &

per amorem perfectum nutritur. Iſa 25. A timore tuo concepimus, & peperimus, &c. De diuina itaque generatione habetur in 1. lib. ſed nunc de humana proſequendum eſt. Nota itaque, quòd ſecundum verba Apoſtoli, vbi ait, Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus erudiens nos, &c. Natiuitas Chriſti fuit gratioſa, glorioſa, copioſa, fructuoſa. (*Natiuitatis Chriſti fructus multiplex.*) Gratioſa, id eſt, gratis non meritis noſtris exhibita. Apparuit enim gratia. Glorioſa, quia Dei Saluatoris noſtri. Copioſa, quia omnibus hominibus. Fructuoſa, quia erudiens nos. Iſte fructus natiuitatis Chriſti duplex eſt, ſcilicet reſpectu temporis præſentis & futuri. Item reſpectu temporis præſentis duplex eſt fructus. Primus eſt declinatio mali, ibi: Vt abnegantes impietatem, quoad malum quod eſt contra fidem: & ſecularia deſideria, quoad malum quod eſt contra bonos mores. Secundus fructus eſt operatio boni, ibi, ſobriè, quoad nos: iuſtè, quoad proximum, & piè quoad Deum. Item reſpectu futuri temporis duplex eſt fructus. Primus eſt ſpei in reſurrectione, ibi: expectantes beatam ſpem. Secundus gaudij in glorificatione, ibi: & aduentum (Apoc. 5.) gloriæ magni Dei. Apparuit enim in natiuitate Chriſti benignitas & humanitas Saluatoris de (*Natiuitas Chriſti vtilis.*) triplici latibulo, ſcilicet de ſinu Patris, in quo (Matth. 1.) celabatur: de vmbra legis, in qua figurabatur: (*A tribus ſaluauit nos Chriſtus.*) de ventre matris, in quo formabatur. Iſte namque agnus ſoluit ſignacula libri ſignati. Natiuitas Chriſti fuit vtilis, honeſta, iucunda. Quid autem vtilius ſalute hominis? Vocabis, inquit, nomen eius Ieſum, qui ſaluum faciet populum ſuum: certè à formidine timoris, ab immanitate languoris, & detentione carceris, à ſubiugatione hoſtis. Quid honeſtius partu virginis, vbi virgo eſt quæ generat, Deus eſt qui generatur, Spiritus ſanctus qui operatur in generatione? Quid iucundius natiuitate Dei & hominis? Gauiſi ſunt, qui præceſſerunt, vt Abraham, qui exultauit vt videret diem Domini. Ioan. 8. Item qui (Luc. 2.) ſequuntur, Gaudere in, &c. ad Phili. 4. Item (Luc. 2. Ioan 19.) qui præſentes erant, vt Angeli decantantes, & (Matth. 27.) paſtores videntes: & Ioan. eum in vtero ſentiens, (Ioan. 6.) & Simeon amplexans, ſed maximè virgo ipſum generans. Luc. 1. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Protulit in natiuitate nobis beata Virgo fructum, qui fuit ſeminatus in conceptione, germinauit in natiuitate, collectus in pannorum inuolutione, ad (Iſai. 4.) donum allatus in purificatione, flagellatus in (1. Cor 15. Pſal. 84.) ſtipite, ventilatus in falſorum teſtium accuſatione, (Iſai. 4.) immolatus in paſſione, purgatus in reſurrectione, (Luc. 8.) comeditur in quotidiana Euchariſtiæ (Num. 13.) ſuſceptione, & in cæleſti fruitione. (Geneſ. 19.) Beata (Ibid. 2.) itaque Virgo eſt cælum, quæ Chriſtum rorauit: ipſa nubes, quæ Chriſtum pluit: ipſa terra, quæ Saluatorem germinauit. In natiuitate Domini fuit beata Virgo terra; de cuius limo formatus eſt nouus Adam: terra de qua orta eſt veritas: terra de qua ortus eſt fructus terræ ſublimis: terra bona in qua ſemen cecidit: terra fluens lacte & melle: terra germinans herbam virentem: terra de qua oriebatur fons irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.

CAPVT XII.

De circunciſione Domini.

Quare Chriſtus circunciſus. Gen. 17. Matth. 5.

CIrcunciſionem accepit Chriſtus multiplici ratione. Primò, vt legem, quam dedit aliis, ipſe completet. Secundò, vt humilitatem oſtenderet, quia ceremonialibus ad quæ non tenebatur, ſe ſubiecit: ipſe namque Dominus legis fuit. Tertiò, vt ſanguinem ſuum pro nobis non ſolùm in ætate virili, ſed etiam infantili funderet. Quartò, vt nos circuncidendos fore ſpiritualiter oſtenderet. Quintò, vt hæreticus confunderet, qui dixerunt eum non verum corpus, ſed phataſticum habuiſſe. Sextò, vt Iudæis ſatisfaceret qui ſcandalizati fuiſſent, ſi circunciſionem non accepiſſet. Septimò, vt legem veterem approbaret, quæ vſque ad ipſum obſeruanda fuit. Legalia enim ſecundum Auguſtinum fuerunt ante paſſionem viua, poſt paſſionem Domini mortua: ſed poſtquam per mundum claruit Euangelium, ſepulta. Circunciditur Ieſus non ſolùm circunciſione legali, ſed etiam circunciſione ſpirituali.

Chriſti circunciſio quadruplex.

Vnde poſſumus Domini circunciſionem quadruplicem aſſignare. Primò circuncidit eum pater cultello paupertatis in natiuitate. Secundò circonciderunt eum parentes eius octaua die cultello legis. Tertiò circuncidit ſeipſum in omni vita ſua cultello humilitatis. Quartò circunciderunt eum Iudæi in paſſione cultello crucis: & hoc per milites Pilati.

Circunciditur Chriſtus in ſuis & quomodo.

Circunciditur etiam Ieſus in ſuis quadrupliciter. Primò per detractores, qui auferunt amicos, & famam. Secundò per raptores, qui auferunt bona temporalia. Tertiò per hæreticos, qui auferunt animam. Quartò per tyrannos, qui auferunt corpus. Circunciſio noſtra ſpiritualis duplex eſt. Prima mentis in præſenti à culpa. Secunda corporis in futuro à pœna.

Exod. 4. & 12.

Prima figurata fuit per circunciſionem ſolemnem, quæ facta eſt in Ægypto: & hæc triplex eſt, ſcilicet incipientium à vitiis, & hoc cultello iuſtitiæ. Item proficientium à ſuperfluis, cultello miſericordiæ. Item perfectorum à mundialibus curis cultello charitatis perfectæ.

Ioſ. 5.

Secunda figurata eſt per circunciſionem factam in Galgalis in terra promiſſionis: quia in octaua reſurrectionis per petram Chriſtum circuncidemur ab omnibus miſeriis. Ex quo patet, quòd circunciſio noſtra ſpiritualis efficacior eſt, quàm Iudæorum carnalis, & legalis: quia illorum circunciſio licet peccatum originale tulerit, tamen ianuam paradiſi non aperuit, ſed noſtra vtrumque facit.

Lucæ 2.

In hac materia duo nobis tanguntur. Primum eſt Chriſti humilitas in circunciſione, ſecundum eius ſublimitas in nominis impoſitione.

Dignitas nominis Ieſus.

Vocatum eſt, inquit, nomen eius Ieſus. Dignitas autem huius nominis multiplex eſt. Eſt enim ab æterno conſecratum, vt dicit ſanctus Bern. Ab antiquis præfiguratum, ſcilicet, in Ioſue. A Prophetis deſideratum. Iſa. 26. Nomen tuum in deſiderio animæ. A ſanctis Patribus prophetatum Salomonis oraculo. A Deo nominatum. Apoſt. ad Philippenſ. 2. Dedit illi nomen, &c. Ab Angelo prænunciatum, vt dicitur Luc. 1. & 2. A B. Virgine prædicatum. Lucæ 1. Sanctum nomen eius. Ab Apoſtolis magnificatum. Actor. 5. Ibant Apoſtoli gaudentes. &c. A Martyribus teſtificatum, quia pro nomine iſto paſſi ſunt. A Confeſſoribus collaudatum. Pſal. 112. Laudate pueri Dominum, &c. A ſolis ortu vſque ad occaſum, laudabile nomen Domini. A ſanctis virginibus prægustatum. Can. 1. Oleum effuſum nomen tuum. Bern. Ieſus eſt mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Ab omnibus ſanctis exaltatum. Pſal. 33. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſũ. Petrus Act. 4. Non eſt aliud nomen ſub cælo, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

In nomine Ieſu ſunt quinque literæ, & quid ſignificant.

In hoc nomine, Ieſu, ſunt quinque litteræ, quæ poſſunt eſſe initia iſtarum dictionum, iucunditas mœrentium, æternitas viuentium, ſanitas languentium, vbertas egentium, ſatietas eſurientium.

Chriſto nomen Ieſus conuenit, & quare. Iſa. 12. 26. & 43. Iud. 1. 1. Cor. 6. Apoc. 5. Tit. 5.

Et hoc nomen, Ieſus, Chriſto conuenit tripliciter. Primò ratione naturæ, vt qui ex diuina natura erat ſaluator auctoritate, ex humana natura fieret ſaluator myſterio, vt vendicaret ſibi nomen ſaluatoris. Secundò ratione decentiæ, quia decreuit vt ex re nomen haberet. Vnde quia ſaluat à peccato, à diabolo, & ab inferno, meritò nomen habet illi beneficio congruens. Tertiò ratione efficaciæ, quia Chriſtus nos ſua paſſione ſaluauit.

CAPVT XIII.

De baptiſmo Chriſti.

IN baptiſmo Domini notatur ipſius humilitas, & noſtra vtilitas. Ipſius humilitas notatur in quatuor. Primò, quia venit Ieſus, ſcilicet dator ſalutis, & non indigens ſalute. Secundò, quia ad Iordanem, vbi Creator elementorum ſubiecit ſe humili elemento aquæ. Tertiò, quia ad hominem, id eſt, Ioannem, ſcilicet Dominus ad ſeruum, Rex ad ſcutiferum, Sol ad luciferum. Quartò quia venit vt baptizaretur ab eo, ſcilicet fons à riuo, plenitudo à ſtilla, auctor baptiſmi à baptiſmi miniſtro.

Matth. 3.

Baptiſmus Chriſti nobis vtilis & quomodo. Matth. 3.

Vtilitas noſtra notatur in quatuor, quæ circa Chriſtum baptizatum euenerunt. Primò quia Chriſtus cùm baptizatus fuit, confeſtim aſcendit de aqua: per quod notatur in nobis gratiæ infuſio, homo enim per baptiſmum liberatus à culpa, ad virtutes ſtatim aſcendit. Secundò apertum eſt cælum, per quod notatur hominis poſt baptiſmum aſcendentis euolatio. Tertiò deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum: per quod notatur quod baptiſmus facit hominem Spiritus ſancti templum. Quartò vox patris facta eſt, Hic eſt filius meus dilectus: in quo notatur, quòd per baptiſmum de filio iræ fit filios gratiæ.

In baptiſmo Chriſti notantur omnia, quæ in noſtro baptiſmo concurrunt.

In baptiſmo Chriſti notantur ſubſtantialia baptiſmi noſtri, ſcilicet baptizans, baptizandus, materia, forma, & intentio. Baptizans fuit Ioannes, in quo miniſtri ſanctitas deſignatur. Baptizandus fuit Chriſtus, noſtrum baptiſmum conſecrãs: quia tactu ſuæ mundiſſimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis. Materia fuit aqua, magis conueniens & communis cæteris liquoribus ad baptiſmũ exiſtens.

Forma

Forma notatur per teſtimonium Trinitatis. Fuit enim ibi Pater in voce, Filius in carne, Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie. Intentio conſequitur formam. Voces enim, vt ait Philoſophus, ſigna ſunt earum, quæ ſunt in anima paſſionum. Per vocem patris, quæ audita eſt in baptiſmo Chriſti, notātur quinque dignitates & excellentiæ eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cum enim dicitur, hic eſt, commendatur Chriſtus à vera eſſentia, quia ſolus Deus habet verum eſſe. Omne enim eſſe à forma eſt: Deus autem forma eſt ſine materia, vt dicit Boëtius. Cùm dicitur, Filius, commendatur Chriſtus à ſimilitudinis paternæ conuenientia. Ex eo nanque dicitur filius, quia fit vt ille: propter quod filius ſic dicitur imago
Coloſſ. 1. Patris potius etiam, quā Spiritus ſancti, propter rationem quam habes ſupra in lib. 1. Cùm dicitur, meus, commendatur à ſubſtantiæ indifferentia: dicitur enim, meus, id eſt, mihi conſubſtantialis. Cùm dicitur, dilectus, commendatur ab amoris beneuolentia. Io. 3. Pater diligit filium: & omnia, quæ habet, dedit in manu eius. Cùm dicitur, in quo mihi complacui, commendatur à ſpeciali complacentia. Sed nota, quod placitum eſt quieta voluntas: vnde complacui, id eſt, cum Spiritu ſancto in Filio ſecundum naturam aſſumptam quieui.

CAPVT XIV.

De plenitudine gratia Chriſti.

Plenitudo in Chriſto triplex, & quæ. POſt hoc conſiderandum eſt verbum incarnatum, quantum ad plenitudinem chariſmatum ſpiritualium, quæ ſunt plenitudo gratiæ in affectu, plenitudo ſapientiæ in intellectu, ac plenitudo meriti in opere, & effectu. Circa primum notandum eſt, quòd in Chriſto à ſui conceptione fuit plenitudo gratiæ, quantum ad gratiam perſonæ ſingularis, & quantum ad gratiam capitis, & quantum ad gratiam vnionis: & hæc triplex gratia eſt eadem in eſſentia, ſed differunt in effectu. Gratia enim perſonæ ſingularis eſt gratia habitualis, quam habuit
Chriſtus fidem & ſpem non habuit, & quare, Quid fidei & ſpei ſuccedat. Chriſtus completiſſimè & pleniſſimè, excepta fide & ſpe, quas virtutes non habuit, ſed id quod eis in patria ſuccedit: quia fidei ſuccedit cognitio, ſpei verò ſuccedit comprehenſio rei. Sciendum autem, quòd prædicta gratia perſonæ ſingularis exuberat in Chriſto, ita quòd influit in membra corporis ſui myſtici ſenſum & motum ſpiritualem. Secundum fontalem plenitudinem omnis gratiæ in ipſo habitantis,
Caput eccleſia Chriſtus ſecundum vtramque naturam & quare. dicitur gratia capitis Chriſto ineſſe: vnde nota, quòd Chriſtus ſecundum vtramque naturam dicitur caput Eccleſiæ, quia non ſolum inquantum Deus, ſed etiam inquantum homo influit ſenſum & motum ſpiritus, & gratiæ in omnes qui adhærent ei, vel per fidem rectam, vel per fidei ſacramentum. Sed inquantum homo influit eam per motum meriti, & illud meritum quod non ſolum ex congruo, ſed etiam ex condigno influit membris gratiam, & hoc habuit ex vnione ad verbum. Ex prædictis collige, quòd Chriſtus inquantum homo dicitur caput eccleſiæ triplici ratione. Primò propter influentiam gratiæ, ſicut dictum eſt. Secundò, propter conformitatem naturæ quam habet caput ad membra: quia licet Chriſtus excellat membra ſua, quantum ad naturam diuinitatis, tamen conformis eſt illis in natura humanitatis. Tertiò dicitur caput metaphoricè, quia ſicut corpus Chriſti verum conſtat ex puriſſimis membris, ita corpus eius myſticum ex puris fidelibus. Nam de plenitudine Ephеſ. 1. eius omnes accipiūt beneficium gratiæ, & Ioan. 1.
ſpiritus, qui ad eum accedunt, vel per fidem rectam, vel per fidei ſacramentum. Alia ratione ſecundum quòd homo dicitur caput eccleſiæ, ſcilicet propter naturæ conformitatem, quam caput habet ad totum corpus, vt ſupra dictum eſt. Præterea ſecundum quod eadem gratia ſingularis perſonæ quæ habilitauit humanam naturam Chriſti ad vnionem verbi, vt videlicet digna eſſet vniri tantæ celſitudini, vocatur gratia vnionis, per quam Chriſtus ipſe non tantum fœlicitate gloriæ, verum etiam adoratione latriæ dignus fuit. Attamen inquantum eſt conſtructio tranſitiua, cum dicitur, gratia vnionis eſt vnio humanæ naturæ ad diuinam naturam quæ gratis & ſine meritis data eſt humanitati Chriſti, aliud eſt gratia, aliud eſt vnio. Sicut enim differt gratia habitualis à gratia perſonali & à gratia capitis: ſic vnio differt à gratia habituali: propter quod dicitur in Ioanne, quòd ſpiritus ſanctus datus Ioan. 3.
eſt ei non ad menſuram: quod dupliciter exponitur. Primò ſic, non ad menſuram, id eſt totaliter & non particulariter; vt quicquid potuit Deus ei de ſpiritu ſancto dare, dedit ei: ſecundò ſic, non ad menſuram, id eſt ſuper omnem proportionem reſpectu aliorum hominum. De hoc quoque quod dicit Ioannes, plenū gratię & veritatis, nota quòd quintuplex Ioan. 1.
diſtinguitur plenitudo. Prima eſt ſufficientiæ, *Plenitudo*
quæ in quolibet iuſto reperitur. Secunda eſt *gratia quintuplex.*
copiæ, quæ fuit in Apoſtolis. Act. 2. Repleti sūt omnes, &c. & in Stephano Act. 7. Stephanus plenus gratia & fortitudine. Tertia eſt vniuerſalitatis quæ eſt in eccleſia, cui nullum donum deeſt. Quarta eſt excellentiæ, quæ fuit in beata virgine, quæ omnes ſanctos excedebat in gratia. Ecc. 24. In me omnis gratia. Luc. 1. Aue gratia plena. Quinta ſupereffluentiæ, quæ fuit in Chriſto. Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Circa innocentiam Chriſti hoc ſciendum eſt, quod habuit immunitatem omnis culpæ, & quantum ad actum, & quantum ad poſſe: quia non peccauit, nec peccare potuit, nec peccatum originale à patre traxit, quia patrem non habuit carnalem, nec à matre habuit peccatum, quam Spiritus ſanctus totaliter à fomite liberauit.

* * *

CAPVT XV.

De plenitudine ſapientiæ Chriſti.

Modi cognoſcendi in Chriſto quot.

SIcut in Chriſto fuit omnis plenitudo gratiæ, ita & omnis plenitudo ſapientiæ, non ſolum qoantum ad cognitionem, verum etiam quantum ad modos & differentias cognoſcendi, qui ſunt quinque. Primus eſt cognitio ſempiternalis ex parte diuinitatis, & hoc modo cognoſcit omnia ſimul, ſcilicet finita, & infinita, quia apud Deum omnis infinitas eſt finita. Deus enim videt multa in vno, ſcilicet in ſeipſo: vnde noo deffert ibi quod videt, & per quod videt: quia ſe per ſe, & in ſe videt omnia: non ſolum quæ fecit, ſed etiam quæ facere poteſt, quæ ſunt infinita. Secundus modus eſt cognitio ſenſualitatis ex parte carnis, & iſte modus eſt cognitio per experientiam, quia Chriſtus non ſenſit omnia ſimul: quia ſenſus non eſt perceptiuus rerum, niſi ad præſentiam obiecti. Tertius modus eſt ſpiritualis ex parte mentis: & iſte triplex fuit, ſcilicet per naturam, per gratiam, & per gloriam. Per naturam eſt igitur tertius modus cognoſcendi, quo Chriſtus cognouit omnia, quæ ſpectant ad vniuerſi conſtitutiooem, ſed longe excelleorius, quam Adam, etiam exiſtens in oatura inſtituta. Quartus modus eſt per gratiam, hoc modo Chriſtus cognouit omnia, quæ ſpectant ad humani generis redemptionem, longè tamen excellentius, quam aliquis prophetarum, vel etiam Angelorum. Non ſolum enim habuit Chriſtus ſcientiam per habitum innatum, vt Adam & Angeli, ſed etiam per habitum infuſum, velut ſancti per gratiam illuminati. Cognitionem non haboit per babitum acqoiſitum, qui propter imperfectionem in ipſo non fuit. Quintus modus eſt per gloriam, hoc modo cognouit omnia Chriſtus: finita quidem cognitione actuali, infinita verò oon niſi cognitione habituali, vel exceſſiua. Anima enim Cbriſti per gloriam comprehenſionis capiebat quæcunque capere poteſt natura finita, vnita infinito. Siendum ergo, quòd res dupliciter habent cognoſci, in arte ſcilicet, vel ab ipſo artifice, vel ab alio artem contemplante. Vtroque modo cognouit Chriſtus res. Primo modo per naturam diuinitatis, ſecundo modo per gloriam comprehenſionis. Parent igitur ex præmiſſis quinque differentiæ cognitionis quæ erant in Chriſto. Per primum enim modum habuit cognitionem vt Deus, per ſecundum vt bomo, per tertium vt viator, per quantum vt illuminator, per quintum vt comprenhenſor. Chriſtus ſecundùm vtranque naturam dicitur lux, quia ſecundom diuinitatem illuminat intus animam, & ſecundum humanitatem informat exterius vitam, & hoc tripliciter, ſcilicet miraculis, prædicationibus, & exemplis. Primum eſt potentiæ, ſecundum ſapientiæ, tertium bonitatis. Nota præterea, quod ſcientia Chriſti hominis lympidiſſima eſt inter ſcientias creatas, quia nihil babet admixtum de ſuo contrario vel actu, vel potentia: præſertim cùm non poſſit aliquid ignorare propter ſui vnionem ad verbum: tamen quia anima Chriſti creatura eſt, non eſt ſcientia eius ita lympida ſicut Dei, quamuis ſcit omnia, ſicut Deus. Quod dicitur, Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate coram Deo, & hominibus: non eſt intelligendum, qoòd in ſe profecerit, quia ab inſtanti conceptionis ſapientia plenos fuit: ſed potius in aliis, qui doctrina ſua & exemplo profecerunt, & hoc coram Deo, id eſt, ad gloriam Dei: & hominibus, id eſt, ad vtilitatem hominum. Proficiebat tamen Ieſus eriam in ſe cognitione experimentali & ſenſuali, quia ſecundum Apoſt. didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam.

Chriſtus lux & quomodo.

Luc. 2. Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, quomodo intelligatur.

CAPVT XVI.

De merito Chriſti.

Hebr. 5. Chriſtus fuit ſimul viator, & comprehenſor ab inſtanti ſuæ conceptionis.

SImul fuit Chriſtus viator, & comprehenſor ab inſtanti conceptionis ſuæ. Ex tunc enim cœpit mereri & frui. Meruit autem inquantum viator, non inquantum comprehenſor. Perfectio aotem & plenitudo meriti Chriſti notatur in iſtis. Primò, quantum & eum qui merebatur, quia non tantùm erat bomo, ſed etiam Deus. Secundò, quantum ad tempus, quo merebatur, quia ab inſtanti conceptionis ſuæ vſque ad horam mortis. Tertiò, quantum ad id, per quod merebatur, quia per habitum perfectiſſimæ charitatis, & per exercitium perfectiſſimæ virtutis. Quartò, quantum ad eum cui merebatur, quia non tantum ſibi, ſed etiam nobis. Omnibus enim operibus, quæ procedebaot ex libero arbitrio, meruit ſibi vitam æternam iam habitam, & nobis habendam. Quintò, quantum ad id quod merebator nobis, quia veniam, & gratiam, ſtolam quoque carnis, & apertionem ianuæ cœleſtis. Ante incarnationem Chriſti diabolus habuit manum attrahentem, & manum impellentem. Attrahentem dico potenter io culpam: impellentem autem fine obſtaculo ad lymbum in pœnam. Sed Chriſtus primam manum ſoo merito debilitauit. Secundam verò penitus amputauit. Igitur in merito Chriſti radicata ſunt omnia merita noſtra, ſiue ſatisfactoria pœnæ, ſiue meritoria vitæ æternæ, quia nec ob offenſa creatoris digni ſumus abſolui, nec immenſitatem pręmij quod Deus eſt, digni ſumos aſſequi, niſi per meritum hominis Dei. Sextò, quantum ad id quod merebatur ſibi, quia licet non mereretur glorificationem mentis, quam iam habebat, meruit tamen ſibi per humilitatem paſſionis accelerationem reſurrectionis, glorificationem ſui nominis, & dignitatem iudiciariæ poteſtatis, ſicut ait Apoſt. ad Phil. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem. Et ſequitur. Propter quod & Deus exalt. il. quoad primum, & dedit illi nomen, &c. quoad ſecundum, vt in nomine Ieſu omn. gen. flect. quoad tertium. Septimò, quantum ad modum, quo merebatur. Dicitur enim mereri quis tripliciter, ſcilicet de indebito faciendo debitum: vel de

Moruit Chriſtus & quomodo.

Quid meruit Chriſtus nobis.

Manus diaboli duplex.

In merito Chriſti noſtra merita radicata.

Quid ſibi meruit Chriſtus.

Modus merendi in Chriſto.

de debito magis debitum: vel de debito vno modo, faciendo debitum alio modo. Primo vel ſecundo modo meruit nobis, & non ſibi, quia non poterat facere ſibi de indebito debitum, vel de debito magis debitum, cùm à principio fuerit ſanctiſſimus, nec in ſanctitate proficere potuerit. Tertio verò modo meruit ſibi, quia bonum gloriæ, quod ſibi fuit debitum per gratiam vnionis, fecit ſibi debitum alio modo, ſcilicet, per virtutem bonæ operationis: meruit enim ſibi vitam æternam iam habitam ſicut nobis habendam.

CAPVT XVII.

De voluntate Chriſti.

Voluntas Chriſti duplex. Voluntas in Chriſto duplex fuit, ſcilicet creata, & increata. De voluntate increata ſuprà lib. 1. dictum eſt: ſed creata voluntas eius duplex fuit, ſcilicet rationis, & ſenſualitatis. Adhuc voluntas rationis duplex eſt, ſcilicet, rationis, vt ratio eſt: & rationis, vt natura eſt, voluntate rationis, vt ratio eſt, conformauit ſe in omnibus voluntati increatæ, ſed voluntate rationis vt natura eſt, & voluntate ſenſualitatis voluit aliquid proprium, quod noluit voluntate rationis vt ratio eſt, ſcilicet non mori: & in hoc iſtæ voluntates non fuerunt ſibi contrariæ, licet volita contraria fuerunt: quoniam ſecundum voluntatem diuinam Chriſtus quod iuſtum erat voluit, ſed voluntate rationis iuſtæ conſenſit: ſecundùm verò voluntatem carnis pœnam recuſauit: & ſic vnaquæque voluntas quod ſuum erat tenuit, ſcilicet, voluntas diuina iuſtitiam, voluntas rationis obedientiam, voluntas carnis naturam, id eſt, pœnæ recuſationem. Vnde patet, quòd aliquid velle eſt illicitum rationi, quod non eſt illicitum ſenſualitati, ſicut fuit in Chriſto velle non mori. Quamuis autem voluntas non moriendi fuerit cauſaliter à ſenſualitate, fuit tamen occaſionaliter à ratione: quia Chriſtus ſicut voluit, fecit aliquid horribile venire in imaginem & æſtimationem, quo facto naturaliter mortem refugit. Hoc autem voluit propter noſtram inſtructionem: & ſic ratio pro ſenſualitate aduocauit dicens: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte, & hæc petitio fuit tam ſenſualitatis, quàm rationis, ſed ſenſualitatis fuit tanquam affectantis, rationis autem tanquam proponentis: & hoc Chriſtus fieri voluit ad triplicem inſtructionem noſtram. Prima eſt vt ſciamus non eſſe peccatum aliquid velle ex ſenſualitate, quod eſt contrarium diuinæ voluntati. Secunda eſt, vt martyres Chriſti non deſpereat ſi mortem horreant, cum illam etiam filius Dei horruerit. Tertia eſt, vt diſcamus diſcretè petere, ſcilicet ſupponendo voluntatem noſtram voluntati diuinæ: & hoc notatur in conditione appoſita, ſi fieri poteſt, & ibi, Veruntamen non ſicut ego volo.

Luc. 22. Matt. 26.

Mat. 26.

CAPVT XVIII.

De defectibus, quos aſſumpſit.

Non ſolùm Chriſtus aſſumpſit humanam naturam, ſed etiam defectus circa naturam, quos videlicet ipſum decuit aſſumere: vnde cùm pœnæ ſint exercitatiuæ virtutis perfectæ, & reſtitutiuæ humanæ naturæ, non ſimulatè aſſumpſit pœnalitates tam corporales, quàm ſpirituales, quæ reſpiciunt noſtram naturam in communi, ſicut famem, & ſitim ex abſentia alimenti, triſtitiam & dolorem in præſentia nocumenti, & huiuſmodi, vt eſt calor, frigus, laſſitudo, &c. Nec omnes defectus corporales aſſumpſit, ſicut ſunt defectus ægritudinum multiformium: nec omnes defectus ſpirituales, ſicut ſunt peccatum, ignorantia, rebellio carnis ad ſpiritum. Præterea, quia nullus innocens debet inuitus pœnam ſuſtinere, cùm hoc eſſet contra ordinem diuinæ iuſtitiæ: Chriſtus ſic pœnalitates ſuſcepit, vt tamen pati non poſſet inuite, quia paſſio ſua, nec fuit contra ordinem diuinæ voluntatis, nec contra ordinem rationis, licet fuerit contra voluntatem ſenſualitatis & carnis. Dicimus etiam, quòd Chriſtus verè timuit, & verè doluit, & verè triſtis fuit prout iſta notant propaſſionem non ſecundum quod ſignificant paſſionem. Differt autem propaſſio à paſſione: quia tunc affectio dicitur propaſſio, quando anima ſic afficitur, quòd oculum mentis nequaquam turbat: paſſio verò dicitur quando ita fortis eſt, quod oculum mentis turbat, & facit à rectitudine, vel à Dei contemplatione deuiare, & tunc ratio læditur & patitur, vnde differunt iſta duo, ſicut diſpoſitio & habitus.

Math 4. Ioan 4. & 10.

Propaſſio & paſſio differunt.

CAPVT XIX.

De paſſione Chriſti.

Circa paſſionem Domini commendamus in opere patientiam inſuperabilem, in modo humanitatem admirabilem, in cauſa charitatem inæſtimabilem. Circa corpus nota, quòd Chriſtus ſuſtinuit in tactu clauorum aſperitatem. In auditu opprobriorum confutationem. In guſtu aceti & fellis amaritudinem. In oculis lachrymarum effuſionem. In corde timorem. De modo patiendi hoc tenendum eſt, quòd Chriſtus paſſus eſt paſſione generali, quia ſecundum omnia membra corporis Iſa. 53. Vidimus eum non habentem ſpeciem neque decorem. Item paſſione acerba. Thren. 1. O vos omnes qui tranſitis per viam. Fuit Chriſti paſſio maxima, tum ratione intenſionis, propter optimam diſpoſitionem ipſius patientis, tum propter innocentiam eius, tum propter honoris eius excellentiam. Honorabilis enim ſi confunditur, plus læditur & præcipuè inter ſuos. Item grauis fuit eius paſſio propter ipſius virtuoſitatem, quia homo vilis de morte ſua dolere

Commendabilia circa Chriſti paſſionem.

In omnibus ſenſibus Chriſtus ſuſtinuit pro nobis & quid.

lere non debet, cum turpitudo ſua tunc finem capiat. Item propter ignominioſam paſſionem. Iſa.53. Vidimus eum deſpectum, &c. Hæc autem ignominia attenditur in patibulo crucis, quæ fuit ſupplicium peſſimorum: & in cooſorrio iniquorum, ſcilicet latronum cum quibus erat deputatus. Curat autem Chriſtus paſſione generali infectionem vniuerſalem, paſſione acerba libidinem, paſſione ignominioſa ſuperbiæ præſumptionem. In cauſa paſſionis attenditur charitas maxima, qua nos liberauit ab inferno, veniam dando, qua nos renouauit, gratiam largiendo, qua cœlum aperuit, gloriam conferendo. Hæc tria notantur in titulo crucis. Nam propter primum dicitur Ieſus, propter ſecundum dicitur Nazarenus, quod interpretatur candidus: propter tertium, rex Iudæorum.

Chriſtus ſanguinem ſuum fudit & quoties. Luc.2.& 22. Ioan. 19.

Chriſtus ſex vicibus ſanguinem ſuum fudit, quinquies viuus, & ſemel mortuus, ſcilicet in circunciſione, in oratione, in coronatione, in flagellatione, in crucifixione, in lanceatione. Per primum docemur peccata abiicere, per ſecundum mentis anguſtiam pro ſalute noſtra tenere, per tertium animam noſtram virtutibus ornare, per quartum carnem noſtram domare, per quintum membra noſtra mandatis Dei ligare, per ſextum vulneratum cor amore Dei habere.

Separatio animæ, & corporis non ſeparauit ab vtroque diuinitatem.

Chriſtus ſi paſſus non fuiſſet, an ſenio defeciſſet.

Poſtremò, quia iſtæ paſſiones non attingebant in Chriſto diuinam naturam, ſed humanam ideo in morte Chriſti facta eſt diuiſio animæ ſic à carne, vt tamen ſalua eſſet vnio tam carnis, quàm animæ cum diuinitate. Hoc etiam ſciendum eſt, quòd Chriſtus ſi paſſus non fuiſſet, tamen ſenio defeciſſet, quantum pertinebat ad conditionem humanæ naturæ in ſe conſideratæ, ſine vnione: ſed in poteſtate naturæ vnitæ fuit, vel ſic deficere, vel non deficere.

CAPVT XX.

De effectu paſſionis Chriſti.

Effectus paſſionis Chriſti multiplex eſt, ſicut patet in his verſibus.

Paſſio debilitat, ſpoliat, informat, honorat,
Excitat, inflammat, reparat, pacem dat, & armat,
Sanat, viuificat, ducit, dulcorat, obumbrat,
A culpa reuocat, reſerat, illuminat, ornat.

Primo, paſſio Chriſti debilitat virtutem dæmonum. Iob 20. Quaſi in hamo capiet Leuiathan. Spoliat infernum. Iſa.8. Voca nomen eius, ſpolia detrahe. Informat per exemplum. 1. Petr.4. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis rel. exemplum: vnde Chriſtus eſt quaſi liber poſitus in pulpito crucis, vt diſcamus obedientiam, patientiam, humilitatem, & charitatem. Diſce autem ſpecialiter quomodo ſe habuit in capitulo quod ſibi tenebatur, vnde Bern. Stetit Ieſus corã præſide inclinato capite, vultu placido, ſermone raro, voce ſubmiſſa, deflexis in terram aſpectibus, paratus ad òpprobria, ad verbera promptus. Honorat imitatores ſuos. Eſther 6. Sic honorabitur quem rex voluerit honorare. Excitat ad pugnam ſpiritualem. 1. Machab.6. Oſtenderunt elephantibus ſanguinem. Inflammat ad diligendum. Bernard. Super omnia te mihi reddit amabilem, bone Ieſu, calix quem bibiſti, opus redemptionis noſtræ. Reparat naturam angelicam. Ipſe enim Chriſtus eſt lapis angularis, qui fecit vtraque vnum. Epheſ. 2. Pacem dat inter Deum & hominem, & inter Angelum & hominem, & inter hominem & hominem. Eccleſ.44. In tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Armat contra mundum, carnem & diabolum: vnde ſignificatur per clypeum, quem leuauit Ioſ. 8. contra Hain. Ioſue 8. Sanat mentis vulnera. Num.21. Aſpicientes in ſerpentem æneum ſanabantur. Viuificat ſpiritualiter. Apoſt. ad Epheſ.2. Cùm eſſemus mortui peccatis, conui, &c. Auguſt. Mortuus eſt vnicus, ne maneret vnicus. Ducit per mare huius mundi. Exod.4. de virga Moyſi. Dulcorat. Exod.15. de ligno miſſo in aquas Marath. Obumbrat. Can.2. Sub vmbra illius, quem deſideraueneram, ſedi. A culpa reuocat. Iſa.53. Attritus eſt propter ſcelera noſtrá. Reſerat cælum. Iſa.22. Dabis clauem Dauid. 1. Crucem ſuper humerum eius. Illominat, vnde crux eſt quaſi candelabrum tabernaculi. Item Tob. 11. illuminatus eſt per fel piſcis. Exod. 15. Ornat, vnde dixit beata Agnes: Et ſanguis eius ornauit genas meas. Chriſtus paſſione ſua vicit diabolum, quem ligauit: infernum, quem ſpoliauit: mortem, quam ſuperauit: mundum, quem contempſit: ſupplicium, quod pertulit: cælum, quod aperuit. Paſſio Chriſti tollit 7. vitia capitalia.

Omnia peccata paſſione Chriſti tolluntur.

Tollit enim ſuperbiam capitis inclinatio, per quam videbatur titulum crucis fugere, in quo ſcriptum erat, Rex Iudæorum: inuidiam, brachiorum extenſio, quaſi ad amplexum inuitans: auaritiam, multorum erogatio, quæ in paſſione tradidit. Bern. Diſce, Chriſtiane, quantum debeas diligere Chriſtum, qui dedit nobis carnem ſuam in cibum, ſanguinem ſuum in potum, animam in pretium, aquam lateris in lauacium, veſtem crucifixoribus, corpus diſcipulis, matrem Ioanni. Acediam, feſtinatio ad paſſionem. Iram, mollis reſponſio. Gulam, fellis & aceti potatio. Luxuriam, lateris vulneratio.

Gratia mirabilis in redemptione noſtra.

In redemptione noſtra fuit gratia mirabilis. Primò ex parte motiui, quia charitas Dei vidit, quod nec per amicos, nec per pretium poteramus nos redimere: propterea fratrem noſtrum ſe fecit, noſtram naturam aſſumendo, & pretium dedit, ſanguinem ſuum pro nobis fundendo. Redime me Domine, & miſerere mei, quia vnicos, id eſt, non habens amicos, & pauper, id eſt, non habens pretiom, ſum ego. Pſal. 4. Secundò ex parte redimentis, qui cùm liberare non poſſet ex potentia, fecit hoc potius ex miſericordia, vt ad amorem ſuum nos adſtringeret, & iuſtitiæ ſuæ ſatisfaceret. Tertiò ex parte redempti, qui opprimebatur criminum ſeruiture, & detinebatur in carcere. Sed contra primum, magnum erat quòd filius ſeruus fieret, & ſeruus fieret liber. Exod. 13. Contra ſecundum magnum fuit, quòd Dominus ad carcerem lymbi deſcenderet, vt ſeruus exiens cælum aſceoderet. Quartò ex parte iuſtitiæ, quia nulla iuſtitia dictabat, vt innocens puniretur pro reo. Quintò ex parte excellentiæ diuinæ, quia mirum erat, quòd impretiabile ponebatur ſub pretio vilis creaturæ. Sextò ex parte pretij dati. Si enim redemiſſet nos ſole, 1. Cor. 6.

adhuc

adhuc ad gratias teneremur : nunc autem redemit nos anima, corpore,& vita, vt nihil horum ſibi ſubtraheremus. Circa paſſionem Domini nota ſeptem ſuauitates, ſcilicet capitis inclinationem ad oſculum, in ſignum noſtræ reconciliationis. Brachiorum extenſionem ad amplexum, in ſignum receptionis in gratiam de peccato redeuntis. Lateris apertionem propter effuſionem pretij noſtræ redemptionis & ablutionis. Exiuit enim ſanguis.& aqua. Clauorum in manibus & pedibus infixionem, propter memoriam noſtræ recordationis. Iſa. 49. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum ? Corporis denudationem, in exemplum noſtræ confeſſionis, quæ ſcilicet debet eſſe nuda. Crucis portationem, in exemplum noſtræ imitationis. Coronæ ſpinæ impoſitionem, in figuram noſtræ glorificationis. De effectu paſſionis Domini, ait Auguſt. Per redemptoris noſtri mortem de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de exilio ad patriam, de luctu ad gaudium, de terris ad cœleſte regum vocati ſumus. Item dicit Aug. quòd Chriſtus fuit ſacerdos, per quem reconciliati ſumus, fuit templum, & hoſtia qua reconoiliati ſumus, fuit Deus, cui reconciliari ſumus. Chriſtus fuit mediator populi Iudaici & Gentilis, & ſecundum hoc dicitur lapis angularis. Item hominum & Angelorum, & ſecundum hoc dicitur pacificus. Item Dei & hominum,& ſecundum hoc dicitur Redemptor. Bernar. Quid vltra debuit facere, & non fecit ? Abſoluit vinctum, illuminauit cæcum, reduxit erroneum, reconciliauit reum. Item Aug. Ecce pro impio pietas flagellatur, pro ſtulto ſapientia illuditur, pro mendace veritas negatur, pro iniquo damnatur iuſtitia, pro crudeli miſericordia affligitur, pro miſero ſinceritas repletur aceto, dulcedo felle imbuitur, pro mortuo vita moritur. Chriſtus pro noſtra infirmitate medicinas accepit in ſe. Curauit enim nos per diætam, quando ieiunauit quadraginta diebus, &c. Per ſudorem, quando factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis. Per minutionem, quando fuit clauis & lancea vulneratus. Per potionem quando guſtauit acetum cum felle mixtum. Per emplaſtrum quando eius facies fuit ſputis illita. Per electuarium, quando corpus & ſanguinem dedit in cœna diſcipulis.

Suauitates in Chriſti paſſione.
Ioan. 19.
Effectus paſſionis mirabiles.
Pſal. 117.
Coloſſ. 1.
Iere. 50.
Chriſtus medicinas pro noſtra curatione aſſumpſit in ſe, & quomodo.
Luc. 22.
Iere. 10. & 20.
Marc. 15.
Matt. 27.
Luc. 22.

CAPVT XXI.

De cruce Domini.

IN cruce Chriſti notantur hæc. Supplicium, quo nullum maius. Thre. 1. O vos omnes qui tranſitis per viam, &c. Nullum maius dico ex eo quod paſſus eſt ipſe iuſtus pro iniuſtis, ab iniuſtis, cum iniuſtis, ex iniuſtis cauſis, ſub iniuſtis iudicibus, & iniuſtis pœnis. Opprobrium, quo nullum vilius. Sap. 3. Morte turpiſſima condemnemus eum. Pretium, quo nullum conuenientius, quia ſicut per lignum venit culpa, ſic & per lignum redemptio. Myſterium, quo nullum, profundius. Epeſ. 3. Vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, &c. quod expoſuit Auguſt. de cruce. Exemplum, quo nullum perfectius. 1. Petr. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, &c. Crux multis rebus cõparatur. Ipſa enim eſt clauis cœli, vectis arcæ, nauis maris, arbor Danielis, palma fructuum, ferculum Salomonis, baculus Iacob, quo tranſiuit Iordanem. Speculum imitationis. Scala aſcenſionis. Hamus, quo Leuiathan capitur. Torcular, quo Chriſti ſanguis exprimitur, Cithara, qua dæmon Saulis compeſcitur. Palus, in quo ſerpens æneus ſuſpenditur. Thau, quo frontes fidelium ſignantur. Candelabrum, quo tabernaculum illuminatur. Lignum, aquas Marath dulcorans. Virga Moyſi per mare rubrum populum Dei ducens. Gladius impium Goliam decapitans. Vexillum ad pugnam ſpiritualem colligens. Cathedra diſcipulos Chriſti erudiens, equus Dei amicos honorans. Clypeus Ioſue, Hai impugnans. Liber, myſteria profunda continens. Altare accepriſſimam oblationem recipiens. Septem verba Chriſtus in cruce protulit. Primum, Pater ignoſce illis. Secundum, hodie mecum eris in Paradiſo. Tertium, mulier ecce filius tuus. Quartum, ſitio. Quintum, Eli; Eli, lammazabatani, Sextum, Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Septimum, conſummatum eſt. Per primum docemur iniurias dimittere. Per ſecundum petentes exaudire. Per tertium parentes honorare. Per quartum ſalutem noſtram deſiderare Per quintum ad Deum in neceſſitatibus clamare. Per ſextum auxilium noſtrum in Deo ponere. Per ſeptimum vitam noſtram ſine debito conſummare. Quatuor brachia crucis ſignificant quatuor virtutes, quibus extendi debet homo noſt r interior. Signat enim pars ſuperior charitatem, inferior humilitatem, à dextris obedientiam, à ſiniſtris patientiam. Item in quatuor brachiis crucis notantur beneficia crucis. Signat enim pars ſuperior ianuæ cœleſtis apertionem inferior inferni deſtructionem, à dextris gratiæ collationem, à ſiniſtris peccatorum remiſſionem. Quatuor ligna fuerunt in cruce, ſicut dicit magiſter in hiſto. Pes namque crucis fuit de cedro. Stipes de cypreſſo. Tranſuerſale de palma. Tabula de oliua. Verſus.

Crux Domini palma, cedrus, cypreſſus, oliua.

Significat enim cedrus altitudinem contemplationis. Cypreſſus famam bonæ opinionis. Palma fructum iuſtitiæ. Oliua lenitatem miſericordiæ.

1. Petr. 3.
Iſa. 21.
Exo. 25.
Dan 4.
Cant. 7.
Gen 12. 28.
Sapien 7.
Iob. 40.
Iſa. 63.
1. Reg. 19.
Num 21.
Ezech 9.
Exod 25.
Exod. 15. 14.
1. Reg. 17.
Num. 2.
Ezec. 28.
Eſther 6.
Ioſue 5.
Deut. 31.
Exod. 19.
Leuit. 17.
Luc. 23.
Ioan. 10.
Matt. 27.
Matt 5 & 18.
Luc. 17.
Exod. 16.
Matt. 5.
Pſal. 24. 106 & 120.
Matt. 18.
Apoc. 5.
Pſal. 106.

CAPVT XXII.

De deſcenſu Chriſti ad inferos.

ANima Chriſti poſt mortem deſcendit ad infernum, ſiue ad limbum, ad liberationẽ eorum, qui Chriſti membra exiſtentes de hoc ſeculo tranſierunt. Diabolus enim dum manus in eum extendit, in quo nihil iuris habebat, merito in aliis amiſit poteſtatem. Alia cauſa quare Chriſtus ad inferos deſcendit, eſt vt tantus eſſet deſcenſus, quantus fuerat liberando-

Deſcendit anima Chriſti ad inferos, & quare.
Ioan. 14.

rum

tum caſus. Primus enim homo ſic in ſtatera liberi arbitrij poſitus fuerat, vt poſſet ad vitam æternam aſcendere, vel ad mortem deſcendere, prout vellet. Sed peccato peracto, ſic alterum brachium ſtateræ per onus culpæ depreſſum eſt, vt eſſet in imo inferni, alterum verò in ſummo cæli. Non autem aſcenderet brachium depreſſum, niſi deſcenderet brachium aliud. Deſcendit ergo Dominus vſque ad infernum, vt hominem captiuum eleuaret vſque ad cælum. Tertia ratio quare Chriſtus deſcendit ad infernum, eſt, vt ſicut viuus fuerat lumen mundi per præſentiam corporalem, ita mortuus eſſet inferni lumen per diuinitatis maieſtatem. Quarta ratio eſt, vt hoc idem Chriſtus exequeretur per efficaciam, quod paſſione ſua meruerat ſecundum ſufficientiam.

Duo meruit Chriſtus per ſuam paſſionem & quæ.

Duo quippe meruit per ſuam paſſionem, ſcilicet ſatisfactionem, & ianuæ apertionem: & ideò hæc duo effecit in deſcenſu ſuo ad inferos: quia per ſatisfactionem ſoluta ſunt vincula captiuitatis, per apertionem autem ianuæ facta eſt illuminatio ipſius carceris etiam ſecundum lucem exteriorem. Liberauit autem Chriſtus omnes illos qui meriti ſui capaces eſſe poterant, ſicut fuerunt ſancti patres, qui non propter reatum pœnæ perſonæ, ſed propter reatum naturæ detinebantur. Damnati autem huius meriti capaces non ſunt, neque parui in limbo detenti, quia de corpore Chriſti non ſunt nec per fidem, nec per fidei ſacramentum.

Quandiu fuerit anima Chriſti in inferno.

Luc. 23.

Dicendum eſt ergo, quod anima Chriſti per triduum mortis ſuæ cum ſanctis patribus in limbo fuit. Ibidem fuit & latro, cui Dominus dixit, Hodie mecum eris in Paradiſo, quia nomine Paradiſi intelligitur Dei fruitio, quia peracta Dei paſſione, tam ipſe latro, quà alij qui erant in limbo, viderunt Deum per eſſentiam.

Ad quem infernum deſcenderit Chriſtus.

Ad quem autem infernum Chriſtus deſcenderit, ſi ſcire volueris, nota quòd infernus ſumitur dupliciter, ſcilicet pro pœna, & pro loco pœnæ. Secundum primum modum dicitur, quòd dæmones infernum ſecum portant ſemper. Item prout infernus ſumitur pro loco pœnæ, quadrupliciter diſtinguitur. Vnus eſt infernus damnatorum, in quo eſt pœna ſenſus, & damni, ac tenebræ interiores & exteriores, id eſt, abſentia gratiæ, iſte ſemper habet luctum. Super hunc eſt limbus puerorum, vbi eſt pœna damni, & non ſenſus: & ſunt ibi tenebræ exteriores & interiores. Supra hunc locum eſt purgatorium, in quo eſt pœna ſenſus & damni ad tempus, & ſunt ibi tenebræ exteriores, & non interiores, quia per gratiam habent lucem interiorem, quia vident ſe eſſe ſaluandos. Supremus locus inter hæc eſt limbus ſanctorum patrum, vbi fuit pœna damni & non ſenſus, & fuerunt ibi tenebræ exteriores, & non tenebræ priuationis gratiæ. Ad hunc locum Chriſtus deſcendit, ac ſuos inde liberauit, & ſic infernum momordit, quia partem abſtulit, & partem reliquit: mortem verò quoad electos Deus penitus deſtruxit, ſicut dicitur Oſeæ 13. O mors, ero mors tua: ero morſus tuus ô inferne.

Quis infernus ſinus Abrahæ dicatur.

Hic quoque locus ſinus Abrahæ dicebatur, quia ibi Abraham fuit. Sed nunc cælum empyreum dicitur ſinus Abrahæ: quia iam eſt ibi Abraham. A nullo prædictorum locorum eſt tranſitus ad alium, niſi quòd olim à tertio ad quartum, hoc eſt, à purgatorio, ad limbum ſanctorum patrum.

Libera animas de pœnis inferni, quare cantatur in eccleſia.

Ex iam dictis patet quare cantamus, Libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu: quia infernus ibi ſumitur pro purgatorio, ſicut & ibi ſumitur pro limbo, quando dicitur Chriſtus ad inferos deſcendiſſe vel infernum deſtruxiſſe. Ex prædictis collige, quòd Chriſtus mortuus eſt in corpore, deſcendit ad inferos in anima, & ſurrexit in vtroque.

Chriſtus fuit totus in ſepulchro, & non totum.

Idem de inferno.

Dicendum eſt etiam, quòd Chriſtus illo triduo totus fuit in ſepulchro, ſed non totum: & totus fuit in inferno, ſed non totum: quia totus dicit perſonam, totum verò ſubſtantiam & naturam. Similiter dicendum, quòd quum vnio animæ cum corpore faciat hominem, Chriſtus in illo triduo non fuit homo, licet anima & caro vnita tunc eſſent cum verbo.

CAPVT XXIII.

De reſurrectione Chriſti.

Christus reſurrexit tertia die à mortuis, reſumendo corpus non tale quale prius habuit, ſed impaſſibile & immortale. Caro enim Chriſti, quæ in natiuitate floruit, in paſſione aruit, per gloriam reſurrectionis refloruit, & renouata eſt, vt aquilæ iuuentus Chriſti: tunc leo catulum ſuum ſuſcitauit: tunc phœnix renixit, tunc ſicut dicitur Ierem. 18. figulus ex eodem luto fractis vaſis fecit vas aliud, ſicut placuit in oculis eius. Tunc Ionas de ventre Ceti illæſus exiuit: tunc veſtitum eſt candelabrum auro: tunc ſuſcitatum eſt tabernaculum Dauid quod occidit: tunc refulſit Sol, qui prius erat in nubilo: tunc viuificatum eſt granum frumenti, quod cadens in terram mortuum fuerat: tunc ceruus reſumpſit cornua: tunc Samſon tulit portas cum poſtibus: tunc Ioſeph eductus de carcere tondetur, & conſtituitur Dominus Ægypti: tunc conſciſſus ſaccus circundatur lætitia.

Pſal. 101.
Gen. 49.
Rom. 9.
Ionæ. 2.
Matth. 12.
Exod. 37.
Amos 9.
1. Mac. 16.
Ioan. 12.
Iud. 16.
Pſal. 29.

Chriſtus quibus teſtimoniis probauerit reſurrectionem ſuam.

Luc. 24.
Ioan. 20.

Dominus probauit reſurrectionem ſuam eſſe veram per Angelos, qui non mentiuntur. Matth. 28. Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus, &c. Item per inimicos, quorum validiſſimum eſt teſtimonium. Matth. 28. Ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus Sacer. &c. Item probauit eam non arte magica factam, & hoc per comeſtionem. Item non eſſe phantaſtici corporis, & hoc per tactum. Item probauit in eodem corpore, quo paſſus eſt factam, & hoc per oſtenſionem cicatricum. Item probauit eam fuiſſe in corpore glorificato vnito deitati, & hoc per ingreſſum in domum ianuis clauſis. Item probauit eam multis apparitionibus.

Quoties apparuerit Chriſtus in die reſurrectionis, & quibus.

Apparuit enim ipſa die reſurrectionis quinquies. Primò Mariæ Magdalenæ. Ioan. 2. Mulier quid ploras? Secundò mulieribus redeuntibus à monumento. Matth. vlt. Tertiò Petro, ſed non inuenitur modus. Quartò duobus diſcipulis euntibus in Emaus. Luc. vltim. Quintò diſcipulis congregatis propter metum

Iudæorum,

Luc. 24.
Inter reſurrectionem & aſcenſionem quoties apparuerit Chriſtus, & quibus.
Marc vlt.
Quibus de cauſis reſurrexit Chriſtus.

Iudæorum, ianuis clauſis, quando Thomas non fuit cum eis. Ioan. 20. Item apparuit inter reſurrectionem & aſcenſionem quinquies, ſcilicet Thomæ cum alijs. Ioann. 20. Secundò diſcipulis piſcantibus ad mare Tiberiadis Ioan. 21. Tertiò diſcipulis in monte Thabor. Matth. vlt. Quartò in Hieruſalem. Quintò quando comedit cum diſcipulis, Matt. & Luc. vlt. & Actuum 1. Multis de cauſis ſurrexit Dominus. Vt ſcripturas impleret. Quando enim Dominus dixit, Ecce aſcendimus Hieroſolym. &c. Luc. 18. ſubiunxit, & die tertia reſurget. Vt nos ad ſurgendum ſpiritualiter prouocaret: quia turpe eſt vt ſedeat ſeruus, quando coram eo ſurgit Dominus. Vt futuram reſurrectionem eſſe probaret. Vt potentiam ſuæ diuinitatis oſtenderet, quia mortuos ſuſcitare non eſt opus naturæ, ſed potentiæ diuinæ. Non eſt enim regreſſus à priuatione ad habitum. Vt nos ad contemnenda terrena pro adipiſcenda tali gloria animaret. Surrexit Chriſtus velociter, quia tertia die. Nam ſicut ianuis clauſis ad diſcipulos intrauit, & ſicut ſalua virginitate de vtero matris exiuit, ſic eum mortuum nec petra in qua iacuit, nec militum cuſtodia potuit retinere integraliter, quia in corpore & anima. Socialiter, quia multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerunt. Æternaliter.

Rom. 6.
1. Theſſ. 4.
1. Cor. 15.
Ioan. 10.
Matth. 27.
Reſurrectio Chriſti, cauſa & figura noſtræ reſurrectionis.
Philip. 3.

Apoſt. ad Rom. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non, &c. Similiter ſurgendum eſt nobis ſpiritualiter, ſicut eis modis reſurgemus die iudicij corporaliter. Reſurrectio Chriſti eſt cauſa & figura noſtræ reſurrectionis ſpiritualis. Cauſa dico motiua, & hoc dupliciter, quia cauſa motiua eſt in comparatione noſtri. Dum enim conſideramus gloriam reſurrectionis Chriſti, mouemur ad ſurgendum in nouitate vitæ. Item cauſa motiua eſt in conſideratione Dei patris: quoniam pater dans reſurrectionem filio, mouetur ad dandam eandem gloriam fratribus ſuis: ſicut rex quando facit filium ſuum militem, mouetur amore filij, vt cum eo faciat multos milites. Figura verò fuit: quia ſicut Chriſtus ſurrexit in nouitate vitæ, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Item ſicut diem reſurrectionis Chriſti præceſſit dies

Rom. 6.
Coloſſ. 3.

mortis in Paraſceue, & dies quietis in ſabbatho ſequenti, ita gloriam reſurrectionis noſtræ præcedat in nobis mortificatio membrorum & vitiorum, & quies contemplationis æternorum. Nota, quòd ſicut duplex eſt mors, ſcilicet

Duplex mors, & duplex reſurrectio.

animæ per culpam, & corporis per extinctionem, ita duplex eſt reſurrectio, ſcilicet animæ per gratiam & corporis per gloriam. Et ſicut animæ mors cauſauit mortem corporis, ſicut habetur Gen. 3. ita è conuerſo reſurrectio animæ cauſabit reſurrectionem corporis glorioſam. Sciendum autem, quòd quidam reſuſcitantur fictè, ſicut Samuel, qui licet verè Sauli apparuerit, vt habetur primi Regum vigeſimoſeptimo: non tamen verè reſuſcitatus fuit, vt quidam dicunt. Quidam imperfectè, ſicut

Ioan. 11.
Luc. 24.

Lazarus iterum moriturus. Quidam perfectè, ſicut Chriſtus ſemper victurus. Prima reſuſcitatio ſignificat conuerſionem, ſiue pœnitentiam hypocritarum. Secunda recidiuantium. Tertia perſeuerantium.

CAPVT XXIV.

De Aſcenſione Chriſti.

Aſcenſio & aſſumptio differunt & euolatio, & quomodò.

Differentia eſt inter aſcenſionem, & aſſumptionem, & euolationem: quoniam aſcenſio pertinet ad Chriſtum, aſſumptio ad beatam virginem: euolatio autem ad alios ſanctos. Et ratio huius eſt, quoniam aſcenſio fit propria virtute aſcendentis, aſſumptio autem virtute Chriſti aſſumentis, qua filius obſequitur matri. Euolatio verò fit miniſterio Angelorum. Alia eſt differentia, quia locus euolantium eſt diſtinctio chororum. Locus verò aſſumptæ virginis eſt ſuper choros Angelorum. Locus verò Chriſti aſcendentis eſt ſupra vel vltra

Ioan. 3. & 14.
Octo circa aſcenſionem Chriſti conſideranda.

locum aſſumptæ Virginis. Circa aſcenſionem Chriſti octo ſunt conſideranda quæ circunſtant aſcenſionem, & colliguntur ex officio de aſcenſione. Primum eſt, quòd ſcilicet eleuatus eſt videntibus omnibus diſcipulis, vt deſiderium veniendi ad ipſum excitaretur in eis. Secundum eſt, quòd nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Per vmbram nubis figuratur, quòd in hoc mortali corpore Ieſum in alto videre

Luc 24.

non poſſumus. Tertium eſt, quòd eleuatis manibus ferebatur in cælum. Eleuauit autem manus propter duo, ſcilicet vt ſuos Patri offerret, & vt inimicos altè retracta manu percuteret.

Ibid.
Pſal. 46.

Quartum eſt, quòd benedixit eis, vt eos contra hoſtem muniret, & bonis cæleſtibus augeret. Quintum eſt, quòd aſcendit in iubilatione, quod refertur ad vocem iocunditatis redemptorum aſcendentium cum ipſo, qui prius voce lachrymabili in portis inferni clamauerunt: Adueniſti deſiderabilis, quem expectabamus in tenebris.

Ibid.

Sextum eſt, quòd aſcendit in voce tubæ, quod refertur ad ſonum prædicationis Apoſtolorum, qui ſonus fuit eis iniunctus, dicente Domino Matth. 28. Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. Ex tunc enim in omnem terram exiuit ſonus eorum. Septimum eſt,

Rom. 10.
Pſal. 18.

quòd aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, id eſt, captiuos captiuitate inferni; quos ſecum victor captiuos eduxit. Octauum eſt, quòd dedit dona hominibus: quia omnia bona noſtra deſurſum ſunt, quò Chriſtus aſcendit.

Epheſ. 4.
Pſal. 67.
Ibid.

Horum prima duo habentur ex Actibus, ſed tertium & quartum ex fine Euangelij ſecundum Luc. Quintum & ſextum ex Pſal. Item ſeptimum & octauum ex Pſal. Aſcendit Chriſtus regreſſus ad cælum multipliciter ſcilicet tanquam verus obediens completa obedientia, quoad patrem: tanquam bonus mediator facta pace, & concordia, quò ad homines: tanquam ſtrenuus propugnator contra dæmones. Aſcendit Chriſtus pluribus de cauſis, ſcilicet ad quieſcendum poſt labores quibus fatigatus fuit triginta tribus annis nobis

Actor. 1.
Quare Chriſtus aſcenderit ad cælum.

ſeruiens. Ad intercedendum pro amicis, pro quibus vtiliter laborauit. Bern. Securum acceſſum habes ô homo ad Deum, vbi habes filium mediatorem, & matrem interuentricem, Filius oſtendit patri latus, & vulnera: mater

oſtendit filio pectus & vbera. Ibi nulla poteſt eſſe repulſa, vbi tot concurrunt amoris inſignia. Chriſtus ergo optimus aduocatus eſt, qui tot habet linguas pro nobis loquentes, quot vulnera pro nobis accepit. Ad conquerendum de inimicis pro quibus vires ſuas inutiliter expendit. Iſa. 49. In vacuum laboraui. Item aſcendit Chriſtus, vt nobis locum præpararet. Ioan. 16. Vado vobis parare locum. Vt fiduciam in ipſum ſperandi nobis tribueret, vt in corporalem poſſeſſionem æternæ hæreditatis nos mitteret. Ioan. 16. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Vt deſiderium noſtrum poſt ſe traheret. Cant. 1. Trahe me poſt te. Vt viam nobis ad cælum oſtenderet, quia ſicut dicitur, Luc. vltim. eduxit Dominus prius diſcipulos ſuos foras ciuitatem in Bethaniam, vt ipſa eductione cognoſcerent ſe hîc non habere manentem ciuitatem. Quòd autem in Bethaniam eduxit eos prius, quæ interpretatur domus obedientiæ, ſignificat quòd per bonum obedientiæ tranſituri eſſent ad cæleſtia. Poſt hoc fecit eos tranſire in montem oliuarum, vt per montem intelligatur eminentia ſpiritus in contemplatione, per oliuas autem pinguiſſimi pectoris deuotio. Vlterius verò poſt iſta non reſtat niſi ſaltus animæ in cælum. Exaltatus autem fuit Chriſtus tripliciter, ſcilicet in terra per vitæ meritum: ſuper terram per crucis ſuſpendium: ſuper cælos per aſcenſionis iubilum. Aſcenſio Chriſti fuit Angelis mirabilis. Iſa. 63. Quis eſt iſte, qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſra? Dæmonibus terribilis. 1. Reg. 8 Non fuit tantum gaudium heri & nudius tertius. Væ nobis. Hæc ſunt verba Philiſtinorum quando vociferabantur filij Iſrael dum adduceretur arca fœderis in Sylo in caſtra, vt per eam haberent diuinum adiutorium in prælio. Hominibus ſalutaris, ſicut ſuprà patet de multiplici fructu aſcenſionis Chriſti. Aſcendit Chriſtus multipliciter, ſcilicet potenter: quia eleuatis manibus ferebatur in cælum. Patenter: quia videntibus illis eleuatus eſt. Gaudenter: quia aſcendit in iubilatione. Decenter: quia cum duabus turmis regrediebatur, ſcilicet hominum & Angelorum. Non autem dico, quòd ibi fuerint Angeli in adiutorium neceſſitatis, ſed in obſequium dignitatis. Homines quoque, illos dico, quos de inferis liberauit, & qui poſt reſurrectionem vſque ad aſcenſionem mortui ſunt de numero ſaluandorum, nec purgatorio vlterius indigentes. Clementer, quia benedixit eis. Chriſtus non ſtatim poſt reſurrectionem cælum aſcendit, triplici ratione. Prima, quia differenda erat aſcenſio vt multipliciter probaretur reſurrectio, vt dicitur Act. 1. In multis argumentis apparens eis per dies 40. Secunda eſt, vt patientiam noſtram informaret, quia mercedem debemus æquanimiter expectare, ſicut agricola non ſtatim poſt ſeminationem metit, ſed fructuum maturitatem expectat. Tertia eſt propter diſcipulorum conſolationem, vnde dicit gloſſa, Act. 1. Sicut 40. fuerunt horæ mortis Chriſti, ita 40. diebus cum eis conuerſatus eſt poſt reſurrectionem, quia conſolatio diuina excedit triſtitiam humanam. Nota, quòd Chriſto conuenit deſcendere de cælo tantummodo ſecundum diuinam naturam, quia Deus illuc venire dicitur, vbi ſpeciali effectu apparet: ſed aſcendere propriè ei conuenit ſecundum humanam naturam, quia ſecundum illam ſolummodo mutat locum, non ſecundum diuinam naturam.

Chriſtus optimus aduocatus.

Hebr. 13.

Exaltatus fuit Chriſtus, & quomodo.

Aſcenſio Chriſti mirabilis.

Act. 8.
Pſal. 46.
Geneſ. 31.

Luc. 28.
Chriſtus non ſtatim poſt reſurrectionem aſcendit, & quare.

CAPVT XXV.

De conſeſſu Chriſti ad dexteram.

AScendens Chriſtus in cælum, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Duo intelliguntur per dexteram. Primum eſt æqualitas maieſtatis, ad quam Chriſtus ſedet ſecundum diuinitatem. De hac dextera loquitur Apoſtolus dicens, Talem habemus pontificem, qui conſedet in dextera maieſtatis in excelſis. Secundum eſt, quod per dexteram intelliguntur potiora bona gloriæ in quibus Chriſtus ſedet ſecundum humanitatem, quoniam collatum eſt ei à Deo quicquid conferri potuit. Et licet ab inſtanti conceptionis Chriſtus accepit bona gratiæ & gloriæ in anima, eadem tamen bona fuerunt in aſcenſione manifeſtata, & in loci congruentia completa. De hac dextera dicitur ad Col. 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: vbi dicit gloſſa, quòd ſurſum vbi ſedet Chriſtus, ſunt potiora bona gratiæ, & gloriæ. Dicimus ergo, quòd aſcenſio Chriſti fuit tam ad locum, quàm ad dignitatem. Inquantum quidem fuit ad locum, ſic aſcendit ſuper omnes cælos, id eſt, ad digniſſimum locum cæli empyrei, ſiue ad altiſſimam eius partem, eò quod nobiliſſimo Chriſti corpori congruit locus talis. Non tamen eſt dicendum, quòd corpus ſuum ſit obligatum ad locum illum, ſed quia locus ille ſit ſibi ſecundum congruentiam deputatus. Inquantum autem aſcenſio fuit ad dignitatem, ſic ſedet ad dexteram patris, non tamen quoad ſitum, qui patri non conuenit, ſed quoad excellentiam duplicem, ſicut dictum eſt: quia per dexteram intelligitur vel æqualitas maieſtatis, quæ competit Chriſto ſecundum diuinitatem, vel perfectio præmij, quæ ſibi competit ſecundum humanitatem. Prætereundum quoque non eſt, quòd credimus Chriſtum ad dexteram Dei patris ſedentem. Stephanus autem vidit eum ſtantem à dextris Dei: quia nos credimus eum regnantem & quieſcentem, quod notatur in ſeſſione: ſed Stephanus in tribulatione poſitus habuit propugnatorem & ſuſceptorem, vnde vidit eum ſtantem. Meritò Chriſtus ſedere dicitur ad dexteram Dei. Sedere quidem, quia laborauit. Pſal. 87. In labore fui à iuuentute mea. Ad dexteram autem, quia diu fuit in ſiniſtra aduerſitatis. Pſal. 37. Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis, &c. Dei, quia poſt abiectionem meritò debet conſequi gloriam: quia qui ſe humiliat, exaltabitur.

Nomine dextera quid intelligatur.
Marc. 16.

Hebr. 8.

Super quos cælos aſcenderit Chriſtus.

Quomodo ſit in dextera patris.
Sedet & ſtat Chriſtus à dextris Dei, & quomodo.
Luc. 14.

LIBER

LIBER V.

De gratiarum ſanctificatione

CAPVT I.

De virtutibus & origine gratiæ.

QVEMADMODVM de cælis Deus non deſcendit per eſſentiam ſuam incommutabilem, ſed per influentiam ab ipſo manantem, ita nec ſpiritus rationalis eleuatur ſupra ſe per ſitum localem, ſed per habitum deiformem, vnde neceſſe eſt ſpiritui rationali, ſi debet eſſe dignus æternæ beatitudinis, quòd particeps fiat influentiæ bonitatis diuinæ.

CAPVT II.

De origine virtutum & gratiæ.

Ad bonum gratiæ qualiter perueniendum.
Ioan. 5.
Hominem ad gratiam gratum facientē ſe diſponere quomodo contingit.
Epheſ. 2.

AD bonum gratiæ non poteſt quis per ſe venire, cùm hoc non ſit ſecundum limites naturæ, ſed ſecundum influentiam largitatis diuinæ. Sicut enim creatura pro ſua defectibilitate ſuo principio ſemper eget, vt ſit in eſſe naturæ, ſic idem principium pro ſua bonitate influere nō ceſſat creaturæ rationali vitam ſpiritualem, vt bene ſit ei in eſſe gratiæ, quam habere non poteſt ſine Deo largitore. Veruntamen inexcuſabilis eſt homo ſi gratiam gratum facientem non recipit, quia gratia gratis data ſemper præſto eſt liberum arbitrium excitare & commouere, cuius eſt huic admonitioni conſentire: & hoc eſt quod in ſe eſt facere: quo facto poteſt homo ad gratiam gratum facientem ſe præparare. Quamuis enim gratia Dei ſic habeatur Dei dono efficiente, non tamen ſine libero arbitrio conſentiente: quia ſicut ait Auguſtinus, Qui creauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. Igitur gratia gratum faciens à tribus eſt, ſed aliter & aliter. Eſt enim à Deo efficiente, à gratia gratis data liberum arbitrium excitante & mouente, & à libero arbitrio conſentiente. Quamuis enim liberum arbitrium non poſſit gratiam efficere in homine, poteſt tamen ſe ad hoc habilitare, & præparare, vt habeat: ſicut aliquis non poteſt illuminare domum, poteſt tamen aperire feneſtram, quo facto ſol intrat & domum illuminat. Quod autem dico de libero arbitrio conſentiente, intelligo de adultis: quia in paruulis ſufficit fides parentum, & ſacramentum Eccleſiæ, & meritum Chriſti, & excuſat eos impotentia ſui. Sciendum etiam, quòd habilitatio ſiue præparatio ad gratiam triplex eſt, ſcilicet, efficiens, formalis, & materialis. Prima eſt à Deo. Secunda à gratia gratis data. Tertia à nobis. Anima namque habet facultatem & inſtrumentum & inſtinctum cognoſcendi & diligendi Deum ex natura, ſed non habet cognitionem veritatis, & ordinem dilectionis, niſi ex gratia. Ad opera bona tria nos incitant, ſcilicet lex naturæ, quæ ſcripta eſt in corde hominis, dicens. Quæ vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite, & cætera Ratio, quæ dicit ea eſſe delectabilia, vtilia & honeſta. Gratia, quæ dicit ſeruiendum eſſe Deo, quia ſummè bonus: ſubueniendum proximo, quia Dei filius, quia imago Dei, quia in beatitudine ſocius. Gratia non datur ei, qui ſe non habilitat ad gratiam: & de hoc multa habes exempla, ſcilicet, in illo qui ad largientem manum non extendit, quia Deus quantum in ſe eſt, dat omnibus affluenter. In illo qui contra lumen oculos claudit, cum Deus faciat oriri ſolem ſuum ſuper bonos & malos. In illo qui fontem reperiens, fundum vaſis ſurſum erigit, quia Deus, ſicut ait Auguſtinus, ingenti liberalitate atque libertatis vbertate replet omnes creaturas pro captu earum. In illo qui domum ſuam ſepit ſpinis, ne amicus ingrediatur. Ipſe verò Deus ſemper ſtat ad oſtium, & pulſat. In illo qui cantabrum & zizania non extirpat de agro ſuo, propter quod fructus proficere non poſſunt. In illo qui ligna igni ſubtrahit, quia tunc ignis deficit. In illo qui ad ſumendum cibum negligit os aperire, quia talis deberet meritò fame mori. In illo, qui tempore pugnæ arma proiicit, quia talis ſæpè capitur & vulneratur. In illo, qui mouere negligit remos tempore tempeſtatis, quia talis ſubmergitur. In illo, qui exiſtens in ægritudine medico contradicit. Gratia nobis procedit à Deo, ſicut radius à Sole, ſicut germen à radice, ſicut mel à flore, ſicut riuus à fonte, ſicut imago ab artifice, ſecundum exemplar interius, & facturam exterius.

Præparatio ad gratiam eſt triplex.
2. Cor. 5.
Incitant tria ad bona opera.
Tob. 4.
Math. 6.
Ioan. 1.
Geneſ. 1.
Matth. 22.
Iacob. 1.
Matth. 5.
Ierem. 13.
Apoc. 3.
Matth. 13.

CAPVT III.

De diſtinctione gratiarum.

Gratia multipliciter dicitur.

GRatia dicitur tripliciter. Primò generaliter, & ſic gratia eſt adiutorium diuinum creaturæ gratis impenſum, & indifferenter ad

quemcunque actum, quia ſine huiuſmodi adiutorio gratiæ uihil poſſumus facere, imò nec in eſſe durare. Secundò dicitur gratia ſpecialiter, & talis gratia dicitur gratis data, ſcilicet donum, quo ſe homo præparat ad ſuſcipiendum donum Spiritus ſancti. Huius enim gratiæ eſt reuocare liberum arbitrium à malo, & excitare ad bonum, ſine qua nullus facit ſufficienter quod in ſe eſt, vt præparet ſe ad ſalutem. Tertiò dicitur gratia propriè, ſcilicet donum diuinitus datum ad merendum: quod quidem donum gratia gratum faciens appellatur. Sine iſta gratia nullus poreſt mereri, nec in bono proficere, nec ad gloriam peruenire. Iſta triplex gratia ſumitur ex verbis Apoſtoli, vbi ait 1. ad Corinth. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum, ecce prima: & gratia eius in me vacua uon fuit, ecce ſecunda: ſed gratia eius ſemper in me manet, ecce tertia. Præter prædicta dicitur gratia gratias dans ſcilicet Deus. Item gratia gratiæ ſignum, vt eſt prophetia, & poteſtas faciendi miracula. Gratia gratum faciens diſtinguitur in operantem & cooperantem. Gratia operans dicitur præueniens, & incipiens, ac liberans, quia peccatum expellit. Gratia cooperans dicitur ſubſequens, & perficiens, ac adiuuans: quia liberum arbitrium adiuuat, & ei cooperatur in merito. Multipliciter diſtinguitur bonum. Eſt enim bonum per eſſentiam, & hoc eſt Deus. Vnde nemo bonus, niſi ſolus Deus. Eſt bonum per participationem, & illud diſtinguitur in bonum gratiæ, & in bonum naturæ. Vnde Aug. Omne quod eſt, inquantum eſt, bonum eſt. Geneſ. 2. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Item eſt bonum in genere, hoc eſt bonum in obiecto, ſicut eſt eleemoſyna. Nam ibi eſt actus in debita materia, etiamſi deſit forma ſubſtantiarum. Item eſt bonum ex circunſtantia, hoc autem eſt quando bonum ex genere veſtitur debitis circunſtantiis, ſicut eſt dare eleemoſynam indigenti, tempore debito, ex compaſſione, & huiuſmodi. Item eſt bonum virtutis, & hoc eſt quando additur operi perfectio ex parte operantis, quæ eſt per habitum mentis bene conſtitutæ. Item eſt bonum meritorium, hoc eſt quando additur ipſi operi debitus finis, hoc eſt, bona intentio ſuper motum naturalem. Item eſt bonum gratiæ, vt eſt ipſe habitus gratum Deo faciens. Item eſt bonum gloriæ, vt bonum remunerationis æternæ.

Ioan. 15. — *Gratia operans & cooperans.* — *Pſal. 58.* — *Bonum multiplex.* — *Mat. 10.* — *Bonum per eſſentiam.* — *Bonum per participationem.* — *Bonum in genere.* — *Bonum ex circunſtantia.* — *Bonum virtutis.* — *Bonum meritorium.* — *Bonum gratiæ.* — *Bonum gloriæ.*

CAPVT IV.

De effectu gratiæ.

Effectus gratiæ quid & qui.

EFfectus gratiæ eſt quòd excitat liberum arbitrium ad bene cogitandum, & ſanat ipſum mutando affectum, ipſúmque corroborat perducendo ad actum. Item gratia hominem Deo reconciliat, à peccato liberat, & pœnam æternam in temporalem commutat. Item gratia opera noſtra meritoria facit, & bona per peccatum amiſſa reſtituit, ac ſtabulum in palatium conuertit. Item per gratiam efficitur anima ſponſa Chriſti, filia regis æterni, & templum Spiritus ſancti. Item gratia ipſam animam purgat, illuminat & perficit. Item gratia mentem eleuat, Deo aſſimilat, & ſpirituali ſolatio cibat. Nota, quòd quamuis virtus gratuita ſimul inſit animæ cum gratia, non tamen habet effectum ſuum tam cito ſicut gratia: quoniam effectus gratiæ eſt facere gratum Deo, & facere dignum vita æterna, & hic effectus ſtatim ineſt puero poſt baptiſmum. Virtutis autem effectus eſt elicere actum meritorium de potentia, & hic effectus non ſtatim ineſt puero poſt baptiſmum. Hoc autem non eſt propter defectum virtutis, ſed propter impotentiam naturæ agentis. Puer enim non eſt aptus ad actus voluntarios. Vnde ſciendum, quòd triplex eſt perfectio. Prima eſt gratiæ, & cauſat gratuitum. Secunda eſt virtutis, & cauſat bonum actum. Tertia eſt operis virtutis, & cauſat meritum. Prima perfectio perficit animam, ſecunda perficit animæ potentias, tertia perficit ipſos actus.

Luc. 15. — *Luc. 10.* — *1. Cor. 6.*

CAPVT V.

De virtutibus, & primò quid ſit virtus.

NVnc de virtutibus eſt agendum & primò quid ſit virtus. Virtus eſt, vt ait Aug. bona qualitas mentis, qua bene viuitur, qua nullus malè vtitur, quam ſolus Deus in homine operatur. Hæc diffinitio datur in comparatione ad agentem. Item ſecundum Aug. Virtus eſt habitus mentis bene inſtitutæ, hæc datur in comparatione ad bonum in quo eſt. Item dicit Philoſophus: Virtus eſt habitus voluntarius in medioctitate conſiſtens quoad nos, terminata ratione prout ſapiens determinabit. Hæc diffinitio datur in comparatione ad actum circa quem eſt. Item Philoſophus: Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum: hæc datur ſecundum comparationem ad finem. Item Iſidorus: Virtus eſt naturæ habitus, animæ decus, vitæ ratio, morum pietas, cultus diuinitatis, honor hominis, æternæ beatitudinis meritum: hæc datur in comparatione ad effectum. Diffinitio Auguſt. ſic exponitur: Virtus eſt bona qualitas, hîc ponitur qualitas pro genere, bona verò dicitur ad differentiam malarum qualitatum animæ. Dicitur quoque bona, quoniam à bono Deo datur, & bonos tantum inhabitat, & bonos facit, & ad bonum perducit. Mentis ponitur ad differentiam qualitatum, quæ ſunt in corpore. Qua bene viuitur, ponitur ad differentiam qualitatum, quibus rectè intelligitur, ſicut eſt ſcientia. Qua nullus malè vtitur, ponitur ad differentiam qualitatum, quibus bene & malè vti poſſumus. Quam ſolus Deus operatur in homine, ponitur ad differentiam virtutum cardinalium, quæ habentur per acquiſitionem. Circa aliam diffinitionem. Aug. notandum eſt, quòd ibi ponitur habitus mentis bene inſtitutæ, & hoc ad ſimilitudinem regni, quod tunc bene inſtituitur, quando rectè conſulitur, & bene imperatur, & iuſtè obeditur.

Eodem

Eodem modo bene inſtituta eſt mens, ſi ratio rectè conſulit, ſi voluntas bene imperat, ſi ſenſualitas debito modo obtemperat. Etymologia virtutis hæc eſt. Virtus dicitur quaſi vis intus: & hæc vis conſiſtit in aggreſſione arduorum, in tolerantia aduerſorum, & in abſtinentia placitorum. Item dicitur virtus quaſi vitor nitens. Item dicitur virtus quaſi virum tuens. Item dicitur virtus quaſi viribus nitens. Item dicitur virtus quaſi viri ſtatus.

CAPVT VI.

De perfectione virtutum.

Virtus in medio, & quomodo.

CVm virtus in medio conſiſtat ſecundum Philoſophum, illud medium eſt in tribus, ſcilicet io agendis, in habendis, & in ſuſtinendis. In agendis, ſcilicet intra, ſupra, & circa modum. Apoſt. Rationale ſit obſequium veſtrùm. Rom. 12. In habendis ſcilicet inter ſuperfluum & indigentiam. Prouer. 30. Diuitias & paupertates ne dederis mihi. In ſuſtinendis, ſcilicet inter eleuari in proſperis, & deiici io aduerſis, vnde illud Deut. 5. Non declinabitis, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram. Multiplex eſt perfectio, ſcilicet ſufficientiæ: hanc habent omnes exiſtentes in charitate. Ordinis, huius proprium eſt ſeruare continentiam. Religionis, huius proprium eſt renunciare omnibus. Prælationis, ad hanc pertinet ponere animam pro ouibus ſuis. Securitatis, huius proprium eſt habere mortem in deſiderio, & vitam in patientia. Ad primam perfectionem tenetur quilibet, ad vltimam verò nullus tenetur: ſed ad tres medias tenentur aliqui ex voto, ex officio, &c. Virtus comparatur multis rebus, ſcilicet auro. Eccl. 2. Aurum probat fornax. Theſauro abſcondito. Matth. 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito. Gemmis. Eccl. 50. Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo. Armis. 2. Reg. 1. Quomodo ceciderunt fortes in prælio, & perierunt arma bellica. Arboribus. Matt. 7. Omnis arbor bona fructus bonos facit. De hoc Hugo de S. Vict. Arbor ſapientiæ per timorem ſeminatur, per gratiam irrigatur, per fidem radicatur, per deuotionem germinat, per deſideriũ creſcit, per charitatem roboratur, per ſpem viret, per circumſpectionem frondet, per diſciplinam floret, per doctrinam fructificat, per patientiam matureſcit, per mortem carpitur. Item virtus comparatur floribus, Cant. 2. Fulcite me floribus. Fontibus. Cant. 4. Fons hortorum, puteos aquarum viuentium. Semitis. Prou. 3. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacia. Veſtibus. Pſal. 44. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato. Stellis. Baruch. 3. Stellæ autem dederunt lumen io cuſtodiis ſuis. Pigmentis. Cant. 3. Quę eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus? Cibariis, vnde Dominus in Euang. Ioan 4. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me. Alis, Pſal. 54. Quis dabit mihi pennas ſicut col. Tres ſunt bonæ conditiones virtutis, quæ ſunt reotationis remotio, actuum multiplicatio, & in

Perfectio multiplex.

Luc. 14.
Ioan. 10.
Rom. 9.
Luc. 21.

Conditiones virtutis tres.

bono delectatio. Primum ipſam virtutem in radice firmat: ſecundum, quaſi floribus decorat: tertium ſapore fructuum delectat. Similiter dicendum eſt, quòd ad conſummationem virtutum quatuor iſta concurrunt, ſcilicet diſpoſitio præparans, habitus informans, operatio probans, præmium coronans.

Ad conſummationem virtutum requiſita.

CAPVT VII.

De æqualitate virtutum.

Æqualitas virtutum in quibus conſiſtit.

VIrtutes omnes io homine ſunt æquales, licet inter ſe diſtinctæ ſint, per proprias excellentias: & hæc æqualitas in multis conſiſtit. Æquales namque ſunt virtutes. Primo, quantum ad eſſentiam: quia omnis virtus ſimplex eſt. Secundo, quantum ad æqualem radicationem in anima, ſecundum quod io ipſis eſt. Tertio, quantum ad relationem ad eundem finem, quia omnes propter Deum operantur. Quartò, quantum ad æqualem effectum, quia æqualiter faciunt dignum vita æterna. Quintò, quantum ad æqualem facilitatem ad actus ſuos quantum io ipſis eſt niſi impediantur. Sicut virtutes æquales ſunt prædictis modis, ita inæquales ſunt aliis modis. Primum quantum ad vſum, quia ſunt ſicut arma. Sed ſicut miles non pugnat æqualiter cum omnibus generibus armorum, quæ habet, imò melius pugnat cum illis, quæ frequentius vſitauit, ſic eſt de virtutibus. Secundò quantum ad authoritatem, quia ſecundum hoc maior omnibus virtutibus charitas. Et quælibet virtus poteſt eſſe maior alia ſecundum aliquam prærogatiuam, quam habet ſecundum aliquem effectum. Tertiò quantum ad feruorem, quia virtus vna feruentius operatur, quam alia. Sciendum eſt, quòd eadem virtus non eſt æqualis ſibi ſemper. Creſcunt enim virtutes multis modis, ſcilicet quantum ad intenſionem, quantum ad radicationem, quantum ad potentiam virtutis, quantum ad maiorem expreſſionem diuinæ ſimilitudinis, & quantum ad diuturniorem permanentiam. Prætereà creſcente vna virtute creſcunt omnes, & habes exemplum in cithara: in qua ſi debet eſſe debita proportio ſonorum, neceſſe eſt vt quando vna chorda tenditur; etiam omnes aliæ tendantur, ne in harmonia fiat diſſonantia. Quare autem polleat aliquis vſu vnius virtutis potius, quàm alterius, multæ ſunt rationes. Prima eſt, quia Deo ſic placet, qui dator eſt virtutis. Secunda eſt natura complexionis, quæ magis eſt conſona operibus vnius virtutis, quam alterius. Tertia eſt vſitatio: quia exercitauit ſe quis magis circa vnam virtutem, quàm circa aliam. Quarta eſt: quia minus impugnatur à vitio contrario illi virtuti. Quinta eſt: quia maiorem habet diſcretionem in operibus vnius virtutis, quàm alterius. Quælibet enim virtus habet ſuas proprias rationes. Sexta eſt difficultas ſtatus: quia cum de nouo quis conuertitur, licet habeat maiorem charitatem, quàm alius qui diu fuit in charitate, non tamen eſt ita bene expe-

Virtutes inæquales, & quibus modis.

1. Cor. 13.

Creſcunt virtutes.

Iacob. 1.

ditus ad bene agendum, ſicut ille propter teliquias peccatorum, quæ adhuc inhærent. Magnitudini ſcientiæ reſpondere debet magnitudo virtutis, & hoc mulriplici ratione, ſcilicet ratione exempli diuini. Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritaris. Luc. vlt. Potens in opere & ſermone. Act. 1. Cœpit Ieſus facere, & docere, &c. Ratione exempli Angelici, qui quantò plus cognoſcunt, tantò plus diligunt. Ratione exempli humani. Matth. 5. Qui autem fecerit, & docuerit, hic maior, &c. Ratione exempli naturalis, quoniam lux & calor in Sole proportionantur. Ratione obligationis. Luc. 12. Seruus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, vapulabit multis.

Magnitudini ſcientia reſpondere debet magnitudo virtutis.

CAPVT VIII.

De connexione virtutum.

Connexæ ſunt ſibi virtutes & coordinatæ, ita vt qui vnam habet, habeat omnes. Prima ratio eſt largitas Dei dantis, quia non dat vnam ſine alia. Secunda ratio eſt, quia ſicut vnum membrum indiget alio, ſic eſt in virtutibus. Tertia ratio eſt, quia ſicut in cithara ſi defuerit vna chorda, non erit harmonia perfecta, ita nec in anima erit ſpiritualis melodia, niſi adſint omnes virtutes. Quarta ratio eſt, quia contra ſingula vitia ſunt aliquæ virtutes. Vnde oportet omnes virtutes habere, vt omnia vitia impugnentur. Nam ſicut miles mundi non eſt impeditus niſi omnia ſua arma habeat, ita nec miles Chriſti ſi aliqua virtus ſibi defuerit. Quinta ratio eſt, quia ſicut ſtellæ & planetę ſemper ſunt in ſphæris ſuis, ita virtutes in anima eſſe debent. Sexta ratio eſt, quia anima eſt ſicut vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo, id eſt, virtutibus. Septima ratio eſt, quia anima eſt ſicut hortus nobilis, cui non deeſt decor alicuius floris vel arboris. Octaua quia anima eſt ſicut apotheca, cui deeſſe non debet alicuius radicis vel pigmenti medicina. Ea autem quæ de connexione virtutum dicta ſunt, intelligi debent de virtutibus gratuitis, quæ omnes quoad habitus ſunt connexæ, ſicut quoad actus meritorios ſunt æquales. Et licet ſimiles ſint virtutes, tamen aliquæ dicuntur matres virtutum, non quòd habitus virtutis generet habitum, ſed motus motum, ſicut dicit Bern. vbi inquit, Lectio parit cognitionem, cognitio amorem, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia facilem impetrationem. Secundum hunc modum quatuor dicuntur eſſe matres virtutum, ſcilicet fides origine, quia ex motibus fidei ſurgunt motus aliarum virtutum, Charitas educatione, Prudentia regimine, Humilitas conſeruatione. Vitia verò non ſunt connexa ſicut virtutes: cuius ratio eſt, quia vitia ſunt in nobis ex operationibus noſtris, quæ ſimiles non ſunt. Virtutes autem Theologicæ non ſunt in nobis per acquiſitionem, ſed per infuſionem. Alia ratio eſt, quia vitia ſunt oppoſita adinuicem, ſicut auaritia & prodigalitas, quod non eſt in virtutibus.

Iacob. 1. Rom. 11. Eccleſ. 50. Cant. 4. Hebr. 11. 1. Cor. 13. Luc. 16. Luc. 2.

Vitia non ſunt connexa & quare.

CAPVT IX.

De commendatione virtutum.

Virtus commendabilis eſt, primò à cauſa efficiente, quæ eſt Deus. Ipſam enim, vt ait Auguſtinus, ſolus Deus in homine operatur. Secundò, à cauſa materiali in qua eſt, quia non niſi in bonis inhabitat, Non eſt autem ſic de bonis naturalibus & fortuitis, quia talia pluit Deus ſuper iuſtos & iniuſtos. Tertiò à cauſa formali, quæ eſt decor ſpiritualis. Pſalm. 44. Omnis gloria eius filiæ regis, &c. Quartò, à cauſa finali. Auguſtin. Præmium virtutis eſt ipſe, qui virtutem dedit. Virtus eſt bona multipliciter. Primò in ſe: quia ſicut ait Auguſtinus, virtus eſt bona qualitas mentis. Nota, quòd bona poſſeſſio eſt, quæ propinqua eſt ciuitati, hæc autem eſt intra ciuitatem, quia in anima. Secundò in cooperatione. Hebr. 13. Optimum eſt gratia, &c. Tertiò, in operatione: quia bonum facit hominis opus, quod non eſſet meritorium, niſi ex virtute procederet. Gregorius. nihil habet viriditatis ramus boni operis, niſi manſerit in radice charitatis. Quartò in commutatione, quia de lupo facit agnum, & tenebras conuertit in lucem. Malum enim culpæ mutat in bonum gratiæ, & malum pœnæ mutat in bonum gloriæ: quod ſignificat aqua mutata in vinum. Quintò in diſtinctione: quia per virtutes diſtinguuntur filij Dei, à filiis diaboli. Ioan. 13. In hoc cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicem. Sextò in exemplificatione: quia omnes ſancti ſtudebant virtutibus. Vnde commendamus in Abel innocentiam, in Abraham obedientiam, in Ioſeph continentiam, in Moyſe manſuetudinem, in Dauid humilitatem, & ſic de aliis. Laudabilis eſt virtus propter multa. Quia magnæ dignitatis. Chriſtum enim doctorem habuit. Vnde Matth. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Quia magnæ ſublimitatis. Tul. Virtus vna eſt altiſſimis defixa radicibus. Quia magnæ iucunditatis. Pſal. 132. Ecce quàm bonum & quàm iucundum. Quia magnæ retributionis. Pſal. 118. In cuſtodiendis illis retributio multa. Quia magnæ vtilitatis. Boët. Nunquam ſine pœna ſunt vitia, & nunquam ſine præmio ſunt virtutes. Quia magnæ ſecuritatis. Tul. Hæc demum ſapientia eſt, vt omnia tua in te poſita eſſe dicas. Commendabilius eſt ſtudium virtutis ſtudio ſcientiæ. Ratione exempli: quia ſancti ſic fecerunt. Ratione authoritatis Apoſtolicæ. Non in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. 1. Corinth. 4. Ratione effectus, quia virtus peccatum expellit, ſcientia non. Ratione originis, quia virtus à Deo infunditur, ſcientia per ſtudium acquiritur. Ratione finis, quia finis virtutis eſt gloria, & non ſcientiæ. Ratione obiecti, quia virtutis obiectum eſt bonum, ſcientiæ

Matth. 5. 1. Cor. 13. Iohn. 1. Geneſ. 4. Matth. 11. Gen. 12. Num. 12. 2. Reg. 6. 1. Cor. 5.

Laudabilis virtus. & quare.

Ioan. 8. ſcientiæ autem verum. Ratione materiæ in qua eſt, quia virtus non niſi in filiis Dei, ſcientia non ſemper. Ratione ſecuritatis, qoia ſecutius eſt eſſe bonum, quàm philoſophum. Ratiooe honeſtatis, quia maior gloria eſt ſequi Deum, quam Ariſtotelem. Ratione vitandi mali, quia primi parentes ſi extendiſſent ita manum ad lignnm vitæ ſicut ad lignom ſcieotiæ, non iocurriſſent tot mala in ſe & in poſteris ſicut incurrerunt. *Geneſ. 3.*

CAPVT X.

De effectu virtutum.

VIrtutis gaudium præcellit gaudium mundi, in iugitate ſeu duratione. Prou. 15. Secura mens quaſi iuge conuiuium: ſed gaodium hypocritæ ad inſtar puncti. Iob 20. In puritate conſcientiæ, ſicut mundius qnieſcitur io floribus, quam in luto. In dignitate. Glo. ad Gal. Elatio animi de his quæ digna ſunt, gaudium mundi de indignis eſt. In ſalubritate. Sap. 8. Nihil vtilios in vita hominis. Contra gaudium mundi. Prou. 14. Extrema gaudij luctus occupat. In libertate. Ad Galat. 4. Qua liberrate Chriſtus nos liberauit, & rurſom in libertatem vocati ſumus. Peccator autem ligatus eſt. Prou. 5. Inqoitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. In diuina præſentialitate. Aug. Tale boonm eſt Deus, vt nemini eum deſerenti bene ſit. Sed nota contrarium in malis. *Virtutis operatio.* Virtus operatur mira multipliciter, ſcilicet in cœlo, cui vim facit. Vode Math. 11. Regnom cælorum vim patitur, &c. In mundo, quia cuſtodit homioem, ne comboratur igne concupiſcentiæ, & ne mergatur in aquis voluptatis, ne Inquinetur luto incontinentiæ, & ne laceretur ſpinis auaritiæ. Io corde humaoo, quia vulneratum ſanat, inquinatum mundat, mortuum viuificat, excæcatum illuminat. In inferno, quia ignis infernalis non poteſt lædere virtuoſum, ſicut nec ignis materialis Salamandram. Virtus rationabilem illuminat ad cognitionem veri, concupiſcibilem excitat ad amorem boni, iraſcibilem confortat ad deteſtationem mali. Item Deo aſſimilat, quia Patri per virturis vigorem, Filio per veritatis ſpleodorem, Spiritui ſancto per charitatis feruorem. Angelis conformat. Hieron. In carne enim præter carnem viuere, naturæ eſt Angelicæ, non humanæ. Mentem iucundat, ornat, ſubleuat, honorat, ſanat, viuificat, cibat, ditat, mundat. Item virtus mala præterita expellit, præſentia impugnat, & à futuris præmunit. Item virtus meotem bene inſtituit, dilectum Deo hominem facit, fructum tam præmij, quam meriti adducit, temporalia diſcretè diſponit, opera qoæ in ſe indifferentia ſunt, bona facit. Sicut ea, quæ dicta ſunt, declarant nobis effectus virtutum generales, ita ſunt etiam ſingularum virtutum effectus aliqui ſpeciales. Sicut eſt, quod humilitas Deo ſubiicit, pœnitentia reducit, iuſtitia deducit, obedientia conducit, patientia perducit, perſeuerantia introducit, puritas iungit, charitas Deo vnit.

CAPVT XI.

De meritis virtutum

MEritum eſt boni operis efficacia ad obtinendum id quod non habetur, vel ad habendom iuſtios quod habetur. *Meritum quid.* Vnde per meritum de non debito fit debitum, & ipſum debitum fit magis debitum. Sicut Rex dat equum, quem miles non meruit, ſed per vſum equi meretur eundem equum iam datum. Ad intelligendum autem prædicta ſciendũ, quòd triplex diſtinguitur meritum, ſcilicet congrui, digni, & condigni. *Meritum triplex.* Meritum congroi eſt per quod diſponitur ſubiectum, vt poſſit recipere gratiam, ſecuodum rationem diuinæ iuſtitiæ. Iſtud vocatur diſpoſitio materiæ, ſcilicet dum quis facit quod in ſe eſt. Meritum digni dicit idoneitatem operantis ad aſſequendum id quod meretur. Meritum condigni dicit æqualitatem meriti ad remunerationem. Dico autem æqoalitatem non arithmeticam, ſed geometricam, id eſt, non quantitatis, ſed proportionis. Et hoc patet, quia Deus ſemper remunerat ſupra meritum, ſicut punit citra condignum. *Iuſtitia apud Deum quomodo.* Vnde non eſt inter meritum & præmium æqualis quantitas, ſed proportio: quia apud Deum non eſt iuſtitia commutatiua, cum nulli debeat aliquid, ſed diſtributiua. Vocatur autem iuſtitia commutatiua, iuſtitia fori, qua datur vnus panis pro vno denario, vel vlna panni pro ſolido. *Iuſtitia commutatiua quid.* Iuſtitia vero diſtributiua eſt principium quo diſtribuuntur dona ſecundum proportionem ad merita, & iſta eſt apud Deum. *Iuſtitia diſtributiua quid.* Vnde Apoſt. 1. ad Cor. 3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet, ſecundum ſuum laborem. Dicendum ergo, quòd nullus meretur ſibi primam gratiam merito digni, vel merito condigni, ſed tantummodo merito congrui. Similiter exiſteos in charitate non poteſt alteri mereri primam gratiam merito condigoi, ſed merito digni, & merito congrui. Poteſt autem exiſtens in gratia mereri ſibi augmentum gratiæ ex condigno, & per conſequens merito digni, & merito congrui, prout ſuperius expoſita ſunt. Præfati tres modi merendi generaliter habentur: vnde ſi alij inoeniuntur, ad eoſdam tres reduci poterunt. *Luc. 1.* Cùm ergo dicitur, quòd beata virgo meruit portare Chriſtum, intelligendum eſt comparatiuè, id eſt, meruit ipſa potius portare quàm alia: vel poteſt intelligi de merito condigni. *Portare Chriſtum meruit beata Virgo & quomodo.* Item mali dicuntur mereri temporalia, quia nullum bonum irremuneratum, ſicut nullum malum impunitum: ſed hoc dicitur impropriè, quia opera in mortali facta non ſunt directè bona, cum non ſunt informata charitate: ſed quia talia opera aliquid boni habent, Dominus interpretatur ea vt bona, & aliquid dat pro eis. Item peccator quandoque meretur occaſionaliter, quia pauperes interdum obtinent benefactoribus gratiam ſuis precibos, quarum precum occaſio ſunt eleemoſynæ. *Act. 10.* Item ſatis impropriè ſumitur meritum, vbi dicitur. Fœlix culpa, quæ talem ac tantum

metuit habere redemptorem. Ibi enim ponitur, metuit, pro exigebat.

CAPVT XII.

De habilitate virtutum.

QVamuis nullus ſibi mereatur primam gratiam, ſecundum quod dictum eſt, poteſt tamen peccator ſe habilitare ad gratiam faciendo quod in ſe eſt, quia nulli talium gratia denegatur. Hoc autem non eſt ex merito digni, vel condigni, ſed congrui. Hæc autem congruitas multo magis eſt ex parte Dei gratiam conferentis, quam ex parte hominis ſe ad gratiam habilitantis: quia in præparatione ad gratiam & in infuſione gratiæ habet ſe anima ad modum materiæ, ipſe verò Deus vt primum mouens & efficiens. Alia ratione patet, quòd huiuſmodi congruitas magis eſt à Deo, quàm ab homine: quia habilitatio, quæ eſt ex parte hominis, ſolummodo dat locum diuinæ miſericordiæ, vt ſalua iuſtitia poſſit alicui conferri gratia: quia iniuria fieret diuinæ iuſtitiæ, ſi tali daretur gratia in quo eſſet obex, id eſt, voluntas peccandi. Sufficiens igitur habilitatio ad gratiã eſt, ſi homo facit quod in ſe eſt. Facere autem quod in ſe eſt, tria complectitur, ſcilicet vt homo actum peccandi & voluntatem peccandi deſerat, & conetur in bonum prout eſt ſibi poſſibile. Nota, quòd omne meritum vel demeritum acquiritur in hac vita. Item non bonum facere, ſed benefacere, laudabile eſt. Non enim verbis, ſed aduerbiis meremur. Vnde verſus.

In vita meritis præſunt aduerbia verbis.

CAPVT XIII.

De operibus meritoriis.

OPera meritoria totaliter ſunt à gratia, & totaliter ſunt à libero arbitrio, licet principaliter à gratia, quia gratia comparatur ad liberum arbitrium ſicut ſeſſor ad equum. Sicut enim ſeſſor equum dirigit: ita gratia dirigit liberum arbitrium, in exercitio virtutum. Per nos enim malum facere poſſumus, ſed non bonum. Ad efficaciam merendi tria valent. Primum eſt difficultas operis, quod patet in martyrio. Secundum, promptitudo voluntatis Apoſt. Hilarem datorem diligit Deus. Tertium eſt magnitudo charitatis. Ipſa enim charitas pondus eſt ſanctuarij, ſecundum quod omnia quæ erant in templo, ponderabantur. Ad hoc quod aliquod opus ſit meritorium, tria requiruntur. Primò, quòd ipſum opus fiat in charitate, quia opera, quæ fiunt extra charitatem, mortua ſunt, ſicut carbo extinctus. Secundo, quod fiat ex charitate, multa enim fiunt in charitate, quæ tamen non ſunt meritoria, ex eo quod non fiunt ex charitate, id eſt, quia non referuntur ad finem debitum. Tertio, quod idem opus ſit referibile ad bonum. Hoc ideo dico,

Oſe. 13.
Ad meritorum efficaciam requiſita.
Matt. 11.
2. Cor. 9.
Leuit. 27.
2. Cor. 13.
Luc. 2.
Galat. 5.
Matth. 22.
Non omnia opera facta in charitate, ſunt meritoria, & quomodo.

quia mala non poſſunt bona intentione fieri, alioquin ſequeretur abſurditas, quod idem opus eſſet meritorium & demeritorium. Attenduntur autem tria in merito ex parte hominis, ſcilicet ſubiectum, hoc eſt anima. Item liberum arbitrium. Item intentio finis. His tribus reſpondent tria ex parte Dei, ſcilicet gratia, virtus, charitas. Ex gratia quidem reddit ſubiectũ Deo gratum: virtus autem habilitat liberum arbitrium: charitas verò dirigit intentionem ad debitum finem. Dicit Aug. quòd meritum conſiſtit penes liberum arbitrium occaſionaliter: hoc dicit, quia liberum arbitrium facit ad meritum, ſed non ſufficit. Penes virtutem formaliter: hoc dicit, quia ex virtute tanquam ex forma procedit motus, & elicitur de potentia. Penes motum virtutum eſſentialiter: hoc dicit, quia motus eſſentialiter eſt meritum. Penes gratiam efficaciter: hoc dicit, quia ſine gratia nullus motus eſt meritorius. Penes opus inſtrumentaliter: hoc dicit, quia opus exterius eſt quaſi cauſa inſtrumentalis ipſius meriti. Nota generaliter, quod non meremur ſine gratia, neque paſſionibus inquantum paſſiones ſunt, neque moribus naturæ. Dicit enim philoſophus, Natura neque boni neque mali ſumus: neque iniuri. Augu. Nemo inuitus bene facit, etiamſi bonum eſt quod facit, neque libero arbitrio ligato. Quiſquis enim non habet vſum rationis & liberi arbitrii, non meretur, vel demeretur, ſicut ſunt infantes, dormientes, inſani, & animalia bruta.

Meritum in quo conſiſtat.

CAPVT XIV.

De fine actionis.

QVia meritum vel demeritum circa finem actionum attenditur, ideo nota regulas de hac materia. Ex fine dicitur actus bonus, vel malus. Malus actus non fit ex fine bonus. Vna intentio multos actus informat. Vnde ſi aliquis intendit vnum ſolidum dare pro Deo, ita quod quotidie det vnum denarium, ſi quandoque obliuiſcitur, & non refert in Deum dationem huius denarij, tamen datio eſt meritoria, propter ipſam intentionem primam. Finem ſub fine poteſt quis ponere: verbi gratia, aliquis intendit ire ad forum, & hoc intendit, vt emat medicinas, & ad hoc emit eas, vt curetur ab infirmitate: & ad hoc curari deſiderat, vt melius Deo ſeruiat. In iſto vltimo præcedentes voluntates omnes ſunt meritoriæ propter vltimum; ſecundum enim vltimum finem omnes præcedentes voluntates iudicantur bonæ, vel malæ, maximè quando priores actus ſunt indifferentes. Diuerſi fines non ſunt faciendi, quorum vnus non ſit ad alium referibilis, verbi gratia: aliquis intendit ire ad quandam domum, vt luxurietur, ad hoc vult luxuriari, vt ſanior ſit, ad hoc vult eſſe ſanus, vt ſeruiat Deo. Iſte finis vltimus illam voluntatem, quæ eſt luxuriari, non informat, ſed potius è conuerſo illa voluntas iſtam intentionem deformat, quia vna intentio peruerſa plures deprauat voluntates. Nota, quod actio corporalis poteſt referri ad finem temporalem dummodo poſtea referatur ad

Vltimo fine voluntates bonæ, vel malæ, & quomodo.

ad Deum. Actio autem ſpiritualis, vt prædicatio, non poteſt referri ad finem temporalem, etiamſi illud temporale referatur ad Deum. Et hoc eſt quod dicit Aug. debemus manducare vt Euangelizemus, non Euangeliaare vt manducemus. Si autem in actionibus finis primus ponatur Deus. & finis vltimus aliquod temporale, peruerſiſſimum eſt. Bene autem licet cóſtituere duos fines, ſcilicet temporalem & æternum, vt ſcilicet illud quod eſt ætenum, finis ſit vltimus.

CAPVT XV.

Quid mereamur bonis operibus.

Opera bona merentur, & quid.

OPera bona ſunt meritoria trium, ſcilicet vitæ æternæ, augmenti gratiæ, remiſſionis pœnæ: primum, reſpondet radici operis, ſcilicet charitati: & hoc eſt præmium ſubſtantiale vitæ æternæ, præminm vero accidentale reſpondet generi operis, ſicut & augmentum gratiæ, quia operibus excellentibus & ſupererogationis meremur magis augmentum gratiæ quàm aliis operibns. Remiſſio autem pœnæ reſpondet pœnalitati operis, quia opera, quæ magis ſunt pœnalia magis ſunt meritoria remiſſionis pœnæ. Eſt enim regula in theologia, qnod pœna pœnæ eſt reſolutoria. Nota igitur, quod licet tota vis merendi vitam æternam & etiam alia conſiſtat in charitate, non tamen totus effectus: quia effectus merendi conſideratur etiam penes magnitudinem operis, ſicut patet in merito remiſſionis pœnæ, quod non ſolnm conſiſtit in charitate, ſed etiam in operibus pœnalibns: & huius exemplum babemus in Chriſto, qui meruit nobis apertionem ianuæ paradiſi cum effectú: hoc autem meritum non erat in ſola charitate, ſed in charitate, & excellentia operis, id eſt, in ſua paſſione. Sciendum eſt, quòd de præmio ſubſtantiali meretur homo tantum per vnum actum quantum per mille, manente eadem radice & non creſcente. Valent tamen huiuſmodi opera ad multa alia. Vnde verſus, Iocundat (ſcil. mentem) ſtabilit (ſcil. virtutes) auget (ſcil. meritum accidentalis præmij) peccata remittit (quantum ad pœnã, quæ iam dimiſſa ſunt quoad reatum per gratiam.) Debilitat (fomitem) remouet (acediã) exercitat (hominem aſſuefactione boni) atque repellit (tẽtationes diaboli.) *Apoc. 3.* Nota, quod primam gratiam nullns peccator poteſt mereri propriè, & hoc multiplici ratione.

Primam gratiam mereri non poſſumus.

Prima, qnia talis non habet radicem merendi, id eſt, gratiam. Secunda propter ſtatus indignitatem, quia peccator non eſt dignns pane, quo veſcitur. Tertia, qnia nullius hominis opus placet Deo, niſi placeat ipſe prius. Vnde prius reſpexit Deus in Abel, quam ad munera eius, vt dicitur Gen. 4. Quarta, quia naturaliter antecedit cauſa ſuum effectum, ſic & gratia cum ſit cauſa meriti, præcedit meritum. Ipſa enim ſecundum Aug. voluntatem noſtram prænenit vt velimus, & ſequitur ne fruſtra velimus. Gratia (ſicut ſuprà dictum eſt) per bonum vſum eius, & merito condigni meretur augeri in via, vt aucta mereatur perfici in patria, & hoc à Deo, cuius eſt gratiam infundere, augere, & perficere ſecundum cooperationem voluntatis noſtræ. Nam ſicut Deus eſt ipſius gratiæ fontale principium influendi, ſic ipſe ſolus eſt principium augendi per modum infundentis, gratia verò per modum meriti & dignitatis: ſed liberum arbitrium per modum cooperantis. Sicut liberum arbitrium per gratiam meretur merito condigni aumentum gratiæ in ſtatu viæ, ſic etiam meretur merito coudigni ipſius complementum in ſtatu patriæ. Quòd autem ex condigno mereamur vitam æternam, multæ ſunt cauſæ. Prima eſt efficacia doni Spiritus ſancti cooperantis in merito. Secunda veritas Dei promittentis. Tertia perſuaſibilitas liberi arbitrij conſentientis, & finaliter perſeuerantis. Quarta, difficultas ſtatus merendi. Quinta, dignitas Chriſti capitis noſtri interuenientis, quod glorificari debet cum membris ſuis. Sexta, liberalitas Dei tribuentis, quem non decet parua reddere. Septima eſt obſequium fideliter obtemperantis. Octaua, nobilitas operis quod ex charitate procedit, quod tantum ponderat in conſpectu iudicis, quantum amor ex quo procedit, & ideo non poteſt ſufficienter niſi ſummo bono remunerari. Opera quæ non fiunt in charitate, licet non valeant ad vitam æternam, valent tamen ad alia multa, vnde verſus, Aptat cor (ſcilicet ad ſuſceptionem gratiæ) minuit pœnam (ſcilicet illam, quæ deberetur, ſi non fieret illud opus, non autem illam, quæ iam debetur) & dat bona terræ (ſcilicet temporalia:) Occupat (ſcilicet ne ſit homo interim otioſus, vel operi malo deditus) aſſueſcit (ſcilicet ad bene operandum) delectat (ſcilicet mentem) mitigat (ſcilicet fomitem) arcet (ſcilicet fluxum peccati.) Vltimo ſciendum, quod nullum malum erit impunitum, & nullum bonum irremuneratum.

Rom. 2. Matth 24. 1. Ioan. 2.

Luc. 11. Ioan. 12.

Opera extra charitatem, ad quid valeant.

Iſa. 59. 1. Cor. 15.

CAPVT XVI

De diffinitionibus & differentiis virtutum.

VIrtutes ſecundum Macrobium dicuntur quandoque politicæ, quandoque purgatoriæ, quandoque purgati animi, quandoque exemplares. Primas docet Salomon in Prouerbiis, ſecundas in Eccleſiaſte, tertias in Canticis, quartas in Deo legimus. Politicæ nanque dicuntur ſecundum quod regunt vitam humanam, quoad opera exteriora, & ſecundum quod pungnant contra vitia. Purgatoriæ dicuntur ſecundum quod iam ſunt in victoria vitiorum, & reſpiciunt partim interiora, partim exteriora. Purgati animi dicuntur, quando deuictis iam vitiis poſſeſſor virtutum quieſcit, rarò inſurgentibns primis motibus. Exemplares dicuntur, quæ in mente diuina conſiſtunt. Nam ideæ virtutum in Deo ſunt, & ipſe rerum omnium eſt exemplar. Ariſt. diuidit virtutes in intellectuales & conſuetudinales. Intellectuales diuidit in ſophiam, id eſt, ſapientiam, & intelligentiam & phroneſin, id eſt, prudentiam ſpiritus.

Virtus politica, purgatoria, purgati animi, exemplaris.

Et hæc tria ordinant nos ad Deum, quia ſophia regit affectum, intelligentia intellectum, ſed phroneſis vtrunque. Prudentia enim ſpiritus regit cogitationes, & affectiones. Virtutes verò conſuetudinales diuidit in honeſtatem & liberalitatem. Hæc duo ordinant nos ad hominem: quia honeſtas ordinat hominem quoad ſeipſum, liberalitas quoad proximum. Item philoſophia moralis diuiditur in ethicam, œconomicam, & politicam. Harum prima mores quoad ipſum hominem, ſiue quoad ſeipſum inſtruit, ſecunda familiam diſponit, tertia vrbes & regna gubernat & regit. Circa virtutes hoc tenendum eſt, quòd cùm ſit vna gratia gratificans animam, ſeptem tameo ſunt virtutes quibus humana vita regitur, tres ſcilicet theologicæ, & quatuor cardinales. Et licet hæ virtutes ſint gratuitæ per informantem diuinam gratiam, poſſunt tamen informes fieri per culpam, & iterum informari per pœnitentiam adueniente gratia, quæ eſt habituum virtutis origo, finis & forma. De hac lege ſola charitas excipitur, quæ informis eſſe non poterit ſicut cæteræ virtutes, cùm ſit virtutum forma. Nam cùm habitus aliarum virtutum habetur ſine gratia & charitate, in quibus conſiſtit vita virtutum, tunc ſunt informes. Cùm autem gratia ſuperuenerit, tunc formantur & decorantur, & Deo fiunt acceptabiles. Vnde virtutes informes ſunt ſicut colores in tenebris, ſicut carbones extincti, & ſicut rami aridi, & ſicut alæ mortuæ, ſicut aurum obſcuratum, & gemmæ conuerſæ in ſilices. E conuerſo virtutes formatæ ſunt ſicut colores in luce, viſibiles quidem, & aſpectui complacentes, & ſicut carbones ardentes, & ſicut rami virentes, & ſicut alæ viuentes ac volantes, & ſicut aurum fulgens, & ſicut gemmæ vas aureum decorantes. Differentia eſt inter virtutes, & præcepta, & dona, & fructus, & beatitudines: quia virtutes potentias diſponunt, præcepta opera reſpiciunt, dona operibus perfectionem addunt, fructus facultatem ſpiritui ſiue guſtui ſaporem ſpiritualem apponunt, beatitudines ipſis virtutibus præmium ſiue vitæ ſine patriæ coniungunt. Alia eſt differentia, quia virtutibus benè operamur, donis expeditè, beatitudinibus perfectè operamur, ſed fructibus fruimur Deo.

Philoſophia moralis diuiſio.

Septem virtutes pro regimine vita humanæ & quæ.

Virtus informis & formata.

CAPVT XVII.

De differentia virtutum Cardinalium, & theologicarum.

Differentia virtutum theologicarum & cardinalium hæc eſt: quia theologicæ mouent ad finem, ſed cardinales ad ea, quæ ſunt ad finem. Alia differentia eſt, quia theologicarum virtutum finis, & obiectum eſt ipſe Deus: ſed virtutum cardinalium finis eſt ipſe Deus, & non obiectum propriè. Item virtutes theologicæ habentur per infuſionem, cardinales verò per acquiſitionem. Item virtutes theologicæ mouent ad opera ex rationibus ſumptis à iure diuino, ſed cardinales à iure naturali. Item virtutes theologicæ attenduntur quantum ad actus interiores, cardinales verò ad opera exteriora. Item virtutes theologicæ non habentur ſine donis, cardinales verò ſine donis haberi poſſunt. Item virtutes theologicæ ſunt diſcretiuæ actuum in Deum, cardinales verò in proximum. Item in theologicis ſic eſt, quòd habitus generat actus, ſed in cardinalibus eſt è contra, quia ibi actus generat habitus. Vnde Philoſophus: Quales, inquit, ſunt actus, tales ſunt & habitus.

CAPVT XVIII.

De virtutibus theologicis in genere.

Anima quantum ad ſuperiorem partem in qua conſiſtit imago Trinitatis, teſtificari habet per tres virtutes theologicas, vnde ſicut imago Creatoris conſiſtit in trinitate perſonarum, & vnitate eſſentiæ: ſic imago recreationis, in trinitate habituum cum vnitate gratiæ. Per hos autem tres habitus virtutum anima fertur in ſummam trinitatem ſecundum tria appropriata tribus perſonis, ita quòd fides dirigit in ſummè verum credendo, & aſſentiendo: ſpes verò in ſummè arduum innitendo & expectando: charitas autem in ſummè bonum deſiderando & amando. Virtutes theologicæ differunt inter ſe multipliciter. Primò ſecundum actus proprios. Nam fides facit Deo aſſentire, ſpes in Deo confidere, charitas facit Deum diligere. Secundò differunt ratione ſubiecti: quia fides in rationali, ſpes in iraſcibili, charitas in concupiſcibili: ſed ambæ ſunt in voluntate, quæ propter ſimilitudinem actuum accepit nomina harum potentiarum. Tertiò, differunt ratione obiecti. Nam fides eſt circa verum, ſpes circa arduum, charitas circa bonum. Quartò ratione effectus differunt. Nam fides in præſenti Deum ſequitur, ſpes in cælum comitatur, charitas perenniter amplexatur. Quintò differunt ratione cognitionis: quia per fidem cognoſcitur Deus, vt veritas, per ſpem habetur, vt æternitas, per charitatem diligitur, vt bonitas.

Virtutum theologicarũ differentia.

CAPVT XIX.

De fidei vtilitate.

Fides ſecundum Apoſtolum eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. In hac diffinitione fides dicitur ſubſtantia, id eſt, fundamentum ſubſtans ædificio ſpirituali, quod eſt gratia, & gloria. Ipſa namque fides facit aliqualiter res ſperandas in nobis ſubſiſtere per gratiam, & faciet tandem per gloriam. Vel ideò fides eſt fundamentum gratiæ & gloriæ, quia ipſa eſt primus habitus virtutum: primus dico non tempore, ſed natura. Rerum ſperandarum dicitur, quia fides per

Fides quid. Hebr. 11. Ædificij ſpiritualis fundamentum fides.

per aſſenſum facit in nobis ſubſiſtere res ſperandas. Argumentum dicitur, id eſt, arguens mentem, quia fides inclinat intellectum ad credendum ea, quæ non apparent, & propter hoc dicitur fides potius argumentum quàm concluſio: quia fides probat de non apparentibus quod ſint, & non probatur. Non apparentium dicitur: quia fides ſua luce & virtute manifeſtat ea quæ non apparent, tam præterita, quàm præſentia, quàm etiam futura. Præterita quidem: quia ſecundum Apoſtolum fide intelligimus aptata eſſe ſecula. (Hebr. 11.) Præſentia verò, ſicut ait Auguſtinus. Demus Deo aliquid poſſe, & & nos intelligere non poſſe. (Matt. 16. 1. Cor. 15. 1. Theſſ. 4.) Futura autem, quia per fidem credimus reſurrectionem mortuorum. & huiuſmodi. Fides dicitur multipliciter, ſcilicet habitus informatus charitate, illuminans mentem ad credendum. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Æqualitas informis. Iac. 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Motus fidei. Aug. Fides eſt credere quod non vides. Facilitas credendi. Matth. 8. Non inueni tantam fidem in Iſraël. Deuotio fidei. Matth. 15. Mulier, magna eſt fides tua. Articulus fidei. Vide in ſymbolo Athanaſij. Hæc eſt fides Catholica, vt credamus & confiteamur. Sicut in aliqua ſcientia quædam ſunt antecedentia, vt ſuppoſitiones: quædam verò conſequentia, vt concluſiones: quædam quaſi media, vt propoſitiones probantes: ita in doctrina fidei quædam ſunt ibi ad modum ſuppoſitionum, vt ea, quæ ſunt de iure naturali, & vniuerſalia antecedentia articulos fidei, ſcilicet quod ſcriptura ſit condita & expoſita inſpiratione Spiritus ſancti, & quòd vera ſunt quæ loquitur Dominus in ſcriptura, & per ſanctos ſuos, & huiuſmodi: quædam ad modum concluſionum, vt ea quæ ad mores pertinent, ſcilicet non eſſe fornicandum, fornicationem eſſe mortale peccatum, & huiuſmodi: quædam ad modum propoſitionum, vt articuli fidei. *(Fides inter opinionem & ſcientiam media.)* Et nota, quòd fides eſt quaſi media inter opinionem & ſcientiam: quia opinio ſe habet ad vnam partem contradictionis, cum formidine alterius partis, & ſine cauſæ cognitione. Scientia verò ſe habet ad aliam partem contradictionis ſine formidine reliquæ, & cum cauſæ cognitione per media neceſſaria: vnde ſcientia eſt neceſſariorum: & ita patet, quòd fides participat cum vtraque. *(Ad fidei perfectionem pertinentia & quæ.)* Ad fidei perfectionem ſeptem pertinent. Primum eſt, quòd ſit primæ veritati innixa, ſicut fides Moyſi, qui negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. (Hebr. 11. Exod. 2.) Secundum eſt, quòd ſit charitate formata, ſicut Mariæ Magdalenæ, quam fides ſaluam fecit, & cui dimiſſa ſunt peccata multa, quoniam dilexit multum. (Luc. 7.) Tertium eſt, quòd ſit deuotione feruida, ſicut illius mulieris, cui dixit Dominus, O mulier, magna eſt fides tua. (Matt. 15.) Quartum, quòd ſit bonis operibus probata, ſicut fides Cornelij. (Act. 10.) Quintum, quòd ſit fortitudine roborata, ſicut fides Stephani, Laurentij, & aliorum Martyrum, qui per fidem fortes facti ſunt in bello. (Actor. 6.) Sextum, quòd ſit obedientia decorata, ſicut fides Abrahæ. Septimum, quòd ſit humilitate ſubiecta, ſicut fides beatæ Virginis, quæ ait: Ecce ancilla Domini. Nota, quòd fides magis innititur authoritati, quàm rationi, quia ſecundum Gregorium, Fides non habet meritum, cui humana ratio perhibet experimentum: intellige, ſufficiens. Quamuis enim fides rationibus firmetur, tamen nec talibus, nec experimento ſenſibili debet quis credere contra fidem, ſicut patet in Euchariſtia, vbi viſus & guſtus & tactus & olfactus dicit eſſe panem & vinum, ſed fides dicit eſſe corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti. (Ioan. 6) Vnde Auguſtinus. Quod intelligimus, debemus rationi, quod credimus, debemus authoritati, quod opinamur, debemus errori. Nota, quòd duplex eſt cognitio de Deo, ſcilicet naturalis, & accidentalis. Naturalis cognitio duplex eſt, ſcilicet ante peccatum, qua homo cognoſcebat apertè Deum in creaturis: & poſt peccatum, & hoc eſt per ſpeculum & in ænigmate. Accidentalis cognitio triplex eſt. Prima eſt acquiſita per rationes naturales, quam habuerunt Philoſophi, & hæc dicitur ſcientia. Secunda eſt quæ habetur teſtimoniis ſcripturarum & miraculorum, & hæc cognitio dicitur fides informis. Tertia eſt, quæ habetur per infuſionem gratiæ gratum facientis, & hæc dicitur fides formata, & per talem cognitionem aſſentitur, anima primæ veritati propter ſe, & ſupra omnia. Vnde ea aduenıente pereunt omnes aliæ cogitationes accidentales, ad minus quoad actum. Cùm enim aliæ cognitiones veniunt in animam, tunc fides tanquam velocior præoccupat motus omnium, cùm fides ſit de non apparentibus, & difficile ſit occulta credere. Duo autem ſunt neceſſaria ad hoc, vt firmiter credatur. *(Vt firmiter credatur duo neceſſaria.)* Primum eſt illuſtratio veritatis animam eleuans. Secundum eſt rectificatio auctoritatis animam firmam inſtruens. Quorum primum eſt per fidem, ſecundum per ſcripturam authenticam & per Spiritum ſanctum editam. Authoritas ergo præbet fulcimentum fidei, & fides aſſentit authoritati. (Hebr. 1. Ioan. 1.) Vtrumque verò per Chriſtum eſt, propter quod & ſplendor & verbum dicitur, quia mentem per fidem illuminat, & veritatem per doctrinam oſtendit. Hoc quoque ſciendum eſt, quòd tantùm vna eſt fides, tam in præteritis, quàm in præſentibus, quàm etiam in futuris, licet magis clara ſit in eis & explicita qui ſequuntur Chriſtum, quàm in eis qui præceſſerunt eius aduentum, ſicut Nouum Teſtamentum clarius eſt quā Vetus. (Epheſ. 4.) Quod enim nos credimus eſſe factū, antiqui Patres credebant eſſe futurum, exceptis articulis qui adhuc reſtant cōplendi, ſicut eſt reſurrectio mortuorum, & iudicium extremum, & remuneratio bonorum & punitio reproborum.

CAPVT XX.

De effectu fidei.

Fides multa bona facit, hominem ſaluat. Vnde dictum eſt Mariæ Magdalenæ. Luc 7. Fides tua te ſaluam fecit. Mentem purgat. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Contra mundum pugnat. Hebr. 11. Sancti per fidem vicerunt regna.

regna. Poſtulata impetrat. Vnde illud Matth. 15. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiſti. Perſeuerantiam dat. Apoſt. Rom. 11. Tu autem in fide ſtas. Temporalia contemnit. Hebr. 11. Fide Moyſes grandis effectus, negauit ſe filium eſſe filiæ Pharaonis. Iuſtificat. Rom. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Beatificat. Ioan. 20. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti, beati qui, &c. Super fundamentum fidei quidã ædificant aurum contemplationis, quia qui contemplantur ſine fide, quaſi qui nitetur videre ſolem ſine oculis. Quidam argentum prædicationis, quia qui prædicat ſine fide, non loquitur eum qui ſecundum Deum eſt, fidelem ſermonem. Quidam lapides pretioſos bonorum operum, quia qui bene operatur ſine fide, eſt ſicut qui facit ſtructuram ſuper arenam. Item alij ædificant ligna, id eſt, amorem ardentem temporalium. Alii fœnum, id eſt, fumum delectationum carnalium. Alii ſtipulam, ſcilicet otioſorum verborum, & operum infirmorum. Iſti quidem ſaluantur merito fundamenti, ſic tamen quaſi per ignem purgatorii, quo exuretur ædificium non idoneum tanto fundamento. Fides habet quoſdam effectus eſſentiales, & principales, vt eſt facere filios Dei, & facere dignos vita æterna, & facere ſimiles Deo, & purgare animam à tenebris peccati ſiue infidelitatis: & iſti effectus ſunt à Deo. Alios habet effectus voluntarios & ſecundarios, vt eſt credere, & dirigere opera aliarum virtutum, & imperare omnibus ſuo modo. Et iſti effectus à libero arbitrio ſunt.

1. Cor. 3.

CAPVT XXI.

De articulis Fidei.

Articuli fidei quot.

SI reſpectus habeatur ad eos qui ſymbolum ediderunt, tunc articuli ſunt duodecim ſecundum numerum duodecim Apoſt. Si autem conſideremus quæ radicaliter ſunt credendæ, tunc articuli ſunt 14. quorum 7. ſpectant ad diuinitatem, & 7. ad Chriſti humanitatem, & hæc ſignata ſunt in 7. ſtellis, & 7. candelabris aureis: in quorum medio filius hominis ambulabat. Sunt igitur ſeptem articuli fidei, qui pertinent ad diuinitatem. Primus eſt vnum Deum eſſe, qui ibi notatur, Credo in Deum. Secundus eſt, Patrem Deum eſſe, ibi, Patrem omnipotentem. Tertius eſt, Deum filium eſſe, ibi, in Ieſum Chriſtum filium eius. Quartus eſt, Deum Spiritum ſanctum eſſe, ibi, Credo in Spiritum ſanctum. Sic patet, quod prædicti quatuor articuli ſunt de vnitate diuinæ eſſentiæ, & trinitate perſonarum. Quintus eſt credere remiſſionem peccatorum his qui ſunt in Eccleſia, ibi, Sanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. Sextus eſt credere mortuorum reſurrectionem. Septimus eſt credere bonorum remunerationem, ſub quo comprehenditur & malorum punitio, ibi, Vitam æternam. Et iſti tres articuli ad diuinitatem pertinent: quia virtute diuinitatis fit peccatorum remiſſio, quæ eſt animæ viuificatio, & corporum reſurrectio, atque corporis ſimul & animæ glorificatio. Alij ſeptem ſunt articuli, qui pertinent ad humanitatem Chriſti. Primus eſt credere filium Dei eſſe conceptum de Spiritu ſancto, ibi, Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto. Secundus eſt credere Filium Dei natum ex Maria Virgine, ibi, Ex Maria Virgine. Tertius, filium Dei pro nobis mortuum in cruce, ibi, Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. Quartus eſt, Filium Dei deſcendiſſe ad inferos ſecundum animam, ibi, Deſcendit ad inferna. Quintus eſt, filium Dei reſurrexiſſe à mortuis, ibi, Tertia die reſurrexit à mortuis. Sextus eſt, eundẽ aſcendiſſe ad patris æqualitatem, ibi, Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Septimus eſt filium Dei iudicaturum viuos & mortuos, ſiue bonos, ſiue malos, ibi, Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Iſti 14. articuli colliguntur ex ſymbolo quod Apoſtoli ediderunt. Articulum primum & ſecundum de diuinitate poſuit Petrus: tertium Andreas: Bartholomæus, quartum: quintum Simon: Thadæus ſextum: ſeptimum Mathias. Item primum articulum de humanitate Chriſti poſuit Iacobus maior: ſecundum & tertium Ioannes: quartum Thomas: quintum Matthæus: ſextum Iacobus minor: ſeptimum Philippus. Tria ſunt ſymbola. Primum Apoſtolorum. Secundum Niceni concilij. Tertium Athanaſij. Primum factum eſt ad fidei inſtructionem. Secundum ad fidei explanationem. Tertium ad fidei defenſionem. Nota, quod aliud eſt credere Deum, aliud eſt credere in Deum, & aliud credere Deo: quoniam credere Deum, eſt credere ipſum eſſe. Credere autem in Deum, eſt credendo ipſum amare, & credendo in Deum ire, ac membris eius incorporari. Credere verò Deo, eſt credere verbis eius.

Articuli ſeptem ſpectant ad diuinitatem.
Apoc. 1.
Articuli ſeptem ad humanitatem.
Luc. 1. & 2.
Ioan. 19.
Epheſ. 4.
Marc. 16.
Matt. 16. & 25.
Apoſtoli conditores ſymboli.
Symbolum triplex, & ad quid.

CAPVT XXII.

De ſpe.

Spes quid.

SPes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex Dei gratia & meritis propriis proueniens. In hac diffinitione non ſumitur certitudo rationis, in qua plenè vni parti conſentitur, ſed certitudo opinionis qua vni parti conſentitur, qua ratione probari videtur, nec tamen omnino, ſed cum formidine. Huius autem expectationis cauſa principalis eſt gratia Dei, & non noſtra merita: quia opera noſtra non ſunt meritoria, niſi ex Dei gratia. Sine meritis tamen aliquid ſperare, non eſt ſpes, ſicut ait Greg. ſed præſumptio. In prædicta diffinitione diffinitur motus ſpei, & non virtus: ſed virtus ſpei diffinitur ſic. Spes eſt audacia mentis de largitate Dei concepta habendi vitam æternam per bona merita. Inter fidem & ſpem talis eſt differentia. Fides enim eſt de præteritis & & futuris, ſpes autem de futuris tantum. Fides eſt de bonis & malis, ſpes autem de bonis tantum. Fides eſt de bonis tam ſibi quàm aliis, ſpes autem de bonis ſibi tantum: conueniunt tamen in hoc, quod tam fides, quàm ſpes

Sine meritis non eſt ſpes.
Fides & ſpes differunt, & conueniunt.

ſpes eſt de inuiſibilibus. Certitudo ſpei ex tribus oritur, ſcilicet ex diuina largitate, ex abundantia meritorum, & ex prægustatione æternorum. Nota, quòd ſpes prout eſt viatorum, ſic eſt

Act. 7. 1. Tim. 1. Geneſ. 2. cum certitudine opinionis, vt dictum eſt. Spes autem illorum, qui ſunt in purgatorio, & qui fuerunt in limbo, eſt cum certitudine ſcientiæ, & non opinionis, vt eſt illa viatorum, vnde declinat aliquo modo à ſpe propriè dicta. Spes verò, quæ fuit in Stephano, quando vidit cœlos apertos, & quæ fuit in Paulo, quando dixit, Scio cui credidi, &c. & quæ fuit in Adam ante peccatum, fuit cum certitudine viſionis, tamen ſatis debilioris, quàm in cœlo. Vnde ſpes ſic ſumpta adhuc eſt minus propriè dicta. Ex his patet, quòd in patria non eſt ſpes præmij: quia beatitudo eſt omnium bonorum ſimul tota poſſeſſio. Vnde ibi nihil eſt futurum quod ſperetur. Et licet ſanctis adhuc futura ſit reſurrectio corporum ſecundum rem, tamen præſens eſt ſecundum cognitionem. Spes autem ſic futurum reſpicit, quòd priuat tam præſentia rei, quàm cognitionis, prout ſpes propriè ſumitur. Duplex eſt ſpes, ſcilicit, ſuffragij, & propriæ authoritatis. Prima poſita eſt in ſanctis, ſecunda in ſolo Deo, & hæc triplex eſt, ſcilicet veniæ. Pſal. 30. In te Domine ſperaui, non confundar in æternum. Gratiæ. Pſal. 31. Sperantes autem

Spei effectus. in Domino miſericordia circumdabit. Gloriæ. Prouerb. 28. Qui ſperat in Deo, ſaluabitur. Effectus ſpei multiplex eſt. A tribulatione liberat.

Pſal. 21. Dan. 13. 2. Machab. 7. In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos. Exemplum de Suſa. & Dan. Confortat. Pereuntes ſeptem filio ſub vnius diei tempore conſpiciens mater bono animo ferebat propter ſpem, quam in Deum habebat. Mentem

Pſal. 16. eleuat. Iſa. 40. Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, &c. Saluat.

Pſal. 144. Qui ſaluos facit ſperantes in ſe. Temporalia miniſtrat. Oculi omnium in te ſperant Domine, &c. Spes multis rebus comparatur: dicitur enim galea. 1. Theſ. 5. Induti galeam ſalutis.

Pſal. 25. Anchora. Heb. 6. Qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam. Medicina. Sperans in Domino, &c. Gemma. Prou. 17, Gemma gratiſſima expectatio, &c. Solatium. Hebr. 6. Fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendum propoſitam nobis ſpem. Clauis. Glo. ſuper illud Pſal. Sperate in Domino: per ſpem enim intratur ad illud videndum quod creditur. Lignum vitæ. Sap. 3. Si coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt.

CAPVT XXIII.

De charitate.

Charitas quid CHaritas ſecundum Apoſt. ſic definitur. 1. Tim. 1. Charitas eſt finis præcepti de corde puro, & conſcientia bona & fide non ficta. Et ſumitur hic finis pro conſummatione, quia charitas eſt conſummatio, ſiue perfectio omnis præcepti. Poteſt etiam dici finis terminationis omnium præceptorum, quia omnis opera, quæ ſunt in præcepto, tendunt ad charitatem, vt magis ac magis habeatur. De corde puro, id eſt, de intellectu puro, dicit Gloſ. Et ſumitur hic intellectus pro actu intelligendi, ſecundum quem cauſatur motus charitatis. Quanto enim quis Deum magis intelligit, tantò magis diligit, niſi aliàs impediatur. Et hîc iſta præpoſitio, de, notat cauſam efficientem. Et conſcientia bona, id eſt, ſpe, quia qui puram habet conſcientiam, ſecurè ſperat. Et fide non ficta, id eſt, ſimulata vel fragili, ſed inter aduerſa forti. *Charitatis elegans deſcriptio.* Proſper in libro de vita contemplatiua deſcribit charitatem ſic, Charitas eſt (vt mihi videtur) recta voluntas ab omnibus terrenis & præſentibus ac futuris prorſus auerſa, iuncta Deo inſeparabiliter & vnita, igne quodam ſpiritus ſancti (à quo eſt, & ad quem refertur) incenſa, inquinamenti omnis extranea, corrumpi neſcia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, ſuper omnia quæ carnaliter diliguntur excelſa, affectionum omnium potentiſſima, diuinę contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma bonarum actionum, ſalus morum, finis cœleſtium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, ſanctarum mentium armatura, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorum, ſine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis Deo diſplicere non potuit, fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicquid eſt boni operis viuit. Charitas quantum ad actum diffinitur quatuor modis. Primò ſic in 3. lib. *Diſtinct. 27.* ſenten. Charitas eſt dilectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum, & vel in Deum. Secundò ſic, Quid eſt charitas? vitta copulans amantem cum amato. Tertiò ſic ſecundum Aug. Charitas eſt virtus qua videre Deum, & perfrui deſideramus. Quartò ſic ſecundum Augu. Charitas eſt virtus, quæ animi noſtri rectiſſima affectio eſt. Harum diffinitionum prima datur in comparatione ad Deum, ſecunda in comparatione ad eius poſſeſſorem, tertia in comparatione dilecti ad dilectum.

CAPVT XXIV.

De differentia inter charitatem & alios amores.

AMor triplex eſt, ſcilicet gratuitus, natu- *Amor quotuplex.* ralis, & vitioſus. Amor gratuitus, eſt laudabilis, quia virtus eſt, & habet finem principalem bonum incommutabile. Hic diuiditur in amicitiam, & concupiſcentiam. Secundum amicitiam diligit quis Deum puriſſimè, non reſpiciens vtilitatem ſuam, ſed bonitatem amati: hoc modo diligit homo plus Deum quàm ſeipſum. Secundum verò concupiſcentiam diligit quis Deum, remunerationem expectans. Amor naturalis nec laudabilis eſt nec vituperabilis, & habet finem indigentiam, vel vtilitatem propriam. Iſte ſimiliter diuiditur in amici-

tiam & concupiſcentiam. Secundum amicitiam diligimus hoc amore nos, & noſtram perfectionem & noſtram conſeruationem, & magis ea quæ ſunt plus neceſſaria, vt caput pro quo totum corpus exponimus, hic communis eſt nobis & brutis Secundum concupiſcentiam verò diligimus Deum, quia neceſſitati noſtræ ſubuenit: quia hoc amore non diligitur res propter ſe, ſed propter vſum eius, vnde hoc modo, plus diligit homo ſeipſum dilectione naturali quam Deum. Amor vitioſus vituperabilis eſt, quia peccatum eſt, & habet finem voluptatem ſiue delectationem in creatura. Hic amor diuiditur etiam in amicitiam & concupiſcentiam. Secundum amicitiam diligimus hoc amore creaturam ſiue delectationem creaturæ propter ſe, quamuis in nobis non habeatur: ſecundum concupiſcentiam verò diligimus voluptatem creaturæ propter nos. Amor iterum multiplex eſt, ſcilicet naturalis erga ſe, pius erga parentes, iucundus erga ſocios, iuſtus erga amicos, violentus erga inimicos, ſanctus erga Deum. Item differentia eſt inter amorem, dilectionem, & charitatem: quia amor propriè eſt naturæ, & dicitur amor quaſi animorum vnio, quia quietat appetitum in re amata. Dilectio eſt amor proximi, & dicitur dilectio quaſi duo ligans, ſociat enim amantem cum amato, in amore, vt ſe mutuo diligant. Charitas eſt amor in Deum: hunc amicum determinat & iudicat omnibus chariorem: vnde dicitur charitas quaſi chara vnitas, vel quaſi charum faciens Deo. Alia eſt differentia inter prædicta: quia amamus Deum propter ſe, diligimus eum ſuper omnia propter ſua beneficia: quia dilectio eſt diuerſorum electio: charitas vtrumque complectitur, ſcilicet ſuper omnia, & propter ſe. Diligere Deum in hoc differt à dilectione proximi, quia diligere Deum, eſt velle ei bonum quod habet, ſcilicet quòd ſit omnipotens & ſummè bonus, & huiuſmodi. Item diligere Deum, eſt velle præcepta eius ſeruare cum intentione fruendi eo. Item diligere Deum, eſt eum velle poſſidere, & ab ipſo poſſideri. Item diligere Deum, eſt voluntatem eius voluntati noſtræ in omnibus præferre. Diligere verò proximum, eſt velle ei bonum non per eſſentiam, ſed per gratiam. Item diligere proximum, eſt idem velle, & idem nolle in bono. Item diligere proximum, eſt ſucceſſum bonum ei optare, & quærere. Item diligere proximum, eſt velle ei quod ſibi. Eſt iterum differentia inter dilectionem Dei, & proximi: quia Deum diligimus in ſe, & propter ſe: proximum verò diligimus in Deo, & propter Deum. Quando autem dicimus duplicem eſſe charitatem, ſcilicet Dei & proximi, hæc duplicitas non intelligitur quantum ad habitus, ſed quantum ad actus, quia vno habitu charitatis diligitur Deus & proximus. Charitas quandoque dicit habitum. Ro. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in, &c. Quandoque dicit motum. Cant. 2. Ordinauit in me charitatem. Quandoque ſignum. Vnde Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, id eſt, maius, &c. Quandoque tertiam perſonam in trinitate. 1. Ioan. 4. Deus charitas eſt, & ſic ſumitur perſonaliter. Quandoque ſumitur eſſentialiter, & ſic tota trinitas dicitur charitas. Quandoque ſumitur pro feruore charitatis. Vnde Luc. cap. 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Amor, dilectio, & charitas differunt.

Diligere Deũ quid ſit.

Diligere proximum quid ſit.

CAPVT XXV.

De effectu charitatis.

Charitas peccatum expellit, vnde de Magdalena dicitur, Dimiſſa ſũt ei pecata multa, quoniam dilexit multum. Legem cuſtodit. Rom. 13. Qui diligit proximum ſuum, &c. Deum homini iungit. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, &c. Mentem virtutibus ornat. 1. Corinth. 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. Perfectionem adducit. Apoſt. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. Gloriam tribuit. Ioan. 14 Si quis diligit me, &c. & ſequitur. Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Dilectione Dei dignum facit. Ioan 16. Si quis diligit me, diligetur, &c. Charitas in cordibus noſtris diffunditur, cum ad proximum dilatatur. Effunditur per prædicationem, & per opera miſericordiæ, infunditur per illuminationem gratiæ, ſuperfunditur per opera perfectionis & ſupererogationis. Per charitatem venit Deus ad homines in incarnatione, & in homines gratiæ collatione. Per ipſam charitatem currunt homines ad Deum bona operatione, & perueniunt ad eum in glorificatione. Amoris eſt vulnerare, quia intima cordis penetrat. Cant. 1. Vulnerata charitate ego ſum. Languidum facere, & hoc per deſiderium eſſendi cum amato. Cant. 5. Nuncietis dilecto meo, quia amore langueo. Inebriare, quia ſic tendit in amatum, quòd ſui ipſius & omnium rerum præter illum obliuiſcitur. Cant. 5. Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini chariſſimi. Liquefacere, quia cor in diuina dulcedine ſic reſoluitur, quòd appetens cum appetibili mirabili amicitia vnitur. Cant. 5. Anima mea liquefacta eſt vt dilectus locutus eſt. Amor habet vim diffuſiuam in bona operatione, vnitiuam in proximi dilectione, transformatiuam in iuſtificatione. Item aliter hoc oſtenditur, quòd habet vim diffuſiuam, vt patet in creatione: vnitiuam, vt patet in Chriſti incarnatione: transformatiuam, vt in glorificatione.

Luc. 7.

1. Cor. 13.

Virtus amoris qualis.

CAPVT XXVI.

Quibus rebus charitas aſſimiletur.

Charitas eſt bonorum principium, quia à Deo. bonorum medium, quia ſecundum Deum: bonorum finis, quia propter Deum. Charitas dicitur bonæ operationis principium, quia mouet ad id Greg. Charitas magna operatur ſi eſt. Dicitur etiam medium, quia opera informat Dicitur quoque finis, quia opera dirigit, & ad debitum finem perducit. Quomodo autem dicatur finis, ſciendum eſt, quòd triplex eſt finis, ſcilicet conſumptionis, conſummationis, & terminationis. Primo modo charitas

tas eſt finis peccatorum, quia ea conſumit. Secundo modo eſt finis præceptorum, quia ea perficit. Tertio modo tam vita æterna, quàm ipſe Deus eſt finis noſtri laboris: ſed vita æterna finis eſt quo quieſcitur, Deus verò terminus in quo quieſcitur.

Charitas forma virtutũ, quomodo.

Charitas dicitur forma virtutum multipliciter. Primò, quia mouet omnes virtutes ad opera exteriora, per quæ perficiuntur virtutes, & merentur augeri. Secundò, quia omnes virtutes mouentur ad finem charitatis, ſcilicet ad bonum. Charitas enim habet bonum pro fine, & obiecto: aliæ autem virtutes habent bonum, non pro obiecto, ſed pro fine tantùm, & ille finis virtutum perfectionem denotat. Tertiò, quia charitas auget virtutum delectationem, & tollit faſtidium, & alleuiat onera propter ipſius deſiderium. Quartò, quia componit animam & perficit, non quidem in eſſe naturæ, ſed in eſſe gratuito & meritorio.

Sapient. 3. 2.Petr.1. Ioan.3. Cant. 6. Geneſ.7. 2.Petr 3. Math 7. Pſal. 54. Apoc. 12. Geneſ.6. Apoc. 3. Eccl. 45. Epheſ. 1. 3.Reg.10. Gen.1.& 2. Exod.25.31. Prouerb 17. Geneſ.1. 2.Mach.13. Math.11. Exod.16. Eccl.39. Sap.15. Iſa.11.53. Apoc.1. Coloſſ. 3. Oſeæ 11. Cant. 5. Math 22. Prou. 27. Luc. 10.

Charitas multis rebus aſſimilatur, quia comparatur auro, quod fornax tribulationis probat. Auroræ, quam ſequitur dies æternitatis. Arcæ Noë, in qua qui non fuit inuentus, periit. Arbori bonos fructus proferenti. Alæ ad cæleſtia ſubleuanti. Bitumini animam Deo coniungenti. Claui cælum aperienti, coronæ mentem decoranti, capiti ſenſum & motum influenti. Charitas enim influit ſenſum, id eſt, rationem merendi aliis virtutibus, & motum, id eſt, affectum mouendi meritorie, Deo mentem illuminanti, ebori thronum Deo exhibenti. Funi Deo attrahenti. Firmamento aquas voluptatis ab aquis æternitatis diuidenti. Fonti mentem irriganti. Gemmæ animam ornanti. Gladio flammeo paradiſum cuſtodienti. Igni affectum accendenti Iugo ſuauiter prementi. Mannæ de cœlo deſcendenti. Roſæ rubenti. Radici humorem gratiæ, quem à ſummo trahit, ad virtutes tranſmittenti, vt ſic nutriantur & conſeruentur in bono. Soli fulgenti. Theſauro latenti. Vinculo omnes rationes diligendi in dilecto colliganti. Vino inebrianti. Veſti peccatorum turpitudinem cooperienti. Vnguento vulnera lethalia curanti.

CAPVT XXVII.

De excellentia charitatis

CHaritas excellit alias virtutes in multis. Primò in Dei conformitate. Io.4. Diligamus Deum, quoniam ipſe prior, &c. Secundò in ſpeciali dignitate. Richardus, Charitas eſt regina virtutum. Tertiò in pretioſitate, quia eſt aurum de Ophir. Quartò in ſpecioſitate, quia eſt planeta Veneris, & animæ pulchritudo, quia ſicut pulchritudo exterioris hominis eſt in decenti membrorum ordinatione, & venuſtate coloris, ſic etiam pulchritudo animæ eſt ex decenti ordinatione actuum, & habitu venuſto: hoc autem facit charitas in anima, cuius actus ordinatus eſt, & venuſtus habitus. Quintò in ſupportatione laboris. Aug. Omnia grauia & immania leuia facit amor. Sextò, in vigoroſitate. Cant.8. Fortis eſt vt mors dilectio. Septimò in vtilitate. Aug. Habe charitatem, & fac quod vis. Octauò in delectatione, quia charitas ſecundum actum ſuum facit nos delectare in Deo, non ſolùm in patria, ſed etiam in via.

CAPVT XXVIII.

De ſignis dilectionis.

Dilectionis ſigna quæ. 1.Cor.13.

SIgna dilectionis ſunt hæc, quia amicus amicum libenter audit, libenter de ipſo loquitur, ſæpe de illo cogitat, ſine tædio illi obſequitur, corpus & res pro illo exponit, offenſam cauet, offenſum placat, congaudet proſperitati, condolet aduerſitati, gaudet de illius præſentia, dolet de abſentia, diligit & odit hoc quod ille, conatur ei placere, timet diſplicere, trahit alios ad eius amicitiam, munera ab eo data non alienat, conſiliis illius acquieſcit, petit ab eo fiducialiter. Qualiter poſſit quis ſcire vtrum habeat charitatem. Nota quòd quidam ſciunt ſe non habere charitatem, vt qui ſunt in actu peccandi vel in propoſito. Quidam dubitant ſe habere charitatem, quia rationes habent pro vtraque parte, vt ſunt illi qui incipiunt facere quòd in ſe eſt. Quidam putant ſe habere charitatem, ſicut qui multa bona fecerunt, & diu abſtinuerunt à peccato, adhuc tamen ſuſtinent motus tentationum, & imaginantur turpia. Quidam experiuntur ſe habere charitatem, vt illi qui guſtant diuinam dulcedinem, in quibus fomes ferè extinctus eſt, & quaſi ſemper vel bona faciunt, vel affectant. Quidam certi ſunt ſe habere charitatem, vt quibus Deus reuelauit, qualis fuit Paulus, cui Dominus dixit, Sufficit tibi gratia mea. 2.Cor.12.

CAPVT XXIX.

De gradibus amoris.

Gradus amoris qui, & quot.

GRadus amoris ſunt iſti. Primus eſt, cum diligo me propter me, iſte amor non eſt bonus. Secundus eſt, cum diligo Deum propter me, iſte eſt mercenarius: ſed tunc eſt bonus, ſi principalis finis eſt Deus. Tertius eſt, cùm diligo Deum propter ſe, id eſt, quia bonus. Hic eſt valde bonus, quia talis amor vno tantum oculo, id eſt, dextro reſpicit Deum. Quartus eſt, cum diligo me propter Deum, hic eſt optimus, quia in tali amore nihil quærit homo de ſuo etiam in ſeipſo, ſed tantùm quæ Dei ſunt. Ioan.2. Super omnia diligendus eſt Deus: quia cum ipſe ſit principium primum, hoc ipſo eſt ſummum, & hoc ipſo quòd ſummum eſt, ſummè bonum eſt: & hoc ipſo quòd ſummè bonum eſt, ſummè beatum eſt: & hoc ipſo quòd ſummè beatum eſt, ſummè beatificum eſt, & hoc ipſo eſt ſummè fruendus, & propter hoc ipſum eſt ei ſummè per amorem inhærendum, & in eo tanquam in fine quieſcendum. Tria generaliter diliguntur, ſcilicet vtile, honeſtum, & delectabile. Propter primum dili-

Math.10. Pſal.118.

genda eſt tribulatio, quia vtilis. Propter ſecundum diligenda eſt virtus, quia honeſta. Propter tertium diligendus maximè eſt Deus, quia eſt delectabilis: imò propter hæc omnia diligendus eſt Deus, quia ipſum diligere eſt vtile, honeſtum, & delectabile. Gradus amoris, vel charitatis inquantum tollit peccatum, ſunt iſti. Primò tollit charitas peccatum mortale, non quantum ad habitum, ſed quantum ad actum: liberat enim à peccato mortali, ſed non à poteſtate cadendi in illud. Secundo modo charitas tollit peccatum mortale, quantum ad actum, & quantum ad habitum, ſed veniale neutro modo, ſicut patet in aliquibus ſanctificatis. Tertio modo charitas tollit peccatum mortale vtroque modo, & veniale quoad actum, ſed non quoad habitum: talis fuit charitas in beata Virgine ante conceptionem Chriſti. Quarto modo charitas tollit vtrumque vtroque modo, ſicut fuit in beata Virgine in conceptione Chriſti, & poſt: tunc enim fuit in ipſa ſublatus fomes peccandi totaliter. Quinto modo tollit charitas vtrumque vtroque modo, & inſuper omnem miſeriam: & hoc fit in patria. Perfecta eſt charitas quando eſt habitu magna, motu interiori directa, opere exteriori ſolicita, radice ſtabilita, feruore diſcreta, dulcedine conſolatoria. Diligendus eſt Deus toto corde, id eſt, intellectu ſine errore: tota anima, id eſt, voluntate ſine contrarietate: tota mente, id eſt, memoria ſine obliuione.

CAPVT XXX.

De ordine charitatis.

ORdo charitatis ſecundum Auguſt. eſt diligere primò quod ſupra nos eſt, id eſt, Deum: deinde quod nos ſumus: poſt hoc quod iuxta nos eſt, id eſt, proximum: vltimò quod infra nos eſt, id eſt, corpus noſtrum proprium. In eodem gradu contineri debet corpus proximi: quia vtrumque tenet rationem inferioris boni reſpectu ſpiritus noſtri. Secundum Ambr. diligendus eſt primò Deus, ſecundò parentes, deinde filij, poſt domeſtici, vltimo inimici: ſed hoc de exhibitione quidam intelligunt. Aliquis magis diligitur ab altero multipliciter, ſcilicet maiori affectu: ſic ſuper omnia diligendus eſt Deus: ſed inter homines magis diligendi ſunt parentes, quàm filij, deinde conſanguinei, ſecundum gradus cognationis. Maiori affectu diligendi ſunt filij quàm parentes, ſed æquè pertinentibus ſuccurrendum eſt prius magis indigenti. Ad maiorem gratiam, ſic magis diligendi ſunt qui ſe magis ad gratiam præparant & habilitant. Ad gloriam, ſic diligendi ſunt ſecundum gradus participandi bonum gratiæ. Nota, quòd idem eſt ordo dilectionis naturæ & gratiæ, hoc excepto, quòd homo dilectione naturali ſe magis diligit, quàm Deum: ſed è conuerſo eſt in dilectione gratuita. Præterea ſciendum eſt, quòd idem ordo charitatis, qui ſecundum Auguſt. eſt in via, erit etiam in patria: quia cùm gloria perficiat naturam, quicquid non eſt imperfectionis in natura, manebit in gloria.

Matth. 22.
Exod. 20.
2. Cor. 12.
Matth. 5.

1. Cor. 13.

CAPVT XXXI.

De dilectione proximi.

MVtuo ſe debent homines diligere, quia omnes ſunt membra vnius corporis Chriſti myſtici: quia vno ſpiritu ſancto viuificantur ſpiritualiter, & vniuntur: quia vnam fidem habent: quia vnum baptiſma receperunt: quia vnum patrem habent & dominum: quia ad vnum regnum tendunt. Dilectionem proximi ſuadet ius naturæ. Matth. 7. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Ius ſcripturæ. Mat. 22. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Exemplum creaturæ, quia ſimilis ſimili gaudet, & omne ſimile diligit ſibi ſimile. Melius eſt diligere quam diligi, quadruplici ratione. Primò, quia quòd diligimus, ſcimus: ſed quòd diligamur, neſcimus, ſed credimus. Secundò, quia diligere propriæ virtutis eſt: ſed diligi, alienæ. Tertiò, quia cùm verè diligimus, alios nobis obligamus: cùm verò diligimur, aliis obligamur. Quartò, quia cum diligimus, meremur nobis: cum autem diligimur, alij merentur ſibi. Per dilectionem proximi efficimur imitatores Chriſti. Ioan. 15. Hoc eſt præceptum meum, vt dilig. in. ſi. dil. vos. Diſcipuli Saluatoris. Io. 13. In hoc cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eſtis, &c. Contemplatores Dei. 1. Ioan. 2. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & videt Deum. Societas fraterna vtilis eſt, ratione ſubleuationis. Eccleſiaſtes 4. Væ ſoli quia ſi ceciderit, non habet ſubleuantem. Ratione conſolationis. Pſal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum. Ratione exhortationis. Seneca, Semper ante oculos tuos ponendus eſt aliquis, cuius exemplo proficias: quia niſi ad regulam praua non corriges. Eccl. 11. A modica ſcintilla augetur ignis.

Rom. 12.
1. Cor. 12.
Epheſ. 4.
Matth. 6. 23. & 19.
Dilectionis proximi ſuaſio multiplex, & qua.

Melius eſt diligere, quam diligi, & quare.

Vtilitas ſocietatis.

CAPVT XXXII.

De dilectione inimicorum.

CIrca dilectionem inimicorum nota, quòd alia eſt dilectio affectus, & alia dilectio effectus. Dilectio affectus duplex eſt, quia alia eſt innocentiæ, & alia beneficentiæ. Dilectione innocentiæ tenemur diligere inimicos, quia non debemus eis optare malum inquantum malum, ſed inquantum eſt eis expediens, vel reipublicæ. Affectus dilectionis beneficentiæ duplex eſt, ſcilicet principalis & ſecundarius. Affectus principalis eſt velle & optare inimicis bona ſpiritualia, ſicut eſt gratia, & gloria: & ita tenemur per affectum diligere inimicos. Affectus autem dilectionis ſecundarius eſt optare inimicis bona temporalia, hoc modo non tenemur ſemper diligere inimicos, quia non ſemper expedit eis habere bona temporalia.

Eodem

Eodem modo diſtinguendum eſt de dilectione affectus, qui ſimiliter duplex eſt, innocentiæ, & beneficentiæ. Primo modo tenemur omnes diligere inimicos, quia tenemur eis non inferre mala, niſi fortè propter bonum perſonæ, vel reipublicæ. Secundo modo diſtinguenda eſt dilectio beneficentiæ: quia ſi eſt beneficium ſpirituale ad ſalutem neceſſarium, tunc tenemur illud inimicis impendere: ſicut orare pro eis, non quidem in ſpeciali, ſed in generali:

Matth. 5.

ita ſcilicet vt non excludamus eos ab orationibus communibus. Si verò eſt beneficium temporale, ad hoc non tenemur, niſi in caſu neceſſitatis. Nota tamen eſſe duplicem inimicum, ſcilicet perſonæ noſtræ, & Eccleſiæ.

Rom. 12.
Inimicus duplex.

Igitur inimico perſonæ noſtræ benefacere perfectionis eſt, niſi inquantum ipſi vel alteri beneficium occaſionaliter nocioum eſſet: qoia in tali caſu beneficium ſubtrahere vtile eſt. Inimico autem Eccleſiæ beneficium ſubtrahere perfectius eſt & melius, niſi inqoantum per beneficium ſperatur recoociliandus Eccleſiæ. Ex prædictis paret, qnod optare bona temporalia inimicis Eccleſiæ imperfectionis eſt, niſi per accidens, ſcilicet quando creduntur per hoc conuertendi. Inimicis verò perſonæ optare bona temporalia, perfectionis eſt, niſi per accidens, ſcilicet quando putantor eis, vel aliis nociua.

Leuit. 19.
Matth. 5.
Diligere inimicum ad multa valet.

Nota, quòd licet amicum diligere ſit magis debitum, tamen diligere inimicum, magis eſt remiſſionis pœnæ meritorium, & ad alia multa valet. Primò, quia magis accedit ad perfectionem virtutis. Maioris enim perfectionis eſt, quia magis gratuitum. Secundò, quia motus charitatis quo diligimus inimicum, magis meritorius eſt remiſſionis pœnæ, & hoc ratione difficultatis: licet diligere amicum, ſit magis meritorium vitæ æternæ ratione intentionis. Amor enim naturalis feruentiorem facit motum charitatis, ſicut diſpoſitio materialis confert formæ. Tertiò, quia inimicum diligere, eſt expreſſius ſignum charitatis, quia contra motum naturæ eſt: vnde valde difficile eſt, niſi adſit gratia, per quam vincatur natura. Nota, quòd ille cui iniuria facta eſt, non debet reconciliationem quærere ex debito neceſſitatis: ſed ſi facit, complet debitum perfectionis: vnde ait Chryſoſtomus, quòd talis debet reconciliationem quærere, vt duplicem gloriam conſequatur: vnam, quia iniuriam paſſus eſt: alteram, quia prior rogauit.

CAPVT XXXIII.

De virtutibus cardinalibus in genere.

Virtutes cardinales in anima quid agant.

PEr virtutes cardinales anima rectificatur in ſuis viribus. Nam prudentia rectificat rationalem, fortitudo iraſcibilem, temperantia concupiſcibilem. Iuſtitia verò rectificat omnes vires, prout natura iuſtitiæ comprehendit, non ſolùm ſpecialem iuſtitiam, quæ eſt in commutationibus, vel diſtributionibus, ſed etiam legalem, quæ eſt omnis virtus, prout eius actus pertinet ad debitum obedientiæ præceptorum.

Iuſtitia ordinat ad proximum, ad ſeipſum, ad Deum.

Ipſa enim iuſtitia generalis comprehendit virtutes ordinantes ad proximum, vt eſt æquitas & liberalitas: & ordinantes ad ſeipſum, ſicut innocentia, & pœnitentia: & ordinantes ad Deum, ſicut eſt latria, pietas & obedientia. Propter hoc iuſtitia dicitur circuire omnes virtutes, quod non tantum eſt virtus ſpecialis, ſed etiam generalis comprehendens totius animæ rectitudinem, cùm ipſa dicatur rectitudo voluntatis. Item per virtutes cardinales inſtruitur homo in operibus, & contra vitia armatur. Primum fit dupliciter, quia inſtituitur quoad ſe per prudentiam, & quoad proximum per iuſtitiam. Secundum etiam fit dupliciter: quia homo armatur in proſperis per temperantiam, & in aduerſis per fortitudinem. Item dicit Auguſtinus, quòd prudentia eſt in eligendis, fortitudo in tolerandis, temperantia in vtendis, iuſtitia in diſtribuendis. Item dicit, quòd prudentia eſt in præcauendis inſidiis, iuſtitia in ſubueniendis miſeriis, fortitudo in perferendis moleſtiis, temperantia in coërcendis delectationibus prauis. Auguſtinus ait in muſica ſua, quòd ſuccedit prudentiæ contemplatio, fortitudini firmitas adhærentiæ, temperantiæ menſura delectationis, iuſtitiæ debita ordinatio ad Deum & proximum.

Quare cardinales dicuntur.

Iſtæ quatuor virtutes appellantur cardinales, quia ſicut oſtium vertitur in cardine, ſic in his vertitur, & regitur vita hominis.

Quare politicæ, & quare humanæ, & conſuetudinales.

Vocantur etiam politicæ, quia ordinatur in his vita ciuilis, & hominem poliunt & ornant. Dicuntur etiam humanæ, quia humano ſtudio acquiruntur, niſi diuinitùs infundantur. Appellantur etiam conſuetudinales, quia non ex vno actu, ſed ex conſuetudine naſcuntur, vel quia honeſtas humana ſe magis exercitat in iſtis, ſicut & ſanctorum deuotio ſe magis exercitat in virtutibus theologicis.

Virtutum cardinalium officia.

Nota, quòd prudentiæ eſt ſcire quod poſſit, temperantiæ eſt non præſumere quod non poſſit, iuſtitiæ eſt velle in omnibus quod æquum ſit, fortitudinis eſt velle plus, quàm poſſit. Iſtæ virtutes habent ſuos gradus perfectionis, ſecundum quos aliter eas poſſident incipientes, aliter proficientes, aliter perfecti. Dicuntur etiam virtutes politicæ quandoque ſecundum quòd regunt vitam hominis quoad opera exteriora, & prout pugnant contra vitia, & hoc modo ſunt incipientium. Purgatoriæ dicuntur ſecundum quòd iam ſunt in victoria vitiorum, & conſiſtunt partim intra, partim extra, & ſic ſunt proficientium. Dicuntur autem purgati animi, ſecundum quod iam deuictis vitiis quieſcit homo, ita quod rarò primi motus inſurgunt, & hoc modo pertinent ad perfectionem. Exemplares dicuntur prout ſunt in mente diuina. Nam ſicut omnium rerum Deus exemplar eſt, ita & ideæ virtutum in ipſo conſiſtunt.

CAPVT XXXIV.

De prudentia.

Prudentia quid ſit ſecũdum diuerſa.

PRudentia ſecundum quòd eſt virtus politica, eſt (vt ait Macrobius) ad rationis normam, quæ cogitat quæcumque agit, vniuerſa dirigere, ac nihil præter rectum velle vel facere. Prudentia verò, ſecundum quòd eſt virtus purgatoria, eſt, vt idem ait, & mundum, & omnia, quæ in mundo ſunt, diuinorum contemplatione deſpicere, & omnem animæ cognitionem in ſola diuina erigere. Prudentia autem prout eſt virtus purgati animi, eſt ſola diuina noſcere, & ea tanquam nihil aliud ſit, intueri. Prudentia ſanè exemplaris eſt ipſa mens diuina, cui omnia nuda ſunt & aperta. Partes prudentiæ ſecundum Tullium ſunt intelligentia, prouidentia, memoria. Intelligentia verò eſt per quam animus proſpicit ea quæ ſunt. Prouidentia autem virtus eſt, vt idem ait, per quam aliquid videtur futurum antequàm factum ſit. Memoris ſecundum eundem eſt, per quam repetit quis ea quæ fuerunt. Nota, quòd duplex eſt iudicium rationis, diſcretiuum ſcilicet & diffinitiuum. Iudicium diſcretiuum eſt, quo ratio iudicat aliquid eſſe faciendum, vel non faciendum. Circa tale iudicium eſt ſcientia, & non virtus. Iudicium verò diffinitiuum eſt, quo ratio imperat aliquid fieri, vel non fieri: & circa iſtud eſt virtus. Vnde in primo iudicio ſe habet ſcientia ad operationes bonas vt conſiliarius: In ſecundo verò iudicio ſe habet virtus vt Imperator. Prudentia habet gerere cæteras virtutes in actibus ſuis ſecundum omnes partes philoſophiæ moralis, quæ ſunt ethica ſiue moralis, œconomica, & politica: quarum prima mores quoad ſeipſum inſtruit: ſecunda familiam diſponit: tertia vrbes & regna regit. Triplex eſt prudentia. Prima eſt cordis, & hæc eſt in diſpoſitione præſentium, & recognitione præteritorum, & præuiſione futurorum. Deut. 32. Vtinam ſaperent, ſcilicet præterita, & intelligerent, ſcilicet præſentia, ac nouiſſima prouiderent, ſcilicet futura. Secunda eſt oris, & eſt hæc in moderatione ſermonum. Prou. 10. Qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Pſal. 140. Pone Domine cuſtodiam ori meo. Tertia eſt operis, & hoc conſiſtit (vt ait Tullius) in fuga mali, & electione boni. Pſal. 33. Declina à malo, & fac bonum. Nota, quòd alia eſt prudentia mundana, alia humana, alia diuina. Prima eſt in temporalibus acquirendis, ſecunda in commodo carnis, tertia in obſequiis diuinis. Officium prudentiæ eſt actus aliarum virtutum dirigere, ſicut ſuprà dictum eſt. Bern. Diſcretio non tam virtus eſt, quàm auriga virtutum. Nolle enim fallere nec falli, vt dicit Seneca, eſt res ſecundum veritatem æſtimare. Idem: Tunc per rationem rectè viues, ſi diuina priùs æſtimes, ſi dignitatem rerum non ex opinione multorum, ſed ex earum natura conſtituas. Nobis commiſſa ad Dei gloriam, & proximi ædificationem diſpenſare. Luc. 12. Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam, &c. Mutabilitatem fugere. Seneca: Scito te in quibuſdam perſeuerare debere, quia cœpiſti, quædam nec incipere.

Hebr. 4.

Prudentia partes quæ, & quot.

Iudicium diſcretiuum & diffinitiuum.

Prudentia triplex.

Prudentia mundana, diuina, & humana.

Officium prudentiæ quid.

CAPVT XXV.

De temperantia.

TEmperantia ſecundum Macrobium, prout eſt virtus politica, eſt nihil appetere pœnitendum, in nullo legem moderationis excedere, ſub iugo rationis cupiditatem domare. Temperantia prout eſt virtus purgatoria, eſt omnia relinquere inquantum natura patitur, quæ corporis vſus requirit. Temperantia verò prout eſt virtus purgati animi, eſt terrenas cupiditates non ſolùm reprimere, ſed penitus obliuiſci. Temperantia prout eſt virtus exemplaris, eſt quædam in ſe perpetua intentione conuerſio. Partes temperantiæ ſecundum Tullium ſunt tres, continentia, clementia, abſtinentia & modeſtia. Continentia ſecundum eundem Tullium, eſt virtus per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur. Clementia eſt per quam motus animi in odium alicuius temeritate concitati comitate vel hilaritate retinentur. Modeſtia eſt virtus per quam pudor honeſtus charam & ſtabilem authoritatem comparat. Species temperantiæ ſunt tres, ſobrietas, continentia, & modeſtia. Prima conſiſtit circa guſtum, in quo ponit modum ſobrietas. Secunda eſt circa tactum, quantum ad vim generatiuam, cui imponit modum caſtitas. Habet enim homo vehementem appetitum conſeruandi ſe in eſſe indiuidui per nutrimentum, & conſeruandi ſe in eſſe ſpeciei per generationem. Iſti autem appetitus reſtringuntur per ſobrietatem & continentiam. Tertia conſiſtit in dictis & factis. Factum autem prout hîc accipitur, pertinet ad tres ſenſus circa proprias eorum materias, ſcilicet viſum, auditum, olfactum. Pertinet etiam hoc factum ad tactum, non quidem qui eſt in generatiua, ſed ad alios quorum organa ſunt manus ad percutiendum, vel capiendum, & pedes ad ambulandum. In omnibus iſtis modum ponit modeſtia. Dignitas temperantiæ in hoc eſt, quod animam decorat, quia ſicut in naturis forma eſt decentior materia, ſic & in moribus plus commendatur modus, quàm ipſa actio. Propter hoc temperantia comparatur Soli, qui medius planetarum, & decentior inter omnes. Meritum cumulat, quia medium tenuere beati. Vnde dicitur, quòd verbis non meremur, ſed aduerbiis, id eſt, non eo quòd aliquid facimus, ſed in eo quòd bene facimus. Iſtud patet in illa vidua, quæ obtulit duo minuta, & magis commendata eſt quàm qui magna dona miſerunt in gazophylacium. Vitioſos appetitus refrenat, ſicut ſuprà dictum eſt: vnde comparatur fræno, & remo, & limæ, quæ ſuperfluum rubiginis tollit de ferro. Actiones informat, ſecundum quod Apoſtolus inſtruit, dicens ad Romanos 12. Rationabile obſequium veſtrum.

Temperantiæ partes.

Temperantiæ ſpecies quot.

Non verbis ſed aduerbiis meremur.

Luc. 21.

Medium

Medium ſeruat. Bern. Tene medium, ſi non vis perdere modum. De hoc medio dicitur, Medio tutiſſiums ibis. Iſtud medium voluit Dominus nos tenere, quando fecit Euam non de capite, vel de pede, ſed de coſta: & quando fecit hominem partim corporalem, & partim ſpiritualem, vt dignitate naturæ ſub natura eſſet angelica, & ſuper corpoream creaturam. Chriſto aſſimilat, qui ſtetit in medio diſcipulorum, ſedit in medio doctorum, ſuſpenſus eſt in medio latronum, locatus eſt in medio duorum animalium, viſus eſt à Ioanne in Apocalypſi in medio candelabrorum aureorum. Naturam conſeruat, quia natura in medijs delectatur, & per extrema corrumpitur. Vnde Philoſophus. Excellentia ſenſatorum corrumpitur ſenſus. Ferculis æternis cibat. Vnde temperantia comparatur ligno vitæ, quod erat in medio paradiſi.

Margin: Geneſ. 2. — Luc 24. — Luc. 2. & 23. — Iſai 1. — Apoc. 1. — Geneſ. 2.

CAPVT XXXVI.

De fortitudine.

FOrtitudo ſecundum Macrobium, prout eſt virtus politica, eſt animum ſupra periculi metum agere, nihilque niſi turpia timere, tolerare fortiter aduerſa vel proſpera. Fortitudinis purgatoriæ eſt animo non terreri à corpore recedente, nec altitudinem abhorrere. Fortitudinis purgati animi eſt paſſiones ignorare, non metuere, vt neſciat iraſci, & nihil cupiat inhoneſtum. Fortitudinis exemplaris eſt eſſe immutabilem, quia ſemper idem eſt, nec aliquando mutatur. Partes fortitudinis ſecundum Tull. ſunt quatuor: Magnificentia, fiducia, patientia, & perſeuerantia. Magnificentia ſecundum eundem eſt magnarum & excelſarum rerum cum ampla quadam animi propoſitione cogitatio atque adminiſtratio. Fiducia eſt virtus per quam in magnis & honeſtis rebus multum ipſe animus cum certa ſpe fiduciæ in ſe collocauit. Patientia eſt honeſtatis & vtilitatis cauſa rerum arduarum atque difficilium voluntaria & diuturna perpeſſio. Perſeuerantia eſt virtus in ratione bene conſiderata, ſtabilis & perpetua permanſio. Multi ſunt effectus fortitudinis. Primus eſt quia de hoſtibus triumphat. Iudas Machabæus. 2. Machab. 5. & idem vir fortiſſimus. Secundus, quia homini ſua bona conſeruat. Luc. 11. Cum fortis armatus, &c. Tertius, quia ditat. Prou. 10. Manus fortis diuitias parat. Quartus, quia regnum cœlorum expugnat. Matt. 11. Regnum cœlorum vim patitur, &c. Quintus, quia ornat. Prou. 31. Fortitudo & decor, indumentum eius. Sextus, quia in extremis aſſecurat. Prou. 30. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. Septimus, quia remunerationem expectat. Prou. 31. Mulierem fortem quis inueniet, &c. Fortitudo conſiſtit in quinque, ſcilicet in aggreſſione arduorum. Pſal. 30. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum. In contemptu terrenorum. Heb. 11. Moyſes negauit ſe eſſe filium Pharaonis, &c. In ſuſtinentia tribulationum. Cantic. 8. Fortis eſt vt mors dilectio. In reſiſtentia tentationum. Apoſt. 1. Timot. 2. Non coronabitur, niſi qui legitime certauerit. In impugnatione vitiorum. Iob. 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram. Multa iuuant fortitudinem. Primum eſt exhortatio prudentium. Vnde legitur de Iuda Machabæo. 2. Macha. 5. quod armauit ſocios, non clypei vel haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis. Secundum, exempla robuſtorum, vt legitur de Eleazaro, quod elegit fortiter mori pro paternis legibus, exemplum virtutis & fortitudinis poſteris relinquens. Tertium eſt exercitatio in pugnis. Vnde legitur in Ioſue, quod Dominus non deleuit ſtatim omnes hoſtes filiorum Iſraël, ſed reliquit aliquos, vt per eos haberent conſuetudinem præliandi. Quartum eſt ſpes remunerationis. 2. Paral. 15. Confortentur manus veſtræ, & non diſſoluantur; erit enim merces operi veſtro. Quintum hoſtium debilitas. Gregor. Debilis eſt hoſtis, qui non poteſt vincere niſi volentem. Sextum, orationis adiutorium: Exod. 17. Cum eleuaret manus Moyſes, vincebant filij Iſraël, &c. Septimum, armorum ſpiritualium apparatus. Vnde Samſon vicit Philiſthæos in mandibula aſini, id eſt, temperantia & ſimplicitate. Octauum, memoria Dominicæ paſſionis: quod ſignificatum eſt in Dauid. 1. Reg. 17. qui contra Goliam venit in baculo & funda. Nonum, cibus ſpiritualis. Pſal. 103. Panis cor hominis confirmat. 3. Reg. 19. Ambulauit Elias in fortitudine cibi illius, &c. Vnde & Petrus potatus Spiritus ſancti gratia, confortatus eſt dicens. Act. 5. Oportet Deo obedire magis, quàm hominibus. Idem verò Apoſtolus ante talem confortationem dicit. Marc. 14. Neſcio hominem hunc.

Margin: Fortitudinis partes quæ. — Fortitudinis effectus qui. — Fortitudo in quibus conſiſtit. — Multa fortitudinem iuuant. — 2. Mach. 6. — Ioſu. 10. — Iudic. 15

CAPVT XXXVII.

De iuſtitiâ politicâ.

IVſtitiæ politicæ ſecundum Macrobium eſt ſeruare vnicuique quod ſuum eſt. Iuſtitiæ purgatoriæ ſecundum eundem, eſt ad vnam cuiuſque propoſiti viam vniuſcuiuſque virtutis officium conſeruare. Iuſtitiæ autem purgati animi eſt, ita cum ſuperna mente ſociari, vt ſeruet cum ea fœdus perpetuum imitando. Iuſtitiæ exemplaris eſt, quod perenni lege ſempiterna operis ſui continuatione non flectitur. Partes iuſtitiæ ſecundum Tullium ſunt ſex, ſcilicet religio, pietas, gratia, vindicatio, obſeruantia, veritas. Religio ſecundum eundum Tullium, eſt virtus, quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam vocant, curam, ceremoniamque affert. Pietas eſt per quam coniunctis ſanguine & beneuolentiæ officiũ, & beneuolens tribuitur cultus. Gratia eſt, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & remunerandi voluntas continetur. Vindicatio eſt virtus per quam vis, & iniuria, & omne quod infenſum eſt defendendo atque vleiſcendo propulſatur. Obſeruantia eſt virtus per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam, & honore dignantur. Veritas eſt virtus per quam immutata ea quæ ſunt, aut fuerunt, aut futura

Margin: Partes iuſtitiæ quot & quæ. — Religio quid. — Deut. 6. — Matth. 4.

ſunt, dicuntur. Nota, quòd iuſtitia non tam eſt virtus ſpecialis, quam generalis, vt habes ſupra de virtutibus cardinalibus in genere. Iuſtitia, vt dicitur in lib. Sapient. 1. eſt perpetua, multiplici ratione. Primò quia perpetuat animam, ſtabiliendo eam in debito loco, ſcilicet ſub Deo & ſupra corporales creaturas. Secundo, quia manebit in patria ſecundum eſſentiam, & vſum. Aliæ autem virtutes cardinales etſi maneant in patria ſecundum eſſentiam, non tamen ſecundum omnem vſum. Temperantia enim non refrænabit motus illicitos, prudentia non cauebit ab inſidiis, fortitudo non aggreditur terribilia.

Iuſtitia in patria manet.

Iuſtitia peruertitur tripliciter, ſcilicet amore perſonæ, vel pecuniæ. Iſa. 5. Væ, qui iuſtificatis impium pro munere. Timore. Matth. 10. Nolite timere eos, &c. Rancore. Marc. 15. Sciens, quòd per inuidiam tradidiſſent eum.

Iuſtitia peruertitur tripliciter.

Multa mouent ad rectitudinem iuſtitiæ. Primum eſt rectitudo humani corporis, quia indecens valde eſt in recto corpore curuum habere animum. Secundum eſt naturalis inclinatio: quia vt ait Aug. Iuſtitia eſt in corde hominis naturaliter. Tertium, quia bruta animalia docent multa quæ pertinent ad iuſtitiam, vt eſt innocentia, concordia, & huiuſmodi. Quartum eſt ſcriptura. Eccleſ. 4. Vſque ad mortem certa pro iuſtitia.

Ad rectitudinem iuſtitia plura mouent.

Effectus iuſtitiæ eſt, quòd beatificat. Matt. 5. Beati qui eſuriunt, &c. 1. Pet. 3. Si quid patimini propter iuſtitiam, beati. Quod exaltat. Eccl. 4. Qui operatur iuſtitiam, exaltabitur. Appetitum concupiſcentiæ refrænat. Iſa. 11. Erit iuſtitia cingulum lumborum eius. Locum Deo præparat. Pſal. 88. Iuſtitia & iudicium præparatio, &c. A morte æterna liberat. Prou. 10. Iuſtitia liberabit à morte. Coronat. 2. ad Tim. 4. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Remunerat. Pſal. 17. Retribuet mihi Dominus ſecundum, &c. Iuſtitia conſiſtit in fide. Apoſt. 4. Rom. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatum, &c. Item in oratione. Pſal. 33. Clamauerunt iuſti, & Dominus, &c. In ſancta meditatione. Eccle. 14. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, &c. In humiliatione. Matt. 3. Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. Gloſ. Perfecta iuſtitia eſt ſubdere ſe minori. In eruditione. Prou. 11. Seminanti iuſtitiam merces fidelis.

Effectus iuſtitia qui & quot.

CAPVT XXXVIII.

De donis in communi.

Spiritus ſancti dona quot.

LIcet omnes habitus dati diuinitus poſſint dici generaliter dona Dei, ſpecialiter tamen & appropriatè ſeptem ſunt dona ſpiritus ſancti, quæ per ordinē Iſa. 11. enumerat, à ſummo incipiens vſque ad vltimum deſcendendo. Septem igitur ſunt dona multiplici ratione. Primo ſcilicet vt per hæc ſeptem expellantur vitia ſeptem, ita ſcilicet vt timor expellat ſuperbiam, pietas inuidiam, ſcientia iram, quæ eſt quaſi quædam inſania, fortitudo acediam, conſilium auaritiam, intellectus gulam ſapientia luxuriam. Secundo dicuntur eſſe ſeptem dona propter expediendas vires naturales. Nam iraſcibilis indiget expediri tam in proſperis quam in aduerſis: in proſperis quidem per timorem: in aduerſis autem per fortitudinem. Concupiſcibilis indiget expediri quantum ad effectum reſpectu proximi, quod fit per pietatem: & quantum ad affectum reſpectu Dei, quod fit per guſtum ſapientiæ. Rationalis quoque indiget expediri in veritatis ſpeculatione, quod fit per donum intellectus: & in veri electione, quod fit per conſilium: atque in electi executione, quod fit per donum ſcientiæ: per hoc enim donum rectè conuerſamur in medio nationis prauæ & peruerſæ. Tertio dicuntur eſſe ſeptem dona, propter regimen actiuæ & contēplatiuæ vitæ. Contemplatiua ſiquidem tria dona debet habere, ſcilicet timorem ad reuerentiam maieſtatis, intellectum ad intelligentiam veritatis, ſapientiam ad guſtum bonitatis. Actiua verò ita debet habere, pietatem ad agendum, fortitudinem ad ſuſtinendum, ſcientiam ad diſcretionem pietatis, conſilium ad directionem fortitudinis. Plurima ergo dona ſunt ad intellectum ſpectantia: quia lux cognitionis multum valet ad rectè viuendum. Propter eandem cauſam fit donorum obuiatio: vbi quaſi ſemper adiungitur vnum directiuum cum alio, quod ſpectat ad actionem vel paſſionem: vnde Gregorius ſuper Ezechielem dicit, quod ſumus per ſapientiam maturi, per intellectum prouidi, per conſilium cauti, per fortitudinem animoſi, per ſcientiam diſcreti, per pietatem miſericordes, per timorem humiles.

CAPVT XXXIX.

De timore in communi.

TImor eſt, vt ait Augu. fuga mali. Species timoris ſunt ſex: primus eſt naturalis, quo quilibet naturaliter timet nocumentum naturæ. Iſte non eſt meritorius, neque demeritorius: quia non ſubiacet libero arbitrio, & dicitur naturalis, non à natura inſtituta, ſed deſtituta: quia iſte timor eſt pro peccato primorum parentum inflictus: hoc timore Chriſtus naturaliter mori timuit. Matt. 26. Secundus eſt timor humanus, quo quis nimis timet pelli ſuæ. Iſte timor naſcitur ex nimio amore præſentis vitæ: & eſt quandoque mortalis actus eius, cum potius quis peccaret mortaliter, quàm amitteret vitam ſuam: quandoque eſt venialis, vt cum quis faceret potius peccatum veniale, quàm permitteret ſe occidi. Tertius eſt timor mundanus, quo quis nimis timet ſuis rebus ſpoliari. Hic naſcitur ex nimio amore rerum temporalium, & eſt quandoque mortalis, quandoque venialis penitus eodem modo quo dictum eſt de humano. Quartus eſt timor ſeruilis, quo quis timet peccare principaliter propter pœnam. Quintus eſt timor initialis, quo ſcilicet timet quis pœnam, & Dei offenſam. Vnde quaſi duos habet oculos, vnum ad gehennam, alium ad Deum, & hic eſt principalior. Sextus eſt timor filialis, quo ſcilicet quis

Timoris ſpecies quot & quæ.

quis timet offenſam Dei, vel ſeparationem à Deo. Numerus prædictorum timorum ſic accipitur, aliquis timor eſt à ſpiritu ſancto,& cum ſpiritu ſancto, ſicut timor initialis & finalis. Aliquis à ſpiritu ſancto eſt, & nou cum ſpiritu ſancto, ſicut timor ſeruilis. Aliquis eſt cum ſpiritu ſancto, & non à ſpiritu ſancto, ſicut timor naturalis. Aliquis nec à ſpiritu ſancto, nec cum ſpiritu ſancto, ſicut timor humanus, & mundanus: quos nec ſpiritus ſancti gratia ſecum compatitur, nec per ſpiritum ſanctum dantur. Eſt adhuc alius timor reuerentiæ, qui ſolus inter omnes timores erit in patria, ſicut dicit Pſ.18. Timor Domini ſanctus, &c. Reuerentia verò eſt reſilitio à conſiderata magnitudine Dei in propriam paruitatẽ. Timor Domini multa bona facit. Primò, quia expellit peccatum. Prou. Timor Domini expellit peccatum. Sapiẽtiam gignit. Ecc.1. Qui timet, nihil negligit. Mentem ſtabilit. Ecc.27. Niſi in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. Spiritualiter ditat. Pſal. Non eſt inopia timentibus eum. Bona opera cumulat. Eccl.15. Qui timet Deum, faciet bona. Cor delectat. Eccleſ.1. Timor Domini delectat cor. Vitam prolongat. Timor Domini apponit vitam. Deuotionem irrigat. Prou. 14. Timor Domini fons vitæ. Æternaliter remunerat. Eccl.1. Timenti Deum bene erit in extremis.

1. Ioan. 4.

Effectus timoris Domini qui, & quot.

CPAVT XL.

De timore ſeruili.

Timor ſeruilis donum Dei.

TImor ſeruilis donum ſpiritus ſancti eſt, nec tamen eſt cum ſpiritu ſancto, ſicut aurora eſt à Sole, nec tamen cum Sole eſt. Timor ſeruilis ſpiritui ſancto locum præparat, vt cum ſicut ſeta filum introducat. Seta namque filum introducendo ipſum præcedit, non tamen cum ipſo permanet, ſicut ait Aug. Timor ſeruilis eſt bonum, quo nemo bene vtitur, quia licet habitus timoris ſeruilis bonus ſit in ſe, ſecundum etiam quòd donum ſpiritus ſancti eſt, tamen eius actus quandoque peccatum eſt. Timor ſeruilis duo facit. Primum eſt, quòd præparat viam charitati. Secundum eſt, quod retrahit à peccato metu pœnæ tantum. Ratione primi bonus eſt, ſed ratione ſecundi diſtinguitur. Vnde notandum eſt, quòd vſus timoris ſeruilis duplex eſt, ſcilicet cùm quis vtitur eſſentia habitus tantum, vel cum vtitur ſeruilitate. Primo modo vſus eius bonus eſt. Nam ille eſt abhorere pœnas æternas, quod bonum eſt cum timore initiali. Secundo modo vſus eius malus eſt, quia vſus eius eſt vitare malum ex coactione per pœnam, cuius tamen affectus habetur in voluntate, & ſequeretur effectus ſi ſperaretur impunitas, vt ait Aug. Et ſic intelligitur dictum eius, qui ait, quòd timor ſeruilis bonus eſt, non tamen qui timet ſeruiliter, bene agit: quia agere bonum eſt ex voluntate facti: ſed agere bene, id eſt, meritoriè, eſt ex voluntate agentis, qui agit ex virtute charitatis & gratiæ.

Effectus timoris ſeruilis.

Vſus timoris ſeruilis bonus & malus.

CAPVT XLI.

De timore initiali.

TImor initialis ideo ſic dictus eſt, quia eſt incipientium primò pœnitere. Vnde Iſa. 26. Domine à timore tuo concepimus, &c. Qui adhuc ſunt in anguſtia pro peccato, quod commiſerunt, ſed hæc anguſtia foras mittitur, quando conſcientia ſerenatur ad plenum: quia perfecta charitas foras mittit timorem initialem, inquantum habet naturam timoris ſeruilis, ſecundum hoc ſcilicet quòd habet oculum ad pœnam. Timor enim initialis habet duos oculos: vnum ad gloriam, qui eſt ei eſſentialis: alterum ad pœnam, qui eſt ei accidentalis, ſed timori ſeruili eſt eſſentialis. Præterea timor initialis abſtinet à peccato veniali retrahenti à gloria propter pœnam purgatorii: in quo poteſt conuenire cum perfecto, qui etiam timet pœnam purgatorii, inquantum eſt dilatiua gloriæ, ſiue ſeparatiua ad tempus. Duplex eſt amor, ſcilicet filialis, quo Deum diligimus propter ſe tantum: & mercenarius, quo non diligimus principaliter, ſed ſecundario, habito reſpectu ad mercedem. Huic duplici amori reſpondet duplex timor, ſcilicet initialis & filialis. Nam filialis timor reſpondet amori filiali, initialis verò reſpondet amori mercenario.

Amor duplex.

CAPVT XLII.

De timore filiali.

TImor filialis propriè timet offendere Deum, qui etiamſi propter peccatum non ſeparaxetur à Deo, tamen, à peccato abſtineret, ne Deum offenderet, & in hoc timor ſeparationis filialis differt ab initiali, quia initialis propriè eſt timor ſeparationis: quia propter conſcientiam peccati timet à Deo ſeparari. Timor autem filialis tantum timet offendere Deum. Alia eſt differentia, quia timor initialis eſt imperfectorum, ſed filialis perfectorum. Tertia eſt differentia, quia cum in timore pœnæ ſint duo, ſcilicet punctio, & cautela, ipſa punctio pertinet ad timorem initialem, talis enim punctio eſt ex conſcientia peccati, de quo neſcit an ſit dimiſſum: cautela verò pertinet ad timorem filialem, ſicut enim perfectus cauet peccatum, quod Deum offendit, ita per conſequens cauet pœnam, ſed tamen per accidens. Timor etiam filialis dicitur ſanctus & caſtus.

In timore pœna duo, & quæ.

Eccleſ. 9.

CAPVT XLIII.

De dono pietatis.

DOnum pietatis in tribus conſiſtit, ſcilicet in cultu Dei, in veneratione ſacræ ſcripturæ

Donum pietatis in quibus conſiſtit.

Rom. 10. Ioan. 5. Math 23. Ephes. 5. Rom. 22.

ruræ & in honore proximi. Cultus Dei conſiſtit in proſeſſione diuinę maieſtatis, & hoc eſt theoſebia. Venetario ſacræ ſcripturæ conſiſtit in hoc, vt ei firmiter credatur, ſolicitè coſtodiatur, & fideliter diſpenſetur. Honor proximi conſiſtit in reuerentia ſuperiorum, io conformitate æqualium, & io ſubuentione inferiorum.

CAPVT XLIV.

De dono ſcientiæ.

SCientiæ donum, quod idem eſt in eſſentia cum prudentia quæ eſt virtus politica, ſed differt iu ratione agendi. Prudentia enim procedit ex principiis naturalis, ſcientiæ verò donum ex principiis fidei. Proptius actus ſcientiæ doni eſt docere rectè conuerſari iu medio nationis prauæ & peroerſæ. Ad quod requiruntur tria: primum eſt, quod habeat rationes, quibus ſe defeodat ab impugnantibus fidem ſuam. Secundum eſt quòd à malo abſtineat. Tertium, quòd bene & prudeoter temporalia adminiſtret. Præterea ſcientiæ doni eſt dirigere opera ad uormam rationis & ad conformitatem Dei. Item pet ſcientiæ douum ſcitur ue ſub ſpecie boni malum lateat. Item donum ſcientiæ regit pietatem, propter quod etiam hæc duo combinantur. Item per donum ſcientiæ, ſcit homo quid ſit, & à quo ſit, & ad quid ſit. Scientiæ donum eſt ſcientia faciendorum: & ideò ratione ſcientiæ conſiſtit in cognitione, ſecundum quam noo eſt virtus, ſed ratiooe faciendorum conſiſtit in operatione ſecundum quam eſt virtus.

Sciētiæ actus. (margin)

Hebr. 10. Iſai. 1. Pſal. 33. (margin)

CAPVT XLV.

De dono conſilij.

Conſilium accipitur multipliciter. (margin)

COnſilium ſumitur tribus modis, quandoque eoim dicitur conſilium deliberatio de rebus valentibus ad finem, ad quem tendimus, & tale coonſilium pertinet ad prudeutiam, vel idem eſt, quod prudeotia. Quandoque dicitur conſilium, perſuaſio rerum excellentium, ad quas uon tenemur, ſecundum quod dicitur hoc eſſe conſilium. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende, &c. Quandoque dicitur conſilium prudentia valde exercitata in medio contemplatiuotum & actiuorum donorum, & deliberatio de quibuſdam operibus arduis, ſiue teneamur ad ea, ſiue uon: & ſecundum hoc ſumitur conſilium duoum, & ita conſilium & prudentia ſuot idem in eſſentia: tamen conſilium abundat ſupra prudentiam in vno accideute, ſecundum quòd eius eſt imperare. Nota, quòd ſicut ad ſcientiæ donum pertinet reprobare malum & eligere bonum, ita pertinet ad conſilium cauere pericula, quæ ſunt in hoc exilio. Item ſicut ſcientiæ donum habet regere pietatem, ita donum conſilij habet regere fortitudinem. Iu hoc autem differunt conſilium & ſcientia, qoia ſcientia eſt circa boonm & malum, ſed conſilium eſt circa difficile & arduum.

Math. 19. (margin)

Iſai. 7. *Scientiæ donū habet regere pietatem.* (margin)

CAPVT XLVI.

De dono ſapientiæ & intellectus.

SApientia & intellectus differunt: quia ſapientia eſt cognitio Dei abſolutè, intellectus verò collatiuè, ſcilicet in comparatione ad creaturas. Item alia differentia: quia intellectu cognoſcitur Deus per illuminatiunem de audiris in ſcriptura, ſapientia autem cognoſcitur experimeoto. Item per iotellectum Deum cognoſcimus, per ſapientiam dulcedinem eius guſtamus. Vnde ſapieotia dicitur quaſi ſapore virtutum coodita ſcientia. Item ſicut dicit Gregorius, per intellectum ſumus prouidi, per ſapientiam maturi.

Sapientia & intellectus differunt. Rom. 1. (margin)

CAPVT XLVII.

De beatitudinibus in genere.

BEatitudines ſunt ſeptem ſecundum diſtinctionem graduum, quamuis ſint octo ſecundum eſſentiam, quas ſaluator enumerat in ſermone de monte, ſcilicet paupertas ſpiritus, mititas, luctus, eſuries iuſtitiæ, miſericordia, munditia cordis, pax, quarum beatitudinum uumerus accipitor ſecuodum integritatem perfectionis. Requiruntur ad integritatem perfectionis tria, ſcilicet receſſus à malo, proceſſus in bono, & perfectus ſtatus in optimo. Sanè malum omne procedit ex tumore ſuperbiæ, aut ex rancore malitiæ, aut ex languore concupiſcentiæ. Contra hæc tria ſunt tres beatitudines, ſcilicet paupertas ſpiritus contra malum ſuperbiæ, mititas contra malum rancoris, luctus contra malum libidinis. Item proceſſus in bono attenditur ſecundum diuinam mutationem, quæ eſt ſecuodum duas vias Domini, ſcilicet miſericordiam & veritatem, de quibus iu Pſal. 24. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. Item ſecundum has duas vias ſumuntur duæ beatitudines, ſcilicet eſuries iuſtitiæ, & affectus miſericordiæ. Præterea ſtatus iu optimo attenditur io duobus, ſcilicet iu lympida cognitione, & tranquilla affectione, & ſecundum hoc ſumūtur duæ vltimæ beatitudines, ſcilicet munditia cordis ad Deum videndum, & pax mentis ad perfectè fruendum. Per has ſeptem beatitudiues excluduntur ſeptem vitia capitalia. Paupertas ſpiritus excludit ſuperbiam, mititas iram, loctus inuidiam, quoniam qui luget pro peccatis aliorum, noo inuidet: eſuries ioſtitiæ accidiam, miſericordia auaritiam, munditia cordis gulam, quia cordis munditia non ſeruit ventri ad modum bruti animalis. Pax excludit luxuriam, quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Et ſicut iu enumeratione donorum eſt ordo artificialis, quo primò ponuntur digniora, ita in beatudinibus eſt ordo naturalis, vbi digniores ponuntur vltimò.

Matth. 5. *Ad integritatem perfectionis requiſita.* (margin)

Excluduntur peccata per beatitudines, & quomodo. (margin)

CAPVT

CAPVT XLVIII.

De prima beatitudine.

PAopertas ſpiritus ponitur hîc pro abſtinentia ab amore mundi, id eſt, ab amore carnalium voluptatum & deliciarum ac propriæ excellentiæ. Hæc tria complectitur amor mundi. Vnde dicitur ſuper Lucam. Pauperes ſunt, qui non quærunt illecebroſa. Super Matthæum Gregorius. Pauperes ſpiritu ſunt humiles & Deum timentes. Alia Gloſſa dicit, quòd pauperes ſunt, qui nihil habent, & omnia poſſident.

CAPVT XLIX.

De ſecunda beatitudine.

MItis eſt (ſicut dicit Ariſtoteles,) qui nec patitur, nec deducitur. Eſt autem mititas eadem cum manſuetudine: habetur enim in Gloſſa ſuper Matth. quòd manſuetus eſt, qui nullam amaritudinem animi ſentit. Ex quo patet, quòd manſuetudo eſt purgari animi, & poteſt dici quòd manſuetudo eſt ſpecies fortitudinis mediante patientia. Differunt tamen manſuetudo & patientia: quoniam patientia eſt in ſuſtinentia moleſtiarum corporalium, manſuetudo verò in ſuſtinentia contumeliarum.

Manſuetudinis & patientiæ differentia.

CAPVT L.

De tertia beatitudine.

LVctus eſt lugere pro peccato, & ipſum odire, ita quòd inſurgâmus ad deſtructionem ipſios. Lugere autem de malo vt fugiamus ipſum, ioquantum aoertit ab amico, ſic lugere eſt ſolius charitatis. Lugere verò de quolibet malo ſpeciali, eſt cuiuſlibet virtutis. Quælibet enim virtus luget de ſuo contrario.

CAPVT LI.

De quarta beatitudine.

ESuries iuſtitiæ eſt vehemens deſiderium iuſtitiæ, ſiue ſummi boni. Eſuries autem iuſtitiæ potius eſt beatitudo, quàm eſuries aliarum virtutum cardinalium: quia per iuſtitiam immediatè coniungimur Deo: quod non fit per alias virtutes cardinales. Iuſtitia verò prout hîc ſumitur, comprehendit fidem, ſpem, charitatem, quæ immediatè coniungunt nos Deo.

CAPVT LII.

De quinta beatitudine.

MIſericordia eſt, per quam pro terrenis cœleſtia meremur. Opera miſericordiæ ſunt quatuordecim, ſeptem ſcilicet corporalia, & ſeptem ſpiritualia. Corporalia ſunt hæc, Viſitatio infirmorum, potatio ſitientium, cibatio eſurientium, redemptio captiuorum, veſtitio nudorum, collectio peregrinorum, ſepultura mortuorum. Prima ſex de iſtis habemus in Euangelio, ſeptimum in Tobia. Opera miſericordiæ ſpiritualia ſunt hæc, Delinquenti ignoſcere, peccantem corripere, ignorantem docere, titubanti conſulere, mœſtum conſolari, pro ſalute proximi exorare, iniurias ſuſtinere. Et hoc vltimum propterea dicitur opus miſericordiæ, quia reſponſio mollis & humilis frangit iram: & hoc pium eſt, ſcilicet furorem irati mitigare.

Matth.25. Tob.1.& 12. Luc.17. Matth.5. Prou.15.

CAPVT LIII.

De ſexta beatitudine.

MVnditia cordis eſt, qua clarificatur cor, & mundatur ad videndum Deum, & ardentiſſimè diligendum. Accipitur autem hîc munditia cordis non pro virtute, ſed pro ſtatu quodam qui eſt purgati animi.

CAPVT LV.

De ſeptima beatitudine.

PAx eſt ſtatus virtutum, in quo eſt delectatio in Deo ſine contradictione carnis, mundi, & diaboli: vel ſi eſt aliqua, inefficax eſt. Vnde patet, quòd pax eſt ſtatus animi purgatiſſimi. Pacificis autem magis attribuitur eſſe filios Dei quàm aliis: quia licet miſericordia maximè aſſimilet hominem Deo, quantum ad opera exteriora, tamen quantum ad interiora magis aſſimilat pax.

CAPVT LV.

De octaua beatitudine.

OCtaua beatitudo eſt, de qua dicitur, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quia ipſorum eſt regnum cælorum. Hæc virtus, ſcilicet ſuſtinentia perſecutionis propter iuſtitiam, annexa eſt paci. Cùm enim pacificus ſit abſque contradictione carnis, mundi, & diaboli, patet quòd idem paratus eſt ſuperare mortem & tentationem mortis. Vnde ſuſtinentia mortis pro Chriſto, in

eodem

eodem gradu eſt cum pace: propter hoc diximus, quòd octo ſunt beatitudines quantum ad eſſentiam, ſed tantum ſeptem quantum ad diſtinctionem graduũ. Et ſciendnum, quòd ſupra pacem non eſt virtus alia. Dicit enim Aug. Pax eſt finis & conſummatio omnium virtutum. Octaua beatitudo dicitur redire ad caput duobus modis. Primò, quia idem præmium ſibi promittitur, quod primæ beatitudini, ſcilicet regnum cœlorum. Secundo, quia omnes probat à prima vſque ad vltimam verum veræ ſint, ſicut ait Aug. Qualis vnuſquiſque apud ſe lateat, illata contumelia probat. Ex prædictis colligitur, quòd habitus virtutum cardinalium principaliter diſponunt ad exercitium actiuæ: habitus verò donorum diſponunt ad actus contemplatiuæ: habitus autem beatitudinum diſponunt ad perfectionem vtriuſque.

CAPVT LVI.

De ſenſibus ſpiritualibus.

PEr ſenſus ſpirituales percipit anima ſpiritualia, quæ in ſponſi ſui pulchritudine per-
1. Cor. 13. cipere fas eſt. Sub ratione ſplendoris audit
Sap. 13. amœniſſimam harmoniam, ſub ratione verbi
Rom. 10. incarnati guſtat ſummam dulcedinem, ſub ra-
1. Pet. 2. tione ſapientiæ comprehendentis vtrumque,
Cant. 1. ſcilicet verbum, ſplendorem, odorat ſum-
Ioan. 20. mam fragrantiam, ſub ratione Verbi inſpirati
Luc. 14. in corde tangit ſummam ſuauitatem, ſub ratione Verbi incarnati & inter nos corporaliter habitantis reddentis ſe nobis palpabilem & oſculabilem percipit ardentiſſimam charitatem. Ex prædictis patet, quòd ſenſus ſpirituales dicuntur conceptiones mentales circa veritatem contemplandam, quæ quidem contemplatio incipit à ſenſu, & peruenit ad imaginationem, & de imaginatione ad rationem, & de ratione ad intellectum, & de intellectu ad
1. Cor. 13. intelligentiam, & de intelligentia ad ſapientiam, ſiue notitiam exceſſiuam, quæ incipit hic in via, & conſummatur in gloria.

CAPVT LVII.

De fructibus ſpiritualibus.

Gal. 5. FRuctus duodecim ſpirituales non dicuntur boni habitus, ſed ſtatus conſolationum, quibus conſolatur ſpiritus iuſtorum: & iſtæ conſolationes conſequentur opera perfecta. Sunt autem iſti fructus, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, &c.

CAPVT LVIII.

De dulia, & latria.

LAtria eſt ſeruitus, & reuerentia Deo exhibita: vnde ſi creaturæ exhibetur honor Deo debitus, eſt idololatria. Latria autem comprehendit quinque, ſcilicet fidem, ſapientiam, reuerentiam, ſacrificium, orationem: prima duo ſunt cordis, alia duo ſunt operis, vltimum eſt oris. Dulia debetur creaturæ inquantũ eſt imago Dei. Vnde dulia eſt honor, qui debetur ſanctis. Vnde de beata Virgine ſciendum eſt, quòd inquantum eſt perſona ſancta, debetur ei dulia: ſed inquantum mater Dei, debetur ei hyperdulia, id eſt ſuperior dulia. Sanè ſi perſona, cui debetur dulia, eſt in prælatione conſtituta, debetur ei reuerentia, quæ conſiſtit in obedientia mandatorum, & in exhibitione honorum. Si autem eſt perſona ſimplex, debetur reuerentia tantum, quæ conſiſtit in exhibitione bonorum. Hyperdulia autem debetur creaturæ excellenti, ſicut eſt caro Chriſti, beata Virgo, crux Chriſti. Vnde ſciendum eſt, quòd verè ligno crucis Chriſti, in quo pependit ſi non figurata ſigno crucifixi, debetur hyperdulia, quia fuit inſtrumentum noſtræ redemptionis. Crucibus autem factis, inquantum ſunt ligna ſiue res tales, nihil debetur: ſed crucibus factis in ſignum Chriſti crucifixi, debetur latria. Imaginibus enim eadem debetur adoratio, quæ debetur & illis, quorum ſunt imagines, non inquantum res factæ adorantur, ſed quòd illa quorum ſunt imagines, adoramus.

Adoratur aliquid dupliciter, vel ratione imaginis, vel ratione imaginati.

CAPVT LIX.

De præceptis in genere.

PRæceptum eſt imperium faciendi aliquid, vel non faciendi. Præceptorum alia ſunt affirmatiua, vt honora patrem: alia negatiua, vt non occides. Præcepta affirmatiua ſtrictè ſumendo dicuntur præcepta: ſed negatiua dicuntur prohibitiones. Præcepta affirmatiua obligant ſemper, ſed non ad ſemper: negatiua verò obligant ſemper, & ad ſemper. Præcepta decalogi poſſunt dici data, vel innata. Primo modo tantum pertinent ad populum Iſraëliticum: ſecundo modo omnes obligant: quia quicquid continet decalogus explicitè, hoc continet lex naturæ, quæ ſcripta eſt in corde cuiuſlibet implicitè. Iſtud enim præceptũ legis
naturæ, Quòd tibi non vis fieri, aliis ne feceris, Exod. 1. 20.
includit hęc præcepta, non occides, non furtum Rom. 2.
facies, & huiuſmodi, quæ decalogus ponit Luc. 6.
explicitè. Quædam præcepta ponuntur impe- Matt 7.
ratiuè, illa ſcilicet quæ ſunt affirmatiua: quæ- Exod 20.
dam indicatiuè, ſcilicet negatiua: & hoc ideo, quia difficilius eſt facere bonum, quam declinare malum. Plures enim in faciendo bonum
requiruntur circunſtantiæ. In quibuſdam præ- Geneſ. 8.
ceptis prohibentur actus, habitus, & affectus,

vt

vt paret in his, Non mœchaberis, non cócupiſces vxorem proximi tui, quia appetitus eſt nimis inordinatus ad illa. In quibuſdam ſolummodo prohibentur actus, vt cùm dicitur: Non occides. Hoc dico ſecundum formam tradendi, non ſecundum virtutem intelligendi, quia omnia præcepta negatiua manum & animum ligant.

Ligamur multipliciter, & quomodo. Tob. 4. Geneſ. 2. Leuit. 18. Pſal. 75. Hebr. 13. Eccleſ. 5. Ioan. 2. 1. Cor. 11. Matt. 23.

Multis modis ligamur, ſcilicet lege naturæ, vt eſt diligere Deum ſuper omnia, & nulli facere quod nobis fieri nolumus. Præceptis diuinis, vt ligabatur Adam præceptis ſibi datis, & Iudæi ſuis. Voto, quia ſecundum Auguſtinum, vouere eſt voluntatis, ſed reddere eſt neceſſitatis. Vnde quibuſdam etiam conſilia ſunt præcepta, ſicut religioſis qui vouerunt talia. Decretis patrum, vt eſt ieiunare aliquas vigilias, & huiuſmodi. Conſuetudine, ſecundum quòd in Francia primogenitus ſuccedit in regno. Mandatis prælatorum. Vnde ſuper cathedram Moyſi, &c. Conſcientia, quia ſecundum Aug. Quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. Numerus præceptorum ſumitur ſic: quia quædam ordinant nos ad Deum, quædam ad proximum: quod Deus inſinuare voluit, quando in duobus tabulis legem dedit.

Exod. 32. 33.

In prima tabula ſunt tria præcepta, quæ pertinent ad Deum, quorum primum pertinet ad patrem, quia eſt de diuina vnitate. Secundum ad Dei filium, quia eſt de iuramenti veritate. Tertium ad ſpiritum ſanctum, quia eſt de ſpirituali vacatione. In ſecunda tabula ſunt ſeptem præcepta ad proximum ſpectantia: quorum primum eſt de exhibendis bonis, vt eſt illud, Honora patrem tuum, &c. Reliqua ſex ſunt de cauendis malis, quæ inferri poſſunt corde, vel opere, vel ore. Opere lædimus proximum tripliciter, propter quod dantur tria præcepta. Primum eſt, Non occides. Secundum, Non mœchaberis. Tertium, Non furtum facies. Ore quoque lædimus proximum, & contra hoc eſt illud, Non dices contra proximum tuum falſum teſtimonium.

Exod. 20.

Corde lædimus proximum dupliciter: quandoque reſpectu rei irrationabilis, de hoc dicitur: Non concupiſces rem proximi tui. Quandoque reſpectu rei rationalis, & de hoc dicitur: Non concupiſces vxorem proximi tui.

CAPVT LX.

De primo præcepto.

Exod. 20.

PRimum præceptum treś habet clauſulas. Prima eſt, Non habebis deos alienos coram me. Vbi prohibemur adorare creaturas ſpirituales, ſcilicet Angelos. Secunda eſt, Non facies tibi ſculptile, hoc eſt, imagines fictas, quæ nullius rei naturalis ſunt repræſentatiuæ. Tertia eſt, Neque omnem ſimilitudinem, ſcilicet imaginem rei naturalis: & ſequitur, quæ eſt in cælo deſuper, vt Solis & Lunæ: & quæ in terra deorſum, vt hominis, bouis, & ſimilium. Neque eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra, id eſt, piſcium. Non adorabis ea, ſcilicet actu

exteriori: neque coles, ſcilicet affectu interiori. Ex his patet, quod non reprehenduntur Chriſtiani, qui faciunt imagines, non quidem ad adorandum, ſed ad memorandum. Honor autem, qui exhibetur ſanctis, non eſt latriæ, ſed duliæ ſecundum rationem allegoricam. Prima huius præcepti clauſula oſtendit Iudæos & Saracenos eſſe idololatras, qui deos habent alienos: Iudæi quidem Meſſiam, Saraceni Mahometum expectant. Contra ſecundam clauſulam, ſcilicet non facies tibi ſculptile, faciunt hæretici qui non credunt de Deo, niſi quod imaginatione ſua & phantaſia confingunt.

Hæretici idololatræ.

Contra tertiam faciunt mali Chriſtiani, quia ſuperbi colunt ſimilitudinem eorum quæ ſunt ſuper terram, ſcilicet honores: nam diligunt ſuper omnia prælaturas. Auari colunt ſimilitudinem eorum, quæ ſunt in terra, ſcilicet pecuniam & diuitias. Voluptuoſi colunt ſimilitudinem eorum, quæ ſunt in aquis, id eſt, delicias & voluptates.

CAPVT LXI.

De ſecundo præcepto.

SEcundum eſt: Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Hic prohibetur iuramentum quod fit ſine cauſa, & periurium. Vtrque enim peccat, ſcilicet pro nihilo iurans, & falsò iurans, aſſumens nomen Dei in vanum, quia primus ſine cauſa nominat ſummam veritatem: ſecundus autem nominatam contemnit. Tribus modis quis peccat in periurio: vel iurando contra conſcientiam, vel iurando illicitum, vel veniendo contra iuramentum. Præterea ſciendum eſt, quòd iuramenta, quæ quis ex certa ſcientia facit, vel ſonant in blaſphemiam, vt quando quis iurat per corpus Dei, inteſtina, & ſimilia, vel ſonant in irreuerentiam, ſicut quando quis iurat per vulnera Chriſti, ſunt peccata mortalia, etiamſi verum eſt quòd iuratur. Iſtud præceptum non ſolùm intelligitur ſecundum prædictam rationem literalem, ſed ſecundum intentionem moralem. Aſſumitur enim nomen Dei in vanum multipliciter, ſcilicet corde, ore, & opere. Corde, ſicut mali qui tantum nomine ſine re dicuntur Chriſtiani, qui licet ſacramētum receperunt baptiſmi, tamen rē ſacramenti, id eſt, gratiam non habent. Ore, ſcilicet mala iuratione, voti tranſgreſſione, prædicatione, quæ fit vana intentione, & indeuota oratione, de qua dicitur, Populus hic labiis me honorat, &c. Opere ſecundum quòd hypocritæ nōmen Dei aſſumunt in ſimulatione operis exterioris, non in puritate cordis. Vnde ſumunt illud in vanum, quia receperunt mercedem ſuam.

Iſai. 29. Matt. 15. & 21. Matt. 6.

CAPVT LXII.

De tertio præcepto.

Exod. 20. Iſai. 1. Ioan. 19. Iſai. 32. Apoc. 14.

TErtium eſt: Memento vt diem ſabbati ſanctifices, non facies omne opus in eo. In hoc præcepto quoddam eſt morale, vt vacatio quæ eſt ad Deum, orando, colendo, meditando: quoddam ceremoniale, vt aſſignatio diei ſeptimæ, quæ figurabat topicè ceſſationem peccati, allegoricè quietem corporis Chriſti in ſepulchro, anagogicè requiem æternam in cælo. Iſtud ergo præceptum poteſt tripliciter accipi. Primo generaliter, vt ceſſemus è vitiis. Secundo ſpecialiter, vt ceſſemus ab operibus corporalibus, quæ impediunt vacationem ad Deum. Tertiò ſpecialiſſimè, vt eſt in viris contemplatiuis, qui ab omnibus mundanis ſe ſeparant, vt totaliter Deo vacent. Prima vacatio eſt neceſſaria, ſecunda debita, tertia perfecta. Secundum ergo quòd ſabbatum dicitur requies, ſiue vacatio ad Deum, ſic dies Dominica poteſt dici dies Sabbati, & quælibet dies ſtatuta ad venerationem diuinam, in quibus ceſſandum eſt ab opere ſeruili, id eſt, à peccato, & ab opere impediente vacationem ad Deum. Opera enim ſeruilia determinantur ab Eccleſia opera mechanice, quæ ſunt agricultura, mercatum, placita exercitia.

CAPVT LXIII.

De quarto præcepto.

Exod. 20.

QVartum eſt: Honora patrem tuum, & matrem tuam. Huic præcepto additur promiſſio, ſcilicet, Vt ſis longæuus ſuper terram: quia iuſtum eſt, vt conſeruatio vitæ alienæ mereatur conſeruationem vitæ propriæ. *Pater multiplex.* Pater dicitur in hoc mandato qui eſt principium per generationem quoad eſſe naturæ, vt pater carnalis: vel qui eſt principium per miniſterium regenerationis quoad eſſe gratiæ, vt pater ſpiritualis. Sumitur autem alio modo pater non ſecundum rationem propriam, ſed ſecundum rationem perſonæ, qui dicitur (4. Reg. 5.) pater ætate: vel pro rege, qui dicitur pater defenſione. Honor intelligitur hìc dupliciter, (Matth. 23. Epheſ. 6. Exod. 20.) ſcilicet exhibitio corporalis in ſuſtentatione, & ſpiritualis in reuerentia & obedientia. Sed obedientia diuerſificatur ſecundum diuerſitatem patrum: quia patri ſpirituali debemus obedire in ſpiritualibus, ſed prælato ſeculari, ſcilicet regi in temporalibus reipublicæ, patri verò carnali in diſpoſitione rei familiaris.

CAPVT LXIV.

De quinto præcepto.

Matth. 5. Exod. 20.

QVintum eſt: Non occides. Hic explicitè prohibetur homicidium, ſed implicitè omnis motus iræ contra proximum, ſiue ille ſit tantùm cordis, vt ira: ſiue oris, vt contumelia: ſiue operis, vt percuſſio citra mortem, vel depilatio. Prohibetur hic omnis occiſio iniuſta, quæ fit tripliciter. Ex cauſa, vt in illo, qui occiditur ſine culpa. Vel ex ordine, vt cùm ille qui non eſt miniſter legis, occidit. Vel ex animo, vt quando miniſter legis occidit, non amore iuſtitiæ, ſed libidine vindictæ. Diſtinguitur autem homicidij genus dupliciter, ſcilicet verum, quod dicitur corporale, & interpretatiuum, quod dicitur ſpirituale. Homicidium ſpirituale fit duobus modis. Vno modo omittendo, vt cùm quis videt alium in extrema neceſſitate, & non ſubuenit ei, interpretatiuè dicitur eum occidiſſe. Alio modo fit committendo: & hoc quandoque corde, ſcilicet odiendo. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. (Luc. 16. 1. Ioan. 3. Eccleſ. 10.) Quandoque ore, ſcilicet detrahendo: quia ille cui detrahitur, occiditur in conſcientia illius, qui audit detractorem, in qua prius viuebat per bonam famam. Quandoque opere, ſcilicet (Matth. 18.) malo exemplo alicui occaſionem ruinæ præſtando, & tunc interpretatiuè dicitur illum occidiſſe.

CAPVT LXV.

De ſexto præcepto.

Exod. 20.

SExtum eſt: Non mœchaberis. In hoc præcepto, vt dicit Auguſtinus, prohibetur omnis illicitus concubitus, & omnis illegitimus vſus eorum membrorum. De hac materia quære ſuprà libro tertio in capite de luxuria, & capite ſequenti.

CAPVT LXVI.

De ſeptimo præcepto.

Exod. 20.

SEptimum eſt: Non furtum facies. Hic ſecundum Auguſtinum, prohibetur omnis contrectatio rei alienæ ex cupiditate. Contrectatio rei alienæ poteſt fieri licitè tribus modis. Primo, quando fit non ex cupiditate, ſed ex obedientia, ſicut fecerūt filij Iſraël auferendo vaſa Ægyptiorum. (Exod. 11.) Secundo, quando fit ex cautela, vt ſi aliquis furetur gladium furioſi, ne ſibi vel aliis noceat. Tertio, quando fit ex neceſſitate, vt cum aliquis ad mortem eſuriens furatur panē, quia in neceſſitate omnia communia ſunt.

CAPVT LXVII

De octauo præcepto.

Leuit. 19. *Mendacium triplex.* Matth. 12.

OCtauum eſt : Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Hic prohibetur omne genus mendacij, ſicut dicit Auguſtinus, quod determinatur per tres differentias. Eſt enim mendacium pernicioſum, quod nocet : officioſum, quod prodeſt : iocoſum, quod delectat. Includitur in hoc præcepto taciturnitas veritatis tempore neceſſitatis, tamen cauſa & opportunitas facit ipſam taciturnitatem veritatis eſſe licitam.

CAPVT LXVIII.

De nono præcepto & decimo.

Exod. 20. *Concupiſcentia duplex.* 1. Ioan. 2.

NOnum & decimum præceptum eſt : Non concupiſces rem proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, nec aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. Duo prohibentur hîc, ſcilicet concupiſcentia carnis in vxore proximi, & concupiſcentia oculorum in re aliena. Nam ad hæc duo maximè inclinatur natura corrupta. Ad vnum propter conſeruationem ſui in eſſe indiuidui. Ad alterum propter conſeruationem ſui in eſſe ſpeciei. Hic non prohibetur appetitus, qui eſt ex corruptione fomitis, vel à delectatione ſenſualitatis, quia impoſſibile eſt quod illæ concupiſcentiæ non ſint in nobis : ſed prohibetur appetitus, qui eſt ex conſenſu rationis. Quamuis iſtud præceptum ad duo tantum determinetur, tamen prohibetur ibi vniuerſaliter omnis concupiſcentia malæ voluntatis.

CAPVT LXIX.

De conſiliis in genere.

Exod. 34. Marc. 10. Matth. 19. & 25. Ioan. 5. Exod. 19. Matth. 6. Pſal. 75.

COnſilium prout diuiditur contra præceptum, eſt perſuaſio melioris boni ad quod non tenemur. Conſilia in multis differunt à præceptis. Primò, quia ad præcepta tenemur, ad conſilia verò non : quia præcepta ſeruare eſt neceſſitatis ; conſilia verò voluntatis. Item lex vetus dat præcepta, Euangelium verò ſuperaddit conſilia. Item conſilium pertinet ad perfectos, præceptum ad perficiendos, ſed permiſſio ad imperfectos, prohibitio ad peruerſos. Item præcepta ſeparant nos ab illicitis ; conſilia verò à conceſſis. Item per præcepta declinamus peccata, ſed per conſilia occaſiones peccati. Item per præcepta maximè negatiua pœnam fugimus, ſed per conſilia præmium cumulamus. Item conſilia

ſeruata afferunt præmium, non ſeruata non adducunt ſupplicium. Item ad præcepta conſtringimur ex debito, ſed ad conſilia non niſi ex voto. Item conſilium per votum fit præceptum, ſicut ait Auguſtinus. Vouere eſt voluntatis, ſed reddere, neceſſitatis. Item melius eſt eſſe deuotum in minoribus, quàm in maioribus indeuotum inueniri. Vnde melius eſt nuda præcepta ſeruare cum deuotione, quàm ſe ad conſilia obligare, & in his negligentem eſſe. Nota, quòd in lege Moſaica fuerunt iudicia ceremonialia & moralia. Lex autem Euangelica iudicia temperat ; partem auferendo : figuras euacuat ; rerum veritatem exhibendo : præcepta conſummat, adiiciendo. Adiicit autem tria, ſcilicet inſtructionem documentorum, promiſſionem præmiorum, & perfectionem conſiliorum. Et ideo dicitur lex Moſaica ab Euangelica differre : quia illa figurarum eſt, hæc veritatis : illa pœnæ, hæc gratiæ : illa literalis, hæc ſpiritualis : illa occidens, hæc viuificans : illa timoris, hæc amoris : illa ſeruitutis, hæc libertatis : illa oneris, hæc honoris.

Eccleſ. 5. Exod. 18. Leuit. 10. Deut. 4. Matth. 5. Ioan 6. 14. Marc. 5. 19.

Differentia legis & Euangelij. 1. Cor. 10. Ioan. 1. Rom. 8.

CAPVT LXX.

De conſiliis Euangelicis.

Conſilia Euangelica quæ, & quot.

COnſilia quæ Chriſtus adiecit præceptis, ſunt iſta. Primum eſt paupertatis, quæ conſiſtit in abdicatione proprietatis. Vnde Luc. 14. Qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Matth. 19. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. De hoc Hieronymus. Monachus habens obolum, non valet obolum. Secundum eſt obedientia : vnde illud, Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, quæ dicunt facite, &c. Matth. 6. & 23. Si quis vult venire post me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, &c. Sciendum autem, quòd dupl x eſt obedientia ; ſcilicet perfecta, quæ ſe extendit ad omnia quæ non ſunt contra Deum, vel contra regulam, quam quis profeſſus eſt, & quæ diſpenſationi prælati non ſubduntur. De hac obedientia dicit Bernardus : Perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, non continetur profeſſionis anguſtia. Ad hanc nullus tenetur debito neceſſitatis, ſed ſolum perfectionis : ſicut tenemur ſemper imitari chariſmata meliora. Alia eſt obedientia imperfecta, tamen ſufficiens ad ſalutem, qua quis obedit tantùm in his, quæ ſeruare promiſit, vel in illis, quæ in his implicitè continentur, ſicut ſunt illa ſine quibus religionis perfectio non ſeruatur, vt recipere officia, & huiuſmodi : & talis obedientia neceſſitatis eſt. Cùm ergo dicit beatus Benedictus in regula, quòd ſi prælatus præcipiat aliquid impoſſibile, tentandum eſt facere, loquitur de obedientia perfectâ, quam dum obſeruat ſubditus in his

Obedientia duplex.

1. Cor. 12.

ad quæ non obligatur ad prælari præceptum, cnnſilij eſt & magnæ perfectionis & non neceſſitatis. Sed ſi faciat ad ſimplicem monitionem tale quid, maioris perfectinnis eſt. Tertium eſt caſtitas, de qua Dnminus dicit Matth. 19. Sunt Eunucbi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlnrum Ad idem pertinet illud Matt. 5. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, Non
Exod. 20. mœchaberis Ego autem dico vobis, qui viderit mulierem ad concnpiſcendum, &c. Hic oſtenditur, quòd non ſnlum damnabilis, eſt conſenſus ad opus mœchationis, ſed etiam conſenſus ad delectationem. Nota autem, quòd concupiſcere ex ſubitn motu, veniale eſt: ſed cnncupiſcere ex deliberatione perficiendi, mortale eſt. Prædicta tria conſilia ſunt ſpiritualia & ſubſtantialia omnis perfectæ religionis: quia ſuos nbſeruatores elongant à maln, non ſolùm
Malum unde oriatur. qnantum ad culpam, ſed etiam quantum ad cauſam. Omne namque malum oritur ex tri-
1. Ioan. 2. plici ratione, ſcilicet ex concupiſcentia carnis, ex concupiſentia oculorum, & ex ſuperbia vitæ. Prædicta verò tria conſilia perfectè nos elongant ab radice triplici. Quartum con-
Affectus & effectus dilectionis. ſilium eſt charitatis. Diligite inimicns veſtros. Iſtud autem quantùm ad dilectionem affectus
Matth. 5. eſt præceptum, ſed quantum ad dilectionem
Luc. 17. effectus eſt conſilium: quia inimico velle gratiam & glnriam, eſt neceſſitatis: ſed nſtendere ei ſigna benenolentiæ, eſt perfectionis & conſilij: vnde ad hoc nnn omnes tenentur. Sanè negare homini ſigna familiaritatis quando veniam petit, vel neceſſitas expoſcit, vindicta eſt,
Inimicis familiaritas impendenda. vel qnandn ſe ille qui hnſtis erat, ad familiaritatem ingerit, ſi habetur præſumptin, qnòd nnn ſimulatè vel irriſnriè faciat, tunc diligendus eſt, & inter amicos computandus. Sed quòd aliquis vltro ſe ad familiaritatem inimico ingerat, hoc perfectionis eſt. Vnde quòd aliqnis iniuriam paſſus, recnnciliatinnem quærat & amicitiam, non eſt debitum neceſſitatis, ſine quo non eſt ſalus, ſed eſt perfectinnis & conſilii, qno magnum expectatur præmium.
Matth. 5. Quintum eſt manſuetudinis. Si quis te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei aliam. Hoc autem ſic intelligitur: paratus ſis aliam ſuſtinere patienter, & iſtud cnnſilium eſt patientiæ reſpectu læſionis corporis. Sed ad idem pertinet aliud quod eſt patientiæ reſpectu ablationis rerum, ſicut eſt illud, ibidem: Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tollere, relinqne ei pallium. Nota, quod contingit ſua repetere coram iudice fideli dupliciter: aut cum contentione & fraude, aut cum charitate. Primum nulli licet, ſecundum verò licet infirmis & imperfectis, perfectis autem non. Vnde non repetere, conſilium eſt infirmis, perfectis verò præceptum. Illis autem, qui renunciauerunt proprietati, non licet repetere ſna, vt ſua: ſed vt congregationis, non propter ſe, ſed propter commune bonum. Sextum eſt miſericordiæ, & ſupererogationis, vt illud.
Luc. 6. Omni petenti te tribue. Et illud, ſi vis per-
Matt. 19. fectus eſſe, vade, &c. Nota, quòd dare ſuper-
Luc. 11. fluum, eſt neceſſitatis in neceſſitate extrema: ſed dare quibus egemus, conſilii. Auguſt. Melius eſt minus egere, qnàm plus habere. Quod autem dicit Dominus, Quæcunque vultis vt faciant vobis hnmines, vos eadem facite illis, ſic intelligẽdum eſt. Quæcunque vultis Manh. 7.
rationabiliter, & dictante charitate, vt faciant Luc. 6.
vobis, &c. Vnde ſi peteremus rem aliquam, & Matth. 5.
non videremus illud eſſe ratinnabile, nnn vellemus iam ratinnabiliter dari nnbis. Septimum conſilium eſt de ſimplicitate verborum: vt ibi, Sit ſermo veſter, eſt, eſt, non, nnn. Cuius ſenſus eſt: Si affirmatio, vel negatio eſt in nre, ſit & in corde. Et ad hoc conſilinm redncitur illud Matt. 5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Nnn periurabis. Ego autem dico vobis non iurare omnino. Nota, quòd iurare, quantum ad infir- Matth. 5.
mitatem pertinet, permiſſionis eſt. Non iurare autem, quantum ad perfectinnem pertinet, conſilij eſt. Prohibet etiam Dominus iurare per creaturas, ſcilicet per cœlum, vel terram, vel per capillum, propter idololatriam, ne ſcilicet credamus aliquid numinis eſſe in illis. Fiunt tamen interdum iuramenta per Euangelium, & cruces, id eſt, per enm cui hæc ſunt dedicata. Octaunm eſt de vitanda occaſione peccati: vnde dicitur, Si oculus tnus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Secundnm Auguſt. nullum membrorum erui præcipitur ad literam, ſed occaſio peccandi. Poteſt enim occaſio eſſe ex aſpectu, & tunc oculus ſiniſter ſcandalizat. Vel poteſt eſſe occaſio ex contactu, & tunc manus dextera ſcandalizat. Poteſt inſuper eſſe occaſio peccandi ex alio, & hoc à conſiliario, qui dicitur oculus, vel ab ad- Matth. 6.
iutore, qui dicitur manns: & eſt dextera qui eſt adiutor in ſpiritualibus, ſiniſtra in temporalibus: huiuſmodi enim ſi ſcandalizant, abiiciendi ſunt, quia occaſiones peccandi ſunt abiiciendæ. Nonum conſilinm eſt de rectitudine intentionis ac finis. Vnde dicitur Matthæi 6. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, &c. Item illud, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Item, Sic luceant opera veſtra coram hominibus, vt glorificent patrem veſtrum, &c. De his nota, quòd contingit conſtituere duns fines, ſcilicet temporalem, & æternum: ſed ſi æternus finis eſt vltimus, hoc bene licet. Actio antem ſpiritualis, 1. Cor. 9.
vel prædicatio non poteſt referri ad finem tem- Rom. 3.
poralem, ita quòd illud temporale referatur ad Deum, quia non ſunt facienda mala vt veniant bona. Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus, non debemns Euangelizare, vt manducemus: ſed manducare, vt euangelizemus. Nota 1. Cor. 10.
etiam, quòd nos tenemur illos actus referre ad Coloſſ. 3.
Deum, quorum habemus domininm ex imperin rationis, vt eſt manducare, cogitare, eligere, & ſimilia: ſed non tenemur actus referre innbedientes rationi, vt eſt nutritiua, reſpiratiua, & huiuſmodi. Decimum conſilium eſt de conformitate operis ad doctrinam, vt ibi, Alligant onera grauia & im- Matth. 23.
portabilia: digito autem ſuo nolunt ea mouere, &c. Ad idem eſt illnd Matthæi ſeptimo, Hypocrita, eiice prius trabem de oculo tuo, & tunc videbis, &c. Nota, quòd aliquando in prædicatione aſſeritur intentiò generaliter, ſcilicet de his quæ pertinent ad ſtatum ſalutis, aliquando verò aſſeritur ſecundum ſtatum perfectionis, vtpote religionis. Primo modo tenetur prædicator facere qnod dicit,

tur intentio generaliter, ſcilicet de his quæ pertinent ad ſtatum ſalutis: aliquando verò aſſeritur ſecundum ſtatum perfectionis, vtpote religionis. Primo modo tenetur prædicator facere quod dicit, cùm aſſerit ad hoc omnes teneti. Secundo modo non tenetur, niſi perfectionem illam ipſe vouerit.

Malus prædicando peccat.

Vtrum autẽ malus peccet prædicando, diſtinguitur: quia exiſtens in peccato notorio peccat, quando prædicat, ſiue ex neceſſitate officij hoc faciat, ſiue ex voluntate, quia ſcandalizat. Exiſtens autem in peccato occulto, ſi prædicat, & non ſtudet ex dicto ſuo compungi, adhuc videtur peccare, quia videtur contemnere. Vndecimum conſilium eſt de vitanda ſolicitudine, vt ibi, Nolite ſoliciti eſſe, &c. & ibi, Nolite cogitare de craſtino. Sciendum quòd triplex eſt ſolicitudo. Prima eſt laudabilis, vt eſt prouidentiæ ſpiritualis. Vnde Apoſtol. 1. ad Corinth. 7. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ Dei ſunt, quomodo, &c. Item ad Rom. 12. de prælatis, Qui præeſt in ſolicitudine. Secunda eſt tolerabilis, & eſt illa ſolicitudo curæ temporalis quoad corpus. Luc. 10. Martha, Martha ſolicita es, & turbaris, &c. Tertia eſt vituperabilis, & iſta eſt ſuperfluæ theſaurizationis, quoad auaritiam.

Eccl. 2.

Peccatori autem dedit Deus afflictionem peſſimam, vt addat, & congreget, & hæc vanitas & caſſa ſolicitudo mentis. Solicitudo prima præcipitur, ſecunda toleratur, tertia prohibetur. Duodecimum eſt fraternæ correctionis, vt Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Nota, quod fratrem corrigere, quandoque eſt conſilium, vt quando corripitur ſuper venialibus. Quandoque eſt præceptum, vt corripere de mortalibus: & iſto ſecundo modo ad omnes pertinet, & obligat ſemper: quia pro loco & tempore, ſcilicet quando vacat, & licet, & videt, quòd vtilis ſit correctio. Sciendum eſt, quòd triplex eſt correctio, ſcilicet amoris, timoris, & pudoris.

Correctio triplex.

Hunc ordinem fraternæ correctionis docet Dominus in Euangelio. Primò enim innuit fratrem reuocandum eſſe amore, cum iubet eum ſingulariter corripere, dicens, Corripe eum inter te, & ipſum ſolum. *Matth. 18* Sed ſi hoc non valet, docet eum eſſe reuocandum timore, vbi ait: Si te non audierit, adhibe vnum, vel duos tecum: & ſi hoc non valuerit, docet eum eſſe reuocandum pudore, vbi dicit: Si nec illos audierit, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, id eſt, excommunicari debet, & ſic euitari. Sane prædictus ordo fraternæ correctionis intelligitur tantum de criminalibus: quia de culpis communibus ſolent clauſtrales ſe in ſuis capitulis accuſare, non præmiſſa admonitione. Veruntamen accuſans alium, caueat diligenter ne hoc faciat ad diffamandum, ſed ad corrigendum: quoniam ſi quis ex deliberatione contrarium faceret, mortaliter peccaret.

LIBER VI.

De ſacramentorum virtute.

CAPVT I.

De medicina Sacramentorum.

CÆleſtis medicus humani generis reparatiuus, tali modo ſanauit ægrotum, ſicut optimè competebat ægrotanti & ægritudini, & occaſioni ægrotandi & ipſius ægritudinis curationi. Ægrotus igitur homo eſt, morbus autem originalis culpa. Origo verò illius culpæ licet principaliter fuerit ex conſenſu rationis, occaſionem tamen ſumpſit ex ſenſibus carnis. Ad hoc ergo quòd medicina reſpondeat morbo, oportuit, quòd non tantum eſſet ſpiritualis, verum etiam aliquid haberet de ſenſibilibus ſignis: vt ſicut ſenſibilia fuerunt animæ occaſio labendi, ita eſſent ei occaſio reſurgendi. Et propter hoc medicina noſtri vulneris conſiſtit in Eccleſiaſticis ſacramentis.

CAPVT II.

De diffinitionibus ſacramenti.

SAcramentum eſt, vt ait Aug. inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. Hæc diffinitio generalis eſt, & conuenit ſacramentis tam nouæ, quàm veteris legis, quia tam illa quàm iſta ſunt ex ſimilitudine repræſentatiua, ex inſtitutione ſignificatiua. Sciendum autem, quòd eadem diffinitio conuenit ſacramentis nouæ legis, ſed ſic ſupplenda eſt, ita vt eius ſimilitudinem gerat, & cauſa exiſtat: quia non ſolum ex ſimilitudine repræſentant, vel ex inſtitutione ſignificant, ſed etiam ex virtute diuina ſanctificant, & gratiam conferunt, per quam anima curatur ab infirmitatibus vitiorum, & hoc eſt

quod inſinuat Aug. in alia diffinitione dicens: Sacramentum eſt illud in quo ſub tegumento rerum viſibilium diuina virtus ſecretius operatur. Eſt & tertia diffinitio Hug. de ſancto Victore, qui ait, Sacramentum eſt materiale elementum extrinſecus oculis ſuppoſitum, ex inſtitutione ſignificans, ex ſimilitudine repræſentans, ex ſanctificatione aliquam gratiam inuiſibilem conferens. Tria autem hic iunguntur, quæ ſunt de ratione ſacramenti ſtrictè & propriè ſumpti. Primum eſt naturalis ſimilitudo, ex qua habet aptitudinem ſignificandi. Secundum eſt actualis inſtitutio, ex qua habet ordinem determinatum, reſpectu huius ſignificati. Tertium eſt ſpiritualis ſanctificatio, ex qua habet virtutem efficiendi illud ſignificatum.

CAPVT III.

De ſacramentis nouæ legis ſeu gratiæ.

Sacramentorum nouæ legis inſtitutor Chriſtus.

SAcramenta legis gratiæ Chriſtus inſtituit, tanquam nouæ legis lator, in qua vocans ad præmia, dedit præcepta, inſtituit ſacramenta. Chriſtus enim verbum patris, cum ſit ſummæ bonitatis, & ſummæ veritatis, & ſummæ virtutis, ratione ſummæ bonitatis promiſit præmia beatificantia, ratione veritatis inſtituit ſacramenta adiuuantia, vt per ſacramenta reparetur virtus ad implenda præcepta, & per præcepta perueniatur ad præmia. Inſtituit autem ſacramenta in verbis, & elementis, vt ait Aug. Accedunt verba ad elementum, & fit ſacramentum: & eſt ibi elementum pro materia, & forma verborum pro forma. Ad hoc verò inſtituta ſunt ſacramenta in verbis & elementis, vt haberent euidentiam ſignificandi, & efficaciam ſanctificandi: quia dum elementa oculis, & verba auribus ſe offerunt, qui ſunt duo ſenſus præcipuè cognoſcitiui, dant euidentiam ſignificationis. Deinde verba ſanctificant elementa, vt plenior fiat humanæ creationis efficacia. Inſtituit autem Deus ſacramenta diuerſimodè, quædam ſcilicet ante aduentum ſuum, vt matrimonium, & pœnitentiam. Sed hæc duo confirmauit & conſummauit in lege Euangelica, dum pœnitentiam prædicauit, & nuptiis interfuit. Alia quinque ſacramenta ſolus Chriſtus initiauit. Confirmationem quidem, paruulis manum imponendo. Vnctionem verò, diſcipulos ad curandum mittendo, qui infirmos vngebant oleo, ſicut dicitur in 6. c. Marc. Baptiſmum verò ſuſcipiendo, deinde formam dando. Ordinem autem, poteſtatem ligandi & ſoluendi tribuendo, & conficiendi ſacramentum altaris. Euchariſtiam autem operando, comparando ſe grano ſinapis, & conficiendo ac dando diſcipulis imminente paſſione ſacramentum corporis & ſanguinis ſui. Inſtituta ſunt etiam ſacramenta multiplici de cauſa. Primò propter humiliationem, qua homo quærit ſalutem, inferioribus ſe ſubiiciendo. Secundò propter eruditionem, qua homo per viſibilia ad cognoſcenda inuiſibilia rapitur. Tertiò propter exercitationem, qua homo noxiam declinet, occupationem & otium. Quartò propter congruitatem medici ad medicinam, quia cum medicus ſit Deus & homo, congruenter medicina debet continere aliquid diuinum, ſcilicet inuiſibilem gratiam, & aliquid humanum, ſcilicet viſibilem gratiæ formam. Quintò propter congruitatem ex parte infirmi, quia cum infirmus ſit homo conſtans ex corpore & ſpiritu, ſpiritus autem in corpore non benè capiat ſpiritualia niſi in corporalibus, congruum fuit dare medicamenta ſpiritualia in rebus corporalibus, ſicut pilulæ in nebula dantur. Sextò propter augmentationem meriti, multum enim valet ad meritum quando Deo creditur in his, vbi humana ratio non præbet experimentum. Patet ergo ex prædictis quæ ſit ſacramentorum cauſa efficiens, quia diuina inſtitutio: quæ formalis, quia gratiæ ſanctificatio: quæ finalis, quia humanæ infirmitatis curatio.

Matt. 4.
Ioan. 2.
Marc. 10.
Matt. 3.
Ioan. 3.
Matth. 28.
Matth. 26.
Ioan. 20.
Matth. 13.
Luc. 22.
Rom. 1.
Luc. 4.
Matth. 10.
Hebr. 11.

Cauſa ſacramentorum triplex.

CAPVT IV.

De effectu ſacramentorum nouæ legis.

EFfectus ſacramentorum nouæ legis multiplex eſt. Primò, à peccato mundant. Secundò in bono conſeruant. Tertiò, corpori Chriſti myſtico incorporant. Quartò iuſtificant. Quintò, ad futuram vitam præparant. Sextò erudiendo illuminant. Septimò à malo præſeruant. Iſta patent in ſeptem ſacramentis per ordinem. Nam primum operatur baptiſmus, ſecūdum confirmatio, & ſic de aliis. Sacramenta dicuntur vaſa gratiæ, & cauſa, non quòd in eis gratia ſubſtantialiter contineatur, vel cauſaliter efficiatur, cum in ſola anima habeat collocari, & à ſolo Deo infundi: ſed quia in illis & per illa gratiam curationis à ſummo medico Chriſto oportet hauriri: licet non alligauerit potentiam ſuam ſacramentis, quin & per alia vias gratiam conferre valeat quando vult. Sacramenta ſemper habent ſignificationem veritatis, non ſemper efficaciam curationis, non propter defectum ex parte ſui, ſed ex parte ſuſcipientis: quia gratia nulli datur repugnanti & impugnanti gratiæ fontem. Vnde & ſacramenta non ſanctificant, niſi dignè accedentes, & abſque omni fictione. Nonnunquam tamen virtute ſacramentorum fit de attrito contritus, ita quòd defectus dignitatis, vel præparationis ex parte ſuſcipientis, ſuppletur virtute diuina in ſacramentis contenta, dummodo non accedat ſciens in mortali peccato, vel in propoſito peccandi. Vnde ſciendum, quod quidam ſuſcipiunt ſacramentum tantum, vt fictè accedentes: quidam rem tantum, vt qui per contritionem & fidei deuotionem recipiunt gratiam prius, quàm veniant ad ſacramenta: quidam & ſacramentum & rem ſuſcipiunt, vt dignè accedentes. Sacramentum dicitur à ſacrando, & hoc poteſt intelligi tripliciter: aut ſanctitatem efficiendo tantum, aut ſanctitatem ſignificando tantum, aut ſanctitatem ſignificando & efficiendo ſimul. Primo modo conuenit ratio ſacramenti rebus ſignificatis per

Qualiter gratia in ſacramentis.

Sacramentum vnde dicitur.

ſacramenta

ſacramenta tam veteris, quam nouæ legis. Secundo modo conuenit ſignis veteris. Tertio modo conuenit ſacramentis nouæ legis. Huiuſmodi exemplum habemus in naturis, quia medicina dicitur ſanare efficiendo tantum, ſed ſudor ſanat indicando tantum, exercitatio ſanat efficiendo & ſignificando. Quinque ſunt quæ animam iuſtificant, ſed diuerſimodè. Deus enim iuſtificat authoritate, gratia iuſtificat formaliter expellendo morbum ſpiritualem, impletio mandatorum iuſtificat vt dieta, ſacramenta verò tanquam vaſa medicinalia, in quibus confertur gratia, Sacerdos autem miniſterio. Exemplum autem horum habemus in curatione morbi corporalis. Deus enim ſanat corpus auctoritate, medicina effectiuè, dieta conſeruatiuè, vas medicinæ contentiuè. Vnde dicitur vulgariter, Pyxis iſta ſanauit me, medicus verò ſanat vt miniſter.

Quæ habeant iuſtificare.

CAPVT V.

De numero ſacramentorum

SAcramenta nouæ legis ſunt ſeptem, ſecundum ſeptem diuerſitates hominum in Eccleſia. Primum eſt intrantium, vt baptiſmus. Secundum eſt pugantium, vt confirmatio. Tertium vitea reſumentium, vt Euchariſtia. Quintum reſurgentium, vt pœnitentia. Quintum exeuntium, vt extrema vnctio. Sextum miniſtrantium, vt ordo. Septimum, nonos milites introducentium, vt matrimonium. Sacramenta figurata ſunt in ſeptem ſignaculis, quibus fuit veteris teſtamenti pagina ſigillata, quæ agnus qui habet clauem Dauid, qui claudit & nemo aperit, teſerauit. Item in ſeptem tubis quibus Angeli cecinerunt. Item in ſeptem ſtellis, quas habebat ſimilis filio hominis in dextra ſua. Item in ſeptem panibus quibus Dominus turbam ſatiauit. Item in ſeptem oculis ſuper vnum lapidem. Item in ſeptem lucernis tabernaculi ſuperpoſitis candelabro. Item in ſeptem lotionibus Naaman. Sacramenta ſunt ſeptem, quæ diſponunt ad ſeptem virtutes habendas. Nam baptiſmus eſt ſacramentum fidei. Confirmatio ſpei. Euchariſtia charitatis. Pœnitentia iuſtitiæ. Extrema vnctio perſeuerantiæ: quæ eſt fortitudinis complementum. Ordo prudentiæ. Matrimonium temperantiæ. Alia etiam ratio numeri ſacramentorum eſt: quia ordinantur contra triplicem culpam, & contra quadruplicem pœnam. Vnde baptiſmus ordinatur contra peccatum originale. Pœnitentia contra mortale. Extrema vnctio contra veniale. Ordo contra ignorantiam. Euchariſtia contra malitiam. Confirmatio contra impotentiam. Matrimonium contra concupiſcentiam, quam temperat & excuſat. Alia adhuc ratio numeri: quia ſacramenta ſunt cauſa ſanatiua morbi ſpiritualis ad modum corporalium. Medicina verò corporalis quadruplex eſt, ſcilicet curatiua, conſeruatiua, præſeruatiua, & melioratiua. Simili modo & ſacramenta curant. Baptiſmus curat ſimul & totaliter. Pœnitentia verò curat quantum ad pœnam, quouſque nullius pœnæ homo debitor ſit. Extrema vnctio curat à morbis leuioribus, ſcilicet à venialibus, ſicut Baptiſmus, & Pœnitentia curant à lethalibus. Sic ergo prædicta tria ſacramenta ſunt quaſi medicina curatiua. Confirmatio autem eſt medicina conſeruatiua ſanitatis ſpiritualis, in qua datur Spiritus ſanctus ad robur & conſeruationem gratiæ datæ in Baptiſmo. Matrimonium eſt medicina præſeruatiua. Ordo eſt medicina melioratiua, in quo augmentatur gratia. Euchariſtia hæc omnia ſimul facit. Curat enim venialia, quæ ſunt occaſio ruinæ maioris: conſeruat enim gratiam inuentam in homine, & augmentat, ſicque meliorat, & nihilominus à peccato præſeruat.

Figurata ſunt ſacramenta.
Apoc. 5. 3. & 1.
Matt. 15.
Zach. 3.
Num 8.
4. Reg. 5.
Septem ſacramenta diſponunt ad ſeptem virtutes.
Sacramenta ordinantur contra triplicem culpam, & quadruplicem pœnã.

CAPVT VI.

De poteſtate diſpenſationis ſacramentorum.

POteſtas diſpenſationis ſacramentorum regulariter ſpectat ſolum ad genus humanum. In omnibus ſacramentis diſpenſandis, neceſſaria eſt diſpenſationis intentio, qua quis intendit facere quod Chriſtus inſtituit ad humanam ſalutem, vel ſaltem facere quod facit Eccleſia, in quo clauditur in generali intentio prædicta: quia ipſa Eccleſia ſicut ſacramenta à Chriſto accepit, ſic ad fidelium ſalutem diſpenſat. Rurſum quia ordo dignitatis exigit vt maiora maioribus, & minora minoribus cõmittantur: quædam reſpiciunt excellentiam dignitatis, vt ſacramentum confirmationis & ordinis, vnde confirmatio & ordo conferuntur ab Epiſcopis. Quædam reſpiciunt indigentiam neceſſitatis, vt matrimonium & baptiſmus: quorum vnum generat, alterum verò regenerat: & horum diſpenſatio etiam perſonis inferioribus conceditur, maximè in articulo neceſſitatis, quod dico ratione Baptiſmi. Quædam autem ſacramenta ſunt quaſi media, vt Euchariſtia, pœnitentia, & extrema vnctio. Et iſtorum diſpenſatio ad ſolos pertinet Sacerdotes, qui ſunt quaſi in medio inter Epiſcopos & minores perſonas conſtituti. Sacramenta diſpenſari poſſunt à bonis & malis, à fidelibus & infidelibus, intra Eccleſiam & extra: quia ſi diſpenſari poſſent tantum à bonis, nullus eſſet certus de ſuſceptione ſacramenti, cum nullus ſit certus de bonitate miniſtri, ſicut nec de propria, & ſemper ita oporteret iterari, & malitia vnius præiudicaret alienæ ſaluti. Idcirco ſacramentorum diſpenſatio committitur homini non ratione ſanctitatis quæ variatur, ſed ratione auctoritatis diuinæ, quæ ſemper manet quantum eſt de ſe. Sciendum autem, quòd in ſacramentis quædam ſunt ſubſtantialia, quædam verò ſacramentalia. Quantum ad ſubſtantialia non plus valet operatio boni miniſtri, quam mali, quia Deus ibi operatur vt actor, homo verò vt miniſter. Sed in ſacramẽtalibus, vt ſunt orationes, plus poteſt valere operatio boni miniſtri quàm mali: hoc eſt autem per accidens, non per ſe, id eſt, quantum ad alios effectus accidentales, non quantum ad eſſentiales. Quamuis apud hæreticos ſint

Miniſtri ſacramentorum.

ſacramenra vera, non tamen recipientibus ſunt vtilia, niſi ad Eccleſiæ vniratem redeant. Vnde Aug. Eccleſia comparata paradiſo iudicat poſſe baptiſmum homines foris recipere, ſed ſalurem non tenere. Nam & flumina de paradiſi fonte largiret manauerunt, non tamen in Meſopotamia, nec in Ægypto, quò illa flumina peruenerunt, eſt fœlicitas vitæ, quæ de paradiſo commemoratur.

CAPVT VII.

De triplici ſtatu fidelium.

TRiplex eſt ſtatus fidelinm in acie eccleſiaſticæ hierarchiæ, ſcilicet fidei genitæ, fidei roboratæ, & fidei multiplicatæ. Per primum fit diſtinctio fidelium ab incredulis in baptiſmo: per ſecundum fit diſtinctio fortium ab infirmis, & hoc in confirmatione: per tertium fit diſtinctio clericorum à laicis, per ſacramentum ordinis. Hinc eſt, quòd hæc tria ſacramenta characteres imprimunt, per quos indelebiliter impreſſos ſemper diſtinguuntur: vnde nullatenus iterari poſſunt. Character ergo baptiſmalis incipientium eſt, confirmationis verò proficientium, ſed ordinis perfectorum. Prædicta triplex diſtinctio fit ad ſimilitudinem diſtinctionis alicuius exercitus. Prima eſt communis, ſcilicet totius exercitus ab alio exercitu, & hæc fit principaliter per baptiſinum. Secunda eſt ſpecialis, ſcilicet militum à popularibus, hæc autem fit per confirmationem. Tertia eſt ſpecialiſſima, ſcilicet ducum militum ab vtriſque, & hæc fit per ſacramentum ordinis. Præterea quia character eſt ſignum diſtinctiuum ſpiritnale & indelebile, ideò non confertur in ſacramentis, quæ ſolent iterari, ſicut eſt pœnitentia, matrimonium & huiuſmodi. Notandum ergo, quòd character Baptiſmalis eſt omnium characterum aliorum fundamentum, & ideo illo non habito non poſſunt cæteri characteres imprimi, ac per hoc oportet denuo fieri, vt illi characteres habeantur: vnde ſi quis ordinatur non baptizatus, nihil prorſus agitur. Quamuis tria ſacramenta ſint, vt dictum eſt, quæ propter characteris impreſſionem non iterantur, tamen commune eſt hoc omnibus ſacramentis, non iterari circa eandem perſonam, & materiam, & ex eadem cauſa: & hoc eſt ideo, ne fiat contumelia ſacramento. Ex hoc enim credi poſſet, quòd ſacramenta priùs diſpenſata eſſent inefficacia & inepta, licet quædam ex neceſſitate & aliis cauſis iterari poſſint. Quædam ſunt de ſacramentorum ſubſtantia, quædam de congruentia. Si ea quæ ſunt de ſubſtantia, omittantur, euacuantur ſacramenta, & ſunt iteranda. Omiſſione verò illorum, quæ ſunt de congruentia, non euacuantur ſacramenta.

Sacramenta non iterabilia quæ.

Nullum ſacramentum validum ante Baptiſmũ.

CAPVT VIII.

De inſtitutione ſacramentorum.

AB initio inſtitnta ſunt ſacramenta ad curationem hominum, & ſemper cum morbo cucurrerunt. In lege enim naturæ fuerunt oblationes, ſacrificia, & decimationes. In lege autem ſcripta introducta eſt circunciſio, & adiuncta eſt expiatio, atque ſuperaddita oblationum & ſacrificiorum multiformis diſtinctio. In lege autem noua ſtatuta ſunt ſacramenta numero pauciora, vtilitate potiora, virtute efficaciora, præeminentia digniora, atque ſignificatione euidentiora: in quibus eſt impletio ſimul & euacuatio omnium prædictorum, ſicut ait Hugo de ſancto Victore. Primi temporis ſacramenta fuerunt ſicut vmbra, medij temporis ſicut imago ſiue figura, poſtremi verò temporis, ſcilicet gratiæ, ſicut corpus, quod intra ſe veritatem continet & gratiam, quam ſignificatione repræſentant, & principaliter conferunt & promittunt. Prædicta patent: quia eiuſdem mundationis ſimilitudo, eſt in oblatione legis naturæ, ſed occultè inuenitur. In circunciſione vero euidentius aliquantulum exprimitur: per Baptiſmum autem manifeſtius declaratur. Item ſacramenta veteris legis nutriebāt paruulos, exercebant perfectos, & duros onerando domabant. Sed hæc ſacramenta nouæ legis conferunt quæ vetera de longinquo monſtrabant. Vnde priora ſacramenta præparauerunt, & perduxerunt ad noua, ſicut via ad terminum, ſicut figura ad veritatem, & ſicut imperfectum ad perfectum. Eſt & alia differentia, quia commune eſt omnibus ſacramentis, quòd conſiſtunt in rebus ſenſibilibus, inuiſibilem tamen gratiam ſignificantibus: ſed ſpeciale eſt ſacramentis nouæ legis, quòd conſiſtant etiam in verbis, & in rebus. Item ſacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, ſed hoc non faciunt ſacramenta veteris legis. Item ſacramenta nouæ legis iuſtificant & quantum ad opus operatum, & quantum ad opus operans: ſed ſacramenta veteris legis iuſtificant ſolum quantum ad opus operans, quia non valebant facientibus, niſi quantum illorum charitas & deuotio fidei extendebat. Hoc intelligitur de circunciſione, quæ cum non fuerit in lege data, nequaquam inter legalia computatur: quia ipſa in paruulis tollebat originale peccatum, & gratiam conferebat, quod non faciebant legalia. Item legalia ſecundum Auguſtinum fuerunt ante paſſionem Domini viua, & ſtatim poſt paſſionem mortua, & poſtquam claruit veritas Euangelij, fuerunt omnino ſepulta. Noſtra verò ſacramenta vſque ad finem ſemper in ſuo vigore manebunt.

Sacramenta in omni lege inſtituta.

Differentia ſacramentorum legis veteris & nouæ.

Sacramenta Euangelij vſque in finem mundi.

CAPVT

CAPVT IX.

De ſacramento baptiſmi.

BAptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum, quia nulli confertur in eccleſia aliud ſacramentum ante ipſum. De ſubſtantia baptiſmi ſunt quinque. Primum eſt expreſſio formæ vocalis à Deo inſtitutæ, quæ eſt hæc: Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti, abſque omiſſione vel additione dictionis, abſque præpoſteratione ordinis, & abſque commutatione nominis: his enim quatuor modis forma verborum violatur, ſcilicet omiſſione, additione, tranſpoſitione, & commutatione, id eſt, ſi ponitur loco Patris & Filij & Spiritus ſancti, nomen potentis, ſapientis, & benigni: quia in quocunque idiomate baptizetur, non debent poni appropriata tribus perſonis, ſed expreſſa nomina perſonarum. Similiter loco verbi, baptizo, non debet dici, immergo, vel intingo. Secundum eſt ablutio per elementum aquæ cuiuſlibet, vel maris, vel fontis, vel fluminis, ſiue frigidæ, vel calidæ in toto corpore facienda, vel ſaltem in digniori parte, ſcilicet in capite. Tertium eſt, quòd immerſio iſta fiat ab vno, & in eodem tempore, quando forma verborum exprimitur, ita quòd non vnus puerum immergat, & alius verba proferat. Quartum eſt intentio vel ſpecialis vel generalis. Specialis autem intentio eſt, vt iſte baptizandus mundetur. Generalis autem eſt facere illud quod facit Eccleſ. Intentio

Inuiti non recipiunt ſacramentum.

quoque illius requiritur qui eſt baptizandus, ſi eſt adultus, quia qui inuiti baptizantur, non recipiunt ſacramentum. Quintum eſt fides ipſius baptizandi: quia in adultis requiritur fides propria, ſed in paruulis aliena: quia paruuli in fide eccleſiæ baptizantur.

Baptiſmus in aqua fit, & non in alio liquore.

Baptiſmus merito fit in aqua, & non in alio liquore: quia cum homo per peccatum primi parentis incurrerit immunditiam & ignorantiam, & concupiſcentiam, per baptiſmum ab his tribus liberatur. Et hoc notatur in proprietatibus aquæ, ſcilicet puritate, perſpicuitate, frigiditate. Nam baptiſmalis aqua ſua puritate nos mundat, ſua perſpicuitate illuminat, atque ſua frigiditate ab æſtu concupiſcentiæ nos temperat. Item baptiſmus fit in aqua, ne quem inopia excuſaret, & ne propter defectum homines ſalutis periculum incurrerent, ſi in alio aliquo liquore fieret: & vt inueniatur apud omnes communis baptiſmi materia.

Baptiſmus triplex.

Triplex autem eſt baptiſmus, ſcilicet, fluminis, flaminis, & ſanguinis. Inter hos talis eſt differentia, quia baptiſmus fluminis à tota pœna liberat, & à culpa, & gratiam in habitu infundit, & characterem imprimit. Baptiſmus flaminis delet culpam non ſemel tantum, ſed pluries, & habet gratiam in vſu in quo conſiſtit meritum. Baptiſmus ſanguinis liberat ab omni tentatione, & confert ſtatim præmium, quia proprium eſt martyrum ſtatim euolare. Ex his patet quis ſit melior inter hos baptiſmos, quia ſe habent vt excedentia & exceſſa. In baptiſmo quoddam eſt ſacramentum tantùm, vt ablutio exterior: quoddam eſt res tantum, vt gratia interior: quoddam res, & ſacramentum, vt character. Octo ſunt de ſolemnitate baptiſmi, quæ non ſunt de ſubſtantia. Vnde verſ.

Quæ de ſolemnitate baptiſmi.

Sal, oleum, chriſma, cereus, chriſmale, ſaliua,
Flatus, virtutem baptiſmatis iſta figurant.
Hæc cum patrinis non mutant eſſe, ſed ornant.

In quatuor locis inungitur baptizandus, ſcilicet in fronte, vt fidem publicè proteſtetur. In vertice, vt agenda ab eo ſubtilius intelligantur. Inter ſcapulas, vt iugum Chriſti ſuauius portetur. In pectore, vt dulci corde Deus diligatur.

Baptiſmi inſtitutio.

Baptiſmus fuit materialiter inſtitutus, quando Chriſtus baptizatus fuit, formaliter, quando dixit, Ite, docete omnes gẽtes, &c. finaliter, quando dicit Nicodemo, Niſi quis renatus fuerit, &c. effectiuè, quando Chriſtus paſſus eſt.

Matt. 3.
Marc. vlt.
Ioan 3.
Ioan. 18. & 19.

Effectus baptiſmi.

Effectus baptiſmi multiplex eſt. Ad alia ſacramenta præparat, quia baptiſmus eſt ſacramentum intrantium. A peccato mundat, quod ſignificatum eſt in mari rubro, vbi ſubmerſi ſunt Ægyptij, ſed filij Iſraël exierunt ſecuri. Exod. 14.
Nota, quod in baptiſmo deletur originalis peccati macula: fomes verò non tollitur, ſed remittitur. Pœnam relaxat, vnde pueri induuntur veſte candida. Rationalem illuminat, vnde ponitur ſal in ore. Concupiſcibilem ad bonum inflammat, vnde datur candela puero. Iraſcibilem confortat, vnde Iſraël vicit Amalech poſt tranſitum maris rubri. Exod 18.
Gratiam tribuit: quod figuratum eſt per columbam, quæ ſedit ſuper Ieſum baptizatum. Matth. 3.
Characterem imprimit: hoc figuratur per mare vitreum in Apoc. Apoc. 4.
Fomitem mitigat: quod ſignificat aquæ frigiditas. Communionem Eccleſiæ præſtat, ſicut Ieremias circumciſus fuit, quamuis ſanctificatus fuerit in vtero. Ierem. 1.
A ſatisfactione exteriori liberat, quia non requirit gemitum, neque planctum, intellige exteriorem: nam interior requiritur in adulto, ſcilicet contritio. Poteſtatem diaboli minuit: quod ſignificat exſufflatio. Ianuam cœli aperit, quod ſignificatum eſt quando Chriſto baptizato aperti ſunt cœli. Matth. 3.
Et notandum, quòd paſſio Chriſti aperuit ianuam cœli per cauſam meritoriam, & ſatisfactoriam generalem. Baptiſmus autem aperit per cauſam efficientem ſingularem. Facit enim iſtum hominem ſingularem euolare. Os ad laudandum, & aures ad audiendum aperit: vnde ponitur ſaliua in ore, & in aure pueri. Templum Chriſti efficit: vnde dicitur baptizato, Exi immunde ſpiritus, & da locum ſpiritui ſancto. Laudabilem coram Deo reddit: vnde balſamum eſt in chriſmate. Solent pueri baptizandi vſque ad Paſcha & Pentecoſten, niſi vrgeat neceſſitas, vel timeatur periculum, reſeruari, ad ſignificandum quòd in baptiſmo fit reſurrectio ſpiritualis, & quòd gratia ſpiritus ſancti datur.

Differentia baptiſmi Chriſti & Ioannis.

Baptiſmus Chriſti, & Ioan. conueniunt in materia, & in modo mergendi: ſed differunt in forma, quia baptiſmus Ioannis tradebatur in nomine venturi. Differunt etiam in effectu, quia baptiſmus Chriſti viuificat, Ioannis autem non. Item in fine, quia baptiſmus Ioannis ad baptiſmum Chriſti inuitabat.

CAPVT X.

De catechiſmo & exorciſmo.

Catechiſmus quare bapt. præmittatur.

CAtechiſmus & exorciſmus tanqnam præparatorij præmittuntur in baptiſmo, vt in ipſo gratia efficacius operetur. Tribus de cauſis catechiſmus inſtitutus eſt, primò propter inſtructionem de articulis communibus ad fidei ſuſceptionem: ſecundò propter reſponſionem ad fidei profeſſionem: tertiò propter reſponſionem ad fidei obſeruationem. Qui verò adultus peccatum proprium habet, & per ſe reſpondere poteſt, requiruntur hæc ab eo. Paruulus autem, quia noo habet peccatum actuale, nec per ſe reſpondere poteſt, requiruntur hæc ab eo per vicarium, qui pro ipſo reſpondet de fidei obſeruantia. Exorciſmus ideo inſtitutus eſt, vt à baptizando diaboli poteſtas repellatur. Nam propter peccatum hominis diabolus in hominem poteſtatem accepit, & etiam in illa, quæ veniunt in vſum hominis. *Exorciſmus ad quid inſtitutus.* Vnde tam adulti, quàm paruuli exorcizari debent ad expulſionem diabolicæ poteſtatis.

CAPVT XI.

De confirmatione.

COnfirmatio ſacramentum eſt pugnantium, de cuius ſubſtantia ſex ſunt. Duo ex parte ſacramenti in ſe, ſcilicet materia chriſmatis, & forma verborum, quæ talis eſt, ſecundum morē magis communem: Signo te ſigno crucis, confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti. Duo ex parte miniſtri, ſcilicet dignitas pontificalis, & intentio debita. Duo ex parte ſuſcipientis, ſcilicet froos in qoa debet fieri chriſmatio, & qnòd confirmandus ſit baptizatus. *Vnctio triplex in tribus ſacramentis.* Vnctio chriſmatis triplex fit in tribus ſacramentis, quorum diuerſitas ex fine accipitur. In baptiſmo fit in vertice, ad ſignandum fidei ſuſceptionem, quia vertex eſt locus cellulæ rationalis. In confirmatinne fit in fronte, ad ſignificandum audaciam confeſſionis, cuins impedimentum eſt timor & verecundia, quæ ſpecialiter manifeſtatur in pallore vel rubore frontis ex propinquitate cellulæ imagioalis. In ordine fit in manibus, ad ſignificandum poteſtatem conſecrandi Dominici corporis ſacramentum. *Vtilitas confirmationis.* Huios ſacramenti multiplex eſt vtilitas, qnia gratiam in baptiſmo datam confirmat. Pſ. 67. Confirma hoc Deus quod operatus es in oobis, ſcilicet in baptiſmo. Ad militiam ſpiritualem præparat. Vnde confirmandi tanquam pugiles pugnaturi inunguntur, ne ab inimicis de facili retreantur. Et qoia omnes Chriſtiani debent eſſe in bello Chriſti, propter hoc omnes debent ſacramentum hoc accipere, vt facilius poſſint contra mondum, carnem & diabolum pugnare. Ad confeſſionem conſtantem nominis Chriſti animat, quoniam oportet verum Deum & verum hominem confiteri. Primò, vt confiteamur eum ſecundum diuinam naturam patri, & ſpiritui ſancto æqualem. Secundò, vt confiteamur eum ſecundum humanam naturam, crucis pertuliſſe ſupplicinm. Primum apparet in fnrma verbnrum in trinitatis expreſſione, ſecundum claret in fronte crucis ſignificatione. Intus & extra ſpirituali decore nos ornat. Intus quidem per cooſcientiæ puritatem: ſed extra per odorem bonæ famæ. *Chriſma ex oleo, & balſamo.* Et hæc duo ſignificantur in chriſmate, quod conficitur ex oleo propter primum, & ex balſamo propter ſecundum. In bonis agendis & malis ſuſtineodis roborat. Dantr enim ibi ſpiritus ſanctus ad robur. Animam & corpus armat. Animam quidem per impreſſionem characteris contra puſillanimitatis vitium: corpus verò per clypeum crucis contra inſultus dæmonum. Contra verecundiam & timorem in confeſſione nominis Chriſti audaciam præſtat. Primum notatur in chriſmatione frontis qui eſt locus verecundiæ. Secundum in poteſtate miniſtri. Pugnantem coronat: quod notatur in vitta, quæ circa caput coofirmati ligatur. Quædam ſunt circa confirmatiooem quæ non ſunt de eſſe ſacramenti, ſed de bene eſſe: quæ ſunt hæc, Quòd ieionis, & à ieiuno detur: qnòd per aliquem epiſcopo præſentetur, qui etiam patrinus efficitur, qnòd vitta capiti circunligetur. Per iſtud ſacramentum fiunt fideles pleni Chriſtiani. *Pleni Chriſtiani.* Plenitudine dico copiæ: qui tamen io baptiſmo pleni facti ſunt plenitudine ſufficientiæ. Sacramenta ſe habent in dignitate, vt excedentia, & exceſſa. Nam Euchariſtia præeminet in eſſe. Baptiſmus in effectu. Matrimonium io myſterio, qnia ſignificat coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ. Confirmatio in dignitate miniſtri, quia non confertur niſi ab epiſcopis. Pœnitentia io frequenti peccatorum remiſſione, & ſic de aliis ſacrameotis.

CAPVT XII.

De ſacramento Euchariſtiæ.

EVchariſtia eſt ſacramentum charitatis tam diuinæ, quàm noſtræ: quia Deus io hoc ſacramento magnæ dilectionis nobis ſignum oſtendit, & noſtræ dilectionis affectum per idem ſacramentum ſpecialiter erga ſe inflammauit. De ſubſtantia huius ſacramenti ſunt quatuor. Primum eſt, quòd conſecrans Euchariſtiam ſit ſacerdos. Secundum, ſpecies panis & vini. Tertium, intentio conſecrantis. Quartum eſt forma verborum, videlicet. Hoc eſt enim corpus, menm. Et iſta eſt ſnper calicem. Hic eſt enim *Luc. 22.* calix, &c. Ad penitus intelligendum iſta, nota *1. Cor. 11.* circa intentionem, quòd aliud eſt intentio, aliud attentio: qnia intentio ſemper eſt neceſſaria, vel ſpecialis, vel generalis, ſicut dictum eſt de baptiſmo. Atteotio autem non eſt de ſubſtantia, ſicut quando mens rapitur in prolatione verborum, ad alia, quod quandoqoe cootingit ex infirmitate, quandoque ex neglige otia vel incuria, & tunc eſt peccatum. Sciendum prætcrea, quòd non ſolùm requiritur intentio conſecrantis, ſed etiam intentio iſtud ſacramentum inſti-

ſtituentis

tuentis. Vnde ſi aliquis ſacerdos ſtaret in foro & ſuper omnes panes formam verborum proferret, etiam cum intentione conſecrandi, non fieret ibi tranſſubſtantio, & hoc non eſſet propter defectum virtutis verborum, cum vna vice ſacerdos poſſit conſecrare tot hoſtias, quot toti mundo ſufficerent, ſi eſſet neceſſarium eccleſiæ, ſed propter defectum intentionis illius, qui hoc ſacramentum inſtituit, qui non intendit quòd cum tali ludibrio vel ſtultitia fieret conſecratio, ſed pro vtilitate vel neceſſitate eccleſiæ generalis, vel particularis. Circa formam quoque verborum ſciendum, quòd cùm dicitur, hoc eſt enim corpus meum, iſta coniunctio, enim, non eſt de ſubſtantia formæ, ſed de bene eſſe ipſius, vnde omitti non debet. Aliud namque eſt forma neceſſaria, ſine qua non poteſt tranſſubſtantiatio fieri: aliud forma debita, ſine qua non debet fieri. Eodem modo dicendum eſt de ſpeciebus panis & vini.

Enim, an de neceſſitate formæ.

Vnde nota, quòd materia Euchariſtiæ alia eſt neceſſaria, alia eſt debita. Materia neceſſaria Euchariſtiæ eſt panis frumentitius, quia ſine illo nõ poteſt fieri confectio. Materia verò debita eſt, quòd panis ille ſit azymus, quia licet in fermentato poſſet confici, tamen hoc non debet fieri, duplici de cauſa. Prima eſt, quia panis azymus conuenit inſtitutioni. Chriſtus enim dedit diſcipulis corpus ſuum confectum in tali materia. Secunda eſt, quia talis panis conuenit ſignificato. Chriſtus enim ſine omni fermento peccati fuit.

In fermentato non debet celebrari. Luc. 18.

Similiter dicendum eſt de materia calicis: quia alia eſt materia neceſſaria, alia debita. Materia neceſſaria calicis eſt vinum, quia ſanguis Chriſti non poteſt in alia materia confici, quam in vino. Materia verò debita eſt, quòd aqua vino miſceatur, & hoc duplici ratione. Prima, quia talis materia conuenit inſtitutioni. Chriſtus enim ſanguinem ſuum ſub tali ſpecie dedit. Secunda, quia talis materia conuenit etiam ſignificato: quia Eccleſia, quæ per aquam ſignificatur, Chriſto per fidem & charitatem iungitur. Sciendum præterea, quòd in aceto & agreſta non conficitur, quia acetum non eſt vinum, ſed fuit, ſicut & agreſta non eſt vinum, ſed erit. In confectione autem ſanguinis tam modicum aquæ debet admiſceri vino, quòd abſorberi poſſit ab illo: alioquin impeditur conſecratio ſi vinum ab aqua vincitur. Iſtud deſignat, quia cùm nos ad Chriſtum conuertimur, non ipſe in nos, ſed nos in ipſum mutamur: quia corpori eius myſtico incorporamur.

Aqua vino miſcetur, & quare. Luc. 22.

Si vna gutta vini imponitur ex aliqua negligentia ſanguini, non propter hoc deſinit eſſe ſanguis, nec propter admixtionem vinum in ſanguinem mutatur, ſed vtraque ſpecies in ſua natura permanet. Sed ſi de vino multum ponitur ad vnam guttam ſanguinis, ſicut quandoque fit in ablutione, tunc ibi deſinit eſſe ſanguis: quia ſpecies illius guttæ ſub qua eſt ſanguis, abſorbetur à multo vino adiuncto.

Cum imponitur vini gutta in ſanguine, an fiat conuerſio.

Circa Euchariſtiam eſt quoddam Sacramentum tantùm, vt ſpecies panis & vini: quoddam eſt ibi res tantùm: vt corpus Chriſti myſticum: quoddam eſt ibi res & ſacramentum, vt corpus Chriſti verum, quod traxit de virgine, iſtud enim eſt res primi, & ſacramentum ſecundi. Sub vtraque ſpecie totus Chriſtus indiuiſus eſt, ſcilicet corpus & anima, & Deus: ac per hoc vtrobique eſt vnum & ſimpliciſſimum ſacramentum. Sub ſpecie namque panis eſt corpus Chriſti per conuerſionem, & ſanguis per connexionem, & anima per coniunctionem, & diuinitas per vnionem. Iſta enim quatuor non poſſunt diuidi, nec ab inuicem ſeparari. Eodem modo dicendum eſt de ſanguine. Præterea Chriſtus ſic totus eſt in tota ſpecie, quòd eſt in qualibet parte eius, ſiue ſit integra illa ſpecies, ſiue diuiſa: ac per hoc non eſt ibi vt circunſcriptus, vel occupans locum, vel habens ſitum, vel perceptibilis per aliquem ſenſum corporeum. Exemplum huius habemus in ſpeculo, quod ſi diuidatur in multas partes, in qualibet apparet imago, quæ prius apparebat in integro. Item exemplum eſt de ſermone, quem quis multis recitat, quia quilibet auditor recipit illum totum. Vnde quamuis ſermo ſit vnicus in proferente; totus tamen eſt in quolibet audiente.

Quomodo totus Chriſtus in Euchariſtia.

Hoſtia frangitur in tres partes propter multas rationes. Primò propter tres perſonas diuinas in vna eſſentia, ſic ſunt tres partes in diuiſione hoſtiæ, vnus tamen Chriſtus eſt. Secundò propter tres ſtatus Eccleſiæ, ſcilicet militantium, triumphantium, & in purgatorio ardentium. Tertiò propter tres ſtatus Chriſti in quibus fuit, ſcilicet; mortalis, mortuus, & immortalis. Quartò propter tres apertiones in corpore Chriſti tempore paſſionis, ſcilicet, manuum, pedum, & lateris. Quintò propter tres ſubſtantias in Chriſto, ſcilicet diuinitatis, animæ, & corporis.

Hoſtia quarè frangitur in tres partes.

Sacramentum corporis Chriſti præfiguratum eſt multipliciter, ſcilicet in oblatione Melchiſedech, in qua figuratè habemus formam exteriorem ſacramenti, & primum effectum, ſcilicet, refectionem: ibi enim præceſſit figura ſpiritualis refectionis in pane & vino. Item Euchariſtia eſt refectio ſpiritualis vitæ in te. Item in manna, vbi figurabatur effectus gratiæ. Item in agno paſchali, in quo figurabatur liberatio à ſeruitute Ægyptiaca. Ita noſter agnus eſt ſignum liberationis à Diabolo. Itèm in diuerſis ſacrificiis, de quibus habetur in Leuit. quibus figurabatur oblatio paſſionis Chriſti, vt fuit hoſtia quoad reconciliationem, & victima quoad ſatisfactionem pro peccatis noſtris, holocauſtum quoad totius corporis ſui læſionem. Item in oblatione mannæ, de quo legitur libro Iudicum, cap. 13. per quam figurabatur in quo debet fieri oblatio, & ſuper quid; quia in fide Ieſu Chriſti, qui per Petram deſignatur. Item in figura Ionathæ mellita, vbi figurabatur quis offerre debeat, quia Ionathas: per fauum verò mellis deſignatur deuotio offerentis. Figura ſanguinis Chriſti fuit vinum ad deſignandum refectionem. Cant. 2. Introduxit me Rex in cellam vinariam. Item aqua ad deſignandum ablutionem. Vnde illud, vidi aquam egredientem, &c. Item ſanguis ad deſignandum redemptionem. Ad Hebr. 9. Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

Figuratur ſacramentum Euchariſtiæ multipliciter. Geneſ. 14. Exod. 16. Exod. 12. 1. Leuit. 15. Ezech. 47.

CAPVT

CAPVT XIII.

De dignitate & excellentia ſacramenti Euchariſtiæ.

Sacramentum Euchariſtiæ à Chriſto inſtitutum dupliciter, verbo & facto.

Ioan.1. Luc.1.

DIgnitas & excellentia huius ſacramenti apparet in multis. Primò, quia ſicut iam dictum eſt, tam ante legem, quam in lege fuit præfiguratum. Secundò, quia à Prophetis prænuntiatum. Pſal. 77. Panem Angelorum manducauit homo. Ponitur hic præteritum pro futuro, prophetali certitudine. Tertiò, quia à Chriſto inſtitutum & hoc dupliciter, ſcilicet verbo, & facto. Verbo, vt patet Ioan.6. Ego ſum, inquit, panis viuus, qui, &c. Facto. Matth.16. Accipite & comedite: Hoc eſt, &c. Quartò, quia ab Apoſtolis obſeruatum. 1. Corinth.11. Conuenientibus vobis in vnum, &c. Quintò, quia à ſummis Pontificibus ſolemnizatum, qui ordinauerunt cantum & orationes, locum, & tempus, & veſtimenta, & vaſa diuerſa: quæ omnia ſunt ad decorem huius ſacramenti. Maxima dignitas apparet in hoc ſacramento: quia cùm Chriſtus conſtet ex tribus ſubſtantiis, ſcilicet deitate, anima, & corpore, ipſa quidem deitas excellit omnia. Pſal 47. Magnus Dominus & laudabilis, &c. Item anima eius præcellit omnes animas, cum ſit plena gratia & veritate, id eſt, perfectiſſima in affectiua & cognitiua. Item corpus eius excellit omnia corpora, quod de ſanctificato corpore beatiſſimæ Virginis fuit ſumptum, & diuinitati vnitum: ergo in Chriſto nobiliſſimum quod eſt in cœlo, & nobiliſſimum in terra vnita ſunt.

CAPVT XIV.

De mirabilibus, quæ ſunt in Euchariſtia.

Quot mirabilia in Euchariſtiæ ſacramento.

MIrabilia multa ſunt in hoc ſacramento. Primum eſt, quòd eſt ibi corpus Chriſti in tanta quantitate ſicut fuit in cruce, & ſicut iam eſt in cælo, nec tamen excedit terminos illius formæ. Secundum, quòd ibi ſunt accidentia ſine ſubiecto. Tertium, quia ibi panis ita conuertitur in corpus Chriſti, quòd non fit materia corporis Chriſti, nec annihilatur. Quartum, quòd corpus Chriſti non augetur ex multarum hoſtiarum conſecratione, non minuitur ex hoſtiarum ſumptione. Quintum, quòd idem corpus in pluribus locis eſt ſub omnibus hoſtiis conſecratis. Sextum, quòd quando diuiditur hoſtia, non diuiditur corpus, ſed ſub qualibet parte totus eſt Chriſtus. Septimum, quòd quando tenetur hoſtia in manibus, & videtur oculis, corpus Chriſti nec tangitur per ſe, nec videtur, ſed hæc tantummodo circa ſpecies ſunt. Octauum, quia cùm deſinunt iſtæ formæ, tunc etiam deſinit eſſe ibi corpus & ſanguis Chriſti. Nonum, quòd cùm non ſit ibi panis vel vinum, tamen accidentia eundem effectum habent, vt prius, ſcilicet ſatiare, inebriare, & huiuſmodi. Nota, quòd Deo conuenit eſſe vbique ſimpliciter & propriè, creaturæ conuenit eſſe in vno loco tantùm. Corpus verò Chriſti medio modo ſe habet. Cùm enim ſit creatura, non debet æquari Creatori in hoc quòd ſit vbique. Cùm verò ſit vnitum deitati, debet in hoc excellere alia corpora, vt ſimul & ſemel poſſit eſſe in pluribus locis, ſub iſto videlicet ſacramento. In ſacramento Euchariſtiæ quoddam eſt ſecundum naturam, vt hoc quod ibi accidẽtia ſunt in loco terminato. Quoddam eſt ibi ſupra naturam, ſed non ſupra intellectum, vt quòd ibi ſunt accidentia ſine ſubiecto. Quoddam eſt ibi ſupra naturam & intellectum, vt quòd ibi Chriſtus eſt totus, & tantus quantus fuit in cruce, nec tamen excedit terminos illius paruæ formæ. De mirabili tranſſubſtantiatione nota, quòd triplex eſt mutatio. Vna eſt artificialis, vt quãdo fit vitrum de cineribus. Alia naturalis, & hæc duplex eſt, ſcilicet, accidentalis, & ſubſtantialis. Accidentalis eſt, quando idem ſubiectum manet ſub diuerſis accidentibus ſibi inuicem ſuccedentibus. Subſtantialis eſt, quando eadem materia manet ſub diuerſis formis ſubſtantialibus, ſicut patet in tranſmutatione elementorum adinuicem. Tertia eſt mutatio ſupernaturalis, vt quando nec materia, nec ſubiectum manet, ſed tantum accidentia ſine ſubiecto: & talis mutatio eſt in tranſſubſtantiatione corporis Chriſti. In tertia mutatione poteſt notari triplex difficultas, vel ex parte termini à quo, vel ex parte termini ad quem, vel ex parte diſtantiæ terminorum adinuicem. Primo modo creatio eſt mirabilior omnibus mutationibus, quia eſt de non ente ſimpliciter. Secundo modo conuerſio panis in corpus Chriſti eſt mirabilior omnibus, quia eſt ens in actu prius exiſtens. Tertio modo incarnatio Chriſti eſt mirabilior quacunque mutatione: quia ibi eſt vnio finitæ ſubſtantiæ ad infinitum. Mundus diſtinguit quadruplicem mutationem ſubſtantialem. Prima eſt à non ente in ens, & hæc dicitur generatio. Secunda eſt ab ente in non ens, vt corruptio. Tertia eſt ab ente in ens, quod modo non eſt, ſed iam erit, vt productio. Quarta eſt ab ente in ens iam exiſtens, & talis eſt conuerſio panis in corpus Chriſti. Hæc mutatio non habet ſimilitudinem in natura, ſed eſt in alteratione quaſi contraria: quia hìc mutatur vna ſubſtantia in aliam, & manent eadem accidentia, ſed in alteratione è conuerſo eſt, quia ibi mutantur accidentia, & manet eadem ſubſtantia, ſicut patet in corporalibus, quando de albo fit nigrum: & in ſpiritualibus, quando fit de iuſto impius, vel de ignorante ſciens. Nota, quod hæc propoſitio, de, multipliciter ſumitur. Quandoque enim notat cauſam: vt cùm Chriſtus dicitur conceptus de Spiritu ſancto. Quandoque materiam, vt cùm dicitur Chriſtus natus de Virgine. Quandoque identitatem ſubſtantiæ, vt cùm dicitur filius natus de patre. Quandoque tranſſubſtantiationem vel conuerſionem, vt cùm dicitur corpus Chriſti fieri de pane. Quandoque ordinem, vt cùm dicitur creatura eſſe de nihilo.

Mutatio triplex.

De propoſitio quid notat.

CAPVT XVI.

De effectu in ſuſcipientibus corpus Chriſti.

DIgnè ſuſcipientes corpus Chriſti, bonum multiplex conſequuntur. Primum eſt
Matt. 26. Chriſti commemoratio. Hoc facite in meam commemorationem, ſcilicet dilectionis, liberationis, imitationis. Item viuificatio interior, quia nonnunquam per virtutem huius ſacramenti fit de attrito contritus. Vnde ſicut Gen. 3. lignum vitæ comeſtum vitam præſtabat, ſic per hanc gratiam purgamur, illuminamur, perficimur, reficimur, & viuificamur. Et bene redditur vita per cibum, per quem & mors intrauit. Item corporis Chriſti myſtici incorporatio. Vnde dictum Aug. Non tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me, non intelligitur de vnione corporis myſtici de nouo facienda, ſed de augenda: non enim vnit diſſimilia. Item ſpiritualis refectio. In loco paſcuæ, &c. Deus enim non tantum inſtituit ſacramentum quod nos in eſſe gratiæ generaret, vt Baptiſmum: vel quod genitos roboraret, vt confirmationem, verum etiam quod roboratos nutriret, vt Euchar. propter quod hæc tria ſacramenta dantur omnibus qui ad fidem accedunt. Item deuotionis augmentatio. Pſal. 22. Impinguaſti in oleo, &c. Nutrimentum enim quod hic datur nobis quantum ad eſſe gratuitum, in tribus attenditur, ſcilicet in conſeruatione deuotionis ad Deum, & dilectionis ad proximum, & delectationis intra uoſmetipſos. Item fomitis mitigatio. Pſal. 2b1. Super aquam refectionis, &c. quia ſicut aqua refrigerat, ſic & iſtud ſacramentum feruorem concupiſcentiæ mitigat. Item collatio gratiæ. Exo. 16. Deſcendente manna deſcendebat pariter & ros. Numer. 11. Item virtutum roboratio. Pſal. 103. Panis cor hominis confirmet. Item peccatorum remiſſio, quia per iſtum cibum ſemper fit reparatio deperditi. Vnde quando dicitur in oratione Dominica, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, ſtatim ſequitur, Et dimitte nobis debita noſtra. Iſtud intelligitur de venialibus tantum: quia ſicut alimentum naturale prodeſt viuenti & non mortuo, ſic alimentum ſpirituale. Item contra diabolum armatio. Pſal. 22 Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus, &c Item ſpei eleuatio. Vnd. Apo. Ro. 8. Quomodo cum illo, &c. Item amoris excitatio. Ber. Diſce Chriſtiane quantum debeas diligere Chriſtum, qui dedit uobis carnem ſuam in cibum, ſanguinem in potum, animam in pretium, aquam lateris in lauacrum. Item fidei commendatio, quia in hoc ſacramento fi-
Fides qualiter eleuatur in hoc ſacramento. des eleuatur ſupra naturam, ſupra ſenſum, & ſupra intellectum. Apoſt. 2. Cor. 10. Captiuantes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Item Angelica conuiuatio. Pſal. 77. Panem Angelorum manducauit homo. Item regni cœleſtis collatio. Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit, &c. Item ſpiritualis edlectatio. Sap. 16. Panem de cœlo præſtitiſti eis, &c. Item intellectus illuminatio. 1. Reg. 14. Guſtauit Ionathas de melle, & illuminati ſunt oculi eius. De effectu Euchar. dicit Bern. *Effectus ſingulares ſacramenti Euchariſt.*
Corpus Chriſti eſt ægris medicina, peregrinantibus via, debiles confortat, valentes delectat, languorem ſanat, ſanitatem conſeruat. Per hoc fit homo manſuetior ad correctionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelem, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actiones deuotior. Sicut rectè communicantibus multa bona proueniunt, vt dictum eſt: ſic indignè ſumētibus corpus Chriſti multa mala occurrunt. Nullius enim opus placet Deo, niſi placeat ipſe prius. Indigna enim communio peccatis hominem illaqueat, damnationem pręparat, proximum ſcandalizat, mentem excæcat, tentationi ſubiugat, Deum irritat, vitam temporalem breuiat, gratuitis ſpoliat. De his per ordinem dicitur. Pſ. 69. Fiat, inquit, menſa eorum coram ipſis, &c. ecce primum, & in retributionem, ecce ſecundum, & in ſcandalum, ecce tertium: obſcurentur oculi eorum ne videant, ecce quartum: & dorſum eorum ſemper incurua, ecce quintum: effunde ſuper eos iram tuam, ecce ſextum: fiat habitatio eorum deſerta, ecce ſeptimum: in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet, ecce octauum.

CAPVT XVI.

De modo ſumendi Euchariſtiam.

COrpus Chriſti quatuor modis ſumitur. Quidam accipiunt illud ſpiritualiter tantùm, vt qui accipiunt rem ſacramenti, id eſt, gratiam, non ipſum ſacramentum corporis Chriſti. De hoc modo ſumendi dicit Aug. Crede, & manducaſti, id eſt, Corpori Chriſti myſtico incorporatus es. Quidam ſacramentaliter tantum, vt communicantes in mortali peccato: quia licet Deus ſit vbique per eſſentiam, non tamen per gratiam. Quidem ſpiritualiter & ſacramentaliter, vt qui accipiunt rem, & ſacramentum, vt communicantes in gratia. Quidam neutro modo, vt qui nec rem, nec ſacramentum accipiunt, vt hæretici, qui nihil conficiunt. Primi non manducantes manducant, ſecundi manducantes non manducant, tertij manducantes manducant, quarti non manducantes non manducant. Circa communionem committitur peccatum tribus modis. Primò cùm quis ſtatuto tempore communionem dimittit. Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Secundò cùm quis ſuo tempore communicans malè accedit. Apoſt. 1. Cor. 11. Qui ſumit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Tertiò cùm quis poſt communionem à peccatis ſe non cuſtodit: & iſte triplex malum incurrit. Primò, quia Chriſtum, quem ſuſcepit ignominioſè, à ſe expellit, nam turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes. Secundò, quia talis quodammodo ſimili- Matt. 26.
tudinem Iudæ gerit, qui poſtquã cum Chriſto cœnauit, ipſum tradidit. Sic & Abſalõ fratrem ſuum ad conuiuium vocauit, & poſtea occidit.

Tertiò, quia ordinem honeſtatis peruertit. Venturo enim reuerentiam exhibet, & præſenti nullam. Vnde ſimilis eſt illis, qui cum ramis oliuarum, & clamore feſtiuo obuiauerunt Chriſto, & ipſum poſtmodum crucifixerunt. Qualiter autem ad communionem accedendum ſit, diſcere poſſumus in eſu agni paſchalis. Comedebant enim Iudæi accinctis renibus, calceatis pedibus, baculos habentes in manibus, cum lactucis agreſtibus, & panibus azymis, & feſtinanter. Per primum ſignificantur puritas caſtitatis. Luc. 12. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ, &c. Per ſecundum affectus deuotionis. Cant 7. Quàm pulchra es in calceamentis filia princ. Per tertium memoria Dominicæ paſſionis Gene. 32. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum. Per quartum amatitudo contritionis. Pſal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum. Per quintum promptitudo bonæ voluntatis, & operationis. Pron. 22. Vidiſti hominem velocem in operibus ſuis, coram regibus ſtabit. Item quales debeant eſſe communicantes, oſtenditur in veſtibus ſacerdotalibus. Requiruntur enim iſta, iudicium diſcretionis, munditia caſtitatis, mortificatio carnis, conſtantia fortitudinis, perſeuerantia longanimitatis, perfectio charitatis. Primum notatur in ſuperhumerali, ſecundum in alba, tertium in cinctura, quartum in fanone, ſiue manipulo, qui portatur in brachio ſicut clypeus, quintum in ſtola, ſextum in caſula.

Matth. 21.

Modus dignè ſumendi Eucharistiam.
Exod. 12.

Chriſti corpus velatum ſumitur, & quare.

Corpus Chriſti ſumitur velatum accidentibus multiplici ratione. Primò propter meritum quantum ad bonos, quia ſecundum Greg. fides non habet meritum, cui humana ratio præſtat experim: ntum. Secundò propter indignitatem, quoad malos. Exemplum de Bethſamitibus. 1. Reg. 6. qui percuſſi ſunt, quia arcam domini illuſerunt. Tertiò propter imbecillitatem quantum ad omnes. Non enim poſſemus videre claritatem corporis Chriſti glorificati. Exemplum de Moyſe, in cuius faciem non poterant intendere filij Iſraël quando reſplenduit. Quartò propter vitandum horrorem, qui fieret ſi Chriſti carnem dentibus attrectaremus. Tres ſunt cauſæ quare laicis non datur iſtud ſacramentum ſub duplici ſpecie. Prima eſt, quia poſſent credere, quod totus Chriſtus non eſſet ſub vtraque ſpecie. Secunda, propter periculum, quia de facili poſſet effundi ſanguis. Tertia, vt veritas reſpondeat vmbræ, quia in lege non bibebant etiam offerentes de libamine.

Exod. 34.
2. Cor. 3.

Laicis non datur ſub vtraque ſpecie, & quare.
Deut. 12.
Eſt. 4.

CAPVT XVII.

De abſtinentia à communione.

A communione abſtinentium, & quare.

ABſtinent quidam à communione propter culpam propriam, & aliqui ſine culpa mortali, ſed propter ſacramenti reuerentiam, ſicut ſentiunt ſe minus mundos carne, vel mente, vel etiam indeuotos: & iſti bene faciunt, dummodo poſſint iuſtè & ſine aliorum ſcandalo ſuperſedere. Vbi enim non inſtat neceſſitas, conſulendum eſt talibus vt de communione expectent quouſque parati, & deuoti ac circunſpecti poſſint accedere. Nulla tamen neceſſitas debet compellere, vt aliquis in peccato mortali exiſtens ſcienter communicet. Peccatum facit indignum communione tribus modis: aut in habitu, vt quando quis accedit non contritus de peccato præterito & inconfeſſus. Aut in actu, vt quando quis immutat formam ſacramenti, & irreuerenter ipſum tractat. Aut in propoſito, vt quando habet voluntatem peccandi in futuro. Poteſt etiam propter reuerentiã ſacramenti excluſio fieri à communione tripliciter. Primò propter reuerentiam ſacramenti exterioris, ſic excludit pollutio, & immunditia corporalis. Secundò propter reuerentiam rei contentæ ſub formis, ſic excludit defectus iudicij, & rationis, vt in pueris, amentibus. Tertiò propter reuerentiam rei ſignificatæ, id eſt, vnitatis corporis myſtici, ſic excludit vinculum interdicti vel ſuſpenſionis, vel excommunicationis etiam iniuſtæ. Sic igitur propter ſolam reuerentiam ſine omni culpa excluduntur multi à communione. Hoc primò patet in pueris, qui tamen ſi ſunt prope ætatem adultam ſcilicet 10. vel 12. annorum, & apparent in eis ſigna reuerentiæ, & diſcretionis, poſſunt ſumere, aliàs non. Item patet in furioſis, qui excluduntur ſine culpa, qui tamen communicare poſſunt, quando habent lucida interualla. Item cùm quis habet lutoſas manus, licet hoc ſit ſine culpa, tamen pro ſola reuerentia non debet tangere corpus Chriſti. Tria genera hominum in lege excludebãtur ab eſu agni, ſcilicet incircuncisi, qui ſignificant accedentes irreuerenter ad communionem. Legitur 2. Reg. 6. quòd percuſſus eſt Oza, qui tetigit arcam domini. Item alienigenæ, hi ſignificant infideles, de quibus Gen. 7. Fera peſſima deuorauit filium meum. Item immundi, qui ſignificant habentes peccatum mortale. De his propheta Iſa. 52. Mundamini, qui fertis vaſa domini. De his tribus nota, quòd indignè ſumit, qui non ſumit reuerenter, vel non catholicè, vel habet mortale ſcienter. Qui non communicat ſuo tempore, multa mala incurrit. Primò, quia talis multiplici vtilitate priuatur, de qua ſupra dicitur in capitulo, de effectu Euchariſtiæ. Si enim Raab ſaluata eſt, quia ſuſcepit nuncios domini, multo magis, qui ipſum ſuſcipit. Secundo, quia conſtitutionem eccleſiæ tranſgreditur: ſtatuit enim Eccleſia, quòd qui non communicat in Paſcha, viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens careat Eccleſiaſtica ſepultura. Tertiò quia maledictionem incurrit. Eccleſiaſtici 4. Væ ſoli, &c. Bene ſolus eſt, qui Chriſtum non habet. Quartò, quia vices Deo non rependit. Aug. Verecundum eſt illi hoſpitium denegare, qui ſolet omnem pulſantem admittere. Quintò, quia vires ſpirituales perdit. Quilibet enim qui eſt ſine mortali, eſt membrum corporis myſtici, Membrum autem debet ſuſtentari alimento corporis Chriſti veri. Alioquin efficitur aridum, ſicut corporeum membrum ad quod non tranſmittitur corporalis cibi nutrimentum.

Quis indignus communione.

Excluditur quis à communione propter plura.

Pueri communicandi in qua ætate.
Furioſi in interuallo lucido communicandi.

Exod. 12.

Ioſ. 2. & 6.
Qui non communicat in paſcha, maledicitur.

CAPVT

CAPVT XVIII.

De officio Miſſæ

Prærogatiua Miſſæ.

PRærogatiuas plurimas habet Miſſa. Primò quia celebratur à ieiuno. Secundò, quia tantùm in Eccleſia, & ſupra altare, niſi quandoque propter neceſſitatem fiat ſub tentorio vel in alio loco honeſto. Tertiò, quia oportet celebrantem eſſe ſacerdotem. Quartò, quia oportet eum indutum eſſe ſacris veſtibus. Quinto, quia tantummodo fit in die, & non in nocte, niſi in natiuitate Domini. Sextò, quia celebratur accenſo lumine, etiamſi mille Soles lucerent ſuper terram. Septimò, quia ibi ſonant verba diuina, Angelica, & humana. Diuina quidem, cum dicitur vel cantatur: Pater noſter, & leguntur verba Domini in Euangelio. Angelica vero quando dicitur, Gloria in excelſis Deo, &c. Humana autem, vt in collectis, & huiuſmodi. Octauò, quia ibi audiuntur tria idiomata nobiliſſima, ſcilicet Hebraicum, vt ſabaoth, & oſanna: Græcum, vt Kyrie eleiſon: Latinum, vt in aliis, quæ ſunt ibi. Nonò, quia Miſſa ſuo modo tam plena eſt myſteriis, ſicut mare guttis, ſicut ſol atomis, ſicut firmamentum ſtellis, ſicut cælum empyreum Angelis. Decimò, quia ſacerdotes in ſolemnibus eccleſiis habent in Miſſa ſua plures miniſtros, Diaconum, ſubdiaconum, & acolytos. Vndecimo, quia Angelis ibi exiſtentibus ſufficit in præſentia tantæ maieſtatis eſſe ſcholares. Duodecimò, quia ibi eſt dominus cæli & terræ.

Miſſæ moralis expoſitio. Introitus, Kyrie eleiſon, Miſericordia Dei indigemus nouem modis.

Officium Miſſæ moraliter exponitur ita. Introitus ſignificat inchoationem boni operis: & duplicatur, quia in noſtra inceptione debemus declinare à malo, & facere bonum. Kyrie eleiſon quod nouem vicibus variatur, ſignificat inuocationem miſericordiæ Dei, qua nouem modis indigemus: primis tribus modis ad peccatorum remiſſionem, quæ committimus corde, ore, & opere, quantum ad contritionem. Secundis, tribus modis quantum ad gratiæ collationem, ſcilicet fidei, ſpei & charitatis. Tertiis tribus modis quantum ad glorificationem, qua gaudebimus in Deo ſupra nos, intra nos, de nobis ipſis, & iuxta nos de proximo.

Gloria in excelſis. Collecta. Epiſtola, Alleluia. Graduale. Euangelium. Offerenda. Secreta. Præfatio. Sanctus. Canon. Pater noſter. Agnus Dei, & quare triplicatur. Communio.

Gloria in excelſis Deo, ſignificat gratiarum actionem. Collectæ denotant orationem. Epiſt. & Euangelium nouæ & veteris legis obſeruationem. Graduale & Alleluia, vitæ actiuæ, & contemplatiuæ perfectionem. Offertorium contribulati ſpiritus ſacrificium. Secreta ſignificant ſtatum viæ. Præfatio ſtatum patriæ. Sanctus, Sanctus, Sanctus exultationem Angelorum præſentium. Canon tranſitum membrorum in Corpus Chriſti myſticum. Pater noſter, filiationem ſignificat per gratiam. Agnus Dei, liberationem per miſericordiam, & triplicatur, vt liberemur à malis præteritis, præſentibus, & futuris. Communio ſeu complenda ſignificat boni operis conſummationem Circa quædam alia quæ ſunt in Miſſa, nota ſignificationem allegoricam. Intelligimus enim per altare crucem, per calicem, ſepulchrum, per patenam lapidem ſuperpoſitum: per corporale ſindonem, in qua corpus Domini fuit inuolutum. Nota etiam; quòd omnes Miſſæ ſunt æquè bonæ quantum ad opus operatum, vna tamen eſt melior altera quantum ad opus operans. Vnde melius eſt audire Miſſam boni ſacerdotis quam mali, ſicut in menſa corporali eundem cibum iocundius accipimus à mundo miniſtro, quam ab immundo. Nota, quòd periculoſum eſt ſi celebrans Miſſam, cæcutiens, vel manus tremulas vel caducum morbum habet, & aut delirus, aut idiota eſt. Vnde talibus eſt iniungendum, quod abſtineant à Miſſa. Præterea quando aliquis bis eſt celebraturus Miſſam, non debet ſumere ablutionem in Miſſa priori, quia ad Miſſam ſecundam accederet non ieiunus.

CAPVT XIX.

De negligentijs quæ fiunt in Miſſa.

Remedia in negligentiis Miſſæ.

SI per negligentiam euenerit quod perlecto Canone nec vinum, nec aqua reperiatur in calice, ſtatim infundi debet vtrunque & ſacerdos iterabit Canonem ſiue conſecrationem ab illo loco: Simili modo, & perficiet vſque ad finem, ita tamen vt nec dimittat duas cruces, quæ fieri ſingulariter ſuper hoſtiam conſueuerunt. Vel melius poteſt dici, quòd aliam hoſtiam ſumat, & Canonem à principio incipiat. Quòd ſi de ſimplici vino vel aqua fiat conſecratio, vinum reputabitur pro conſecrato, ſed aqua non. Si quid de ſanguine ceciderit ſuper corporale, vel palam altaris, vel ſuper albam vel caſulam, pars illa reſcindatur, & in loco reliquiarum reſeruetur, prius tamen extrahatur ſacramentum quantum poterit, & ſumatur, deinde abluatur & ſumatur ablutio. Si verò ſuper terram, lapidem, vel lignum ceciderit, lingendus, radendus, & extergendus eſt locus ille, & puluis in ſacro loco reponendus. Porrò ſi in ipſum ſanguinem muſca vel aranea ceciderit, vel aliquid aliud tale, quod vix ſine vomitu, aut mortis periculo ſumi poteſt, perfundatur & lauetur, quàm cautius poteſt in calice, & ablutionem ſumat ſacerdos: ſed muſca ſiue aranea ſuper piſcinam cremetur. Quod ſi corpus ſiue de corpore Chriſti ſuper palam altaris ceciderit, vel ſuper aliud veſtimentum; non incidatur, ſed vino abluatur, & à miniſtro ſumatur. Si infirmus corpus Domini reiiciat, ſuſcipiatur prout diligentius poteſt, & ſumatur à ſacerdote, vel ab aliquo puero diſcreto & mundo, ſi æger non poteſt illud reſumere.

CPAVT XL.

De ſacramento pænitentiæ.

Pænitentia quid.

POenitentia eſt, vt ait Ambr. præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Item Greg. Pœnitentia eſt ante acta ma-

la & peccata flere, & iterum flenda non committere. Circa prædictas diffinitiones nota, quòd quædam diffinitiones dantur per eſſentiam, vt homo eſt animal rationale mortale. Quædam per cauſam, vt dies eſt Sol lucens. Diffinitio autem pœnitentiæ data per cauſam, & non eſſentiam. Veruntamen pœnitentia diffinitur per duplicem actum, vnum qui eſt reſpectu præteriti, ſcilicet mala præterita plangere: alterum reſpectu futuri, ſcilicet plangenda iterum non committere. Primus actus eſt in re: ſecundus in propoſito. Pœnitentia duplex eſt, quædam interior tantùm, & hæc eſt de iure naturali: quædam exterior, quæ fit ad arbitrium hominis. Prima non eſt ſacramentum propriè: ſecunda verò eſt ſacramentum. Non enim pœnitentia per ſe ſuſcepta dicitur propriè ſacramentum Eccleſiæ, cùm talis etiam ante baptiſmum poſſit fieri: ſed pœnitentia iniuncta per miniſtros Eccleſiæ, ſacramentum eſt. Notandum quoque eſt, quòd lugere pro propriis peccatis eſt actus pœnitentiæ, quæ eſt virtus iuſtitiæ, ſed lugere pro malis alienis, eſt alterius virtutis, ſcilicet miſericordiæ: lugere verò pro bonis æternis, eſt actus ternæ beatitudinis, de qua dicitur, Beati qui lugent, &c. De duratione pœnitentiæ ſciendum eſt, quòd exteriorem non oportet eſſe perpetuam, ſed de interiori diſtinguitur. Eſt enim pœnitentia interior ſecundum habitum: & hæc debet eſſe perpetua. Alia eſt ſecundum actum, & hanc non oportet eſſe perpetuam. Semper enim tenetur quis ad interiorem pœnitentiam habitualem, qua vellet non peccaſſe, & vult de cætero non peccare. Sed ad exteriorem pœnitentiam non ſemper tenetur. Præterea alius eſt dolor rationalis, qui eſt peccati deteſtatio: alius ſenſualis, qui eſt paſſio: primus dolor ſemper debet eſſe in pœnitentia: ſecundus non eſt de neceſſitate. Item quamuis homo non ſit certus de peccati remiſſione, tamen non oportet propter hoc pœnitentiam exteriorem eſſe perpetuam, quia non exigitur in talibus certitudo ſcientiæ, ſed ſufficit certitudo coniecturæ probabilis, vt eſt quando homo fecit probabiliter quod erat ex parte ſui dolendo, confitendo, ſatisfaciendo, emendando. Cùm in omni ſacramento nouæ legis ſit aliqua materia viſibilis elementi, quæ eſt ſignum & cauſa gratiæ, oportet etiam in ſacramento pœnitentiæ ita eſſe, ſed tunc materia ſenſibilis largè ſumitur pro omni re, ſiue res illa ſit exterior ſubſtantia, ſiue actio humana: vnde ſecundum hoc in pœnitentia, prout eſt ſacramentum, ſunt res & verba: verba quippe in confeſſione & abſolutione ſunt: res autem eſt ipſa actio humana. Ad intelligendum iſta plenius, nota quòd ſicut in medicinis corporalibus quædam conſiſtunt in ſola paſſione curati, vt eſt ſectio vulneris: quædam verò in actione eiuſdem, vt eſt exercitatio corporis: ita in ſacramentis quædam conſiſtunt in paſſione eius qui ſanctificatur, & non in actione, niſi per accidens, vt baptiſmus, confirmatio, Euchariſtia, extrema vnctio, ordo. Quædam verò conſiſtunt eſſentialiter in actu eius qui ſanctificatur, vt alia duo ſacramenta, ſcilicet pœnitentia & matrimonium. In primis ergo quæ ſine actu noſtro operantur, requiritur exterior materia, quæ ſignificat & cauſam & rem ſacramenti. In aliis verò ipſe actus noſter eſt pro materia ſenſibili. Ex prædictis patere poteſt, quòd in hoc quodam eſt ſacramentum tantùm, vt eſt actus pœnitentis exterior: quoddam eſt res tantùm, vt remiſſio peccatorum: quoddam res & ſacramentum, vt contritio interior.

Pœnitentia duplex. Quando pœnitentia eſt ſacramentum, & quando non.

Matt. 5. Quandiu debet durare pœnitentia.

Quæ ſit huius ſacramenti materia.

CAPVT XXI.

De qualitate pœnitentiæ.

Eſt pœnitentia quædam vera. Aug. Pœnitentia vera eſt, pœnitendo non committere, & commiſſa deflere. Quædam eſt falſa. Iſido. Irriſor eſt, & non pœnitens, qui adhuc agit quod pœniteat. Quædam eſt coacta. Pſ. 31. Conuerſus ſum in ærumna mea, &c. Quædam eſt ſera. Aug. Si tunc pœnites quando peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa. Quædam iniqua. Matt. 27. Iudas pœnitentia ductus, &c. Quædam deſperata. Sap. 5. Præanguſtiæ ſpiritus gementes, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes. Quædam ſancta, & meritoria. Bern. O fœlix pœnitentium humilitas. O bona ſpes confitentium, quàm potens es apud Omnipotentem, quàm facile vincis inuincibilé, quam citò tremendum iudicem conuertis in piiſſimum patrem. Debet pœnitentia eſſe amara. Hier. 6. Planctum amarum fac tibi. Voluntaria. Aug. Cum gaudio debet facere immortalis futurus, quæcunque faceret homo pro differenda morte moriturus. Perfecta. Aug. Nulla pœnitentia eſt ſera, dummodo ſit vera. Accelerata. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum. Hier. Nanicula bæremi in ſolo funem potius præcide, quàm ſolue. Perſeuerans. Cant. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Fortis. Hier Licet in limine iaceat pater, licet mater vbera quibus te nutrierat, oſtendat, per calcatum perge patrem, &c. Item reſurrectio ſpiritualis (quæ eſt pœnitentia) debet eſſe cum Chriſto ſemper victuro, non cum Lazaro iterum morituro. Pœnitentia debet eſſe prompta & non diu dilata. Primò, ne infructuoſi ſimus, quia diu expectamur, vnde Iſai. 5. Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Secundò, quia ad magna vocamur. Ge. 15. Ego ero merces tua magna. Tertiò, ne æternis nuptiis excludamur, ſicut factum eſt fatuis virginibus, quæ differebant ſe præparare. Quartò, ne ab hoſtibus impediamur, ſicut filij Iſaël à Pharaone, ne egrederentur de Ægypto. Quintò, quia relinquere peccatum etiam pœnis compellimur. Gregor. Contemnendus eſſet hic mundus, etiamſi rebus proſperis abundaret. At cùm tot aduerſitatibus animum pulſat, cum tot calamitates ingeminat, quid aliud, quàm vt non ametur, clamat? Sextò, ne blandè ſeducamus, ſicut auis per fiſtulam aucupis, & ſicut piſcis per eſcam in hamo, & ſicut vrſus per mel. Septimò, ne morte præueniamur. Greg. Nihil certius morte, &c. Octauò, ne conſuetudine teneamur, ſicut arbor

Qualis debet eſſe pœnitentia.

Epiſtola ad Heliodorum. Pœnitentia reſurrectio ſpiritualis. Ioan. 11.

Iſai. 5.

Matth. 5.

Exod. 15.

arbor de facili non euellitur, cùm beue radicatur. Ierem. 13. Nunquid Æthiops poteſt mutare pellem ſuam, &c.

Ad pœnitentiam nos mouent plura.

Ad agendam pœnitentiam mouent quatuor, de quibus Bernard. Nimis durum eſt cor, quod non emolliunt beneficia, nec terrent ſupplicia, nec alliciunt promiſſa, nec caſtigant flagella.

Impedimenta pœnitentiæ.

Impedimenta pœnitentiæ ſunt, puſillanimitas aggrediendi: tales ſunt ſicut equus vmbraticus, qui trunco vel vmbra terretur. Pudor confitendi, ſed ſicut ait Auguſtinus, verecundia magna pars pœnitentiæ eſt. Horror ſatisfaciendi, ſed contradicit Apoſtolus. Hoc momẽtaneum & leue tribular. &c.

2. Cor. 4.
Matth. 3.

Delectatio peccandi, ſed temporale eſt, quod delectat, æternum, quod cruciat. Spes diu viuendi, ſed Dominus ait, Securis iam ad radi. ar. po. eſt. Deſperatio gratiam obtinendi, ſed contradicit Ezech. 18. Quacumque hora ingemuerit peccator, &c. Timor recidiuandi. Auguſt. Quando cecidi, erexit me: quando ſteti, tenuit me: quando iui, duxit me. Ita loquitur de Deo. Exemplum delinqoendi, ſed ſtultus eſt, qui vidit aliquem cadentem in foueam, ſi non ſit in eodem loco cautior.

Num. 22.

Conſuetudo peccandi, ſicut Balaam conſuetus monſtris non curauit, quòd aſina loqueretur. Confidentia de Dei miſericordia, quòd quando pœnituerit, ipſum recipiet, ſed hoc eſt peccare in Spiritum ſanctum. Gregor. Miſericordiam Dei debemus ſaltem erubeſcere, ſi iuſtitiam eius nolumus formidare.

CAPVT XXII.

De effectu pœnitentiæ.

PEr pœnitentiam abſoluitur homo à peccato, reſtituitur Eccleſiæ, reconciliatur Deo, donis ſpiritualibus ditatur, de filio diaboli filius Dei efficitur, paradiſus Dei aperitur.

Luc. 15.
Semper iteranda eſt pœnitentia.

Hæc eſt quæ Angelos lætificat, impium iuſtificat, amiſſa bona reuocat, vitam æternam donat, pœnam æternam vetat. Item pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium, ad quam poteſt homo recurrere, quandiu eſt in ſtatu vitæ præſentis, quandocunque & quotieſcunque diuinam miſericordiam voluerit implorare. Duplex eſt enim naufragium, ſcilicet peccati originalis, & actualis: ſed de primo liberamur per tabulam baptiſmi, quæ virtutem & efficaciam accepit à tabula crucis Chriſti. De ſecundo autem liberamur per tabulam pœnitentiæ, quam diuina clementia prouidit homini: quia pro peccato actuali non poteſt iterum baptizari. Nota, quod à reatu peccati liberamur per gratiam: à ſequelis autem peccatorum per pœnitentiam, & partes pœnitentiæ: à miſeria verò per gloriam.

Opera mortificata viuificantur.

Item nota qualiter opera mortificata viuificentur, quia licet verum ſit, quòd à priuatione ad habitum non ſit regreſſus in vita naturali, non tamen eſt verum in vita morali. Nam à priuatione ad habitum voluntarius eſt regreſſus, ſcilicet à morte culpæ ad vitam gratiæ. Vnde dicimus, quòd ſicut peccata actualia tranſeunt actu, & remanent reatu: ita bona opera tranſcunt actu, & remanent merito. Secundum autem quod manent, dicuntur mortificari, vel viuificari. Bona igitur opera quandiu ſunt coniuncta radici merendi, ſcilicet charitati, dicuntur viuere: quando autem ab illa ſeparantur, dicuntur mortificari: & quando reuertuntur, dicuntur viuificari, quia redeunt ad ſtatum ſuæ originis, videlicet gratiæ & charitatis, & quia valent ad maiorem radicationem charitatis.

CAPVT XXIII.

De partibus pœnitentiæ.

Quæ exiguntur ad perfectionem pœnitentiæ.

PArtes pœnitentiæ integrales ſunt tres, ſcilicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Quamuis enim complementum peccati poſſit eſſe in actu ſolum oris, & cordis ſolùm, vel trium ſimul, tamen ad perfectionem pœnitentiæ exigitur horum trium aggregatio, licet ad eſſe ſimpliciter ſufficiat contritio in actu, & confeſſio, & ſatisfactio in propoſito. Non enim in his quæ habent eſſe ſucceſſiuè, exigitur quòd partes integrales ſint ſimul, ſed exigitur hoc in toto quod habet eſſe permanens. Quòd autem tres ſint partes pœnitentiæ, ſic oſtenditur. Pœnitentia eſt quoddam ſpontaneum iudicium, in quo contritio eſt quaſi quædam citatio, vbi ſequitur rei ante iudicem ſpontanea confeſſio. Deinde ſequitur per iudicem impoſitæ emendæ ſolutio. Sed in hoc differt iudicium fori à iudicio poli: quia ibi confeſſus in iure condemnatur, & hìc abſoluitur.

Sufficientia partium pœnitentiæ.
Matt. 5.

Alia eſt partium iſtarum ſufficientia: quia omne peccatum committitur corde, ore, vel opere, iuſtum eſt vt per contrarium curetur, ſcilicet vt peccator culpam animo deteſtetur, verbo accuſet, & facto puniat. Item per peccatum offendit homo Deum, Eccleſiam, & ſeipſum: ſed per contritionem reconciliatur Deo, per confeſſionem Eccleſiæ, & per ſatisfactionem ſibi. Item iſtæ tres pœnitentiæ partes ſunt tres diætæ, quibus itur ad terram promiſſionis, de quibus dicitur Exod. 3. Ibimus viam trium dierum.

Matth. 9.
Luc. 7.
Ioan. 11.

Item iſtæ tres partes ſignificant tres mortuos moraliter; quos Dominus ſuſcitauit: quoniam per contritionem ſuſcitatur puella in domo, per confeſſionem iuuenis in porta, per ſatisfactionem Lazarus in ſepulchro.

CAPVT XXIV.

De contritione.

Contritio quid.

COntritio eſt dolor voluntariè pro peccatis aſſumptus, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Hæc diffinitio magiſtralis eſt, & ponitur hìc dolor pro genere: voluntariè aſſumptus ponitur ad differentiam doloris naturalis,

qui non eſt meritorius, cùm non ſit in genere motis: ſed voluntas tantum ponitur in genere motis. Pro peccatis, ponitur ibi materia doloris, ad differentiam doloris inuidiæ, qui eſt in booo alieno. Sic ergo diffinitur contritio, prout eſt actus vitrutis: ſed prout eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, oportet quòd aliquid in comparatione ad alias partes addatur, & ideo ponitur, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi. Nota, quòd cor dicitur durum quando diuinæ inſpirationi ſe tangenti non cedit, ſed obuiat, in affectu peccati demorando. Frangi verò dicitur, quando incipit à propoſito peccandi reſipiſcere, licet nondum totaliter conuertatur. Conuerti autem dicitur, quando voluntas perfectè ab effectu peccandi reſilit. In contritione duplex eſt dolor. Vnus eſt voluntatis, qui non eſt aliud quàm peccati diſplicentia. Alius eſt ſenſualis. Primus eſt de eſſentia contritionis, & de hoc dolore intelligitur illud Ierem. 6. Luctum vnigeniti fac tibi: quia homo ex ratione debet magis velle nunquam peccaſſe, quàm vnigenitum viuere. Secundus verò dolor non requiritur de contritionis neceſſitate, ſed de perfectione: quia talis dolor non eſt in noſtra poteſtate. Nota etiam, quòd contritio poteſt tantum intendi, quòd non ſolùm culpa, ſed etiam tota pœna dimittatur. Hoc autem poteſt fieri dupliciter. Vno modo ex parte charitatis, quæ diſplicentiam peccati cauſat: quia quandoque contingit tantum charitatem intendi in actu, quòd contritio inde ſequens merebitur abſolutionem ab omni pœna, vt in Magdalena. Alio modo fit iſtud ex parte doloris ſenſualis, quem voluntas in contritione excitat: quia ille dolor quædam pœna eſt, quæ tantum poteſt intendi, quòd ſufficiat ad deletionem culpæ & pœnæ. Nota, quòd dolor contritionis ſenſibilis vel ſenſualis, triplex eſt, deficiens, ſufficiens, & præeminens. Primus trahit ad infernum, ſecundus ad purgatorium, tertius ad paradiſum. Et eſt ſimile de ſcientia, quæ repetitur in electis: quia ſcientia deficiens repellit à dignitate, ſufficiens toleratur, ſupereminens meritò coronatur. Differentia autem eſt inter attritionem & contritionem, ſicut inter formale & formatum, quod & dicitur de fide informi & formata. Vtrum autem attritio fiat contritio, diſtinguendum eſt, quia contritio dicitur cum gratia ttitio. Hoc autem poteſt eſſe dupliciter. Vno modo per concomitantiam, quia gratia aſſociatur motui exiſtenti in anima, & illam informat, quamuis non eliciat. Alio modo per cauſam, ita quòd motus à gratia eliciatur. Primo modo attritio fit contritio: quia actus ille ſimplex manens in anima formatur adueniente gratia, ſicut color adueniente luce. Secundo modo impoſſibile eſt, quòd attritio fiat contritio. Sed ſi quæritur, quandiu quis de peccato dolere debeat? Reſpondeo ſicut dicit Hug. de ſancto Victore, Deus quando abſoluit hominem à vinculo peccati, ligat eum vinculo perpetuæ deteſtationis. Sed deteſtatio peccati duplex eſt: quædam in habitu, ad quam ſemper tenetur homo etiam poſt perfectã peccati remiſſionem: de qua dicit Auguſtinus loquens de pœnitente, quod pœnitens ſemper doleat, & de dolore gaudeat, & non ſemper doluiſſe doleat. Alia deteſtatio eſt in actu: ad hanc homo non ſemper tenetur. Sciendum autem, quòd beati, & damnati, & hi qui ſunt in purgatorio, non habent contritionem propriè; cuius ratio eſt, quia in contritione propriè ſumpta ſunt tria, ſcilicet gratia, dolor, & effectus meriti ſatisfacientis: in beatis autem non eſt dolor, in damnatis verò non eſt gratia, & hi qui ſunt in purgatorio, non merentur.

In contritione duplex dolor.

Tanta poteſt eſſe contritio, quòd ſufficeret ad deletionẽ culpæ & pœnæ Luc. 7.

Dolor triplex.

Differentia inter attritionem & contritionem.

Quandiu de peccato dolere debet peccator

Contritio non eſt in inferno, in purgatorio, paradiſo, & quare.

CAPVT XXV.

De confeſſione.

CONfeſſio eſt, vt ait Auguſtinus, per quam morbus latens ſpe veniæ aperitur. Confeſſio ſacramentalis, quæ eſt pars pœnitentiæ, conuenienter deſcribitur per materiam quæ eſt peccatum: & per actum, qui eſt aperire, & per finem, qui eſt ſpes veniæ. Duplex eſt confeſſio, quædam eſt mentalis, quæ fit Deo, & hæc eſt de iure naturali. Quædam eſt vocalis, quæ fit homini, & hæc non eſt de iure naturali, ſed Euangelico. Igitur ante incarnationem Chriſti ſufficiebat confeſſio mentalis: quia Deus nondum erat homo: ſed poſtquam factus eſt homo, debet confeſſio fieri homini vicario Chriſti. In hoc enim quòd miniſtris ſacramentorum Chriſtus dedit poteſtatem ligandi atque ſoluendi, inſinuauit confeſſionem eis tanquam iudicibus fieri debere. Sic ergo Chriſtus inſtituit confeſſionem tacitè, ſed Apoſtoli promulgauerunt eam expreſsè. Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata veſtra. Quamuis igitur in contritione remittatur peccatum communiter, tamen confeſſio vocalis eſt neceſſaria, vel in re, quando habetur opportunitas, vel in propoſito, quando articulus neceſſitatis eam excludit, & non contemptus religionis. Et iſta neceſſitas confitendi poſt contritionem, non eſt in tali caſu propter neceſſitatem remedij, cùm peccatum iam ſit dimiſſum, ſed propter obligationem præcepti. Confeſſio & ſatisfactio neceſſaria eſt non ſolùm propter reconciliationem in iudicio Dei, ſed etiam in iudicio Eccleſiæ. Quas etiam circunſtantias tenemur confiteri. Nota, quòd circunſtantiarum quædam ſunt trahentes in aliud genus peccati, vt coire cum muliere coniugata, & has tenetur homo confiteri. Quædam ſunt aggrauantes in eadem ſpecie, & harum quædam ſunt non aggrauantes notabiliter, ſicut ſcientia & huiuſmodi: has non tenetur quis confiteri, quia ſunt quaſi venialia peccata. Quædam ſunt aggrauantes notabiliter, & has ſecundum quoſdam tenetur homo confiteri. Non enim ſufficit illi, qui accepit centum marchas de alieno, dicere, ego accepi alienum, cùm hoc poſſet verificari ſi ſolùm accepiſſet vnum denarium. Secundum alios communiùs, ſed non tutiùs opinantes non oportet. Circunſtantiæ aggrauantes peccatum, notantur his verſibus.

Aggrauat ordo, locus, mora, cauſa, ſcientia, tempus.

Confeſſio quid.

Confeſſio duplex.

Ioan. 20.
Matth. 3.

Matth. 16. & 15.

Confeſſio vocalis neceſſaria.

Circunſtantiæ confitendæ, & quæ.

Circunſtantiæ aggrauantes.

Lucta puſilla, medus, culpa, genus, & ſtatus altus,
Conditio, numerus, ætas, & ſcandala, ſexus.

Peccata etiam ſacerdoti nota, ſunt confitenda.
Quandiu poſſit confeſſio differri.

Quamuis peccata alicuius nota ſint ſacerdoti, tamen oportet ea confiteri, quia non ſunt ei nota vt iudici. Quandiu poſſit quis differre confeſſionem, duæ ſunt opiniones. Quidam enim dicunt, quòd peccator debet ſtatim confiteri habita opportunitate ſufficienti. Alij communius dicunt, quòd cum confeſſio ſit inter præcepta affirmatiua, non obligat niſi pro loco & tempore. Eccleſia autem determinat in decretis, quòd omnis homo confiteatur ſemel in anno, quia tunc quilibet de neceſſitate communicare tenetur. In caſibus tamen quatuor tenetur quis ante hoc tempus confiteri. Vnus eſt ratione ſacramenti, quando quis vult communicare, vel celebrare. Alius ratione periculi, vt ſi eſt in periculo mortis. Tertius eſt ratione conſcientiæ, vt ſi dictat ſibi conſcientia, quod ſtatim teneatur. Quartus eſt ratione dubij, vt ſi non ſperat illo anno amplius habere confeſſorem, quem modo habet, vel ſi habet caſum de quo poteſt ſolus Papa abſoluere, & modo habet copiam pœnitentiarij domini Papæ. Si quæratur, vtrum confeſſio facta in peccato mortali valeat, dicendum eſt, quòd confeſſio eſt in remedium, & in præceptum. Inquantum eſt in remedium, non valet in mortali facta, tamen abſoluitur homo à præcepto, ſicut fictè baptiſmum ſuſcipiens non recipit niſi ſacramentum, & non rem ſacramenti. Vtrum confeſſio ſit iteranda? Nota, quòd regulariter nullus tenetur confeſſionem bona fide factam amplius iterare. Sunt tamen quatuor caſus, in quibus tenetur quis iterare confeſſionem, quorum duo ſunt propter confeſſorem, & duo propter confitentem. Primus, ſi deficit confeſſori clauis potentiæ, eò quod non habet poteſtatem ab illo peccato abſoluere. Secundus eſt, ſi deficit ei clauis ſcientiæ, quia neſcit diſcernere. Tertius eſt ſi confitens dimidiauit confeſſionem, oportet enim quòd vni fiat confeſſio integrè omnium, quæ habentur in memoria. Si verò aliqua exciderint à memoria, non ideo debet reputari confeſſio dimidiata. Quartus eſt ſi contempſit ſeu neglexit, & oblitus eſt ſatisfactionem, nam ſi ſciret, & adimplere vellet, non oporteret confeſſionem iterare. Si verò aliquis cadat in peccatum poſtquam bona fide fecit confeſſionem, quæſtio eſt vtrum teneatur confeſſionem prius factam iterare? & eſt opinio, quòd non in ſpecie, ſed in genere, licet aliter dicant quidam. Nota, quòd confeſſio facta per nuntium vel per epiſtolam, licet ſit quoddam opus bonum, & meritorium, tamen inquantum eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, non poteſt ſic fieri: quia determinatam habet materiam, ſcilicet actum ſermonis, quo conſcientia hominis manifeſtari conſueuit. Vnde ſine neceſſitate non licet aliter confiteri. In neceſſitate poteſt defectus per æquipollentem actum ſuppleri.

Ex. de pœnitentia. & remiſſione, cum omnis vtriuſque ſexus.
In quot caſibus debet cõfeſſio accelerari.
Confeſſio in peccato mortali facta, an valeat.
An ſit iteranda eiuſdem peccati confeſſio.
An confeſſio poſſit per nuntium vel per epiſtolam fieri.

CAPVT XXVI.

De qualitate & effectu confeſſionis.

QVàlis debeat eſſe confeſſio, notatur his verſibus,

Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis,
Vera, frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Ad quid valet confeſſio.

Ad multa valet confeſſio. A morte liberat, quia ſicut confeſſio in foro contentioſo damnat, ſic in ſpirituali liberat. Vulnera mentis ſanat. Hiero. Vulnus non intellectum tardius ſanatur. Deum homini manifeſtat. Aug. Si nollem confiteri, non me tibi abſconderem, ſed te mihi. Paradiſum aperit. Aug. O breue verbum, peccaui, quod portas aperit paradiſi. Exemplum in latrone dextro. Peccata tegit. Vnde quædam Gloſ. Si homo peccatum detegit, Deus tegit. Miſericordiam diuinam emollit. Gl. ſuper illud Pſal. 31. Delictum meum cognitum tibi feci. Si homo agnoſcit, Deus ignoſcit. Animum iocundat. Pſal. 41. In voce exultationis & confeſſionis, &c. Interceſſores multiplicat. Sacerdotes enim pro ſuis confeſſis orant. Conſcientiam mundat. Aug. Confitendo fit homo de fœdo pulcher. Fœdus diaboli rumpit, ſicut cùm aliquis ſecretum alterius detegit. Deo hominem coniungit. Aug. Quid propius auribus Dei, quam confitens cor, & vita quæ eſt ex fide? In via ſalutis dirigit. Prou. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, &c. Peccatum delet. Pſal 31. Dixi, Confitebor aduerſum me, &c. Satisfactionem ſupplet. Gloſ. ſuper Matth. Iubemur confiteri peccata noſtra, vt erubeſcentiam patiamur pro pœna. Malum præcauet. Exemplum de dente putrido, qui extrahitur ne alij computreſcant.

Luc. 23.
Hebr. 7.

CAPVT XXVII.

Cui debeat fieri confeſſio.

Sacerdoti habenti claues confitendum.
Ioan. 1.
Ioan. 6.
Luc. 11.
Miniſter huius ſacramenti.

GEneraliter teneas, quod confeſſio debet fieri ſacerdoti habenti claues, quæ ſunt ſcientia diſcernendi, & poteſtas ligandi, atque ſoluendi. Sciendum autem, quòd ſicut Baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis, ita & pœnitentia. Vnde ſicut Baptiſmus duplicem habet miniſtrum, vnum cui competit baptizare ex officio, ſcilicet ſacerdotem: alium cui committitur diſpenſatio Baptiſmi ratione neceſſitatis: ita & miniſter pœnitentiæ duplex eſt. Vnus eſt cui confeſſio fit ex officio, ſicut eſt ſacerdos. Alius qui audiendo confeſſionem, vicem ſupplere poteſt ſacerdotis in neceſſitate, vt eſt laicus. Dicunt tamen aliqui, quòd cùm deeſt copia ſacerdotis, non oportet confiteri laico, ſed ſufficit ſoli Deo. Quamuis omnes ſacerdotes claues habeant, non tamen poſſunt omnes ligare & ſoluere, ſicut excommunicati, ſuſpenſi,

ſuſpenſi, hæretici, & damnati. Hoc autem non eſt propter defectum ordinis, ſed quia habent materiam debitam, ſcilicet ſubditos, qui anferuntur ab eis cum excommunicantur. Poſſunt tamen tales Baptizare, quia hoc eſt ſacramentum neceſſitatis. Poſſunt etiam tales Euchariſtiam conſecrare: quia hoc ſubſtantialiter adhæret ordini. Dicendum etiam, quòd nullus poteſt abſoluere confitentem, niſi proprius ſacerdos. Proprius verò ſacerdos dicitur ſex modis. Primo modo ipſe paſtor Eccleſiæ, vt Papa, Epiſcopus, & Curatus, quilibet in ſuis caſibus. Secundo, per determinationem ſuperioris, vt vicarij. Tertiò, per priuilegium quibuſdam indultum. Quartò, per licentiam proprij ſacerdotis, dum tamen non licentietur niſi vir diſcretus, & honeſtus, & verè ſacerdos. Quintò, propter neceſſitatem, quia inſtante mortis articulo quilibet ſacerdos poteſt abſoluere. Et peregrini abſoluuntur ab illis, apud quos ſunt. Sexto propter defectum ſui ſacerdotis, quando ſcilicet eſt idiota, vel proditor confeſſionis, vel quando ſolet mulieres confitentes procari: tunc enim ſi non inuenit aliquem qui authoritatem habeat, efficitur ei ſacerdos proprius, non quilibet, ſed diſcretus, & honeſtus, & notus, vel ex ordine, vel ex perſona.

Proprius ſacerdos quis.

CAPVT XXVIII.

De ſigillo confeſſionis.

EA quæ geruntur exterius in ſacramentis, ſunt ſigna rerum, quæ interius contingunt: & ideo confeſſio qua quis ſacerdoti ſe ſubiicit, ſignum eſt ſuperioritatis qua quis Deo ſubiicitur. Deus autem peccatum illius qui ſe per pœnitentiam ſubiicit, tegit. Vnde oportet de neceſſitate ſacramenti, quòd Sacerdos celet confeſſionem. Sunt & aliæ huius celationis vtilitates: quia per hoc homines magis ad confeſſionem attrahuntur, & ſimplicius peccata confitentur. Sacerdos autem non ſolum debet celare peccatum quod in confeſſione recipit, ſed etiam omnia alia ſigna per quæ poſſet peccator, aut peccatum comprehendi. Poteſt autem pœnitens facere vt illud quod Sacerdos per confeſſionem ſibi factam ſciebat vt Deus, ſciat vt homo. Et hoc facit dum licentiat eum ad dicendum: & ideo ſi dicit, non frangit ſigillum confeſſionis. Si autem quæratur, vtrum id quod ſcit Sacerdos per confeſſionem, & ſcit alio modo, poſſit reuelare: ſuper hoc diuerſæ ſunt opiniones: ſed hæc eſt verior: quia ſiue Sacerdos ſciat illud peccatum ante confeſſionem ſibi factam, ſiue poſt, non tenetur celare, quantum ad id quod ſcit vt homo. Nota, quòd iſte eſt modus dicendi, dico tibi in confeſſione, & non clauditur tale dictum ſigillo confeſſionis, quia non ſeruatur ibi modus confeſſionis vel ordo.

1.Ioan.1. Sacerdos debet celare confeſſionem, & quare.

An ea, quæ ſcit ſacerdos alio modo quàm in confeſſione, reuelare poſſit, & quomodo.

CAPVT XXIX.

De ſatisfactione.

SIcut in bellis & controuerſiis reſtituta amicitia, non ſtatim reſtituitur debitum illati damni, ita poſt remiſsionem culpæ in contritione, ſeu confeſsione, remanet debitum pœnæ ſatisfactoriæ. Iniungit autem ſacerdos quædam ad ſanctificationis fundamentum, ſicut abſtinere à peccato, reſtituere ablatum. Quædam ad ſatisfactionis expeditionem, vt eſt vitare conſortia malorum. Quædam iniungit ad ſubſtantiam ſatisfactionis, vt ieiunare, vigilare, dare eleemoſynam, peregrinari, & huiuſmodi opera pœnalia. Quædam iniungit ad perfectionem & ſecuritatem ſatisfactionis, vt ſunt opera ſupererogationis. Satisfactio debet reſpondere culpæ in tribus, ſcilicet in numero. Pſal 6. Lauabo per ſingulas noctes, &c. In pondere. Augu. Libenter debet facere immortalis futurus, quæcunque faceret pro differenda morte moriturus. In menſura. Gr. Tanto tempore debet eſſe amaritudo in pœnitentia, quanto fuit in culpa. Iſta tria requiruntur in pœnitentia ſecundum conuenientiam, non ſecundum neceſsitatem.

Satisfactio debet correſpondere culpæ in tribus.

CAPVT XXX.

De ſingulis partibus ſatisfactionis in communi.

SAtisfactionis quædam ſunt partes principales, ſcilicet, oratio, ieiunium, & eleemoſyna. Quædam verò ſecundariæ, quæ ad has reducuntur, vt vigiliæ, peregrinationes, diſciplinæ. Dicendum ergo, quòd omnia opera carnem affligentia reducuntur ad ieiunium, omnia verò opera ſpiritualia ad orationem, omnia autem opera miſericordiæ ad eleemoſynam. Sufficientia partium principalium poteſt accipi reſpectu termini à quo eſt motus ſatisfactionis, quia per ieiunium reuocamur à concupiſcentia carnis, per orationem à ſuperbia vitæ, per eleemoſynam à concupiſcentia oculorum. Alio modo ſumitur iſta ſufficientia ex parte termini ad quem fit ſatiſfactio, quia per ieiunium ordinatur homo in ſeipſo, per eleemoſynam ad proximum, per orationem ad Deum. Tertio modo ſumitur hæc ſufficientia ex parte materiæ de qua fit. Per eleemoſynam enim fit ſatisfactio de bonis exterioris ſubſtantiæ, per ieiunium de bonis corporis, per orationem de bonis mentis. Quarto modo ſumitur hæc ſufficientia ex parte modorum ſatisfaciendi. Fit enim ſatisfactio tribus modis, vel per punitionem vel, per redemptionem, vel per ſupplicationem. Primum facimus ieiunando, ſecundum eleemoſynas dando, tertium orando. Quinto ſumitur hæc ſufficientia ex parte effectus. Per ſatisfactionem enim

Quot modis fit ſatisfactio.

tria magna bona nobis proueniunt, ſcilicet impetratio gratiæ, remiſſio pœnæ, expurgatio reliquiarum culpæ. Ad primum videtur valere eleemoſyna propter multiplicationem interceſſorum, ad ſecundum ieiunium, ad tertium oratio.

CAPVT XXXI.

De ſingulis partibus ſatisfactionis.

Eleemoſyna quot modis accipitur.

ELeemoſyna dupliciter poteſt accipi, aut intentione ſubleuandi neceſſitatem proximi, & ſic eſt opus miſericordiæ: aut intentione recompenſandi pro debito offenſæ diuinæ, & ſic eſt opus iuſtitiæ. Vnde primo modo propriè pertinet ad meritum vitæ. Secundo modo ad meritum dimiſſionis pœnæ: quia eleemoſyna ſic data propriè eſt ſatisfactoria. De ieiunio quoque ſciendum eſt, quòd in carne duo ſunt, vnum natura, quæ debet ſuſtentari: & aliud vitium, quod debet domari. Ieiunium ergo quod naturam ſeruat, & vitium domat, bonum eſt, & ſatisfactorium, aliud verò non. Oratio dupliciter habet fieri: aut pro impetratione bonorum, & ſic eſt pars, vel opus contemplationis: aut pro remiſſione malorum, & ſic eſt propriè pars ſatisfactionis.

CAPVT XXXII.

De iuſtificatione impij.

Iuſtificatio impij quid. Quæ ſunt ad impij iuſtificationem requiſita.

IVſtificatio impij eſt motus ab iniuſtitia ad iuſtitiam. In iuſtificatione impij quatuor requiruntur, ſcilicet motus liberi arbitrii, contritio, infuſio gratiæ, & remiſſio culpæ. Horum prima duo ſunt ex parte ſuſcipientis, alia verò ex parte agentis. Prædicta autem quatuor ſunt ſimul tempore, non natura. Prioritas autem & poſterioritas, quæ ſecundum ordinem naturæ eſt, reducitur aliquo modo ad ordinem cauſæ & cauſati. Inter iſta verò videtur hic ordo cauſalitatis eſſe. Cauſaliter enim motus liberi arbitrij prior aliis tribus eſt, quia requiritur conſenſus voluntatis in huiuſmodi mutatione. Voluntas autem & liberum arbitrium ſumuntur hic pro eodem. Præterea motus iſte appellatur motus liberi arbitrii. Iſte quoque motus qui per liberum arbitrium conſentit Deo, vt primo motori, vocatur motus fidei: quia habet aliquid cognitionis, & aliquid affectionis ſicut fides. Dicamus ergo, quòd motus liberi arbitrii, ſiue motus fidei in Deum, cauſaliter eſt prior quàm motus quo de peccato quis conuertitur: quia ſicut in generatione peccati prior eſt conuerſio, quàm auerſio, cum conuerſio cauſet auerſionem: ita in eius deſtructione prior eſt conuerſio ad Deum per liberum arbitrium, quàm auerſio à creatura per contritionem de peccato. Quod enim primum eſt in compoſitione, vltimum eſt in reſolutione. Iſti verò duo motus liberi arbitrij, & contritionis ſunt priores, quàm gratia infunditur, quia ſunt cauſa præparatoria vt gratia detur. Quamuis enim Deus ſine vlla præparatione poſſit impium iuſtificare, tamen requiritur præparatio ex parte noſtra, quoniam ſicut requiritur præparatio ex parte materiæ in naturali mutatione ad recipiendam formam: ita in mutatione voluntaria, & hoc non eſt ex impotentia agentis, ſed ſuſcipientis. Alia ratiò eſt, quia in iuſtificatione peccatoris fit introductio vnius formæ & expulſio contrariæ: ideo requiruntur prædicta duo, ſcilicet motus liberi arbitrij diſponens ad gratiæ ſuſceptionem, & contritio, id eſt, receſſus à peccato diſponens ad culpæ expulſionem. Gratia verò prius infunditur, quàm culpa remittatur, quia per gratiam culpa remittitur, ſicut in introductione formæ prior naturaliter eſt forma, quæ expellit à parte agentis, quàm illa, quæ expellenda eſt, remoueri poſſit. Qualiter autem iuſtificatio fiat in inſtanti vel ſucceſſiuè, nota diſtinctionem. Poteſt enim iuſtificatio dupliciter accipi, ſicut & generatio. Vno modo, vt dicat motum ad iuſtitiam cum termino eiuſdem, & ſic fit ſucceſſiuè, vt quando ſuccedit ſucceſſiua præparatio. Alio modo poteſt accipi vt dicat ſolummodo mutationem ſine motu: & hoc modo fit iuſtificatio in inſtanti, & hoc triplici ratione. Prima, quia fit virtute infinita & ſimplici, quæ immediatè operatur. Secunda eſt, quia fit in ſubiecto ſimplici, ſcilicet in mente. Tertia eſt, quia ipſa forma tam quæ expellitur, ſcilicet culpa, quàm quæ introducitur, ſcilicet gratia, omnino ſimplex eſt. Ad illud quod dicit Auguſt. quòd maius eſt iuſtificare impium, quàm creare cælum & terram: dicendum eſt, quòd maius eſt, quantum ad id quod fit, quia melius eſt, ſed non quoad modum faciendi. Quamuis enim in iuſtificatione impij ſit reſiſtentia formalis, ſcilicet contrarij ad contrarium: non tamen eſt ibi reſiſtentia effectiua, qua aliquid reſiſtat agenti, ſcilicet Deo, cuius virtuti nihil reſiſtere poteſt. In iuſtificatione enim impij aliquid ex parte Dei, & aliquid ex parte peccatoris, & aliquid ex parte Eccleſiæ. Ex parte Dei ſunt duo, ſcilicet miſericordia, quæ reatum indulget: & iuſtitia, quæ emendam aliquantulam exigit vel hîc, vel in futuro, ſcilicet in purgatorio: hæc ſignificatur per binos diſcipulos, quos miſit Dominus in omnem locum, quò erat ipſe venturus, tunc quidem corporaliter, nunc autem per gratiam & ſpiritualiter. Ex parte peccatoris ſunt etiam duo, ſcilicet amor, & dolor: & hi ſunt duæ molæ, quibus peccatum conteritur, quæ ſecundum legem non debent diabolo in pignore obligari. Ex parte Eccleſiæ ſimiliter ſunt duo, primum eſt meritum, & præcipuè Chriſti, quod eſt inæſtimabile, & aliorum ſanctorum, qui fecerunt opera multa ſupererogationis, quæ omnia ſub poteſtate clauium ſunt poſita, vt quod minus eſt in vno membro Eccleſiæ, compenſetur in alio. Vnde ſi aliquis non eſt membrum Eccleſiæ, non influit in ipſum meritum prædictum. Secundum eſt indulgentia, quam dat Eccleſia per Papam & Epiſcopos: tamen vt ipſa indulgentia tantum valeat, quantum ſonat, exigitur auctoritas & cauſa, ſcilicet communis vtilitas ex parte dantis: exigitur etiam

Deus ſine præparatione poteſt impium iuſtificare.

Iuſtificatio in inſtanti quomodo fit.

Deut. 24. Luc. 10.

Ioan. 11.

etiam fides formata, & obedientia, ex parte recipientis, hoc eſt, vt ſoluat id propter quod datur.

CAPVT XXXIII.

De pœnitentia venialium.

Pœnitentia quid.

POEnitentia eſt remedinm inſtitutum ad expiandum peccatum, cui debetur pœna ſenſibilis, quæ cum debeatur peccato non ſolùm mortali, ſed etiam veniali, patet quod pœnitentia eſt remedium contra vtrunque: quia non eſt ſimpliciter de venialibus, ſed de mortalibus, quia pœnitentia introducta eſt ad reconciliandnm amicitiam vel animam, quam mortale peccatum tollit.

Pœnitentia eſt de venialibus per accidens tribus modis.

Licet igitur pœnitentia non ſit de venialibus ſimpliciter, tamen eſt per accidens: & hoc eſt tribus modis. Primò ratione dubij, vt quando creduntur eſſe mortalia. Secundo ratione ſtatuti, vt quando homo, qui tenetur confiteri ſemel in anno, non habet niſi venialia. Tertiò ratione periculi, vt quando venialis delectatio ad hoc producta eſt quod niſi homo ſe auertat ab ea, trahit in mortale. De remiſſione autem venialis peccati ſciendum, quòd in duobus caſibus non remittitur. Primus eſt, ſi talis habeat peccatum mortale: quoniam ſine mortali nunquam dimittitur veniale: licet è conuerſo poſſit fieri, ſcilicet quòd mortale dimittatur ſine veniali.

Quod mortale dimittitur ſine veniali.

Cùm enim peccatum mortale tollat charitatem, quæ vniuerſa delicta operit, conſtat quòd exiſtenti in peccato mortali nullum veniale remittitur. Secundus eſt, quando voluntas fixa manet in affectu alicuius peccati venialis determinati tantùm, quoniam illud tolli non poteſt, & hoc multiplici ratione. Prima eſt, quoniam omne peccatum remiſſione indiget quoad duo, ſcilicet quoad culpam, & quoad pœnam: ſed non poteſt eſſe remiſſio ſecunda ſine prima, quia quandiu homo culpam habet, debitor eſt pœnæ.

In quo culpa conſiſtat.

Culpa autem conſiſtit in deordinatione voluntatis. Vnde voluntas ſic manens pertinax reordinari non poteſt. Alioquin duo oppoſita ſimul eſſent in eodem. Alia ratio eſt, quia manente cauſa non poteſt tolli effectus: ſed voluntas inordinata ad aliquid, eſt cauſa venialis peccati: vnde manente voluntate fixa in illo, non remittitur ipſum peccatum veniale. Sciendum etiam, quòd vnum peccatum veniale benè poteſt dimitti ſine alio: quia peccatum mortale, quod maioris eſt adhærentiæ, poteſt etiam remitti ſine veniali. Alia ratio eſt: quia peccatum mortale ita Deo diſplicet, quòd facit ipſum peccantem Deo diſplicere. Sed veniale licèt Deo diſpliceat, cum inordinatum ſit, tamen non facit peccatorem Deo diſplicere: quia per illud non priuatur gratîa, ſed obnubilatur, inquantum eius proceſſus ad exteriora impeditur: & propter hoc vnum veniale non impedit quin aliud remitti poſſit. Tertia ratio eſt: quia venialia non habent connexionem adinuicem, nec ex parte auerſionis, quia non auertunt à ſummo bono: nec ex parte conuerſionis: & ideo vnum dimitti poteſt ſine alio.

Nullum mortale remittitur ſine alio.

Non eſt autem ſic de mortalibus, vbi non dimittitur vnum ſine alio, quia connexionem habent adinuicem ex parte auerſionis. Quodlibet enim mortale auertit à Deo, licet non habeant connexionem ex parte conuerſionis. Ex prædictis colligitur, quod vnum mortale non remittitur ſine alio, & quod vnum veniale poteſt remitti ſine alio veniali.

Veniale non remittitur ſine mortali, & quare.

Item mortale remittitur ſine veniali, ſed non veniale ſine mortali. Cuius duplex eſt ratio. Prima eſt: quia mortale & veniale ſe habent ſicut habitus & diſpoſitio: ſed ablato habitu poteſt manere diſpoſitio, & è conuerſo. Secunda ratio eſt: quia mortale opponitur charitati, veniale autem feruori eius: ſed ſublata charitate tollitur feruor, non è conuerſo.

CAPVT XXXIV.

Propter quid dimittatur peccatum veniale.

AD peccati venialis remiſſionem non exigitur nouus charitatis habitus, ſed ſufficit nouus motus: quia peccatum non tollebat virtutis habitum: ſed impediebat ipſius actum.

Veniale non remittitur ſine contritione.

Notandum autem, quòd peccatum veniale non dimittitur ſine contritione, cuius hæc eſt ratio: quia quandiu voluntas in aliquo veniali fixa manet, nunquam dimittitur: ſed voluntatem ab eo auertere quod quis prius volebat, eſt diſplicere ei quod voluit: talis autem diſplicentia, dolor contritionis dicitur. Sed ſciendum, quòd contritio poteſt accipi tripliciter, ſcilicet vel in actu, vel in habitu, vel medio modo. Contritio in habitu non ſufficit ad peccati venialis remiſſionem: quia tunc quicunque haberet pœnitentiæ virtutis habitum, non poſſet habere veniale peccatum, & ſic veniale peccatum non poſſet eſſe cum gratia. Contritio quoque in actu non ſemper requiritur, quia ſequeretur, quod peccatum quod quis in memoria non habet, remitti non poſſet: propter hoc requiritur contritio medio modo, ſcilicet vt peccatum diſpliceat actualiter vel explicitè, vel implicitè. Dico autem implicitè, quia talis actus non ſufficit quòd diſpliceret explicitè, ſi ad aliud peccatum veniale cognitio ferretur.

Feruor charitatis omnia peccata venialia conſumere poteſt.

Notandum etiam, quòd tam feruens poteſt eſſe motus charitatis in Deum, quòd omnia peccata venialia conſumat, etiam ſine actuali cogitatione ipſorum: quia quando quis feruenter in Deum fertur, diſplicet ei quicquid à Deo retardat: & ita licet explicitè de peccato veniali non cogitet, tamen in illo motu conteritur implicitè diſplicentia peccati venialis, vel vnius, vel omnium.

Mortalia vitari poſſunt, non autem venialia.

Sciendum etiam, quòd in contritione de venialibus non exigitur propoſitum non peccandi venialiter, ſicut in contritione de mortali exigitur: ſed ſufficit, quòd diſpliceat ei peccatum præteritum, & infirmitas qua ad peccatum veniale declinatur: quamuis ab eo omninò immunis eſſe non poſſit: ita tamen, quòd voluntas non maneat fixa in vno veniali, quia illud

ſic

ſic tetentum non dimitteretur in coottitione generalı, nec in ſpeciali : & hæc ratio : quia peccata mortalia ſunt in poteſtate ooſtra, vt viteutur, non ſolum ſingula, ſed etiam omnia : veniala verò etſi ſingula vitari poſſunt, non tamen omnia : quod ex infirmitate naturæ contingit. Multa ſunt per quæ tolluntur peccata venialıa, quæ per tria comprehenduntur. Primò ſunt omnia illa quæ gratiam conferunt, vt omnia ſacramenta Eccleſiæ. Secundò illa quibus impedimenta fauoris & gratiæ tolluntur, ſicot eſt aqua benedicta, quæ virtutem inimici reprimit, & epiſcopalis benedictio, & alia ſacramentalia. Tertiò eſt exercitium humilitataris ex parte noſtra, ſicut eſt tunſio pectoris in confeſſione venialium, oratio Dominicalis, eleemoſyoa, ieiunium, & huiuſmodi. Ratio autem horum eſt: quia cùm venialia dimittantur per feruorem charitatis, quæ implicitè vel explicitè continet omnia illa, quæ nata ſont de ſe feruorem charitatis excitare, dicuntur venialia peccata dimittere : talia verò ſunt omnia, quæ prædicta ſunt. Vnde cùm ſecundum quantitatem feruotis ſit quantitas remiſſionis, patet quòd prout per enumerata maior vel minor excitatur feruor, qui implicite vel explicitè contritionem continet, plura vel pauciora venialia dimittuntur, non tamen ſemper omnia.

CAPVT XXXV.

De extrema vnctione.

Mediator Dei & hominum vocatur non ſolum Ieſus, ſed & Chriſtus.
1.Tim.2.
1. Reg.16.
2.Reg 2.
2.Reg.5.

MEdiator Dei & hominum non ſolum vocatur Ieſus io quantumhabet ſaluare, ſed etiam Chriſtus, inquantum habet vnctionis gratiam in alios diffundere : qood ſignificatum fuit in rege Dauid, qui tribus vicibus vnctus fuit. Primo in domo patris ſui in ſignum regni futuri, hæc ſignificat voctionem in baptiſmo. Secundo in Ebron ſuper Iudam:& poſtea multa mala haboit. Hæc ſignificat vnctionem io confirmatione. Tertiò, iterum in Ebron ſoper omnem Iſraël : poſt hanc autem io pace regnauit: hæc ſignificat vnctionem in extremis. De ſubſtantia huius ſacramenti ſunt qoinque.

Extrema vnctio requirit quinque.

Primum eſt, quòd hanc vnctionem faciens ſit ſacerdos. Secundum eſt intentio debita. Tertium eſt materia debita, ſcilicet oleum infirmorum. Quartum eſt forma verborum, hæc ſcilicet. Per iſtam vnctionem, &c. quam formam dicere debet inungens. Quintum eſt locus inongendus, quia fit ad oculos, ad aures, ad nares, ad lumbos, & ad manus. In hoc ſacramento forma verborum eſt deprecatiua : quia iſtud ſacramentum debet valere per orationem Eccleſiæ, & per modum ſuffragij. Datur enim ad effectum, quem homo per propria opera poſſet conſequi, niſi iofirmitas impediret. Vnde nota, quòd in aliquo ſacramento verborum forma non eſt in ſola oratione, niſi in iſto. Dicit enim Iacob. cap. 5. Si quis infirmatur, inducat presbyteros, & orent ſuper eum. In quibuſdam verò ſacramentis conſiſtit in ſola enuntiatione verborum virtus, ſicut in baptiſmo. Dixit enim Dominus, Matth. vlt. Baptizantes eos, &c. non faciens mentionem de oratione. In aliquo autem ſacramento ſecundum quoſdam conſiſtit forma in oratione, & enuntiatiooe, vt in ſacramento pœnitentia. Cooſueuerunt enim confeſſores primò orare, dicentes. Abſolutionem, remiſſionem, &c poſtea dicere. Abſoluo te. Cum enim in peccato offendatur Deus & Eccleſia, contra primum merito fit oratio, & contra ſecundum abſolutio.

Quibus datur & ad quid inſtitutum eſt extremæ vnctionis ſacramentum.

Iſtud autem ſacramentum non datur niſi adultis, qui peccata venialia videntur habere, contra quæ inſtitutum eſt:nec datur alııs quàm infirmis in periculo mortis conſtitutis. Saois autem non datur hoc ſacramntum : quia habent aliud remedium paratum, ſcilicet pœnitentiam: nec datur niſi poſtulantibus, qui deuotione ſurſum eriguntur. Et ſi ſæpè infirmatur quis ad mortem, ſæpe poteſt inungi : ſed in vna infirmitate non debet quis bis inungi, niſi eadem infirmitas vltra annum protrahatur, ita quòd in vno anno propter eandem infirmitatem nemo bis inungatur.

Nemo bis vno anno inungatur
Effectus huius ſacramenti.

Effectus huius ſacramenti multiplex eſt, vnus eſt ſanitas, quæ eſt duplex : vna eſt principalis, ſcilicet liberatio ab infirmitate ſpirituali, quæ contrahitur per peccata venialia, quibus anima debilis efficitur ad exequendum actum gratiæ & gloriæ. Alia eſt vel ſecundaria ſanitas, quæ eſt quaſi effectus & ſignum prioris ſanitatis, ſcilicet ſanitas corporalis, & hoc eſt verum, quando ſanitas corporalis expedit ſanitati ſpirituali. Tunc enim iſtud ſacramentum cauſat vtrumque in ſuſcipientibus dignè. Interdum enim vtilis eſt ſanitas corporalis, ſcilicet ad meritum gloriæ cumulandum. Valet etiam ad deuotionem excitandam, & ad velociorem tranſitum ad cœlum. Io hoc ſacramento, ſicut in cæteris, tria ſunt. Vnum eſt ſacramentum tantum, ſcilicet vnctio exterior. Aliud eſt res tantum, ſcilicet effectus duplicis ſanitatis, vt dictum eſt. Tertium eſt ſacramentum & res, ſcilicet quædam vnctio ſpiritualis interior, id eſt, mentis iocunditas, & ſolatium.

CAPVT XXXVI.

De ſacramento ordinis.

QVinque ſacramenta, de quibus dictum eſt, pertinent ad ſtatum perſonæ : ſed duo, de quibus dicendum eſt, pertinent ad communem ſtatum Eccleſiæ : quia ordo pertinet ad generationem ſpiritualem : matrimonium verò ad generationem carnalem. Ordinem præcedit prima tonſura, quia in omni tranſitu de ſtatu ad ſtatum conuenienter interponitur aliqua diſpoſitio media. Vnde in tranſitu à ſtatu laicorum ad ſtatum miniſtrorum Dei, conuenienter prima tonſura interponitur.

In tonſura capillorum reſecatio, & quare.

Fit etiam in hac tonſura aliquorum capillorum reſecatio in modum coronæ : quia in miniſterium illius aſſumitur, cui ſeruire, regnare eſt. Eſt itaque duplex ſignum diſtinctum in ordinatis, ſcilicet exterius tonſura, & interius character. Ad eſſe autem ordinis tonſora non præexigitur,

tur, ſed ad bene eſſe: quia diſpoſitio congruitatis eſt ipſa tonſura ad ordinem, non neceſſitatis. Hug. de Sancto Victore, ordinem ſic deſcribit: Ordo eſt ſignaculum quoddam, in quo poteſtas ſpiritualis traditur ordinatis, & officium. Hic nota, quòd ſicut in naturalibus dedit Deus ſuperiora corpora in regimen inferiorum, ſic & in ſpiritualibus quoſdam poſuit ſuperiores, quoſdam inferiores, vt illi poteſtatem habeant ſuper iſtos: ſicut ſunt clerici, qui præſunt in ſpiritualibus, & principes ac iudices ſeculares, qui præſunt in temporalibus. De ſubſtantia huius ſacramenti ſunt ſex. Primum eſt poteſtas ordinis, quia oportet quod ſit Epiſcopus. Secundum eſt materia, ſcilicet vnctio in Sacerdotibus, & tactus illorum quæ tangenda ſunt in aliis. Tertium eſt forma verborum. Quartum eſt ſexus virilis, quia mulier non recipit characterem ordinis. Quintum eſt intentio recta. Sextum eſt, quòd ordinandus ſit baptizatus, quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum. Quoddam eſt hîc ſacramentum tantum, vt viſibile ſignum, quo poteſtas tradi oſtenditur. Quoddam eſt res tantum, ſcilicet gratia quæ confertur dignè recipienti. Quoddam eſt res & ſacramentum, vt character. Septem ſunt ordines, ſcilicet Oſtiarius, Lector, Exorciſta, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, & Presbyter, qui omnium ordinum eſt perfectiſſimus, & terminus aliorum. Illi autem ſunt quaſi ſeptem gradus quibus aſcenditur ad thronum Salomonis. Actus oſtiariorum eſt, cuſtodire locum confectionis ſacramentorum ab iis qui immundi determinati ſunt, id eſt, communicatis. Actus lectorum eſt, legere prophetias. Actus exorciſtarum eſt, arcere dæmones, ne dominentur in corpore nondum baptizati, ſcilicet per coniurationes. Actus acolythorum eſt, deferre lumen Euangelij in lumine corporali. Actus ſubdiaconorum eſt accipere oblationes ab offerentibus, eaſque offerre diacono: legere autem epiſtolas, non eſt actus eorum principalis, ſed conſequens. Actus diaconorum eſt, ordinare hoſtias in altari: legere autem Euangelium vel prædicare, eſt actus conſequens. Actus Presbyterorum eſt conſecrare corpus & ſanguinem Chriſti, & eſt actus principalis: alius eſt conſequens, ſcilicet ligare & ſoluere: per quem actum corpus myſticum præparatur, vt ſit aptum & idoneum ad perceptionem corporis Chriſti veri. In quolibet ordine character imprimitur: ſed quando fiat, nunc dicendum eſt. Oſtiariis quidem character imprimitur, quando datur eis clauis, & dicitur, Sic agite tanquam rationem reddituri Deo de rebus, quæ clauibus iſtis recluduntur. Lectoribus character imprimitur, cùm Epiſcopus porrigit eis librum, cum debita forma verborum. Exorciſtis verò, cùm dat eis librum exorciſmorum cum debita forma verborum. Acolythis autem in verbis, quæ dicit Epiſcopus dum dat eis candelabrum. Subdiaconis imprimitur, quando Epiſc. cum forma verborum dat eis calicem vacuum, & cætera vaſa quorum vſus eſt in confectione Euchariſtiæ. Diaconis & Presbyteris imprimitur, quando Epiſcopus imponit manum capiti cum verbis ad hoc ſtatutis. Prædictos autem ordines Chriſtus exercuit: Oſtiariatum, quando ementes & vendentes de templo eiecit. Lectoratum, cùm in medio ſeniorum librum Iſaiæ aperiens, legit in eo. Exorciſtarum quando dæmoniacos ſanauit. Acolythatum quando dixit, Ego ſum lux mundi. Subdiaconatum, quando linteo ſe præcinxit, & pedes diſcipulorum lauit. Diaconatum, quando in cœna corpus & ſanguinem ſuum miniſtrauit diſcipulis, & dormientes Apoſtolos excitauit. Presbiteratum, quando ſe in ara crucis obtulit, & quando in cœna panem & vinum in corpus & ſanguinem ſuum conuertit.

Ordo quid. — *Rom. 13.* — *Sacramenti huius ſubſtantia ſex requiruntur.* — *Oſtiariorum officium,* — *Lectorum,* — *Exorciſtarũ,* — *Acolythorum,* — *Subdiaconorũ* — *Diaconorum,* — *Presbyterorũ.* — *In quolibet ordine character.* — *Omnes ordines Chriſtus exercuit.* Matt. 15. Ioan. 2. Luc. 4. Luc. 11. Ioan. 8. Ioan. 18. Matt. 26. Luc. 22. Io. 10. & 19. Iſai. 53. Luc. 22. 1. Cor. 11.

CAPVT XXXVII.

De qualitate ordinandorum.

QValitas ordinandorum conſiſtit in duobus, ſcilicet faciendis, & euitandis. Facienda ſunt hæc: ſit in moribus pudicus, in habitu honeſtus: cibo & potu temperatus: competenter, quamuis non eminenter, literatus: manſuetus & modeſtus: tonſuram deferat clericalem, hoſpitalis, doctor in prædicatione, reſidentiam faciat in Eccleſia ſua, vel beneficio: corrector vitiorum per virgam diſciplinæ. Exemplum præbeat bonæ vitæ vel famæ. Vnicum ſufficiat beneficium habens curam animarum. Bonus ſit gubernator familiæ. De neceſſitate clericis vitanda ſunt hæc: Omne crimen mortalis peccati, non litigioſus, non cupidus, non luſor, non negotiator, non exerceat venationes clamoſas, non ſit incontinens, nec mulieribus cohabitet, non ſit in comeſſationibus, & tabernis, & fabulis: non interſit ſpectaculis, niſi honeſtis: non immiſceat ſe negotiis ſecularibus: non debet intendere hiſtrionibus, & ioculatoribus: tabernas non debet intrare, niſi in itinere: horas non debet negligere: iuſtum iudicium non debet vendere: ſacramenta Eccleſiaſtica non cum pactione, ſed gratis debet dare. Si quis ſit Epiſcopus, non ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel irregularis, non apoſtata, non ſit ſimoniacus in ordine, vel beneficio, non ſolemniter pœnitens. Ante ordinis ſuſceptionem ſe per confeſſionem præparet, in peccato mortali non accedat. Primam tonſuram non negligat. Nullus ordinetur, niſi examinatio præcedat. Non accipiantur ſimul ordines minores, cum ſubdiaconatu, nec etiam duo ſacri ordines ſimul, ſed gradatim. Nec per ſaltum accipiat quis ordinem, nec ab alieno Epiſcopo, ſed à ſuo. Nec contra Epiſcopi prohibitionem, & ſine titulo, nec furtiuè. Miſſam in qua ordinatur, totaliter audiat. Omnia quæ ſunt tangenda in ſuſceptione ſui ordinis, vnuſquiſque tangat. Non accedat niſi licentiatus & præſentatus. Ieiunus à ieiuno accipiat ordines. Non accipiantur, nec conferantur ordines niſi temporibus ab Eccleſia inſtitutis. Multa ſunt quæ impediunt promouendum etiam ſine culpa, licet non ſine cauſa. Non enim debet promoueri ignotus, nec bigamus, nec neophytus, nec corpore vitiatus, nec de illegitimo thoro natus, nec ſeruus, nec obligatus ad ratiocinia, quoniam

In quibus conſiſtit ordinandorum qualitas. 2. Tim. 3. — *Non ordinantur non examinati.* — *Non accipiãtur duo ordines ſimul.* — *Non per ſaltum.* — *Quæ impediant promouendos.*

Cui, quando, à quo, in quo loco, qua hora conferri debent ordines.

quoniam repellitur ab ordinibus. Ex prædictis patet, quod dignitas clericalis, ſiue ordines non conferuntur à quolibet, nec cuilibet, nec in quolibet loco, nec quolibet tempore, nec qualibet hora, ſed Miſſæ.

CAPVT XXXVIII.

De ſacramento matrimonij.

Matrimonium quid.

MAtrimonium eſt coniunctio maris & fœminæ, indiuiduam vitæ coonſuetudinem retinens. Matrimonium per ſponſalia initiatur, per conſenſum animorum expreſſum, per verba de præſenti ratificatur, per carnalem copulam conſummatur & perficitur. Ad hoc autem ſciendum, quòd duplex eſt perfectio. Prima eſt in eſſe ſimpliciter, ſecunda in eſſe complero, ſicut paret in puero, in quo eſt perfectio, quantum ad eſſe hominis ſimpliciter, ſed non eſt in eo perfectio quantum ad eſſe completum, ſecundum quantitatem & operationem hominis. Eodem modo diceoditm eſt de matrimonio, in quo duplex eſt perfectio. Prima eſt, quæ facit matrimonium, ſcilicet conſenſus animorum per verba de præſenri expreſſus: & ad hanc non exigitur copula carnalis. Secunda perfectio eſt quæ matrimonium conſummat, & ad hanc exigitur carnalis copula.

Bonum matrimonij triplex.

Bonum matrimonij triplex eſt, ſcilicet fides, vt neuter alieno thoro maculetur. Proles, vt ad cultum Dei nutriatur. Sacramentum, vt non diſſoluatur.

Etſi diuortiũ facere poſſit Eccleſia, non tamen matrimonium ſoluere.
Math. 19.

Licet enim Eccleſia poſſit diuortia propter impedimenta matrimonij facere, nunquam tameo poteſt, nec debet matrimooium quod legitimè celebratum eſt, diſſoluere: quia quos Deus coniunxit, homo noo poteſt, quantæcuoque authoritatis ſit, ſeparare: tamen ſoluitur matrimonium per mortem. Scieodum, quòd duplex eſt coniunctio io matrimooio, & duplex eſt mors correſpondens illi.

Matrimonij cauſa quadruplex.
II Cor. 11.

Eſt enim cooiunctio ſpiritualis per conſenſum animorum, quæ ſoluitur per mortem ſpiritualem, quia homo moritur mundo per religionis ingreſſum. Alia eſt coninnctio carnalis per commixtionem ſexuum, quæ ſoluitur per mortem carnalem. Eſt autem cauſa matrimonij quadruplex, ſcilicet efficiens, vt conſeoſus animorum per verba de præſenti expreſſus. Materialis, vt ipſæ perſonæ legitimæ. Formalis, vt benedictio, anooli ſubharratio, & huiuſmodi. Finalis duplex eſt, vna principalis, ſcilicet prolis procreatio, & fornicationis euitatio: quia matrimonium non ſolùm in officium, ſed in rem. dium inſtitutum fuit: licet fuerit primò ſolum in officium. Alia eſt ſecundaria, & illa eſt multiplex. Vode verſus,

Hoſtes conciliat, & eo deſcernitur hæres.
Bis ligat, arma notat, ius transfert, auget honorem

Matrimoniũ quadruplex.

Quadruplex diſtinguitur matrimonium. Primum eſt carnale inter virum & mulierem. Secoodum eſt morale inter Deum & animam. Tertium eſt allegoricum inter Chriſtum & Eccleſiam. Quartum anagogicum inter Deum & animam in Eccleſia triumphante per coniunctionem gloriæ.

Quibus de cauſis quis poſſit ad vxorem accedere.
1. Cor. 7.

Poteſt quis accedere ad vxorem ſuam quatuor de cauſis, ſcilicet cauſa prolis, cauſa reddendi debitum, cauſa vitandæ incontinentiæ. Iſtis tribos cauſis non eſt peccatom. Quartò poreſt fieri cauſa explendæ libidinis: & hoc modo peccatum eſt veniale, vel mortale, ſecundum quòd libido eſt veoialis, vel mortalis. Fit autem peccatum in coniugali coitu quinque modis. Vnde verſus:

Quinque modis peccat vxore maritus abutens,
Tempore, mente, loco, conditione, modo.

Nota, quòd vxor dimiſſa propter fornicationem, reconciliatur viro multis modis. Vnde verſus:

Vltimo mœchatur, retinet, nec conciliatur,
Abſens proſtitum, ius, fraus reuocant mulierem.

Ornamẽtũ ſponſalia.

Tria ſunt ornamenta ſponſæ, ſcilicet annolus in digito, monile io pectore, corona in capite. Primum ſignificat operis puritatem, quia in manu eſt opus. Secuodum affectus ſinceritatem; quia in pectore eſt affectus. Tertium coontemplationis claritatem, quia io capite eſt perſpicacitas intellectus.

Quare beata Virgo Maria deſponſata fuerit Virgo.
Math. 1.

Multis de cauſis beata Virgo fuit deſponſata viro. Primò, vt deſignaret Eccleſiam deſpooſatam Chriſto, quæ ſimiliter eſt virgo. Secundò, vt Ioſeph teſtis eſſet integerrimæ caſtitatis eius. Tertiò, vt per Ioſeph origo eios oſtenderetur: quia per viros genealogia texitur. Quartò, ne infamaretur, ſi generaret non habens maritum. Quintò, ne velot incootinens damnaretur, quia de tribu erat ſacerdotali, & tales comburebantur, aliæ adulteræ lapidabantur. Sextò, vt virgo virili ſolatio ſuſtentaretur. Septimò, vt partus diabolo celaretur. Octaoò, ne Iudæi Chriſtum tanquam illegitimum iuſtè perſequi viderentur. Nonò, ne legi, quæ commendat matrimonium, cootrariari Dominus videretur.

Impedimenta matrimonij.

Notandum, quòd doodecim ſunt impedimenta matrimonij. Vnde verſus:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, ius, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis,
Hæc ſocianda vetant connubia, iuncta retardant.

LIBER VII.

De vltimis temporibus.

CAPVT I.

De fine mundi.

Iudicij finalis tria antecedentia, duo concomitantia, & duo ſequentia.

FINALE iudicium quædam ſunt antecedentia, quædam concomitantia, quædam ſequentia. Antecedentia iudicium tria ſunt, ſcilicet pœna purgatorij, Ecclesiæ ſuffragia, & perſecutio Antichriſti. Concomitantia iudicium duo ſunt, ſcilicet conflagtatio mundi, & reſurrectio corpornm. Conſequenria iudicium duo ſunt, ſcilicet pœna infernalis, & gloria cœleſtis. De quibus per ordinem eſt dicendum.

CAPVT II.

De Purgatorio.

Ignis purgatorij qualis ſit & quare inſtitutus. In purgatorio eſt ſpes.

PVrgatorius ignis corporeus eſt, per quem tantummodo ſpiritus iuſtorum qui in hac vita non impleuerunt pœnitentiam, neque ſatisfactionem condignam, affliguntur. Hi qui ſunt in purgatorio, ſpem habent euaſionis, quia ſciuut ſe non eſſe in iuferno: & tameu propter pœnarum magnitudinem hoc aliquando non aduertunt. Multæ rationes ſunt qnare oportet eſſe purgatorium. Prima eſt, quia ſecundum Auguſtinum, tria ſunr genera hominum.

Tria genera hominum.

Quidam ſunt valde mali, quibus non proſunt Eccleſiæ ſuffragia. Quidam valde boni, quibus non ſunt neceſſaria. Quidam nec valde mali, nec valde boni, qui habeut venialia, & his debetnr pœna purgatorij. Secunda eſt, quia ſicut ſumma boniras non patitur, quòd bonum remaneat irremuneratum, ita ſumma juſtiria non patitur quod malum remaneat impunitum. Tertia eſt, quia diuinæ lucis tanta eſt dignitas, quòd eam ſoli mundi oculi cernere poſſunt. Vnde oportet, quòd quilibet veniat ad munditiam baptiſmalem antequam conſpectui diuinu præſentetut.

Munditia qualis requiritur antequam quis ad Deum perueniat.

Quarta eſt, quia culpa eſt offenſiua diuinæ maieſtaris, & damnoſa Eccleſiæ & deformatiua iu nobis imaginis diuinæ. Sed offenſa reqnirit punirionem, damnum requirit ſatisfactionem, & deformatio expurgationem, propter quod neceſſe eſt, quòd peccaro pœna vel hîc, vel alibi reſpondear. Quinta eſt, quia contraria contrariis curantur: ſed peccatum oritur ex delectatiune: vnde debet per pœnam deleri. Sexta eſt, quia nulli debet negligeutia ſuffragari: ſed ſi non puniretur talis, videretur in futuro commodum reportare de uegligeuria pœnirentiæ dilatæ. Seprima eſt, quia iuſtum eſt, vt ſpiritus, qui contempto ſummo ſubiecit ſe infimo, id eſt, peccaro, ſubiiciatur poſtea infetioribus, id eſt, pœnis. Nota, quòd animæ poſtquam fuerint in igne ſufficienret purgatæ, ſtatim euolant ad gloriam, & hoc patet multiplici rarione.

Animæ purgata ſtatim euolant ad gloriam, & quare. Apocal. 3.

Primò, quia poſt purgationem nulla remanet ad gloriam diſſimilitudo in anima: vnde meritò illi debet iungi. Secundò, quia ianua cœli illis ſemper eſt aperta, quia nullum habent obſtaculum. Tertiò, quia neceſſe illos ſpiritus, in quibus eſt charitas ſurſum eleuans, & nihil retardans, ſurſum eleuari ad gloriam. Quartò, quia cùm Deus ſir proniot ad miſerendum, quàm ad puniendum, meritò debet purgatos couiungere gloriæ, quos purgandos ſubiecir pœnæ. Quintò, quia non punit Deus bis in idipſum. Vnde cùm iſte ſufficienter ſatisfecerit in pœnis ignium, non ampliùs debet puniri in dilarione præmiorum. Sexto, quia puſt purgarionem non debet talis eſſe in purgatorio, neque in lymbo, quia non eſt de numero illorum puerorum: neque in inferno, quia non eſt de numero damuaturum: ergo debet eſſe in cælo: quia poſt mortem nun ſunr alia receptacula animatum. Septimò, quia efficacior eſt charitas quàm iniquitas: ſed iniqnitas ſtatim ducit ad ſupplicia: ergo charitas ſtatim ducit ad præmium. Octauò, quia ceſſanre impedimento corpora grauia feruntur deorſum, & leuia ſurſum: ſic malorum ſpiritus, remoto carnis onere ſtatim feruntur ad locum ſuppliciorum, propter peccati grauitatem: ſpiritus verò bonorum, ſi nun ſit impedimentum alicuius culpæ, vel pœnæ debitæ, ſtatim feruntur ad locum præmiorum.

CAPVT III.

De acerbitate pœna purgatorij.

In purgatorio duplex pœna.

IN purgatorio duplex eſt pœna. Vna eſt damni, de carentia diuinæ viſionis. Alia ſenſus, de afflictione ignis: & quantum ad vtrumque

que minima pœna purgatorij maior eſt maxima pœna mundi. Iſtud patet de pœna damni: quia affectus quo deſideratur ſummum bonum poſt hanc vitam ab omnibus ſanctis, intenſior eſt, quàm aliquis affectus rei temporalis in iſta vita, maximè cùm iam tempus habendi aduenerit, ideo carentia eius moleſtius toleratur.

Pœna damni.

Iſtud etiam patet de pœna ſenſus: quia cum dolor non ſit eſſentialiter læſio, ſed læſionis ſenſus: tantò magis dolet anima, quantò magis ſentit ſenſitiuum aliquid. Ideo ab igne in ipſo agente maximè affligitur. Ratio acerbitatis pœnæ purgatorij hæc eſt: quia cum Deus magis quærat emendam quàm pœnam, plus ponderat in pœnitentia virtutem bonæ voluntatis, quàm pœnam afflictionis. Vnde plus ponderat Deus modicam pœnam voluntariam in præſenti, quàm multò maiorem non ita voluntariam in futuro, ſicut plus valet modicum auri, quàm multum plumbi. Vnde oportet vt quod ibi deficit in voluntate, hic ſuppleatur in acerbitate.

Pœna ſenſus.

Quid de igne purgatorij ſentiendum.

De igne qui purgat animas, dupliciter eſt loquendum, vel quantum ad id quod mediatè animas affligit, & ſic eſt corporeus: vel quantum ad id quod proximè affligit, & immediatè, ſic eſt incorporeus. Primo modo dicitur ignis vere, ſecundo modo ſimilitudinariè, ſicut leo verus, & leo pictus. Vtrumque tangit Greg. quando dicit: In eo ardent, dum ardorem vident. Ille autem ignis corporeus dupliciter poteſt conſiderari. Primò vt eſt inſtrumentum naturæ, ſic agere poteſt in corpus, & non in animam. Secundò prout eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, ſic agit in animam, imprimendo illi ſpeciem ſuam, per quam affligitur, quia violenter illa ſpecie informatur. Sicut enim anima ſecundum ordinem naturæ vnitur corpori, vt inſtituat vitam, ſic merito ſecundum ordinem iuſtitiæ vnitur igni à quo ſuſcipiat pœnam.

Ignis corporeus qualiter agat in animam.

Vnio animæ ad ignem.

Nota, quòd dæmones non puniunt animas in purgatorio, ſed illic eas adducunt, vel etiam aſſiſtunt, vt communiter dicitur. Ex permiſſione tamen Dei dæmones in hac vita quandoque bonos affligunt, ſed hæc eſt ratio: quia in præſenti durat pugna inter dæmonem & hominem, quia dæmon habet in eo poteſtatem exercitij, ſed poſt hanc vitam non ſic. Vnde & aër iſte caliginoſus eſt aſſignatus dæmonibus magis propter tentandi officium, quàm propter ſupplicium.

Dæmones an puniant animas.
Epheſ. 6.
Epheſ. 2.

De locis pœnalibus vbi ſint & quot, require ſupra lib. 4. c. de deſcenſu Chriſti ad inferos. Sciendum tamen de loco purgationis, quòd dupliciter aſſignatur: aut ſecundum legem communem, & ſic eſt in vno loco in parte inferni circa lymbum patrum: aut ſecundum diſpenſationem ſpecialem, & ſic purgantur animæ aliquando in diuerſis locis in quibus peccauerunt. Hoc autem fit propter aliquam ſuam reuelationem per ſuffragia eorum, quibus apparent in illis locis, vel etiam propter aliquam ædificationem viuentium. Ignis autem ille plus, vel minus cruciat, ſecundum quòd plus, vel minus de combuſtili, ſeu criminali quiſque ſecum tulit. Oportet enim priùs quam facies Dei videatur (ſicut legimus) quòd ligna, fœnum, ſtipula, id eſt, maiora, minima, mediocria, & venialia totaliter per cremationem conſumantur.

Locus purgatorij vbi.

In locis in quibus animæ peccauerunt, purgantur.

Prædicta verò pœnæ diuerſitas non eſt ex diuerſitate ignis ardentis, ſeu agentis, ſed ſubiecti patientis, ſicut ſub eodem ſole vnus plus æſtuat, alter minus, vt dicit Greg. Neceſſe eſt autem, vt dicit Aug. quòd tantum duret dolor, quantū hæſerat amor. Tantò enim quiſque torquebitur diutius, quantò affectus eius venialibus adhærebat fortius.

1. Cor. 3.
Quandiu purgantur animæ in purgatorio.

CAPVT IV.

De ſuffragiis eccleſiæ.

SIcut pertinet ad diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem, bonos propter venialia puniri, ita pertinet ad bonitatem diuinæ miſericordiæ eoſdem per ſuffragia releuari. Proſunt ergo ſuffragia defunctis, non ad meritum vitæ æternæ, ſed ad ſolutionem pœnæ: & hoc vel ad pœnarum mitigationem, vel ad celeriorem liberationem. Sunt autem quatuor modi ſuffragiorum generales, ad quos omnes alij reducuntur, ſcilicet oratio, ieiunium, eleemoſyna, & ſacramentum altaris: quorum numerus ſic accipitur: quoniam defuncti à pœna abſolui poſſunt duobus modis, ſcilicet per viam gratiæ, & per viam iuſtitiæ. Per viam gratiæ dupliciter. Primò per interceſſionem publicam capitis, quæ eſt in oblatione ſacramenti altaris. Secundò per interceſſionem quaſi priuatam membrorum, ſcilicet per orationes iuſtorum. Similiter per viam iuſtitiæ dupliciter: primò per modum redemptionis pœnæ, ſcilicet in eleemoſynarum largitione: ſecundo per modum ſolutionis pœnæ, ſcilicet in ieiuniorum afflictione. Si autem quæritur, quando incipiat valere defuncto, id quod pro ſe fieri mandauit? dicendum, quòd opus operans, id eſt, meritum authoris ſtatim conſequitur mortuum de bonis, quæ præcepit pro anima ſua fieri. Sed non opus operatum, id eſt, fructus ipſius operis, vſquequo fiant: quia primum valet ex merito abſoluto, ſed ſecundum ex merito conditionali.

CAPVT V.

Quorum ſuffragia proſint, & quibus.

AD hoc quòd valeant ſuffragia, requiritur aliquid ex parte agentis, & aliquid ex parte mortui recipientis. Ex parte agentis requiritur, quòd ſit in charitate, & quòd intentionem ſuam dirigat ad illos quibus vult, vt opera ſua proficiant. Diſtinguendum eſt tamen, quòd ſuffragia per malum poſſunt fieri dupliciter. Vel vt per authorem, & ſic non proſunt, niſi fortè per accidens, ſcilicet inquantum per eleemoſynas mali hominis excitantur boni pauperes ad orandum pro defunctis: vel vt per miniſtrum: & hoc dupliciter: quia, vel facit ea miniſter publicus Dei & Eccleſiæ; ſicut quando ſacerdos malus celebrat Miſſam,

An ſuffragia malorum proſint.

vel agit exequias mortuorum, & talia ſemper proſunt, quia malitia miniſtri non nocet operi boni authoris, ſicut patet in domino iuſto dante eleemoſynam per ſeruum malum. Si verò facit ea, vt miniſtret priuatæ perſonæ, exiſtentis tamen in charitate, ſiue defuncti, ſiue alterius, etiam talia proſunt: quia opus illud licet ſit mortuum quoad miniſtrum, non tamen quoad authorem. Si verò malus miniſtet facit aliqua de mandato eius qui non eſt in charitate, non proſunt. Aliquid etiam exigitur ex parte accipientis, ad hoc vt ſuffragia proſint illi. Primum eſt, quod ipſe ſit in charitate. Vnde non valet his, qui ſunt in inferno, quia ſunt à corpore Chriſti myſtico ſeparati, vnde nulla ſpiritualis influentia peruenit ad eos, ſicut nec influentia corporalis valet membris à corpore amputatis. Secundum eſt indigentia: vnde non valet etiam beatis, qui non ſunt amplius in via, ſed in termino, nec poſſunt ad altiora aſcendere: ſed potiùs è conuerſo illorum ſuffragia proſunt nobis. Vtrumque autem eſt in his, qui ſunt in purgatorio, ſcilicet charitas & indigentia. Vnde ſicut poteſt homo ſatisfacere pro altero viuente, qui per ſe non valet, ita poteſt etiam pro defuncto. Nota, quòd ſuffragia proſunt defunctis, ſed magis, aut minus pro diuerſitate meritorum in mortuis, vel pro charitate viuorum, qui magis ſolicitantur pro aliquibus, quàm pro aliis. Illa enim ſuffragia, quæ ſpecialiter fiunt pro aliquibus, plus valent illis, quam aliis, licet etiam aliis aliquo modo communicentur. Suffragia verò, quæ communiter pro defunctis fiunt, quamuis pro modulo ſuo omnibus proſint, illis tamen amplius, qui dum eſſent in via, magis meruerunt vt ſibi prodeſſent. Quamuis autem (vt dictum eſt) ſuffragia non proſint iis qui ſunt in cœlo, nec illis qui ſunt in inferno, tamen aliquo modo proſunt etiam illis. Vnde nota, quod valent illis, qui ſunt in purgatorio, per modum purgationis. Valent ſaluatis, qui ſunt in cœlo, per modum coniunctionis, quia multiplicatio ſaluandorum augmentat gloriam accidentalem. Valent & damnatis in inferno per modum diminutionis: quantò enim plures ſaluantur per meritum Eccleſiæ, tantò pauciores damnabuntur, & ita minor erit pœna per ſubtractionem conſortij illorum. Valent etiam impiis facientibus per modum meriti. Quod pro paruulis defunctis celebrantur miſſæ mortuorum, hoc non fit propter illorum indigentiam, cùm ſtatim euoleot ad gloriam, ſed propter gratiarum actionem.

Quomodo proſint ſuffragia defunctis.

Suffragia Eccleſiæ valent illis, qui ſunt in purgatorio, in inferno, in cœlo.

Valent & impiis.

Miſſæ quæ celebrantur pro paruulis ad quid.

CAPVT VI.

Vtrum indulgentiæ proſint defunctis.

PApales indulgẽtiæ proſunt defunctis in purgatorio: quod patet, quia crux aliquando datur pro duabus, vel tribus, vel quatuor, vel decem animabus. In eccleſia enim eſt theſaurus meritorum tam Chriſti, quam perfectorum, de quo ſolus Papa, qui habet claues huius theſauri, pro neceſſitate Eccleſiæ poteſt accipere & diſpenſare. Alij autem Epiſcopi, non habent in his poteſtatem generalem, ſed limitatam, & non niſi per ſummi pontificis diſpenſationem. Dicendum ergo, quòd Papa propriè non abſoluit defunctos à pœna, ſed quaſi pro eis de communi theſauro Eccleſiæ ſoluit: ſicut aliter creditor liberat debitorem, dum eum à debito abſoluit: & aliter amicus debitoris, dum pro eo debitum ſoluit: ſed viuentes vtroque modo abſoluit Papa. Illi autem quibus datur indulgentia, non poſſunt eam vlterius dare, neque viuis, neque defunctis: & hoc duplici ratione. Primò, quia indulgentia non eſt donum collatiuum gratiæ, ſed priuatiuum pœnæ, priuatio cùm nihil ſit, aliis communicari non poteſt. Secundò, quia dare indulgentiam, authoritatis eſt & iuriſdictionis, quam non habent laici, ex eo quòd indulgentiam ab aliis recipiunt: vnde non poſſunt defunctis impendere indulgentiam per authoritatem, ſed ſolùm boni operis ſui ſuffragium per charitatem. Papa verò poteſt vtrumque.

Matt.16 Ioan.21. 1.Cor.9. Coloſſ.2.

Alio, & alio modo viuentes & defunctos abſoluit Papa.

CAPVT VII.

De aduentu Antichriſti.

ANtequam Dominus veniat ad iudicium, regni Romani fiet deſtructio. Nam ſicut dicit Gloſſa ſuper Apocalypſin, priùs erit diſceſſio ab vtroque imperio, qua completa aderit Antichriſtus. Hic ex parentum ſeminibus concipietur: ſed poſt conceptum deſcendet ſpiritus malignus in matris vterum, cuius virtute & operatione deinceps puer naſcetur, aletur, adoleſcet: propter quod & filius perditionis vocabitur. Naſcetur autem in Babylonia de tribu Dan, ſicut dicit Gloſſa ſuper Apocalypſin. Poſt hoc veniet in Ieruſalem, & circuncidet ſe, dicens Iudæis ſe eſſe Chriſtum illis promiſſum, vnde plebs Iudæa ſpecialiter ei adhærebit, ſicut dicit Haymo ſuper Apocalyp. donec Enoc, & Elia prædicantibus, qui ex illis fuerint ſaluandi, ad Chriſtum reuertantur. Angelus bonus deputabitur primò Antichriſto ad cuſtodiam: ſed quando ita obſtinabitur in peccato quod dicet ſe eſſe Deum, & extollet ſuper omne id quod dicitur Deus, aut colitur, ſicut dicit Apo. tunc primò deſeret eum Angelus ex toto, nec habebit eum poſtmodum ad protectionem, ſed ad accuſationem.

2.Theſſ.2.

Antichriſtus vnde.

Apoc.11.

Angelus dabitur Antich. in cuſtodiam.

2.Theſſ.2.

Deſeret Angelus Antichriſtum, & quomodo.

CAPVT VIII.

De vita Antichriſti.

ANtichriſtus erit luxurioſus, & in concupiſcentiis fœminarum, vt habetur Dan.11. In aperto tamen per hypocriſin, ſimulabit ſanctitatem, vt facilius decipere poſſit. Cor ſuum per ſuperbiam magnificabitur, ſicut dicitur Dan.8. Contra principem principum conſurget, id

Antichriſti mores pſſimi.

id eſt, contra Deum. Et vt dicit gloſſa ſuper Danielem cap. 8. in tantam eleuabitur ſuperbiam, quòd leges & ceremonias mutare conabitur, vel curſum temporum.

Præſumptio Antichriſti.

Tantæ quoque præſumptionis erit, quòd non putabit ſe à Deo puniendum, propter hoc quod iudicium differtur. Pſ. 10. Auferentur iudicia tua à facie eius. Erit etiam blaſphemus, ſicut Apocal. 12. dicitur. Vnde Danielis vndecimo, Aduerſus Deum deorum loquetur magnifica. Item ad maiorem Dei contumeliam faciet imaginem

Blaſphemia Antichriſti.

ſuam adorari, & omnes ſuo charactere ſignari in manu dextera, & frontibus ſuis, ſicut habetur in Apoc. 1.

Apoc. 13.

Confitebitur enim ſe verum filium Dei, & filium hominis: ita vt in templo Dei ſedeat tanquam ipſe ſit Deus, & ſe faciet adorari.

Matt. 24.

Iudæi namque templum quod Romani deſtruxerunt, reædificabunt. Affirmabit ante ſe nullum fuiſſe Chriſtum, ſed Antichriſtos fuiſſe, vt dicitur in Glo. 2. ad Th. 2.

2. Theſſ. 2. Col. 2.

quia ſicut in Chriſto omnis plenitudo diuinitatis habitat, ita & in Antichriſto plenitudo omnis iniquitatis: quia in ipſo erit caput omnium malorum diabolus.

CAPVT IX.

De quatuor modis quibus decipiet.

Calliditas Antichriſti.

MEritò comparatur Antichriſtus Geneſis 49. Ceraſti, qui eſt ſerpens cornutus: quia quatuor cornibus armabitur, ſcilicet callida perſuaſione, miraculorum operatione, donorum largitione, & tormentorum exhibitione. Primus ergo modus ſubuertendi homines erit callida perſuaſio.

Peruerſitas. 2. Tim 4.

Prædicabit enim legem nouam prauam eſſe, & legem Chriſti pro poſſe deſtruet. Prædicatores enim ſui diſcurrent per vniuerſas partes mundi. Impedient quoque Apoſtoli Antichriſti, ne ſcriptura ſecundum veritatem exponatur à Catholicis Doctoribus vel à fidelibus audiatur: ipſi autem bonos ſe ſimulabunt, & tamen mala ſuadebunt. Secundus modus ſubuertendi erit per fallacia miracula: quia per artem magicam

Maligni ſpiritus transfiguratio. 2. Cor. 11. Act. 2.

illa faciet. Vnde Gloſ. ſuper Apoc. 13. Magica arte ſtatuam faciet loqui, & futura prædicere, & faciet, ſicut dicitur Apoc. 13. ignem de cœlo deſcendere in terram. Gloſſ. id eſt, malignum ſpiritum faciet ſuper eo deſcendere, vt loquantur variis linguis. Spiritus enim malignus deſcendet in eos in conſpectu hominum, ſicut ſpiritus ſanctus deſcendit in Apoſtolos Chriſti. Vnde iactabunt ſe eſſe meliores Apoſtolis Chriſti, qui ſpiritum acceperunt in conclaui.

Simulatio Antichriſti.

Item per artem magicam ſimulabit ſe mortuum, & feretur à dæmonibus in aëra, quaſi aſcendat in cœlum: & ſic putabitur ab hominibus reſurrexiſſe, qui prius mortuus putabatur: & tunc mirabuntur populi, & adorabunt eum, atque laudabunt.

Modus decipiendi per Antich.

Eccleſia verò non faciet tunc miracula. De hoc modo decipiendi dicitur Pſ. 10. Inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua. Gl. rectè Antichriſtus comparatur leoni exiſtenti in ſpelunca: quia in eo vis & dolus operatur. Vis enim per leonem, dolus per ſpeluncam intelligitur. Gre. Penſemus quæ erit humanæ mentis illa tentatio, quando pius martyr corpus tormentis ſubiiciet, & tamen tortor ante eius oculos miracula faciet. Sicut enim Antichriſtus finget ſe à mortuis reſurgere, ita etiam finget ſe ad cœlum aſcendere. Apoc. 13. Et plaga mortis eius curata eſt. Gloſſa: Arte magica aſcendet Antichriſtus in aëra, ferentibus eum dæmonibus. Faciet arbores citò florere, areſcere, mare turbari, naturas in diuerſas figuras mutari, mortuos etiam in conſpectu hominum ſuſcitabit. Tertiò decipiet per munera. Ipſe namque Antichriſtus inueniet theſauros abſconditos, per quos ad ſequendum ſe inclinabit plurimos: ditabit enim bonis diuites huius ſeculi, & tunc eorum falſam felicitatem ad decipiendum alios oſtendet. Quartò compellet per minas, & tormenta, quos aliter vincere non poterit. Tanta verò, ſicut ait Dominus, tunc erit tribulatio, vt in errorem ducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi: & hoc innuitur Apoc. 1. vbi dicitur: Pedes eius ſimiles aurichalco ſicut in camino ardenti. Per pedes vltima Chriſti membra, per caminum verò vehemens tribulatio deſignatur. Exhibebit enim cuncta, quæ in præcedentibus martyribus impleta ſunt genera tormentorum, ſed in illis regionibus tunc fideles maximè ſunt vexandi, & vehementius, vbi Dominus fuit crucifixus. Et dicit Haymo ſuper Apoc. Illa tentatio non per partes, ſed ſimul totum examinabit mundum. Soluentur enim dæmones, qui modo ligati ſunt, ne poſſint nocere quantum vellent. Fideles quoque illo tempore non prædicabunt, quia tanquam excommunicati habebuntur tunc boni. Nihil vendetur eis, nec emetur ab eis, niſi habeant characterem, id eſt, ſignum aliquod ad literam, vt adhærentes ſibi cognoſcantur; & alij interficiantur. Aut nomen beſtiæ, id eſt, confeſſionem oris: aut numerum nominis eius, id eſt, multiplicationem operum, vt habetur in Apocalypſi. Antichriſtus autem ſicut erit crudelior omnibus perſecutoribus, ita ſancti tunc temporis fortiores erunt omnibus retro martyribus.

Matt. 24. Apoc. 20. Apoc. 3.

CAPVT X.

De ſequentibus Antichriſtum.

PRædictis quatuor modis Antichriſtus multos ad ſe attrahet: vnde Apoc. 11. Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram. Attrahet autem malos per munera, bonos per tormenta, ſimplices per prædicationem, & miracula. Qui enim ſancti & iuſti credebantur, adhærebunt ei pro ſuæ arbitrio voluntatis. Habebit ſecum magos, & maleficos, reges quoque, & principes. Vnde Apoc. 13. Vidi de mari beſtiam aſcendentem, &c. Gl. id eſt, Antichriſtum, habentem capita ſeptem, id eſt, principes vniuerſos, & cornua decem, id eſt, eos, qui impugnant decalogum. Nota igitur, quòd Antichriſtus primò veniet in benignitate, & miraculorum operatione: & tunc à Iudæis ſuſcipietur, qui ei ſpecialiter adhærebunt:

ad quorum conuerſionem venient Elias &
Apoc. 11. Malach. 4. Enoch, & tunc Antichriſtus in apertam perſe-
cutionem conſurget.

CAPVT XI.

De Gog & Magog.

Opiniones diuerſæ de Gog & Magog. Ezech. 38. Apoc. 20. DE Gog & Magog dicunt quidam, quòd ſunt decem tribus intra montes Caſpios clauſæ, non ita tamen, quin exire poſſent, ſi permitterentur, ſed non permittuntur à regina Amazonum, ſub cuius regno & ditione viuunt. Has dicunt Iudæi in fine ſeculi exituras, & venturas in Ieruſalem, & cum ſuo Meſſia Eccleſias deſtructuras. Alij dicunt, quòd per Gog & Magog intelligitur exercitus Antichriſti, qui in fine ſeculi veniet ad expugnandam
Apoc. 20. Eccleſiam. Per Gog enim ſecundum Gloſſ. illi per quos latenter diabolus perſequetur fideles, deſignantur. Per Magog illi per quos apertè Eccleſia opprimetur: vel iidem qui tempore Antichriſti priùs occultè, & poſt modum apertè Eccleſiam perſequentur. Secundum Aug. Gog refertur ad gentes, Magog ad diabolum: quia Gog interpretatur occultatio, & Magog deiectio, vel deſtitutio.

CAPVT XII.

De Elia & Enoch.

[illegible] aduentus du-plex. INter occultum aduentum Antichriſti, qui eſt per natiuitatem, & manifeſtum eius aduentum, qui eſt per prædicationem & apertam perſecutionem, venient Elias & Enoch, & conuertent (ſicut dicitur Malac. vltim.) corda patrum in filios. Gloſſ. ad inſtructionem prætetitorum de fide Saluatoris, inquantum & ipſi crediderunt, & cor filiorum ad patres
Ier. 33. eorum. Gloſſ. quia ſuſcipient fidem, quam illi habuerunt. Vnde & Chriſtiani & Iudæi tunc in Chriſtum pari religione conſentient. De eorum prædicatione, & ſancta conuerſatione dicitur Apoc. 11. Dabo duobos teſtibus meis, ſcilicet Eliæ & Enoch, & prophetabunt, id eſt,
Matth. 4. prædicabunt diebus 1260. id eſt, tribus annis, ſicut ipſe Chriſtus prædicauit, amicti ſaccis. Gl. prædicantes pœnitentiam, & exemplum oſtendentes. Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra.
Apoc. 11. Gloſſ. id eſt, lumen dantes aliis. Tandem Antichriſtus occidet eos in Ieruſalem: & iacebunt corpora eorum in plateis tribus diebus, & tribus noctibus cum dimidio, quia nullus audebit corpora eorum ſepelire propter metum Antichriſti. Occiſores autem eorum erunt valde læti propter mortem eorum: poſt dies autem tres & dimidium reſurgent, & eorum occiſores
Reſurgent Elias, & Enoch. audient vocem talem, Elias & Enoch aſcendite huc: & aſcendent in cælum in nube, Antichriſtus verò quindecim diebus poſt mortem illorum regnabit.

CAPVT XIII.

De duratione huius perſecutionis.

REgnabit Antichriſtus, ſicut dicit Gloſſ. ſuper Apocalypſin, tribus annis cum dimidio. Vnde Daniel. 2. cap. iurauit Angelus per viuentem in æternum, quòd in tempus, ſcilicet vnius anni, & tempora, ſcilicet duorum annorum, & dimidium temporis, id eſt, dimidij anni. Gloſſ. hoc ſpatio dicitur duratura deſolatio ſub Antichriſto. Niſi autem (vt dicitur Matthæi 24.) breuiati fuiſſent dies illi, non fuiſſet ſalua omnis caro. Gregorius: Quia enim, & ſuperbos nos & infirmos aſpicit Deus, dies quos ſingulariter malos intulit, miſericorditer breuiandos dicit. Et Gloſſ. ſuper Matth. Hæc tribulatio quantò cæteris grauior, tantò breuitate moderatior.

CAPVT XIV.

De morte Antichriſti.

POteſtate ſua Dominus occidet Antichri- 2. Theſſ. 2.
ſtum, ſicut dicit Gloſſa ſuper Apocalypſin, Dan. 11.
ſiue per ſe, ſiue per Michaëlem. Occidetur autem in monte Oliueti, in papilione, & ſolio ſuo, in loco circa quem Dominus aſcendit in cælum. Interfecto autem Antichriſto non ſtatim veniet Dominus ad iudicium: ſed ſe-
cundum Gloſſ. ſuper Danielem concedentur Dan. 12.
quadraginta quinque dies ad refrigerium ſanctorum, & ad conuerſionem & pœnitentiam ſubuerſorum. Quantum autem ſpatium ſit inter illos quadraginta quinque dies, & finem mundi, nemo ſcit. Miniſtri verò Antichriſti poſt mortem illius gaudebunt, ducentes vxores, & dicentes: Licet princeps noſter mortuus ſit, habemus tamen poteſtatem, pacem, & ſecuritatem: & cùm talia dixerint, repenti-
nus eis ſuperueniet interitus. Iudæi verò tunc 1. Theſſ. 5.
conuertentur ad fidem, & ſancta Eccleſia vſque Ier. 33.
ad finem pacificata quieſcet, quia tunc fraudu- Matth. 28.
lentia & ſæuitia diaboli penitus vbique deficiet.

CAPVT XV.

De conflagratione mundi.

IGnis maximus præcedet faciem iudicis, quia Pſal. 96.
virtute diuina non ſolùm ignis qui eſt in Iſai. 66.
ſphæra ſua, ſed etiam omnes ignes qui in terra & ſuper terram ſunt, concurrent ad mundi conflagrationem. Ignis autem iſte habebit officium quatuor ignium, ſcilicet ignis infernalis, reprobos puniendo: & ignis purgatorij, bonos à venialibus purgando: & ignis terreſtris, vegetabilia & ſenſibilia conſumendo, & omnium hominum corpora incinerando: & ignis elementaris elementa ſubtiliando, & ad innouationem diſponendo.

diſponendo. Per illum igitur ignem ita facies terræ exuretur, quòd figura huius mundi peribit, ſicut olim factum fuit per diluuium. Et merito primum Dei iudicium fuit per aquam, contra ardorem luxuriæ, qui tunc viguit: vltimum verò per ignem erit contra torporem charitatis, quæ tunc quaſi ſeneſcente mundo refrigeſcet. Iſtius autem ignis actio erit ſucceſſiua: habebit enim initium, medium, & finem. Primo, namque iudicis aduentum præueniet, & quaſi ſimul per illum fiet purgatio iuſtorum, punitio malorum, & incineratio corporum, cum conſumptione terræ naſcentium, ſicut dictum eſt. Quo facto ſtatim erit reſurrectio corporum cum aduentu iudicis ad iudicium, & tunc inflammabitur totus mundus per circuitum. Terminato autem iudicio, tota caliditas illius ignis exequetur ſententiam iudicis. Inuoluet enim peccatores, & trahet in infernum. Et ita patet, quòd ignis ille aduentum iudicis præueniet & præcedet, & comitabitur, & ſequetur. Poſt prædicta fiet mundi innouatio, ſed inter purgationem & innouationem multiplex eſt differentia. Primò, quia purgatio erit qualitatum pœnalium detractio, ſed innouatio erit pulchrioris formæ inductio. Secundò, quia purgatio eſt elementorum ab impuritate, quam habent ex coniunctione, ad puritatem mutatio. Innouatio verò eſt cœlorum à ſtatu veteri in ſtatum nouum commutatio, & hoc per ceſſationem à motu. In cœlis enim propter impermixtionem nulla impuritas eſt, ſed tantum imperfectio motus. Vnde non erit in eis purgatio per ignem, ſed à motu ceſſatio. Ita autem purgabuntur elementa, quòd præcidetur ab igne vis combuſtibilis, ab aëre obſcuritas, ab aqua glacialis frigiditas, à terra verò grauitas & opacitas.

1.Cor 7. Geneſ.7. — Matt. 24. — *Innouatio & purgatio differunt.* — *Cœli igne non purgabuntur.*

CAPVT XVI.

De reſurrectione generali.

Deus ſicut eſt potentiſſimus in conditione naturarum, ita eſt clementiſſimus in collatione gratiarum, & iuſtiſſimus in retributione ſtipendiorum. Quoniam igitur homo vel meruit, vel demeruit in anima ſimul & corpore, punietur vel præmiabitur in vtroque. Vnde in eiſdem oportet eum reſurgere. Ad vocem autem tubæ reſurgent mortui, ſicut dicit Apoſtolus. Dupliciter autem intelligitur illa vox, ſecundum enim quoſdam vox tubæ eſt imperium Chriſti reſurgere imperantis: ſecundum alios vox tubæ eſt manifeſta Chriſti apparitio. Vnde Gregor. Tubam ſonare, nihil aliud eſt, quàm mundo Dei filium iudicem demonſtrare. Reſurgent igitur omnes, nulla in eis exiſtente differentia, quantum ad ordinem temporis, ſed magna, quantum ad ordinem dignitatis: nam mali reſurgent deformes & paſſibiles: in bonis autem natura ſaluabitur, & vitia detrahentur. Omnes verò tam boni, quàm mali reſurgent integri corpore debita ſtatura ſecundum ætatem plenitudinis Chriſti. Reſurrectio igitur tria corriget in natura, ſcilicet defectum, ſicut in pueris, & mutilatis ſiue in diminuta natura membrorum. ſuperfluum, ſcilicet vnguium, crinium, & huiuſmodi: errorem, ſicut in monſtruoſitate membrorum. Reſurgent quoque corpora eadem natura, quæ prius erant, & eodem numero, ex eodem puluere in quem reducta fuerant, ita quòd in quaſcunque oras vel ſinus puluis ille diſperſus fuerit, ad eandem animam redeat, quæ ipſum primitus, vt viueret & creſceret, animauit. Nec ſolum reſurgent corpora quantum ad membra principalia, ſed etiam ſaluis capilis, & cæteris membris, quæ faciunt ad decorem. Reſurgent etiam homines, quantum ad eſſe, & quantum ad integrum eſſe, & quantum ad decorum eſſe, & reſurget vnumquodque corpus in optimo ſuo eſſe. Et quia duplex eſt mors, animæ ſcilicet per culpam, & corporis per pœnam: his reſpondet duplex reſurrectio, ſcilicet animæ per gratiam, & corporis per gloriam. Et ſicut in primis parentibus mors culpæ intulit mortem pœnæ: ita reſurrectio animæ per gratiam cauſabit reſurrectionem corporis per gloriam. In reſurrectione concurrent quatuor cauſæ, ſcilicet efficiens, ipſe Deus: materialis, ſcilicet pulueres: formalis, ſcilicet coniunctio corporis, & animæ: finalis, ſcilicet vt recipiat vnuſquiſque prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Reſurgent tunc homines velociter, integraliter, ſocialiter, æternaliter. Et erit iſta reſurrectio iuſta quantum ad Deum, perfecta quantum ad reſurgentes, miraculoſa quantum ad ipſam reſurrectionem.

1.Cor.15. Matt. 16. — 1.Theſſ.4. 1.Cor.15. *Vox tubæ quid. Tubam ſonare quid.* — *Reſurgent corpora eadem numerò.* — Luc.21. Luc.12. — Rom.6. Hebr. 9. — Philip. 3. 2.Cor 5.

CAPVT XVII.

De iudicio extremo.

Poſt reſurrectionem ſtatim erit iudicium. Ipſum verò iudicium præcedet trina citatio. Prima fuit per Prophetas. Vnde illud Prou.1. Vocaui & renuiſtis. Secunda per Apoſtolos, & prædicatores. Luc. 14. Miſit ſeruos hora cœnæ dicere inuitatis, &c. Tertia erit per vltimam vocem tubę: & hęc citatio erit peremptoria. Secundum Richardum triplex eſt iudicium. Primum eſt vniforme, hoc eſt iudicium præſentis Eccleſiæ, quæ non iudicat, niſi de ſola qualitate retributionum, & in genere tantum ſecundum quòd bona bonis, & malis mala reddentur: ſed numerum & quantitatem retributionum neſcit. Secundum dicitur multiforme, ſcilicet quod quilibet experitur in morte accipiendo ſententiam de omnibus bonis & malis, quæ geſſit: ſed non omnia bona vel mala ſtatim recipit, quia recipit in anima tantum, & non in corpore. Tertium dicitur omniforme, id eſt, vltimum iudicium, quando recipit vnuſquiſque ſecundum numerum & quantitatem ſiue bona, ſiue mala, in corpore, & in anima. Vltimum iudicium eſt horribile ex omni parte, quia ſuprà erit iudex auſterus, & iratus, ſubtus patens infernus, intus conſcientia remordens, extra mundus ardens, à dextris

Iudicium præcedunt tria. — *Iudicium triplex.* Matt. 12.

dextris peccata accuſantia, à ſiniſtris dæmonia terrentia, contra illos boni Angeli in inferna propellentes, & omnes ſancti iudices ſententiam approbantes, & omnes mali cum bonis peccata damnatorum cognoſcentes. De qualitate autem iudicij nota, quòd erit horribile. [Luc. 21.] Virtutes cœlorum mouebuntur. Intolerabile. Iob. 14. Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, &c. Ineuitabile. Apoc. 2. ad Cor. 5. Omnes nos oportet manifeſtari ante tribunal [1. Theſſ. 5.] Chriſti. Inopinabile, quia dies Domini ſicut fur in nocte ita veniet. Inexorabile. Prou. 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. [Dan. 14.] Erubeſcibile. Apoſt. Rom. 6. Quem fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erub. Prædicta verò erubeſcentia erit in duobus. Primò in veniendo ad iudicium, quia mali cùm habeant corpora ponderoſa, oportet eos illuc portari ab Angelis, ſicut Abacuc portatus fuit ad lacum leonum in Babylonem. Secundò in ſtando coram iudice, quia peccata eorum [*Quo in loco celebrandum eſt iudicium*] omnibus erunt manifeſta. Vnde illud Naum 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua, &c. Locus [Ioel 3.] iudicij erit in valle Ioſaphat: & hoc multiplici ratione. Primò, quia locum iudicij oportet eſſe communem: Ieruſalem & terra adiacens videtur eſſe communis, cùm ſit quaſi medius noſtræ habitationis locus. Secundò, quia debet eſſe publicus: ſed locus prædictus eſt famoſiſſimus propter opera noſtræ redemptionis quæ ibidem geſta ſunt. Tertiò competit locus ille ratione negotij, quia tractandum eſt ibi opus miſericordiæ & iuſtitiæ. Mons Oliueti qui eſt apud illam vallem, deſignat miſericordiam: Ioſaphat autem, quod interpretatur iudicium, deſignat iuſtitiam.

CAPVT XVIII.

De iudicantibus.

[Matt. 25.] NOn ſolum ſecundum poteſtatem diuinam, ſed etiam in forma humana Chriſtus iudicabit: quia in iuriſdictione ordinaria iudicabit, vt Deus, cum tota Trinitate: ſed in iuriſdictione delegata iudicabit, vt homo. Vnde nota, quòd quinque ſunt modi iudicandi. [Matt. 25. Matt. 12. 1 Cor. 6.] Primus modus eſt primæ authoritatis, quo iudicabit Chriſtus, vt homo. Tertius eſt acceſſoriæ dignitatis, quo iudicabunt Apoſtoli & viri perfecti, qui cum iudice eminentius reſidebunt vel iudicabunt, tanquam melius ſcientes leges & conſuetudines regni Dei, quibus implendis & ſciendis operam dederunt. Quartus eſt approbationis, quo iudicabũt omnes ſancti, & etiam Angeli. Quintus modus iudicandi eſt culpam iudicandorum manifeſtare, ſic etiam mali iudicabunt. In iudicando Chri- [*Actus Chriſti iudicantis qui.*] ſtus habebit duos actus oppoſitos: vnum paſſiuè, & alium actiuè. Primus verò eſt infirmitatis: & alius poteſtatis. [Luc. 21. Mat. 24. Philip. 2.] In primo enim aduentu Chriſtus venit ad iudicium paſſiuè, in ſecundo veniet ad iudicium actiuè. In primo venit in forma infirma, in ſecundo apparebit in forma glorioſa. Hinc eſt, quòd Chriſtum in iudicio videbunt iuſti tam in natura diuinitatis quàm humanitatis, à malis autem nullo modo videri poterit in forma diuinitatis: & hoc duplici ratione. Primò, propter defectum [Ioan. 17.] diſpoſitionis in ipſo vidente, quia natura ſine gratia non ſufficit ad Dei viſionem. Secundò, propter demeritum delectationis, quæ eſt in viſione diuinitatis: quia videre Deum, ſecundum Ioannem, vita æterna eſt: quæ non poteſt communicari reprobis. Ex prædictis patet, quòd Chriſtus apparebit blandus iuſtis, & terribilis iniuſtis, ſicut dicit Greg. Quod figu- [Exod. 13.] ratum eſt in columna nubis in die, & ignis in [Ioan. 19.] nocte. Videbunt mali humanitatem Chriſti, vt [Ioan. 12.] timeant: & non diuinitatem, ne gaudeant. Boni autem vtramque Chriſti naturam videbunt. Stigmata quoque Chriſtus monſtrabit, & in- [Luc. 24. Ioan. 20.] ſignia paſſionis ſuæ, ſcilicet crucem, clauos, [Matt. 24.] &c. Sedebit quoque Chriſtus ſupra in emi- [Matt. 25.] nentiori loco cum ſanctis, mali verò ſubtus in [*Quare iudicabit Chriſtus.*] terra, quam dilexerunt. Et meritò tunc Chriſtus iudicium exercebit, tum quia vere ſcit [Coloſſ. 2.] merita ſingulorum, in quo ſunt omnes theſau- [Hebr. 7.] ri ſcientiæ & ſapientiæ Dei abſconditi: tum [Ioan. 8.] quia non eſt reus de aliquo illorum, de qui- [Iſa. 53.] bus iudicabit. [1. Petr. 2.] Non enim fecit peccatum, nec inuentus eſt dolus in ore eius: & hæc duo præcipuè decent iudicium.

CAPVT XIX.

De iudicandis.

[Ioan. 5.] ORdines quatuor erunt in iudicio. Qui- [Matt. 25.] dam enim iudicabuntur, & damnabuntur, [Greg. 26.] vt quorum merita damnabilia permixta ſunt [lib. mor.] aliquibus bonis, ſicut illorum, qui habuerunt fidem ſine operibus. Quidam iudicabuntur & ſaluabuntur, vt quorum merita bona permixta ſunt aliquibus venialibus malis. Quidam non iudicabuntur, & damnabuntur, vt quorum mala merita omninò impermixta ſunt bonis, vt qui caruerunt fundamento fidei. Quidam verò non iudicabuntur, ſed iudicabunt & ſaluabuntur, vt quorum merita bona impermixta ſunt malis, ſicut perfectorum pauperum Chriſti, de quibus Matt. 9. Vos qui reliquiſtis omnia, & ſequuti eſtis me, &c. De prædictis quatuor ordinibus nota, quòd omnes homines iudicabuntur iudicio retributionis, ſed non iudicio diſceptationis. Infideles enim quia non fuerunt ciues ciuitatis Dei, tanquam hoſtes ſine vlla meritorium diſcuſſione, & audientia punientur. Iuſti verò non iudicabuntur, vt eorum merita de nouo diſcutiantur, an bona vel mala ſint, ſed vt bonorum præeminentia omnibus manifeſtetur, & vt contra malos appareat iuſta ſententia damnationis. Duæ ſententiæ ferentur in iudicio: vna pro bo- [*Sententia ferenda in iudicio.*] nis, alia contra malos. Sententia pro bonis con- [*Pro bonis ſententia optima.*] tinet ſeptem clauſulas. Prima eſt amabilis vocatio: ibi, Venite. Secunda, diuina benedictio: ibi, Benedicti. Tertia, paterna dilectio: ibi, Patris mei. Quarta eſt remunerationis retributio: ibi, Percipite. Quinta eſt regni aſſignatio: ibi,

ibi, regnum. Sexta eſt gloriæ præparatio: ibi, quod vobis paratum eſt. Septima eſt æterna prædeſtinatio: ibi, ab origine mundi. Item ſententia contra malos continet in ipſa ſex clauſolas. Primò, à Deo ſeparationem, cùm dicitur, Ite: ſecundò, maledictionem, ibi, maledicti. Tertiò, incarcerationem, per hanc præpoſitionem, in, deſignatam. Quartò, pœnæ acerbitatem, ibi, ignem. Quintò, liberationis deſperationem, ibi, æternum. Sextò, dæmonum aſſociationem: ibi, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius

CAPVT XX.

De innouatione mundi.

Mundi innouatio quid & quare.

TErminato iudicio ſtatim erit innouatio mundi, quæ non complebitur quandiu peccator eſt in mundo, id eſt, quouſque detrudatur in infernum. Sicut enim ille maximus ignis elementa purgabit, cùm habeat virtutem expulſiuam formæ extrinſecæ, ſic mundum innouabit, cùm habeat virtutem ſubtiliatiuam. Mundum autem innouari, id eſt, pulchriorem formam accipere debere, oſtenditur multiplici ratione. Primò, quia ſicut dignum fuit quòd elementa purgarentur pro eo quòd infecta erant, propter peccatum hominis, ita dignum eſt, vt mundus innouetur, propter glorificationem hominis. Secundò, vt creaturæ remunerentur pro labore, quo homini ſeruierunt. Tertiò, vt totus mundus prout eſt poſſibile, conformetur homini glorificato. Quartò, quia mundus factus eſt vt homo per ſpeculum creaturæ Deum cognoſcat, quem in ſua natura videre non potuit. Vnde in futuro oportet ſpeculum meliorari, & purgari, vt in pulchritudine creaturarum ampliùs refulgeat ſpecies creatoris: hoc autem non erit ad neceſſitatem, quaſi Deus aliter videri non poſſit, ſicut modo: ſed ad iocunditatem, vt ſcilicet delectationi viſionis intellectualis addatur delectatio viſionis ſenſualis. Orbes autem cœleſtes & ſydera propter impermixtionem nulla indigebunt purgatione ſicut elementa, ſed tantummodo motus ceſſatione, & ideo innouabuntur, ſed non purgabuntur. Innouatio autem in illis duo requirit, ſcilicet motus ceſſationem & claritatem ſplendoris ampliorem, quando ſtabit ſol in oriente, & Luna in occidente vbi creati ſunt. Huius dicti hæc eſt ratio, quia corpora ſuperiora facta ſunt ad vſum hominis dupliciter. Vno modo propter neceſſitatem corporis, ſcilicet, ſtatum generationis & corruptionis: & ideo ceſſante illo ceſſabit motus. Alio modo propter delectationem in pulchritudine creaturæ, & propter cognitionem Dei in illis: ideo lux illorum non ceſſabit, ſed magis augebitur. Circa elementa autem nota, quòd terra erit ſicut cryſtallus & complanabitur. Aër erit clarior, nec habebit impreſſiones, quas modo habet, quia non erunt nubes, neque venti, neque pluuiæ, neque ros, neque nix, neque tonitrua, neque fulgura: Ignis etiam & aqua fient puriores, & manebunt non ſolùm ſecundum ſubſtantiam, ſed etiam ſecundum ſuas qualitates, quas habebunt quantum ad habitum, ſed non quantum ad vſum: quia cùm in his duobus elementis magis vigeant qualitates actiuæ, ſcilicet frigiditas in aqua, & caliditas in igne, magis ſunt generationis & corruptionis principium: & talis effectus illorum non erit amplius, propter hoc dicuntur interire. Vel ideò ſecundum aliquos dicuntur hæc duo elementa interire, quia Dominus tunc intercidet in illis, teſte Baſil. ſuper Pſal. 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis; ita quòd calidum vſtiuum & frigidum glaciale tendent inferiùs, perſpicuum autem in aqua, & lux in igne manebunt: quia de omnibus elementis ignobile tendet deorſum, ſicut groſſum, & terrenum, & opacum, ac tenebroſum, & huiuſmodi. Patet ergo, quòd cœlum & terra tranſibunt quantum ad formam, ſed non quantum ad ſubſtantiam. Patet etiam ex prædictis terminari tranſmutationem elementorum, & generationem animalium, & plantarum, quia cauſæ illorum ceſſabunt, & propter iſta dicuntur elementa interire, non quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad actionem & paſſionem. Corpora verò cœleſtia habita quiete, & lumine clariori, dicuntur renouari. Veruntamen illa, quæ ſicut dictum eſt, intereunt, in homine ſaluabuntur, qui ſimilitudinem habet cum omni genere creaturæ, & propter hæc in hominis innouatione & glorificatione poſſunt dici omnia renouari.

Matt. 16. 1. Cor. 13. Rom. 1. 1. Tim. 6. 1. Ioan. 4. Ioan. 1.

Sydera purgatione non indigebunt.

Quæ requiruntur ad aſtrorum innouationem.

Sol in oriente, & Luna in occidente ſtabunt.

Iſai. 56. 1. Cor. 15. Iſai. 40.

Impreſſionum ceſſatio. Matt. 24. Luc. 21. Hebr. 1. Pſ. 101.

Luc. 21. 1. Cor. 15. Iſai. 30.

CAPVT XXI.

De pœnis inferni.

SIcut patet diuina potentia in creando, ſapientia in gubernando, clementia in remunerando & reparando, ſic patebit diuina iuſtitia in puniendo. Dignum eſt enim, vt non remaneat dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Licet autem peccatum ſit tranſitorium, tamen erit pœna perpetua, multiplici ratione. Prima, quia homo peccauit in ſuo æterno, ideo punietur in æterno Dei. Secunda, quia materia ignis infernalis eſt æterna, ſic & peccati macula: ideo & pœna. Tertia, quia peccatum eſt contra illum, qui eſt infinitus: vnde & pœna debet ei eſſe infinita, non quidem acerbitate, ſed duratione. Quarta, quia homo per peccatum peremit in ſe bonum, quod poſſet eſſe æternum bonum, & in merito perpetuum incurrit malum. Quinta, quia mala voluntas reproborum æterna eſt, vellent enim peccato (ſi poſſent) perpetuò delectari: & ideo perpetuò debent puniri. Sexta, quia in infinitum errat rationalis, cùm præponit finitum infinito in iudicando: ſimiliter concupiſcibilis in appetendo, & iraſcibilis in adhærendo: vnde & merito pœna erit infinita. Septima, quia

Ignis inferni æternus. Matt. 25.

damnatus de peccato perpetrato, nunquam habebit veram pœnitentiam: ideo Deus nunquam mutabit punitionis illius ſententiam. Octaua, quia peccatum à vita perpetua ſeparat, ſcilicet à Deo: ideo mortem perpetuam peccator incurrit. Poſt rationes inducam exempla de eadem materia. Videmus enim, quòd emptio momentanea dat ius poſſidendi perpetuum. Item vulneratio momentanea dat mortem perpetuam. Item caſus in foueam temporalis eſt, detentio perpetua. Item crimen læſæ maieſtatis temporale eſt, ſeruitus perpetua. Item plaga temporalis eſt liuor perpetuus. Quoniam in peccato eſt delectatio cum contemptu Dei, meritò præcipitatur peccator in locum infimum & deſpectum, & maximè à ſtatu gloriæ Dei elongatum, ſcilicet in infernum, vbi à deſpectis rebus punitur, ſcilicet à fæcibus corporum mundanorum, quia in innouatione mundi quicquid eſt ignobile in mundo, ad locum pœnarum defluet, & ibi horrorem carceris multiplicabit. Et iterum ſecundum Baſilium Deus facta mundi purgatione diuidet à calore ſplendorem, & totum calorem mittet ad regionem damnatorum, vt ampliùs crucientur: & totum ſplendorem mittet ad regionem beatorum, vt ampliùs iucundentur.

Sap. 5.
Coloſſ. 3.
Ioan. 14.

CAPVT XXII.

De diuerſitate pœnarum.

CVm in damnatis ſit diuerſitas peccatorum, erit & diuerſitas pœnarum. Vnde cum in peccato ſit auerſio à creatore, & conuerſio ad bonum commutabile, & deordinatio voluntatis contra dictamen rationis, meritò pœna variabitur propter iſta. Vnde propter auerſionem erit carentia viſionis diuinæ, ſed propter conuerſionem erit pœna materialis incendij, propter deordinationem autem rationis & voluntatis erit pœna vniuerſalis, quæ conſiſtit in afflictione varia, acerba, & æterna. Ignis autem infernalis non omnes æqualiter cruciabit, ſed ab eodem igne alij plus, alij minùs torquebuntur, ſecundum quod plus aut minùs peccauerunt, ſicut ab eodem igne aliter vritur palea, & aliter lignum. Quamuis autem ignis ille ſit corporeus, nec poſſit agere in ſpiritum ipſum calefaciendo, agit tamen in ipſum, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, ipſum lædendo: & ille dolor eſt maximus, tum propter potentiam diuinæ manus ipſum ignem mouentis, tum propter ſenſibilitatem patientis, tum propter immediationem coniunctionis. Infernus eſt locus tenebroſus, cùm ſit locus iuſtitiæ. Lumen autem cùm ſit delectabile, tamen ingerit triſtitiam per accidens, ſcilicet inquantum oſtendit aliquid triſte. Vnde in inferno eſt aliquid obſcuri luminis, quo damnati videre poſſint vnde doleant, & non vnde lætentur. Reprobi vident vſque ad diem iudicij gloriam beatorum in vniuerſali, non in particulari: quia vident eos in magna gloria, ſed non in quali. De huiuſmodi autem viſione non lætantur, ſed triſtantur, tum propter inuidiam alienæ felicitatis, tum propter carentiam propriæ beatitudinis. Poſt iuſtum & vltimum verò iudicium hoc eis ſubtrahetur in pœnam eorum, cùm videbunt etiam hoc aſpectu indignos ſe reputari. In damnatis erit fletus ſpiritualis, ſcilicet dolor interior, & non fletus corporalis, qui eſt cum reſolutione lachrymarum: quia ceſſante motu cæli, nulla iam erit generatio vel corruptio, tamen erunt ibi illa, quæ non ſunt corporaliter inſpicienda, ſcilicet comprehenſio cerebri, & formatio faciei & huiuſmodi. Vermis autem, quem Dominus in Iſa. comminatur, nequaquam materialis eſt: quia nullum animal præter hominem remanebit. Erit autem ibi vermis conſcientiæ, rodens animam, & non corpus. In ſummo loco ſola eſt lætitia. In loco infimo ſola eſt triſtitia. In medio, hoc eſt, in mundo hæc ſunt modo permixta. Poſt diem iudicij tria tantummodo loca erunt habitata, ſcilicet cælum, infernus, & lymbus. Quot ſint loca pœnarum, require in lib 4. de deſcenſu Chriſti ad inferos. Octo genera pœnarum in legibus eſſe ſcripſit Tullius, ſcilicet damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, ſeruitutem. Hæc omnia poſſunt pœnis infernalibus adaptari. Primum patet, quia damnati amiſerunt Deum, & omnia bona tam gratiæ, quàm gloriæ, non ſolùm in re, ſed etiam in ſpe. Iſa. 13. Non remanebit teſta, vt hauriatur parum aquæ de fouea, ſcilicet diuinæ miſericordiæ, aut deportetur igniculus de incendio, ſcilicet charitatis: quia ſecundum leremiam 8. cap. finita eſt æſtas, conſummata eſt meſſis. De ſecundo, Ligatis manibus & pedibus, &c. De tertio. Prouerb. 19. Mallei percutientes impiorum corporibus. Iſtud autem non intelligitur de malleis materialibus, ſed de diuerſitate pœnarum quibus impij malleantur. De quarto, Apocalyp. 18. Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, &c. De quinto, Iſa. 13. Facies combuſtæ vultus eorum. Imò tam ignominioſum erit corpus peccatoris, quòd anima reſumens ipſum ſtupebit, quando tam terribile illud videbit, & vellet habere tale ſicut fuit quando dimidium comeſtum fuit à vermibus. De ſexto, Matth. 22. Proijcite eum in tenebras, &c. De ſeptimo, Greg. Ibi mors ſemper viuit: & hæc (ſicut dicitur Apoc.) erit mors ſecunda. De octauo, Thren. 1. Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Nota, quòd damnati ſub tributo pœnarum ſemper ſeruient, & tamen nunquam perſoluent. Ex prædictis collige, quòd erit ibi calor ignis, ſtridor rigoris, tenebræ, fumus, lachrymæ, mœrores, aſpectus dæmonum, clamor improperij, ariditas, ſitis, fœtor ſulphuris, vermis conſcientiæ, vincula, carcer, timor, dolor, pudor, inuidia, rancor, carentia viſionis diuinæ, ablatio ſpei omnis ſalutis. Ipſum etiam eſſe quod omnis creatura appetit, erit

eis

Ignis corporeus agit in ſpiritum, & quomodo.
Luc. 16.
Dolor maximus in inferno, & quare.
Iob. 10.
Lumen ignis infernalis triſtabile, & quare.

Gloriam beatorum reprobi quales videant.
Luc. 16.
Matth. 25.
Vermis conſcientia quid.
Iſai. vlt.
Genera pœnarum quot.
Luc. 16.
Matth. 25.
Iſa. vlt.

eis pœna, quia quærent mortem naturalem, & non inuenient. Ibi erit (ſicut ait Dionyſ.) proterua phantaſia, demens concupiſcentia, & furor iraſcibilis.

CAPVT XXIII.

De gloria ſanctorum.

Finis hominis duplex.

VNumquodque tanto perfectius eſt, quantò magis coniungitur eſſendi principio. Homo autem qui perfectum eſſe expectat, duplicem habet finem vltimum. Vnum extrinſecum, qui eſt beatitudo creata, quæ nos in patria beatificabit formaliter. Alium habet finem intrinſecum, qui eſt beatitudo increata, quæ nos beatificabit effectiuè, ſcilicet ipſum Deum. Prima, ſcilicet beatitudo creata, eſt tanquam finis in quo ſperatur. Secunda verò, ſcilicet increata tanquam finis in quo quieſcitur. Alio modo indicabant Philoſophi de beatitudine: ſed malè. Dicebant enim Stoici beatitudinem in virtute animi conſiſtere, Peripaterici verò in cognitione veritatis, Epicurei autem in voluptate. Nos autem dicimus duplicem eſſe beatitudinem, ſicut dictum eſt. Deus enim remunerat ſuos ſecundum merita. Apoſt. 1. ad Cor. 3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet, &c. Propter merita. Ioan. 1. Gratiam pro gratia. Matth. 20. Ite & vos in vineam meam, &c. Supra merita: vnde illud Luc. 6. Menſuram bonam & confertam & coagit. &c.

Ioan. 17.
Quid de beatitudine ſentiant Philoſophi.

CAPVT XXIV.

De dotibus in communi.

Dos quid.

DOs in patria eſt illud quod immediatè animam Deo coniungit: vt eſt viſio, dilectio, & comprehenſio. Sunt enim dona quædam patriæ, ſicut eſt ſapientia & intellectus, quæ licet Deo animam coniungant, non tamen ſine habitu medio: & propter hoc non dicuntur dotes, ſed animæ præmiationes. Dotes enim non appellantur dona quælibet, quæ dantur animæ in introductione ſui in gloriam, ſed dona præcipua, per quæ ad actum vitæ glorioſæ diſponitur: ſicut & in præſenti non appellatur propriè dos quodcunque donum datum ſponſæ in ſua traductione; ſed donum præcipuum de quo ſuſtentari debeat. Dotes ſunt duplices. Quædam enim ſunt à parte animæ, quibus Deo, tanquam principio vitæ ſuæ, ſine habitu medio coniungitur: & per quas introducitur in amplexus ſponſi ſui indiſſolubiles, & fruitionem eiuſdem. Quædam verò dotes ſunt ex parte corporis, quibus ipſum corpus ſubiicitur animæ ſuæ, tanquam principio vitæ ſuæ, ne per ipſum anima ab actu gloriæ retardetur. Notandum autem, quòd dotes animæ ſunt de præmio ſubſtantiali, dotes autem corporis de præmio accidentali. Chriſtus dotes non habet, quia ſponſus eſt, ſed anima ſponſa: & eſt dos poſſeſſio ſponſæ, quæ vſum eius habebit poſt mortem viri. Similiter nec Angeli dicuntur habere dotes, quia cùm in nuptiis ſit conſenſus animorum, & vnio corporum, ſecundum non eſt in Angelis, licet principium habeant. Vnde Angeli non poſſunt dici ſponſæ, vt homo: ergo nec dotes propriè habebunt. Sponſis carnalibus dantur tria, ſcilicet dos, donatio propter nuptias & paraphema. Dos autem eſt donatio facta ſponſæ ex parte patris, & hoc ad vſum ſponſi propter onera matrimonij, ſed ad poſſeſſionem ſponſæ. In diuinis autem Deus Pater dat ſponſæ dotem ad poſſidendum ſponſum Chriſtum ad gloriam & honorem, & non ad vſum: quia bonorum noſtrorum non eget. Donatio autem propter nuptias eſt, quæ à ſponſo datur ſponſæ, & hoc erit in futuro gaudium quod habebit anima in viſione Chriſti hominis. Paraphema ſunt, quod habet ſponſa præter dotem, ſicut ſunt munera, quæ ei dantur ab amicis, & huiuſmodi. Iſtud erit in patria per gaudium, quod habebit anima de ſocietate beatorum, & de congratulatione fœlicitatis eorum.

Dona patriæ.
Apoc. 6.
Dotes duplices.
Eſſentiale præmium, & accidentale.
Ioan. 3.
Chriſtus dotes non habet, & quare.
Angeli dotes non habent, & quare.
Matt. 9.

CAPVT XXV.

De dotibus animæ in generali.

Animæ dotes quot.

DOtes animæ ſunt tres, ſcilicet cognitio, dilectio, & inhæſio, ſiue tentio, quæ à quibuſdam appellatur comprehenſio, quibuſdam verò fruitio. Harum dotium numerus multipliciter accipitur: primò ex parte virtutum theologicarum, quia cognitio ſuccedit fidei, dilectio verò charitati, comprehenſio autem ſpei. Accipitur alio modo ex parte potentiarum animæ. Cognitio autem poteſt appropriari intelligentiæ, dilectio voluntati, comprehenſio memoriæ. Appropriantur etiam à quibuſdam aliis tribus potentiis, ſcilicet rationali, concupiſcibili, & iraſcibili. Senſitiua non poſſunt intelligi, quia Deus non eſt obiectum potentiæ ſenſitiuæ, ſed intellectiuæ. Poſſunt etiam prædictæ dotes accipi ſecundum tria, quæ tribus perſonis appropriantur, ita vt comprehenſio reſpiciat Patris potentiam, cognitio Filij ſapientiam, & dilectio bonitatem Spiritus ſancti. Circa iſtas dotes nota, quod cognitio rei viſæ in ſe ponit præſentiam, comprehenſio ponit rei contingentiam, dilectio ponit amantis ad rem amatam colligantiam.

CAPVT XVI.

De dotibus animæ in ſpeciali.

Iſa. 33. PRima dos animæ eſt cognitio qua diuina eſſentia videbitur tota ab omnibus, ſed non totaliter prout eſt infinita. Videbitur tamen diuina eſſentia lympidius ab vno, quàm ab alio: & iſte defectus erit ex parte videntis, non viſi: quia idem erit viſum. Beatitudo autem conſiſtit in perfecta operatione potentiæ altiſſimæ, ſcilicet intellectiuæ: & circa obiectum altiſſimum, ſcilicet Deum. Ex parte igitur obiecti, cùm ſit vnum ſimpliciſſimum, nulla poteſt eſſe diuerſitas, ſed ex parte potentiæ. Nam inquantum vna potentia magis erit perfecta lumine gloriæ, quàm altera, tantò perfectius operabitur circa vnum & idem ſubiectum, ſiue obiectum, ſicut idem ſol diuerſimodè à diuerſis aſpicitur, vel eadem litera à diuerſis legentibus, ſecundum quod oculus eſt magis vel minus diſpoſitus. Tribus modis cognoſcitur aliquid ſecundum quod eſt, vel ſicut eſt, vel quid eſt. Primo modo cognoſcitur Deus in via etiam à malis. Secundo modo videbatur in patria à bonis. Vnde primæ Ioan. 3. Similes ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt, id eſt, ſuam maieſtatem, claritatem, & bonitatem. Tertio modo nec à bonis videbitur, nec à malis, nec in via, nec in patria: quia finitum nunquam capiet infinitum. Videbimus tamen Deum in ſe, & Deum in nobis, & nos in Deo: & Deum in Geneſ. 5. creaturis, & creaturas in Deo. Cognoſcere autem Deum in ſua eſſentia, eſt viſio meridiana: cognoſcere verò creaturas in verbo, eſt viſio matutina: ſed cognoſcere creaturas in ſe, hoc eſt, in proprio genere, appellatur, viſio veſpertina. Videbit enim vnuſquiſque cogitationes alterius, prout vult ipſe cogitans manifeſtare. Vnde Gregor. Vniuſcuiuſque mentem ab alterius oculis corpulentia non abſcondet. Videbunt itaque iuſti Deum, vt gaudeant: videbunt gloriam ſanctorum, vt congaudeant: videbunt quoque pœnas reproborum, vt de euaſione periculorum gratias agant. Ad ſciendum antem qualiter Deus ſine medio videatur, nota quòd triplex eſt medium, ſcilicet differens, obnubilans, & diſponens. Sine medio igitur differente videbitur Deus, quia Dei viſio non eſt per diſtantiam, ſed per præſentiam, cùm ipſe ſit eſſentialiter vbique. Videbitur etiam ſine medio obnubilante, quia tollitur ſpeculum, & ænigma: quæ ambo ſunt in via. Cùm enim viſus noſter in præſenti non poſſit propter debilitatem in tam excellentem lucem figi, neceſſe eſt habere medium, ſcilicet ſpeculum creaturæ. Quia verò infinita eſt diſtantia inter ſpeculum, & rem viſam: propter hoc obſcurè relucet ibi

Medium triplex.

Sine quo medio videbitur Deus.

1. Cor. 13. ſimilitudo, vnde videmus in ænigmate, id eſt, obſcurè. Videbitur quoque ſine medio ſimilari, quia Deus cognoſcetur in ſeipſo, & non per aliquam abſtractam ſimilitudinem, aliàs creatura eſſet terminus, & Deus non eſſet verè finis omnium. Non autem videbitur Deus ſine medio diſponente, quod eſt gratia, & gloria. Oportet enim proportionem eſſe inter videntem & viſum: hæc autem diſpoſitio erit ex parte videntis, & non rei viſæ. Sciendum autem, quòd multiplex eſt medium. Primum eſt medium peccati. Iſa. 59. Peccata veſtra diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum: iſtud eſt medium impiorum. Secundum eſt medium creaturæ. Apoſtolus ad Rom. 1. Inuiſibilia Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta, &c. hoc eſt medium Philoſophorum. Tertium eſt medium figuræ. Apoſtolus. 1. Corinth. 10. Omnia in figura contingebant illis, hoc eſt medium Prophetarum & Patriarcharum. Quartum eſt medium ſcripturæ. Pſal. 118. Declaratio ſermonum tuorum illu. & inte. dat. par. hoc eſt medium Theologorum. Quintum eſt medium fidei. Apoca. 2. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi, &c. hoc eſt medium fidelium, quo tanquam in ænigmate vident Deum. Secunda dos animæ eſt dilectio: ſed inter dilectionem & virtutem differentia eſt duplex: vna eſt ſecundum habitum: quia virtus eſt propriè illud, quod tranſit de ſtatu gratiæ ad ſtatum gloriæ. Dos autem eſt id, quod ſupra meritum datur in inductione ſponſæ. Alia eſt differentia vt penes obiectum, quia licet obiectum vtrobique erit Deus, non tamen ſecundum quòd Deus, ſed erit obiectum virtutis in quantum eſt ſumma bonitas: obiectum autem dotis in quantum vnibilis in vnum ſpiritum. Nota, quòd fides & ſpes ſecundum rem euacuabuntur in patria: charitas verò neque ſecundum rem, neque ſecundum actum eius euacuabitur, ſed ſolùm ſecundum modum, quia imperfectio eius tollitur. Dicit autem Aug. quòd fidei ſuccedit ſpes, quam videbimus: ſpei verò ſuccedit beatitudo, ad quam peruenturi ſumus, ſed charitati nihil ſuccedet, ſed potiùs augebitur. Tertia dos animæ eſt comprehenſio, quæ eſt tentio viſi & amati, vel tentio veri boni & præmij, & iſtud verum eſt, prout comprehendere ſumitur pro attingere, & non pro circumplecti diuinam immenſitatem.

Fides & ſpes euacuabuntur & quomodo. 1. Cor. 13.

CAPVT XXVII.

De dotibus corporis in generali.

VNaquæque pars perfectius habet eſſe in ſuo toto, quàm in ſe. Vnde ſicut anima nunc à corpore corruptibili ſeparata perfectius habet eſſe, quam ei coniuncta, ſic in futuro reconiuncta corpori incorruptibili perfectius eſſe habebit, quam modo ſeparata: maximè cùm non impediatur tunc à corpore, ſicut modò: quin potiùs de glorificatione

Corporis dotes quot.
Requiſita ad perfectionem vnionis animæ & corporis.

cation e corporis habebit tunc gaudium ſpirituale. Dotes corporis ſonr quatuor, quarum oumerus ſic habetur. Nam ad hoc quòd corpus perfectè ſubiectum ſit animæ, nec impediat eam in operibus gloriæ, quatuor requiruntur: quorum duo pertinenr ad ſenſum: alia duo pertinent ad motum. Quoad ſenſum duo requiruntur. Vnum vt ſit receptibile ſpecierum ſenſibilium, ad quod diſpooit claritas. Alterum, vt non ſir receptibile paſſionum ignobilium, ad quod diſpooit impaſſibiliras. Quoad motum etiam duo requiruntur. Vnum eſt, vt per contrariam diſpoſitionem non reſiſtat ſuo motori, ad quod diſponit agilitas. Aliud, vt corpora per quæ mouetur, noo reſiſtant ei, ad quod diſponit ſubrilitas. Alia differentia talis eſt

In homine compoſitio quadruplex.

quia in homine quadruplex eſt compoſitio. Prima eſt qualitatum contrariarium: hæc compoſirio tunc erit perfecta, quando qualitates ita æquabuntur, vt nulla ſit pugna vnius contra aliam: & hoc faciet impaſſibilitas, Secunda eſt compoſitio materiæ cum forma, hæc autem compoſitio tunc erit perfecta, quando materia vincetur á forma: penes hanc perfectionem ſumitur ſubtilitas. Tertia eſt compoſirio corporis organizati cum anima: perfectio iſtius compoſitioois eſt, quòd omnia organa ſine impedimento ſint mobilia ab anima: penes hanc perfectiooem ſumitur agilitas. Quarta compoſitio eſt corporis cum ſpiritibus locidis, quibus mouetur corpus ab anima: & huic perfectiooi ſecundum perfectum ſtatum reſpondet

Conſonantia dotium cum elementis.

claritas. Tertiò ſumitur prædictarum dotium numerus ſecundum proprietates quæ ſunt io elementis. Nam penes aquæ tranſparentiam ſumitur claritas, penes terræ ſoliditatem ſumitur impaſſibilitas, penes tenuitatem ignis ſumitur ſubtilitas, penes mobilitatem aëris ſomitur agilitas. Quanò ſumuntur iſtæ dotes ſecundum quatuor defectus, quos habet corpus humanum à quatuor elementis, de quibus componitur. Habet eoim corpus humanum ab igne caliditatem, & inde nigredinem: à terra groſſitiem: ab aëre paſſibilitatem: ab aqua frigiditatem, & iode tarditatem. Sed iſta tolluntur per quatuor dotes corporis, quas

Math. 17. Marc. 6. Luc. 2. Luc. 22. Luc. 4.

Chriſtus aſſumpſit ante paſſionem ſuam, ſicut dicit Hugo de ſancto Victore. Claritatem in transfiguratione. Agilitatem, quando ambulauit ſupra mare. Sobtilitatem io natiuitate, quia ſalua virginali integritate matris natus fuit. Impaſſibilitatem in cœna, quando corpus ſuum diſcipulis ſuis maoducandum dedit: quod iotelligendum eſt ſecundum actum; non ſecundum habitum: quia aliter derogaretur diuinis miraculis.

***

CAPVT XXVIII.

De dotibus corporis in ſpeciali.

Dotes corporis quot.

PRima dos corporis eſt claritas. Sed nota, quòd aliquid dicitur elatum dopliciter, aut quia peruium, ſicut dicitur vitrum clarum: aut quia lucidum, ſicut dicitur ſtella clara. Corpus autem glorificatum erit & peruium & lucidum: vnde vtroque modo erunt corpora clata. Duo enim ſunt; quæ nunc cauſant obſcuritatem in humano corpore: Vnum eſt materiæ impuritas: alterum luminis paucitas. Tonc verò tolletur vtrunque, ſcilicet illa impura denſitas, & obſcuritas, quæ ex modicitate luminis eſt: & ideò erunt corpora clariſſima. Nota, quód corpora glorificata ſepties tunc erunt clariora, quam Sol ſit modò, ſicut Dominus ait Matth. 13. Quia iuſti fulgebunt ſicut Sol Sed teſte Iſa. 30. cap. Erit lux Lunæ ſicut lux Solis: & lua Solis ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum. Sciendum quòque, qoòd corpora ſaoctorum non eruot æqualiter clara, quia melior anima habebit corpus lucidios. Vnde licet corpus Chriſti ſupra modum excedat claritatem aliorum, tamen io comparatione ſanctorum poteſt claritas eius aſſimilari claritati Solis, ſecundom illud Matth. 4. Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iuſtitiæ, id eſt, Chriſtus. Claritas ſanctorum poteſt reſpectu Chriſti comparari claritati ſtellarum. Vnde Apoſtolus Corinth. 15. Stella differt à ſtalla io claritate, hoc eſt, qoòd ſancti plus vel minùs lucent ſecundum differentiam meritorum. Claritas verò puerorum, qui poſt Baptiſmum moriuntur antequàm veoiant ad annos diſcretionis, comparari poteſt lumini Lunæ: quia ſicut Luna non habet lumeo à ſe ſed à Solè, ita iſti non habent gloriam ex merito proprio, ſed ex merito Chriſti. Baptiſmus enim ex paſſione Chriſti habet efficaciam. Secunda dos corporis eſt impaſſibilitas, quæ reſultat ex virtute animæ corpus ſuum poteoter continentis, ita vt à nullo exteriore ageote valeat immotari. Præterea qoamuis corpora ſanctorum ſiot compoſita ex contrariis, illa tamen contrarietas erit ad omnimodam æqualitatem, & concordiam redacta. Dixerunt quidam; qnòd impaſſibilitas ſanctorum corporum reſultabit ex natura quinti corporis, id eſt, quintæ eſſeotiæ. Sed hoc non eſt verum, quia nihil de quinto corpore venit in compoſitionem materialem corporum inferiorum. Differentia eſt inter impaſſibilitatem ſanctorum, & Adæ in ſtatu innocentiæ, & puerorum, quia impaſſibilitas ſanctorum erit non poſſe pati. Impaſſibilitas Adæ fuit poſſe non pati. Impaſſibilitas puerorum io lymbo erit nihil pati, & hoc non eſt ex poteotia reſiſtendi læſioni extrinſecæ, qoam noo habebunt, ſed ex ordinatione diuioæ miſericordiæ, quæ non permittit aliquid eis adhiberi per quod poſſiot lædi. Ex

quo patet, quòd ſi tales pueri ponerentur ad ignem poſt reſurrectionem, læderentur ab eo, niſi obſtaret diuina miſericordia. Secus eſt de corporibus glorificatis, quæ etiamſi ponerentur in inferno, non ſentirent aliquam læſionem. Subtilitas eſt tertia dos, quæ aufert groſſitiem corporis cauſaram ex materialitate elementi, & compoſitione elementalium qualitatum. Nota ergo, quòd duplex eſt ſubtilitas: vna ex raritate partium ſtantium non propinquè, ſed ex tali ſubtilitate efficitur corpus facilè diuiſibile, & ea non erit in corporibus glorificatis. Alia eſt ex perfecta victoria formæ ſuper materiam: & huiuſmodi ſubtilitas eſt vnitæ ſubſtantiæ, ſicut dicitur cœlum ſubtile, & hoc modo erunt corpora ſanctorum ſubtilia. Et eſt ſciendum, quòd ſicut duo corpora non glorificata non poſſunt eſſe ſimul in eodem loco, ſic nec duo glorificata. Alioquin ſequeretur inconueniens, ſcilicet quod in vnoquoque corpore glorificato eſſet potentia agendi ac intrandi partes alterius corporis: in alio verò eſſet impotentia reſiſtendi. Corpus verò glorificatum poteſt eſſe ſimul in eodem loco cum corpore non glorioſo ſecundum dictum antiquorum: quod tamen nec fides habet nec authoritas, & ratio contradicit: habent tamen aliquid apparentiæ pro ſe. Nam ſicut in corporibus non glorioſis ipſa groſſities impedit, ne duo corpora poſſint eſſe in eodem loco, quia vnum alteri reſiſtit: ita groſſities iſta per gloriæ ſubtilitatem tollitur adeò quod corpus non glorioſum non poſſit reſiſtere glorioſo, ita quod corpora glorioſa penetrabunt alia corpora, non ea diuidendo, ſed ſubintrando, manente diſtinctione diuiſionum vtriuſque corporis. Quarta dos corporis eſt agilitas, quæ tanta erit, ſicut dicit Auguſt. quod protinus vbi volet ſpiritus, ibi erit & corpus. Veruntamen ſicut melior anima habebit corpus lucidius, ita & agilius: ita tamen quòd voluntas ſanctorum erit omnino coniuncta rationi. Vnde voluntas eorum nunquam appetet quod non debet. Sed voluntas animæ melioris volet rationalibiliter citius moueri corpus ſuum, quàm alterius: & ſpiritus minoris gloriæ non volet corpus ſuum tam citò moueri, ſicut alterius. Vnde patet, quòd in omnibus verificabitur dictum Aug. quòd vbi volet ſpiritus, protinus erit & corpus. Quare corpora modò ſunt tarda, & tunc agilia. Hæc eſt ratio, quia nunc in corpore duplex eſt motor, ſcilicet natura elementi prædominans, quæ mouet ad medium locum, & voluntas animæ, quæ mouet indifferenter ad quemlibet locum. Nunc autem corpora tarda ſunt ex contraria inclinatione naturæ ad voluntatem, quia terra prædominans naturaliter deorſum trahit. In futuro autem natura erit totaliter ſubiecta voluntati, vnde & tunc corpus mouebitur ad imperium ſpiritus.

CAPVT XXIX.

De aureolis in genere.

AVreola eſt mentis ſpeciale gaudium, veniens ex opere præcellenti & priuilegiato. Sciendum autem, quòd ſicut ex gaudio præmij eſſentialis, quod eſt aurea, redundat in corpore quidam decor, qui eſt gloria corporis, ita & ex aureolæ gaudio reſultat aliquid ſpeciale in corpore, vt ſic aureola non tantum principaliter ſit in mente, ſed per quandam redundantiam fulgeat etiam in carne. Sciendum autem, quòd decor cicatricum qui in martyrum corporibus apparebit, non poteſt dici aureola, quia martyres aliqui cicatrices non habebunt, vtpote qui ſubmerſi ſunt, vel famis inedia, vel ſqualore carceris interempti, & tamen iſti aureolam habebunt. *Quibus debetur aureola.* Tribus generibus hominum debetur aureola: quod patet multiplici ratione. Primò ex operibus excellentiſſimis trium animæ potentiarum. Excellentiſſimum autem opus concupiſcibilis, eſt obſeruatio caſtitatis virginalis. Excellentiſſimum verò opus rationis, eſt prædicatio veritatis. Excenllentiſſimum opus iraſcibilis, eſt perpeſſio mortis. Vnde patet, quod virginibus, prædicatoribus, & martyribus debetur aureola. Secundò patet horum numerus & ſufficientia ex hoſtibus quos per pugnas magnificas vincimus, qui ſunt mundus, caro, dæmonia. *Hoſtes vincendi.* Martyres enim vincunt mundum, Virgines carnem, Prædicatores diabolum, quem non ſolum de ſe, ſed etiam de cordibus aliorum expellunt. Tertiò patet id per victoriam triplicium paſſionum. Sunt enim paſſiones innatæ, illatæ, & in cordibus alienis inflictæ, ſed paſſiones innatas ſuperat virginitas: illatas martyres: illas autem quæ ſunt in cordibus alienis, prædicatores. Quarto diſtinguuntur aureolæ ſecundum ea quibus Chriſto nobiliſſimè conformamur. Chriſtus enim fuit doctor, veritatem mundo manifeſtando, Martyr, à mundo paſſionem & mortem ſuſtinendo. Virgo, puritatem ſeruando. Quintò ſumuntur aureolæ ſecundum purificationem in veteri teſtamento. Tria namque habebant aureolas, vt legitur, ſcilicet altare incenſi, arca fœderis, & menſa propoſitionis. *Matt.20. Ioan.19. Ioan.8. Exod.25. Exod.37.* Prima ſignificat aureolam martyrum, qui corpora ſua ſuper altare paſſionis immolauerunt. Secunda ſignificat aureolam virginum, quia ſicut arca fœderis fuit intus & extra auro decorata, ita virginitas mentem & corpus decorat & ornat. *Matt.4.* Tertia ſignificat aureolam prędicatorum, qui ſunt ſicut in menſa propoſitionis miniſtrantes panes prædicationis & doctrinæ. Aureola diminutiuè dicitur, & hoc in comparatione ad auream. Vnde nota, quod inter auream, & aureolam, & palmam eſt differentia. Aurea enim præmium eſt ſubſtantiale, quod metaphoricè dicitur corona, tum ex parte meriti, quia non reſpondet generi operis, ſed

radici

radici charitatis, tum ex parte præmij, quia per hoc efficitur homo particeps diuinitatis, & per conſequens regiæ poteſtatis: tum etiam ratione perfectionis, quod ſignificat figura circularis. *Aureola præmium accidentale, & quare.* Aureola verò eſt præmium accidenrale, non tameo quodlibet accidentale, ſed illud quod reſpondet operi excellenti, & priuilegiato, ſcilicet virginitati, martyrio, & prædicationi. Palma eſt præmium accidenrale, quod nec radici, uec operi debetur, ſed voluutati. Tale præmium habuit ſanctus Martinus, eò quòd martyrium deſiderauit, licet opus non fuerit ſubſecutum: vnde de ipſo cantatur. Quam (ſcilicet animam) etſi gladius perſecutoris uou abſtulit, tamen palmam martyrij non amiſit. Hæc autem palma, oec aurea, nec aureola debet dici.

CAPVT XXX.

De aureolis in ſpecie.

Hebr. 11. AVreola prima debetur martyribus, in quibus eſt perfectiſſima victoria de impugnatione exteriori: & hæc perfectio victoriæ conſideratur ex duobos: Primò, ex magnitudine paſſionis: quia inter omnes paſſiones illatas exterios, mors ſupremum tenet locum. Et præterea dolor tactus omnibus aliis doloribus præeminet: & ideo in hoc gloriosior victoria eſt. Secundò, conſideratur ex cauſa pugnæ, quæ eſt Chriſtus ipſe. Martyrem enim non facit pœna, ſed cauſa, id eſt,
Philip. 1. mors, propter Chriſtum ſuſcepta. Sciendum autem, quòd martyrio non debetur præmium, ſecundum quod ab exteriori iofligitur, ſed ſecundum quòd voluntariè pro Chriſti nomine ſuſtinetur: quia non meremor niſi per ea, quæ ſunt intra nos, non per ea, qoæ ſunt extra nos, ſicut nec demeremur oiſi per ea, quæ ſunt intra nos. Quantò autem id quod quis voluutariè ſoſtinet, difficilius eſt voluntati ſuſtinere, tantò voluntas, quæ propter Chriſtum id ſuſtinet, oſtenditur firmius in Chriſto fixa, & ideo excellentius ei præmium debetur. Aureola ſecunda debetur virginibus, propter ſingularem victoriam quam de carne obtinerit cootra quam quotidie bellum geritur. Quamuis autem & viduæ pugnent contra carnem, perfectius tamen virgines triumphant, quia nobiliſſimum genus victoriæ eſt nunquam hoſti ceſſiſſe. *Virginitas reparari poteſt.* Illis autem virginibus tantummodo debetur aureola, qui vel quæ habuerunt propoſitum ſeruandi virginitatem, quamuis hoc propoſitum ſit interruptum, integritate tamen carnis manente: dummodo in fine vitæ inueniantur ad primum propoſitum rediiſſe, quia virgioitas mentis reparari poteſt, ſed non virginitas corporis, ſiue carnis. Si aliqua ſit carne virgo, etiamſi propoſitum non habuit perpetuò ſeruandi virginitatem, non eſt tamen dobium quin habitura eſt ſpeciale gaudium de incorruptione carnis & ſupereſſentiale gaudium: ſicut etiam innocentes de hoc gaudebunt, quòd immunes à peccato fuerunt: quamuis peccati opportunitatem non habuerunt. Nota, quòd aliqua poteſt corrumpi carne, nec tamen aureolam amittit, ſicut illa, quæ violenter opprimitur. Vnde ſancta Lucia dixit: Si inuitam me corrumpas, merces mihi duplicabitur ad coronam, quod non eſt intelligendum de aureola duplicata, ſed qoia duplex præmium reportabit. Vnum pro integritate ſeruata: aliud Matt. 13. pro iniuria, quam paſſa eſt. Insuper ſciendum Iacob. 1. eſt, quòd virginibus debetur fructus 1. Cor. 7. Geneſ. 1. centeſimus: & hoc quia cœleſtem vitam ducunt, Matt. 9. quæ ſignificatur per centum: quia 1. Petr 5. oumerus ille de læua tranſit ad dexteram: Viduis debetur fructus ſexageſimus, quia tales exercere ſe debent in operibus miſericordiæ, quæ ſignificantor per ſexaginta; Coniugatis autem debetur fructus trigeſimus, quia talibus ſufficit implere decalogum in fide trinitatis. Ex ductu enim ternarij in denarium fiunt triginta. Aureola tertia eſt pugnantium ſeu prædicatorum; quia perfectiſſima victoria contra diabolum obtinetur, quando aliquis oon ſolùm diabolo impugnanti nou cedit, ſed etiam ipſum de regno eius expellit: & non ſolum à ſe, ſed etiam ab aliis. Nec eſt dicendum (vt qui- Dan. 12. dam voluerunt) quòd hæc aureola debeatur tantommodo illis, quibus competit prædicare ex officio, & docere, ſed quibuſcunque exercentibus licitè actum iſtum. Prælatis autem non debetor hæc aureola, quamuis habeant officiom prædicandi, niſi & actu prædicent: quia aureola oon debetur habitui, ſed actui pugnæ, ſecundùm illud Apoſtoli: Noo coronabitur, oiſi qui legitimè certauerit. Prædicare & docere, cum ſint actus miſericordiæ, inter ſpirituales eleemoſynas computantur.

CAPVT XXXI.

Enumeratio cœleſtium gaudiorum.

Epilogus gaudiorum. VLtimò cœlorum gaodia ſub epilogo enumeremus, oon quidem ſingula generum, ſed genera ſingulorum. *Quot gaudia particularia ſint, ſolus Deus nouit.* Tot enim ſunt gaudia particularia, quæ quilibet habet in ſe vel in aliis, quod ea ſolius Dei notitia comprehendit, & illi quos ſumma ſapieotia voluerit ea ſcire. Tantum namque gaudebit quiſque de bono alterius, quantum de bono proprio: quod tameo non eſt intelligendum de intenſione gaodij, ſed de numero gaudiorum. Tot igitur, & tanta ſunt ibi gaudia, quòd omnes arithmetici hoius mundi non poſſent ea numerare, nec geometrici menſurare, nec grammatici, dialectici, rhetorici, aut theologi explicare: quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor, &c. Gaudebont enim ſancti ſupra ſe de Dei viſione, infra ſe de cœli & aliarum creaturarum corporalium pulchritudine, intra ſe de corporis glorificatione

Refectio ſenſuum ſpiritualium qua.

tione : extra ſe de angelorum & hominum aſſociatione. Deus enim omnes ſenſus ſpirituales ineffabili delectatione reficiet, cùm ipſe ſit obiectum omnium ſenſuum ſpiritualium futurus. Erit namque Deus ſpeculum viſui, cithara auditui, mel guſtui, balſamum olfactui, flos tactui. Ibi erit candor lucis æſtiualis, amœnitas vernalis, abundantia autumnalis, requies hiemalis. Ibi, teſte Auguſtino, fulget quod non capit locus, ſonat quod non capit tempus, olet quod non ſpargit flatus, ſapit quod non minuit edacitas, non erit quod diuellat ſatietas. Ibi, ſicut ait Auguſt. Deus ſine fine vibebitur, ſiue faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Ibi videretur ſtultitia, ſapientia Salomonis. Ibi eſſet deformitas, pulchritudo Abſalonis. Ibi eſſet tarditas, valocitas Aſaëlis. Ibi iudicaretur infirmitas, fortitudo Samſonis. Ibi eſſet mortalitas, longa vita Mathuſalem. Ibi eſſet paupertas regnum Auguſti. Ibi ſecundum Auguſtinum, nihil obeſt, nihil deeſt, nihil affluit, nihil defluit, nihil eſt extrà quod appetatur, nihil intra quod faſtidiatur. Ibi, ſecundum Bernard. Deus erit rationi plenitudo lucis, volũtati multitudo pacis, memoriæ continuatio æternitatis. Item Aug. de corporis & animæ miſera vita: O caro, illam vitam amplecti debuiſti, vbi vita ſine morte, vbi iuuentus ſine

Pſal. 32. 1. Reg. 1. 2. Reg. 14. 2. Reg. 2. Iud. 16. Geneſ. 5. Luc. 2.

ſenectute, vbi lux ſine tenebris, vbi gaudium ſine triſtitia, vbi pax ſine diſcordia, vbi voluntas ſine turbatione, vbi regnum ſine mutatione. D. Bernat. Merces ſanctorum tam magna eſt, quòd non poteſt menſurari: tam multa, quòd non poteſt numerari: tam copioſa, quòd non poteſt finiri: tam pretioſa, quòd non poteſt æſtimari. Item Auguſtinus, Illud quod promittit Deus, fide non capitur, ſpe non attingitur, charitate non comprehenditur. Deſideria & vota tranſcendit, acquiri poteſt, æſtimari non poteſt. Ibi, ſecundùm Auguſtinum, Carmina non deſunt, præmia non deficiunt: Ibi nihil quod amabitur, deerit: ibi nihil deſiderabitur, quod non adſit. Illa beatitudo, ſicut ait Auguſtinus, in duobus conſiſtit, ſcilicet in neceſſaria præſentia omnis boni, & in neceſſaria abſentia omnis mali. Item Aug. O vita vitalis, dulcis & amabilis, & ſemper memorabilis: vbi ſumma ſecuritas, ſecura tranquillitas, tranquilla iocunditas, iocunda fœlicitas, fœlix æternitas, vbi æterna beatitudo, & beata certitudo, vbi certa viſio, & ſine fine laudatio. Ibi affluentia diuitiarum, influentia deliciarum, & confluentia bonorum. Denique de gaudiis cœleſtibus repleat nos Dei filius, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus. Amen.

Matt. 5. Luc 6. Pſal. 33.

Ioan. 14. Pſal. 35.

INDEX

INDEX CAPITVM

Quæ in Compendio theologicæ veritatis continentur.

Capita libri primi.

CAP. I. QVOD Deus eſt. 2
II. Quod vnus Deus eſt. ibid.
III. Quod vnum ſolum principium eſt. 3
IV. Quòd pater eſt. ibid.
V. Quòd filius eſt. 4
VI. Filius eſt imago patris. ibid.
VII. Quòd Spiritus ſanctus eſt. 5
VIII. Spiritus ſanctus amor patris & filij eſt. ibid.
IX. Spiritus ſanctus charitas & donum ſanctorum eſt. 6
X. In trinitate perſonarum vnitas eſſentiæ eſt. 7
XI. Multiplex trinitas eſt. 8
XII. Æqualitas perſonarum eſt. ibid.
XIII. Inter eſſentiam & perſonam differentia eſt. 9
XIV. De immenſitate Dei. ibid.
XV. De infinitate Dei. ibid.
XVI. De incomprehenſibilitate Dei. 10
XVII. De incircumſcribilitate Dei. 11
XVIII. De æternitate Dei. 12
XIX. De incommutabilitate Dei. ibid.
XX. De ſimplicitate Dei. 13
XXI. De excellentia Dei. 14
XXII. De notionibus Dei. ibid.
XXIII. De nominibus diuinis. 15
XXIV. Deus eſt ineffabilis. 16
XXV. De ideis & libro vitæ. ibid.
XXVI. De appropriatis diuinis perſonis. 17
XXVII. De potentia Dei. ibid.
XXVIII. De virtute miraculorum. 18
XXIX. De ſcientia Dei. ibid.
XXX. De prædeſtinatione. 19
XXXI. De præſcientia & reprobatione. 20
XXXII. De voluntate Dei. ibid.
XXXIII. De iuſtitia Dei. 22
XXXIV. De miſericordia Dei. ibid.

Capita ſecundi libri.

CAP. I. DE ipſa rerum creatione. 23
II. De diſtinctione creaturarum in generali. 24
III. De diſtinctione orbium tam cæleſtium quàm elementorum. ibid.
IV. De natura cælorum & ſuperiorum corporum. 25
V. De natura ſtellarum in communi. ibid.
VI. De luce. 26
VII. De planetis in ſpecie. ibid.
VIII. De quatuor elementis. ibid.
IX. De impreſſionibus aeris. 27
X. De tempore. 28
XI. De Angelis in communi. ibid.
XII. De diſtinctione cæleſtium hierarchiarum. 29
XIII. De proprietatibus Angelorum. ibid.
XIV. De proprietatibus, & efficiis ſingulorum ordinum. 30
XV. De cognitione & motu Angelorum. ibid.
XVI. De prælatione Angelorum. 31
XVII. De confirmatione Angelorum. ibid.
XVIII. De cuſtodia Angelorum. ibid.
XIX. De locutione Angelorum. 23
XX. De ſpecialibus nominibus Angelorum. 33
XXI. De caſu Angeli. ibid.
XXII. De ſpirituali caſu dæmonis. ibid.
XXIII. De locali caſu diaboli. ibid.
XXIV. De reſtauratione ruinæ Angelorum. 34
XXV. Cur peccatum diaboli ſit irremiſſibile. ibid.
XXVI. De proprietatibus dæmonum. ibid.
XXVII. De malitia diaboli contra nos. ibid.
XXVIII. De Lucifero. 35
XXIX. Quid ſit anima ſecundum diffinitionem. ibid.
XXX. Quid ſit anima ſecundum rem. 36
XXXI. Quid ſit anima ſecundum nomen. ibid.
XXXII. De triplici anima. ibid.
XXXIII. De potentia animæ vegetatiuæ ibid.
XXXIV. De potentiis apprehenſiuis animæ ſenſibilis. 37
XXXV. De ſenſibus particularibus. ibid.
XXXVI. De ſenſu communi. ibid.
XXXVII. De vi imaginatiua. 38
XXXVIII. De vi æſtimatiua. ibid.
XXXIX. De phantaſia. ibid.
XL. De memoria. 39
XLI. De vi ſenſibili & motiua. ibid.
XLII. De potentiis animæ rationalis. 40
XLIII. De diuiſione potentiarum animæ. ibid.
XLIV. De potentiis cognitiuis. 41
XLV. De modo cognoſcendi. ibid.
XLVI. De intellectu agente & paſſibili. 42
XLVII. De intellectu ſpeculatiuo & practico. ibid.
XLVIII. De ratione & partibus eius. ibid.
XLIX. De potentiis animæ motiuis. 43
L. De voluntate. ibid.
LI. De ſyndereſi. ibid.
LII. De conſcientia. ibid.
LIII. De operationibus animæ. 44
LIV. De quantitate animæ. ibid.

LV. *De immortalitate animæ.* 45
LVI. *De libero arbitrio.* ibid.
LVII. *De natura corporis humani.* 46
LVIII. *De phyſiognomia hominis.* ibid.
XVIII. *De regulis generalis phyſiognomiæ.* 48
LIX. *De toto homine.* ibid.
LX. *De proprietatibus hominis.* ibid.
LXI. *De primis parentibus.* 49
LXII. *De præceptis Adæ datis.* 50
LXIII. *De paradiſo.* ibid.
LXIV. *De caſu primi hominis.* ibid.
LXV. *De ordine tentationis in nobis.* 51

Capita tertij libri.

Cap. I. *De malo in genere.* 52
II. *De peccati diffinitione.* ibid.
III. *Quid ſi peccatum ſecundum rem.* 53
IV. *Quid ſit peccatum ſecundum nomen.* ibid.
V. *De origine peccati.* ibid.
VI. *De diuiſione peccati.* 54
VII. *De effectu peccati.* ibid.
VIII. *De peccato originali ſecundum rem.* 57
IX. *De peccato originali ſecundum nomen* ibid.
X. *De primis motibus.* 58
XI. *De moroſa delectatione, & conſenſu in peccatum.* ibid.
XII. *De peccato veniali.* 59
XIII. *De effectu peccati venialis.* ibid.
XIV. *De ſeptem vitiis capitalibus in ſpecie.* 60
XV. *De ſuperbia.* 61
XVI. *De inuidia.* 62
XVII. *De ira.* ibid.
XVIII. *De acedia.* 63
XIX. *De auaritia.* 64
XX. *De gula.* 65
XXI. *De luxuria.* ibid
XXII. *Quomodo ſuperbia ſit mortale, vel veniale.* 66
XXIII. *Quomodo inuidia ſit mortale, vel veniale.* 67
XXIV. *Quomodo ira ſit mortale, vel veniale.* ibid.
XXV. *Quomodo acedia ſit mortale, vel veniale.* ibid.
XXVI. *Quomodo auaritia ſit mortale, vel veniale.* ibid.
XXVII. *Quomodo gula ſit mortale, vel veniale.* 68
XXVIII. *Quomodo luxuria ſit mortale, vel veniale.* ibid.
XXIX. *De peccato in Spiritum ſanctum.* 69
XXX. *Ennumeratio peccatorum cordis.* ibid.
XXXI. *De peccatis oris.* ibid.
XXXII. *De peccatis operis.* 70
XXXIII. *De peccatis omiſſionis.* ibid

Capita quarti libri.

Cap. I. *De incarnatione Chriſti.* 70
II. *De ſalutatione Angelica.* ibid.
III. *De reſponſione virginea.* 71
IV. *De ſanctificatione materna.* ibid.
V. *De conceptione dominica.* 72
VI. *De rationibus incarnationis.* 73
VII. *De modo incarnationis.* 74
VIII. *De vnione & natura aſſumpta.* 75
IX. *De vtilitate incarnationis.* 76
X. *De mirabilibus circa incarnationem Domini.* ibid.
XI. *De natiuitate Chriſti.* 77
XII. *De circunciſione Domini.* 78
XIII. *De Baptiſmo Chriſti.* ibid.
XIV. *De plenitudine gratiæ Chriſti.* 79
XV. *De plenitudine ſapientiæ Chriſti.* 80
XVI. *De merito Chriſti.* ibid.
XVII. *De voluntate Chriſti.* 81
XVIII. *De defectibus quos Chriſtus aſſumpſit.* ibid.
XIX. *De paſſione Chriſti.* ibid.
XX. *De effectu paſſionis Chriſti.* 82
XXI. *De cruce Domini.* 83
XXII. *De deſcenſu Chriſti ad inferos.* ibid.
XXIII. *De reſurrectione Chriſti.* 84
XXIV. *De aſcenſione Chriſti.*
XXV. *De conſcenſu Chriſti ad dexteram Dei patris.* 86.

Capita quinti libri.

Cap. I. *De virtutibus, & origine gratiæ.* 87
II. *De origine virtutum, & gratiæ.* ibid.
III. *De diſtinctione gratiarum.* ibid.
IV. *De effectu gratiæ.* 88
V. *De virtutibus, & primò quid ſit virtus.* ibid.
VI. *De perfectione virtutum.* 89
VII. *De æqualitate virtutum.* ibid.
VIII. *De connexione virtutum.* 90
IX. *De commendatione virtutum.* ibid.
X. *De effectu virtutum.* 91
XI. *De meritis virtutum.* ibid.
XII. *De habilitate virtutum.* 92
XIII. *De operibus meritoriis.* ibid.
XIV *De fine actionis.* ibid.
XV. *Quid mereamur bonis operibus.* 43
XVI. *De diffinitionibus & differentiis virtutum.* ibid.
XVII. *De differentia virtutum cardinalium & theologicarum.* 94
XVIII. *De virtutibus theologicis in genere.* ibid.
XIX. *De effectu fidei.* 95
XX. *De articulis fidei.* 96
XXI. *De ſpe.* ibid.
XXII. *De charitate.* 97
XXIII. *De differentia inter charitatem, & alios amores.* ibid.
XXIV. *De effectu charitatis.* 98
XXV. *Quibus rebus charitas aſſimiletur.* ibid.
XXVI. *De excellentia charitatis.* 99
XXVII. *De ſignis dilectionis.* ibid.
XXVIII. *De gradibus amoris.* ibid.
XXIX. *De ordine charitatis.* 100
XXX. *De dilectione proximi.* ibid.
XXXI. *De dilectione inimicorum.* ibid.
XXXII. *De virtutibus cardinalibus in genere.* 101

.Index capitum

XXXIV. *De prudentia.* 102
XXXV. *De temperantia.* ibid.
XXXVI. *De fortitudine.* 103
XXXVII. *De iuſtitia politica.* ibid.
XXXVIII. *De donis in communi.* 104
XXXIX. *De timore in communi.* ibid.
X L. *De timore ſeruili.* 105
X L I. *De timore initiali.* ibid.
X L I I. *De timore filiali.* ibid.
X L I I I. *De dono pietatis.* ibid.
X L I V. *De dono ſcientiæ.* 106
X L V. *De dono conſilij.* ibid.
X L V I. *De dono ſapientiæ, & intellectus.* ibid.
X L V I I. *De beatitudinibus in genere.* ibid.
X L V I I I. *De prima beatitudine.* 107
X L I X. *De ſecunda beatitudine.* ibid.
L. *De tertia beatitudine.* ibid.
L I. *De quarta.* ibid.
L I I. *De quinta.* ibid.
L I I I. *De ſexta.* ibid
L I V. *De ſeptima.* ibid.
L V. *De octaua.* ibid.
L V I. *De ſenſibus ſpiritualibus.* 108
L V I I. *De fructibus ſpiritualibus.* ibid.
L V I I I. *De dulia & latria.* ibid.
L I X. *De præceptis in genere.* ibid.
L X. *De ſecundo præcepto.* 109
L X I. [illegible] ibid.
L X I I. *De tertio præcepto.* 110
L X I I I. *De quarto præcepto.* ibid.
L X I V. *De quinto præcepto.* ibid.
L X V. *De ſexto præcepto.* ibid.
L X V I. *De ſeptimo præcepto.* ibid.
L X V I I. *De octauo præcepto.* 111
L X V I I I. *De nono & decimo.* ibid.
L X I X. *De conſiliis in genere.* ibid.
L X X. *De conſilijs Euangelicis.* ibid.

Capita ſexti libri.

CAP. I. *DE medicina ſacramentorum.* 113
I I. *De diffinitionibus ſacramenti.* ibid.
I I I. *De ſacramentis nouæ legis.* 114
I V. *De effectu ſacramentorum.* ibid.
V I. *De numero ſacramentorum.* 115.
VII. *De poteſtate diſpenſationis ſacramentorum.* ibid.
VIII. *De triplici ſtatu fidelium.* 116
I X. *De inſtitutione ſacramentorum.* ibid.
X. *De ſacramento baptiſmi.* 117
X I. *De catechiſmo & exorciſmo.* 118
X I I. *De confirmatione.* ibid.
XIII. *De ſacramento Euchariſtiæ.* ibid.
X I V. *De dignitate & excellentia ſacramenti Euchariſtiæ.* 120
X V. *De mirabilibus quæ ſunt in Euchariſtia.* ibid.
X V I. *De effectu in ſuſcipientibus corpus Chriſti.* 121
X V I I. *De modo ſumendi Euchariſtiam.* ibid.
XVIII. *De abſtinentia à communione.* 122
X I X. *De effectu miſſæ.* 123
X X. *De negligentiis quæ fiunt in miſſa.* ibid.
X X I. *De ſacramento pœnitentiæ.* ibid.
XXII. *De qualitate pœnitentiæ.* 124
XXIII. *De effectu pœnitentiæ.* 125
XXIV. *De partibus pœnitentiæ.* ibid.
X X V. *De contritione.* ibid.
X X V I. *De confeſſione* 126
X X V I I. *De qualitate & effectu confeſſionis.* 127
XXVIII. *Cui debeat fieri confeſſio.* ibid.
X X I X. *De ſigillo confeſſionis.* 128
X X X. *De ſatisfactione.* ibid.
X X X I. *De ſingulis partibus ſatisfactionis in communi.* ibid.
XXXII. *De ſingulis partibus ſatisfactionis.* 129
XXXIII. *De iuſtificatione impij.* ibid.
XXXIV. *De pœnitentia venialium.* 130
XXXV. *Propter quid dimittitur peccatum veniale.* ibid.
XXXVI. *De extrema unctione* 131
XXXVII. *De ſacramento ordinis.* ibid.
XXXVIII. *De qualitate ordinandorum.* 132
XXXIX. *De ſacramento matrimonij.* 133

Capita ſexti libri.

CAP. I. *DE fine mundi.* 134
I I. *De purgatorio.* ibid.
I I I. *De acerbitate purgatorij.* ibid.
IV. *De ſuffragiis Eccleſiæ.* 135
V. *Quorum ſuffragia proſunt & quibus.* ibid.
VI. *Vtrum indulgentiæ valeant defunctis.* 136
V I I. *De aduentu Antichriſti.* ibid.
V I I I. *De vita Antichriſti.* ibid.
I X. *De quatuor modis quibus decipiet.* 137
X. *De ſequentibus Antichriſtum.* ibid.
X I. *De Gog, & Magog.* 138
X I I. *De Elia & Enoch.* ibid.
X I I I. *De duratione huius perſecutionis.* ibid.
X I V. *De morte Antichriſti.* ibid.
X V. *De conflagratione mundi.* ibid.
X V I. *De reſurrectione generali.* 139
X V I I. *De iudicio extremo.* ibid.
XVIII. *De iudicantibus.* 140
X I X. *De iudicandis.* ibid.
X X. *De innouatione mundi.* 141
XXI. *De pœnis inferni.* ibid.
XXII. *De diuerſitate pœnarum.* 141
XXIII. *De gloria ſanctorum.* 143
XXIV. *De dotibus in communi.* ibid.
XXV. *De dotibus animæ in generali.* ibid.
XXVI. *De dotibus animæ in ſpeciali.* 144
XXVII. *De dotibus corporis in generali.* ibid.
XXVIII. *De dotibus corporis in ſpeciali.* 145
XXIX. *De aureolis in genere.* 146
XXX. *De aureolis in ſpecie.* 147
XXXI. *Enumeratio cœleſtium gaudiorum.* ibid

INDEX RERVM

Notabilium, quæ in Cõmpendio theogicæ veritatis continentur.

A

ABſtractioni inſunt duo. l.1.c.45
Acedia quid. l.3.c.18
Acediæ filiæ ſex, ſcilicet malitia, deſperatio, puſillanimitas, rancor, torpor, euagatio. ibid.
Mala quæ ex acedia eueniunt. ibid.
Acedia quando mortale, & quando veniale peccatum. l.3.c.25
Actio corporalis poteſt referri ad finem temporalem, non ſpiritualis. l.5.c.14
Actio in diuinis duplex, vna ponit aliquid in re, alia non. l.1.c.30
Actus dicitur ex fine bonus vel malus. l.5.c.14
Actus peccati & reatus differunt. l.3.c.3
Ad, præpoſitio, quid dicit l.1.c.6.
Adam duplex præceptum accepit. l.2.c.63
Adam quomodo lapſus. l.2.c.65
Adam an Eua grauius peccauit. ibid.
Æqualitas diuinarum perſonarum in quibus conſiſtat. l.1.c.22.
Æſtimatiua virtus quomodo ab imaginatiua differt. l.2.c.38
Æſtimatiuæ officium. ibid.
Ætates mundi quæ & quot. l.2.c.10
Ætates hominis. ibid.
Æternitas eſt interminabilis vitæ iucunda, tota ſimul & perfecta poſſeſſio. l.1.c.18
Æternitas ſoli Deo propriè conuenit. ibid.
Affectiones animæ. l.2.c.41
Amor multiplex. l.2. c.8. & l.5. c.41. & l.5. c. 24
Amoris gradus. l.5.c.19
Amor dilectio & charitas quomodo differunt. l.5.c.24.
Amor duplex, ſcilicet filialis & mercenarius. l.5.c.41
Angelus creatoris ſimilitudo. l.1.c.6
Angelus quid. l.2.c.11
Angelus mobilis tripliciter. ibid.
Differentia inter Angelum & animam. ibid.
Angeli quando creati. l.2.c.13
Angelus eſt nomen officij, non naturæ. l.2.c.14
Angelicæ cuſtodiæ effectus. l.2.c.18
Angeli obtria nobis ſeruiunt. ibid.
Angelus an accendat affectum hominis. ibid.
Angeli quomodo loquuntur. l.2.c.19
Angelorum perfectiones. l.2. c.13
Angelorum viſio duplex. ibid.
Angelorum officia. l.2.c.14
Angelorum cognitio multiplex. l.2.c.15
Angelorum motus. ibid.
Angelorum actus. l.2.c.18
Angelorum ſpecialia nomina. l.2.c.10
Angelorum numerus indicibilis. l.2.c.23
Angelorum qui ceciderunt. ibid.
Angelorum ruina reſtaurabilis & quomodo. l.2.c.24.
Anima quomodo eſt in Deo. l.1.c.25
Deus in anima fideli multiplicitet. l.1.c.17
Anima quid. l.2.c.29. & 30
Anima diuerſimodè nominatur ſecundum diuerſos effectus. l.2.c.31
Anima alienatur à ſenſibus tripliciter. l.2.c.35
Anima eſt immortalis l.2. c.55
Anima cur corpori vnita. l.2.c.60
Anima corpori vnita contrahit multa commoda & incommoda. ibid.
Animæ etymologia. l.2.c.31
Animæ multiplex actus. l.2.c.32
Animæ tres. ibid.
Animæ potentiæ. l.2.c.33
Tria ſunt in anima, potentiæ, habitus, & paſſiones. l.2.c.42
Animæ accidentia tranſmutant corpora. l.2. c. 57
Antichriſtus naſcetur in Babylonia de tribu Dan. l.7.c.7
Angelus deputabitur Antichriſto ad cuſtodiam. ibid.
Antichriſti mores peſſimi. l.7.c.8
Antichriſti præſumptio. ibid.
Antichriſtus quatuor verſutiis vtetur. l.7.c.9
Antichriſti aduentus duplex. l.7.c.12
Antichriſti mors. l.7.c.13
Appropriata diuinarum perſonarum. l.1.c.26
Appropriatio quid ſit. ibid.
Articuli fidei quot. l.5.c.21
Aſcenſio, aſſumptio & euolatio quomodo differunt. l.4.c.14
Circa aſcenſionem Chriſti octo conſideranda. ibid.
Quare aſcendit Chriſtus in cœlum & ad quid. ibid.
Aſcenſio Chriſti Angelis mirabilis, dæmonibus terribilis & nobis ſalutaris. ibid.
Aſcenſio Chriſti cur non ſtatim poſt reſurrectionem. ibid.
Aſſerimus aliquid de Deo multipliciter. l.1.c.24
Aſſiſtere & miniſtrare quomodo differunt. l.2.c.15
Aſſub quid & quotuplex ſit. l.2.c.9
Auaritia quid. l.3.c.19
Auarus ſceleſtiſſimus. ibid.
Mala quæ ex auaritia ſequuntur. ibid.
Auaritiæ ſeptem filiæ. ibid.

Auaritia

Auaritia quando mortale & quando veniale. l.7.c.26.
Auaritia cur idololatriæ comparatur. ibid.
Aureola quid. l.7.c.29
Aureola quibus debeatur. ibid.
Differentia inter auream, aureolam & palmam. ibid.

B

BAptiſmus Chriſti vtilis nobis. l.4.c.13
In baptiſmo Chriſti notantur ſubſtantialia baptiſmi noſtri. ibid.
Baptiſmo quioque neceſſaria. l.6.c.9
Baptiſmus cur in aqua. ibid.
Baptiſmus triplex, fluminis, flaminis & ſanguinis. ibid.
Octo ſunt de ſolemnitate baptiſmi, quæ non ſunt de ſubſtantia. ibid.
Baptiſmi effectus. ibid.
Baptiſmus Chriſti & Ioannis quomodo differunt. ibid.
Beatitudines ſeptem ſecundum diſtinctionem graduum, & octo ſecundum eſſentiam. l.5.c.47.
Per beatitudines excluduntur vitia capitalia. ibid.
Bonum multiplex. l.5.c.3
Bonitatis ſummæ triplex effluxio. l.2.c.1
Bruta citius recipiunt influxus primi motoris quam homines. l.2.c.39

C

CAligo quid. l.1.c.9
Caſus Angelorum. l.2.c.21
Catechiſmus quare inſtitutus. l.6.c.10
Character quid. l.6.c.7
Charitatis definitio. l.5.c.23
Charitas quaſi chara vnitas. l.5.c.24
Charitatis effectus. l.5.c.25
Charitas forma virtutum. l.5.c.26
Charitas multis aſſimilatur. ibid.
Charitas excellit alias virtutes. l.5.c.27
Charitatis ordo. l.5.c.30
Charitas nunquam euacuabitur. l.7.c.26
Charitas duplex nobis datur in iuſtificatione. l.1.c.9
Chriſtus cur nec prius nec poſterius venerit. l.4.c.5
In Chriſto vna perſona & tres eſſentiæ. l.4.c.8
In Chriſto triplex vnio. ibid.
Chriſtus ſecundum quod eſt homo, non eſt perſona. ibid.
Chriſto homini plores actus conueniunt, propter quos diuerſis rebus comparatur. l.4.c.9
Chriſti natiuitas triplex. l.4.c.11
Chriſti natiuitas gratioſa, glorioſa, copioſa, fructuoſa. ibid.
Chriſtus circumciſus multiplici ratione. l.4.c.12.
Circuncilio Chriſti quadruplex. ibid.
In baptiſmo Chriſti notatur ipſius humilitas & noſtra vtilitas. l.4.c.13
In Chriſto plenitudo gratiæ perſonæ ſingularis, capitis, & vnionis. l.4.c.14
Chriſtus non habuit fidem & ſpem, ſed quod eis ſuccedit in patria. ibid.
Chriſtus inquantum homo eſt caput Eccleſiæ. ibid.
Chriſtus plenus ſapientia. l.4.c.15
Chriſtus quomodo proficiebat ſapientia. ibid.
Chriſtus ſecundum vtramque naturam dicitur lux. ibid.
Chriſtus meruit inquantum viator, non inquantum comprehenſor. l.4.c.16
Chriſtus meruit ſibi & nobis. ibid.
In Chriſto voluntas creata & increata. l.4.17
Chriſtus quomodo mori recuſarit. ibid.
Chriſtus quos defectus aſſumpſit. l.4.c.18
Chriſti paſſio acerbiſſima. l.c.19
Chriſtus ſex vicibus ſanguinem ſuum fudit. ibid.
Chriſtus ſi paſſus non fuiſſet, tamen ſenio defeciſſet. ibid.
Effectus paſſionis Chriſti multiplex. l.4.c.10
Chriſtus quaſi liber in cruce poſitus docet. ibid.
Chriſtus ſuos imitatores honorat. ibid.
Suauitates in Chriſti paſſione. ibid.
Chriſtus ſacerdos, templum, hoſtia. ibid.
Chriſti crux quid deſignet. l.4.c.21
Chriſtus ſeptem verba in cruce protulit. ibid.
Chriſtus cur ad inferos deſcendit. l.4.c.22
Chriſtus ab inferis quos liberauit. ibid.
Chriſtus in triduo mortis ſuæ non fuit homo. ibid.
Chriſtus quibus teſtimoniis probauerit reſurrectionem ſuam. l.4.c.23
Chriſtus apparuit quinquies in die reſurrectionis, & quibus. ibid.
Item apparuit quinquies inter reſurrectionem & aſcenſionem. ibid.
Multiplex cauſa cur Chriſtus reſurrexit. ibid.
Reſurrectio Chriſti cauſa & figura noſtræ reſurrectionis ſpiritualis. ibid.
Circa aſcenſionem Chriſti octo conſideranda. l.4.c.24
Quare Chriſtus aſcenderit in cœlum & ad quid. ibid.
Chriſtus à dextris Dei & quomodo. l.4.c.25
Chriſti corpus non obligatum loco. ibid.
Chriſti corpus quomodo ſub hoſtia. l.1.c.17
Chriſti corpus cur velatum ſumitur. l.6.c.16
Circunſtantiæ peccatorum quæ. l.6.c.25
Quatuor coæua, cœlum, Angeli, materia & tempus. l.2.c.1
Cœlum & terra quomodo tranſibunt. l.7.c.20
Cœli inclinant & non cogunt. l.2.c.4
Cœlorum natura & conditio. ibid.
Cœli igne non purgabuntur. l.7.c.15
Cognoſcibilia quædam intra rationem, quædam iuxta, quædam ſupra. l.1.c.16
Tribus modis cognoſcimus aliquid, ſecundum quod eſt, vel ſicut eſt, vel quid eſt. l.7.c.27
Cognitio duplex. l.2.c.34
Cognitionem immittere, incendere, & mentem illuminare quomodo differunt. l.2.c.28
Cometa quid. l.2.c.9
Communicans dignè multa bona conſequitur. l.6.c.15
Mala quæ indignè communicantes incurrunt. ibid.
Circa communionem quot modis poteſt aliquis peccare. l.6.c.16

Quare laici non communicant ſub vtraque ſpecie. ibid.
Communione qui priuantur. l.6.c.17
Concupiſcentia duplex, carnis & oculorum. l.5.c.68.
Confeſſio eſt per quam morbus latens ſpe veniæ aperitur. l.6.c.25
Confeſſio duplex, mentalis & vocalis. ibid.
Quæ circunſtantiæ ſint confitendæ. ibid.
Confeſſio quando facienda. ibid.
Confeſſio facta in peccato mortali an valeat. ibid.
Confeſſio quando iteranda. ibid.
Confeſſio an poſſit fieri per nuntium, vel per epiſtolam. ibid.
Confeſſionis conditiones. l.6.c.26
Confeſſionis effectus. ibid.
Confeſſio cui facienda. l.6.c.27
Confeſſionis ſigillum. l.6.c.28
Ad conformationem perfectam in gratia tria pertinent. l.4.c.4
Confirmatio ſacramentum quæ exigit. l.6.c.12
Confirmationis vtilitas. ibid.
Conformitas voluntatis noſtræ ad diuinam duplex, in modo volendi & in volito. l.1.c.32
Conformitas ad Deum, quatuor comprehendit. ibid.
Correptio triplex, amoris, timoris, & pudoris. l.5.c.70
Conſcientia quid ſit, & vnde dicitur. l.2.c.52
Conſcientiæ error octo modis aduenit. ibid.
Conſilium accipitur multipliciter. l.5.c.45
Conſilium quid. l.5.c.69
Conſilia à præceptis quomodo differunt. ibid.
Conſilia Euangelia quæ & quot. ibid.
Partes corporis humani habent ſimilitudinem totius mundi. l.2.c.57
Corpus humanum ex quatuor elementis compoſitum. ibid.
Corpus primi hominis quale. l.2.c.62
Correctio triplex, ſcilicet amoris, timoris & pudoris. l.5.c.70
Creare, generare, & facere quomodo differunt. l.2.c.1
Creatura triplex, ſpiritualis, corporalis & ex his compoſita. l.2.c.2
Creatura corporalis proprie dicitur creatoris veſtigium, ſpiritualis ſimilitudo, compoſita imago. l.1.c.6
Creatura prius eſt in Deo quam in ſeipſa. l.1.c.25
Credere Deo, in Deum & Deum quomodo differunt. l.5.c.21
In omni creatura aliud eſt eſſentia, aliud virtus, aliud operatio. l.2.c.11

D

Damnati cur puniuntur æternaliter. l.1.c.33
In damnatis erit varietas pœnarum. l.7.c.22
Damnati an videant gloriam beatorum. ibid.
Damnatorum fletus qualis. ibid.
Ipſum eſſe in damnatis erit pœnale. ibid.
De, præpoſitio multipliciter capitur. l.2.c.5. & l.6.c.14.
Præcepta decalogi poſſunt dici data, vel innata. l.5.c.59
Defectus aſſumpti à Chriſto qui. l.4.c.18
Delectatio carnalis moroſa peccatum eſt mortale. l.3.c.11
Delectatio duplex, naturalis & voluntaria. ibid.
Deum eſſe probatur. l.1.c.1
Dei eſſe perfectum, noſtrum imperfectum ibid.
Deus vnus eſt l.1.c.2
Deus tripliciter dicitur, ſcilicet naturaliter, adoptiuè & nuncupatiuè. ibid.
Deus eſt ſummum, primum & vnum ſolum principium. l.1.c.3
Deus cognoſcitur tripliciter, ſcilicet per negationem, eminentiam & cauſam. l.1.c.16
Deus cognoſcitur interius & exterius. ibid.
Deus vbique & quomodo. l.1.c.17.
Deus ita eſt in irrationabilibus creaturis, vt non capiatur ab ipſis. l.1.c1.
Deus pro ratione meritorum cognoſcitur in patria. ibid.
Deus aliter relucet in viatoribus, aliter in beatis. l.1.c.10
Deus vbi erat ante mundi conſtitutionem. l.1.c.17.
Deus an ſit in diabolo. ibid.
Deus in anima fideli multipliciter. ibid.
Deus eſt æternus, & tamen nullo tempore menſuratur. l.1.c.18.
Deus omninò immutabilis. l.1.c.19
Deo conueniunt aliqui motus myſticè. Ibid.
Deus in eſſentia ſimplex, in donis multiplex. l.1.c.20.
Quæ ſoli Deo & nulli creaturæ conueniunt. l.1.c.21.
Si quid Deo & creaturæ conueniat, tamen excellentiùs de Deo dicitur. ibid.
Deus eſt cauſa efficiens, exemplaris & finalis, ſed nullo modo materialis. l.2.c.1
Nomen quod de Deo dicitur, aut eſſentiale, aut perſonale, aut notionale. l.1.c.23
Deus eſt ineffabilis. l.1.c.24
Deus non habet definitionem. ibid.
De Deo aſſeritur aliquid multipliciter. ibid.
Dei potentia duplex, abſoluta & ordinata. l.1.c.27.
Deo non attribuuntur actus culpabiles, nec materiales, nec inconuenientes. ibid.
Deus ſcit omnia præſentialiter, ſimul, perfectè & immutabiliter. l.1.c.29
Differentia inter ſcientiam Dei, Chriſti, Angeli, & hominis. ibid.
Sapientia Dei multipliciter nominatur. ibid.
Deus cognoſcit bonum per propriam eſſentiam, mala autem per eſſentiam ſuam & per habitum oppoſitum malitiæ. ibid.
Deus non eſt cauſa mali. l.1.c.30
Deus præuidet ſaluandum & modum quo ſaluari debeat. ibid.
Quare Deus hunc prædeſtinauit & non illum, quæſtio inexplicabilis. ibid.
Scientia Dei comparatur ad res creatas, ſicut ars ad artificia. l.1.c.31
Voluntas Dei duplex, ſcilicet beneplaciti & ſigni. Quæ ſigna ſunt quinque, ſcilicet præceptio, prohibitio, conſilium, permiſſio, & operatio. l.1.c.32

Volontas beneplaciti in Deo ſumitur propriè, ſed voluntas ſigni dicitur tantum metaphoticè. ibid.

Conformitas ad Deum duplex, ſcilicet proportionis & proportionalitatis. ibid.

Qualiter voluntati diuinæ teneamur conformari. ibid.

Cooformitas voluntatis humanæ ad diuinam, attenditur ſecundum voluntatem rationis. ibid.

Voluntas creaturæ poteſt conformari volontati Dei quadrupliciter ſecundum habitudinem quatuor cauſarum. ibid.

Perfecta conformitas ad Deum comprehendit quatuor. ibid.

Iuſtitia Dei ſumitur tripliciter. l.1.c.33

Qua inſtitia Deus punit hominem æternaliter pro peccato momentaneo. ibid.

In omnibus operibus Dei inuenitur iuſtitia & miſericordia. ibid.

Quare Deus punit hominem in præſenti. ibid.

Cum Dens ſit ioſtus & miſericors, cur dicitur ei proprium eſſe miſereri porius quam eſſe iuſtum. l.1. c.34

Quare Deus hominem fecit, qui peccare poſſet. l.2.c.65

Beati vident Deom ſine medio, l.7.c.27

Diabolus quomodo homini loquitur. l.2.c.19.

Caſus diaboli duplex, ſcilicet ſpiritualis & localis, l.2.c.22.& 23

Peccatum diaboli quare ſit irremiſſibile. l. 2. c.25.

Diaboli plura nomina. l.2.c.26

Nocumenta quæ diabolus infert homini. l.2. c.27.

Diabolus ſemel victus, an de cætero tentare audeat. ibid.

Diei Dominicæ dignitas. l.2.c.10

Diligere Deum & proximum quid ſit. l.5.c.24.

Dilectionis ſigna. l.5.c.28

Melios eſt diligere quam diligi. l.5.c.31

Dilectionis proximi ſuaſio multiplex. ibid.

Dilectio duplex, ſcilicet affectus & effectus. l.5 c.32.

Dilectio inimicorum multum vtilis. ibid.

Dilectio prout eſt dos & prout eſt virtus, quomodo differunt. l.7.c.27.

Dimenſiones corporales quomodo in Deo. l.1.c.14.

Dolor rationalis & ſenſualis. Primus requiritur in pœnitentia, non ſecundos. l.6.c.10

Septem ſunt dona Spiritus ſancti multiplici ratione. l.5.c.38

Effectus donorum Spiritus ſancti. ibid.

Dos eſt id quod ſopra meritum datur in inductione ſponſæ. l.7.c.26

Dotes ſunt duplices, ſcilicet animæ & corporis. Illæ ſunt de præmio ſubſtantiali, hæ de præmio accidentali. l.7.c.24

Nec Chriſtus nec Angeli dicuntur habere dotes. ibid.

Dotes animæ ſunt tres, ſcilicet cognitio, dilectio & inhæſio ſiue tentio. l.7.c.25.

Hæ dotes appropriaotor tribus potentiis, ſc. rationali, concupiſcibili, & iraſcibili. ibid.

Dotes corporis ſunt quatuor, ſcilicet claritas, impaſſibilitas, agilitas & ſubtilitas. l.7.c.27. & 28

Draco quid. l.2.c.9

Dulia quid & cui debetur. l.5.c.58

E

Eclipſis quomodo fit. l.2.c.5

Differentia inter elementum, elementatum & quintam eſſentiam. l.2.c.2

Elementotum qualitates. l.2.c.8

Quare ſacramenta inſtituta ſunt in verbis & elementis. l.7.c.5

Elias & Enoch contra Antichriſtum. l.2. c.12

Emanatio duplex in diuinis, vna per modum naturæ, alia per modum voluntatis l.1.c.7

Eſſentiæ vnitas tres perſonas admittit. l.1.c.10

Eſſentia, ſobſtantia, ſubſiſtentia & perſona differunt in creatura re & nomine, in diuinis ratione. l.1. c.13

Cur Eua de coſta formata? l.2.c.63

Quatuor ſunt de ſubſtantia ſacramenti Euchachariſtiæ, ſcilicet ſacerdos, ſpecies panis & vini, intentio conſecrantis, & forma verborum. l.6.c.6

Forma conſecrationis corporis Chriſti eſt hæc: Hoc eſt enim corpns meum. l.6.c.6

Forma conſecrationis ſanguinis Chriſti eſt hæc: Hic eſt enim calix, &c. ibid.

Eoim non eſt de ſubſtantia formæ, ſed de bene eſſe ipſius, vnde omitti oon debet. ibid.

Non ſolùm requiritur intentio conſecrantis; ſed etiam intentio iſtud ſacramentum inſtitucoris, cuius defectu ſi Sacerdos ſtaret inforo, & ſuper omnes panes formam verborum proferret, etiam cum intentione conſecrandi, non fieret tranſſubſtantiatio. ibid.

Materia Euchariſtiæ alia eſt neceſſaria, alia debita. ibid.

Aqua debet miſceri vino, & parum vt abſorberi poſſit ab illo. ibid.

Si gutta vini impooitur ſanguini, non mutatur in ſanguinem, ſed vtraque ſpecies in ſua natura permanet. ibid.

Res & ſacramentum Euchariſtiæ eſt corpus Chriſti verum, res tantum eſt corpus Chriſti myſticum, ſacramentum vero tantum eſt ſpecies panis & vini. ibid.

Totus Chriſtus eſt ſub qualibet parte vtriuſque ſpeciei. ibid.

Hoſtia frangitur in tres partes propter multas rationes. ibid.

Euchariſtia multipliciter præfigurata. ibid.

Euchariſtiæ dignitas & excellentia. l.6.c.13

Mirabilia multa ſunt in hoc ſacramento. l.6. c. 14.

In Euchariſtia quoddam eſt ſecundum naturam, quoddam ſupra naturam oon ſupra intellectum, & quoddam ſupra naturam & intellectum. ibid.

Conuerſio panis in corpus Chriſti, non habet ſimilitudinem in natura. ibid.

Effectus Euchariſtiæ. l.6.c.15

Euchariſtiam iodignè ſumentes quæ mala incurrant. ibid.

Corpos Chriſti ſumunt quidam ſpiritualiter tantum, quidam ſacramentaliter tantum, quidam ſpiritualiter & ſacramentaliter. l.6. c.16.

Modu

Modus dignè ſumendi Euchariſtiam. ibid.
Quare corpus Chriſti velatum ſumitur. ibid.
Qui à communione excluduntur. ibid.
Ex præpoſitio quid dicat. l.1.c.10
Exemplar, liber vitæ, & ſpeculum quomodo differunt. l.1.c.25
Extrema vnctio requirit quinque. l.6.c.35
In hoc ſacramento forma verborum eſt deprecatiua. ibid.
Sanis non datur hoc ſacramentum, nec pueris, nec aliis quam infirmis in periculo mortis conſtitutis. ibid.
Extrema vnctio contra peccata venialia eſt inſtituta. ibid.
Hoc ſacramentum poteſt iterari. ibid.
Effectus extremæ vnctionis. ibid.

F

FAcere quod in ſe eſt, tria complectitur. l.5 c.13
Fides quid. l.5.c.19
Fides multipliciter dicitur. ibid.
Fides inter opinionem & ſcientiam media ibid.
Ad fidei perfectionem ſeptem pertinent. ibid.
Effectus fidei. l.5.c.20
Differentia inter fidem & ſpem. l.5.c.22
Filius eſt in diuinis. l.1.c.5
Aliquis dicitur filius Dei multipliciter. ibid.
Filius Dei quo ſenſu dicitur ſapientia Patris. ibid.
Filius Dei eſt imago Patris. l.1.c.6
Filij Dei triplex excellentia. ibid.
Filius Dei, virtus Patris. ibid.
Hæc conceditur, Filius operatur per Patrem. l.1.c.8
Multæ rationes quare Filius incarnatus ſit, & non Pater, vel Spiritus ſanctus. l.4.c.6
Vltimo fine voluntates iudicantur bonæ vel malæ. l.5.c.14
Fortitudo quid. l.5.c.36
Fortitudinis quatuor partes, ſ. magnificentia, fiducia, patientia, & perſeuerantia. ibid.
Fortitudinis effectus. ibid.
Fortitudo conſiſtit in aggreſſione arduorum, ſubſtinentia tribulationum, reſiſtentia tentationum, impugnatione vitiorum. ibid.
Fortitudinem iuuant exhortatio prudentium, exempla robuſtorum, exercitatio in pugnis, ſpes remunerationis, hoſtium debilitas, orationis adiutorium, armorum ſpiritualium apparatus, memoria Dominicæ paſſionis, cibus ſpiritualis. ibid.
Fomes remanet poſt baptiſmum. l.3.c.8
Fragilitas humana. l.2.c.61. & l.3.c.7
Fructus duodecim ſpirituales, non dicuntur noui habitus, ſed ſtatus conſolationum. l.5.c.57.

G

GAbriel, fortitudo Dei. l.2.c.20
GDuo tantum genera in diuinis, ſc ſubſtantia & ad aliquid. l.2.c.12
Inter omnes emanationes perfectiſſima eſt generatio. l.1.c.5
Glacies eſt aqua congelata. l.2.c.9
Inanis gloriæ ſeptem filiæ, ſc. inobedientia, contentio, iactantia, hypocriſis, pertinacia, diſcordia & præſumptio. l.3.c.15
Vana gloria, quando ſit mortalis, vel venialis. l.3.c.22
De Gog & Magog diuerſæ opiniones. l.7.c.9
Grando quomodo generatur. l.2.c.9
Gratia ſanctificationis in vtero eſt maior quantum ad eſſentiam quam ſacramentalis. l.4.c.4
Gratia ſanctificationis in vtero eſt media inter gratiam ſacramentalem, & gratiam plenæ confirmationis in patria. ibid
Particeps gratiæ ſanctificationis in vtero non poteſt peccare mortaliter. ibid.
Triplex præparatio ad gratiam, ſ. efficiens, formalis & materialis. l.5.c.2
Gratiæ multiplex acceptio. l.5.c.3
Gratia gratum faciens diſtinguitur in operantem & cooperantem. ibid.
Effectus gratiæ. l.5.c.4
Primam gratiam mereri non poſſumus. l.5.c.15
Gula quid. l.3.c.20
Filiæ gulæ, ſcurrilitas, multiloquium, inepta lætitia, immunditia, hebetudo mentis. ibid.
Gulæ nocumenta. ibid.
Gulæ remedia. ibid.
Quomodo gula ſit peccatum mortale vel veniale. l.2.c.27

H

HAbitus alij acquiſiti, alij infuſi. l.2.c.42
Hierarchia triplex, ſ. ſupercæleſtia, cæleſtis & ſubcæleſtis. l.2.c.12
Hierarchia non eſt in tribus perſonis. ibid.
Hierarchia cæleſtis diuiditur in ſuperiorem, mediam & inferiorem. ibid.
Homo ad imaginem Dei. l.1.c.6
Homo ſolus eſt erecti corporis. l.2.c.57
Hominis dimenſio ad mundi totius dimenſionem. ibid.
Hominis proprietatea. l.2.c.61
Hominis dignitas l.2.c.62
Homini primo quadruplex adiutorium datum. ibid.
Hominis oculus triplex, ſ. carnis, rationis & contemplationis. ibid.
Admirabilis ſtatus primi hominis. ibid.
Cur homo dicitur factus ad imaginem Dei potius quam Angelus. ibid.
Hominia quintuplex ſtatus, ſ. innocentiæ, gratiæ, culpæ, & pœnitentiæ & gloriæ. l.2.c.65
Homicidium corporale & ſpirituale. l.5.c.64
Hoſtia cur frangitur in tres partes. l.6.c.12
Horæ moralea tres, ſ. contritio, confeſſio, & ſatisfactio. l.1.c.9
Hyperdulia quid & cui debetur. l.5.c.58

I

IDeæ rerum & exemplar & rationes quomodo differunt. l.1.c.25
Ideæ in Deo ſunt plures ſecundum intelligentiæ rationem. ibid.
Ideæ ſunt formæ principales rerum quæ diuina intelligentia continentur. ibid.
Dignitas huius nominis, Ieſus. l.4.c.12
In nomine Ieſu quinque literæ, & quid ſignificant. ibid.

Hoc

Hoc nomen, Ieſus,cõuenit Chriſto tripliciter, ſc.ratione naturæ,decentiæ & efficaciç, ibid.
Imago triplex,ſcilicet æqualitatis, imitationis & repræſentationis. l.1.c.6.
Imago alicuius rei eſt in aliquo aũt quantum ad ſpeciem & ſignum ſpeciei, vt imago hominis in filio,aut quantum ad ſignum tantũ ſicut imago eſt ſtatua,& hæc imperfecta. ib.
Imago Trinitatis in nobis. ibid
Virtus imaginatiua quid. l.3.c.37.
Immenſitas quatuor in Deo complectitur,ſ.infinitatem,incomprehenſibilitatem,incircunſcribilitatem, & æternitatem. l.1.c.14
Impreſſiones aëreæ. l.2.c.9
In præpoſitio quid importat. l.1.c.10
Incarnatio verbi conueniens. l.4.c.6
Incarnatio verbi Dei potentiam,ſapientiam, & bonitatem oſtendit. ibid.
Incarnationis fructus. l.4.c.9
Mirabilia circa incarnationem. l.4.c.10
Incomprehenſibilitas Dei. l.1.c.16
In quolibet indiuiduo inuenitur virtus, ſpecies & vtilitas. l.1.c.10
Infernus dicitur dupliciter, ſ.pro pœna, & pro loco pœnæ. l.4.c.22.
Infinitas Dei. l.1.c.15.
Infinitum tripliciter dicitur,ſ.negatiuè, priuatiuè,& contrariè ſeu diſparatè. ibid.
Inimici quomodo diligendi. l.5.c.15
Inimicus duplex, ſ.perſonæ noſtræ & Eccleſiæ. ibid.
Inimicorum dilectio valdè vtilis. ibid.
Ira quid. l.3.c.17
Ira duplex,ſ.per vitium & per zelum. ibid.
Ira duplex habet eſſe, ſ.eſſe naturæ & eſſe moris. ibid.
Quid remittendum & non remittendum in iniuria. ibid.
Tres gradus iræ. ibid.
Filiæ iræ,rixa,tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blaſphemia. ibid.
Mala quæ veniunt ex ira. ibid.
Iræ remedia. ibid.
Quomodo ira ſit peccatum mortale vel veniale. l.3.c.14
Iris eſt lumen ſolis receptum in nube concaua & aquoſa. l.2.c.9.
Irremiſſibile accipitur tripliciter, ſ.negatiuè, priuatiuè, & contrariè. l.3.c.29.
Iudicium Philemonis de Hippocrate. l.2.c.59
Primum Dei iudicium per aquam,vltimum per ignem. l.7.c.15
Iudicium triplex, ſ. vniforme, multiforme, & omniforme. l.7.c.17
Vltimum iudicium horribile ex omni parte.ib.
Locus iudicij erit in valle Ioſaphat. ibid.
Non ſolum ſecundum poteſtatem diuinam,ſed etiam in forma humana Chriſtus iudicabit. l.7.c.18.
Quinque ſunt modi iudicandi. ibid.
Chriſtus in iudicio nullo modo videri poterit à malis in forma diuinitatis. ibid.
Quatuor ordines iudicandorum. ibid.
Iudicium rationis duplex,ſ.diſcretiuum & diffinitiuum. l.5.c.34
Iuſtitiæ eſt ſeruare vnicuique quod ſuum eſt. l.5.c.37.
Partes iuſtitiæ ſunt ſex, ſ. religio,pietas,gratia, vindicatio, obſeruantia, veritas. ibid.
Iuſtitia manet in patria. ibid.
Multa mouent ad rectitudinem iuſtitiæ. ibid.
Iuſtitia conſiſtit in fide,oratione, ſancta meditatione & humiliatione. ibid.
Iuſtitia duplex, ſ.commutatiua & diſtributiua. l.5.c.11.
Iuſtitia Dei tripliciter ſumitur. l.1.c.33
Iuſtificatio impij eſt motus ab iniuſtitia ad iuſtitiam. l.6.c.32
In iuſtificatione impij quatuor requiruntur, ſ. motus liberi arbitrij, contritio, infuſio gratiæ, & remiſſio culpæ. ibid.
Iuſtificatio impij fit in inſtanti. ibid.
Iuſtificare impium eſt maius quam creare cœlum & terram. ibid.
In iuſtificatione duplex charitas datur,ſ.creata & increata. l.1.c.9.

L

Latria eſt ſeruitus & reuerentia Deo exhibita l.5.c.58
Latria comprehendit quinque,ſ.fidem, ſapientiam,reuerentiam,ſacrificium,& orationẽ.ib.
Legio habet 6666. vnitates. l.2.c.23
Liberum arbitrium quid. l.2.c.56
Libertas triplex, ſ. à neceſſitate,à peccato & à miſeria. ibid.
Liberum arbitrium in patria liberrimum. ibid.
Libri vitæ ſunt duæ paginæ. l.1.c.30
Licita non ſemper facienda. l.2.c.2
Ligamur multipliciter, ſ lege naturæ, præceptis diuinis, voto, decretis patrum,conſuetudine, mandatis prælatorum, conſcientia. l.5.c.59
Aliquid eſt in loco circunſcriptiuè & diffinitiuè,vt corpus:aliquid diffinitiuè,non circunſcriptiuè, vt Angelus: aliquid nec ſic, vt Deus:aliquid partim circunſcriptiuè,partim diffinitiuè, vt corpus Chriſti in ſacramento. l.1.c.17.
Tria tantum loca poſt iudicium habitanda, ſ. cœlum infernus,& Limbus. l.7.c.22
Lucifer fuit de ſupremo ordine ſuperioris hierarchiæ. l.2.c.28
Lucifer ſubditos habere voluit, & nulli ſubiectus eſſe. ibid.
Lux eſt actus lucidi, ſecundum quod lucidum. l.2.c.6
Lux dat eſſe intentionale corporibus vel coloribus, ſicut intellectus agens dat phantaſmatibus eſſe intellectuale. ibid.
Lux,lumen & ſplendor quomodo differunt. ib.
Luxuria quid. l.3.c.21
Differentiæ luxuriæ ſunt octo,ſ.fornicatio,meretricium,adulterium,ſtuprum,ſacrilegium, inceſtus, ſodomia, libidinoſus coitus coniugalis. ibid.
Filiæ luxuriæ ſunt octo, ſ. cæcitas mentis, inconſideratio mortis,inconſtantia, amor ſui, præcipitatio, odium Dei,affectus præſentis ſeculi, & deſperatio futuri ſeculi. ibid.
Luxuriæ remedia. ibid.
Cur data eſt poteſtas dæmonibus exercendi magicas artes. l.2.c.27
Malum cognoſcitur per ſpeciem oppoſiti habitus. l.1.c.29
Malum triplex,ſ.culpæ,pœnæ & damni.l.3.c.1
Malum eſt multipliciter vtile. ibid.
Maria ſeptem tantum verba locuta eſt in Euangelio. l.4.c.3.

Mariæ quadruplex puritas, ſ. ſanctificationis in vtero, innocentiæ in vita, virgineæ caſtitatis, & præſentiæ Dei. l.4.c.4
Mariæ ſanctificatio triplex, ſ. in vtero, in Spiritus ſancti obumbratione, & filij Dei conceptione. ibid.
Maria virgo cur deſponſata viro. l.6.c.38
Eſſe matrem Dei eſt ſuprema dignitas quæ puræ creaturæ communicari poteſt. l.4.c.4
Cauſa matrimonij quadruplex. l.6.c.38
Quadruplex matrimonium, ſ. carnale, morale, allegoricum & anagogicum. ibid.
Matrimonij triplex bonum, fides, proles, ſacramentum. ibid.
Eccleſia non poteſt matrimonium diſſoluere. ib.
Matrimonij impedimenta. ibid.
Matrimonij vſus quomodo vitiatur. ibid.
Medicina quadruplex, ſ. curatiua, conſeruatiua, præſeruatiua & melioratiua. l.6.c.5.
Medium triplex, ſc. differens, obnubilans & diſponens. l.7.c.26
Membra corporis ſunt triplicia, ſ. radicalia, deſeruientia, officialia. l.2.c.57
Omnia membra mutuò ſibi deſeruiunt. ibid.
Memoria eſt repoſitorium præteritorum. l.2.c.40
Memoria, imaginatio & reminiſcentia quomodo differunt. ibid.
Mendacium triplex, ſ. pernicioſum, officioſum & iocoſum. l.5.c.67
Meritum eſt boni operis efficacia ad obtinendum id quod non habetur, vel ad habendum iuſtius quod habetur. l.5.c.11
Ad efficaciam merendi tria valent, ſ. difficultas operis, promptitudo voluntatis, & magnitudo charitatis. l.5.c.13
Triplex meritum, ſ. congrui, digni & condigni. ibid.
Meritum Chriſti. l.4.c.16
Michael, quis vt Deus. l.2.c.21
Miraculum eſt arduum aut inſolitum ſupra ſpem aut facultatem mirantis apparens. l.1.c.28
Miracula quædam ſunt ſupra naturam, quædam contra naturam, quædam præter naturam. ibid.
Miſericordiæ etymologia. l.1.c.34
Proprium Dei eſt miſereri. ibid.
Miſericordia Dei patet in effectibus diuinorum beneficiorum. ibid.
Miſſa plurimas habet prærogatiuas. l.6.c.18
Miſſæ moralis expoſitio. ibid.
Miſſio Spiritus ſancti & filij duplex, ſ. viſibilis & inuiſibilis. l.1.c.9
Solius Patris eſt mittere & non mitti. ibid.
Hæ ſunt impropriæ & exponendæ, Spiritus ſanctus mittit ſe & mittit filium, & filius mittit ſeipſum. ibid.
Modus ſignificandi quid ſit. l.1.c.22
Modus cognoſcendi Dei, Angeli & hominis l.2.c.45
Motus triplex, ſ. naturalis, voluntarius & violentus. l.1.c.19
Motus primi mobilis ab Oriente in Occidentem. l.2.c.5
Primi motus ſunt venialia peccata. l.4.c.10.
Mors duplex, ſ. animæ per culpam, & corporis per pœnam. l.7.c.16
Mundus ad imaginem Dei factus. l.1.c.6
Mundus triplex, ſ. archetypus, macrocoſmus, & microcoſmus. l.2.c.2
Errores circa mundi creationem. l.2.c.12
Mundi immunditiæ ad infernum defluent. l.7.c.22

N

Naufragium Duplex, ſ. peccati originalis & actualis. l.6.c.22
Natiuitas Chriſti triplex, ſ. diuina, humana & gratuita. l.4.c.11
Has tres natiuitates repræſentat Eccleſia in die natiuitatis eius. ibid.
Natiuitas Chriſti gratioſa, glorioſa, copioſa, fructuoſa. ibid.
Natiuitas Chriſti vtilis, honeſta & iucunda. ibid.
Natura neque boni neque mali ſumus. l.5.c.13
Nebula eſt ſignum ſerenitatis. l.2.c.9
Nix quomodo generatur. ibid.
Nomen Dei aut eſſentiale, aut perſonale, aut notionale. l.1.c.2a
Hoc nomen, Deus, tripliciter accipitur, ſ. naturaliter, adoptiue & nuncupatiue. l.1.c.2
Nomen Dei aſſumitur in vanum, corde, ore & opere. l.1.c.61
Hoc nomen, Spiritus ſanctus, vt eſt circumlocutio vnius proprij nominis, conuenit tantum tertiæ perſonæ: ſi verò hæ dictiones ſumantur diuiſim, eſt commune toti Trinitati. l.1.c.9
Principalia nomina Dei. l.1.c.23
Notiones Dei ſunt quinque, ſ. paternitas, filiatio, proceſſio, innaſcibilitas, & cõmunis ſpiratio. Tres primæ ſunt perſonales. l.1.c.22
Notiones habent multa nomina. ibid.
Notionum regulæ. ibid.
Nuntius incarnationis cur Angelus l.4.c.2.
Oculus hominis triplex, ſ. carnis, rationis, & contemplationis. l.2.c.62
Obedientia duplex, ſ. perfecta & imperfecta. l.5.c.70
Obduratur cor hominis per inhabilitatem ad ſuſcipiendam gratiam, per firmam adhæſionem ad peccatum & per rebellionem diuinarum inſpirationum. l.1.c.31
Offenſus non tenetur neceſſario reconciliationem petere. l.5.c.32
Peccata omiſſionis. l.3.c.33
Deus operatur aliquando mediante natura, aliquando per ſe immediate. l.2.c.1
Differentia inter operari Dei & creaturæ. ibid.
Opera ſex dierum exponuntur moraliter. l.2.c.2
Quinque genera operum. l.3.c.6
Peccata operis. l.3.c.32.
Ad opera bona tria nos incitant, ſ. lex naturæ, ratio, & gratia. l.5.c.2
Opera miſericordiæ ſunt duodecim. l.5.c.52
Opera meritoria totaliter ſunt à gratia & totaliter libero arbitrio l.5.c.13
Non omnia opera factà in charitate ſunt meritoria. ibid.
Opera bona ſunt meritoria trium, ſ. vitę æternę augmenti gratiæ, & remiſſionis pœnæ. l.5.c.15
Opera quæ non fiunt in charitate, non valent ad vitam æternã, ſed ad alia multa. l.5.c.15
Opera mortificata quomodo reuiuiſcunt. l.6. c.22.
Ordo eſt ſignaculum quoddam, in quo poteſtas ſpiritualis traditur ordinatis & officij. l.6.c.36

P

PAginæ libri vitæ ſunt duæ, vna eſt præſentis iuſtitiæ: altera eſt diſpoſitionis æternæ. l.1.c.30.
Paradiſus terreſtris qualis fuerit. l.2.c.64
Paruuli decedentes non baptizati ſolam pœnam damni habent, non ſenſus. l.3.c.8
Paſſio & propaſſio differunt ſicut habitus & diſpoſitio. l.4.c.18
Paſſio Chriſti fuit maxima. l.4.c.19
Si Chriſtus paſſus non fuiſſet, tamen ſenio defeciſſet. ibid.
Effectus paſſionis Chriſti. l.4.c.20
Omnia peccata Chriſti paſſione tolluntur. ibid.
Paſſiones aliæ innatæ, aliæ illatæ, aliæ cordibus alienis inflictæ. l.7.c.29
Peccati quadruplex definitio ſecundum quadruplicem cauſam. l.3.c.2
In peccato ſunt duo, ſ. auerſio à creatore, & conuerſio ad creaturam. ibid.
Peccatum non eſt ſubſtantia vel res aliqua, ſed defectus & corruptela. l.3.c.3.
Cur peccatum dicitur nihil. ibid.
Aliud eſt peccati actus, aliud habitus, aliud macula ſiue reatus. ibid.
Peccatum habet multa nomina. l.3.c.4
Voluntas eſt cauſa peccati non efficiens, ſed deficiens. l.3.c.5
Quædam antecedunt peccatum, quædam ſequuntur, quædam circunſtant. ibid.
Vnum peccatum dicitur maius altero cauſalitate, generalitate, deformitate, difficultate remittendi, periculoſitate, &c. ibid.
Peccatum ex impotentia, ignorantia & malitia. l.3.c.6.
Peccatum ex amore male accendente, & timore malè humiliante. ibid.
Peccatum cordis, oris & operis. ibid.
Peccatum in Deum, in ſeipſum & in proximum. ibid.
Peccatum in Patrem, in Filium, & in Spiritum ſanctum. ibid.
Peccatum commiſſi & delicti. ibid.
Peccatum carnale & ſpirituale. ibid.
Peccatum originale & actuale. ibid.
Peccatum mortale & veniale. ibid.
Septem peccata capitalia. ibid.
Ex peccato multa mala, ante mortem, in morte, & poſt mortem. l.3.c.7
Peccatum eſt pœna peccati. ibid.
Peccatum reddit bona quæ fiunt infructuoſa. ibid.
Peccatum ex homine infernum facit. ibid.
Peccatum nocet ipſum deſerenti & de illo pœnitenti. ibid.
Per peccatum corrumpitur puritas liberi arbitrij in agendo & ſuſcipiendo. ibid.
Peccatum nocet omnibus. ibid.
Per peccatum fit corruptio ſpeciei, modi & ordinis. ibid.
Peccatum originale eſt in carne & in anima. l.3.c.8.
Tranſmiſſio peccati originalis ad poſteros non eſt à Deo, nec à natura condita, ſed à vitio primi hominis perpetrato. ibid.
Peccatum originale habet multa nomina. l.3.c.9
Peccatum veniale ſemper eſt à voluntate ad hoc mouente, vel permittente, vel non prohibente. l.3.c.12
Actus qui ex ſe eſt venialis, poteſt fieri mortalis. ibid.
Differentia inter peccatum mortale & veniale. ibid.
Homo poteſt per aliquod breue tempus eſſe ſine peccato veniali, non diu. ibid.
Effectus peccati venialis. l.4.c.13
Peccatorum actualium mortalium vnum eſt initium, duplex radix, triplex fomentum, ſeptiforme caput. l.3.c.14
Peccatum in Spiritum ſanctum procedit ex libera & improba voluntate liberi arbitrij, & eſt irremiſſibile. l.3.c.19
Peccata cordis. l.3.c.30
Peccata oris. l.3.c.31
Peccata operis. l.3.c.32
Periurium prohibetur. l.5.c.61
Perfectio triplex, ſ. gratiæ, virtutis, & operis virtutis. l.5.c.4
Multiplex eſt perfectio, ſ. ſufficientiæ, ordinis, religionis, prælationis & ſecuritatis. l.5.c.6
Perfectio duplex, ſ. in eſſe ſimpliciter, & in eſſe completo. l.6.c.18
Tres partes philoſophiæ moralis, ſ. ethica, œconomica & politica. l.5.c.34
Donum pietatis conſiſtit in cultu Dei, veneratione ſ. ſcripturæ, & honore proximi. l.5.c.43
Plenitudo gratiæ perſonæ ſingularis, capitis & vnionis fuit in Chriſto à ſui conceptione l.4.c.14
Pluuia quid. l.2.c.9.
Pœnitentia eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. l.6.c.20
Pœnitentia vera, falſa, coacta, ſera, iniqua, deſperata, ſancta, & meritoria, amara, voluntaria, accelerata, perſeuerans, prompta. l.6.c.21.
Ad agendam pœnitentiam quatuor mouent, ſ. beneficia, ſupplicia, promiſſa, flagella. ibid.
Pœnitentiæ impedimenta ſunt puſillanimitas aggrediendi, pudor confitendi, horror ſatiſfaciendi, delectatio peccandi, ſpes diu viuendi, deſperatio gratiam obtinendi, timor recidiuandi, conſuetudo peccandi, confidentia de Dei miſericordia. ibid.
Effectus pœnitentiæ. l.6.c.22
Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium. ibid.
Partes pœnitentiæ integrales ſunt tres, ſ. contritio, confeſſio & ſatisfactio. l.6.c.23
Potentiarum animæ diuiſio. l.2.c.43
Primum principium, ſolum vnum eſt. l.1.c.3
Prima rerum principia ſunt à Deo immediate. ſ. materia & forma. l.2.c.1
Præceptum eſt imperium faciendi vel non faciendi. l.5.c.59
Præcepta affirmatiua obligant ſemper, ſed non ad ſemper: negatiua verò obligant vtroque modo ibid.
Præcepta decalogi poſſunt dici data, vel innata. ibid.
Sufficientia præceptorum decalogi. ibid.
Prædeſtinatio eſt alicuius ad gloriam præordinatio. l.1.c.16
Prædeſtinatio non imponit rebus neceſſitatem. ibid.

Prædeſtinatio eſt de bonis cum cauſalitate, præſcientia eſt etiam de malis, ſed ſine cauſalitate. ibid.
Prædeſtinatio orationibus adiuuatur quantum ad effectum. ibid.
Malus prædicando peccat. l.5.c.70
Præſciti poſſunt demereri facilius quam mereri. l.1.c.31
Dilectionem proximi ſuadet ius naturæ & exemplum creaturæ. l.5.c.31
Prudentia quid & quintuplex. l.5.c.34.
Partes prudentiæ ſunt intelligentia, prouidentia & memoria. ibid.
Officium prudentiæ eſt actus aliarum virtutum dirigere. ibid.
Pruina quid. l.2.c.9
Punimur hîc variis de cauſis. l.1.c.33
Multiplex ratio quare oportet eſſe purgatorium. l.7.c.2
Purgatorius ignis eſt corporeus. ibid.
Spes in purgatorio. ibid.
Animæ purgatæ ſtatim euolant ad gloriam. ibid.
In purgatorio duplex eſt pœna: vna eſt damni, alia ſenſus. l.7.c.3
Dæmones non puniunt animas in purgatorio. ibid.
Locus purgationis duplex. ſ. ſecundum legem communem, & ſecundum diſpenſationem ſpecialem. ibid.
Differentia inter rationes cauſales, ſeminales & naturales. l.1.c.28
Ratio eſt vis animæ non ſolum cognitiua, ſed etiam motiua. l.2.c.48
Ratio diuiditur in partem ſuperiorem & inferiorem ibid.
Ratio & intellectus differunt. ibid.
Reprobatio eſt præſcientia iniquitatis quorundam, & præparatio damnationis eorundem. l.1.c.31
Relatiuorum proprium eſt ſimul eſſe l.1.c.12
Reſurrectio Chriſti vera. l.4.c.23
Homo cum ſuis meritis vel demeritis reſurget. l.7.c.16.
Omnes reſurgent integri corpore, debita ſtatura ſecundum ætatem plenitudinis Chriſti. ibid.
Reſurrectio tria corriget in natura, ſc. defectum, ſuperfluum, & errorem. ibid.
Reſurectio duplex, ſ. animæ per gratiam, & corporis per gloriam: ibid.
Ros quid. l.2.c.9

S

Proprius ſacerdos quis. l.6.c.27
Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. l.6.c.2
Sacramenta nouæ legis Chriſtus inſtituit. l.6.c.3.
Sacramentorum cauſa efficiens, formalis & finalis. ibid.
Effectus ſacramentorum nouæ legis. l.6.c.4
Quidam ſuſcipiunt ſacramentum tantum, quidam rem tantum, quidam ſacramentum & rem. ibid.
Numerus & ſufficientia ſeptem ſacramentorum. l.6.c.5
Septem ſacramenta diſponunt ad ſeptem virtutes. ibid.
Poteſtas diſpenſationis ſacramentorum regulariter ſpectat ſolum ad genus humanum. l.6.c.6
Sacramenta diſpenſari poſſunt à bonis & malis, à fidelibus & infidelibus. ibid.
Sacramenta quæ imprimunt characterem, non poſſunt iterari. l.6.c.7
Nullum ſacramentum validum ante baptiſmum. ibid.
Differentia inter ſacramenta veteris & nouæ legis. l.6.c.8
Salutatio Angelica commendatur ab authore, à nuntio, ab ea quæ ſalutatur, & ab ipſo modo ſalutandi. l.4.c.2
Sanctificatio triplex, communis, ſpecialis & ſpecialiſſima. l.4.c.4
Sanctus idem eſt quod mundus, vel firmus, vel ſine terra. l.5.c.9
Sanguinem Chriſtus quinquies fudit. l.4.c.19
Partes ſatisfactionis quædam ſunt principales, quædam ſecundariæ. l.6.c.30
Scientiæ donum eſt ſcientia faciendorum. l.5.c.44.
Scientia Dei, Chriſti, Angeli & hominis. l.1.c.29
Scientia Dei multa ſortitur nomina. ibid.
Plura ſcire poſſumus, ſed vnum ſolum intelligere. l.1.c.45
Chriſtus ſedet ad dexteram Patris ſecundum vtramque naturam. l.4.c.25
Senſus particulares ſunt quinque l.2.c.35
Senſus ſunt potentiæ paſſiuæ. ibid.
Senſus ſunt perceptibiles ſingularium, non vniuerſalium. ibid.
Senſibile poſitum ſupra ſenſum non ſentitur. ibid.
Senſus communis eſt origo ſenſuum particularium. ibid.
Senſualitas appetit quæ delectabilia ſunt corpori, ac nociua refugit. l.2.c.41
Signa voluntatis beneplaciti ſunt quinque, ſ. præceptio, prohibitio, conſilium, permiſſio & operatio. l.1.c.52
In Deo perfecta ſimplicitas. l.1.c.20
Symbolum triplex, ſ. Apoſtolorum, Niceni concilij, & Athanaſij. l.5.c.21
Syntereſis eſt vis motiua, naturaliter ſtimulans ad bonum & abhorrens malum. l.2.c.51
Syntereſis nunquam extinguitur totaliter, etiam in diabolo. ibid.
Sollicitudo triplex, laudabilis, tolerabilis, & vituperabilis. l.5.c.70
Spiritus ſanctus procedit à Patre mediatè & immediatè. l.1.c.7
Spiritus ſanctus eſt amor Dei tripliciter, ſ. eſſentialiter, perſonaliter & exẽplariter. l.1.c.8
Pater & filius diligunt ſe Spiritu ſancto. ibid.
Spiritus ſanctus eſt charitas qua diligimus Deum & proximum efficienter & exemplariter, non formaliter. l.1.c.9
Cum datur nobis Spiritus ſanctus, non incipit eſſe in loco nouo, ſed nouo modo. ibid.
Spiritus ſancti miſſio duplex, ſ. viſibilis & inuiſibilis. ibid.
Spiritus ſancti proprium eſt mitti & non mittere. ibid.

Varijs

Variis modis datus eſt Spiritus ſanctus in ſigno viſibili. ibid.
Spiritus ſanctus datus eſt Apoſtolis ante paſſionem, quando fuerunt baptizati, & bis poſt reſurrectionem. ibid.
Apoſtoli quadruplicem effectum ſunt conſecuti ex præſentia Spiritus ſancti, ſ. eloquẽtiam in linguis, audaciam in tormentis, efficacin miraculis, & protectionem à vitiis. ibid.
Quo tempore miſſus eſt Spiritus ſanctus Apoſtolis. ibid.
Hoc nomen, Spiritus ſanctus, ſi ſumatur prout eſt circumlocutio vnius proprij nominis, conuenit tantum tertiæ perſonæ: ſi vero ſumantur hæ duæ dictiones diuiſim, commune eſt toti Trinitati. ibid.
Spiritus ſanctus habet multa nomina. ibid.
Spes eſt certa expectatio beatitudinis ex Dei gratia & meritis proueniens. l.5.c.22
Differentia inter fidem & ſpem. ibid.
Spes non eſt in patria. ibid.
Duplex eſt ſpes, ſ. ſuffragij & authoritatis. ibid.
Effectus ſpei multiplex. ibid.
Status quintuplex primi hominis, ſ. innocentiæ, gratiæ, culpæ, pœnitentiæ & gloriæ. l.4.c.8.
Sunt quatuor modi ſuffragiorum, ad quos omnes alij reducuntur, ſ. oratio, ieiunium, eleemoſyna, & ſacramentum altaris. l.7.c.4
Quorum ſuffragia proſint & quibus proſint. l.7.c.5.
Superbia initium omnis peccati. l.3.c.15
Differentia inter ſuperbiam & vanam gloriã. ib.
Species & gradus ſuperbiæ. ibid.
Mala quæ oriuntur ex ſuperbia. ibid.
Tempus eſt menſura motus primi mobilis & mobilium. l.2.c.10
Temperantia quid. l.5.c.35
Temperantiæ partes ſunt continentia, clementia & abſtinentia & modeſtia. ibid.
Temperantiæ dignitas. ibid.
Per tria homo ducitur in tentatione, ſ. ſuggeſtionem, delectationem & conſenſum. l.2.c.66.
Per tria homo detinetur in tentatione, ſ. opus prauum, conſuetudinem & deſperationem. ibid.
Tentatio triplex, ſ. à diabolo, à mundo & à carne. ibid.
Remedia contra tentationes. ibid.
Tentationum quatuor ſpecies, ſc. aſpera, vana, dubia, fraudulenta. ibid.
Terræmotus quid. l.2.c.9
Theologia duplex, ſymbolica videlicet & myſtica. l.1.c.23
Theſaurizare an liceat. l.3.c.19
Timor eſt fuga mali. l.5.c.39
Species timoris ſunt ſex, ſ. naturalis, humanus, mundanus, ſeruilis, initialis, filialis. ibid.
Effectus timoris Domini. ibid.
Timor ſeruilis eſt donum Spiritus ſancti, non tamen eſt cum Spiritu ſancto. l.5.40.
Vſus timoris ſeruilis bonus & malus. ibid.
Timor initialis habet duos oculos, vnum ad gloriam, alterum ad pœnam. l.5.c.41
Tonitruum quid. l.2.c.9
Tonſura clericorum cur in modum coronæ. l.6.c.16
Trinitas beata tripliciter innoteſcit, ſ. in ſcripturis, in figuris, & in creaturis. l.1.c.10
Trinitas increata, & creata quæ eſt multiplex. l.1.c.11
Vox tubæ in iudicio eſt imperium reſurgere imperantis, vel manifeſta Chriſti apparitio. l.7.c.16
Turbo quid. l.2.c.9

V

Peccatum aliquod eſt veniale tripliciter. ſ. ex genere, ex euentu, & ex cauſa. l.3.c.12
Actus ex ſe venialis poteſt fieri mortalis quatuor modis. ibid.
Non poteſt adultus diu viuere ſine peccato veniali. ibid.
Effectus peccati venialis. l.3.c.13
Venti ſunt quatuor principales, ſ. ſubſolanus, auſter, aquilo & zephirus. l.2.c.9
Verbum triplex, ſ. mentis, oris & operis. l.2.c.19.
Verbum filius patris. l.1.c.6
Vermis damnatorum quis. l.7.c.22
Virtus eſt bona qualitas mentis, qua bene viuitur, qua nullus male vtitur, quam ſolus Deus in homine operatur. l.5.c.5
Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. ibid.
Virtutis etymologia. ibid.
Virtus conſiſtit in medio. l.5.c.6
Virtus comparatur multis rebus. ibid.
Virtutum æqualitas & inæqualitas. l.5.c.7
Creſcente vna virtute creſcunt omnes. ibid.
Quare polleat aliquis vſu vnius virtutis potius quam alterius, multiplex ratio. ibid.
Virtutes gratuitæ connexæ ſunt, ita vt qui habet vnam, habeat omnes. l.5.c.8
Virtus multipliciter commendabilis. l.5.c.9
Virtutes dicuntur quandoque politicæ, quandoque purgatoriæ, quandoque purgati animi, quandoque exemplares. l.5.c.16
Virtutes aliæ intellectuales, aliæ conſuetudinales. ibid.
Septem virtutes quibus humana vita regitur, tres theologicæ & quatuor cardinales. ibid.
Virtutes poſſunt fieri informes, excepta charitate. ibid.
Differentia inter virtutes, præcepta, dona, fructus & beatitudines. ibid.
Virtutum theologicarum & cardinalium diſcrimen. l.5.c.17
Vis motiua ſenſibilis diuiditur in virtutem, naturalem, vitalem & animalem. l.2.c.41
Vitia non ſunt connexa. l.5.c.8
Voluntas Dei duplex, ſ. ſigni, & beneplaciti. l.1.c.32
Conformitas voluntatis noſtræ ad Deum eſt duplex, ſ. conformitas proportionis, & proportionalitatis. ibid.
Voluntas non cogitur à bono, ſicut intellectus à vero. l.2.c.50
Voluntati bonorum non ſolum ſubditur creatura, ſed etiam ipſe Deus. l.2.62
Voluntas in Chriſto duplex. ſc. creata & increata. l.4.c.17
Voluntas rationis duplex eſt, ſ. rationis vt ratio eſt, & vt natura eſt. ibid.

INDEX

Locorum ſacræ Scripturæ, qui in Compendio theologicæ veritatis explicantur.

EX VETERI TESTAMENTO.

Geneſis.

CAP. I. IN principio creauit Deus cælum & terram. lib.2.cap.1

1. Terra erat inanis & vacua. l.3. cap.1

1. Creſcite, & multiplicamini. l.2.c.63

1. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. l.1.c.6.& c.20

2. Requieuit Deus die 7. ab vniuerſo opere quod patrarat. l.2.c.1

2. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. l.2.c.62

3. In dolore paries filios. l.3.c.7

19. Reſpiciens vxor Lot retro, verſa eſt in ſtatuam ſalis. l.3.c.7

Exodi.

3. Qui eſt miſit me ad vos. l.1.c.2.& 23

20. Non habebis deos alienos coram me. l.5.c.60

20. Memento vt diem ſabbathi ſanctifices. l.5.c.62

20. Honora patrem tuum, & matrem tuam. l.5.c.63

20. Non occides. l.5.c.64

20. Non mœchaberis. l.5.c.65

20. Non furtum facies. l.5.c.66

20. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. l.5.c.67

20. Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius. l.5.c.68

Numeri.

21. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. l.3.c.7

Deuteronomij.

28. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. l.3.c.7

32. Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit, & fecit, & creauit te? l.1.c.4

32. Videte quod ego ſum ſolus, & non ſit alius Deus præter me. l.1.c.2

Tobiæ.

5. Ego ducam, & reducam eum ad te. l.1 c.18

Iob.

21. Ducunt in bonis dies ſuos. l.2.c.55

31. Si oſculatus ſum manum meam, quæ eſt iniquitas maxima. l.2.c.66

Pſalmorum.

4. Iraſcimini, & nolite peccare. l.3.c.24

8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. l.2.c.62

26. Redime me, & miſerere mei. l.4.c.10

32. Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius, omnis virtus eorum. l.1.c.9

48. Ibunt in progenies patrum ſuorum, & vſque in æternum non videbunt lumen. l.1.c.33

66. Benedicat nos Deus noſter, benedicat nos Deus. l.1.c.10

67. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. l.6.c.11

73. Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. l.3.c.16

76. Memor fui Dei, & delectatus ſum. l.3.c.11

77. Panem Angelorum manducauit homo. l.6.c.13

80. Non erit in te Deus recens. l.1.c.2

89. A ſæculo, & vſque in ſæculum tu es Deus. l.1.c.1

101. Ipſi peribunt, tu autem permanes. l.1.c.18

102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas. l.1.c.34

103. Qui ambulas ſuper pennas ventorum. l.1.c.16

Prouerbiorum.

30. Mendicitatem, & diuitias, ne dederis mihi. l.5.c.6

Eccleſiaſtæ.

4. Væ ſoli. l.6.c.17

Sacræ Scripturæ.

Sapientiæ.

3. *Iuſtorum anima in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis.* l.2.c.55
9. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.* l.3.c.10.

Eccleſiaſtici.

10. *Auaro nihil eſt ſceleſtius.* l.3.c.19

Iſaiæ.

13. *Facies combuſta vultus eorum.* l.2.c.22
53. *Generationem eius quis enarrabit?* l.1.c.4
66. *Si ego qui generationem aliis tribuo, ipſe ſterilis ero?* l.1.c.4
66. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* l.1.c.33. & l.2. c.51

Ieremiæ.

1. *A A A. Domine Deus, ecce neſcio loqui.* l.1.c.10
2. *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas.* l.4.c.7
6. *Luctum vnigeniti fac tibi.* l.6 c.24

Threnorum.

1. *Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.* l.7.c.22

Ezechielis.

28. *Tu ſignaculum ſimilitudinis.* l.1.c.6

Danielis.

3. *Angelus Domini deſcendit in fornacem.* l.2.c.18
10. *Princeps Perſarum, & Græcorum.* l.2. c.16

Malachiæ.

3. *Ego Dominus, & non mutor.* l.1.c.19
4. *Orietur vobis timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ.* l.7.c.28

EX NOVO TESTAMENTO.

Matthæi.

Cap.3. *HIC eſt filius meus dilectus.* l.4.c.12
5. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non Mœchaberis.* l.5.c.70
5. *Ego autem dico vobis non iurare omnino.* ibid.
5. *Sit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non.* ibid.
5. *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam.* ibid.
7. *Quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* ibid.
7. *Omnis arbor bona, bonos fructus facit.* l.5.c.6
18. *Si peccauerit in te frater tuus.* l.3.c.70
19. *Omnis qui reliquerit domum, & fratres, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet.* l.5.c.70
25. *Nudus fui, & non cooperuiſtis me.* l.3. c.17
28. *Baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* l.6.c.9

Marci.

16. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.* l.4.c.24

Lucæ.

1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* l.4.c.4
2. *Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, apud Deum & homines.* l.4.c.15
12. *Seruus qui cognouit voluntatem Domini, &c. vapulabit multis.* l.2.c.25
18. *Et tertia die reſurget.* l.4.c.23

Ioannis.

1. *Quod factum eſt, in ipſo vita erat.* l.1. c.13.
1. *In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit* l.2.c.2
1. *Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis.* l.4.c.14
6. *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* l.2.c.55

Ad Romanos.

1. *Qui factus eſt ei, ex ſemine Dauid.* l.4.c.8
10. *Fides ex auditu.* l.1.c.16
11. *Ex ipſo ſunt omnia.* l.1.c.10

1. Ad Corinthios.

13. *Charitas nunquam excidit.* l.2.c.17
15. *Stella differt à ſtella in claritate.* l.7.c.28

Ad Galathas.

4. *Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius: quod ſi filius, & hæres per Deum.* l.1.c.14

Ad Epheſios.

1. *Gratia vobis, & pax a Deo patre, qui prædeſtinauit nos in adoptione filiorum.* l.1. c.4

3. Vi

3. *Vt poſſitis comprehendere , cum omnibus ſanctis,&c.* l.4.c.21
4. *Vnus Dominus,vna fides,vnum baptiſma.* l.1.c.2

Ad Philippenſes.

2. *Chriſtus factus eſt obeditns vſque ad mor-iem.* l.4.c.16
2. *Donauit illi nomen,&c.* l.4.c.12

Ad Coloſſenſes.

3. *Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in Dextera Dei ſedens.* l.4.c.25

1. Ad Timotheum.

1. *Finis præcepti eſt charitas de corde puro.* l.3.c.23
2. *Vult omnes homines ſaluos fieri.* l.1.c.30

2. Ad Timotheum.

2. *Non coronabitur , niſi qui legitimè certa-uerit.* l.7.c.30

Ad Titum.

2. *Apparuit gratia Dei ſaluatoris noſtri, omnibus hominibus erudiens nos.* l.4.c.22

Ad Hebræos.

1. *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſub-ſtantiæ eius.* l.1.c.6
ſ11. *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.* l.5.c.19
11. *Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula,* ibid.

Iacobi.

1. *Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis.* l.2.c.55
1. *Apud quem non eſt tranſmutatio.*l.1.c.19
4. *Deus ſuperbis reſiſtit.* l.3.c.15
5. *Infirmatur quis in vobis,inducat presbyte-ros, & orent ſuper eum.* l.6.c.35

1. Petri.

1. *Benedictus Deus , & pater Domini noſtri Ieſu Chriſtti qui regenerauit nos.* l.1.c.4

1. Ioannis.

3. *Similes ei erimus,& videbimus eum,ſicuti eſt.* l.7.c.26

Apocalypſis.

9. *Quærent homines mortem,& non inuenient.* l.2.c.55
11. *Dabo duobus teſtibus meis,& prophetabunt diebus ducentis , mille ſexaginta.*l.7.c.22